
7
9 LH
20

M. TVLLII
CICERONIS
Epistolæ Familiares,

CVM HVBERTINI, PHILETICI, ASCENSII, ET EGNATII, Commentarijs; PAVLI MANVTII Scholijs,ab ipso promiximè recognitis; & annotationibus aliorum uirorum, quos hic posuimus.

Aulus Gellius,
Alexander ab Alexandro,
Georgius Merula,
Angelus Politianus,
Petrus Crinitus,
Cælius Rhodiginus,
Gulielmus Budæus,
L. Io. Scopa Parthenopæus,
Franciscus Robortelius,
M. Antonius Muretus.

ADIECIMVS ETIAM IN MARGINE EAS PAVLI MANVTII, ac SEBASTIANI Conradi annotationes, quibus omnia, quæ alij aut omiserant, aut peruersè interpretati fuerant, planissimè explicantur; in fine uero libri, uerba græca, latinis expressa.

Quantum autem studij in sanandis horum librorum mendis sit a nobis adhibitum, nemo unquam satis explicuerit.

Ab amicis


honesta petas.



VENETIIS,
APVD HIERONYMVM SCOTVM.

M D LXVII.







QVIA AD *Epistolarum primi libri cognitionem non parum conduxerit uita, & casum auctoris cognitio; eam complectar paucissimis. M. T. Cicero, Arpini natus, Romam quò puer perductus fuerat, tantum in discendo profecit, ut in causis dicendis primum locum consecutus sit: tantumq; ueritatis, & reip. studio potuit, ut omnes honores suo ordine obtinuerit in consulatu autem sic sese gessit, ut non minus uera gloria in toga meruerit, quàm alius quispiam in armis. liberauit enim urbem ab incendio, & ciuitatem a cæde coniuratorum, Catilina duce. in quos cũ animaduertisset. & Catilina iam in prœlio cecidisset; primus in toga triumphauit; primusq; parens patriæ appellatus est, erectis eius gloria perpetuis monumentis. Quæ res illi inuidiæ non parum peperit, præsertim apud Cæsarem, & paulo post apud Clodium, uirum apprime nobilem: qui, captus amore Pompeiæ, uxoris Cæsaris, in domo eius, in ueste muliebri, deprehensus est temerasse festa Bonæ, maribus nõ adeunda, deæ. ob quam rem in ius uocatus, negauit se tunc in urbe fuisse. citatus autem Cicero in eum testis asseruit Clodium eo die secum Romæ fuisse. quod idem & alij preclari uiri testati sunt. Clodius tamen, iudicibus corruptis, pecunia absolutus est. Cæsar autem uxorem repudiauit, quòd diceret, Domum Cæsaris non solũ crimine, sed etiam suspicione criminis uacare debere. in Clodium, ut Ciceroni incommodet, nihil grauius egit. At Clodius, ultionis auiditate, a patribus ad plebem per adoptionem transiuit: factusq; tribunus plebis Ciceroni diem dixit, quòd nobilissimos ciues necasset, indicta causa. erant autem tunc consules L. Piso, Cæsaris socer, & P. Gabinius: qui prouinciarum spe Clodij conatibus fauebant. quod intelligens Cicero, cum neq; a Pompeio, neq; ab alijs amicis satis tutaretur, aufugit: absensq; damnatus est à Clodio: ut, bonis eius publicatis, quadringentis millibus passuum ab Italia igni, & aqua illi interdiceretur: qui uerò hospitio suscepisset, exul esset, & sua amitteret omnia. additumq; rogationi est, ne quis de eo reducendo referret, disputaret' ue, aut pedibus in sententiam iret. Quæ omnia populus sciuit, atq; approbauit maxima, ut semper fuit, animorum mutabilitate. Clodius ita exulis uillas diripuit, & incendit; domum in palatio à fundamentis demolitus est, & in area templum libertatis constituit; fortunas omnes hastæ subiecit: nec tamen in tota illa auctione sector quispiam repertus est. Cicero in Macedoniã aufugit: ubi à Planco benigne exceptus est. Clodius autem ob uictoriam insolentior factus, etiam Pompeium in publica concione contumelijs proscidit, quærens ut populus, quòd Pompeius his esset, responderet: Quis uno digito caput scaberet? quis uir uirũ quæreret? & similia. Qua contumelia irritatus Pompeius, fretusq; Lentuli auctoritate, ad quem proximæ sunt epistolæ, & qui Ciceroni amicissimus fuit, auctor fuit Tito Annio trib. pl. ut rogationem ad populum ferret de Cicerone reuocando. Quæ res ingentes turbas concitauit. Clodius. n. cum factione sua tribunicia obstitit rogationi; eoq; obtinente aliquandiu nihil agi potuit: certatumq; est interim in publico armis; tribuniciaq; potestas uiolata est, multi quoque interfecti, adeout Q. Cicero, Marci frater, inter cadauera latitans sit seruatus. postremo Pompeius, ingenti bonorum manu ad hoc ipsum ex tota Italia collecta, Clodium foro expulit; auxilioq; fuit, ut populus sine aliquo maiore motu rogaretur. Nunquam maior populi Rom. de aliqua re consensus fuisse dicitur: neq; tan magnũ aliàs totius Italiæ studium, quæ ad hoc ipsum Romam confluxerat: ut non magis eleganter, quam uere Cicero postea gloriatus sit, Italiæ se humeris ab exilio reportatum. Senatus caritate, & beneuolentia cum populo certauit; decreuitque, ut publice laudarentur ciuitates, quæ Ciceronem humaniter accipissent; ut domus, & uillæ eius publico instaurarentur sumptu. Redijt sextodecimo mense, postquam urbe eiectus fuerat; in senatuque aliquantulum floruit: quo tempore ad Lentulum primi libri epistolas scripsit. deinde Ciliciam, post Lentulum, & Appium Claudium Pulchrum, prouinciã obtinuit: unde reuersus bella ciuilia inter Cæsarem, & Pompeium offendit orta. quæ res effecit, ut triumphare non potuerit. diu autem ad concordiam utrunque frustra hortatus, Pompeium tandem secutus est. quo uicto, & occiso, per Dolabellam, generum suum, Cæsari reconciliatus, cum in foro locus non esset, ad philosophiam se contulit. tandem, Cæsare occiso, cum libertatis publicæ gratia eius percussores tutaretur, & in M. Antonium, Cæsaris uindicem, Philippicas habuisset, postquam Antonius, Lepidus, & Augustus triumuiratum inijssent, ab Antonio, alijs conniuentibus proscriptus est; & in fuga deprehensus, capite, & manu, qua Philippicas scripserat, truncatus est.*

L. IO. SCOPAE ASSERTIO DE GENERE M. TVLLII CICERONIS.

MVltos & audiuimus,& legimus, Leonardum Aretinũ,Plutarchi celeberrimũ interpretem, & virũ magna doctrina, sectantes, Ciceronẽ à Tullo, Volscorũ rege,traxisse genus,indubitãter affirmare: & hoc ita esse & illos,&nõnullos vel omnibus inuiti cõtendare. nos vero quãuis iandiu in illorũ vestigijs immorati fuissemus; tñ semper ambigebamus. proinde hoc accuratius indagare cœpimus. qd verbis est opus? id ipsum apud Ciceronem nunquã,cui maxima esset adhibenda fides,cõperimus. ideo Ciceronem nostrũ, eloquentiæ parentem, non à rege duxisse genus,sed à quodã Arpinate duximus: & hoc ita esse,ratione primũ,deinde priscorum auctoritatibus suffulti cõprobabimus. Quis vnquã,vt ex ipsius Ciceronis monumentis apertissime colligitur,Ciceronem nõ solum ante, q̃ exularet, sed ne regressum quidẽ,demissum,abiectumq́, conspexit? vt enim Lentulum scribens,ait: In quo ego spem fefelli nõ modo inuididorũ sed etiam inimicorũ meorum: qui de ... Q. Metello L.F. quondam falsam opinionem acceperunt,quem post reditũ dictitant, fracto aio,& demisso fuisse. sed,quod de illo acceperãt,aut ẽt suspicabantur,de me idẽ cogitabãt, & abiectiore aĩo me futurũ: cum resp. maiorẽ etiam mihi aĩum, q̃ vnquã habuissem, daret; quæ iã declarasset,sese vno potuisse me vno ciue carere. non ne oẽs se ipsum q̃ creberrime de rebus pro rep. gestis iactasse legimus? quis.n. nescius est,Ciceronem,cũ Catilinæ,cęterorumq́; coniuratorum arma,& consilia suæ concesserint togæ,sic gloriatum fuisse? Cedant arma togæ, concedat laurea lingue. non ne seipsum,ꝙ primos artis oratoriæ campos, & delitescentẽ apud Latinos philosophiã aperuit, atq; indicauerit, vulgo ad sidera tollit? vnũ suo culmini,& celsitudini triumphũ intelligẽs, quem ex fugatis superatisq; hostibus Parthis, contra quos,mortuo M.Crasso,accesserat,merebat,deesse prædicabat. iccirco si de prædictis intrepide gloriabatur,quanto magis suũ à regia stirpe defluxisse genus asseruisset? Qua de re non à rege oriundũ fuisse dijudicamus,sed nouũ fuisse hoiem, auctoribus grauissimis,indicabimus. Sallustius in inuectiua cõtra Ciceronẽ hęc scribit: Verum,vt opinor,homo nouus Arpinas ex Crassi familia illius virtutẽ imitatur. & inferius,Oro te,Romule Arpinas, qui egregia virtute oẽs Paullos. quibus Sallustij verbis Arpinatem,& nouũ fuisse hoiem,& non à rege deductũ esse, constat. & Cicero ipse in Sallustiũ his fatetur verbis: Si hoc fuit illius initiũ nois,& dignitatis,cur non æque de nobis existimetur? cuius vt res gestæ illustres sunt,& vita integerrime acta, quasi vero sis ab illis viris Sallusti ortus: ꝙ si esses, nõnullos iam tuæ turpitudinis pigeret. ego meis maioribus virtute mea præluxi: vt,si prius nõ fuerint,à me accipiãt initiũ memoriæ suæ. idẽ inferius,Sati' est me meis rebus gestis florere,q̃ maiorũ opinione niti, & ita viuere,vt sim posteris meis nobilitatis initiũ,& virtutis exẽplũ. Quis ingenio crassus,& obtusus à rege Ciceronẽ discẽdisse audebit asserere? nã si in acerrimũ inimicũ Sallustiũ nõ se suis maioribus nobilẽ,vt illi aliquãto [illegible]stantior in ꝓgenie ꝓponeret, nominauit: nõ ne ineptũ & timi[illegible]fuisse dubio ꝓcul cẽseremus? Sed qm̃ torrentẽ ci' imitabat lingua,hoc ipsi nõ ascribit. & Iuu. in 8. sat. refert:

Hic nouus Arpinas ignobilis,& modo Romæ
Municipalis eques galeatum ponit vbiq;. & Basilius,
Hic iacet Arpinas,manibus tumulatus amici:
Qui fuit orator summus,& eximius:
Quem nece crudeli mactauit ciuis, & hostis.
Nil agis Antoni,scripta diserta manent.
Vulnere nempe tuo Ciceronem conficis; at te
Tullius æterni vulneribus lacerat. & Pompelianus,
Doctrinæ antistes,rerum mirabilis auctor,
Tullius existens nobilis ex humili,
Cui dedit excellens ars oratoria nomen,
Virtute ingenij venit ad astra sui.

licet non me prætererat fore nonnullos qui quidem hæc ex oratione Catilinæ citabunt. nam prædicare aliqñ solitus originem se generis habuisse ex Tulli Hostilij familia,Volscorũ regis,quidem populo R. inimicissima. & inferius, Hic hic nouus Cicero Arpinas ex Tullorum familia: sed illos,quæso, nostra ne lacinẽe prius, q̃ cuncta perpenderint. Verũ, omissis verbis, Catilinæ mentem aperiamus: si Catilinæ,& non alterius,quod magis cõprobarem,illa sit inuectiua. Catilina, cum se iam accusatum,& iam damnatũ animaduerteret,orationem (cunctis nanq; licebat temporibus illis) habuit in senatu;& quo se vehementius excusaret,Ciceronem impensius criminaretur,& in odium,atq; inuidiam populi duceret atrocius Romani,retulit à regia Ciceronẽ oriundum stirpe,populo inimicissima R. qm̃ Romani, regibus exactis,non reges modo,sed nomen quoq; regium odio vel maximo habebant. arguebatq́; vastum Ciceronis aium esse extinguendi nobilitatem.. quod non ita esse hoc ducor argumẽto, ꝙ Cicero in actionibus contra Catilinã criminantẽ , id est passus nunquam,neq; meminit. & in actione 5. in Verrem ita respondet: Ne ista præclara nobilitas desinat queri populum R. hominibus nouis,atq; industrijs libenter honores mandare,semperq́; mandasse. non est querendum in ea ciuitate,quæ propter virtutem oibus nationibus imperat,virtutem plurimũ posse. sit apud alios imago P. Africani: ornentur alij mortui virtute, ac noie: talis ille vir fuit,ita de populo R. meritus est, vt non vni familiæ, sed vniuersæ ciuitati cõmẽdatus esse debeat: est aliqua mea pars virilis,ꝙ eius ciuitatis sum,quã ille amplam,illustrem,claramq́; reddidit; præcipue ꝙ in his artibus pro mea parte versor , quarũ ille princeps fuit æquitate,industria,temperantia,defensione miserorũ,odio improborũ: quæ cognatio studiorũ, & artium propemodum nõ minus est coniuncta,q̃ ista,qua vos delectamini,generis,& nois. & in actione 6. Videmus,quãta sit inuidia,quantoq; in odio apud quosdã hoies nobiles nouorũ hoium virtus,& industria. inferius,Hoium nobilium non ferè quisquã nostræ industriæ fauet. Cicero se præterea in epistolis nouum vbiq; hoiem appellat. Nouus dicitur homo,cuius maiores nullam habuerunt dignitatem. Leonardus, ne tantã fortasse Ciceronis maiestatẽ dehonestaret, illum regia decorauit stirpe. quod autẽ dixit hñe genus à rege,non ipse commentus est accepit enim ab Eusebio,Etropio, & Silio Italico sic in 8. Punicorum scribente:

Tullius æratas raptabat in agmina turmas,
Regia progenies, & Tullo sanguis ab alto.

sed hunc errorem ex illo Ciceronis in prima Tusc. manasse loco credimus. inquit.n. Cicero, Regnante meo gentili: vbi, gentili,de mea gente quidam exponunt, cum de meo nomine intelligendum sit. Gentilis nanq; non modo, qui est de eadem gente, sed etiam nomine dicitur,Festo, Cinthio, & Cicerone in Topicis auctoribus · qui ab alio vocabulo Cognominis appellatur. Plautus in Bacch. Illa mea cognominis est. Cicero quoq; dicitur,non ꝙ habebat faciem quadratam instar ciceris , vt Priscianus: nunquam enim quadratum vidi cicer,sed rotundum. Idem Leonardus ait,quòd habebat carunculam in nare instar ciceris. hæc priori est præstantior sententia . nos autem in hoc M. Terentium Varronem , Romanorum omnium facile doctissimũ, sequimur inquit enim Cicerones dictos, quorum maiores fuerunt inuentores ciceris serendi, vt Fabij à faba, Lentuli à lente, sic Cicerones à cicere. Varronem Plinius sequitur. quod Ephorbius quoque hisce confirmat verbis:

Quicunque in libris nomen Ciceronis adoras,
Aspice, quo lateat conditus ille loco.
Ille vel orator,vel ciuis maximus,idem
Clarus erat facie, clarior eloquio.
At, ne quid fortuna viro nocuisse putetur,
Viuit, & æternum docta per ora volat

Vocabatur Tullius à patre , vel quòd eius maiores fuerunt tullorum. i. aquę ductuum inuentores Tullij nanque, vt Frontinus de aquæ ductibus, vocantur ductus aquarum.

ARGV-

ARGVMENTVM EPIST. M. T. CICERONIS AD LENTVLVM PER GEORGIVM MERVLAM ALEXANDRINVM.





EGYPTIORVM reges à Ptolemæo, Lagi filio, qui primus Alexandro successit, Ptolemæi appellati sunt: quorum nomina, atq; ex moribus indita cognomina cum apud scriptores Græcos leguntur, tum ex ordine successionis in ultimo Geographiæ libro à Strabone commemorantur. Auletes uero, ultimus Ptolemæorum, flagitiosus traditur, utpote qui choraulam exercuerit, atq; in regia certamina celebrarit; ad quæ & ipse cum alijs concertaturus prodibat. Huius frater fuit Ptolemæus alter, cui Cyprus in ditionem concesserat, ut idem Strabo refert. hic, cum aduersus Romanos, bene de se meritos, ingratum se præberet, sublatus & ipse est: insula uero à Romanis occupata fuit. sed Auletes ad stabiliendum regnum, pecunias quibusdam Romanorum proprias, & mutuo acceptas, ut amicus & socius Romanorum appellaretur, impendit: quas postea cum ab Aegyptijs per uim exigeret molestus ciuibus erat, tum propter hoc, tum etiam quòd à Romanis Cyprum repetere nolebat. quam rem Alexandrini iubebãt, uel repudiata Romanorum amicitia, & societate. ergo cum nec eos, ut quiescerent, persuasisset, nec posset per uim cogere; (peregrinum enim exercitum non habebat) Romam ex Aegypto profugit; accusauitque Aegyptios, quòd eum regno expulissent. Contigit autem, ut de eo reducendo ageretur, Lentulo Spinthere consule, cui Cilicia mandata fuerat. Interea Alexandrini dum ignorarent, regem in Italiam uenisse quem mortuum existimabant, Berenicem, illius filiam, in regno constituerunt: quæ primum Cybiosactem maritum cepit. hunc diebus paucis eiecit, cum eius ignobilitatem, illiberalitatemq; pati non posset. pro illo alius uenit, qui & ipse se Archelaum, Mithridatis filium, simulabat: qui Archelai quidem filius erat, eius, qui contra Syllam bellum gessit. Rex autem Ptolemæus, Romam profectus, à Pompeio suscipitur, & senatui commendatur. hoc cum Alexandrini resciuissent, centum oratores Romam miserunt, qui responderent criminibus, quibus à rege accusarentur: recriminarenturq; illum de ui, & iniuria, quibus eos affecisset. quo præcognito, quamuis Romæ esset; legatis rex insidiatus est; subsessoribusq; aliò, atque aliò dimissis, in itinere multos eorum prius, quàm Romam uenirent, interfecit: quosdam in urbe ipsa tolli curauit: alios perterrefaciens, uel pecunijs corrumpens, persuasit, ut neq; conuenirent, & colloquerentur magistratus de ijs, pro quibus missi fuerant, neq; in totum ullam memoriam de cæde aliorum facerent. quod negotium occultum fuit. Senatus autem grauiter rem tulit, causam eorum acerrime M. Fauonio alio agente modo. nam multi legati sociorum Romam missi, per uim perditi fuerant: præterea non pauci Romanorum dona acceperant, qui non permitterent Dionem (qui unus erat legatorum) in senatum ingredi, neq; mentionem ullam de cæde legatorum, quousque is adesset, fecere. cæso uero per dolum Dione, neq; de eo pœnam rex dedit. At cum Pompeius, ut supra diximus, regem domi suscepisset, illum hoc facto admodum subleuauit. cum plurimi autem inde accusarentur, pauci admodum conuicti fuere. tantum acceptio munerum poterat, ut se inuicem ob proprium quisq; periculum iuuarent. & hæc quidem pecuniarum gratia mortales faciebant. Sed principio insequentis anni Iouis simulacro quod in Albano erectum erat, fulmine icto, per aliquod tempus reductio Ptolemæi repressa est, simul etiam, quòd Sibyllinos uersus adeuntes, hoc ascriptum inuenere: Si Aegypti rex, auxilio quodam indigens, uenerit, eius amicitiam ne abnueritis; sed illum quidem cum multitudine ne iuueritis: quod si aliter factum fuerit; labores, & pericula habebitis. Ex hoc conuenientiam uersuum ad ea, quæ tunc gererentur, admirantes, quæcunque prius decreuissent, rescidere, C. Catoni, tribuno pl. in primis obtemperantes, per quem Sibyllinorum uersuum sententia in publicum uenerat. nam, cum non liceret quidquam Sibyllinorum uersuum, nisi prius senatus decreuisset, in uulgus enunciare, Cato ueritus, ne Sibyllæ sors occultaretur, sacerdotes coegit, prius, quàm responsum à senatu acciperent, oraculum Sibyllæ aperire. Post hæc uero cum sententiæ in senatu dicerentur, censerentq; quidam reditum regis Lentulo Spintheri, sed sine exercitu; alij uero rem deferrent Pompeio, ut eum cum duobus lictoribus reduceret: Ptolemæus, cognita Sibyllæ sententia, rogauit, ut per Pompeium reduceretur. Plutarchus uero Canidium tradit rogationem ad tribunos pl tulisse, ut Pompeius sine exercitu cum gemino lictore ad Ptolemæum cum Alexandrinis conciliandum destinaretur. enim ei non grauiter hasisse uisus est Pompeius: sed senatus id omisit, causa honeste reddita, quòd uiro timeret, simul etiã, quòd eo ad rem frumentariam uti uellet. quanquam (ut ijdem historici, hoc est, Dion, & Plutarchus tradunt) Lentulus Spinther, etiam consul, maxime laborasset, ut præfectura annonæ Pompeio mandaretur, tradita illi omni potestate terrarum, & maris, quæ Rom. populo paterent. hoc autem fecit Spinther, ut, ad maiorem magistratum Pompeio promoto, ipse ad regem Ptolemæum auxilio mitteretur. A. Plancus in collegio tribunorum recitauit literas, quibus notabatur, Ptolemæum orare, ut pro Spinthere Pompeius mitteretur. Cum uarias autem, & dissidentes senatorum sententias Ptolemæus cognouisset, desperato reditu, Ephesum concessit, apud deam uicturus. postea uero, quanquam Romani auxilium abnegassent, & grauiter eius largitiones ferrent, reductus est, & regnum recuperauit. Hoc autem fecerunt Pompeius, atq; Gabinius tantum enim potentia, & pecuniæ tunc ualuerunt, ut præter populi uoluntatem, & senatus decreta, Pompeius Gabinio scripserit, quem Syriæ cum exercitu præfecerat, ut regem reduceret. nihil enim curarunt,

rarunt; alter muneribus, alter [illegible] gratia, de Sibyllinis uersibus. Reus deinde Gabinius factus est; sed conuinci non potuit tum Pompeij, tum pecuniarum gratia. Sed cum legamus, Catonem Rhodij cum esset, atque responsum Ptolemæi Cyprij expectaret, altero Ptolemæo à ciuibus tuuc pulso, & relicta Alexandria, Romam nauiganti, ea spe, ut Pompeij, & Cæsaris armis in regnum reduceretur, consilium optimum dedisse, ut domum rediret, & cum suis ciuibus pacaretur: dubitabit aliquis, cur Dion tradidit, Alexandrinos ægre tulisse, Ptolemæum pati Cyprum occupari à Romanis, cum rex ipse uiueret, & insulam in potestate haberet. illud addimus, quantum tempora supputare potuimus, cum Alexandrini de rege eijciendo consilia inirent, tunc P. Claudium Pulchrum, qui auctor fuit tollendi Ptolemæi, in piratas incidisse, regemq; rogasse, ut se redimeret. sed precium perexiguum rex misit, adeo ut piratæ id excipere erubescerent. remissa igitur regi pecunia, & dimisso Claudio sine precio, tribunus deinde pl. creatus Claudius euicit, ut M. Cato in Cyprum mitteretur, eam ab rege ablaturus. sed Ptolemæus, re intellecta, prius, quàm ille aduentasset, seipsum interemit. Cato insulam accepit, & regis opes uenundedit, pecunia omni in publicum ærarium relata. quod Lucanus significat, cum dicit:

Quod Cato longinqua uexit super æquora Cypro.

Ergo cum iussu populi mitteretur Cato ad pecuniam accipiendam, satis Cyprus Romanorum imperio parebat, cum indignitate regni Aegyptiorum: iureq; Alexandrini iniquo animo ferebant, insulam, cui per multos annos Ptolemæi imperauerant, in Romanorum iura cedere. Suetonius quoque significat, post initam cum populo R. societatem, Ptolemæum Alexandria pulsum. nam Cæsar laborabat ut sibi Aegyptus prouincia plebiscito daretur, nactus extraordinarij imperij occasionem, quòd Alexandrini regem, suum socium, atque amicum à senatu appellatum, expulerant. igitur ut socius, atque amicus Rom. populi Ptolemæus à senatu reduci postulabat. nec sine causa, atq; iniuste senatus de eo reducendo tractauit. Quæ autem foret uersuum Sibyllinorum sententia, satis supra demonstrauimus. restat, ut exponamus, atque comprobemus, Creditores, legendum esse, non, competitores. sed hoc, subiecta Ciceronis uerba ad Q. fratrem confirmabant. Creditores uero regis aperte pecunias suppeditant contra Lentulum, sine dubio res à Lentulo remota uidetur esse cum magno meo dolore, quanquam multa fecei. Sed ualde miror, cum Domitius, exponens illud Iuuenalis,

Ipsi magna sonant, sed tunc creditor audit   Præcipue.

inquit enim, Creditor, qui pecuniam credit debitori: Creditor item, cuius pecunia aliquid aliud agit, ut hoc loco, & apud Ciceronem, Res agitur per eosdem creditores. Nugatoris planè hominis uerba, quæ nec coarguenda sunt. nam quid aliud aliquid creditorum pecunia aduersus Lentulum ageret, non intelligo. Sed qui pecuniam regi crediderint, nihil equidem, quod ex historia habeatur, inueni, præterquam ea, quæ de Rabirio Postumo Cicero scribit. is enim grandem pecuniam regibus Alexandrinis crediderat. pulsus interea regno Ptolemæus, dolosis consilijs, ut dixit Sibylla; postquam sensit Postumus, Romam uenit. huic egenti, & roganti, hic infelix pecuniam credidit: nec tamen primum, nam regnanti crediderat absens. nec temere se credere putabat, quòd erat nemini dubium, quin is in regnum restitueretur à senatu, populoq; Romano. In dando autem, & credendo processit longius: nec suam solum pecuniam credidit, sed etiam amicorum. stulte, quis negat? aut quis non admonet, quod male cecidit, bene consultum putaret? id est difficile, quod cum spe magna sis ingressus, id non exequi usq; ad extremum. supplex erat rex, multa rogabat, omnia pollicebatur: ut iam metuere Postumus cogeretur, ne quod crediderat, perderet, si credere constituisset modum. nihil autem erat rege illo blandius, nihil hoc benignius: ut magis pœniteret cœpisse, quàm desistere liceret. Per hæc Ciceronis uerba constat, Rabirium suam, & amicorum pecuniam regi, & in Aegypto, et postquam pulsus regno fuit, credidisse. quod conuenit cum eo, quod Dion scribit, regem, dum regnaret, Romanis quibusdam pecunias stabiliendi regni gratia mutuo acceptas impendisse. Quòd autem largitione regia multi corrupti fuissent, & supra ex Dione demonstrauimus, & Cicero idem significat, hæc subiungens: Hinc primum exoritur crimen illud, senatum corruptum esse dicunt. docetq; Cicero, ad sumptum itineris, ad magnificentiam apparatus, comitatumq; regium, suppeditatam pecuniam à Postumo fuisse. Ergo ausim ego affirmare, creditores regios, qui Lentulum pecunia oppugnarent, non alios fuisse, quàm Rabirium, & eius amicos, qui pecunias regi crediderant. Hic suboritur alia dubitatio: Si rex Romam uenerat, cur scribit Cicero, Ammonium, regis legatum, aperte Lentuli partes pecunia oppugnare? Respondemus, regem, ut supra demonstratum est, in consulatu Lentuli Spintheris, & Q. Metelli Nepotis Romam uenisse, illiq; non inimico populo R. senatum datum, post uero, cum uaria decernerentur, Ephesum concessisse, & aut Romæ legatum Ammonium reliquisse, aut ex Asia misisse, ad procurandam in regnum restitutionẽ. Scribit in eadem oratione idem Cicero, Rabirium, posteaquam rex à Gabinio reductus fuit, in Aegypto mansisse, ut pecuniam exigeret, etiam infra dignitatem Romani nominis. Lentulus uero, consulatu functus, in prouinciam Ciliciam, quæ ei mandata fuerat, concessit; ex qua facilis erat in Aegyptum transitus: & commode potuisset, siue cum exercitu, siue sine exercitu, regem deducere. quare in rege per se reducendo multum per amicos laborabat. Et de creditoribus quidem regijs abunde, ut arbitror, dictum est.

HISTORIA DE PTOLEMAEO REGE.

AD INTELLIGENTIAM PRIMI LIBRI,

A PAVLO MANVTIO COLLECTA.



Ex Aegypti Ptolemæus, cognomento Auletes, quia tibijs canere, præter dignitatem regiam, solitus esset, pater Ptolemæi, qui Magnũ Pompeium occidit, & Cleopatræ, notissimę feminæ eiectus ab Aegyptis propter flagitia, maximeq; ob acerbissimam intolerabilium tributorũ exactionem, Romam venit consulatum gerẽtibus P. Lentulo, & Q. Metello: queritur iniuriam: pro sua, pro maiorũ societate, veterrimoq; ac perpetuo erga populũ R. studio, suppliciter orat, vt restituatur. nec impetrat magno negotio, vel Pompeij gr̃a, regis caussam adiuuantis, eiq; non solum amicitia, Mithridatico bello cõtracta, sed etiam hospitio coniunctũ: vel, ꝙ eius regis, quem senatus, ac populus Romanus biennio ante sociũ, amicumq; appellasset, iniurias vlcisci, nõ modo iustum, sed exemplo etiã vtile, speciosumq; videbatur. Accedebant merita. nam, vt à Varrone scriptum Plinius memorat, Pompeio, circa Iudæam bellũ gerenti, octo equitum millia Ptolemæus, nullo reip. sumptu, præsidio miserat. His de caussis fit S.C. referente consule P. Lentulo, vt sortiãtur consules, vter eum in regnũ reducat. prior exijt sors Lẽtuli, simul cũ administratione Ciliciæ. nam Hispania, quæ Metello Nepoti, eius collegæ, obtigit, longe ab Aegypto remota, cum reductione regis Alexandrini coniungenda non fuit. huius & S.C. & sortis in oratione in Pisonem mentio fit his verbis: Auderet Gabinius si non acerrime fureret, quam prouinciam P. Lentulus, cum & auctoritate senatus, & sorte haberet, interposita religione deposuisset, eam sibi tum adsciscere, cum etiã si religio non impediret mos maiorum tñ, & exempla, & grauissimæ legum pœnæ vetarent. Postea per C. Catonem, tribunũ pl. obiecta senatui religio est, prolato e sibyllinis versibus oraculo, ne rex cum multitudine reducatur; si fiat, malo publico futurũ. tum fit alterũ S.C. referente Marcellino consule, regem cũ multitudine reduci, periculosum reip. videri. deinde quis, sine exercitu reducat, deliberatur. alij eum honorem Lentulo, quem iam antea & S.C. & sortis beneficio acceperat, conseruabant: alij Pompeio mandãdum, alij aliter censebant. varietas opinionũ rem extraxit, Catonis vero, tribuni pl. audacia disturbauit penitus, atq; peruertit. nam, & ab initio tribunatus, vt Fenestella docet apud Noniũ, concionibus assiduis inuidiam regi, ac Lentulo cõcitauit; & mox, lege etiam de abrogando Lentulo Ciliciæ imperio promulgata, eos eorũ, qui Lentulo fauebant, à minore cura ad summũ timorem traduxit: Pompeium vero, in senatu aspere, & acerbe accusatũ, eò redegit, vt consilium reducẽdi regis abijceret. itaq; rex, desperato senatus auxilio, confugit ad Gabiniũ, Syriæ proconsulem: à quo, promissis decem talentorum millibus, Pompeio etiã, qui eo anno cum Crasso consul fuit, admodum pro eo contendente, facile impetrauit, vt restitueretur. ex quo postea Gabinius maiestatis accusatus, ꝙ prouinciæ suæ finibus, cõtra legem Corneliam de maiestate, excessisset, corruptis iudicibus absolutus est. mox tñ repetundis in iudicium vocatus, defendẽte, Pompeij rogatu, Cicerone qui priore iudicio accusauerat, odio maxime prioris iudicij damnatus, publicatus bonis, in exsilium abijt: quẽ postea dictator Cæsar restituit. Hinc illa in eum obliq; coniecta in oratione, quam habuit in senatu, contra collegam eius, L. Pisonem: Se ipsum, fasces suos, exercitum populi Romani, numen interdictumq; deorum immortalium, responsa sacerdotum, auctoritatem senatus, iussa populi, nomen ac dignitatẽ imperij regi Aegyptio vendidit: in Aegyptum venit: signa contulit cum Alexandrinis: cepit Alexandriam. Atq; hoc in loco fœdam Appiani negligentiam dissimulare non possum, qui Gabinium, Pompeio tertium consule, de maiestate damnatum putat: in quo dupliciter peccat, primum temporis, deinde criminis inscientia. nam Gabinius biennio ante Pompeij tertium consulatum, Domitio, & Appio cos. damnatus est, non de maiestate, quo crimine, corruptis iudicibus, euasit, sed de repetundis, odio maxime iudicij de maiestate, quod corruptum esse cõstabat. vtrunq; docet Dionis historia, lib. XXXIX. cui si fides abrogatur, ipse certe non refelletur Cicero, quo ego, præsertim in rebus illius ætate gestis, locupletiorem testem non quæro. is in epistola XVI. ad Atticum, lib. IV. & lib. III. ad Q. fratrem, epistola IV. prorsus patefacit [illegible] Appiani. Pulsus est Ptolemæus è regno post quattuor fere annos, quàm regnare cœperat, Romamq; venit P. Lentulo, Q. Metello cos. quod quidem è Ciceronis agraria in Rullũ licet conijcere in qua non hunc Auletem Ptolomęum, sed aliũ regnare, Alexandro rege mortuo, indicat his verbis: Eum, qui regnum illud hoc tempore teneat, genere regio non esse, video inter omnes conuenire. De Aulete nunquam ita loqueretur, de quo in oratione pro domo, Cuius, inquit, cum patre, auo, maioribus societas populo Romano iuncta est. Præterea socius, & amicus populi Romani Cæsare consule appellatus est. quod ipse Cæsar scriptũ reliquit lib. III. de bello ci. & Cicero epist. XVI. lib. II. ad Atticũ idem significat. vt videatur paullo ante regnũ accepisse, quod societate statim, atque amicitia populi Romani confirmandum curauit. Quòd si rex fuit ante Cæsarem consulem nec fuit cõsule Cicerone, vt ex eius agraria oratione ostendimus: sequitur, vt quarto fere, aut tertio regni anno eiectus Romam venerit. quo anno, vt dixi iam, consulatum gerebãt Spinther Lentulus, & Metellus Nepos. id quod nõ modo Liuius, vt ex epitome cognoscitur, & Dio, sed Strabo etiam, grauis auctor, significat, cum eiectum ait esse Ptolemæum Gabinio Syriã obtinente, eiq; successisse Archelaum, Gabinij familiarem, vxore ducta trium Ptolemæi filiarum maxima Berenice, quã postea cũ Archilao restitutus à Gabinio Ptolemæus interemit. Honor autem ille societatis, & amicitiæ populi Romani, à Ptolemæo, sicuti à reliquis quoq; regibus, nõ mediocriter expetitus, caussam attulit, vt anno proximo ab Aegyptijs eijceretur. emit enim societatem à Cæsare consule, eiusque genero Pompeio, vt Suetonius prodidit, sex prope talentorum millibus: quæ sunt, nummo nostro, scutatorum tricies & sexcenta millia: commune lingua, tres milliones, & sexcenta millia. quam pecuniam mutuatus à feneratoribus, & amicis, quorum e numero fuit C. Rabirius Postumus, quẽ postea Cicero defendit, intolerabilia tributa, vt creditoribus satisfaceret, Aegyptijs imposuit. ex quo, multitudine concitata, pulsus est. Neque vero tantam pecuniam Cæsari primum à Ptolemæo datam, vt ei regnum societate, & amicitia populi R. confirmaretur, deinde Gabinio, vt exactus restitueretur quisquam mirabitur, qui ex annuis Aegyptij vectigalibus quantum caperet, animaduertet. capiebat enim talentorum duodena millia quingena, id est scutatorum septuagies quingena millia: quantum hodie vniuersi Galliarum regni, quod omnium regnorum fructuosissimum habetur, annua tributa non conficiũt. Mirum etiam, quòd à Varrone traditum scripsit Plinius, hunc Ptolemæum, Pompeio circa Iudæam res gerente, octona millia equitum sua pecunia tolerauisse, mille conuiuas, totidem aureis potoris, mutantem vasa cum ferculis, saginasse.

Epistolæ, quas familiares vocant, scriptæ sunt omnes post cõsulatum, ante exsilium, in exsilio, post exsilium: ante exsiliũ quinque, prima omnium, quæ, Pompeio Magno, inscribitur; altera Q. Metelli Celeris ad Ciceronem, tertia Ciceronis ad eũ, quarta ad C. Antonium, quincta ad P. Sextium; quę lib. V. omnes leguntur: in exsilio, ad Terentiam vxorem quinque lib. XIV. post exsilium reliquæ omnes. Ad Lentulum lib. I. diuersis temporibus, id est toto triennio scriptæ sunt: sex quidem primę, gerentibus consulatum Marcellino, & Philippo, septima, & octaua, Pompeio, & Crasso, nona, Domitio, & Appio, quod ex earum argumentis, & obseruatione cognoscitur historiæ.

HVBERTINI CLERICI CRESCENTINATIS IN EPISTOLIS CICERONIS COMMENTVM.



Vivs voluminis epistolas, etsi omnes communi appellarione Ciceronis dicuntur, constat tamen ex earum inscriptionibus à multis, varijsq; eius sęculi doctissimis viris diuersis etiam temporibus scriptas, tanta dicendi elegantia, & gratia, vt si non ex eadem officina, ab optimo tñ artifice exisse quæq; videantur: tanta fuit illius sęculi non modo in rei militaris laudibus, uerum etiam in omnium bonarum disciplinarum, præcipueq; rhetoricæ facultatis cognitione, & exercitatione felicitas, & gloria. quæ tamen ne nostro quidem sęculo cessit, si nos ipsi nobis deesse nolimus, & nostræ ueglIgentiæ culpam in ipsa tempora; in quibus tamen sine dubio plurimum momenti esse non negauerim, totam tranferre designamus, & ingeniorum nostrorum bonitate vtamur. quamobrem pueros, adolescentesq; omnes non solum exhortor, verumetiam obsecro, vt eloquentiæ studijs, quæ maximam gloriam hominibus affert, totis viribus incumbaut, atq; adeo ex his familiaribus epistolis initia sumant· has die noctuq; legant, has ediscant, has imitentur in his se exerceant, his se oblectent: deinde alios Ciceronis non minus eruditos, quàm elegantes libros euoluant: & tamen alios quoq; Romanæ linguæ probatos auctores ita tamen & legant, vt hunc vnum sibi vel vexilli ferum, vel potius ducem constituant, quem sequantur: neq; enim sine causa Quintiliano dictum est, eum posse scire se plurimum profecisse, cui Cicero placebit. Ego ita hoc opus declarare studebo, vt mea ope, & interpretatione fretus, nemo tam aggrediendum dubitet, vt igitur clarius harum ad Lentulum epistolarum argumentum appareat; ex Strabonis auctoritate Ptolemęorum series breuiter plurimum narranda videtur, deinde Appiani, & Plutarchi, & reliquorum, qui de his rebus scripserunt, auctoritate Ciceronis mentem ita declarare studebimus, vt industria nostra multis profit. sic igitur inquit Strabo lib. xvij. in descriptione Aegypti: Ptolemæus, Lagi filius, Alexandro successit, Ptolemæo autem Philadelphus, Philadelpho Euergetes, postea Philopater Agatocliæ, postea Epiphanes, postea Philomator, filio imperium à patre accipiente. huic vero frater successit, secundus Euergetes nominatus, quem & Physconem dicunt; cui Ptolemæus cognomento Lathurus successit, Lathuro autem ętate nostra Auletes, Cleopatræ pater. Sed omnes post tertium Ptolemæum male vixerunt, delicijs corrupti, omnium vero pessime quartus, & septimus, & vltimus Auletes, qui prætet alia flagitia etiam choraulã exercuit: & adeo in ea gloriabatur, vt non cunctaretur certamina in regia celebrare, ad quæ & ipse cum alijs concertaturus prodibat. Atque hic est, quem Alexandrini exegerunt. &, cum ei tres filiæ essent, vna natu grandiorem, quæ legitima erat, reginam fecerunt: & duæ eius filiæ infantes adhuc, atq; inutiles regno exciderunt. Reginæ viri ex Syria accersiti, præsertim Cybiosactes quidam, qui se ex Syriaco rum stirpe simulabat. hunc diebus paucis regina eiecit, cum eius ignobilitatem, illiberalitatemq; pati non posset. pro illo alius venit, qui & ipse se Archelaum, Mithridatis filium, simulabat, qui Archelai quidem filius erat, eius, qui contra Syllam bellum gessit, & postea à Romanis in honore maximo habitus est: & auus eius fuit, qui tempore nostro postremus in Cappadocia regnauit, Comanorum sacerdos, quæ in Ponto sunt: & cum Gabinio tunc diuersatus est, tanquam cũ eo contra Parthos militaturus. hoc itaq; nesciente, ille per amicos quosdam ad reginam deductus, rex declaratur. Interea Auletem, Romam profectum, Pompeius suscipit, & senatui commendat, ac de reductione eius agit, & de nece legatorum, qui supra centum contra regem venerant: è quibus fuit Dion Academicus, princeps legationis. Ptolemęus itaq; ab A. Gabinio reductus Archelaum, & filiam interemit. Hæc Strabo, cum quo & Appianus & Plutarchus consentiunt & T. Liuius lib. 10 t. & hic fuit pater eius, per quem Pompeius est interemptus. Verum ait Plutarchus in vita Catonis. Ptolemæus, quem Auletem appellauit Strabo, prius, quàm Romam veniret, accersitus à Catone Rhodum venit: quocum posteaquam locutus est, consulente Catone, ne, tanta felicitate relicta, laboribus, & dispendijs, & obseruationibus eorum, qui Romę potentes essent, se subijceret, quorum cupiditatem si vniuersa Aegyptus in pecuniam redigatur, vix explere posset, & ornare, vt domum rediret, & cum suis ciuibus pacaretur, & se ipso Catone vna nauigaturum & intercessurum pollicente; rex, tanquam ex insania quadam resipiscens, veritatemq; agnoscens, & virtutem Catonis admirans, decreuit primum ita facere, vt Cato suadebat; sed postea ab amicis in priorem spem reductus, cum Romam eorum hortatu venisset, statim errorem suum cognouit: damnauitq;, quòd non diuino Catonis consilio paruisset. Alia etiam dicit Plutarchus, quæ quia nihil ad rem faciunt, omittuntur, illud certissimum habeatur, & Strabo loco supradicto, T. Liuij, & Plutarchi in vita Catonis auctoritate, hunc Ptolemęum à suis ciuibus fuisse exactum, & ob iniurias, quas patiebatur, Romam venisse. nam quem Val. Maximus dicit à fratre minore expulsum, ex lib. 3. commentariorum belli Alexandrini Iulij Cæsaris colligitur, fuisse huius Ptolemęi filium. dicit enim In testamento patris scriptos fuisse hæredes ex duabus filijs maiorem, & ex duabus eam, quæ ætatem antecedebat. Cumq; his Ptolemæus se restitui curaret, idq; maxime Lentulus, qui in Ciliciam proconsulatum gerebat, facere cuperet, negotium suum, cum Ipse abesset, Ciceroni mandauerat: cui paulo ante ab exilio reuocando plurimum operæ, & studij præstiterat, & instantissime affuerat. dabat igitur operam Cicero, vt per Lentulum reduceretur, sicut Lentulus ante discessum suum etiam in senatu egerat. verum rex vt erat ambitiosus, per Pompeium, quàm per Lentulum reduci malebat: idq;, corruptis nonnullis senatoribus, assequi contendebat: erant tamen, qui aduersarentur: tanta erat varietas sententiarum in senatu. Quamobrem cum hæc in senatu agerentur, Cicero admonet Lentulum de rebus omnibus, & præcipue de sua erga Lentulum voluntate, & animo, & officio: & quam sint variæ senatorum de hoc negotio Alexandrino sententiæ. latenter tamen innuit Lentulo, non posse fieri, vt obtineatur; cum ostendit rem corruptam esse, & non esse in ijs fidem, in quibus summa esse debebat: quæ omnia ostendunt difficultatem, & quasi impossibilitatem rei. Huic autem reductioni regiæ difficultatẽ afferebant Sibyllina carmina: quibus monebatur populus R. exercitum non esse mittendum in Aegyptum, vt & Appianus scribit, & Lucanus lib. 4. Pharsaliæ aperte declarat his versibus:

—Noxia ciuili tellus Aegyptia fato.
Haud equidem immerito Cumanæ carmine uatis
Cautum, ne Nili Pelusia tangeret ora
Hesperius miles, ripasq; æstate tumentes.

Quid igitur de horum carminum religione sentiatur in senatu, Cicero declarat hac epistola:

M. TVLII CICERONIS

EPISTOLARVM FAMILIARIVM

LIBER PRIMVS.

ARGVMENTVM.

PTOLEMÆVS Auletes, rex Ægypti flagitiosus, cum ob tyrannidem ab Alexandrinis esset exactus, confugit ad Romanos, quos ante multa largitione amicos, pro regno firmãdo sibi deuinxerat. Eum Pompeius exceptum hospitio senatui commendauit. Cumq; is se restitui in regnum curaret, idq; maxime Lẽtulus, qui in Cilicia proconsulatum gerebat, facere cuperet; negotium suum, cum abesset, Ciceroni mandauerat, cui paulo ante ab exilio reuocando plurimam operæ, & studij præstiterat. Dabat igitur operam Cicero, vt per Lentulũ reduceretur, sicut Lentulus etiam ante suum discessum in senatu egerat. verum rex, vt erat ambitiosus, per Pompeium, quam per Lentulum reduci malebat: idq;, corruptis nõnullis senatoribus, assequi contendebat. erant tamen qui aduersarentur: tanta erat in senatu sententiarum varietas. Quamobrem cum hęc ita agerentur, admonet Cicero Lentulum de rebus omnibus, & præcipue de sua erga Lentulum voluntate, & animo, & quam sint variæ de hoc negotio Alexandrino senatorum sententiæ, latenter innuens, non posse fieri, vt obtineatur, cum ostendit rem corruptam esse, & non esse in his fidem, in quibus summa debebat esse. Huic autem reductioni regiæ difficultatem afferebant Sibyllina quoq; carmina, quibus monebatur populus Romanus regem Ægypti, si quando auxilio indigens veniret ad Romanos exercitu nullo pacto esse iuuandum. Quam diuersa autem de hisce carminibus in senatu sententia fuerit, aperit quoque haec epistola.

GIBERTI LONGOLLI LEMMA.

Nunciat Lentulo, quid in causa illius in Senatu actum sit.

M. CICERO P. LENTVLO PROCONSVLI S. I.



EGO OMNI OFFICIO, *ac potius pietate erga te, cæteris satisfacio omnibus; mihi ipse nunquam satisfacio. tanta enim magnitudo est tuorũ erga meritorum; ut, quoniam tu, nisi perfecta re, de me non conquiesti; ego, quia non idem in tua causa efficio, uitã mihi esse acerbam putem. in causa hæc sunt. Ammonius regis legatus aperte pecunia nos oppugnat. res agitur per eosdem creditores, per quos, cum tu aderas, agebatur. regis causa, si qui sunt, qui uelint, qui pauci sunt; omnes rem ad Pompeium deferri uolunt. senatus religionis calumniam, non religione, sed maleuolentia, & illius regiæ largitionis inuidia comprobat. Pompeium & hortari, & orare, & iam liberius accusare, & monere, ut magnam infamiam fugiat, non desistimus. sed planè nec precibus nostris, nec admonitionibus reliquit locum. nam cum in sermone quotidiano, tum in senatu palam sic egit causam tuam, ut neque eloquentia maiore quisquam, neq; grauitate, nec studio, nec contentione agere potuerit, cum summa testificatione tuorum in se officiorum, & amoris erga te sui. Marcellinum tibi esse iratum scis. is, hac regia causa excepta, cæteris in rebus se acerrimum tui defensorem fore ostendit. quod dat, accipimus: quod instituit referre de religione, & sæpe iam retulit, ab eo deduci non potest. Res ante idus acta sic est: nam hæc idibus manè scripsi. Hortensij, & mea, & Luculli sententia cedit religioni de exercitu: (teneri enim res aliter non potest) sed ex illo S. C. quod, te referente, factum est, tibi decernit, ut regem reducas: quod commodo Reipub. facere possis: ut exercitum religio tollat, te auctorem senatus retineat. Crassus tres legatos decernit, nec excludit Pompeium: censet enim etiam ex ijs, qui cum imperio sunt. Bibulus tres legatos ex ijs, priuati sunt. huic assentiuntur reliqui consulares, præter Seruilium, qui omnino reduci negat oportere; & Volcatium, qui, Lupo referente, Pompeium decernit; & Afranium, qui assentitur Volcatio. quę res auget suspicionem Pompeij uoluntatis: nam aduertebatur Pompeij familiares assentire Volcatio. Laboratur uehementer: inclinata res est. Libonis, & Hypsæi non obscura concursatio, & contentio, omniumq; Pompeij familiarium studium, in eam opinionem rem adduxerunt, ut Pompeius cupere uideatur. cui qui nolunt, ijdem tibi, quòd eum ornasti, non sunt amici. Nos in causa auctoritatem eo minorem habemus, quòd tibi debemus. gratiã autem nostram extinguit hominũ suspicio, quòd Pompeio se gratificari putant. ut in rebus multo ante, quàm profectus es, ab ipso rege, & ab intimis, ac domesticis Pompeij clam exulceratis, deinde palam à consularibus exagitatis, & in summã inuidiam adductis, ita uersamur, nostram fidem omnes, amorem tui absentis præsentes tui cognoscent. si esset in ijs fides, in quibus summa esse debebat; non laboraremus,*



EGO OMNI OFFICIO] Sensus est. Ego omne officium meum, aut multo magis pietatem in hac tua causa reductionis regiæ tibi ita præsto, ut nemo existimet, quidquã à me prætermitti, aut diligentius effici posse, aut debere. Mihi autem non ita uidetur: qui quantum pro te facio, minus officio meo puto. Officiũ ab efficiendo dicitur: eo quod quæritur quid efficere unumquenq; conueniat pro conditione personæ: ut Donatus, inquit. Pertinet autem, teste Asconio Pediano, ad uirtutem: ut hominis est officiũ pietatem colere, licet interdũ dicamus, Lenonis est officium insidiari pudicitiæ, & accusatoris officium est inferre crimina: sed frequentius ad uirtutem refertur. [Pietate] .i. intimo, & quasi sacro affectu. Pietas n. (ut Cic. de Nat. Deo. inquit) est iustitia erga deos: unde Non. Marc. Pietatem hanc docti ueteres esse uoluerunt, quasi penitus, & in penetralibus recondatus usurpatum est, ut non solũ in deos, sed in parentes, & in eos, quos ueneramur dicamur pij, non autem erga inferiores, ut quidam male utuntur: nisi in eos, qui de eodem sunt sanguine, ut mater pia in filiũ, & pietas paterna dicitur, & filij in patrem, ut Virg. Sum pius Æneas, & quia deos, etiã patrem ab igne liberasset. [Ceteris omnibus] Qui putant nihil posse à me pro te maius fieri, [Mihi] Quia tantum me tibi debere puto, ut nullo officio, aut pietate implere possim [Tanta.n.est magnitudo] Ratio est superioris propositionis, & est sensus. tua erga me merita ita magna sunt: quãm tu nunquam conquieuisti propter me. nisi impetrata restitutione mea: ut ego putem uitam mihi esse acerbam, & insuauem, quia non possum in causa tua id efficere quod cupio: sicut tu fecisti in mea, quod cupiebam. Merita dicuntur facta. & quãm sunt mala, quàm bona, pro loco, intelligendum est, & est meritum plus quam officium. quod ipsius Ciceronis exempla in his epistolis declarant. [Acerbam] insuauem, & plenam solicitu-

HVB.

Officium.

Pietas.

Merita.

citudinem, & horridam. {Putem} Existimē.i. vt vita uideatur
mihi iniucunda, quia non efficio, &c. Ordo autem est. Tanta est
magnitudo tuorum meritorum, vt putem vitam mihi esse acer
bam: quia non efficio idem in causa tua. s. quod tu in mea effeci
sti: quoniā tu nō conquieuisti de me, nisi re perfecta. i. impetra-
De. to reditu meo in patriā. {De me}. i. propter me. Nam de inter
alia significata, propter significat: vt Terent. in Eunu. Quantū
me amas de fidicina hac? {In causa hæc sunt.} Facit attentum
Lentulum, cū summa rei se expositurū ostendit. {Oppugnat}
translatum est ex re militari: vt. n. dicimus oppugno urbem tor
mentis; ita dixit. Cic. Ammonius oppugnat nos pecunia. i. ten-
tat sententiam nostram fauore pecuniæ opprimere, atq; euer-
Oppugno tere. Oppugnare autē est contra pugnare offendendi causa. Re
Repugno pugnare resistere, & quasi contra pugnam agere causa defensio
Propugno
Expugno. nis. Propugnare defendere: vnde & propugnacula, quę ad defen
sionem fiunt: vt & propugnacula bello tuta parant. expugnare
vero est vi, & propugnando vincere. {Ammonius} nomen pro-
priū legati, qui nomine regis senatores pecunia corrumpebat:
vt contra fautores Lentuli sentirēt, & dicerent deferrentq; hāc
Creditor. reductionem Pomp. potius quàm Lentulo. {Creditores} Qui
bus pecunia promissa est, vt regi faueant. Nam vt C. iuriscon-
sultus ait. ff. si certum petatur, creditores non tantum accipiun
tur, qui pecuniam crediderunt, sed omnes, quibus ex qualibet
causa debetur, sicut exempto vel locato: uel ex alio ullo contra
ctu debetur. ergo, inquit Cic. tractatur hæc causa per eosdē fau-
tores regis, quibus promissa sunt pręmia, per quos tractabatur
cum tu aderas. Nam vt in fine epistolæ ostenditur, ante disces-
sum Lentuli ab vrbe iam res corrūpi cœperat. & hic est verus
sensus, neq; competitores est legendum. Possumus tamen etiā
intelligere creditores, qui pecuniam mutuam fidei regis credi-
dissent. {Si qui sunt, qui uelint}. s. reductionem. {Causa regis}
.i. propter ipsum regem. {Qui pauci sunt} Nam nolebant qui
dem plerīq; regem restitui: sed alij mouebantur officio populi,
& hi Lent. fauebant, alij mouebantur causa ipsius regis: ideo-
que vt maiore honore reduceretur, deferebant hanc reductio-
nem Pompeio: vtpote qui esset multo honoratior Lētulo. {Se
natus} Sensus est: Senatus comprobat calumniam religionis
non propter ipsam religionem, sed propter odium, quod rex in
sua largitione sibi conflauit. Neq;. n. omnes senatores erāt cor
Calumnia. rupti. {Calumniā} quidā exponunt falsam interpretationem.
Cauillatio. quod mihi non placet. sed potius cauillationē. i. frustratoriam
contentionē. Nam senatores nō uno modo Sibyllina carmina
interpretabantur. Probant igitur, ne cū exercitu reduceretur,
non tam, vt tuerentur Sibyllæ sentētiam, q̄ ne deferretur Pom
peio, qui tunc plurimum in ciuitate poterat, & P. R. exercitus
imperator erat. {Illius} Hoc nomen in cōtemptū dictum est.
Largitas {Largitionis}. i. pecuniariæ corruptionis, nam largitas dicitur
Largitio
Inuidia. rationalibus, & diffinitus liberalitatis effectus, largitio vero vi-
tiū, cū ob iniustā causam alicui largitur. {Inuidia} Odio, alias
vero dicitur dolor alienæ felicitatis. {Comprobat} Suis senten
tijs affirmat. {Pompeiū & hortari} Vt amicum. {Orare} Vt
Liberius. superiorem. {Liberius} Mos Cic. est ponere plerunq; compa-
ratiuum pro positiuo: liberius quoq; pro valde libere. i. nulla ha
Relinquere bita ratione & respectu. {Monere} Vt familiarem. hæc autem
locum pre- omnia plerunque facimus pro amicis, quæ pro nobis ipsis non
cibus. faceremus, vt Cic. inquit in Lælio de amicitia. Ostenditur igi-
tur se nullam partem & officium suum erga Lent. prætermisis
se. {Nec reliquit locum precibus, nec admonitionibus}. i. non
passus est se aut orari, aut admoneri. Relinquere. n. locum pre
cibus est pati, vt preces ad se deferantur. {Sic egit} Sic dixit.
Contentio. {Studio} Voluntate, & animi effectu. {Contentione} Ad ver-
ba refertur: nam contentio est, vt inquit Cic. oratio vehemens,
& ad persuadendum accommodata. ergo contētione ui sermo-
nis. {Tum in senatu} publice. {Tū in sermone quotidiano} .i.
priuatim apud amicos. {Eloqnētia} Dicendi ornatu, & ad ver
ba retulit {Grauitate} Ad sentētias. {Studio} Affectu animi,
& vehementi voluntate. {Cum testificatione} Approbatio-
ne. {Hac causa excepta,} De reducendo rege. {Acerrimum}
Vehementissimum {Fore} Futurū. {Quod dat, accipimus.}
Male sentiunt, qui sic interpretantur, quod dicit, intelligimus.
nam potius prouerbialiter dictū est. {Quod dat}. i. quod pro
te facit. {Accipimus.} Nō spernimus, gratū habemus. {Quod
Referre. instituit} Quod proposuit, decreuit. {Referre} Hoc in loco
publice proponere, & in senatu dicere. {De religione} De Si-
byllino carmine, qđ omnino seruari uolebat. {Deduci} Amo-
ueri. & ordo est: non potest deduci ab eo quod instituit referre.
{Hortensij, & Luculli sententia} Hos tres dicit idē sen. s. q̄ pa
reatur religioni. {Nam cedit religioni}. i. paret religioni, ap-
probat religionem. {De exercitu.}. s. non ducendo in Aegyptū.
{Teneri.} Obtineri. s. pro te. {Res} Causa, reductio regis. {Al-
ter} Nisi cedendo religioni. {Sed ex illo S.C. quod te referen-
te} Sensus est, per illud S.C. quod est factū ante discessum tuū,
cum tu de reductione regia in senatu retulisti, decernitur, & sta
tuitur, vt tu regem deducas: quia cum sis uicinus Aegypto, com
mode potes id facere, vt tu auctor sis reducendi regis, & tamen
seruetur sententia Sibyllæ, ne cum exercitu reducatur. {Quod
commodo facere possis}. s. propter vicinitatem, quia es in Cili
cia, quæ est propinqua Aegypto. {Religio tollat exercitum}. i.
vt à reductione remoueatur exercitus, sicut religio. i. Sibyllinū
carmen præcipit. {Crassus tres legatos} Pergit ostendere va-
rias fuisse in senatu de hac re sententias, & primo Crassi, dein-
de Bibuli, postea ceterorum. {Qui cum imperio} Sunt qui im
perium habent, qui præsunt exercitui Romano. {Priuati}. i. si-
ne magistratu, qui non sunt cū imperio. {Assentiuntur} Adhæ
rent, acquiescunt. {Qui omnino}. i. nec cum exercitu, nec sine
exercitu. {Lupo referente} Ex relatione enim Lupi, qui erat
pro Pomp. etiam Volcatius Pomp. decernebat reductionem
{Qui assentitur Volcatio} Decernenti Pomp. {Auget suspi-
cionem voluntatis Pomp.}. i. facit, vt omnes magis suspiciētur
Pomp. velle reducere, cū L. Afranius, & Volcatius simul decer-
nant Pomp. {Nam} ad amplificationem suspicionis quòd fa-
miliares Pomp. assentiātur Volcatio, qui Pomp. decernit. {Ad
uertebatur} Cognoscebatur, impersonaliter dictum. {Labora
tur ue.} Prouerbialiter dixit. multum inest negotij. {Inclina-
ta res est.} Translatio sumpta à domo ruinā minante, vt Virg.
in 10. In te omnis domus inclinata recumbit. {Ergo inclina-
ta res est}. i. iam incipit tua defensio regiæ causæ deficere. {Li-
bonis, & Hypsæi} Qui pro Pomp. contenderant. {Concursa-
tio} Quia non solum conueniebant, sed etiam hunc, & illū am
bibant, & huc & illuc cōcursabant. {Cui} Pomp. {Qui nolūt}
.s. decerni reductionem regis. {Quòd eum ornasti} Oratione
tua: nam Lent. ante discessum suum habuerat orationē hono-
rificam pro Pompeio. {Quòd tibi debemus.} Nam existimāt
me potius tibi fauere, quia sum tibi obligatus, quam quòd exi
stimem id fore honestum, aut vtile pro P.R. {Gratiam} Quæ
mihi apud ciues erat propter beneficia in remp. collata. {Ex-
tinguit} Translatio ab igni, id est, omnino oppressit. {Suspi- Suspicio.
cio} Opinio: nā suspicio est & bona, & malā, vt inferius ad Cu
rionem: quòd valde suspicor fore, vt infringatur hominum im
probitas. i. opinor. {Gratificari} Rem gratam facere, si ei fa-
ueant. {Vt in rebus} Sensus est: ut ante discessum tuum uersa-
bamur in rebus causæ regiæ corruptis, & ita agitatis, vt & ma-
gnum odium parauerit regi & suis, ita etiam nunc uersamur.
{Exulceratis} Corruptis: translatio à corporibus: ulcus autem Exulcere
dicitur à græco ἕλκω, & est corporis laceratio: vnde vlcerare, la- Vlcus
cerare, frangere: unde Horat. in Serm. Mānica cui lumbos one- Vlcere.
re ulcerat, atque eques armos. {In summā inuidiam} In sum-
mum odium, quia superius dixit illius regiæ largitionis inui-
dia &c. {Exagitatis} Varie commotis. {Ita uersamur} Ita agi
tamur. {Nostram fidem} Erga te. {Præsentis & absentis}. i.
omnes cognoscent me, & in absentem, & in præsentem fide-
lem fuisse, & amicum. {Non laboraremus} Non uexaremur
laboribus in obtinenda hac causa.

EGo omni officio} Inquit, ò Lent. in te colendo atq; ob PHIL.
seruando ceteris omnibus satisfacere uideor, mihi vero
nullo modo. Nam pro tuorū erga me vel magnitudine
vel dignitate meritorū nihil efficio. Nunquā n. propter
me conquiesti, donec perfecisti rem meā: ego vero, quia nō idē
in tua causa efficere possum, uitam esse mihi grauē, & acerbam
existimem. Sed in his quæramus verborum iuncturā. Ego: hu-
iusmodi vocalium concursum in alijs accusarē: sed Cic. conce-
demus, qui cum Demosthene, vt ait Fabius, modice respexerūt
ad hanc partem. Nam & coeuntes literæ, quæ συναλοιφαὶ dicun
tur, etiam leniorē faciunt orationem; quasi omnia verba suo si
ne claudantur, & habet, vt ait Cic. ille tanquā hiatus, & concur
sus vocalium molle quiddam, & quod indicet non ingratā ne-
gligentiam de re hominis magis, q̄ de verbis laborātis. Verum
in hoc quid medium tenēdum est: nam vt negligentis est pars
hoc pati, ita humilitatis utiq; perhorrescere. Qui. n. Theopom
pum, & Isocr. secuti sunt, ab huiusmodi uocalium concursu ni-
mium abhorruerunt. Qui, vt idem inquit Fabius, cum accidit,
hiat, & intersistit, & quasi laborat oratio pessime lōge, quæ eas-
dem inter se literas committunt, sonabunt: præcipuus tñ erit
hiatus earum, quæ cauo, aut maxime patulo ore efferūtur. Ve-
rum

rom sunt illiusmodi collisiones vocaliũ fugiẽdæ, quæ reddunt deformem hiatũ,& inconcinnã orationẽ: de quibus Cic. sic ait

Cõpositio

Cõpositio est verborũ constructio æqualiter perpolita: ea conseruabitur, si fugiemus crebras vocalium concursiones, quæ uastam, atq; hiantem orationem reddunt. Quod vt Græci fugiãt, vocales abijciunt: & earũ loco signũ apponunt, quod ab eis ἀπόστροφος, à nostris conuersio dicitur. Ego, ἐμφατικῶς dixi. Pronomina.n. maioris sunt ponderis, q̃ uocem ostendant: nam quod non aperte dicunt, intelligi volunt: vt illud Maro. Me ne incepto desistere uictam? sub illo pronomine me, intellexit reginã deorum, sororem, & coniugẽ Iouis. Sic nunc Cic. cũ dixit ego, intellexit se illum talem, qui cum Lent. familiarissime uixit, & qui tot beneficia ab eo acceperat. { Officio } Omni debita actione, quæ proficiscitur à virtute pro rerũ atq; personarum dignitate, proq; loco atq; tempore seruato. Est.n. officium, vt inquit marius, uniuscuiusq; personæ actus construens secundum mores ciuitatis. Dicitur & officium aliquando uitiosorũ, sed perperã: nec satis recte diffiniri potest sine admistione finis. Spectat enim ad finem officij: & ita differt à fine, vt officio, quid agẽdũ sit, in fine quid complectendũ considerare debemus. Dictũ quidem nõ ab officiendo, hoc est nocendo à cõtrario sensu, vt multi voluerũt: sed ab efficiendo: qm̃ id tale est, quod effici debeat, & si non fit, in culpa est, & illam virtutis actionẽ præsefert, quã Græci πρέπον dicunt. { Ac potius pietate } ἐπανόρθωσις correctio qua tollitur quod primo dictum est: & pro eo reponitur, quod magis idoneũ videtur: hoc autẽ animus auditoris maxime commouetur. Est verò pietas obseruantia quædam, & reuerentia in parẽtes, in omnes maiores nostros, in deos immortales, quã græci εὐσέβειαν, hoc est religionem & quasi iustitiam quandam in deos appellant. Hinc Aeneas se piũ facit, vt sum pius Aeneas, propter deos raptos ab hostibus, & uectos in Latium & patrẽ Anchisen, quẽ humeris sustulit, vt, Ceruici imponere nostræ. Nec me labor iste grauabit. Cic. pietas est, inquit, iustitia erga deos. & alibi pietatem dicit, quæ erga patriam, aut parẽtes, aut alios sanguine coniunctos officium conseruare moneat. Quid? quòd à deis in homines Virg. retulit, vt Dij, si qua est cœlo pietas, quæ talia curet. { Ceteris satisfacio omnibus } Quoniam omnes existimãt me non posse plus pro te facere, quàm facio. Et in his animaduertendũ est, inter duos casus similes concinne ponimus aliquid tertium dissimile, siue præpositioné, vt omnibus in terris, siue uerbũ vt aliquid tale: vt, Cæteris satisfacio omnibus. Est.n. honestius sic ista coniungere, q̃ si dicas in omnibus terris, aut, Ceteris omnibus satisfacio. Verum consulendæ sunt aures. Interdum.n. non admittunt similes inter se casus aliquid. Tenendum est igitur, vt verba adaugescant. Sic in hoc verbo satisfacio dicendũ est, q̃ & coniunctim, & diuisim eo vti possumus, vt facio satis, & satisfacio, & tertium inter ipsas duas dictiones adiungi potest, vt Cic. ad Marcellũ satis nostræ coniunctioni, amoriq; facturum, hoc est satisfacturũ. { Ceteris } Sic inflecte, vt pulcher, & ab eo dicitur, quod apud Græcos λοιποὶ nominatur. { Ipse } Cum eodem pondere, vt ego, & usurpatum tam in prosa oratione, quàm in versu. Ars.n. exigit, vt ipsius, non ipse dicamus, vt Teren. Ipsius mihi Dauus dixit. Nunquã plus habet negationis, quã non. { Tanta.n. est } Post propositionem, quamprimũ rationem adiungit: nam quinq; partes habere debet argumentatio, propositionem, ratiõnem, rationis confirmationem, exornationem, & conclusionẽ, siue complexionem. Nulla est.n. tam longa materia, quæ non his facile cõplecti possit. Enim idem est quod apud græcos γὰρ, rationem causamq; superioris sensus ostendit, & eleganter ſm locũ possidet, vt hic. Tanta.n. aut tertium, ut fatendum est enim. Primũ vero, aut quartum locum nunquam tenet, nec in positione locari potest. Quod autem in ea legamus epistola. Cur enim tibi hoc non gratificer nescio, ne te fugiat illud non esse principium epistolæ, sed sic. posuit enim vt quasi rationẽ adiungeret, quòd in titulo, P. Valerium iureconsultum esse dixerat. { Magnitudo meritorum } Fuerat.n. Tull. in exilium eiectus a Clo. & in Macedonia exulauit, & sexto decimo post fugam mense, T. Annij Milonis, & Lent. opera ab exilio reuocatus, maxima cum gloria & gratulatione ciuium in vrbẽ reuersus est: de quo nunc meminit, & addit, Tu nisi perfecta re de me non conquiesti. Meritum enim proprie, & beneficium amicorum sunt, & gratuitu conferuntur. Meritum etiã aliquando refertur ad maiuni, obsequium adulatorum est, vt illud in Scena dictum, Obsequium amicos, ueritas odium parit. Id etiam ad amicos relatum inuenimus, vnde Quintil. simul vt pleniori obsequio demererer amantissimos mei. Seruitium vero seruitus est. Virg. Seruitio enixe tulimus. vnde seruitia pro seruis sæpe legimus. Pro meritis etiam beneficijs dicuntur officia, vnde Quint. Duxit me similis ætas, euicerunt officia, cepit fides amantem, odisse non potui. { De me } propter me, vt Terent. Quantum me amas de fidicina hac. { Idem } simile, & non voce, nec scriptura, neutrum à masculino distinguitur, sed quantitate. Constat.n. prima breui, quando neutrum est. Horat. in poetica, Inuitum qui seruat, idem facit occidenti. quando masculinum longa, vt Iup. omnibus idem. { Efficio } differt à facio, nam facere est in opere esse, efficere vero perfectam operam dare. { Vitam } Hæc à viuẽdo appellata, vnde dicitur euitari quasi è uita discedere. & id vetus verbũ Cic. ex antiquissimo poeta in Tusculanis sic habet. Priamo uitã euitari, sic compositũ, vt exanimari. { Acerbam inf. } Et amaram. Translatio est, quæ debet esse modesta, pudens, & cum ratione in rem consimilem transeat, vt nunc à pomis acerbis ad vitam. { Putem } Frequentius in fine clausulæ locandum esse verbum, vel in hac epistola quis facile intueri potest. Omnes enim { vt videmus } huius epistolæ partes quodammodo verbis clauduntur. Quod imitari debemus, quantũ ad aures pertinebit, quæ in his consulendæ sunt. Et Quint. inquit. Verbo sensum claudere multo, si cõpositio patiatur, optimum est. Putare enim existimare est, vt, Putares non unquã accidere posse, & conferre rationem. Plaut. Putatur ratio cum argentario. In purgandis etiam arboribus potare dicimus. vnde nascitur disputare, quod est eiectis, & purgatis erroribus, quæ cum ratione dicta sunt colligere. { In causa hæc sunt } Docilem facit. Sed quid causa sit, quidq; inter caussam, & quæstionem intersit, non ignorare pulchrum est. Omnis materia, quã oratores agendam accipiunt, aut peculiaris est aut generalis. si quidem peculiaris fuerit, eam græci ὑπόθεσιν, nominabũt, Latini causam dicent, quæ sic diffinitur. Causa est res, quæ habet cõtrouersiam in dicendo positam, cum certarum personarum interpositione, vt si dicas. Ptolemæus est in regnum à Lentulo reducendus. Sin vero generalis, extiterit, à Græcis dicetur θέσις, à nostris vero appellatur quæstio, quam sic diffiniunt. Quæstio est res, quæ habet controuersiam in dicendo positam sine certarum personarum interpositione, vt si dicas regi expulso restituendum imperium. aliter, causa est impetus animi ad peragendũ, & differt à ratione Ratio est, vt inquit Marios, ordo gerendarum rerum ex causa venientium, vt quid quo loco facias, aut dicas, non ignores. Sanè veteres causam per geminum ss scribere consueuerant, & in sepulcro Bibuli caussa legitur. & alibi, Rei gerendæ caussa. Quintil. de hac meminit, & tunc geminatur, quando scilicet inter duas vocales longas media ponitur aut post vocalem longam, vt caussa, cæssus, diuissiones, dissignatores, { Ammonius } Præparato per exordium auditoris animo ad audiendum narrare incipimus ex ordine, quę gesta sunt. Sicut Cic. in rhetoricis nos facere docuit. Est hæc διήγησις, quam Latini narrationem dicunt. Huius virtus est, vt breuis, dilucida, & uerisimilis sit. Narrat igitur, quæ in senatu de reducendo in Aegyptum Ptolemæo acta sunt, postquã Lẽt. ad audiendum parauit. De proprijs personarum Apud Græcos nominibus sic habeto. Pauca, aut nulla esse omnino sine alterius rei significatione, vt Hippolytus ideo appellatus, q̃ fuisset ab equis dissolutus, ἵππος, equum, λύω, soluo significat. aliud certe fuerat illi nomẽ prius, quod est ab hoc obscuratũ. Sic Hector dictus, q̃ solus haberet sub sua defensione patriam, qua si defensor, & tutator patriæ. Quod sentit Plato in eo libro, qui κρατύλος ἢ περὶ ὀρθότητος ὀνομάτων, inscribitur. Ait enim Hectorem ideo appellatum, quòd vrbem contra hostium impetum tenuerit, patriamque defenderit: ἔχω vnde deducitur, habeo, & teneo significat. Tenere vero proprie est gubernare, tueri, atque defendere. Vnde Virg. Omni ditione tenerent.

Et in summa custos Tarpeia Manlius arce
Stabat pro templo, & capitolia alta tenebat.

Sed Hom. huius nominis significationẽ dilucidius explicauit. vt Solus enim hic seruabat urbẽ, & mœnia longa ambitus. Itẽ, Solo stabat Hectore Troia. Possem de ijs innumerabilia dicere sed ad Ammoniũ redeamus. Hoc nomen ab arena dicimus appellatum, quam græci ἄμμον dicunt, vnde & Iupiter Ammon, q̃ in Arena Libyca coleretur, nominatus est. { Legatus } Hunc Oppici, & barbari ambasciatorem dicere consueuerunt, nos latino legatum, & oratorẽ nuncupamus. Sed legatorũ duo sunt genera. Vnũ eorum, qui à S. P. Q. R. imperatoribus dabãtur, ut non opi solum, & adiumento, sed imperatoriã maiestatem in exercitu absente impetatore retinerent, & custodiæ, atq; rerum gestarum cognitionem legatis imperatores committere

Officium
Officij finis.
Correctio
Pietas
Aeneas cur pius.
Pietas
Interpellatio,
Aures consulendæ.
Facio satis.
Satisfacio.
Meritum.
Obsequiũ.
Beneficiũ
Seruitium.
De
Idem
Efficio
Facio.
Vita
Euitari
Exanimo.
Puto
Disputo.
Causa.
Quæstio.
Ratio.
Caussa.
Hippolyt.
Hector.
Teneo
Habeo.
Ammonius.
Legatus.
Duo genera legatorum.

solebant, propria tamē iurisdictione uti non poterāt, sed duntaxat, quæ ab imperatoribus mandabantur. Etsi contigisset, q imperatores in prouincia morerentur, mandata tamē sibi negotia legati exigere debebant. Alterū eorū, de quibus Var. sic ait. Legati, qui lecti publice, quorum opera cōsilioq; uteretur peregre magistratus, qui ue nuntij senatus, aut populi essent. Hos etiam oratores dicimus ab orando .i. agendo, qm̄ reip. & aliorū mandata peragerent, vnde Virg. Centum oratores augusta ad mœnia regis Ire iubet. Quos græci πρέσβεις dicunt. § Aperte nos oppugnat. § Quoniam effusa pecuniarum largitione multi ab eo senatores corrumpebantur. pecunia non hic tantummodo pro numis accipimus, sed maiores nostri omnem diuitiarum modum sub hoc nomine colligebant. Dictam pecuniā à peculio, & id à pecoribus appellatam uoluerunt, quibus constabat antiquorum uniuersa substantia. § Aperte § Huiusmodi aduerbia à datiuo formantur, o, in e, conuerso, vt docto, docte, optimo, optime. Inde illud, e, in nominibus præter bene & male semper longum. § Oppugnat § Insectatur hęc verba ita differunt, vt pugnare non ad loca, sed ad personas referamus: non enim latine dicimus, pugnaui castella, pugnaui muros, sed pugnaui tecum, cum hostibus, cum feris. Expugnare vero, ad personas, & ad loca: licet ad personas non ita sit in vsu: vt, Expugnaui vrbes, expugnaui naues: vnde Liu. Vna duas naues expugnauit. Et Iustinus: Occupata arce Tarentinorum, expugnatis veteribus incolis. Oppugnare autem ad personas, & loca, vt oppugnaui vrbem .i. contra vrbem vim intuli, & hic. Pecunia nos oppugnat, hoc est, insectatur largitione pecuniæ nos opprimere. Repugnare uero est pugnando resistere, & quasi pugnando se opponere, ne ostendatur. At repugnare est procul se defendere vnde propugnacula nūcupantur, quę ad defensionē sunt facta. Virg. Propugnacula bello tuta parat. § Res agitur p eosdē creditores § Hoc est, expositio ista pecuniarū pro eos fit, qui regi pecuniam mutuant. Quod & Cic. in epist. ad Q. fr. his verbis ostendit. In ea re Pomp. quid velit, nō despicio: familiares eius quid cupiant, omnes vident. Creditores vero regij aperte pecunias suppeditant contra Lent. Qui ergo competitores hic legendum putant, ex hoc se errare cognoscant, sed sunt creditores non modo, qui pecuniā alicui credunt, & mutuant, sed quibus ob aliquam rem quispiam debet, vt vendidisti mihi paterā sestertio, nō dedi sestertium, effectus es ergo meus creditor, quia debeo tibi sestertium pro patera, & est sic confutatio. Len. n. dicere potuisset, qui sunt isti creditores, respondet hi sunt, qui erāt, cum tu hic aderas. Res enim maximum habet in lingua Latina principatum. Interdum pro eo, quod possidemus, accipitur, vt Iuuen. res minor est hodie here quàm fuit. Aliquando pro imperio, vt Virgil. Res Agamemnonias, uictriciaq; arma secutus. Non nunquam pro utilitate. Terent. Si in re est utrique. Sæpe pro negotio, & causa, & maxime capitur apud oratores: & inter factum & rem hanc differentiam ponunt: vt res illa sit, quæ certam sui formam, & speciem circa cognitionem retinet factum vero sit quiddam confusum & incertum. Sic etiā ago innumeras significationes amplectitur: vel in primis signat ducere, & græcum est: unde pedagogus puerorum ductor. Interdū ante se pellere. Virg. Pecum pastas age Tityre. Et recitare, Vt acta ludis Megalensibus, vnde actor recitator, & ornator, & actuosi mimi nominantur, significat etiam loqui vt Terent. in Adelph. Est ne is, de quo agebā? & fugare, vt Virgil. in Georg. Membris agit, atra venenis. & rependere: et cum dicimus, ago gratias. Sed agere animam est mori: vt Cœlius ad Cic. Hortensius, cum has literas scripsi, animam agebat, id est, moriebatur. Et Mart. Cum nihil est Neuole agas animam. & hoc loco agere est tractare, facere. § Regis causa § Propter regis petitionē. § Si qui sunt, qui velint § hoc est, restitutione ista regis: si qui sunt, qui velint, vt reducatur, omnes isti hanc curam Pomp. deferendum volunt, tanquam homini in ciuitate primario, sed admodum pauci sunt, qui velint huiusmodi reductionem. § Rē § Curam, & reductionem regis. § Ad Pompeium § qui inter ciues erat illustris, & maioris auctoritatis, & gratiæ, quam Lent. & illum intelligit, qui cum Cæsare de imperio certauit, & taodem iussu Ptolemæi in Aegypto profugus, occisus est. § Senatus religionis calumniam comprobat § Altera confutatio est. Lent. enim dicere potuisset, postquam omnes pro Pomp. sentiunt, vt dicis, senatus autē cui assentitur? à quo vult, vt reducatur? Ait Cic. q nec tibi, nec Pomp. senatus fauere uidetur: sed libros Sibyllinos præferendos, & quod ipsi præcipiunt, faciendū putant. Sed, quare calumniam dixit religionis? quia re vera de reducendo rege nō loquebantur scripta Sibyllæ, sed ne Romanus exercitus in terram Aegyptum prodiret: & isti dolo interpretabantur mentem Sibyllæ, ne rex reduceretur. hoc autem faciabant, propter corruptionem regiæ largitionis, quoniam maximā ex eo infamiam P. R. consequebatur. Calumniam igitur non pro sua peculiari significatione, sed pro falsa interpretatione sumamus. Calumnia. n. duo significat, calliditatem, vt Cic. sæpe optimas causas ingenij calumnia ludificare solet, & mendacem quādam infamationem: unde calumniari, & falso crimine accusare, & cauillari: & calumnia pro cauillatione dicimus, in qua etiam significatione nunc accipiendā putarem. § Non religione § Ne rex reduceretur, sed ne exercitus in Aegyptum proficisceretur. poterat. n. sine exercitu reduci. vt paulo post ait, exercitum religio tollat. § Senatus § Quem græci συγκλήτον, uel συγκλητον dicunt, nostri senatum appellant. Qui autem in eo erant, senatores dicebatur, apud Lacedæmonios vero ait Cic. qui amplissimum magistratum gerebant, vt erant t sic etiam συγκλητικοὶ appellabantur. Hos primo Romulus centum creauit, quos a similitudine curæ, & ab honore patres, ab annis senatores, vel, vt ait Plin. à pietate patres appellauit. Additi sunt inde cētum, & minorum gentium patres appellati. Tanta erat auctoritatis senatoria dignitas, vt ne reges quidem, aut consules aut alius magistratus inconsulto senatu aliquid moliretur. Et Tullius Hostilios diruto Alba senatorum ordinem expleuit. Tunc. Tull. Seruilios, Quintos, Goganos, Curiatios, Cocilios in senatores adscripsit. In senatu vero ante quintum & uigesimū annū adscribebatur nemo, nisi præcellēti aliqua virtute fuisset ornatus. Senatorum vero tria genera: patricij, pedarij, insiti. A patribus. n. à Romulo constitutis, & patribus minorum gentium per censores, & alios admissis, Patricij nominabātur. Pedarij, qui scientiam in senatu dicere non poterant, sed in aliorum sententias pedibus ibant consentientes. Siue pedarij, ad illorum differentiam, qui sella curuli in senatū vehebantur, & ipsi pedibus irene necesse esset. Insiti vero, quos alio uocabulo legitimos dicimus erant, qui decreto senatorum omnium senatui adscribebantur. Esse præterea, inquit Varro, equites quosdam, quibus dicendæ in senatu sententiæ potestas nō esset, tamesi in senatū accedere possent, & in aliorum sententias ibant, & hi erant, qui nondum à cēsoribus inter senatores adscripti erant, licet functi pluribus ante magistratibus fuissent. § Religionis § Cultura deorū est, & metus: hinc Virg. Religiōne patrum multos seruata per annos. Connexa enim sunt ista, religio & metus: nam ex timore nata est religio, vt Statius ait: Primos in orbe deos fecit timor. Hinc pro timore religio: vt Teren. mihi nihil esse religio est dicere. Atq; inde appellatam Masurius Sabinus scriptum reliquit, quòd propter sanctitatem aliquam remota, ac sepositā à nobis sit: nomen à relinquendo dictum, tanquam cærimoniæ à carendo, siue ad oppido Cere, quod est in Tuscia: pro quo lege Val. libros vero Sibyllinos Demophyle Cumæa, siue, vt alij dicunt, Amalthea, Seruio Tullio regnante Tarquinio Prisco trecentis philippeis omendos portauit. qui cū ix. allati fuissent, sex incensi, tres empti fuerūt Apollinis templo dedicatis quibus primum dati custodes duumuiri ex gente patricia, inde accessu temporis, quintum demum ad xv. creuit numerus. A. Gell. ex antiquis annalibus refert anū incognitam Tarquinio Superbo ix. libros attulisse, & pro eis grande pretium postulasse, qua derisa, sex incensis, tres eodē pretio regi uendidisse: quod pro omnibus à principio postularet, & ex eo nusquam amplius uisam, libros in sacrario positos, xv. viros ad inspiciendum adire institutos, si quando dij immortales publice consulendi erāt. Sed Plin. inquit, inter omnes conuenire, Sibyllā tres libros attulisse, ex quibus duos igni concrematos. Decem vero virgines Sibyllarum nomina sortitæ sunt, q quasi deorum consilio extitissent. Cumæa, Libyca, Persica, Delphica, Phrygia, Samia, Erythrea, Tiburtina, Cumana, Hellespontica, omnes suis auctoribus celebratæ, de quibus Varro, & Lact. meminerunt. § Illius § Ad contemptum. § Regiæ largitionis inuidia § Propter odiū, & infamiam corruptionis, quæ secuta est ex largitione regis. Largitio. n. est non ad liberalitatem, sed ad prodigalitatem referenda: est. n. uitiorum, non virtutū, largitas vero virtutum, nō vitiorū. Inuidia autē non hic dicta, q senatus inuideret: sed q odio haberet. Dupliciter. n. inuidia sumitur. Aut pro dolore alienæ felicitatis, vt Mart. Rumpitur inuidia: & in hac, vt inquit Soc. inest hoc boni: q tormentum est habentibus. Aut pro odio, & maleuolentia: vt hoc loco. Aut pro detractione, vt est apud Teren. Sine inuidia laudē inuenias, & amicos pares. § Comprobat § Rationibus suis affirmat. § Et hortari § Et orare. Et aūt sic geminatum speciet est membri orationis, quæ moram affert: & quandā

tarditatem

Orator.
Pecunia
Peculium.
Pugno
Expugno
Oppugno
Repugno
Propugnacula.
Creditor.
Res.
Factum.
Ago
Pedagogus
Actor
Actuosi
Mimi.
Calumnia.
Calūniari.
Patres
Senatores.
Senatoria dignitas.
Tria genera senatorum.
Religio.
Cerimonia.
Demophyle.
Largitio
Largitas
Inuidia.

Horto Hortor. Populo Populor. Mereo Mereor. Moneo. Oro Exoro Adoro Supplico.

tarditatem in dicendo.& idẽ signat partim & partim. Hortari
autẽ implentis est:& horto,& hortor antiqui dicebant:vt popu
lo & populor,mereor & mereo. Hortamur amicos,monemus
filios:Cic.ad Plancũ. Sic moneo, vt filium,sic hortor,vt & pro
prium & amicissimũ. Et ideo hæc ait, vt Lent.demõstret nihil
omnino prætermissum,quod ad eius honorẽ pertinere videre-
tur. Orare vero inferioris est,vnde Terent.Simo,cum apud ser
uum hoc verbo vti vellet,inquit,si æquũ est,oro te Daue.& dif
fert ab exorare,adorare,& supplicare.Est n.orare quasi ore pre
cari,Exorare vero precibus impetrare,vnde Teren. Oro,uixq;
ex oro.Adorare est venerari, & honorẽ exhibere:vt in statuis,
& imaginibus deorũ facere consueuimus,quas nõ oramus, sed
adoramus. {Supplic.} Quod applicatione genuũ deductũ est.
significat in aduersis magis gratiã postulare, & id tantũ homi-
nis. Adorare autẽ est etiam brutorum.vnde elephantes, vt in-
quit Plin.solem adorare dñr. {Liberius} Nulla habita ratione

Accuso Moneo Relinquo.

dignitatis Pomp. {Accusare.} Non ad pares vel minores tñ,
sed ad omne genus hominũ referri potest. {Monere}.i.consu-
lentis est,& ad rem futuram pertinet.{Infamiam} Fuisset infa
miæ, & dedecori Pomp. qui vir erat,in ciuitate primarius: vt
hoc sibi negotiũ cõmittendũ curaret: uel præsertim quod se nõ
curaturũ dixerat. {Sed plane} Nec precibus nostris,nec admo
nitionibus reliquit locũ,nõ pertulit se amplius orari: sed dixie
se velle omnia facere,ad quæ ipsum hortatus sum, adeo ꝙ plu-
ribus precibus,aut admonitionibus non opus esse uideretur,&
sic plane nullũ orandi, aut admonendi locũ ipse nobis reliquit.

Locum precibus. Planè.

Nam relinquere locũ precibus est, uelle ꝙ ad se preces iterum
deferantur. {Planè} Et hmõi aduerbia graui tono pronuntiãda
sunt. In ultima.n. βαρέιαν accipiunt. {Nam cũ in sermone quo
tidiano,} Ratio est,& ait ꝙ sic Pomp.suscepit partes tuas,tam
in senatu,q̃ etiam apud omnes homines, vt nemo maiore elo-
quentia,aut grauitate,aut contẽtione suscipere potuisset,testifi
cando merita complura in se tua,& amorẽ singularem, quo se
abs te cõplecti profitebatur. In hoc autẽ quod dicimus, sic ver

Nam Tum, & tũ Cum Tum Sermo Epistola.

ba collige.Exigit elegãtia sermonis:vt,Nam semper primũ lo-
cum in oratione sortiatur,alias sedes habere non potest,nisi in
cõpositione,vt quidnã igitur censes,& quonã pacto, & quianã:
vt,Heu quianã tanti cinxerunt æthera nimbi. {Tum & tũ}.i.
partim,& partim,& sic dicimus, qñ partes orationis sunt æqua
les,qñ vero partes sunt dispares, & inæquales, tunc dicimus,cũ
& tũ.Sermo differt ab epistola.Is est,vt inquit Cic. inter pñtes
oratio quotidianæ locutioni finitima,epistola vero, vt ante di-

Palam Coram. Agere causam Contentio.

ximus,absentes alloquimur. {Palã} Ad omnes,corã ad certas
personas referimus,accentumq; retinent in fine acutum.{Egit
causam} Defendit,aut iudicauit. Agere cãm, & dicere causam
defendere,& iudicare est Cic.in Tusc.Nec qñ apud Græcos iu
dices res agetur, poteris adhibere Demosthenẽ tibijpsi: pro te
erit maxima corona causa dicẽda. {Studio,} ad uoluntatẽ.{Cõ
tentione} Ad verba refertur. Est.n.contentio, vt ait Cic.ora-
tio vehemens, & ad persuadendũ accõmodata. {Cũ in se.} In
loco publico. Tũ in se.q. Inter domesticos,& familiares in loco
priuato.Eloquẽtia facũdia,quã si uolumus diffinire,dicẽdi exer

Eloquentia Quis Quisque Quisquam. Defensor.

citationem dicemus: & 4.reb.conficitur, natura,usu,exercita-
tione, arte. Necessario igitur,vt ait Fab.dantur in eloquentia
præcepta dicẽdi.{Quisquam} In utroq; genere masc.& fœm.
quisq;, & quisquam dicitur. {Nec grauitate,} Quo ad senten-
tias ἐπαναλῆψις est,quã latine repetitionẽ dicimus,hæc ad exor
nandã,& augendã orationem adhibetur.multũ habet uenusta-
tis, plurimum grauitatis & acrimoniæ, vt inquit Cic. {Testifi-
catione} Cõmemoratione,& approbatione. {Officiorũ} Nũc
beneficiorũ,vt alibi. Odiosum sanè genus hominum est officia
exprobrantiũ, quæ meminisse debet is,in quẽ collata sunt, non
commemorare qui contulit.{Marcellinum} M.Cl.Marc.vnus
erat ex 15.viris,in quorum custodia libri Sibyllini tenebantur.

Mei,tui,sui, nostri, uestri.

{Acerrimũ} Vehementissimum.{Tui defensorem} Passiue di-
cimus,ꝙ ab eo defenderis. Nam mei,tui,sui,nostri,& uestri sem
per passiue ponuntur. Virg. Quique sui memores alios fecere
merendo Cic.quod desideriũ tui ferre nõ posset. Quod autem
antiqui,mis,tis,sis,in eisdẽ genitiuis utebãtur,semper actiue po
nebant,ꝙ hæc plautina verba demonstrant.Da diẽ hunc hospi
tem rebus mis agendis. Loco quorũ quando actiue loquimur,
meus,tuus,suus recte dicimus. Sic nostrũ & uestrũ in genitiuo
plurali,quæ à mis,& tis nascuntur,actiue tñ ponũtur.Sed isto-
rum pronominũ elegantia in ea epist. pluribus ostẽdemus.In
qua multi ita legunt.Eã autẽ vnius tui studio me assequi posse

Fore.

confido:meo iudicio nõ bene.{Fore} Cũ futuri tpis sit,esse vero
præsentis,vt alibi Tull. Spero te amicũ Lacedæmonijs & esse,
& fore:nõ exigit elegãtia, vt fore cũ futuro iungamus. Non.n.
lecturũ fore dicimus,sed lecturũ esse,sic etiam legendũ esse,non
legendũ fore, nisi legendũ & hmõi pro nomine sumamus sine
tẽpore,ꝙ sit aliquid dignum lectione.Quid.n.aliud signaret le
cturũ fore,q̃ lecturum futurũ esse, quo nihil absurdius dici po-
test.tñ interdũ auctores iungũt,& legendum fore, & hmõi dici
posse demonstrãt:ego uero non ausim.{Quod dat,accipimus}
.i.quodcunq; pro te aut facit, aut dicit, assueuimus.sicut.n.fer-
me uulgo dici solet.Verum accipere diffusæ significationis est:

Accipio.

non.n.modo capere significat:vt, Accipe & hæc manũ tibi quæ
monumẽta mearũ.Sint puer:uerumetiã intelligere:vt, Accipe
nunc Danaũ insidias.In cuius signatione,qui nũc hoc loco ac-
cipiunt, nõ bene sentire vñr.Refertur etiã ad oculos,vt te for-
tissime Teucrũ Accipio,agnoscoq; libens: & itẽ sentire:vt Ter.
Aliter tuũ amorẽ,atq; est,accipis.Et tractare. Teren.Acceptus
miseris modis.Est etiã adhibere conuiuã in mensa.Terent.acci
pit hominẽ nemo melius.& Virg.Illos porticibus rex accipie-
bat in amplis. Nec uelim exponas,vt Mart.Ser. Dona accipe-

Instituo Institutus Institutio.

re pro pascere,id brutis damus,nõ hominibus. {Instituit} Pro
posuit,alias incepit,vnde institutũ propositũ,& inceptũ aliqñ si
gnificat alias instituere est docere, vñ institutiones,præceptio-
nes appellãtur,quibus instituimur,& docemur.{De religione}
Honestius auferẽdi casus datur,cũ de præpositione huic uerbo,
q̃ accusandi,sed utrunq; ad consultationẽ ferre significat.Sæpe
iam retulit,regẽ nõ reducendũ esse cũ exercitu.In quo animad
uertẽdũ est, qd sit referre in senatu.senatui,& ad senatũ,& tibi,

Refero in senatum.

& ad te. Referre senatui,& in senatu est exponere,& renuntia
re, vt Virg. Referes ergo hic, & nuntius ibis Pelidæ genitori.
Liu. postquã legati consulibus,& in senatu,quæ gesta erat, ex-
tulerunt.Referre vero ad senatũ,& ad te,est in cõsultatione ad

Senatusconsultum. Rogatio.

senatũ uel ad te reducere,ex quo nascitur S.C.hinc Virg. Dile-
ctos populi ad proceres,primumq; parentẽ monstra Deũ refe-
ro.Et vt hoc apertius intelligeretur,adiunxit,Quæ sit sentẽtia
posco.Ad populũ etiam referre in eadẽ sua erat.Ex quo fiebat
rogatio cuius nomine omnia plebiscita,& priuilegia,atq; leges
cõfuso & indistincto uocabulo dicebantur. & animaduertendũ
hmõi significationẽ nõ in oratione solũ,sed aliquãdo etiã in re
versari. Quint.ad patrẽ arma non retuli.i.reportaui.Cic.Si ad
unũ omnia referenda sunt,dignissimũ esse Pomp. pro referẽda

Deduco

in unũ omnia. {Deduci} Amoueri, alias deducitur quis in læti
tiam & quis ducitur ad suppliciũ. Naues de terra deducũtur in

Subduco.

mare. De mari subducũtur in terrã,Nã hæc idib.mane scr.Om
nia.n.se scr. posse diligenter oñdit, quæ usq; ad id.Martias acta

Ratio calendarum.

erat in senatu. Nec silentio præterierim cal.nonarũ iduumq; ra
tionẽ, cũ in epistolis admodũ necessaria esse uideatur, nisi hac à
multis diligentissime explicatam cognosceremus,uel in primis
de hac Macr.accuratissime disputauit. Nos igitur duntaxat ip-
sarum nomina exponemus. Tres sunt solẽnes dies quibuslibet
mensibus attributi,cal.nonæ,id.quæ tantũmodo numero multi
tudinis declinãtur. Principio cuiusq; mensis cal.nomẽ imposi-
tũ est,& id Iunoni sacrũ.Ouid.Vẽdicat Ausonias Iunonis cura
cal.& ideo Ausonia,qm̃ Græci cal.nõ hñt.Hinc est illud facete
dictũ Aug.quod in Tranq.scriptũ inuenimus,cũ aliquos debito
res non soluturos agnosceret,illos ad cal.Græcas soluturos aie
bat,quasi nunquã soluturos.Sane cal.ἀπὸ τοῦ καλῶ, appellatas
apud Mac.legimus his verbis.Itaq; sacrificio à rege, & minore
pontifice celebrato,Idẽ ponit calata.i.uocata in capitoliũ ple-
be iuxta curiã calabrã, quæ casæ Romuli proxima est,quot nu-

Curia calabra.

mero dies à cal. ad nonas superessent pronuntiabat: verbũ aut
καλῶ Græcũ est,& uocare signat, & hũc diẽ, qui ex ijs diebus,

Classis Idus

qui calarẽtur,primus esset,placuit cal. uocari:hinc & ipsi curiæ,
ad quã uocabantur,calabræ nomẽ datũ est,& classi,ꝙ omnis in
eam populus uocaretur.cal.vero per c,latinũ scribẽdas puto,in
quo errare multos videmus.Nã K,vt Fab.inquit,est latinis om
nino superflua,qm̃ inter c,& K,nulla est differẽtia.hinc Nig.vir
doctus,vt inquit Var.neq; K,neq; q,in comm. suis unquã usus
est.His succedũt nonæ,ideo appellatæ,quasi nonæ initiũ obser-

Nonæ.

uationis.qm̃,vt inquit Mac. post nouã lunã oportebat nonarũ
die populares,qui in agris essent,confluere, in urbẽ accepturos
causas feriarũ à rege sacrorũ,scituros q; quid esset eo mense fa-
ciendũ: aut nonæ ideo dictæ, ꝙ ab eo die semper ad idus 9. dies
putantur.Sicut apud Hetruscos plures habebantur nonæ,ꝙ hi
nono quoq; die regem suum salutabãt, & de proprijs negotijs

Idus.

consulebant. Nullis autẽ numinibus dicatæ sunt. Ouid. Nona
rũ tutela Deo caret.Qui sequũtur nonas idus nominatur Ioui
sacræ,vt idibus alba Ioui grãdior agna cadit.Multas huius noĩs
Mac.rõnes abducit,sed illã omnibus ueriorẽ existimat, vt idus

Iduare
Vidua
Idunem

vocemus diem numero multitudinis tantum, qui diuidit mensem. Iduare.n. Hetrusca lingua diuidere est: vnde vidua, quasi valde idua.i. valde diuisa nominata est. Placet adhuc alias verbis Mac. rationes apponere. Iduū, inquit, nomen à Tuscis, apud

Idus
Salij
Diespiter.

quos is dies itis vocatur, sumptū est. Itim autē illi interpretantur Iouis fiduciam, nam, cū Iouem accipiamus, lucis auctor est, unde & Luc. Salij in carminibus canunt, & Cretenses δία τὴν ἡμέραν vocant, ipsi quoq; Rom. adiespitrem dīt, vt diei patrē. Iure hic dies Iouis fiducia vocatur, cuius lux non finitur cū Solis occasu, sed splendorē diei, ac noctis cōtinuat illustrante Luna, quod semper in plenilunio.i. in medio mense fieri solet. Alij putant Idus, q̄ eo die plene luna uideatur, à uidendo quasi vidus appellatas, mox litera u detracta: sicut contra, quod græci εἴδω nos u, litera addita videre dicimus. Nonnullis placet idus dictas à vocabulo græco εἶδος, q̄ eo die plenā speciem luna demonstret. Sunt qui Idus ab Ioue uloia dictas, quā hoc nomine vocāt Tusci, & omnibus idibus immolatur Ioui à flamine. Ma

Mane.
Mani.
Vespere
Vesperi.
Here
Heri.

ne & Mani, vespere & uesperi, here & heri dicebat antiquitas. dictum mane à mano, quod veteres bonū volebāt, q̄ sit sane melior pars diei, siue mane, q̄ à manibus oriri uideatur, siue ab ortu manare. {Hortensij, & mea, & Luculli sententia} Q̄m dicere potuisset Lent. audio, quid senatus, quid Marc. quid itē Pōp. in hac re faciat, vt dicatur, tu aūt ò Cic. quid sentis? quid item alij cōplures? ait Cic. mea, & Hort. & Luc. sñia cedit religioni de exercitu, vt.s. rex sine exercitu reducat. Et quare nos ita sen-

Hortēsius.

timus, q̄m res aliter teneri nō potest. Fuit Hortensius R. tanta eloquentia præditus, vt secundus à Cic. putaretur, & tāta munditia, & cultu corporis circūspectus, vt multa in eū, quasi in quēdam mimū in ipsis actionibus, & causis dicta sint. q̄ autē ita culte amictus incederet, ait Mac. faciē in speculo quærebat, ubi se intuens totā corpori sic applicabat, ut rugas ne forte, sed industria locatas artifex nodus astringeret, & sinus ex composito defluens modū lateris abiret. Is præterea dixit diē collegæ, qui sibi obuius offensus fortuitu structurā togæ duxerat, & capitale putauit, q̄ in humero suo locū ruga mutasset. Eiusdē mūditiæ Demosthenē fuisse apud Gell. legimus. Mores vero Luc. & uitā Plut. ostendit. Fuit is L. Lucullus.i. imp. appellatus ex uictoria, quā ex Armenia reportauit. {Cedit} Superat. Aut cedit.i. obedit, & assentitur. {De exercitu} Ne in terrā Aegyptū ducatur. {Teneri} Impetrari. {Res} Reductio regis. {Aliter} Quam assentiendo carmini Sibyllino. {S. C.} Sūmo cons. senatorū. {Tibi decernit} deliberat, & cōprobat, ut tu sine exercitu regē reducas. {Commode} Hoc est e rep. sunt qui putent ad commoditatē Lent. referendum, q̄ uicinus esset Aegypto, & ex hoc regē ipsum cōmode reducere posset, quod mihi nō placet, superiorē laudo sententiam. {Rem} Regis restitutionē. {Auctorē}

Decernere.

Quasi ducem, & gubernatorē. Decernere autē est de rebus magis certam perferre sñiam, vnde dicitur senatus decretum. hinc Liu. decreuerunt.n. cū populus regem iussisset, id sic ratū esset,

Auctor
Auctoritas

si patres auct. fierent.i. sua auctoritate cōprobarēt. Auctor vero ille dicitur, qui rem facit aliquā, aut bellū, aut pacem gerit. Liu. de Aenea. Quod auctor pacis fuit, & reddendæ Helenæ. Sic oratores, & poetas, & huiusmodi scriptores auct. nominamus, quasi operū cōditores. Tutores etiā pupillorum ex sñia iure consul

Auctorare

torum auct. appellari pñt. Inde dicta est auctoritas, quæ est uis quædam, & dignitas cū honore. Duces etiā militū auct. dicebā-

Auctoratus
Auctoramētum
Actiones.
Actus.

tur, unde auctorare, quod est obligare deducitur, hinc auctorū subiectū & obligatum, & auctoramentū obligationū appellamus. Auctor vero, vt ante diximus, ab agendo, hoc est, orādo, siue recitādo appellatus, oratorē significat, & causidicū, & histrionem, & omnes qui comœdias, & tragœdias agunt. Hinc actiones causæ forenses, & orationes appellātur. Hinc actus comœdiarū, atq; tragœdiarum, de quo sic Flac. Neue minor quinto, neu sit productior actu Fabula, quæ posci vult, & spectat reponi {Crassus tres legatos} Vt à tribus electis à senatu reducatur Ptolem. inter hos tamen tres vult annumerari Pomp. vt Pōp. cum duobus alijs legatis auct. reductionis fiant. Censet.n. ex ijs qui cū imperio sint, ergo Pomp. erat cū imperio, & tunc præerat annonæ, quod imperiū & magistratū per quinquēniū gesserat, unde legimus legē consules scripserūt, qua Pomp. per quinquennium ois potestas rei frumētariæ toto orbe terrarū daretur, & Liu. de hoc meminit. M. Crassum illū intellige, qui cum Pomp. & Cæs. in rep. socij ita cōsueuerunt, vt nequid gereretur quod displicuisset vni è tribus, de quo Luc. facta tribus domi-

Nomina, quæ faciūt in is accusatiuum.

nis cōmunis Roma. {Treis} Potius in is, q̄ in es accusatiuo faciunt nomina, quorū genitiuus pluralis in ium exit, quod pro dignitate sermonis nunc illud ponere debemus, vt Cæs. Omnes Galba in treis partes. nō bene diceremus in tris partis aut in tres partes, & Crisp. Omneis hoies, non oēs hoies. Varietas sermonis multū decoris affert. {Bibulus} Hic est ille, qui cū Cæsare consul fuit, pro tēpore omnia ad arbitriū suū Cæsar administrauit, adeo, vt nō nulli, cū quid signarent, non Cæsare, & Bibulo, sed Iulio, & Cæs. cōsulibus actū scriberēt, & ex hoc hi uersus ferātur, quos à Tranquillo accepimus, Nō Bibulo quidquā nuper, sed Cæsare factū. Nam Bibulo fieri cōsule nil memini.

Priui
Priuilegium
Assentio
Assentior.
Consul
Consularis potestas.
Præter.

{Qui priuati} Hoc est sine magistratu, ab eo dicti, q̄ antiqui priuos singulos dicebāt, vnde priuilegiū appellatū est. {Huic} Bibulo. {Assentiuntur} Ad hærent huius opinioni. Assentio, & assentior in vna & eadē significatione dīr. {Consulares} Qui consules fuerunt. consules dū gerunt consulatū, consules designati, qui per annū ante creabātur, q̄ inirent consulatū, & consularis potestas. {Præter Seruiliū} Excepto Seruilio, alias præter contra significat, vt Terent. Præter ciuiū more. {Volcatiū, & Afraniū,} intellige præter: hi etiā duo sentiebāt pro Pomp, Is est Ille L. Afranius, qui cū Petreio, & M. Var. legatis in Hispania partes Pomp. tutabantur, ad quos proficiscens. Cæs. inquit suis, se ire ad exercitum sine duce, & inde reuersorū ad ducem sine exercitu {Suspicionē} Vt Pomp. cupere uideretur. {Nam aduertebatur} Cognoscebatur, exaggeratio est suspicionis. {Familiares} Amicos, uel domesticos. Caue pro famulis,

Familiares

& seruis familiares dicas, nisi consulte facias, ut honestiore uocabulo eos appellādo ad te amandū allicias, quod antiqui facere consueuerūt. Hinc Mac. inquit, maiores nostri oēm dñis inuidiā, omnē seruis contumeliā detrahentes, dñm patremfamilias, seruos familiares appellauerūt. Colant ergo te potius serui tui, mihi crede, q̄ timeant. {Laboratur} Multum in est laboria vtiq; parti. Illi.n. pro Pomp. nos vero pro te laboramus. sed illi nos superant, ex quo inquit. inclinata res est ad Pōp. metapho-

Vehemens
Vetus
Vesanus.

ra à re ad consiliū. {Vehementer} A ue, & mente nascitur vehemens, sicut quædā alia. Habet.n. hæc particula ue, vt ait Gel. intentionē quandā, vt vetus ab ætatis magnitudine & vehemēs à mentis vi, & impetu: habet & diminutionē, vt vesanus. {Libonis & Hyspæi} Hi erant Pomp. familiares. {Cōcursātio} Nūc hos, nunc illos conueniēdo, & orando rē Pōp. curabant {Con-

Studium
Cupio
Appeto
Appetitus
Cupiditas
Opto
Expeto.

tentio} Quasi cōcertatio pro re Pomp. {Studiū} Immensa voluntas. {Cupere,} Cupimus, & appetimus immoderata, vnde appetitus. & cupiditas est immensa & immoderata quædā auiditas. Optamus, & expetimus, quæ honesta & moderata sunt. {Cui qui nolunt} Siqui sunt qui Pomp. aduersantur. idem tibi non sunt amici, quia amicus Pomp. fuisti, vnde qui nolunt Pomp. nolunt etiā tibi. {Quòd eū ornasti,} Tua liberalitate, vt inquit in alia epist. & pluribus beneficijs affecisti, de quo ipse etiā nunc meminit Pomp. vt cū summa testificatione tuorū in se officiorū. {Nos in causa} Suā ait auctoritatē in hac causa paruā esse, & eo minoris ponderis, quo Lent. debere uidebatur, cur nō ratione, & cōmodo reip. sed amoris vinculo moueri oēs eū existimari poterant. Auctoritatem, vim, ac potestatē. {Gratiam} Auctoritatē & beneuolentiā, quā beneficijs in remp. amplissimis consecutus erat. {Extinguit} Deprimit apta translatio ab aqua, & igni. {Suspicio} Opinio: suspicātur.n. me officio moueri erga me tuo, nō ratione in reip. cōmodū. {Gratifi-

Gratificor
Rem gratā facio.

cari} rē gratā facere, si tibi aduersantur, & illa faueant. Sed plus est gratificari q̄ rem gratā facere, gratificamur.n. quasi beneficia conferimus. Facimus uero rē gratā, cū obsequimur, & inseruimus, vnde deos hoibus gratificari dicimus, gratificari, gratū vero facere nō dicimus. {Vt in reb.} regie reducimus. hyperbaton est, & ordo uerborū hmōi, ita uersamur in rebus, vt multo,

Versor.
Intimus.

ante, q̄ es profectus. s. in Ciliciā. Versamur aut.i. uexamur, passiue dixit. {Ab intimis} Maiorē vim habet intimus, q̄ familiaris.

Vlcus
Vlcerare.

{Clam} à clauibus deductū, his.n. claudimus, quæ celari volumus. {Exulceratis} corruptis: apta metaphora à morbo vlcus, vnde fit vlcerare. {Exagitatis} cōmotis largitione pecuniarū. {Sūmam inuidiā} Grāde odiū senatus. {Nostram fidē} Opē, &

Fides.

auxiliū erga te, vt Virg. Tyrrhenamq; fidē. Multis.n. modis sumitur, distinguiturque fides, vel in primis ut sit cōmendatorū fida executio, vel obseruātia, itē dictorū, cōuentorumque constātia, & ideo appellata, q̄ fiat, quod dictū est. {Nostrā fidē} Largo, & vulgari sumpto uocabulo pro amore, & obseruātia. {Præsentis & absentis} Quòd tam absentem, q̄ præsentē singulari fide, & amore te ipsum prosecutus sum. {Cognoscent} Nullā inter

Agnosco
Cognosco.

cognosco, & agnosco differētiā facimus, sed q̄dā cognoscere antiquos dīt. {Laboraremus} Nullo labore uexaremur in hac re cōsequēda. Sed quantæ ex hac solicitudine afficeretur, ex eo demonstrauit, q̄ ad Q. F. scripsit, de rege, inquit, Alexandrino factum

ctum. S C.cum multitudine eú reduci periculosum reip. Reli-
qua cú esset in sen.contétio Lent.ne an Póp.reduceret,obtine-
re causã Lent.videbatur. In ea re nos,& officio erga Lét.mitisi
ce,& volútati Póp.pclare satisfecimus. {Vale} hac solutatione
cócludere solemus epis.& q̃ græci ἔῤῥωσο,nostri dñt vale. Sole
mus & interdũ addere salue, vt Cic. ad Tyroné, vale mi Tyro,
vale & salue:sed valere,ppríe recedẽtis est,saluere aũt aduenié-
tis,vnde Trãq.in fortuna Galbæ,& vt liberti,seruiq; bis die fre-
ASCEN. quétes adessét,ac mane saluer̃,uesperi valer̃ sibi singuli dicerét.

Ego omni {Qm̃ argm̃ huius epistolæ,&ferè totius primi
libri iam explicauimus,satis fuerit pro more,qué hic ser
uare constitui,primo elegantẽ dictionũ quarundã usum
exponere,deinde ordiné cũ explanatione subtexer̃. Ego
pronomé nõ nisi ad emphasim exprimi solitũ, in principio ser-
monis magnã uim obtinet, ad q̃ depingendã posuit multas vo
cales cótinuas, quæ cũ mora, & grauitate pronuntiari volunt,
impediunt.n.fluxũ orationis: vt, Ego omni officio,&c. Offitiũ
est suũ cuiusq; munus,ob qd faciendũ ipse factus,aut institutus
sit,vt officiũ præceptori est præcipere,discipuli discere, boni ui-
ri gratiã referre,bonæ ciuitatis caduceatoribus,& summis ma-
gistratibus obuiam prodire. Ob.n. præpositio duo notat, pro-
pter & contra,vnde officio.i. noceo, quasi contra id,quod vtile
sit,facio. Pietas addit officio obseruantiam quandã, & venera-
tionem,& ita ferè est in maiores,vt in Deũ,patriam, parentes,
quos amãter colere debemus. dico ferè, quia Virg. pietaté pro
pia custodia acceptam cœlo.i. cœlestibus in inferiores dedit,di
cés: Dij,si qua est cœlo pietas,quæ talia curet. Quia ergo Cic.
Lent.non solũ officium,sed etiã pietatem,tanquam parenti im
pendit,per ἐπανόρθωσιν.i.correctioné addit : Ac potius pietate.
Erga,semper beneuolentiã significat. cótra, fere hostilitaté, in
vtranq; affectioné. Mihi ipse, ita Cic. rarissime.n.iple ab eo có-
ponitur. Efficere est cum effectu,consumatione rei , & ita plus
est,quàm facere. Vitam acerbam, pulchra coniunctio, cũ vita
nihil sit iucundius Oppugnat,qui uim infert,expugnat, qui ca
pit,& vincit . Creditores sunt qui sua alijs credũt, hoc est qui-
bus aliquid debetur . Ordo est. O Lent. Ego,inquit Cic.satis-
facio omni officio.i.debito munere,ac studio erga te, ac potius
.i.quod potius dicam,omni pietate i.veneratione & obseruan-
tia erga te, cæteris omnibus.i in oculis cæterorũ omnium, aut
quantũ ceteris videri potest . Ipse.i.egomet, nunquã satisfacio
mihi.i.in oculis meis,aut iudicio meo. Pulchre, q̃a repetit uer-
bum satisfacio,omittitur particula at,sed, vero,aũt, ceterũ,&c.
Affert causam dicti,& est optimus modus orationis dum,quod
sequitur,præmissi cãm affert. Enim.i.quia magnitudo tuorum
meritorũ erga me est tanta : vt qm̃ tu nõ conquieuisti de me.s.
restituẽdo ab exilio in vrbé,nisi re perfecta. . donec me restitu-
tũ videres,quia nõ efficio in cã tua.i.quia non effitio te voti có
potem,puté vitam esse acerbã mihi. Hæc.s. quæ dicam, sunt in
causa,q̃ non idem efficio. Ammonius proprium est nomen,le
gatus regis .s. Ptolemei.i.quem rex Romam misit ad solicitan
dam reductioné sui per Pomp. oppugnat nos.i.contra uos pu-
gnat, aperte pecunia.i.largitione pecuniaria ,qua senatus cor-
rumpebatur. Res.i.lis,& cótrouersia. Significat.n.sine adducto
litem,ueneré,& diuitias.litem ,vt hoc loco . venerem,vt ré ha-
buit cum vxore. diuitias,vt re sine nullus eris. Cũ adiuncto au
tem varia notat,vt res literaria,resp.res militaris &c. Inepte au
tem genitiuum rerum pro imperio poni censet Valla, vt Lace
dæmonij diu rerum potiti sunt . Ego potius subaudiã ablatiuũ
imperio. Nec mirandum,si tam uarie accipiatur, cum auct. eo
dem Valla ipsum nomen res sit vnum ac uerũ transcendens de
omni ente dicibile,agitur per eosdẽ creditores.s.regis.i. qui re-
gi pecuniã crediderant,& in Aegypto,& in vrbe,quã vt recipe-
rent,summopere curabant regem potenter restitui sunt tñ,qui
creditores dñt commissarios esse,quibus litis decidendæ nego-
tium cómissum fuerat,per quos agebatur, cũ tu aderas. Si qui
sunt,qui velint sup.litem dirimi,causa.i.ex vtilitate & voto re-
gis,qui.s.id volentes sunt pauci,h.d.ad consolationé Lent.om-
nes volunt rem.s.de qua lis est. hoc est reductioné regis Aegy-
pti,deferri ad Pomp.i.honorifice cómitti Pomp.s.Cueo,cogno
mento Magno,senatus.i.consilium senatorũ,seu patrũ conscri-
ptorum, comprobat calumniã.i.callidam interpretationem re
ligionis,hoc est impedimentum tibi illatum per libros Sibylli-
nos vetantes regẽ cum exercitu reduci, contra quos facere reli
giosum.i.metuendum erat. Comprobat, dicit non religione.i.
vero metu faciendi cótra monita diuina,sed maleuolétia, quia
tibi male vult,& inuidia illius.s.famosæ, & aperte largitionis.s.
profusionis pecuniæ ad captandum,aut corrumpendum sena-
tũ factæ,regiæ.i.nomine regis, & per solicitatores eius , hoc est,
odio in te sumpto, quia per largitionem omnes corrupti sunt .
Pompeium &c. Prosequitur quæ pro Lent. egit reliqua,dicés.
Liberius.i.aliquãto magis libere,q̃ nos deceat,aut in nostra cã
faciamus, & monere:vt illi bene consulentes, vt fugiat magnã
infamiam,quam incurrat,si contra te,cui tantum debet,faciat.
Sed,sup. Pompeius nec reliquit plane.i.manifeste,aut omnino
locum precibus uostris,uec admonitionibus nostris.i. sic egit,
vt non opus fuerit eum amplius precari,aut monere. Nos non
desistemus, in quo uerbo summa notatur diligentia, &.i.simul
hortari Pomp. tanquam amicum,& orare tanquã principé, &
& accusare etiam . Nam ipse egit causam tuam.i. secundum te
stetit,cum.s.ita sit, q̃ in sermone quotidiano.i.familiari cũ ami
cis cófabulatione tum.s.multo manifestius egit causam tuam
palam in senatu.i.concilio patrum conscriptorum , sic vt quis-
quam neq; potuerit agere.s.causam tuam maiore nec eloquen
tia,nec grauitate,quàm in gestu erat, nec studio, q̃ in affectio-
ne,nec contentione.i.certamine, cum testificatione.i.protesta-
tione summa.i.maxima tuorum officiorum.i.decenter,& bene
factorum in se, & amoris sui erga te.i.qué habet in te . Tu scis,
q.d.nõ opus est dicto,Marcellinũ, {alij Marcellum legunt} es-
se iratum tibi,quia cum sit vnus ex 15. viris, & ita Sibyllinorũ
librorum vaticinia maximi faciens , tu contra ea facere paras .
Sunt qui iuratum legant,vt sit, tuis rebus etiam sacro addictũ,
sed uulgatioré sequimur lectionem . Is.s.Marcellinus,aut Mar-
cellus ostendit.i.præsefert, se fore.i.futurum esse acerrimum de
fensionem tui,hac causa regia idest de rege reducendo excepta,
quia cótra Sibyllinos libros nihil dicere ausit. Nos accip.i gra-
tum, & ratum habemus , quod dat.i.tibi concedit .i. qui quid-
quid in fauorem tui dicit,gratum est. Ipse non potest deduci.i.
amori , & in contrarium adduci:ab eo quod instituit.i. propo-
posuit referre.s.in consultationem senatus,aut P. R.adducere,
& iam retulit sæpe . De religione.i. religiosa obseruatione va-
ticinorum Sibyllinorum . Res.i.contentio acta est sic.i.in mo-
dum sequentem ante Idus.s. Ianuarias,vt proxima epist.pate-
bit.i.ante 14. diem . nã ego scripsi hæc idibus.i.ipse die 14.ma-
ne . In hunc autem modum res acta est . Sententia Hortensij,
& mea,& Luculli cedit religioni.i.concors est religioni de exer
citu.i.vetanti regem deduci cum exercitu . R. enim.i. quia res
non potest teneri.i.obtineri aliter,q.d.si aliter possemus, aliter
sentiremus,sed sententia sup. Hortensij,mea,& Luculli,decer-
nit.i.adiudicat tibi , ex senatusc. quod factum est te referente.i.
in consultationem senatus adducente,an per te reduci debeat.
{decretũ autem erat,quòd sic,sed postea incidit calumnia , ex
libris Sibyllinis negantibus cum exercitu reducendum} vt au
tem. S.C. seruetur,& contra religionem nihil fiat .decreuit sen
tentia nostra,vt tu deducas.i.honorifice in patriam reducas re-
gem,quod possis facere commode.i.sine obstaculo,sic sup.vt re
ligio.i.auctoritas librorũ Sibyllinorũ , tollat.i.demat tibi exer-
citum.i.ne deducas cum exercitu,& senatus,qui decreuit per te
reducendum , retineat te auctorem s.reductionis, & ita utrun-
que seruetur decretum , & senatus , & religionis non enim ve-
tuit religio deduci, sed cum exercitu . Crassus vnus e patribus
conscriptis,decernit.i.pro sentétia sua constituit tres legatos.s.
cum rege mittendos in Aegyptum,nec excludit Pomp. Enim,
pro quia censet.i.iudicat legatos sumendos: etiã ex ijs,qui sunt
cũ imperio.i.qui sunt in magistratu aliquo præcipuo. Bib. sup.
censet sumẽdos tres legatos: etiam ex ijs, qui sunt priuati idest
nullo magistratu fungentes . Reliqui sup. viri consulares.i.qui
aliquando consularem gesserunt,& ita primores patrum,assen
tiuntur huic.s.Bibulo, præter Seruilium, qui negat oportere .i.
expedire omnino sup. regem reduci,& sup. præter Volcatium,
qui decreuit.i. adiudicauit Pompeio reductionem Lupo.s.sena
tore,referente.i.abducente in consultationem, & ita eiusdẽ sen
tentiæ existente, & sup. præter Afranium , qui assentitur Vol-
catio,quæ res.s.quòd assentitur Volcatio , auget suspicioné vo-
luntatis Pomp.i.quæ habetur de Pomp. q̃ velit regé reducere
licet propter Lent.dissimulet. Nam aduertebatur.i.cóperieba-
tur à plerisq; familiares Pomp. assentire {ergo utrunq; dicitur
& assentior deponentialiter, & assentio actiue} Volc. Labora-
tur.i contenditur uehementer. Sunt aũt impersonalia aduer-
tebatur, & laboratur , aut laboratur à familiaribus Pomp. qui
eius voluntaté amplius celare nõ possunt, quia res est inclina-
ta.i.incipit tendere ad ruinã,hoc est, consiliũ eorũ incipit dete-
gi,quia cócursatio,& contétio nõ obscura.i.manifestata, Libo-
nis,& Hypsæi, & studiũ.i.diligens solicitatio omnium familia-
rium Pomp.adduxerũt ré in opinioné,vt Pomp.uideatur cupe

re.ſ.reducere regē. Cui.ſ.Pōpeio qui nō ꝑnt.i.nō bene volunt, nec fauēt,aut,qui uolunt reductionē decerni,iidē non ſunt amici tibi. Quòd.i.quia ornaſti.i.honore affeciſti,& ſublimaſti eum .ſ.Pomp. Nos habemus in cauſa.i.in hac cōtrouerſia, eò.i.propterea auctoritatē.i.vim perſuadendi,aut perorandi, minorē,ꝙ debemus.i.obnoxij, & deuincti ſumus tibi.ſ.quia per te in vrbē reſtituti. Sententioſe hoc dictū, nam facilius creditur alienis, q̃ neceſſarijs,aut debitoribus aliquem cōmendantibus.illi.n.quod expedit;hi,quod optant,ſuadere videntur. Aūt pro ſed,ſuſpicio.i.latens opinio hominum,extinguit.i.deprimit,& adnihilat,gratiam noſtram.i.q̃ apud eos alioqui valeremus. eſt.n.gratia poteſtas: ea,qua quippiam valemus,eò ꝙ grati,& accepti ſumus, ꝙ.i.homines ſup. putant ſe gratificari.i.rem gratā facere Pom. .i.decernendo illi reductionē. & ita maior gratia Pomp. extinguit minorē Cic.nos itaq; verſamur,vt ſup.verſabamur multo anteq̃ profectus es.ſ.in prouinciā, in rebus.i.cauſis exulceratis corruptis, clam.i.diſſimulanter, ab ipſo rege.i.Ptolemęo, qui ſummis viribus annixus eſt à Pomp.reduci,& ab intimis ac domeſticis Pom. deinde ſup. in rebus exagitatis.i.eiectis violēter & ignominioſe, palā à cōſularibus ſup.viris,& adductis in ſummam inuidiam.i.odio, aut æmulationē,hoc eſt, ſicut ante profectionem tuā prius occulte,deinde palam plurimi erant in hac cauſa corrupti,ita adhuc ſunt. Omnes tui.ſ.amici pręſentes.i.qui in vrbe ſunt, cognoſcent fidem noſtrā & amorem, ſup.noſtrum,tui abſentis.i quem habemus in tē abſentem. Alij legunt pręſentisq;:vt ſit,omnes tui cognoſcēt fidem noſtrā & amorem ſup.noſtrum,vt tu abſentis.i.qui nunc abes,& pręſentis, quādo aderis. Si fides,fidelitas eſſet in ijs, quibus ſumma fides debebat eſſe,vtpote in Pomp.de quo optime meritus es, non laboraremus.i.ſine labore te voti cōpotem faceremus. Vale. Particula vulgata,quam in huius epiſtolę fine omnes textus habent.

IO. BAP. EGN. LENTVLO primū Cic.hac epiſt.quātū debeat,tum quid de regis re,vel ab eius actū legatis,vel à ciuitatis principibus, & pręſertim à Pomp.tentatū,ſenatusq; totius deio de ſentētia,ſuumq; hac in re ſtudiū,& curā,vel dehortandi Pomp. vel aliorū excitādi,poſtremo ſenatorū diuerſas ſentētias,ſimulq; maleuolorū quotundā in eum animū, & imminutam ſuā gratiā,ꝙ illi plurimum deberet,quodq; cōplures gratificari ſe Pomp.putarent,explicat. Nulla tñ in re,quod & abſens ipſe,& pręſentes eius amici cognoſcere poterunt, defuturū ſeſe pollicetur. § Lētulo proconſ. § Is eſt Lent.cui conſulatū cū Metello Nepote gerenti,ſimilis illi admodum hiſtrio Secundanus Spinter nomine,Spinteris cognomētū dedit,vt Metello Terentianus ille Pamphilus, Pāphili, quiq; ędilis, Apollinaribus ludis primus carbaſinis velis theatrū totū induxiſſe dicitur. Plin. & Fab.6.auct.& Val.9.Illud obiter annotarim, Spinteri nomē veteribus Grecię comicis peculiare fuiſſe, de homine.ſ.Barbaro & Phryge.Quio & tragœdię auctor hoc nomine celebris ab Heraclea,cuius fabulę duę,Cōbuſtus Hercules,& afflata fulmine Semele,legabantur. Is igitur Lent.& in pręturа,ne Cic.in exiliū pelleretur,ſummo ſtudio contenderat,vt Cic.in epiſt. ad Q.fr.& nō multo poſt in cōſulatu,vt de exilio reſtitueretur,enixiſſime curarat.Quare Cic.illū in orationibus parentē,& ſalutis ſuę Deum nō veretur dicere,qui poſt conſulatum procōſule in Ciliciā profectus, reſtitutionē hanc regia ſibi potiſſimū demandari optabat.cuius cauſa Cic. ſolicitus erat admodū, quod omnibus ferme huiuſce libri teſtatur epiſtol.Belli ciuilis inter Cęſ.& Pomp.geſti initio,ſecutus Pōpeianis partes,dum Aſculo pręeſt decē cohortibus, aduētu Cęſaris deterritus,inde profugit.mox Corphinij cū Domitio incluſis beneficio Cęſ.impetrata nō ſibi ſolū,ſed alijs quoq; Rom.ciuibus venia,vixit: qua tñ ſic abuſus eſt,vt in acie quoq; Pharſalica contra Cęſarē ſteterit Hircius.Et qm̃ hunc Cic.proconſulē appellat,illud primo dixerim, nō paruum eſſe eorū lapſum, qui rectū huiuſce nominis caſum,& huic ſimiliū vitiant.ſiquidē hęc omnia,procōſule, proprętore,proqueſtore,recto caſu dicenda ſunt,quod ex Saluſtij lectione,vbi corrupti nō ſint codices,aduertas. Sed D.Aug. in libello,quē de Grāmatica ſcripſit,citabitur auctoritas in hęc verba.ſic.n.ibi,Ab e,litera vocali nullū Latinū,niſi iuncta præpoſitione,maſculinū inuenitur: vt proconſule,proprætore.Ergo iuncta præpoſitione ſunt Latina,vt dixit, proprætore,proquæſtore. nam veteres nominatiuo caſu procōſul dicebant,attendentes nullū nomen apud Latinos virilis generis in e,exire, Hæc Aug. Proconſules aūt primū Albo & Sp.Fuſio coſſ.creati ferūt primi,cum infeliciter re geſta in Aequis,dum alter coſſ.Romæ delectū habet, Quintū primum proconſ.ſuppetias laturū collegæ decernit.Inde verò hoc nomen ductū,ꝙ vice conſulū ſeſe gererent. Et ſanè inſignia procōſulibus prope eadē, quæ & cōſulibus ꝑterq̃ quod ſex tm̃ lictoribus vti cōceſſum ijs eſt. Is ſi prouinciæ pacatæ præſit,q̃d agat,quod ſit eius officiū,late apud Iuriſc.primo de eius officio legas. Illud quod ad euxenia attinet,ſcitu nō indignum,Antonini, & Seueri imp. cauentiū,& ne oīno,& ne ſemper,né ue ab oībus accipiant. Mittebantur verò proconſ.priſcis tēporibus,qui rebus militaribus præeſſent,quales Scipio Maior in Hiſpaniā,& Marcellus in Siciliā,quibus qm̃ ſine magiſtratu eſſe viderētur, & ꝙ procōſule nemo ad eam diē triumpharet, & ꝙ amiſſa tm̃ recuperant,negari triumphum placuit,cū alioqui maximas res geſſiſſent. Plut.in Scipione,& Maximus ſecūdo. Qui vero prouincijs præerant,quales erant Hiſpaniæ,Aſia,Sicilia,hi oēs poſt geſtū conſulatū,ſorte diligebantur, adeo vt Cic.multo poſt geſtū conſulatū in Cilicia proconſule ierit. Fuitq; ſequētibus tēporibus hæc dignitas omniū maxima,adeo vt imperatores quoq; ipſi nec alijs maiorē dare poſſent,& ſibi quemadmodū tribunitiam poteſtatē,ſit præconſulare imperium.& ius quintæ relationis arrogarent. § Per eoſdem creditores § Hoſce Rab.Poſthumū,& reliquos eius ſocios intelligi vult,qui regi,& priuſquam regno pelleretur,vt regnū ſtabiliret,& poſt expulſo, ne datæ deperirent pecuniæ, magnā pecuniæ vim crediderant, qua magna ſenatus pars corrupta languebat.Cic.pro Poſthumo. pulſus interea è regno Ptolemæus doloſis cōſilijs,vt dixit Sibylla,id poſtquā ſenſit Poſthumus, Romam venit,huic egenti, & roganti,hic infelix pecuniā credidit. nec tum primū,nam roganti crediderat abſens, quæq; ſequuntur alia. quem Poſthumū à Mēmio accerſitum, Cic. luculenta defendit oratione, docens nec culpam corrupti ſenatus Poſthumianam eſſe, nec ꝙ ille neceſſitas cōpulſus diœcœtes fuerat regis palliatus,dandum homini vitio.quod ex Cic.epiſt.quoq; ad Q.fr.manifeſte colligitur. § Calumniam § Græci hanc διαβολὴν dicunt Iuriſc.de verb.ſig. § Marcellinū § Hunc puto C.Lentulū Marcellinum fuiſſe cōſularem, qui Pompeium in concionibus ſæpe lacerarit, quiq; cū in concione de Pompeij potētia grauiter cōquereretur,aſſenſuſq; illi clara voce eſſet populus,Acclamate, inquit Quirites,acclamare dum licet.iam.n.vobis hoc facere impune non licebit.hæc Maximus. ſed Plutarc.in Pomp. tanquā inſenſiſſimi meminit. Illud Aſcon.annotat,Marcellos Marcellinoſq; inter ſe gentiles fuiſſe. § Hortenſij,& Luculli § Is eſt Hortenſius, qui multū eloquentia, ſed tamen infra Ciceronem valuit:adeo vt vnum & viginti natus annum, L.Craſſo & Scæuola coſſ.prima ſua forenſi cauſa,cum ipſorum coſſ.iudicio, tum eorū,qui interfuere, omniū probatus diſceſſerit. vir & ipſe conſularis, qui ſub initia belli ciuilis inter Cæſ. & Pompeium geſti,dum Cicero è Cilicia reuerteretur,obijt,quod ipſe Cic.in princ.de Cl.orat.docet, & in calce ſic addidit, Sic Q. Hortenſij vox extincta eſt fato ſuo,noſtra publico.Et paulo poſt:Nos autem Brute, qm̃ poſt Hortenſij clariſſimi oratoris vocem orbæ eloquentiæ quaſi tutores relicti ſumus, domi teneamus eam ſeptam liberali cuſtodia. Sed Cęlius ad Cic. Hortēſius,cum hæc ſcriberē, agebat animā. Huic probro data eſt nimia mollities, & in toto veſtitu ſupra q̃ credas,anxia quædā elegantia,vt collegæ diem dixerit, ꝙ in anguſtiorem locum obuiam ſibi factus, togæ ſtructurā fortuitu deturbaſſet occurſu,adeo capitale in collega crimen duxit. qua de re Torquatus illum,& geſti culatricem,& Dionyſiæ notiſſimæ ſaltatricis nomine non potuit non appellare. Sed quantum Lucullus eloquētia inferior,tanto rei militaris ſciētia rerū geſtarū magnitudine clarior, vt qui bello Mithridatico prius Syllæ auſpicijs,mox ſuis,clariſſimas res geſſerit.quiq; longe omnium clariſſimā de Tigrane & Mithridate uictoriam exiguis admodum copijs cōtra infinitas reportarit. In qua pugna,ut auctor Plut.eſt,cum magna pars militū obſeruandum diem illū diceret,qui prid.nonas. Oct.eſſet tanq̃ nefaſtū,quippe quo Cymbri Romanas deleſſent Cæpione duce copiat,Confidite,inquit,ego illū uobis e nefaſto feliciſſimum reddam. Tandē cū illum contentionum ciuiliū pœnituiſſet,otio ſe emācipauit,nūc literis,nūc uoluptatibus alijs honeſtis uacās,ut & in illis plurimū profecerit & hiſce Xerxis togati cognomentū ſibi pepererit. Illud nō poſſum nō mirari, eminētiſſimos auctores, Latinū unū, Græcū alterū,Cic.dico,& Plut. (quē haud ſatis dignoſcas,fuerit ne grauior,an doctior) inter ſe diſſidētes, cū Cic.in eo lib.cui titulus eſt,Lucullus,(quē alij ſm̃ Academicarū q.)faciat rudē prorſus militaris diſciplinæ Lucullā,ſed ingenij incredibili quadā magnitudine, & diuina rerū memoria, nūc peritiores diſciplinæ militaris ꝑcontādo,nūc res à maioribus geſtas legēdo effecerit, ut quæ laus imperatoria oium ꝑpe opinione in illo deſiderabat,eā cumulatiſſimā & abſolutiſſimā

maximus

maximis rebus feliciſſime à ſe geſtis præſtiterit: Plut.cõtrà clarum illum & peritum admodum ſub Sylla ſcr.bello Marſico,& paulo poſt cõtra Archelaũ Mithridatemq́; ſtrenuã nauaſſe operam. § Qui cũ imp.ſunt. § Differt ſanè plurimũ,cũ imperio eſſe, & cũ poteſtate.ille.n.cũ imperio ad urbẽ eſſe dicebatur, cui nominatim à populo demãdabatur imperiũ,cũ ptãte, qui à populo alicui præficeretur negotio. § Bibulus. § Is eſt M.Bibulus,qui C.Cæſari in cõſulatu datus collega,nulla pene in re ſe conſulẽ geſſit,adeo vt illũ Cæſar obnuntiantẽ foro repulerit. vnde carmina in illũ,ſtatim edita,Sueton.auctor. Nõ Bibulo quicquam nuper,ſed Cæſare geſtũ eſt: Nam Bibulo fieri cõſul nil memini. Huic procõſuli Syriã adminiſtranti,Cleopatra milites Gabinianos,à quibus conſtabat liberos ſuos duos indolis egregiæ necatos,vinctos miſit, vt grauiſſime cladis vltionẽ arbitrio ſuo exigeret. Sed ea moderatione animi fuit, vt quo maius offerri beneficiũ alteri nõ potuiſſet, vltro contempſerit,nõ ſuã eſſe vindictæ ptãtem,ſed ſenatus dictitans. Secuto paulo poſt ciuili bello,Pompeianas,quas ſemper ſecutus partes fuerat fouens, vniuerſæ claſſi præficitur. In hac præfectura dum nimis ſolerter nimisq́; pertinaciter ſe gerit,ſeu in patriã amore, ſeu in Cæſarem odio,in valetudinẽ incidens,Corcyræ paulo poſt naturæ cõceſſit. Hic cõplura & accurate ſcriptitauit,quamuis orator nõ eſſet, & egit multa conſtanter, relicto poſt ſe tertio filio ex Catonis Porcia ſuſcepto,qui de rebus geſtis à Bruto libellũ nõ inelegantem ſcripſerit Tranquil.Cic.Max.Pliu.præter Seruiliũ. Intellige Iſauricum ab Iſauris debellatis Ciliciæ populis dictũ, quiq́; Coryco,Olympo,Phaſeliade,oppidis expugnatis, triumphum ex ijs duxerit. Ouid. Africa victorem de ſe vocat, alter Iſaurũ. Illud eſt quod Valerius memoriæ prodidit animaduerſione dignum,ꝙ teſtimonio ſuo reum affixerit,qui cũ illi in Laurentina via occurrit,loco admodũ auguſto deſcẽdere de equo noluerit. Hic poſtea vita functus publico funere Romæ elatus eſt,auctor Euſebius. Fuit vero alter Pompeius Iſauricus collega Cæſaris in cõſulatu initio belli ciuilis creatus,auctor App. § Volcatium,& Afranium § Familiares hi Põpeij verũ Afranius hiſtoriarum monumẽtis notior,& familiaritate Põpeij clarior. Hic conſul cũ Metello fuit,quem in epiſtolis ad Atticum Auli ſæpe filium nũcupat. Põpeianos præterea exercitus ductauit in Hiſpania,& cum Pompeio varijs bellis militauit,poſtea dimiſſus à Cæſare liberaliter cũ iterum ſe bellorũ tumultibus inſeruiſſet, ac profligato in acie Pharſalica Pompeio,in Africã ad Iubam ſe cõtuliſſet,captus à Cæſare, ob perfidiã occiditur. § Inclinata res § Tranſlatio ſumpta à parietibus. § Libonis,& Hypſæi § Familiares hi Pompeio,ſed Hipſæus cõſularis, quiq́; in cõſulatus petitione Milonis cõpetitor fuerit. Huic Põpeius genibus affixo,ſupplicantiq́; ut ſe ab imminentis iudicij periculo eriperet, Faceſſe hinc,inquit, nec cœnæ mihi tẽpus eximas. § Noſtram fidem § Corrigenda in hunc modũ uerba, Noſtram fidem oẽs, & amorem tui abſentis,præſentes tui cognoſcent.

PAVLVS MANVTIVS. QVO o cõmodo reip.facere poſſis § Olim ita emẽdauimus,cum aliter in omnibus impreſſis legeretur. ſunt aũt verbis,quibus veteres vtebantur,vt id,quod faciendũ decernerẽt, ita demũ fieri velle oſtenderẽt,ſi modo reip.cõmodo fieri poſſet. Cæſ lib.1.cõ.ch.12. Qm̃ M.Meſſalla, M.Piſonecos. ſenatus cenſuiſſet,vti,quicunq; Galliã prouinciã obtineret,qđ cõmodo reip.facere poſſet,Heduos cæterosq́; amicos pop.R.defenderet ſe Heduorũ iniurias nõ neglecturũ.& lib. 5.ch.60.ſcribit Labieno,ſi reip.cõmodo facere poſſet, cũ legione ad fines Neruiorũ ueniat.itẽ lib.6.ch.73.Labienum,Treboniumq́; hortatur,ſi reip.cõmodo facere poſſint, ad eã diẽ reuertantur. Cic.itẽ ad Brutum epiſt.5.Decreui hoc amplius, vt tu,ſi arbitrarere vtile fore,& ẽ rep.eſſe,perſequerere Dolabellã bello,ſi minus id cõmodo reip.facere poſſes,in ijſdẽ locis exercitũ continere,ad Appium aũt epiſt.7.lib.3. Quod,inquit,tuo commodo fieri poſſit,vtriuſq; noſtrũ magni intereſt,prius vt te conueniam,q̃ decedas.& lib.13.ad Memmium, Quod ſine moleſtia tua fiat,&c. ad Atticum aũt epiſt.3.lib 1. Quod cõmodo tuo facere poteris,venias ad id tẽpus.itemq́; alibi ſæpius, quod tuo cõmodo fiat, quod ſine peccato meo fiat. quibus ex locis, veterem hanc,atq; uſitatam fuiſſe locutionem,cognoſcere quiuis põt. Noſtra coniectura hæc eſt,quam,vt oſtendimus,veterũ ſcriptorum auctoritas confirmat,ꝙ ſi quis legere malit, Quod commodo rẽ facere poſſis,vt fere eſt in omnibus antiquis exẽplaribus,accipiendum erit,commodo pro commode, quemadmodum & Plaut.in Friuolaria,& Titinius in Iuriſperita locuti ſunt: quos Chariſius citat: qui etiã,arcano,pro arcane,quotidio,pro quotidie veteres dixiſſe,tradit.

IOAN. SCOP. SOLENT medius fidius nõ minimã in adoleſcẽtulorũ animos ambiguitatẽ aliqñ inſerere cõmentarij. Nihil n.pẽſi habẽt,quibus maxime ſcribunt:vt ſe dũ alios carpãt, oſtẽtent. Sic nanq; ſibi famam,& decus cõparare credunt:hoc nos nõ alia de cauſa dicimus, ꝙ alter interpretũ in prima Cic. epiſt.ad Lẽtulum in illo loco,Senatus religionis calũniam, ait, calumniã quidã exponunt falſam interpretationẽ: quod mihi non placet, ſed potius cauillationẽ.i.fruſtratoriã contentionẽ. Nã ſenatores nõ vno modo Sibyllina carmina interpretabanẽ. Alter ait,quia re vera de reducendo rege nõ loquebatur ſcripta Sibyllæ,& calũniam pro falſa interpretatione ſumit. Hęc cũ miſelli legunt adoleſcẽtuli,obſtupeſcunt, & cuius dictis inſiſtant, prorſus ignorant. Nos vero neutri aſſentientes calũniam cauillationẽ interpretamur. libri nanq; Sibyllini præcipiebãt, ſi Aegypti rex auxilio quodã indigens venerit, eius amicitiã ne abnueritis,ſed illũ multitudine ne iuueritis, ꝙ ſi aliter factũ fuiſſet,labores,& pericula habebitis. Quæ Sibyllæ verba C.Cato trib.pleb.populo primus promulgauit. Calumniã ergo, non ꝙ religionis eſſet aliqua calũnia, ſed calũnioſe.i.cauilloſe ſenatus atteſtabatur,vt exercitũ prohiberet Romanũ Aegyptũ petere. Senatores.n.irati,& odio regẽ habentes, cũ Ptolemæũ pecuniã per Ammoniũ regis legatũ ex Epheſo Romã miſſum largientem,& multos magiſtratus,ipſumq́; ſenatũ oppugnantem, vt à Pompeio cũ exercitu reduceretur,deprehẽdiſſent, aiebant,cum non oẽs eſſent oppugnati,libros Sibyllinos præcipere, ne rex reuocaretur.& hæc erat calũnia.i.cauillatio quædã nõ religionis.i.librorũ Sibyllinorũ,ſed ipſius, vt ne quis ꝓ ꝓ exercitus cupiditatem Alexandriã iret,vt inferius indicat, aperte ſic dicens, Inuidis atq; obtrectatoribus nomẽ inductũ fictæ religionis,nõ tam vt te impedirent,q̃ vt quis ꝓ ꝓ exercitus cupiditatem Alexandriam vellet ire,& hoc ob Põpeium,qui tunc non Romani exercitus (vt vnus interpretũ ait) erat imperator,ſed rei frumẽtariæ totius Italiæ præerat,vt Plut.in vita Pomp. & hoc Pompeius ipſe cõſecutus fuerat Lentuli fauore, vt ex eodẽ Plutarcho colligitur,& ipſe Cic.in hac epiſt.innuit,dicens, ꝙ eum ornaſti,quẽ locum exponũt interpretes,ꝙ eũ ò Lentule laudaſti, antequã Roma in Ciliciã profectus eſſes,non ad hoc,ſed ad rei frumentariæ dignitatẽ (vt diximus) omnino eſt referendum, Quòd libri Sibyllini prohibebant exercitũ Romanũ Aegyptũ petere,Lucanus ad Pompeium,qui non ab hoc Ptolemæo (vt quidã aſſerunt) ſed ab huius filij ſeruis iuſſu regis fuit obtruncatus,vt Plutar.Cæſar in Cõmen.& Appian.indicant alludens ait, Noxia ciuili tellus Aegyptia fato, Haud equidẽ immerito Cumanæ carmine vatis Cautum,ne Nili Peluſia tangeret ora Heſperius miles,ripaſq́; æſtate tumentes. Cæterũ vt iuuenibus nimio ſtudio,& auiditate nõ parua flagitantibus quot libri fuerunt Sibyllini,& quot Sibyllæ,proſimus: hic quæ apud multos, varioſq́; auctores omni noſtra adhibita ſedulitate legimus,contexímus. Sibyllinos libros nõ fuiſſe vnius Sibyllæ, ſed appellatos vno nomine Sibyllinos, ꝙ oẽs fœminæ vates Sibyllæ ſunt à veteribus nũcupatæ,vel ab vnius Delphidis noie, vel à conſilijs deorũ denunciandis σιὸς.n.deos,& non θεὺς, cõſilium non βυλὴν,ſed βυλίαν appellant æolico gñe ſermonis. Itaq; Sibyllã dictam eſſe quaſi σιοῦ βυλίαν.i.Dei conſilium,ſeu ſcientiã: licet apud Lact.ſed mendoſe nimis θεοῦ βυλὴν legatur. Cæterũ Sibyllas decẽ numero fuiſſe,vt Hieron.cõtra Iouinianũ, conſtat. Prima fuit de Perſis,cuius mẽtionẽ fecit Nicanor, nominata Sambate.hanc Chaldæã veteres perhibent,alij Hebræam Secunda Libyca,cuius meminit Euripides. Tertia Delphica,de qua Chriſippus loquitur. Quarta Cumæa,quã Italicam, eo ꝙ in Italiæ ſolitudinibus vixit,appellant,cuius meminit Næuius de bello Pun.& Piſo in annalibus. Quinta Erythræa Erophila, q̃ Apollonius Erythræus affirmat ſuã fuiſſe ciuẽ, eamq́; Graijs Ilium petentibus vaticinatã & perituram eſſe Troiam,& Homerũ mendacia ſcripturũ. Altera quoq; fuit ex eadẽ vrbe diuinatrix, quæ Athenais vocata dr̃. Sexta Samia à Samo inſula nũcupata,quã Fitho nominatam ferunt,de qua ſcripſit Eratoſthenes in antiquis annalibus Samiorũ reperiſſe ſe ſcriptũ. Septima Cumana, ſiue Cumæa noie Amalthea,quæ ab alijs Demophile, vel Hierophile ob ſacrarũ rerũ amorẽ dr̃,licet Erophile in multis legatur auctoribus,ſed mendoſe: ſunt qui Taraſandrã vocant,nonnulli Alianã Lithrã. Virgilius aũt in 6.Deiphoben Glauci Dei marini filiam,Phœbi,Triuiæq́; ſacerdotem nominat. Hinc Auſonius Vincas Cumæam tu quoq; Deipholen. & hæc Romanorum fata hæroico ſcripſit carmine. Tibullus in 2.

Te duce Romanos nunquam fruſtrata Sibylla,
Abdita quæ ſenis fata canis pedibus,

Huius

Huius sacellum (vt Solinus) prope Aornum est sitũ, & sepulcrum in Sicilia in oppido, cui nomen est Lilybeũ, sęculaq́; per metalla diuisit, definiuitq́; quis quo sęculo imperaret. & Solem vltimum. i. decimũ esse voluit, moxq́ omnibus finitis oĩa debere renouari. quæ Platonis quoq; fuit opinio. quæ noueni libros attulit ad regẽ Tarquiniũ Priscũ, ac pro eis trecẽtis Philippeos postulauit: rexq́; aspernatus pretij magnitudinem, ac mulieris insaniã derisit, illa in cõspectu regis tres cõbussit, ac pro reliquis idem pretiũ postulauit, quæ denuo trib. alijs cõbustis, cũ in eodẽ pretio perseueraret, motũ esse regẽ, ac residuos trecentis aureis emisse. Sed eã mulierẽ tunc à Tarquinio digressam postea nusquam loci visam constat. Libri tres in sacrariũ conditi Sibyllini appellati, ad eos quasi ad oraculũ quindecim viri adeunt, cũ dij immortales publice consulendi sunt, vel vt Cic. in 1. de Diuin. quoties senatus decem viros ad libros ire iussit. Octauo Hellespontica in agro Troiano nata vico nõ Marmesso, vt mendose legitur in I. Lactantij c. 6. sed Marpesso, vt Pausanias in Troade ita vocãs Sibyllæ domiciliũ, vel Mermasso, vt Stephanus iuxta Gergithiũ, & Polichnẽ vrbes Troadi finitimas, quã scribit Eraclites Põticus Solonis, & Cyri fuisse tẽporibus. Nona Phrygia, quæ vaticinata fuit Anticyræ. Decimã fuisse Tyburtẽ noĩe Albumæam, quæ Tyburi colitur vt dea. Quæ oĩa ex Lact. in 1. c. 6. Gel. in 1. c. 19. & diuo Aug. ex lib. de Ciuit. Dei, & reliquis de Sibyllis scribentibus accepimus. Martianus vero Capella non decem, sed duas fuisse Sibyllas sic in fine secũdi scribens ait: Sibylla, vel Erythręa, quæq; Cumęa est, vel Phrygias, quas non decẽ (vt asserunt) sed duas fuisse nõ nescis. i. Hierophilem, licet in Martiano Erophilã, sed mẽdose legatur: Troianã Mermessi filiã, & Symachia Hippotensis filiã, quæ Erythreæ progenita ẽt Cumis est vaticinata. Aelianus aũt in 1 2. Sibyl. quatuor asserit fuisse, Erythręã, Samiã, Aegyptiam, Sardianã. Sũt qui sex item adijciunt: inter quas Cumęã, Iudęamq́;. Plin. vero & Solinus tres tm̃, & nõ nouẽ, vt Gellius, Dionys. in 4. & Lact. fuisse libros Sibyllinos tradũt: quorũ duobus cõbustis tertius à Rom. occultabatur. Religio, vt ne quid scitu dignũ relinquatur, est deorum cultura dicta nõ à relegendo, tanquã relegerẽt, & diligenter retractarent oĩa, quæ ad cultũ deorũ pertinẽt, vt Cic. de Nat. deorũ lib. 2. circa fin. ait, sed à religãdo, vt Lact. lib. 4. c. 28. quia hoc vinculo pietatis obstricti Deo, & religati sumus, vel à re. i. effectu, & eligo: vt Aug. in 10. de Ciuit. Dei, vel à relinquendo, vt Massurius iuri sc. quia cũcta, cũ ad religionẽ accedimus, omittere debemus. Hoc ẽt, vt ne quid amplius in hac epist. desideretur, omissa interpretũ snĩa addimus: ꝙ ille locus, ex illo senatusc. sic est intelligendus: vt senatus sit rectus casus, & ordo senatus ex illo cõsulto tibi decernit, vt regẽ deducas, quod cõmode facere possis: & cõmode ad Lentuli cõmoditarẽ, cũ sit in Aegypto vicinus, (licet alter interpretũ neget) referẽdus cẽsemus, quod Cic. epist. 7. primi libri Epist. his verbis apertissime demõstrat, qm̃ senatusc. nullum extat, quo reductio regis Alexandrini tibi adẽpta sit, eaq́;, quæ de ea re scripta est auctoritas, cui scis intercessum esse, vt ne quis omnino regẽ reduceret, tãtã vim habet, vt magis iratorũ hoium studium, q̃ constantis senatus consiliũ esse videatur, te posse perspicere, qui Ciliciã Cyprumq́; teneas, quid efficere, & quid cõsequi possis. vel cõmode. i. vtiliter, & cõuenienter tã P. R. q̃ Ptolemęo, si sine exercitu ibis in Aegyptũ. Sunt, qui q̃uo interrogatiue legunt: & tunc sensus erit, quod. s. reuocare regẽ q̃uo possis facere? vt. i. postquàm religio tollat. i. tollere velit exercitum, quasi dicat, ꝙ non possis reuocare.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nunciatoria & hac est. continet autem causas frustra habiti senatus: & quid sperandum deinceps Lentulo sit ex secunda cõuocatione, ostẽdit.

CICERO S. D. LENTVLO. 2



DIBVS Ian. in senatu nihil est cõfectũ: propterea quòd prodies magna ex parte cõsumptus est altercatione Lentuli Cos. & Caninij tribuni pl. eo die nos quoque multa verba fecimus, maximeq́; visi sumus senatum cõmemoratione tuæ voluntatis erga illũ ordinem commouere. itaq; postridie placuit, ut breuiter sententias diceremus. videbatur. n. reconciliata nobis voluntas senatus esse: quod tum dicendo, tum singulis appellandis, rogandisq́; perspexeram. itaq;, cum sententia prima Bibuli pronuntiata esset, vt tres legati regem reducerent, secunda Hortensij, vt tu sine exercitu reduceres, tertia Volcatij, vt Pompeius reduceret: postulatum est, vt Bibuli sententia diuideretur, quatenus de religione dicebat: ei rei quia iam obsisti non poterat, Bibulo assensum est. de tribus legatis, frequentes ierunt in alia omnia. proxima erat Hortensii sententia, cum Lupus trib. pl. quòd ipse de Pompeio retulisset, contendere cœpit, ante se oportere discessionem facere, quàm consules eius orationi vehementer ab omnibus reclamatum est. erat. n. & iniqua, et noua. cõsules neq; concedebant, neq; valde repugnabant, diẽ consumi volebant: id quod est factum: perspiciebant. n. in Hortensii sentẽtiam multis partibus plures ituros: quanquam aperte Volcatio assentirentur. multi rogabantur, atq; id ipsum consulibus inuitis: nam ij Bibuli sententiam valere cupierunt. Hac controuersia usq; ad noctem ducta, senatus est dimissus, & ego eo die casu apud Pompeium cœnaui: nactusq́; tempus hoc magis idoneum, quàm vnquã antea, quòd post tuum discessum is dies primus honestissimus nobis fuerat in senatu, ita sù cum illo locutus, vt mihi viderer animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere. quem ego ipsum cum audio, prorsus eum libero omni suspicione cupiditatis, cum autem eius familiares omnium ordinum video, perspicio id, quod iam omnibus est apertum, totam rem istam iampridem à certis hominibus, non inuito rege ipso, consiliarijsq́; eius, esse corruptam. Hæc scripsi ad XVI. kal. Feb. ante lucem. eo die senatus erat futurus. nos in senatu, quemadmodum spero, dignitatẽ nostram, vt potest in tanta hominum perfidia, & iniquitate, retinebimus. Quod ad popularem rationem attinet: hoc videmur esse consecuti, vt ne quid agi cum populo aut saluis auspicijs, aut saluis legibus, aut deniq; sine vi possit. De his rebus pridie, quàm hæc scripsi, senatus auctoritas grauissima intercesserat. cui cum Cato, & Caninius intercessissent, tamen est perscripta eam ad te missam esse arbitror. De cæteris rebus, quidquid erit actum, scribam ad te: &, vt quàm rectissime agantur, omni mea cura, opera, diligentia, gratia prouidebo. Vale.

IDIBVS Ian. } Ser. Cic. ad Lẽt. nihil idib. Ian. de causa regia esse cõfectũ in senatu, pp longã contentionẽ Lent. cõsulis & Caninij, sed postridie cũ dictæ fuissent snĩæ variæ, prima Bibuli, altera Hortensij, tertia Volc. dicit placuisse plerisq; vt Bibuli snĩa discuteretur: qm̃ de religione loqueretur: deinde ostendit Cic. se agnouisse, cũ apud Pomp. cœnasset, quo animo ille esset ad cãm regiam, cum tñ aliter videretur in ea re eius familiares: postremò significat factũ esse de hac re senatusc. esseq́; perscriptũ, cũ Cato, & Canin. illud impedire conarentur. HVB.

{ Idibus Ian. } xiij. die Ian. { Nihil est cõfectum } Conclusum. Propterea, ideo, pp hanc cãm. { Altercatione } Iurgio, contentione, verborum cõcertatione. { Lentuli Cos. & Caninij trib. pleb. } Hi. n. varie sentiebant. Nã auctore Plut. Canin. ad trib. pl. legẽ tulit, vt Põp. sine exercitu cũ gemino lictore ad Ptol. eũ Alexãdrinis cõciliandũ mitteretur. est aũt hic Lent. cognominatus Spinter: qui primus vsus est purpura, quã dibaphã. i. bis tinctã vocant. (Dibaphum.) { Visi sumus }. i. visum est nobis. { Commouere } Interdũ perturbare: vt Ter. cõmoui hoiem: sed hic est à proposito deflectere: & ꝙ volumus persuadere, vt apud Ouid. 9. Metam. Dicta Iouis monere deos. neq; erat bene affectus Lẽt. { Cõmemoratione } expone, declaratione. i. visus sum reddere tibi amicũ senatũ: cõmemorando tuã erga eũ voluntatẽ. { Illum ordinem }. s. senatorum. { Recõciliata } Reddita amica: nã cõciliamus nouos, recõciliamus veteres, qui erãt alienati. { Appellandis } Nominandis. { Rogandis } Interrogandis. s. snĩam suã. De ordine rogandarũ sententiarũ vide A. G. lib. 4. c. 10. vbi multa dicit: & apud eundem lib. 13. c. 7 inferius tñ à nobis dicentur religionem.

Commouet
Concilio
Reconcilio

quæ ad rē pertinebūt.} Clam obresisti } Occulte, quia tuebatur religionē.} Frequentes ierunt in alia oīa }.i.cōtra alia oīa: nam & sua pedibus ferebatur, vt A.G. dicit lib.1.c.18.} Proxima } secunda post sniam Bibuli.} Intēdere } contra conari, & moliri: vel intēdere, iniicere, & quasi proponere.} Oportere } Decere, conuenire.} Facere discessionem }.i.senatusc.nā fiebant aut per rogationē, & per exquisitas snias, cū res dubia erat, & rogabatur vnusquisq; sniam, quā verbis efferebat: aut per discessionē, hoc est, qñ oēs, aut plerīq; idē sentientes in vnā partē pedibus ibant, & discedebāt. vt A.G. loco superius dicto testatur his verbis, Quid igitur cū senatusc. per discessionē fiebat, nonn̄e vniuersi senatores sniam pedibus ferebant? dicebat ergo Lupus, quia esset trib.pl. oportere se prius facere senatusc. q consules. } Reclamatū } Cōtradictū, & quasi cū clamore risum.} Erat.n. iniqua } Quod tribus præponeretur cōsulibus, qui teste Gell. et senatores in curiā vocandi ius habebāt.} Et noua } Propter cōsuetudinē maiorū inauditā.} Consules neq; cōc.neq; repugnabant }.i.aduersabantur.s.Lupo.} Diē con.}.s.cōtentione ne aliquid doceretur.} Id quod }.i.quod est.n.Cic.loquendi ornatus. } In Hor.sent.} Quæ erat, vt tu reduceres sine exercitu, q quidem cōsules noluissent.} Quanquā aperte Volcatio assentirentur } Qui cēsebat, vt Pōp.reduceret, & h.d.q̄q consules aperte assentiebantur Volc.pro Pōp.decernenti, tñ volebant diē contendendo cōsumi, quia videbant plures ex senatoribus probaturos sniam Hort.cēsentis, vt Lent.reduceret sine exercitu, quod ipsi cōsules minime voluissent.} Multi } Ex senatoribus.} Rogabantur }.s.snias.} At q; id ipsum }.i.& hoc, & est ornatus loquēdi modus: vt si dixero cōsecutus est maximū honorē, atq; id ipsum amicis tuis gaudentibus: inuitis cōsulibus.i.cōtra voluntatem consulum.} Nam ij }.s.cōsules.} Bibuli sniam valere }.i.habere locū.s.de trib.leg.priuatis.} Ad noctem ducta } Quia senatusc.ante ortum, aut post occasum Solis ratū non erat, vt A.G. dicit auct.Var.} Dimissus } Ex curia missus abijt.} Casu } Sorte quadam, non dedita opera.} Apud Pompeium }.i.cum Pomp. Apud aūt loci, & personæ, cōiunctionē significat, vt apud amicam: penes vero ptātem, dñium, vt Ouid.Fast. Me penes est vnū vasti custodia mundi.} Nactus } inueni vel reperi.} Quā vnquā antea }.i.q̄ nullo alio t pe.s.essem nactus.} Quod }.i.quia.} In dies } quo discrepatū est in senatu varijs sententijs causæ regiæ. } Honestissimus } Pulcherrimus, & plenus honoris: & est ordo, eo die cœnatu apud Pōp.& nactus tēpus magis idoneū, &c.vt mi.vi.traducere aium hoc.i.Pōp.s.à restitutione regia.} Ad tuā dign.tuend.}.i.id efficiendū, vt reductio tibi mandaretur, hoc.n. ad dignitatē tuā pertinet.} Quē ipsum }.i.quem Pōp.sed ipsum addidit, vt.q.d.quantū ipse significat.} Cū audio }.s.loquentem. } Prorsus } Omnino.} Libero } Absoluo.} Cupiditatis } Reducendi regem.i.iudico nihil prorsus esse de eo suspicandū, q appetat hāc restitutionē.} Omniū ordinum } A.G. dicit magistratus per quos senatus haberi soleret: hoc esse. Dictatorē, Cōsules, Prætorē, Trib.pl. Inter regem, Præfectū vrbis: quibus si contigisset codē t pe Romæ esse ius senatus cōsulendi fuisse, quo supra ordine scripti essent. Extraordinario aūt iure addit Tribunos quoq; militares, qui pro cōsulibus fuissent. Itē x.viros, quibus imperiū cōsulare tutū esset. Itē triuiros rei. constituendæ caussa creatos ius cōsulendi senatus habuisse. & hi sunt oēs ordines, quos dicit Cic.} Totā rem istam }.i.cām. } Senatus erat futurus }.i.habendus, vel cōuenturus.} Vt pōt }.s.retineri.} In tanta perfidia } Quia in.j.epist.dixit si esset in ijs fides, &c.} Quod ad P.R.}.i.ad rē populi, hoc est, quantū pertinet ad id, quod populus facere, & præstare suis suffragijs pōt. Nā timendū fuerat, ne si Pōp.rogasset populū, cui erat carissimus: fortasse hæc reductio ad eū delata esset, sed Cic.fauens Lent.prouiderat, ne populus posset Pomp.aliquid aduersus Lent.præstare, quin faceret contra leges, & Auspicia: sine quibus P.R.nihil magnū agendum putabat.} Agi cū populo }.i.populum rogari: nā propriè agere cum populo, vt dicit A.G. est populum rogare.} Aut deniq; sine vi } Sine violentia.i.qn fiat cōtra id, quod iam pro Lēt. sit constitutū.} Auctoritas } Snia.} Gratissima } sanctissima, quā non temere liceat infringi.} Intercessit } Interposita est.} Cui } Auctoritati.} Intercessissent } Impedimento fuissent, obstitissent. Nā intercedere interdum est interponi, & cōstruitur cum casu hñte præpōnem, vt intercessi apud senatū de tua salute: vel pro tua salute: interdū est obstare, & impedimento esse, & construitur cum datiuo, vt meæ sniæ intercessisti.i.impedimento fuisti. Ius aūt intercedendi ne senatusc.fieret, vt A.G.auct.Var. dicit, fuit ijs solis, qui eadem ptāte, quia qui senatusc.facere vellent, maiorē ue essent.} Prouidebo } Dabo operam.} Cura } Ad animū.} Opera } Ad corpus.} Gratia } Ad amicos, & ad populū refertur.} Diligentia } Tam ad corpus, quam ad animum.

IDIBVS Ian.} Superiorem epist.scripserat idib.Ian.mane: hac aūt indicat nihil idibus in senatu cōfectū: recitatq; quæ postridie acta sint, cū modesta officij sui cōmendatione: deīnū pollicetur se Lēt.de oībus reb. certiorē facturū. Idus in singulis mēsib.dñr octo: ego potius credā singulas eē, sed idus 8. esse diē post nonas. Dictę.n.sunt idus ab iduo.i.viduo, & diuido, eo q is dies ferè mensem per mediū diuidit: est.n.in Ian.xiij. Cætera cū ordine explanabo. Ordo aūt est. Nil est cōfectum.i. conclusum, & diffinitum in senatu.i.in curia senatoria: idibus Ian.propterea q dies est cōsumptus ex magna parte altercatione.i.cōtentione Lent.consulis: quod dicit ad driam Lent.ad quem scribit, qui erat pro cons.i.cōsulari ptāte in prouincia fungens, & Caninij trib.pl.qui aut de hoc, aut potius de altero negotio cōtendebant.nā si eorum contentio ad rē Lent.procons. spectasset, Cic.eam expressisset. Nos quoq;.i.ēt nos fecimus eo die multa verba.i.multa locuti sumus. Et visi sumus.s.nobis cōmouere.i.afficere beneuolentia in te: senatū maxime.i.præcipue, cōmemoratione voluntatis tuæ.i.eo q indicamus optimā voluntatē tuā: erga illum ordinē.s.senatorium, itaq; placuit, vt diceremus snias breuiter.i.sine longa disceptatione: postridie.i. die sequente idus: ideo aūt placuit.n.pro quia: volūtas senatus videbatur esse recōciliata nobis.i.in gratiā rediisse, ac ita fauere nobis: hoc est causæ nostræ.quod.i.quā rem: ego perspexeram.i.deprehenderam clare: tum.s.pariter dicendo.i.cum cām tuam dicerē, nam assentiri videbantur: tum.i.pariter appellandis, & rogandis singulis.i.cū singulos alloquerer, & rogarē, quid sentirent. Itaq; cum snia Bibuli, vt tres legati reducerēt regē.s. Ptolemæum esset pronuntiata prima: & snia Hortensij.s.vt tu reduceres supple eum sine exercitu: esset pronuntiata secunda; & snia Volcatij.s.vt Pomp.reduceret, esse pronūtiata tertia, postulatū est.i.iudicibus vt snia Bibuli diuideretur. quatenus.i. inquātum dicebat de religione: diuideretur, inquā, in duo mēbra. quorū vnū esset nō oportere cōtra religionē cum exercitu reduci: alterum, vt per tres legatos sine exercitu duceretur. Cui rei.s.quatenus dicebat de religione: quia nō poterat obsisti.i.cōtrastari (est aūt impersonaliter dictum) hoc est, quia nemo audebat cōtradicere, assensum est Bibulo, quia oēs approbauerūt non esse deducēdum cum exercitu. De trib.lega.i.quantū erat, per tres legatos deducendum censebat: frequētes.i.plurimi iudicum, ierunt.i.eundo sniam, & voluntatē suā declarauerunt, in alia oīa.i.in alias sentētias potius, q̄ in Bibuli. Proxima.i. secunda snia erat Hortēsij.s.vt tu sine exercitu reduceres. Cui.s. sententiæ Lupus Trib.pl.cœpit intendere.s.impedimētum, ne approbaretur, eo q ipse tetulisset.i.in cōsultatione adduxisset de Pōpeio.i.an ne potius per Pōpeium teduci deberet. Intēdit aūt.i.obstitit, & impedimētum iniecit: eo q diceret, se oportere facere discessionem.i.adeundo ad cuiusq; sniæ auctoritatem vellet eius sniam approbare. propositis.n.sentētijs, ne longum esset percunctari, iudices de singulis quid sentirent, iubebantur auctores sentētiarum ab alijs discedere: & iudices ad eū, cuius sniam approbarent, accedere, & ita eundo ferebant sniam, antequam Cōsules. Reclamatū est vehementer ab oībus. oratio.i.assumpto eius. Enim pro quia, oratio eius erat iniqua, & noua.i.inaudita. In ferendis sentētijs prior locus erat cōsulibus q̄ trib.pl. Cōsules neq; cōcedebant.i.assertionē Lupi, neq; repugnabant valde.i.vehemēter, quia ipsi volebant diē cōsumi.i.sine approbatione snię trāsigi, id quod factum est, volebant aūt diē consumi. Enim pro quia, ipsi prospiciebāt.i.perspicaciter videbant, aut prospiciebant.i.præuidebant: plures ituros in sniam Hortēsij, supra multis patribus plures, inq̄, quā in aliorū sniam, quanquā ipsi, qui irent in sniam Hortensij, assentirentur aperte. Volcatio, qui Pōp.honorē addixerat. Multi.s.iudicū rogabantur.s.sniam atq; idipsum.s.fiebat cōsulibus inuitis. Nā ij consules volebāt sniam Bibuli valere.i.approbari, Hac cōtrouersia.s. de tribus sententijs ducta.s.agitata, & de industria prolongata vsq; ad noctē.i.postq; sic ducta est, senatus est dimissus.s.domū; & ego cœnaui ea die, aut eo die.i.in eius diei vespere, apud Pōp. casu.i.euentu, fortuita, aut quia illi obuiam factus ad cœnā inuitatus est: aut ab amico illuc adductus, & nactus.i.assecutus. hoc tēpus magis idoneū.s.ad agenda cū Pōpeio, quæ vellem, q̄ vnquā antea, q.i.eo q is dies fuerat nobis in senatu, honestissimus.i.honorificentissimus, post tuū discessum.i.oīum dierum, quos habuerā post tuū discessum, aut quia primus sniam rogatus, aut potius quia senatū maxime permouere visus, & beneuole auditus fuerat. Sum locutus cū illo.s.Pompeio, ita vt viderer ad tuen-

Intendo
Senatusc.
quo fit.

Apud.
Penes.

Dictator
Consul
Prætor
Trib. pl.
Interrex
Præfectus
vrbis.

Ago cū populo.

Intercedo.

Cura,

Opera,
Gratia,
Diligentia.
ASCAN.

mihi traducere aĩum hominis.ſ.Põpeij, ab oĩ alia cogitatione ad tuendam dignitatẽ tuã,quæ videretur lædi,ſi à petitione excideris.Quẽ ipſum.i.vt dñt,in propria perſona, cũ ego audio.ſ. de te loquentẽ: libero eũ prorſus.i.omnino,oi ſuſpicione cupiditatis.ſ.reducẽdi regis,cùm aũt video familiares eius omnium ordinum.i.in quocunq; ſtatu,& gradu dignitatis ſint, ego perſpicio.i.animaduerto id, quod eſt iam apertum.i.manifeſtum omnibus,videlicet totã rem iſtã.ſ.de reductione regis per te, eſſe iam pridẽ corruptã à certis hominibus nõ inuito.i.annuente rege,& cõſiliarijs eius,qui.ſ.malint eũ Pomp.reduci.Ego ſcripſi hæc ad xvj.ſup.diẽ cal.ſ.qui eſt ante cal.cõnumerato tñ die calẽdarum,qui primus cuiuſq; menſis eſt Februarij, ante lucẽ, hoc eſt,ſummo mane.Senatus.i.cõgregatio,& cõcilium ſenatorum erat futurus.i.habendus eo die.Nõ igitur quotidie fiebat ſenatus.Nos, quẽadmodũ ſpero, retinebimus dignitatẽ noſtram.i. honeſte ſtabimus,& audiemur pro te loquentes in ſenatu, ut.i. quantũ põt ſup.fieri, aut retineri in tanta perfidia hominum. Quod.i.quantũ attinet ad rõnem popularẽ.i.vulgarem,hoc eſt quantũ pertinet ad iudiciũ populi,(nam dũ lis à ſenatu diſcindi non poterat,facta cõcions referebatur ad populum) nos videmur conſecuti.i.obtinuiſſe hoc: vt ne quid.i.vt nihil poſſit agi cum populo.i.referri ad populũ,aut tranſigi à populo,aut ſaluis auſpicis,quia populus rogari non poterat auſpicijs renuẽtibus: tunc aũt Cic.oſtenderat,aut oſtẽdere paratus erat auſpicia abnuere,aut ſaluis legibus, quia leges vetabat tũc populũ rogari, aut deniq; ſine vi.i.violentia,quæ quia non facile fit, cenſet iudicium populi,qui Põpeio faueret,nõ magnopere timendũ. Auctoritas ſenatus grauiſſima.i.maximi ponderis,& vigoris, quia ſanctiſſima,interceſſit.i.interpoſita eſt,& addita,ijs rebus.ſ.nequid cũ populo agatur,pridie.i.die ante,quã ſcripſi hæc: cui.ſ.auctoritati,& approbationi ſenatus, cũ Cato,& Canin. interceſſiſſent.i.ſuã auctoritatẽ ad impediendum interpoſuiſſent, & ita obſtitiſſent: tñ.i.nihilominus,ipſa eſt præſcripta.i.in rẽ iudicatam,& (vt Galli dicunt) in arreſtã tranſacta,hoc eſt, irrefragabiliter ratificata. Videri poſſit mirũ, ꝙ Cic. vno verbo in eadẽ ferè cãa tam diuerſe vtatur.nã ſenatus interceſſit.i.approbauit, & Cato interceſſit.i.impedire voluit: verũ intercedere vnũ ſignificat,id videlicet,quod partes cõponentes,ſed animus intercedentiũ diuerſitatẽ facit,nã auctoritas ſenatus interceſſit,promulgationi legis,vt ratificaret: Catonis,vt refelleret: nõ ergo dicam interceſſit.i.approbauit,ſed intercedẽdo approbauit,&c. Ego arbitror eã.ſ.auctoritatẽ ſenatus,aut legem perſcriptã eſſe miſſam ad te.Ego ſcribam ad te de cæteris rebus quidquid erit actũ,& prouidebo.i.proſpiciã oi cura mea,opera.i labore,diligẽtia,& gratia: vt.ſ.cæteræ res agantur q̃ rectiſſime.i.valde decẽter.Pulchra eſt auxeſis in ijs vocabulis cura,opera,diligẽtia,gratia,nã multi curant per alios, nec quiſquã ferè operã ſine cura adhibet,nec diligẽtiã ſine opera,nec gratiã impartit ſine diligẽtia.qui.n.gratia ſua aliquid facit, quicquid per ſe, aut per alios põt,facit.Sanè licet inepte dixeris,puer erit percuſſus,pro percutietur,nõ tñ inepte dixit,quicquid actũ erit, non quidquid agetur: nõ.n.dum agentur,ſed dum acta erunt,ſcribenda cenſet.

PAVLVS MANVTIVS. LENTVLI conſulis} In libris quibuſdam manuſcriptis legitur,Lucij cõſulis, non oino abſurde: põt.n.intelligi de L.Philippo Lentuli Marcellini in cõſulatu collega. ſed,Lentuli,ſi legas,de Lentulo Marcellino accipietur. {Quatenus de religione dicebat} cũ Bibulus ſnia ſua duas res cõplexus eſſet,de religione,& de trib.lega.poſtulatũ eſt, vt eius ſnia diuiderẽ.i.vt ſingulis de rebus ſeparatim referretur. ac de religione quatenus dixit,vt.ſ.cõtra Sibyllinos libros ne decerneretur,qui regẽ Aegyptium cũ exercitu reduci vetarent, aſſenſum,inquit,eſt.caput illud,de trib.lega.qui regẽ reducerent,improbatum.dixit aũt,frequẽtes ierunt in alia oia pro frequentes diſſenſerunt.neq; ſolũ ire in alia oĩa, ſed & diſcedere, & trãſire, eodẽ ſenſu veteres dicebant.lib.x.ad Plancũ.Eũ,inquit, ſenatus reliquit,& in alia oĩa diſceſſit. Hirtius aũt prope fin.lib.viij.de bello Gallico,Diſceſſionẽ,ait,faciẽte Marcello,ſenatus frequẽs in alia oia tranſijt.Feſtus.Qui hoc cenſetis, illuc tranſite: qui alia oia,in hanc partẽ.his verbis præit,oĩs videlicet cauſa,ne dicat,qui nõ cenſetis.inde factũ,vt, ire in alia oĩa, idem ſignificet, quod nõ cenſere.i.cõtra id,de quo diſceſſio fit, ſentire. {Multis partibus plures} qui ſic exponunt,vidiſſe cõſules, in Hortenſij ſniam plures ituros à multis partibus.i.hinc & illinc, parũ oino agnoſcũt puriſſimã,& ornatiſſimã locutionem,qua eloquẽtiſſimi eius ætatis viri ſuis in ſcriptis elegãter vſi ſunt. M.Cœl.lib. harum epiſt.8.Turpe tibi erit, Patiſchũ Curioni decẽ pãtheras miſiſſe,te nõ multis partibus plures.itẽ Cæſar lib.3.de bello c. Numero multis partibus eſſet inferior.Multis partibus plures, & multis partibus inferior dixerũt, pro eo,quod eſt,multo plures,& multo inferior.Cic.itẽ lib.3.de finib.Multis partibus malit,pro multo malit. Suetonius quoq;, non oino malus latinitatis auctor,in Iulij vita eodem loquendi modo vſus eſt.

NIHIL idibus Ian.}quo die ſenatus eſt habitus,actum eſſe,conſulis Lentuli,& Caninij Trib.pl.cõtẽtionibus, tum quãtum ipſe ſenatum ſibi in cauſa cõciliaſſet, admonet.Poſtridie dictis oium ſentẽtijs poſtulatũ fuiſſe, vti de ſingulis referretur.In hac ſniarum varietate, varie ſenatum agitatum,tanto vtrinq; ſtudio,vt nihil eo die agi potuerit. Põpeium quidẽ ſibi ab hac reſtitutione regia alienum videri,familiares vero eius nihil magis cõtendere.Se tñ nulla in re defuturum pollicetur nõ in ſenatu modo,ſed ad populũ, quãtum.ſ. ſaluis legibus cõſequi poterit. {Altercatione Lentuli conſumptus}Hũc Lẽtulum Marcellinũ puto,de quo ſupra. {Caninij} Is eſt,qui,auctore Plut.in Põpeij vita,rogationẽ tulit,vt Pompeius regẽ gemino lictore reſtitueret. Sed ſenatus rem eã cum iniquæ ferret,cãm prætexuit, ideo ſe id nolle, ꝙ viro timeret. {Snia diuid.} Sic Cic.in oratione pro Mil.Decernebat.n.vt veteribus legibus tantũmodo extra ordinẽ quæreretur.diuiſa ſnia eſt.Hæc Cic.Sed Aſcon.Diuidere,inquit, ſniam eſt, cũ aliquis in dicenda ſnia duas pluresúe res cõplectitur. & ſi non oẽs ea probantur,poſtulat vt diuidãtur.i.vt de ſing.reb.referatur. Fieri aũt poterat huiuſce diuiſionis poſtulatio ab vnoquoq; ſenatorum,qui vel ſedendo hoc poſtulaſſet, vt tñ integrũ eſſet illi, qui orationem habebat,an diuidere vellet Cũ igitur tres hæ ſimul ſniæ quaſi coaceruatim dictæ eſſent,poſtulatũ eſt, vt de ſingulis referretur. {Intẽdere} Tranſlatio ſumpta ab arcubus, qui proprie dñr intẽdi. {Erat.n.iniqua,& noua} Quid.n.iniquius,q̃ tribunorum pl.priorẽ ſntam in ſenatu referri,cũ conſularis ſuprema eſſet dignitas? {Traducere} Remouere,ſed alibi infamare.quale illud in ſacris literis,Cũ nollet eam traducere. Græci hoc παραδειγματίζειν.vnde epigrãmatarius poeta, Rideris,multoq; magis traduceris Afer.Et Satyricus,Altera quos nudo traducit Gallia talo. {Totam hãc rem iam pridem eſſe corruptã}. Videtur hoc in loco Theophanis actum,& literas,quæ diuulgabantur,innuere,quẽadmodum Plut.in Pomp.eſt auctor. {Senatus auctoritas grauiſsima} Ea erat,vt paulo poſt Cic. oſtendit, ne rex omnino reſtitueretur. {Cato,& Caninius} Duo trib.pl. Pompeij ſtudioſiſſimi,neq; enim eſt ille Cat. Vti.ſecundus,ſed ab hoc longe diuerſus.

CICERO S. D. LENTVLO. 3

AVLO Trebonio, qui in tua prouincia magna negotia, & ampla, & expedita habet, multos annos vtor valde familiariter. is cum antea ſemper et ſuo ſplendore, & noſtra, cæterorumq; amicorum commendatione gratiſſimus in prouincia fuit: tum hoc tempore propter tuum in me amorem, noſtramq; neceſſitudinem vehementer confidit, his meis literis ſe apud te gratioſum fore, quæ ne ſpes eum fallat, vehementer te rogo: cõmendoq; tibi eius omnia negotia, libertos, procuratores, familiam; in primiſq;, vt quæ C. Ampius de eius de re decreuerit, ea comprobes; omnibuſq; rebus eum ita tractes, vt intelligat noſtram commendationem non vulgarem fuiſſe. Vale.

AVLO Trebonio} Trebonius cum ſub Cæſare in Gallia militans multa incommoda, & diſpendia cõtraxiſſet reparandæ rei familiaris gratia in Cilicia ad negotiationem.i.mercaturã nauigauit,vbi cum Titi Appij proconſ.benignitate multas immunitates ſuis negotijs impetraſſet,ne à publicanis,aut alijs quibuſlibet vexaretur,cũ poſtea Lent.Appio ſucceſſiſſet,Cic.ipſum ei cõmẽdat,vt quod T.Appius de eius rebus decreuit,ipſe oio cõprobet,& præſtet: oſtenditq; iuſtã eſſe ſibi cãm cõmendãdi hunc hominẽ pp verum familiaritatẽ,quæ ſibi cum eo fuit,deniq; ꝙ in prouincia Cilicia omnibus prouincialibus ſemper gratiſſimus fuit:& pp eius virtutẽ,claritudinẽ & pp cõmendationem ipſius Cic.& cæterorũ amicorũ: ſed nunc maximè confidere,ſe fore Lent. gratiſſimũ: HVB.

à quo

IO. BAP. EGN.

à quo sciret Cic. maximè amari. Is aüt Trebonius cum videretur primo, & putaretur esse amicus Cæsari: postea coniurauit cum Bruto & Cassio in eius necem: ipse demum in Asia à Dolabella interemptus est. § In tua prouincia § Cui præs. § Magna & ampla § inculcatio dictionum. quãuis alijs dicant magnum, quod in cumulũ siu, & magnitudinẽ crescit: amplum, quod late patet, & per multa diffunditur, alij dicunt amplitudinem, & dignitatẽ, & laudem rei referri. Expedita, non implicita litibus. § Is § Trebonius. § Antea § Superiori tpe. § In prouincia § Cilicia. § Suo § s. propria virtute, aut ét nobilitate. § Tum § Maximè, nam cum semper minus significat, quantum. § Necessitudinem § Necessitudo interdum significat tum, cui nõ facilè resistitur. interdum cõiunctionẽ vel sanguinis, vel amoris. § Confidit § Certissime credit. § Fore gratiosum § Futurum valde gratum: nã gratiosus plenus gratia dr. § Liberos § Quos in prouincia habet. § Procuratores § Procuratores dicuntur proprie gestores negotiorum: nam actores causarum, causidici dicuntur. § Cõprobes § Confirmes. Ita tractes § Ita adiuues. § Non vulg. § Non vilem, non tepide scriptam.

Magnus
Amplus

Gratiosus:
Procurator
Causidicus

ASCEN.

A Trebonio, &c. § Hæc epistola commendatitia in quibusdã exẽplaribus ad finẽ præcedẽtis adscripta est, in alijs seorsum posita: quæ sequi malui, eo q verisimilis est eã Trebonio ad pręferẽdã eam qñ veïit, traditã. Miro studio, & aptissimis verbis, licet paucis, hominem cõmendat, ita vt pueris sit penitus ediscẽda hæc epistola, & pro exẽplari habẽda. In cuius principio animaduertant, nõ ridiculũ esse, quod Seruius dixit accusatiuum tpis cõtinui præsertim honestiorem esse locutionẽ: nam Cic. ita ferè locutus est: vt multos annos, tot, &c. quod nunc quasi necessariũ erat: eo quod alter ablatiuus adest. Ordo est. Ego vtor valde familiariter multos annos, q. d. & iam vsus iam multos annos A. Trebonio: qui habet in tua prouincia. s. Cilicia: quæ tibi proconsuli decreta est: negotia vt sunt mercaturæ, magna. i. magnæ impẽsæ: & ampla. i. honorifica: & expedita. i. nõ implicita litibus, aut obnoxia publicanis. Is. s. A. Trebonius: cum. s. ita sit, q fuit semper antea gratissimus in prouincia. s. ista: & i. simul suo splendore. i. honestate summa vitæ. & cõmendatione nostra, & cæterorũ amicorum. vbi notet puer coniunctionẽ posse diuersos casus copulare, dummodo dictio regens eos exigat, vt hoc loco: nã commendatione nostrum nõ est in vsu, quod ét notet: & cõmendatione nostri nõ patitur significatio: tñ. i. multo euidentius cõfidit hoc tpe pp tuum amorẽ in me. i. quia scit, q abs te amor, & pp nostram necessitudinem. i. vinculum amicitiæ, se fore gratiosum. i. plenũ gratiæ, & cõmẽdationis apud te, ijs literis meis. quæ spes ne fallat. i. decipiat eum, rogo vehementer te, & commẽdo tibi oia negotia eius, liberos. i. prolem legitimã, quia pp multa dispendia in Gallia sub Cæsare accepta in Ciliciã cum tota familia migrauerat, procuratores. s. negotiorum. & causarum eius, quos factores vocant: familiã. s. oẽm, & in primis, vt comprobes ea, quæ T. Ampius, qui ante te prouinciã rexit, decreuit de eius re, vt. s. merx eius libera sit à vectigalibus & portorijs, & tractes eum supple in oibus rebus, ita, vt intelligat cõmẽdationẽ nostrã fuisse non vulgarem, sed egregiam & valentem.

PAVLVS MANVTIVS.

T. Ampivs § Antea, T. Appius, corrupte legabatur: duo enim prænomina simul esse nõ possunt, vt si dicas, M. Caius, aut Cn. Lucius: Ampiorum aũt familiã Romæ fuisse, notissimũ est. & potuit hic esse T. Ampius ille, qui tribunatum pl. gessit M. Cicerone C. Antonio cos. legemq; tulit cum T. Labieno trib. pl. vt Cn. Pompeius, confecto Mithridatico bello, ludis circensibus corona aurea, & omni cultu triũphantium vteretur, scenicis autem prætexta, coronaq; aurea. Velleius lib. II.

IO. SAP. BGN.

A Trebonio, &c. § In epistolis commendatitijs hæc fermẽ sunt, quæ obserues. vti prius cõmẽdationis alleges iustissimas causas, tum quid nã id sit, quod petas, breui & dilucide explices: postremo vel illum beneficij semper memorẽ, vel te perpetuo debiturũ pollicere. Sunt aũt epistolæ in hoc genere vulgaris cuiusdã notæ. sunt aliæ rursus optimæ, prout vel beneuolentia maior, vel cõmendationis honestior causa videatur. Ducuntur aũt illæ causæ vel à maiorum vetustissimo necessitudinis vinculo, vel ab ea, quam cum illo cõtraxeris pridem, beneuolentia, vel ab ipsius, quẽ cõmendes, personæ dignitate, & probitate, vel ab alterius tibi amicissimi, qui rem abs te, pro amico, cui negare nequaquam potueris, exposcerit. Sed ét ad rei ipsius explicationẽ valet nõ parũ honestas causæ, magnitudo, periculum in re magnum, summa vtilitas, quam te consecuturum speres. Sed & si, qui ante in re illa idẽ senserint, quid petas, non parum proderit. neq; non valet, & id plurimũ, ad emerendum causæ tuæ fauorem, q in calce addas, virum optimum grauissimumq; esse, semper beneficij memorẽ, semper illum cum tota familia debiturum: te vero nunquam beneficij obliuisci posse. § Trebonio § Is vero Trebonius est, qui in Gallijs sub Cæsare militans, cum eo semper vsq; ad belli ciuilis exitũ fuit, quiq; inter huius belli à Cæs. ad oppugnationẽ Massiliæ præfectus est. Tandem in Cæs. conspirans, inter Cæsaris conspiratores unus, cum Asiæ præesset, post Cæsaris necem primus omniũ cõiuratorum à Dolab. cõsule interficitur, capta insidijs Smyrna, ipsoq; adhuc dormiẽte capto. Sed & eius caput in modũ pilæ affixum, à militibus Cæsarianis iactatũ est, quoad contusum cõtritumq; fuit. § Titus A. § De hoc lib. 3. plenius.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Quo minus ex voluntate Lentuli & Ciceronis res confecta sit, coniicit culpam in senatus discessionem. Subiungitur commendatio officij sui, à cura & prouidentia, qua in confirmatione causæ vsus est.

CICERO S. D. LENTVLO. 4



A D xvi. kal. Feb. cum in senatu pulcherrime staremus, quòd iam illam sententiam Bibuli de trib. lega. pridie eius diei fregeramus, vnumq; certamen esset relictum, sententia Volcatij: res ab aduersarijs nostris extracta est varijs calumnijs. causam. n. frequenti senatu, * *in magna varietate, magnaq; inuidia eorum, qui à te causam regiam aliò transferebant, obtinebamus. eo die acerbum habuimus Curionem, Bibulum multo iustiorem, pene etiam amicum. Caninius, & Cato negarunt se legem vllam ante comitia esse laturos. senatus haberi ante kal. Feb. per legem Pupiam, id quod scis, non potest, neq; mense Feb. toto, nisi perfectis, aut reiectis legationibus. hæc tamen opinio est pop. R. à tuis inuidis, atq. obtrectatoribus nomen inductum fictæ religionis, non tam vt te impedirent, quàm vt ne quis propter exercitus cupiditatem Alexãdriam vellet ire. dignitatis autem tuæ nemo est, quin existimet habitam esse rationem ab senatu. nemo est. n. qui nesciat, quo minus discessio fieret, per aduersarios tuos esse factum, qui nunc pop. R. nomine, re autem vera sceleratissimo latrocinio, si qua conabuntur agere: satis prouisum est, vt nequid saluis auspicijs, aut legibus, aut iam sine vi agere possint. Ego neq; de meo studio, neq; de non nullorum iniuria scribendum mihi esse arbitror. quid enim aut me ostentem, qui si vitam pro tua dignitate profundam, nullam partem videar tuorum meritorum assecutus, aut de aliorum iniurijs quærar, quod sine summo dolore facere non possum? ego tibi à vi, hac præsertim imbecillitate magistratuum, prestare nihil possum: vi excepta, possum confirmare, te & senatus, & pop. R. summo studio amplitudinem tuam retenturum. Vale.*

* non

HVB.

A D xvj. Kal. Feb. § Edocet Cicero Lent. q cum esset in senatu pro causa Lent. magno honore, quia deiecerat sententiam Bibuli, varijs cauillationibus, & contẽtionibus res distracta est, vt non potuerit cõcludi: cum in tanta varietate sententiarum videretur esse obtẽturus causam: & declarat, quos habuerit amicos, quos aduersarios: ostenditq; senatum haberi nõ posse per totũ Feb. per legem Pupiam: & fictam esse quãdam interpretationem ab inimicis Lent. nõ tam, vt impediretur Lent. ab hac reductione, q nequis vellet cũ imperio proficisci in Aegyptum: postremo se prouidisse, nequid posset fieri aduersus Lent. saluis aut legibus, aut auspicijs: neq; tantum pro Lent. efficere posse, ét si vitam pro eo funderet, vt possit minimæ parti beneficiorum Lent. erga se satisfacere. facturum tñ, nisi fiat sibi violentia, vt obtineat amplitudinem, & dignitatem ipsius Lent. § Ad xvj. Kal. § Sub auditur, ante Kal. inclusiue

inclusiue: tñ, vt dies Kal. etiã intelligatur. § Cum staremus § Nã dicentes stabant. § Pulcherrime § Cũ maximo honore. § Quòd § quia § F. § Deieceramus. § Vnum certamen § i. solum. s. sentẽtia Volc. frangenda, quia volebat, vt Pomp. reduceret. § Extracta § distracta: producta in aliud tẽpus dilata. § Varijs calũnijs § Varijs cauillationibus, vel falsis criminibus. § Transferebant alio à te § i. tibi eripiebant, & aliũ cõferebant. § Causam regiam § Reductionem regis. § Acerbum § Aduersarium. § Bibulũ § eius pridie sniam fregerat Cice. § Ante Kal. § quia post xiij. Kal. Feb. sequebantur comitia, quibus populus cõgregabatur, & multa per se agere poterat seorsum à senatu · qui p p dies comitiales haberi nõ poterat vsq; ad Kal. Mar. comitiales aũt dies vocabant, vt voluit Festus, cum in comitio cõueniebant · qui locus à coeundo dictus est, quasi comitium Comitijs vero rogabatur populus de rebus decernendis: vnde & rogatio dicta est s̃m Festũ, cũ populus consulitur de vno pluribus ue hominibus, & de vna pluribus ue rebus, de quibus omnibus sentẽtiatur. & rogare est populum consulere, vel petere ab eo, vt id sciat, quod ferat, vt Atteio Capitoni placet. apud Aulum Gellium rogatio est, cum aliquid statuitur, siue plebs, siue populus agat: lex est generale iussum, rogante magistratu Caro igitur & Caniu. trib. pleb. volebãt ijs comitialibus diebus vt rogationes, & leges populi aut confirmarentur à senatu, aut reijcerentur, neq; legem vllã promulgare volebant ante comitia consularia: quæ erant futura Kal. Mart. volebant. n. rogationes populi olim interemissas ijs diebus aut perfici, aut reijci. quod Cic. alibi ad Q. Fr. scribẽs ijs verbis significat. Itaq; Cato concionatus est se comitia haberi non siturum, si sibi cum populo dies essent exempti: lege. n. Pupia ita erat decretum, vt ijs diebus fierent tñ comitia populi: neq; senatus vllo pacto haberi possit. quã rem in calumniã legis Pupiæ scribens C. alibi ijs verbis notat, Appius interpretatur non impedire se lege Pupia, quo minus haberet senatum, & quod Sabina sancitũ sit, cogi à Kal. Feb. vsq; ad Kal. Mar. se natum quotidie legatis dari. & idẽ Cic. ad Q. Fr. scribens exponit hõs dies appellatos comitiales ijs verbis. Reliqua cum esset in senatu cõtentio, Lent. ne an Pomp. reduceret, obtinere causam Lent. videbatur, res calũnia extracta est per obtrectatores Lentuli, cũ secuti sunt dies comitiales, per quos senatus haberi non poterat. § Se esse laturos vllã legem § de causa regia. § Ante commen. § s. cõsularia, quæ vsq; ad Kal. Mart. differebantur per legẽ Pupiam, vsq; ad quod tẽpus eadẽ lege senatus haberi non poterat, vt dictum est. § Id quod scis § i. quod scis. § Nisi perfectis, § Expeditis, ant reiectis in aliud tẽpus reseruatis, quia toto eo mẽse dabatur senatus, quotidie solis legationibus non alijs causis. § Fictæ relig. § i. falsæ. s. posse, & debere regem reduci cum exercitu. § Non tam § Impedirent te, qui non haberes exercitũ. § Alexandriam § Vrbem Aegypti: vnde Ptolem. Auleres fuerat exactus, vt diximus in argumẽto. § Habitã esse rationem § i. respectum § Quominus § vt nõ. § Fieret discessio § senatusc. vt supradictum est. § Per aduersarios § i. ab aduersarijs. § Qui nũc P. R. nomine, re aũt vera sceleratissimo latrocinio § qui nũc sub specie tuendi P. R. sed re vera, vt tibi noceant, si tentabunt aliqua facere, prouidi, ne possint facere, quin faciant cõtra leges, & auspicia, & quin faciant tibi violentiã. § Studio § Volũtate, vel officio erga te. § De iniuria. n. § Quorundam tibi illata. § Quid n. § Ratio prioris propositionis. § Ostentem § Iactem, profundam, impẽdam. § Assecutus § i. adæquasse vel attigisse. § Aut de aliorũ iniurijs quærar § ratio secũdæ propositionis. § Quod. s. quæri de iniurijs in te illatis. § Imbecillitate § i. inconstantia, vel timiditate. § Præstare § Efficere. § Excepta vi § i. violentia. i. nisi fiat nobis violentia § Possum te aff. § Quod defendemus amplitudinẽ tuam. i. dignitatem. § Summo studio § Summo fauore. § Retenturum § Seruaturum.

ASCEN.

AD xvj. Kal. &c. § Protestatur se viriliter pro Lent. dignitate certasse, parum tñ obtinuisse ob quorũdam iniuriam. Stare dr̃ orator, & actor, dum ea, quæ orat aut agit, placent. Comitia sunt diens & loca, quibus, & ad quæ coit populus ad creãdos nouos magistratus, aut ad res graues decernendas. Ordo est. Cum nos staremus pulcherrime. i. cum actio nostra placeret, & prospera esset in senatu: ad. i. circiter xvj. Kal. Feb. q. i. qa nos fregeramus. i. abrogaueramus pridie. s. eius diei. i. die cum diem præcedente. illam. s. notam, & sæpe dictam sniam Bib. de trib. lega. s. pro rege sine exercitu mittendis, & vnum certamen esset relictum videlicet snia Volc. rea est extracta. s. è manibus nostris ab aduersarijs, varijs calumnijs. i. iniquis cauillationibus. Enim i. quia obtinebamus cãm. s. tuam sup. in frequenti senatu, & magna varietate. s. sententiarũ à diuersis latarum: & magna. i. odio eorum. Qui transferebant causam regiam à te alio. i. ad alium, vt pote ad Põpeium. Nos habuimus Curionẽ. s. causidicũ, qui postea Cæsari adhæsit. acerbum. i. acrem aduersarium: & habuimus Bib. iustiorẽ. i. æquiorem multo, & penè etiã amicũ Canin. & Cato, qui intercesserant, ne lex ferretur: ne ad populum res referretur: negarunt se esse laturos vllã legem ante comitia. i. priusquam populus cõueniret ad magistratus eligendos. Senatus. i. vt dicunt consistorium, & curia senatorum, nõ põt haberi ante Kal. Feb. per legẽ Pupiã, quæ cauet, vt tantisper, dum Comitia fierent, senatus nõ haberetur: id quod. i. quã rem tu scis. non. n. recens erat ea lex. Neq; senatus põt haberi toto mense Feb. nisi legationibus perfectis. i. determinatis, aut reiectis. i. posthabitis: ita vt nõ placeret de eis quidquam agi. tñ. i. nihilominus hæc est opinio P. R. nomen. i. mẽtionem religionis fictæ. i. simulatæ, cum tñ verum esset ita carmine Sibyllino cauere, sed potuit populus falso opinari id ab æmulis fictũ: inductũ sup. esse ab inuidis, & obtrectatoribus tuis, hoc est quos tu inuidos, & detractores habes, ac pateris. sed sic Valla tui dicẽndũ perciperet. non tã. i. nõ tantopere ea causa, vt impedirent te, q̃. i. quantopere, vt nequis vellet ire Alexandriam. i. regiã vrbem Aegypti: p p cupiditatem exercitus. i. quia videbãt exercitum tã cupidum eius profectionis, aut quia cupiebant exercitum. Autẽ. i. sed nemo est, quin existimet rationẽ. i. respectum honorificũ tuæ dignitatis, esse habitam ab senatu. n. quia nemo est, qui nesciat factum esse per aduersarios tuos, quo minus. i. vt non fieret discessio. i. latio sniæ cognitis iudicijs senatus per discessionẽ ad suæ cuiusq; opinionis auctorẽ factam. Nunc. i. deinceps, si. s. æmuli tui conabũtur agere qua. i. aliqua noie P. R. i. sub prætextu referendi ad populum, eo q senatum tibi fauentẽ vident. Aũt. i. sed · re vera. i. nõ simulata, latrocinio sceleratissimo, quia per largitionẽ corrupti fas, & nefas venale habent, satis est prouisum. s. per auctoritatẽ senatus, vt nequid possint agere. Vacat vt quid sæpe apud Cic. sic reperies. s. cũ populo auspicijs saluis. i. auspicatu, aut legibus saluis, aut iam postquã auspicia, & leges refragantur: sine vi. i. violentia, quæ actio nulla foret. Ego neq; arbitror scribendũ esse mihi, neq; de studio meo. s. in re: neq; de iniuria nõnullorum. i. quorundam. Enim. i. quia: quid. i. ad quid, aut ostentẽ me. i. iactem officium meũ in te? qui si profundam. i. abunde exponã: vitã. s. meam pro dignitate tua: nullam. i. non vllam: nõ videar assecutus. i. æquiparasse vllam partẽ meritorum tuorũ. s. in me. Aut quid quærar. i. conquerar de iniurijs aliorum, quod. i. quã rem non possum facere sine summo dolore? q. d. frustra. Ego nihil possum præstare. i. exhibere, & efficere tibi in hac imbecillitate magistratuum. i. in qua magistratus ferè corrupti sunt: at. i. sed, ea. i. imbecillitate magistratuum, excepta. possum confirmare. i. certificare: te retenturum tuam dignitatem summo studio, & senatus, & P. R. i. tam sen. quam P. R.

PRIDIE eius dies fregeramus, § Dicit quod supra in epistola II. in qua ita scripsit: De trib. lega. frequentes ierũt in alia oia. sed cum ibi factum id esse dicat die, qui consecutus est idus Ian. huc aũt die, qui xvj. Kal. Feb. antecessit, fuere, qui, dum arbitrantur, Ianuario mensi, vt nunc, ita tũ vnũ & xxx. fuisse dies, corruptum esse locũ crederent, videntes hanc diem, vt quidẽ ipsi numerabãt, aliã esse ab ea, quæ est in epist. 2. cum tñ eandem esse oporteret, q absq; dubio locus hic alter de trib. lega. repetitio prioris esset. q si ad rationem eius anni, quo scripta est epistola, supputassent · & locum carere mendo, & eãdem, quã in II. epistola diẽ significari, cognouissent. fuit. n. tunc Ianuarius mensis tãtummodo xxix. dierum postea Iulius Cæsar, annum corrigens. binos addidit, &, vt tricenos singulos haberet, qui antea tãtummodo xxix. habuerat, efficit. Macrobius. § Ego tibi à vi, § Timebat, ne tribunus aliquis per vim legẽ ferret. qua Lentulo vel Ptolemæi regis restitutionem eriperet, vel imperium abrogaret: quod factum est. epistola II. libri II. ad Quintum fratrem eadem de re scribens, Quid futurum sit, inquit, latrocinio tribunorum, non diuino: sed tamẽ suspicor per vim rogationem Caninium perlaturum.

PAVLVS MANVTIVS.

AD xvj. Kal. Feb. § Quæ xvj. Kal. Feb. i senatu sint acta, docet. nam post Bibuli sniam pridie à se infractam, cũ optime de re speraret, nihil per Volcatium tandem potuisse confici. hic Curionis acerbitatem, Bibuli quandam penè æquitatem Caninij, Catonisq; iniquitatem fuisse, comitiales postea dies secutos, qui lege Pupia definiti erãt, ab inuidis mentionem religionis ea tñ de causa inductã, ne cui restitutionis regiæ prætextu exercitus decerneretur, ipsius dignitatẽ hactenus inoffensam, q siqui aduersarij fuerint, se enixissime curaturum.

IO. BAP. EGN.

curaturum, nequid saluis legibus illi audeant: vt tñ interim nihil aut de summo suo studio, aut industria remittat neque.n.se diffidere, dūmodo vis absit, facile sibi oia ex animi snia cessura. § Varietate § Hæc de coloribus proprie dr. § Acerbum Cur. § A pomis immaturis sumpta translatio, quæ minime grati saporis sunt. Hunc ego filiū puto, qui multū eloquentia per ea tpa valuit. & cū in tribunatu primum Cæsari aduersaretur, mox auro Cæsaris, & Gallicis captus spolijs, in Cæsarianas partes trāsijt: vir audax & acer, præcipuaq; ciuilis belli fax. quippe qui simulato metu cum Roma profugisset, ad Cæsarem sedentē tūc ad Rubiconem in castra venerit, illumq; ad bellum quamprimū patriæ inferendum adhortatus sit. missus postmodū à Cæsare in Africam, dum audacius q̃ cautius bellum gerit, in insidias à Saburæ præcipitatus cum toto penè exercitu internecione occiditur. Ad hunc sunt Cic. epist. lib. 2. De eo Luc. sic lib. 3. cecinit: Haud alium tāta ciuem tulit indole Roma, Aut cui plus leges deberent recta sequenti. Sed & Cic. in lib. de Cl. or. hæc de Curione: Curio si diutius vixisset, magnā esset eloquentiæ laudem consecutus. huius.n. dictio in eo, quod verisimile visum esset, facilis, soluta, acutæ & crebræ sntæ, vt nihil ornatius, nihil expeditius esse posset. is si me audire voluisset, honores q̃ opes consequi maluisset. Et paulo post: Huic inerat sine arrogantia grauitas, sine segnitie verecundia sed illum æstus quidam insolitæ adolescentibus gloriæ absorbuit qui quia miles imperatori nauarat operam, imperatorem se statim esse cupiebat. Hæc Cice. Hic ille est, qui duplicia illa theatra, quæ in amphitheatri formam duceret, portentuosum planè opus, lignea cōstruxit, quibus Rom. populum veluti auctoratum circunduceret, vt videri possit vniuersum R. populum funebri patris munere ad eius tumulū depugnasse. Plin. septimo, tres perpetua serie Curiones oratores facit, auum. s. patrem, & filium. Sed pater nullis literis, nulla liberalium artium cognitione, domestico tñ quodam loquendi vsu, tertius post Crassum & Antonium orator numerabatur. Sed & Curiones dicti ministri theatrales, quorum voce aliquid populo vulgaretur. vnde Rufinus in Eusebij interpretatione. Polycarpum per Curionem pronunciari placuit Christianū esse. Et Martial. Scripta nostra Curione nō egent. Plaut. præterea in fabula Aulul. Curionem nunc pro curioso, nūc pro macro, quasi curis confecto accipit, auctor Nonius, & Festus. Varro quoq; principes curiarū Curiones dictos scribit. § Neq; mense Febr. § Erat.n hic mensis legationibus audiendis attributus. § Studio § Vehemēs est animi applicatio ad aliquid peragendum. Fabius § Præstare § Verbū iurisc ōsultorū. Hic aūt epistolæ finis totus moratus est. hac.n. in parte Cic. gratissimū suū erga Lentulum probat aium, qui si vitā ipsam profunderet, nullam meritorū Lentuli erga se partē sibi cōsecutus esse videatur.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Quis fuerit affectus Ciceronis in amicis iuuandis, hac epistola exprimitur. Habentur & notæ causæ, cur negotium minus confectum sit.

CICERO S. D. LENTVLO. 5

Exorditur a temporū iniquitate, & hominū perfidia.

TAMETSI nihil mihi fuit optatius, quàm vt primum abs te ipso, deinde à cęteris omnibus quàm gratissimus erga te esse cognoscerer: tamen afficior summo dolore, eiusmodi tempora post tuam profectionem consecuta esse, vt et meam, & cæterorum erga te fidem, & beneuolentiam absens experirere. te autem videre, et sentire eandem fidem hominum in tua dignitate, quam ego in mea salute sum expertus, ex tuis literis intellexi. Nos cum maxime consilio, studio, labore, gratia de causa regia niteremur, subito exorta est nefaria Catonis promulgatio, quæ nostra studia impediret, & animos à minore cura ad summum timorem traduceret, sed tamen in eiusmodi rerum perturbatione quanquam omnia sunt metuenda, nihil magis, quàm perfidiam, timemus, & Catoni quidem, quoquo modo se res habet, profecto resistimus. De Alexandrina re, causaq; regia tantum habeo polliceri, me tibi absenti, tuisq; præsentibus cumulate satisfacturum. sed vereor, ne aut eripiatur nobis, aut deseratur: quorum vtrum minus velim, non facile possum existimare. sed, si res coget, est quiddam tertium, quod neq; Selicio, nec mihi displicebat: vt neq; iacere regem pateremur, nec, nobis repugnantibus, ad eum deferri, ad quem prope iam delatum esse existimatur. à nobis agentur omnia diligenter: vt neq;, si quid obtineri poterit, non contendamus, nec, si quid non obtinuerimus, repulsi esse videamur. Tuæ sapientiæ, magnitudinisq; animi est, omnem amplitudinē, & dignitatem tuā in virtute, atq; in rebus gestis tuis, atq; in tua grauitate positam existimare, si quid ex ijs rebus, quas tibi fortuna elargita est, non nullorum hominum perfidia detraxerit, id maiori illis fraudi, quàm tibi, futurum. A me nullum tempus prætermittitur de tuis rebus & agendi, & cogitandi: vtorq; ad omnia Q. Selicio: neq; enim prudentiorem quenquam ex tuis, neque fide maiore esse iudico, neq; amantiorem tui. Hic quæ agantur, quæq; acta sint, ea te et literis multorum, & nuntijs cognoscere arbitror: quæ autem posita sunt in coniectura, quæq; mihi videntur fore, ea puto tibi à me scribi oportere. Posteaquam Pompeius apud populum ad viij. Id. Feb. cum pro Milone diceret, clamore, conuicioq; iactatus est, in senatuq; à Catone aspere, & acerbe omnium magno silentio est accusatus, visus est mihi vehementer esse perturbatus. itaq; Alexandrina causa, quæ nobis adhuc integra est, (nihil enim tibi detraxit senatus, nisi id, quod per eandem religionem dari alteri non potest) videtur ab illo plane esse deposita nūc id speramus, idq; molimur, vt, cum rex intelligat sese, id quod cogitabat, vt à Pompeio reducatur, assequi non posse, & nisi per te sit restitutus, desertum se, atq; abiectum fore, proficiscatur te, quod sine vlla dubitatione, si Pompeius paulum modo ostenderit sibi placere, faciet. sed nosti hominis tarditatem, & taciturnitatem. nos tamen nihil, quod ad eam rem pertineat prætermittimus. cæteris iniuris, quæ proposita sunt à Catone, facile, vt spero, resistemus. amicum ex consularibus neminem tibi esse video, præter Hortensium, & Lucullum. cæteri sunt partim obscurius iniqui, partim non dissimulanter irati. Tu fac animo forti, magnoq; sis, speresq; fore, vt, fracto impetu leuissimi hominis, tuam pristinam dignitatem, & gloriam consequare.

TAMETSI § Respondens Cic. Lent. qui ei gratias egerat, q diligenter, & fideliter eius causam tueretur, dicit se dolore affici eiusmodi accidisse necessitatē temporū, vt Lent. cogatur nunc fidem, & beneuolentiam Cice. & cæterorum amicorum in dignitate sua experiri, licet semper optauerit se gratissimum cognosci posse erga ipsum Lent. & quod ipse Lent. in absentia experiatur eandem esse hominum fidem in dignitate sua, quæ fuerat olim in salute ipsius Cic. deinde subdit fauores, quos haberet pro Lent. impeditos esse subita, & nefaria promulgatione Catonis: qui legem ad populū tulerat, ve prouincia abrogaretur Lent. nam ijs, qui dicunt Catonem promulgasse legem de proroganda prouincia Cæsari in alterum quinquennium, & ei dandum stipendium, non facilè assentior, cum Plut. in vita Cæs. & Catonis longe aliter dicat, neq; Catonem vnquam adduci potuisse, vt id sentiret: postea vero declarat Cic. quid speret posse fieri de causa Alexandrina, hortaturq; Lent. vt si hanc reductionē obtinere non possit, pro sapientia, magnitudineq; animi sui: existimet dignitatē suam nō in hac reductione, sed in virtute, clarisq; rebus gestis esse positam, se aūt vsurum omni diligentia, adhibiturumq; sociū consiliorum omnium Q. Selicium hominem prudentem, & Lent. amicissimum; atq; de rebus iam præteritis dicit se nihil scripturum: sed de ijs, quæ tñ putantur esse futuræ. itaq; significat Pomp. grauiter accusatū à Catone, videri deposuisse omnino HVB.

omnem

omnem curam causæ Alexandrinæ. Dicitq; se quibusdā coniecturis perspicere, q̧ rex ipse à Lent. reduci optabit: quandoquidem videt se nō posse assequi, vt à Pomp. reducatur: sicut ante cogitāuerat & breuiter de animo quorundā Lent. certiorē reddit, & hortatur ipsum, vt fortis sit animo. } Tametsi } Sensus est, etsi nihil vnq̄ magis optaui, q̄ vt tu in primis, deinde cæteri omnes, me gratissimū cognoscerent: tñ doleo venisse tpa post tuū discessum, quibus oporteat te absentē experiri fidē, & amorem erga te meū, & cæterorū amicorū. } Quàm gratiss. } Valde gratissimus: nam q̄ cum superlatiuo iungitur, semper auget, sicut per cum positiuo: dicimus tñ perquam gratissimus, & q̄ mox: quod teste Festo significat, q̄ cito. } Afficior summo dol. } Summe doleo: afficior & ad animum, & ad corpus refertur, & quāuis affici malis tñ consuetudo præsumpserit, vt dicit Nonius Mar. tñ & de bonis positū est: vt M. T. off. lib. 1. aliquo honore, aut imperio affectos obseruare, & colere debemus: significat aūt ẽm adiuncta: vt afficio locū luce. i. do lucē loco, vt Varro, Coronā ex auro, & gēmis fulgentē gerit luce locū afficiens. & afficio lætitia. i. do letitiam. & sic in reliquis, vt lætali vulnere affectus es. i. lætaliter vulneratus. } Eiusmodi } i. talia. } Consecuta } Euenisse, successisse. } Post pr. } i. post tuū discessum. s. ex vrbe Roma. Nā proficisci, quāuis significet oēm motū, tñ maximè de loco dr̄, vt Virg. 10. Aen. Hūc lætū Tyrijsq; diē, Troiaq; profectis, Esse velis. } Te aūt } Sēsus & ordo est, intellexi ex tuis literis te sentire, & cognoscere eandē esse fidē hoium in tua dignitate, quā ego expertus sum in salute mea: quia multi, quos tibi fidos putabas, sic te nunc deseruerunt, sicut olim me, cū in exiliū missus sum. } Eandem } Talem. } Quam. i. qualem: nam relatiua substantiæ sæpe pro relatiuis accidentis ponuntur, nō sum is, quē credis. i. talis, qualem credis. } Videre, } Cognoscere: sensus. n. corporis plerunq; ad animū referuntur, vt non vides, quantum erres. i. nō cognoscis. } Sentire } Iudicare: & plus est, quàm videre. } In tua dignitate } Quia oppugnabatur dignitas Lent. q̄ sibi constituerat in reductione regis. } In mea salute } i. vita: quia Cic. in exiliū misso aqua, & igni interdictū est. } Niteremur } Magnis viribus laboraremus, & ageremus: nā niti inter alia significat ēt sub honore conari: vt M. T. Tusc. lib. 3. Tū illud, quod Sisyphus versat saxū sudans, nitendo nō proficit hilum. } Consilium } i. cogitatis rationibus, & prudētia. } Studio } Vehementi voluntate, & diligentia. } Labore } Et re, & opera. } Gratia } Fauore, & est articulus exornatio } Exorta est } Trāslatiue. i. repente prolata, & edita est. } Promulgatio } Quia Cato promulgauit legē de imperio Lent. qui in Cilicia erat, abrogādo: vt Cic. ad Q. F. scribens testatur his verbis. Cato legem tulit de imperio Lent. abrogādo: vestitū filius mutauit. } Nostra studia } Nostros fauores. } A minore cura } s. defensionis Lēt. i. à cura tuendi Lent. iam refrigerata. } Ad summū timorē traduceret } i. faceret, vt oēs summæ timerent fauorē Lent. } In eiusmodi perturbatione rerum } i. in tali rerū dissensione. } Quanquam oīa sunt metuenda } Quia in perturbatione rerū nemo suas res habet tā certas, vt possit conficere. } Quā perfidiam } i. ne decipiamur ab ijs, qui quidē promiserunt, & qui se nostros ostendunt, & profitentur. } Quoquo } Vtcunq;, qualitercunq;. } Habeo poll. } Græcè dixit: ita. n. dr̄ ἔχω ποιεῖν. i. habeo facere, & sic de singulis. i. possum polliceri. } Tibi absenti, tuisq; præsentibus sat } Ita facturū, vt neq; tu absens à me plus possis exigere, q̄ facio, neq; tui præsentes. } Sed vereor, ne eripiatur causa regia à nobis, aut des. } Ostēdit, quod sentiat de hac cā, & Lent. latenter significat hanc cām nō posse obtineri. } Eripiatur à nobis } Vt alij detur. } Aut deseratur } Vt omnino per nullū reducatur rex. } Quorū vtrum. i. quod horū duorū. } Minus velim } Minus desiderem. } Quiddā tertium } i. vnū tertium, nā quiddā cum adiectiuis iungitur, quoddā cum substantiuis: vt quiddam pulchrum, quoddā animal. } Q. Selicio } Hic etsi nō magni nominis vir, nō tñ contēnendus, fuit boni consilij, & Lēt. amicus. } Pateremur } i. sineremus, & permitteremus. } Neq; iacere } i. neq, deseri, quo minus restituerentur. } Nec ad eū def. } Significat Pomp. ad quē propè iam delatū existimatur, ea studio amicorum Pomp. multi iudicabant fere rē inclinatam esse ad Pōp. vt in præcedentibus epistolis apparuit.

Propè.

} Propè } Fere, est. n. hoc in loco aduerbiū. } A nobis agentur oīa dilig. } i. vtar omni diligentia in causa tua: ita tñ vt nō contendamus, si nō poterit obtineri, & ne videamur repulsi, si nō obtinebimus. } Vt neq;, si qd obtineri poterit, nō contend. } est. n. cōtendere de eo, quod obtineri nō possit, & qui nimiū cōtendit de aliqua re, si eā non obtinet, vr̄ repulsus: ideo dicit se vsurū ea diligentia, vt hoc sibi non accidat. s. vt aut contendat frustra, aut repulsus videatur. } Tuæ sapientiæ, magnitudinisq; animi } Quasi desperans negotium obtineri posse, consolatur Lent. & eū hortatur, vt pro sapientia magnitudineq; animū sui existimet dignitatē suā nō consistere in hac reductione regia, sed in bonis animi & præclaris rebus gestis. } Ex ijs rebus, quas fortuna elargita est } Honores. n. & dignitates, & magistratus, & similia fortunæ sunt munera. } Perfidia } Iniquitas, fallacia. } Fraudi } Pœnæ periculo. } Prætermittitur } Relinquitur. } Et agendi, & cogitandi } Aut histeron proteron est, quia prius cogitamus, deinde agimus, aut dixit se nō solum præstare amico operā suā in agendo, sed curā & cogitationem in cōsulendo & excogitādo, quæ ei possunt prodesse. Facilius. n. pro aliquo aliquid agimus, q̄ pro eo cogitandi curā suscipimus: quia etiā pro nobis ipsis nō nisi de rebus magnis hoc facimus. } Neq; prudentiorē, neq; fide maiorē, neq; amātiorem tui } Tria tetigit, quæ in oī consilio sunt expetenda, vt à sapiente fit, à fideli, ab amico. nā si vnū horū desit, non est satis tutum. } Hic } Romæ. } Quæq; } Duæ partes sunt. i. & quæ aguntur nūc. quæq; acta sunt ante. } Literis, & nuntijs } His. n. duabus rebus amici certiores fieri & possunt, & solent, siquid eos intelligere oporteat. } Quæ aūt posita sunt in coniectura } i. de quibus nō pōt afferri certa probatio, sed possunt aliquibus signis diiudicari. } Fore } i. futura. } Oportere } Decere, cōuenire. } Posteaquam Pompeius } Nō est epistola separata à superiori textu. scribit. n. quæ sunt in cōiectura. s. Pōpeium videri valde perturbatū, postquàm in senatu est valde exagitatus, & à Catone grauissime obiurgatus: cū ipse Pomp. defenderet Milonē, aduersaretur. q̧ Catoni. } Conuicioq; } Cōuicium quasi cōuocium dr̄: & est cauillatio, & cōtumelia. } Iactatus } Et quasi agitatus. translatio à procellis. } Magno sil. } Vel ipsius Pōp. qui nō ausus est respondere: vel melius, Magno silentio. s. audientiū: & consequenter magna attentione, vt Cic. lib. 4. Rh. ad Her. quæ dr̄ similitudo, qñ magnā populi cōmouerit ijs rebus expectationē repente silētio facto vocē emittat acerbissimā, &c. } Alexādrina causa } i. causa Ptolemæi Alexādrini. } Quæ adhuc est nobis integra } i. de qua nihil aliud adhuc est cōstitutū: vel quæ est in priore, & solito statu. Nam integra res dr̄, de qua nihil est immutatum.

Conuicium.

} Detraxit } Diminuit, immutauit, abstulit. } Per religionē } i. per Sibyllinā sniam. } Nihil. n. } Vsq; ad vr̄, parenthesis est. i. interpositio sniæ, quæ tñ saluo sensu posset omitti. } Deposita } Relicta, omissa. } Ab illo } s. Pomp. } Nunc } s. deposita hac causa Pomp. } Molimur } Enitimur, & magno conatu facimus, vel meditamur. } Vt cū rex } Ptolemæus. } Intelligat se nō posse assequi } Se nō posse obtinere. } Quod cogitabat } s. vt à Pōp. reduceretur } Proficiscatur } Veniat. } Ad te } Vt eum ducas. } Desertum } Derelictum. } Atq; abiectum } Contēptum. } Fore } Futurum. } Quod } Quā rem. s. vt ad te proficiscatur. } Faciet } s. ipse rex. } Si modo } Tantūmodo. } Placere sibi } i. se velle, sibi gratū esse. } Sed nosti hominis } s. Pomp. } Tarditatem } Quia nō cito dicit sniam suā. } Taciturnitatem } Maturū silentium. Silētiū. n. pōt esse sine rōne, taciturnitas est cum rōne. } Cæteris iniurijs, } propter promulgationē nefariā, de qua dictū est superius. } Resistemus } Repugnabimus, vincemus. } Hortensiū, & Luc. } Ambos præstantissimos viros; Hortensij eloquentia, Lucul. liberalitate. } Cæteri } i. senatores. } Obscurius } i. obscure, clā. } Iniqui } Aduersarij, inimici. } Nō dissimulanter } i. aperte, nā dissimulare est occultare, & nō demōstrare, quod sit: simulare ostendere id, quod non sit. } Fore } Futurū. s. hoc. } Vt cons. } i. obtineas. } Tuā pristinā dignitatem } Imperium, quod geris in Cilicia: nā tulerat legē de abrogādo imperio Lent. ideo dicit. } Fracto imp. } i. victa temeraria, & irrationabili snia hominis. } Leuissimi } s. Cat. Neq; imitandū, si leuissimū dixerit Catonē, quē alibi grauissimū virū appellat: nā pro locis, & pro personis, ad quas scribimus, solemus variare sententias. hic ergo oppugnabat Lent. amicū suum, vt ipsi Lent. placeat, appellat leuissimū.

Integra res.

Silentium. Taciturnitas.

Dissimulo. Simulo.

ASCEN.

TAMETSI, &c. } Lent. egerat Ciceroni gratias ob gratum officium, in tuēda causa sua. Cui Cice. nunc rescribens dicit sibi dolere ea tpa incidisse, vt Lentulus cogatur experiri fidē & beneuolentiā suorum, & præsertim ipsius Ciceronis erga se. docet etiā, q̧ Cato legē tulerit de prouincia abroganda Lentulo: quā rem Lent. verebatur euenturam. De rege aūt reducendo per Lentulū dicit se bene sperare, cui videatur rex ipse id velle. Ordo est. Tametsi. i. quāquam nihil fuit mihi optatius, q̄ vt cognoscerer esse quā grauissimus. i. valde gratus, erga te: primū abs re ipso, deinde à cæteris omnibus. Tñ ego afficior summo dolore. i. summe doleo tēa tpa cōsecuta esse post tuā profectionē. i. abitū ab vrbe, vt tu absens experirere. i. cogereris experiri, &. i. simul meā, &. i. simul cæterorū fidem

Quàm mox.

Afficior.

Proficiscor.

Videre.

Sentire.

Niteor.

Considere.

fidem.i.fidelitatem,& beneuolentiam erga te. Aût.i.sed ego intellexi ex tuis literis te videre,& sentire eandem fidem.i.fidelitatem hominum in tua dignitate.s.seruanda,hoc est fictam, & simulatam,quã ego sum expertus in mea salute: cum.s.in exilio essem. Nos cum niteremur maximè de causa regia.i.reductione regis,cõsilio,studio,labore,gratia.i.omnibus viribus: nefaria promulgatio Catonis.s.vt tibi prouincia abrogaretur, est exorta subito: quæ.s.promulgatio impediret studia nostra.s. quibus nitebamur tibi reductionem decerni: & traduceret animos nostros,à minore cura.s.reductionis obtinendæ. Ad summum timorẽ.s.prouinciæ tibi amittendæ. Sed quãquã oĩa sunt metuenda in eiusmodi perturbatione rerum: tñ nihil timemus magis,q̃ perfidiam.s.eorum,qui se amicos simulant, & resistemus Catoni quoquo modo.i.qũocunq; res habeat sese.Ego habeo.i.possum tñ polliceri de re Alexandrina: & pro.i.causa regia.i.de reductione regis Alexandrini,me satisfacturum cumulate i.abunde: tibi absenti,& tui præsentibus.s.quantum tu audies,& illi videbũt.Sed vereor ne aut causa regia eripiatur à nobis,aut deseratur.s.ab senatu.& P.R.hoc est ne rex aut per aliũ, aut per nullum reducatur: quorum.s.duorum: vtrum ego velim minus,nõ possum existimare.i.iudicare facile.Sed si res coget.s.adhoc deueuire,est quiddã perfugium tertium, quod neq; displicebat Selicio.s.amico tuo,neq; mihi, vt neque pateremur regem iacere.i neglectum esse,nec nobis repugnantibus.i.quia nos repugnaremus: pateremur supple negotiũ deferri ad eũ.s. Pompeium ad quem existimatur iam esse propè.i.quasi delatum.Omnia agentur diligenter à nobis: vt neq; nõ contendamus,siquid poterit obtineri,nec siquid nõ obtinuerimus, videamur esse repulsi. Est.s.officium,tuæ sapientiæ, & magnitudinis animi.s.tui existimare.i.iudicare oẽm amplitudinem, & dignitatem tuam esse positam.i.contineri in virtute.s.tua atq; in rebus tuis gestis atq; in grauitate tua.Si nonnullorũ.s.quorũdam hominum,vt Catonis,& Pompeij perfidia detraxit tibi quid.i. aliquid ex ijs rebus quas fortuna est largita tibi.i.ex honoribus & dignitatibus externis,aut prudẽtiæ tuæ est existimare,id futurũ sup.esse maiori fraudi.i.detrimento illis.s.perfidis,q̃ tibi. Nullum tẽpus & agendi,& cogitandi de tuis rebus, prætermittitur à me,& vtor ad oĩa Q.Selicio. Neq;.n.iudico quenquã ex tuis prudentiorẽ supple eo, nec maiorem.i.præstantiorẽ fide.i. fidelitate,neq; amantiorem tui.i qui te magis amet. Hic,&c. In multis exẽplaribus principiũ est alterius epistolæ,& ita potius, quàm cũ superiore legatur. Ego arbitror te cognoscere literis multorũ,& nuntijs quæ agantur quæq;.i.quæ & acta sint, hic.i. Romæ,autem.i.sed,ego puto oportere ea scribi à me tibi, quæ posita sunt in coniectura. quæq;.i.& quæ vñr mihi fore.i.futura esse.posteaq̃ Pomp.cũ diceret.s.causam: pro Milone.s.homicida,apud populũ ad octauũ Idus Februarias,iactatus est.i.ferè exagitatus est clamore, & conuicio.s.populi.s.non admittentis eius orationẽ: accusatus est quoq;.i.etiam in senatu, à Catone acerbe,& silẽtio omnium magno, quod signum erat Catonem accusando Pompeium senatui placere.Pompeius supple visus est mihi esse perturbatus vehemẽter.Itaq; causa Alexandrina, quæ est nobis adhuc integra.Eum i.quia senatus nihil detraxit tibi,nisi id,quod nõ potest dari.i.concedi alteri. Per eandẽ religionem.s.librorum Sibyllinorum, hoc est ne cum exercitu reducas · videtur esse deposita planè.i.omnino aut manifestè, vt res tota videtur in plano sita,nos speramus nũc id, & molimur id,vt cum rex.s.Ptolemęus intelligat se se non posse assequi id, quod cogitabat.s.vt à Pomp.reducatur,& se fore desertum, atque abiectũ,nisi sit restitutus per te, ipse supple proficiscatur.i. veniat ad te: qđ supple rex faciet sine vlla dubitatione, si Põp. ostenderit modo.i.solummodo, paulum.i.modico indicio, aut signo placere tibi.s.vt ad te proficiscatur. Sed tu nosti tarditatẽ hominis.s.Pompeij,& taciturnitatem,quia nec dicto,nec facto voluntatem suã indicare solebat,tñ nos nihil prætermittimus, quod pertinet ad eam rem.s.vt inducam Pomp.ad significandũ se velle regem per te reduci. Nos resistemus facile,vt spero,cæteris iniurijs,quæ propositæ sunt à Catone, qui.s.volebat legem de abroganda Lent.prouincia promulgare. Ego neminem ex consularibus.i.ex ijs,qui consules fuerunt,aut consulatum gesserunt.Alibi etiam ij consulares dñr,qui consulatu digni censentur,video.i.considero (refertur.n.ad iudicium animi) amicum tibi præter Hortensium & Luc.Cæteri sunt iniqui.i.infensi in te: partim obscurius.i.occultius,partim sunt irati tibi non dissimulanter.i.aperte. Tu fac sup.vt, sed venuste subauditur particula vt: sis animo forti,& magno, & speres fore.i.futurum esse & euenturum,vt consequare.i nãciscare,& obtineas, tuã dignitatem, & gloriam pristinam.i.prioris status tui, hoc est quam prius habuisti. Est.n.pristinum, quod ab aliquo prius est habitum. Priscum quod in prioribus fuit seculis in alijs nimirũ hominibus,vt prisca frugalitas Romanorum, & hoc impetu hominis leuissimi.s.Catonis,qui sine legitima causa te oppugnat, fracto.i.repercussio. Mirum autem est q Catonem, cui grauitas propria erat,leuissimum dicat.

PAVLVS MANVTIVS.

HIC quæ agantur} aut hoc est alterius epistolæ initiũ: aut,quæ sequuntur,non eodem die scripta sunt,quo superior epistolę pars.Sæpe aũt accidit, vt literas non cõtinuatã,sed crebro repetita scriptione cõficiamus,singulis diebus noui aliquid appingentes,id quod in epistolis ad Atticum,& ad Q.F.scriptis sæpissime factum videmus.

IO. BAP. EGN.

TAMETSI nihil mihi,&c } Quãto ipse afficiatur dolore,quãtaq; molestia,q absens ille sua cæterorumq; amicorum experiri cogatur fidẽ,quod & in restitutione sua euenisse sibi illi viderit,scribit. tũ C.Catonis audaciam, nefariamq; promulgationẽ exortã admonet, quidq; aut ab eo timendũ,aut de regis restitutione sperandũ sit,certiorem facit, adhortaturq;,vt quãcunq; sortem fortuna dederit,magno eam animo rectoq; ferat,atq; à virtutibus suis præsidiũ petat, cũ interim & ipse,& Q.Selicius,nihil nõ tentaturi pro rei confectione sint. Nunc id superesse spei, vt qñ Põpeius populo senatuq; libentibus iactatus sit,& perpetua penè Catonis oratione laceratus,deposita planè ab illo causa, ad ipsum integre deferatur. quod facilè consecuturum se speret, dũmodo Pomp.cuius tarditatem timeat,placere id sibi annuerit. Nec vero à Catone interim planè timendũ quidquã,aut à cõsularibus boni sperandũ, Hortensio Luculloq; exceptis, cũ alij aut occulte oderint, aut aperte irati sint. Sed tñ facile,fracta Catonis leuitate, pristinum honorem dignitatemq; consecuturum non diffidit. {Tametsi} epistolæ principiũ moratum. {Nefaria Catonis promulgatio} quam de abrogando Lẽtuli imperio trib.pl.tulerat. Cicero ad Q.F.C.Cato legẽ promulgauit de imperio Lentuli abrogando,vestitum filius mutauit. Illud lectorẽ admonitũ velim,hunc esse Catonẽ alium ab Vticensi: siquidẽ hic C.prænomine, ille Marci,quod Cic.in epist ad Q.F.ostendit. Nec vero Vticensis tribunus hoc esse potuit tpe,cũ aliquot ante annis cum Metello trib.pl.fuisset,& in eo magistratu cõstantissimum virũ egisset,Ciceronis & C.Antonij consulatu. {Neq;.n.prudẽtiorem} tria tangit,quæ amico cõsilium dãti necessaria sint, vt videlicet prudenter res expẽdat,summa fide cõmissam sibi rem exequatur,sed & beneuolentiã non exiguã præse ferat. Quid.n.vel illius prudẽtiæ,vel fidei credas,cuius beneuolẽtiæ diffidas? {Elargita} mire admodũ hoc verbo rẽ expressit. {Cõiectura} στοχασμὸν Græci appellant. {Postquã Pompeius} Locus totus hic ex actis eorũ temporum ab historia petendus. Plutarchus igitur in Pomp. est auctor, q cũ Pomp.causam pro quodam diceret, Milonẽ(vt arbitror)intelligens,Clodius sui similibus stipatus, in altiorẽ se locũ receperit,ibiq; aduocata populi cõcione,sic rogasse ait: Quis imperator impudicitia laborat? quis vir virum quærit? quis vno digito scalpit caput? Succlamatũ vero ad singula,Põpeium illũ esse. Et paulo post, Tristabatur vero magis ille, q senatus Clodij facto mirifice delectari visus est, dũ desertum Cic.illi exprobare studet. Cic.quoq; ad Q.F.lib.3.scribens,hũc epistolæ locum subobscurum alioqui,ijs verbis apertiorem facit, Põpeiũ à Clodianis in concione cõuicijs & maledictis laceratum,Clodiũ à Põpeianis,quo illi parẽ referrent gratiã, magnis clamoribus exceptũ, versusq; obscenissimos in Clodium Clodiamq; dictos. Addit præterea, quod ex Plutarcho paulo ante recitauimus,ab operis Clodianis factum,sed paulo post habito senatu ab Apollinis decretũ esse factũ,vt quæ ad vj.idus Februarias facta essent,cõtra remp.facta essent. Eo quoq; C.Catonem vehementer in Pomp.inuectũ,Pompeiumq; ab illo tanq̃ reum perpetua oratione accusatũ,vbi de Cic.laudibus differit,cũ perfidiam Põp.exprobraret,magno audientium assensu & silentio. Quare aut hic quoq; vj.idus,aut ibi ad viij.legendũ puto. Asconius in Miloniana,in hæc verba, Pompeius tamẽ cũ defenderet Milonem apud populũ,de vi accusante Clodio obstitit, & vt legimus apud Tyronem Ciceronis libertũ quarto de vita eius oppressum à Clodio L.Cæcilium prætorem constat. {Nisi id quod per eandem religionem dari alteri non potest} hoc videlicet est, nequis cum multitudine aut exercitu regem reduceret. Cice.ad Quintum Fratrem. Factum est senatusconsultum,cum multitudine eum reduci periculosum reipub. videri. {Nostis hominis tarditatem, & taciturnitatem} vitia hæc duo à Pompeij obtrectatoribus sæpe illi obiecta, (quod & in

Tiberio imperatore, & in Publio quodam Vicinio, probro datum est) qui.s. vt auctor est Gellius, tractim diceret, tanquam singula verba velleret, dictaretq́; non scriberet. vnde quidã non infestiue, Ter dic aut nunquam, ait Cice. ad Q.F. Messalam tui studiosum esse arbitror, Pompeium etiam simulatorem puto. & ad Att. lib. 4. Pompeius fremit: quæritur, Scauro studet. sed vtrum fronte an mente, dubitatur. } Leuissimi hominis } C. Catonem non Vticensem, vt dixi, sed diuersum notat. Quid.n. aut ineptius dici, aut minus credibile scribi de Catone potuit, quã leuitatem viro omnium cõstantissimo obiectare? Atq; hic mihi C. Cato videtur, pro quo causam Scaurus, M. Scauri filius dixit, quem absolutum constat. Asconius.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Excusatio est per ἀπολογίαν, siue retentionem: Breuius scribo, quia vtriusq; nostrum amicus Pollio rem tibi oẽm enarrabit, Recitat ipse causas consolationis doloris sui, ne omnino spẽ de causa deposuisse credatur.

CICERO S. D. LENTVLO. 6



Vae geruntur, accipies ex Pollione, qui omnibus negotijs non interfuit solũ, sed præfuit. Me in summo dolore, quem in tuis rebus capio, maxime scilicet consolatur spes, quòd ualde suspicor fore, ut infringatur hominum improbitas, & consilijs tuorum amicorum, & ipsa die. qua debilitantur cogitationes & inimicorum, & proditorum. Facilè secundo loco me consolatur recordatio meorum temporum: quorum imaginem uideo in rebus tuis nam etsi minore in re uiolatur tua dignitas, quàm mea salus afflicta sit: tamen est tãta similitudo ut sperem te mihi ignoscere, si ea non timuerim, quę ne tu quidem unquam timenda duxisti. sed præsta te eum, qui mihi à teneris, ut Græci dicunt, unguiculis es cognitus, illustrabit, mihi crede, tuam amplitudinem hominum iniuria. à me omnia summa in te studia, officiaq́; expecta. non fallam opinionem tuam. Vale.

HVB.

Qvae geruntur, } Pollio Lent. & Cic. amicus interfuerat omnibus, quæ Romæ agitata fuerant in causa Lent. & de rege reducendo, & maxime de imperio, quod Cato volebat ei abrogari. Itaq; cum nunc Pollio ad Lent. in Ciliciam proficisceretur, dicit Cic. se breuius scribere, quia omnia intelliget ab ipso Pollione coram. Scribit tñ in summo dolore, quẽ de rebus Lent. capit, se vnam habere consolationẽ, φ sperat nefariã promulgationẽ Catonis, & cætera studia, & cogitationes inimicorũ, & aduersariorum Lent. posse ipso tpe debilitari, & frangi. Deinde Cic. dicit aliã se habere cõsolationẽ, φ cum videat quandã similitudinẽ suæ olim causæ, cum missus est in exiliũ, & nunc causæ Lent. cum oppugnatur in dignitate, sperat eundẽ fore exitum. s. vt quẽadmodum bene successit Cice. ita bene succedat ipsi Lent. Postremo hortatur eum, vt se præstet virũ magni animi, qualem præstitit à teneris annis } Quæ geruntur } quæ fiant. } Accipies } intelliges, cognosces. Significat etiam audio, pusco, tracto, gratum habeo, vt supra, quod dat, accipimus. } Ex } .i.à. } Interfuit } præsens fuit quãtum ad personã. } Sed præfuit } .i. etiã operam præstitit, & multum gessit, & tutatus est. nam præesse est tutelæ esse: vnde & præsides prouinciarum dicti sunt. } Me in summo dolore } eleganter incipit oratio ab opposito, sed tñ non decet ita superstitiosos, vt hoc semper obseruetur. Nã plerunq; vt voluit Quint. consulendæ sunt aures. } Scilicet } certe: nam nõ ponitur declaratiue: quod raro apud idoneos reperitur, sed aut affirmatiue, aut ironice. vt. s. in superis labor est, & Terent. Id populus curat. s. } Valde } multũ, & est syncopatũ à valide vnde ꝓducite finale. Horat. & posuit & valdius pro validius in epistolis, vt nouit me valdius ipsũ, sicut & caldus pro calidius, vt apud Marcellum: Iam defecisset portantes calda ministros. & alibi sæpius: & calfacio & calfactus, vt Ouid. in Ibin. Nondũ calfacti velitis hasta solũ. & 7. Metam. Cęde recalfecit. quibus dictionibus syncopatis tñ in carmine vtimur, nisi valde, quod poetis, & oratoribus est cõe. quod aũt caldus non dicendũ sit in prosa, Q. lib. 1. inst. oratoriarum ostendit auctoritate Cice. in Orat & Aug. in epist. } Suspicor } opinor, arbitror: vnde suspicio opinio tum in bonam, tum in malã partem, sed sæpius in malam. } Fore } futurum esse. } Infringatur } conteratur, ad nihil reducatur. } Hominum imp. } notat Catonẽ, qui promulgauerat legẽ, vt imperiũ Ciliciæ abrogaretur Lentulo. } Improbitas } iniquitas, perfidia. } Consilijs } ꝑ consilia. } Tuorum amicorum } quos multos, & optimos habes, qui te ab horũ improbitate tuebũtur. & hoc maximè ꝑ se dicit. } Et ipsa die } .i. ipso tpe, nã dies, etsi in feminino gñe significat spatiũ xxiiij. horarũ. tñ proprie ponitur pro tpe: vt Tibullus, Lõga dies homini docuit parere leones, & Iuuen. Lõga dies igitur quid cõtulit. i. longũ tẽpus. } Proditorum } deceptorũ, nã prodere interdum est porro. i. lõge dare, vt Virg. Prodimur, atq; italis lõge disiungimur oris. Et prodere est indicare, & decipere, vt vnius ob irã prodimur, vnde proditores, qui indicãt, quæ dñt cęlare, & decipiũt, ideo perfidi deceptores dñr. Alia significat pro loco, & ẽm diuersos grãmaticos. } Qua debilitantur } imminuũtur. } Cogitationes } consilia, deliberationes, oia. i. primo impetu animi maiora fiũt, debilitãtur aũt successu tpis, quia aut sequit̃ diffidẽtia perficiẽdi, quod primo superaueras, aut aliquod impedimentũ interuenit. vnde bene monebat Cæsar apud Luc. Sit subitũ, quodcunq; paras. } Secundo loco } apud Ciceronẽ ornate dr̃ pro secũdo. } Recordatio } pro memoria. } Meorũ tẽporum } .i. meorũ casuũ. } Quorũ imaginem } .i. similitudinẽ. } Video in rebus tuis } quia cũ multi te deserãt, sicut olim me deseruerũt: vt postea mutati sunt: vt mihi fauerẽt: ita spero facturos erga te. Notat aũt Põp. de cuius fide Cice. nõ dubitabat, cũ in exiliũ missus est, à quo tñ deceptus est, quãuis postea mutato cõsilio Põpeius Cic. reuocandũ curauerit, propterea dicit se sperare inde facturũ Põpeium in causa Lẽt. quod olim fecit in causa Cic. vt quẽ oppugnauerit, eidẽ mutato cõsilio faueat, quẽadmodũ postea fauit Cic. quẽ ante cõtra promissam fidẽ deseruerat. } Minore in re } quia minor est dignitas, q̃ salus: tu.n. certas vtrũ reducas regẽ, sicut promissum est tibi. In mea aũt cã agebatur vtrũ essem & viuerẽ, cum fueram è patria eiectus. } Afflicta sit } deiecta, prostrata. } Tñ tãta est similitudo } sensus. Etsi oino nõ sit æqualis similitudo rerũ tuarũ & mearũ, quia minore in re violaris, q̃ ego afflictus sum, q̃a ego in salute, tu in dignitate es lęsus: tñ tãta est similitudo, φ spero in te esse nõ reprehensurũ, si ego non diffisus fuero in cã tua, quẽadmodũ neq; tu tũc diffidebas in mea. & hoc est, quod dicit. } Vt sperẽ te mihi ignoscere } dare veniã, nõ accusare. plerunq;.n. creditur esse parui amoris in cã amici nõ timere, & habere fiduciã. } Non timuerim ea } .s. hos, qui te impugnãt, nunq̃ mutatũ iri ab improbitate sua. } Quæ ne tu quidẽ } pro ne quidẽ. sed inter ne, & q̃dẽ semper aliquid interponẽdũ est, aliter nunq̃ iungũtur. } Vnq } quo tpe agebatur de salute mea. } Duxisti } existimasti. } Timenda } quia nec tu vnq̃ de me timuisti, quin aliqñ fierent mihi mitiores, qui me impugnabãt, & fortuna mea meliorẽ exitũ habitura esset } Sed præsta } .i. exhibe, ostẽde, redde. } Te eũ } .i. talem. } Qui } qualis. } Es cognitus à teneris vng. } à teneris annis, ẽm prouerbium Græcorũ, qui dñt ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων. Vnguicula aũt verũ est diminutiuũ ẽm formã, quãuis nõ seruet genus primitiuũ. nã vngula denominatiuũ est nõ diminutiuũ. } Illustrabit } clariorẽ reddet, quia qñ quispiã oppugnatus vincit, aut iniuste oppugnatus intelligitur, fit clarior, & magis laudatur. } Amplitudinẽ } dignitatẽ. } Hominum } inimicorũ. } Iniuria } quę in te infertur, vt abrogetur dignitas tua. } A me oia, &c. } .i. spera me in te collaturũ oẽs. i. summos fauores, quos potero. } Non fallã opinionẽ tuã } .i. quæcunq; à me expectaueris, ea oino efficiam.

Margin notes (left): Accipio. Præsum, Præses, — Scilicet. — Valde. Valdius. Caldus Calfacio Calfactus.

Margin notes (right): Suspicio. — Dies. — Prodo. Porro. — Proditores — Vnguicula, Vngula.

ASCEN.

Qvae geruntur, &c. } Quia Pollio in Ciliciã ad Lentulum proficiscebatur, dicit eũ oia ex eo cogniturum. quæ quia plausibilia, & grata nõ sunt, hortatur Lentulum ad fortitudinẽ & operã suam, cũ aliud nõ possit, pollicetur illi strenuã. Ordo est. Tu accipies. i. intelliges ex Pollione sup. ea quæ geruntur sup. Romæ, qui. s. Pollio nõ solũ interfuit. i. pñs fuit oibus negotijs, sed sup ẽt præfuit. s. tanq̃ præses. Spes cõsolat̃ maxime in summo dolore, quẽ capio in rebus tuis. s. tã aduersis, φ .i. quia. s. suspicor valde fore. i. futurũ esse, vt improbitas hoium infringat̃, & .i. simul, cõsilijs tuorũ amicorũ, & ipsa die. i. tpe lõgo, quæ. s. dies, aut mora, debilitat cogitationes & inimicorũ, & proditorũ. Recordatio meorũ tẽporũ. s. tam cõtrariorũ, vt in exiliũ abeundũ fuerit, cõsulat̃ me facile secũdo loco: quorũ. s. tpum meorũ, imaginẽ. i. imitationẽ & similitudinẽ ego video in reb. tuis Nã etsi. i. q̃q̃ tua dignitas violat̃ in minore te, q̃a repulsa modica, q̃ mea sit afflicta, q̃a vt dixi exilia, tãta similitudo

ſimilitudo eſt,vt ſperem te ignoſcere mihi, ſi ego ea nõ timuerim,quæ ne tu quidẽ dixiſti.i.exiſtimaſti ,unquàm timẽda ſup. Sed præſta.i.exhibe te eum.ſ.forti animo, hominẽ : qui cognitus es mihi · vt Græci dicunt.i.vt in prouerbio Græcorum eſt: græcis tñ verbis : à teneris vnguiculis.i.ab ineunte ætate . apta tamen eſt tranſlatio · nã ab vno vngue totius cognoſcitur leonis animus futurus, Crede mihi,iniuria hominum illuſtrabit.i. clariorem faciet tuam dignitatem : ſicut Iuno, & Euryſtheus Herculis auxerunt famam, & tyranni martyrum Chriſti gloriam. Expecta à me.i.polliceor tibi omnia ſumma ſtudia,& officia in te. Ego non fallam opinionem tuam.ſ.de me. Vale.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Reſpondet varijs Lentuli literis . Primum cauſas dicit, cur non tam frequenter,quam cupiat,ſcribat. Addidit numerum eorum , qui Lentulo aut male,aut bene cupiunt. De Pompeio quoq; reconciliato gaudere ſe dicit. Poſtremò conſilium ſuum aperit, quo Lentulus ab aduerſariorum tutus eſſe poſsit.

CICERO S. D. LENTVLO PROCOS. 7

LEGI tuas literas , quibus ad me ſcribis,gratum tibi eſſe,quòd crebro certior per me fias de omnibus rebus, & meam erga te beneuolentiam facile perſpicias. quorum alterum mihi , ut te plurimum diligam,facere neceſſe eſt,ſi uolo is eſſe,quem tu me eſſe uoluiſti: alterum facio libenter,ut,quoniam interuallo locorum,et temporum diſiuncti ſumus, per literas tecum quam ſæpiſſime colloquar.quod ſi rarius fiet, quàm tu expectabis : id erit cauſæ,quòd non eius generis meæ literæ ſunt, ut eas audeam temere committere . quoties mihi certorum hominũ poteſtas erit, quibus recte dem: non prætermittam. Quòd ſcire uis , qua quiſq; in te fide ſit,& uoluntate : difficile dictu eſt de ſingulis. unum illud audeo,quod antea tibi ſæpe ſignificaui , nunc quoq;, re perſpecta & cognita,ſcribere : uehementer quoſdam homines, & eos maxime, qui te & maxime debuerunt, & plurimum iuuare potuerunt, inuidiſſe dignitati tuæ: ſimillimamq́; in re diſſimili,tui temporis nunc,& noſtri quondam fuiſſe rationem : ut , quos tu reip. cauſa læſeras,palam te oppugnarent : quorum auctoritatem , dignitatem,uoluntatemq́; defenderas , non tam memores eſſent uirtutis tuæ, quàm laudis inimici. Quo quidem tempore,ut perſcripſi ad te antea , cognoui Hortenſium percupidum tui,ſtudioſum Lucullum , ex magiſtratibus autem L. Racilium & fide, & animo in te ſingulari.nam noſtra propugnatio , ac defenſio dignitatis tuæ, propter magnitudinem beneficij tui fortaſſe pleriſq; officij maiorem auctoritatem habere uideatur , quàm ſententiæ,præterea quidem de conſularibus nemini poſſum aut ſtudij erga te, aut officij,aut amici animi eſſe teſtis. etenim Pompeium,qui mecum ſæpiſſime, nõ ſolum à me prouocatus,ſed etiam ſua ſponte,de re communicare ſolet,ſcis temporibus illis nõ ſæpe in ſenatu fuiſſe.cui quidem literæ tuæ,quas proximè miſeras , quod facile intellexerim,periucundæ fuerunt . mihi quidem humanitas tua uel ſumma potius ſapientia,non iucunda ſolum, ſed etiam admirabilis uiſa eſt : uirum enim excellentẽ, & tibi tua præſtanti in eum liberalitate deuinctum,non nihil ſuſpicantem,propter aliquorum opinionem ſuæ cupiditatis te ab ſe abalienatum , illa epiſtola retinuiſti. qui mihi cum ſemper tuæ laudi fauere uiſus eſt , etiam ipſo ſuſpicioſiſſimo tempore Caniniano; tum uero, lectis tuis literis, perſpectus eſt à me,toto animo de te , ac de tuis ornamentis,& commodis cogitare. Quare ea, quæ ſcribam,ſic habeto , me , cum illo re ſæpe communicata, de illius ad te ſententia,atq; auctoritate ſcribere : quoniam S.C. nullum extat,quo deductio regis Alexandrini tibi adempta ſit ; eaq́;, quæ de ea ſcripta eſt auctoritas,cui ſcis interceſſum eſſe, ut ne quis omnino regem reduceret, tantam uim habet,ut magis iratorum hominũ ſtudium,quàm conſtantis ſenatus conſilium eſſe uideatur ; te poſſe perſpicere,qui Ciliciam, Cyprumq́; teneas, quid efficere,& quid conſequi poſſis : &,ſi res facultatem habitura uideatur , ut Alexandriam , atq; Aegyptum tenere poſſis; eſſe & tuæ,& noſtri imperij dignitatis, Ptolemaide,aut aliquo propinquo loco rege collocato , te cum claſſe , atque exercitu proficiſci Alexandriam,ut,cum eam pace,præſidijsque firmaris , Ptolemæus redeat in regnum : ita fore , ut per te reſtituatur, quemadmodum ſenatus initio cenſuit , & ſine multitudine reducatur, quemadmodũ homines religioſi Sibyllæ placere dixerunt. Sed hęc ſententia ſic & illi , & nobis probabatur,ut ex euentu homines de tuo conſilio exiſtimaturos uideremus: ſi cecidiſſet, ut uolumus , & optamus,omnes te & ſapienter,& fortiter; ſin aliquid eſſet offenſum,eoſdem illos,& cupide,& temere feciſſe, dicturos. quare,quid aſſequi poſſis , non tam facile eſt nobis,quàm tibi,cui prope in conſpectu Aegyptus eſt,id iudicare. nos quidem hoc ſentimus: ſi exploratum tibi ſit poſſe te illius regni potiri , non eſſe cunctandum: ſin dubium,non eſſe conandum. illud tibi affirmo,ſi rem iſtam ex ſententia geſſeris,fore,ut abſens à multis,cum redieris,ab omnibus collaudere. offenſionem eſſe periculoſam propter interpoſitam auctoritatem,religionemq́; uideo. ſed ego te ut ad certam laudem adhortor, ſic à dimicatione deterreo : redeoq́; ad illud,quod initio ſcripſi , totius facti tui iudicium non tam ex conſilio tuo,quàm ex euentu homines eſſe facturos. Quòd ſi hæc ratio rei gerendæ periculoſa tibi uidebitur, placebat illud, ut ſi rex amicis tuis,qui per prouinciam imperij tui pecunias ei credidiſſent fidem ſuam prçſtitiſſet , & auxilijs eum tuis & copijs adiuuares : eam eſſe naturam, & regionẽ prouinciæ tuæ,ut illius reditum uel adiuuando confirmares,uel negligẽdo impedires. In hac ratione quid res, quid cauſa,quid tempus ferat , tu facillime , optimeque perſpicies ; quid nobis placuiſſet, ex me potiſſimum putaui te ſcire oportere. Quòd mihi de noſtro ſtatu,de Milonis familiaritate,de leuitate, & imbecillitate Clodij gratularis : minime miramur te tuis,ut egregium artificem,præclaris operibus lętari. quanquam eſt incredibilis hominum peruerſitas ; (grauiori enim uerbo uti non libet) qui nos,quos fauendo in communi cauſa retinere potuerunt,inuidendo abalienauerunt : quorum malevolentiſſimis obtrectationibus nos ſcito de uetere illa noſtra,diuturnaq́; ſentẽtia propè iam eſſe depulſos , non nos quidem, ut noſtræ dignitatis ſimus obliti, ſed ut habeamus rationẽ aliquando etiam ſalutis poterat utrunque pręclare,ſi eſſet fides,ſi grauitas in hominibus conſularibus: ſed tanta eſt in pleriſque leuitas , ut eos non tam conſtantia in rep. noſtra delectet, quam ſplendor offendat. Quod eo liberius ad te ſcribo , quòd tu non ſolum temporibus ijs , quæ per te ſum adeptus , ſed etiam olim naſcenti propè noſtræ laudi , dignitati, uirtutiq́ue præfuiſti : ſimul quòd uideo , non, ut antehac putabam, nouitati eſſe inuiſum meæ . in te enim homine omnium

nobilissimo, similia inuldorum uitia perspexi: quem tamen illi esse in principibus facile sunt passi, euolare altius certè noluerunt. Gaudeo tuam dissimilem fuisse fortunam: multum enim interest, utrum laus imminuatur, an salus deseratur. me mea tamen ne nimis pœniteret, tua uirtute perfectum est, curasti enim ut plus additum ad memoriam nominis nostri, quàm ademptum de fortuna uideretur, te uero moneo cũ beneficijs tuis. tum amore incitatus meo, ut omnem gloriam, ad quam à pueritia inflammatus fuisti, omni cura, atq; industria consequare, magnitudinemq; animi tui, quam ego semper sum admiratus, semperq; amaui, ne unquam inflectas cuiusquam iniuria. magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis, magna memoria consulatus tui. hæc profectò uides, quanto expressiora, quantoq; illustriora futura sint, cum aliquantulum ex prouincia, atq; ex imperio laudis accesserit. quanquam te ita gerere uolo, quæ per exercitum, atq; imperium gerenda sunt, ut hæc multo ante meditere, huc te pares, hæc cogites, ad hæc te exerceas, sentiasq; id, quod quia semper sperasti, non dubito, quin adeptus intelligas, te facillimè posse obtinere summum, atq; altissimum gradum ciuitatis. Quæ quidem mea cohortatio ne tibi inanis, aut sine causa suscepta uideatur, illa me ratio mouit, ut te ex nostris euentis cõmunibus admonendum putarem, ut considerares in omni reliqua tua uita, quibus crederes, quos caueres. Quòd scribis te uelle scire, qui sit reip. status: summa dissensio est, sed contentio dispar. nam qui plus opibus, armis, potentia ualent, profecisse tantum mihi uidentur stultitia, & inconstantia aduersariorũ, ut iam etiam auctoritate plus ualerent. itaq; perpaucis aduersantibus omnia, quæ ne per populum quidem sine seditione se assequi posse arbitrabantur, per senatum consecuti sunt. nam & stipendium Cæsari decretum est, & decem legati: &, ne lege Sempronia succederetur, facile perfectum est. quod ego ad te breuius scribo, quia me status hic reip. non delectat: scribo tamen, ut te ad moneam, quòd ipse literis omnibus à pueritia deditus, experiendo tamen magis, quàm discendo, cognoui, id ut tu rebus tuis integris discas, neq; salutis nostræ rationem nobis habendam esse sine dignitate, neque dignitatis sine salute. Quòd mihi de filia, & de Crassipede gratularis: agnosco humanitatem tuam: speroq; & opto, nobis hanc coniunctionem uoluptati fore. Lentulum nostrum, eximia spe summæ uirtutis adolescentem, cum cæteris artibus, quibus studuisti semper ipse, tum in primis imitatione tui fac erudias. nulla enim erit hac præstantior disciplina, quem nos et quia tuus, & quia te dignus est filius, & quia nos diligit, semperq; dilexit, in primis amamus, carumq; habemus.

nva.

LEgi literas tuas} Quia Lent. ad Cice. scripserat sibi gratum esse, q crebro certior fieret ab eo de rebus omnibus suis, quæ in senatum agebantur, & eum rogauerat, vt etiam scriberet, qua fide, & voluntate quisq; esset erga se: primum Cic. respõdet se debere crebro scribere ad Lent. & libenter, vt videatur esse memor, & gratus erga eum, & qui de se optime meritus sit. & quamuis dicat difficile esse singulorum voluntatem & animum dicere: tamen multos commemorat varie affectos erga Lent. & quoniam cum esset aliquantulum alienatus Pomp. à Lent. & ad eũ Lent. ita humanè scripserat, vt eum sibi reconciliasset: laudat Cic. hanc prudentiam Lent. qui talem, & tantum virum sibi reconciliandum duxerit, deinde scribit, quia Pomp. secum communicauerit de causa Lent. & quid vtriq; ipsorum videatur datũ ei quoddam consilium reducendi regem. ita tamen, vt ostendat, q si male successerit ipsi Lent. ab omnibus accusabitur, Hortatur igitur, vt diligenter consideret, quid sibi in hac re agendum sit, deinde respondet cuidam gratulationi Lent. erga se, & accusat quorundam improbitatem, & perfidiam: & ostendit eandem fuisse hominum fidem in causa sua, quæ nunc est in causa Lent. sed fuisse dissimilem fortunam: quia ipse in salute sit læsus, Lent. vero in dignitate & laude. Deinde eum hortatur, vt ita gerat prouinciam, vt ad memoriam consulatus sui addat etiam gloriam bene administratæ prouinciæ. Respondet deinde quibusdam eius particidio, quæ facilius ex epistola colliguntur, quàm comprehendi possiot argumento. {Certior fias}. i. admoneris, & intelligas. {Per me}. i. ex me: nam pro me aliud significat. i. vel loco mei, vel causâ mei. Certior autem comparatiuus est propositiuo, quo semper oratores vtuntur. nunquam licet oratori dicere, facio te certum, sed certiorem: nec fio certus, sed certior. Dicimus autem sum certus. non certior: vt apud Aul. Gel. Certi, inquit, sumus vir bone non ignorare te, quid vena appellatur, & quid arteria. sunt etiam alia idonea exempla, sed hoc vnum, vt à probato viro, satis sit. {Crebro} pro crebre. i. sæpe: & est teste Prisciano nomẽ pro aduerbio. {De omnibus rebus} quæ Romæ fiunt. {Facile} haud dubiè, & clarè, & iunctum cum nomine exigit superlatiuum, vt facilè doctissimus. Desiderat etiam comparatiuum, & nomina significantia diuersitatem, vt facilè dissimilis, & composita à præ: vt facilè præstat: &, vt dicit Donatus, veteres facilè pro certo dicebant. vt Cic. illius ciuitatis facile princeps. facilis autem hominem exorabilem significat, vt Virg. Georg. 4. faciles venerare Napheas. Et in Bucol. Et quo, sed faciles nymphæ risere sacello. Differt autem à clemẽte, q facilis est, cuius ira cito soluitur: clemens, qui non irascitur. Terent. in Adelph. Re ipsa repperi facilitate nihil esse homini melius, neq; clemẽtia. {Quorum alterum} declaratio duarum propositarum partium, &. i. q scribat crebro, & q suam beneuolentiam ostendat Lent. & primo exequitur vltimam sic. {Alterum vt te}. q. d. vt te vehementer amem. {Est enim}. s. cogor facere. {Quem tu me esse voluisti}. s. memorem, gratum, & bonũ virum: cum causam meæ restitutionis fideliter & amanter egisti, vt ostenderes, quantum beneuolentiæ tibi deberem, & quid pro te mihi agendum esset, si vsu veniret. {Alterum} Vt crebro te certiorem faciam. {Vt qm̃} ordo est. Alterum facio libenter, vt loquar quàm sæpissime tecum per literas: qm̃ interuallò locorum & temporum disiuncti sumus. {Interuallo} spatio, & tam ad tempus, quàm ad locum refertur: ideo addit locorum, & temporum. {Locorum} quia Roma longe distat à Cilicia. {Temporum} quia iandiu te non vidi: & quamuis non admodum longum esset tempus, tamen ex affectu amicitiæ, ita dixit. {Disiuncti} diuisi, separati: vt Virg. 1. Aeneid. Atq; Italis longe disiungimur oris {Quod}. s. loqui tecũ per literas. {Quàm tu expectabis}. i. quantum tu voles, & desiderabis. {Id erit causæ}. i. ea erit causa, & ornate per genitiuum dicitur: & pronomen adiectiuum in substantiuum conuersum, vt hoc literarum ad te dedi. i. has literas. {Eius generis} eius conditionis. {Committere} credere, & aliorum fidei tradere, vt Terent. Ouem lupo commisisti. {Certorum} Fidorum, vt Virg. 1. Aeneid. Equidem per litora certos Dimittam. {Potestas} facultas. {Recte} tuto. {Dem} dare possim. {Non prætermittam}. s. ad te literas dare. {Quòd scire vis} responsio ad aliam partem epistolæ Lentuli: in qua petebat à Cicerone: fieri certior, quo animo quisque in senatu erga se esset. {Qua fide} quali fidelitate, & est fides mandatorum fida executio, vel obseruantia, dicta, vt voluit Cice. 10 iiij. de repub. & primo de officijs, q fiat, quod dictũ est. {Difficile est dictu}. i. memoratu. i. difficile est exponere. {De singulis}. i. de quolibet singulatim, & separatim. {Illud vnum} ordo est. Audeo scribere illud vnum nunc perfecta re, quod significaui tibi sæpe. {Significaui} Leuiter ostendi. {Quosdam homines inuidisse dign.}. i. doluisse, q consequeris hanc dignitatem. {Qui debuerit}. s. iuuare, quia eras benemeritus de his, & ipsi fidem dederant. {Simillimam r.} valde similem causam. {Tui temporis nũc aduer.} temporis pro nomine posuit. {Tui temporis nunc}. q. d. tui temporis præsentis, & quasi nuncini, si latinitas tale adiectiuũ pateretur, vt crastini. {In re dissimili} quia mihi in salute, tibi in dignitate, & subauditur adeo scribere simillimam fuisse rationem, &c. {Palàm} aperte. {Oppugnarent} tibi essent aduersi, & infesti. {Causa reipub.} non odio, neque vtilitate tua. {Auctoritatem} existimationem. {Non tam memores essent uirtutis tuæ} id est, non tam recordarentur, quòd rectè egisses semper} nec tam respectum haberent

Certior fio, Sũ certus, nõ certior.

Facile.

Clemens. Facilis.

Id causa. Fides.

Nunc.

Copia.

tuæ vir-

tuæ virtutis.{Quàm essent inimici laodis}.i.q dolerent laude
tua.{Vt perscripsi antea}.s.in fine epistolæ,q̃ incipit, Tametsi.
{Percupidum}amatorem,nã cupere pro amare ponitur, vt Te-
rent.in Andr.Vel q ipsi bene cupio Glycerio.ponitur tñ conse
Studeo. quens pro antecedenti,quẽ.n.amamus,ei bene cupimus.{Stu-
dio sum}fautorẽ: nam studere fauere significat,vt Nas.tz.Me-
tam.Cui studeat Deus ois habet.{Et Magistratibus}.i.qui ma
gistratum.i.officium administrant.{Propugnatio,ac defensio}
Propugnatio. declaratio vnius per alterum : nã propugnatio eadẽ,quæ & de-
Defensio. fensio : nisi q defensio quo qũo fit, propugnatio per cõteotio-
nem.{Officij tui}in me collati restitutione mea, & est sensus:
quod pro te facio in defendenda tua dignitate, vt̃ fortasse qui-
busdam potius à me fieri ex officio,&ex debito accepti à te ma
gni beneficij : q̃ q ita sentiã,& iudicem te mereri. {Sententiæ}
Præterea. cogitati,& pensati iudicij {Præterea}præter supradictos. Præ-
terea interdum est simpliciter aduerbium ordinus: aut tpis, vt
apud Horat.lib. t.sermonum.Præterea nec sic,vt qui iocularia
rideos Præcurram.Interdum habet in se pronomen tam singu
laris, quã pluralis oumeri inclusum singularis,vt Virg.Si duo
prçterea tales idça tulisset Terra viros.i.prçter eom.s.Aeneam
pluralis : vt hic præterea.i.præter eos : & apud Cice.sæpius, &
significat nõ solom præter eos, vel eum,sed etiã præter te : vt te
doctum existimo,præterea nemine.i.præter te.& significat præ
ter me,vt mihi credis,præterea nemini.i.præter me,& eodẽ mo
do significat præter nos,præter vos,prçter illos,& est aduerten
da hæc significatio.{Possum esse testis nemini studij}.i.nemi-
nem possem vere dicere tibi præstare officium, aut studiũ, aut
animum amicum : nam testium est vera dicere.{Etenim Pom
peium}Solum Pomp.excipit : de quo dicit se non posse iudica-
re: quia raro fuerit in senatu,cum agebatur de rebus Lentuli.
{A me prouocatus} à me inuitatus,& ad loquendum de te de-
ductus.Cõmunicare}.i.me participem facere,meum cooferre.
{Cur}Pomp.{Proxime}Nuperrime.{Quod}.i.quã rẽ.s.fuisse
periucuodam.Vel quod intellexerim.i.inquantũ intellexerim.
{Mihi quidem}laudat Cice.Lẽtulum,q Pomp.à se alienatum
humanissimis literis sibi reconciliauerit,& retinuerit. {Huma-
nitas}.i.cõsuetudo, siue facultas,quæ maxime decet hominem:
Humanitas. vel pro eruditione & doctrina ponitur. Dicit.n.A.G.Humani-
tas proprie est eruditio,& institutio,quam in bonas artes dici-
mus : quas qui sinceriter cupiunt appetuntq;, ij sunt maximè
humanissimi : huiusce.n.scientiæ cura,& disciplina ex vniuersis
animantibus vni homini data est : ideoq; humanitas appella-
Sapientia. ta.{Vel summa potius sapientia}correctio est nam plus est sa-
pientia,quàm humanitas siquidẽ est sapieotia homanarum di-
uinarumq; rerum cognitio, & moderatio. {Non iucunda so-
lum}.s.fuit.{Sed admirabilis}.i.magna & laudabilis.{Visa est}
& intelligitur admirabilis.{Virum}.s.Pomp.{Deuinctũ}astri-
ctum,coniunctum.{Nõnihil}aliquid.{Suspicantem}male opi-
nantem. {Vel}.i.etiam,vt Virg. Vel Priamo miserãda manus.
{Illa epistola}.s.quam nuperrime miseras.{Cum semper}.i.&
semper.{Suspiciosissimo tpe Caninij}.i.quo tempore oẽs su-
spicabantur Caninium intercessisse senatusc oosulto pro te fa-
cto : vt faueret Pomp.vt visum est io 2.epist. {Perspectus} co-
gnitus.{Lectis tuis literis}.i.postquã legit tuas literas.{Orna-
mentis}laudibus,& honoribus.{Sic habeto} sic credito,sic exi-
stimato.{De sententia illius}.i.ex illius iudicio. {Et auctorita-
te} suasione.i.crede me scribere ad te ea, quæ scribam ita iudi-
cante & suadente Pomp.{Qm̃ senatusc.}longum est hyperba-
ton,& obscurus aliquantulum, & difficilis ordo : ideoq; expla-
nandus est sic ordo: quare habeto me scribere tibi,quæ scribam
ex sententia Pomp.s.te,qui teneas Cyprum, & Ciliciam posse
perspicere : quid possis efficere, & consequi.qm̃ nullũ senatusc.
quo reductio tibi sit adempta: & qm̃ ea auctoritas,cui sis inter-
cessurum,&c.{Extat}apparet, perscriptum est.{Quo}propter
quod.{Adempta}sublata : vt alij mandetur.{Eaq;}subauditur
etiam : qm̃ intercessum à Catone & à Caninio, vt supra visum
est.{Nequis omnino} nam erat perscripta auctoritas.i.suasio,
& sententia quorundam senatorum, vt nequis regem omnino
reduceret.i.nec Pomp.nec Lent.nec quispiam alius. quod ma-
gis ex iracundia quadam horum senatorum , q̃ vero iudicio, &
constanti consilio factum esse Cic.dicit,ideoq; oõ valere.{Tan
tam vim habet}.i.tm̃ valet.{Studium}voluntas.{Iratorũ ho-
minom} & ideo nõ possunt recte iudicare.{Quàm constantis}
prudens deliberatio.{Teneas}gubernes.{Cyprum,& Ciliciã}
his.n.duabus præerat Lent.quæ sunt vicinæ Aegypto.{Coose-
qui} obtinere. {Facultatem} possibilitatem eius, quod sequi-
tur.s.vt possis reuere Alexandriam. {Atq; Aegyptũ}.i.vt pos-
sis ire in Aegyptum. {Esse} interesse.{Tuæ dignitatis}.i.tui ho
noris.{Et nostri imperij}Romani.{Te proficisci}.i.ire.{Cum
classe,atq; exercitu}.i.cum omni apparatu militari.{Colloca-
to rege}.i.posito rege,interea dum tu ibis in Aegyptum.{Pto-
lemaide}quæ vrbs est Pentapoleos inter Aegyptum & Africã, Ptolemais
olim teste Seruio,& Strabone, Barce appellata.{Aut propin- Barce.
quo}.s.Aegypto.{Vt Ptolemæus redeat}.s.in patriã. {Cum} Præsidium.
id est,postquam.{Eam}.s.Alexandriam,quæ erat irata Ptole-
mæo,quem expulerat,vt diximus in primo argumento. Præsi-
dijs}.i.tuis militibus positis ad tutelam loci,antequam rex re-
ducatur.nam præsidium dicitur, quod ponitur ad tutelam ali-
cuius loci,vel personæ ante periculũ.& dr̃ à præ,& sedeo.est aũt
quam dicimus mutationem loci vel personæ . subsidium vero, Subsidium.
quod datur in periculis à subsidẽdo, & est quem dicimus vulgo
succursum.{Ita fore}.i.ita futurum : & subauditur, sic habeto
ita fore. {Initio} ante discessum Lentuli vt est visum superius.
{Sine multitudine} sine exercitu magno.{Religiosi} obserua-
tores religionis.{Illi} Pompeio.{Probabatur} approbabatur,
placebat.{Vt videremus}cognosceremus.{Existimaturos} iu-
dicium facturos.{Ex euentu}ex eo,quod vel bene,vel male ti-
bi euenisset.{Cecidisset}simplex pro composito.i.si accidisset.
{Te sapienter & fortiter}.i.cum magno cõsilio,& animo, sub-
auditur dicturos fecisse.{Offensum}.i.læsum,erratum,cespita-
tum.{Eosdem illos}qui fuissent te laudaturi, si accidisset,vt vo
lumus.{Dicturos}subaudi habeto dicturos.{Cupide}ex appe-
titu.contra id,quod dixit sapienter. {Temere}.i.inconsiderate,
contra fortiter.Nam fortitudo est cõsiderata periculorũ susce- Fortitudo.
ptio,& laborum perpessio cum ratione vtilitatis: cui contraria
temeritas.{Assequi}efficere de hac reductione.{Nobis}qui su-
mus remoti.{Prope} fere. {In conspectu} ante oculos.{Nos
quidem}.q.d.quidquid tibi videatur, ego ita sentio.{Sẽtimus}
iudicamus.{Exploratum}certum. {Potiri illius regni}.s.obti-
nere illud regnum.s.Aegypti.potiri aũt est aliquid cum difficul Potior.
tate,aut desiderio assequi : vt potior amica, & Cæsar tandẽ po-
titus est Gallia.construitur autem cum ablatiuo:vt apud Virg.
lib. t.Aeneid.Egressi optata Troes potiuntur arena.& cum ge-
nitiuo : vt apud Cice.in epist.sequenti. Otium optandum est,
quod ij præstaturi videntur,qui rerum potiũtur.Iotendũ etiam
iungitur cum accusatiuo,sed in raro vsu : vt Terent.patria po-
titur commoda.& frequentius est tertiæ cooiugationis in ver-
bo excepto infinitiuo : vbi sequitur quartam,sicut etiam in par
ticipio.{Conctandum}morandum: & subauditur nos hoc sen
timus.{Non esse conandum}.i.tentandum : vt Virg.Teren.co
natus ibi collo dare brachia circũ. Est.n.conari frustra aliquid
tentare.i.experiri.vt Archelous versus in taurum conatus est Conor.
Herculem vincere.& Eunuchus conatus est mulierem compri
mere.{Non esse conandum}.quia turpius est repelli ab ince-
pto oegotio,q̃ nunquam esse aggressum.{Affirmo tibi}certissi
mum dico.{Rem istam}.i.reductionem.{Ex sentẽtia} ex pro-
posito s.tuo.i.vt tu cupis.{Fore}futurum.{Cũ redieris, ab om
nibus collaudere}quia præsentia tua faciet,vt aliqui te laudent:
qui absentem non laudassent. {Offensionem}.i.errorem.s.tuũ
in reducendo rege.i.si quid cespitaueris in reducendo rege, peri
culosum esse video, propterea q dicent te fecisse cõtra religio-
nem,& auctoritatem eorũ, qui interpretabantur Sibyllina car-
mina. {Auctoritatem} sententiam : vel potest esse endiadis:vt
sit propter auctoritatem, & religionem.i.propter auctoritatem
religionis : vel melius auctoritatẽ Catonis,& Caninij,& alio-
rum,quos superius religiosus appellanit,qui dicebant sine mul
titudine reducendum regem. {Sed ego te} oratio, in qua ego
præponitur verbo,semper grauitatem, & veritatem præse fert:
vt Virg.Aeneid.lib.4. Ego te, quæ plurima faodo Eoumerare
vales,ounquam regina negabo Promeritam. Sunt multa alia
exempla tum apud Ciceronem,tum vero apud Terentium, &
alios.{Ego te} dat consilium Lentulo : & sic adhortatur eum
ad suscipiendam prouinciam reductionis regiæ, si res videbitur
habere facultatem,vt ex sententia confici possit.ita deterret, &
dehortatur eum à dimicatione.i.ne suscipiat rem,si habuerit li-
tem, & difficultatem : ita, vt necesse sit deuenire ad dimicatio-
nem.{Redeoq; ad illud}commemoratio est exornatio rheto- Cõmemoratio.
rica : quoniam eandem sententiam sæpius repetit. {Ex consi-
lio}ex sententia.{Quòd si hæc ratio} tertium consilium, quo
possit reducere regem non offensa auctoritate senatus : vt ipse
rex sese fide obliget prouincialibus Lent. qui ei pecuniam cre-
dant,qua possit aliquos milites conscribere,& cogere, ita tñ,vt
Lentulus suis copijs eum adiubet. Dicit enim eã esse naturam
prouinciæ,quæ sit vicina Aegypto,vt si Lẽtulus velit ipsom ad-

adiuuare, omnino redeat in regnum. Si vero negligat eum adiuuare, idē fit, quasi impediat ipsum. qm̄ nisi Lentulus visus sit ei fauere, neq; Aegyptus eū recipiet, neq; ipse rex solus quidquā efficere poterit. {Cōfirmares} Stabilires. {Vel neg.} .i. nō curando .s. reditū ipsius regis. {Quid nobis pl.} Dicit se scripsisse de hac restitutione ea, quæ sibi videbātur esse faciēda. {Quòd mihi de nostro statu} Alia pars epistolæ, in qua respondet Lentulo: qui ei gratulatus fuerāt, q̄ haberet Milonē amicissimū, & omnibus cōstaret Clodiū imbecillem, & leuem hominem esse, qui nulla re offensus à Cice. ab eo tñ alienatus esset nō culpa Cic, sed q̄ videret Milonē inimicū suum familiarem Ciceroni. {De nostro statu} Qui etiā nunc aliquā auctoritatem, & dignitatē in rep. retinemus. {Leuitate} Vilitate. {Et imb.} Inconstantia. Hoc aūt dixit: quia cū fauore Cæsaris, & Crassi factus fuisset Clodius trib. pl. ea mercede, vt Ciceronem ciuitate eijceret: Pōpeio nihil audente aduersari cum hoc fecisset, restitutus postea Cicero studuit Clodium, quē habuerat infestissimum: sibi reconciliare, ne amplius eius seditionibus vexaretur: sed ille non permansit in amicitia: quia videbat Ciceronem familiariter vti Milone: quem ipse maxime sibi inimicū cognoscebat. ideo appellat eum leuem .i. contemptibilem, & nullo honore dignū & imbecillem .i. inconstantem: quia aliena culpa eum deseruit: neq;.n. apud viros graues aliena culpa nobis obest. {Gratularis} Causa mea gaudes: gratulantur enim nostri, & gratulamur alijs .i. aliorum causa: gaudemus nobis .i. causa nostra, vt idem Cic. lib. 6. Tibi gratulor, mihi gaudeo. Sed gratari est solū poetarum: gratulari vero & poetarum, & oratorum. {Non miramur} Vtitur quadam similitudine sumpta ab artifice, quæ talis est: sicut egregius artifex delectatur suis præclaris operibus, ita non miror te, qui quasi artifex me fabricasti, & fecisti, cum ab exilio reuocasti, delectari: {Tuis operibus} .i. me, qui sum opus tuum. {Quanquā est incredibilis hoīum peruersitas} Ac si dicat nō est tñ nobis tanta felicitas in nostro statu, vt omnino nobis gratulandum sit. {Peruersitas} Iniquitas, malignitas, nam peruersus dr̄, qui à bono in malum versus est. {Incredibilis} maxima, quæ vix credi possit. {Grauiore} enim verbo .i. acerbiore: vtputa si dixisset proditio, vel perfidia, vel aliud tale. {Fauēdo} Si fauissent. {In cōi causa} .i. in causa, & vtilitate reip. {Abalienarunt} Remouerunt. {Inuidendo} Dū inuiderent laudibus, & virtutibus meis, effecerunt, vt à defensione reip. alienatus sim. {Obtrectationibus} Aduersationibus, & oppugnationibus: nā obtrectare est contra recte tractantes facere, vt volunt Festus. {Diuturna} Adiuturna plus est q̄ veteri. {Sententia} Deliberatione, & iudicio, semper defendendi remp. & pluris faciendi eā, quàm salutē propriam. {Depulsio} Contra voluntatē amotos, nam depellimur à re grata, & iucunda, vt Virg.

Gratulor
Gratur
Gaudeo.

Peruersitas
Peruersus.

Obtrectatio
Obtrectare

Depulsus lacte, domiq; clauderet agnos,

{Propè} Ferè, vt ostendat se posse adhuc permanere in sententia, si illi desinant ei obtrectare, & in malā vertere, quæ pro repub. rectè, vtiliter faciat. {Nō nos quidem} Dicit Cicero se nō destitisse à snia iuuandæ reip. q̄ ignoret, & oblitus sit, quid dignitas sua postulet. sed vt etiam habeat respectum & curā vitæ suæ: quæ esset in periculo, si cōtra voluntatem istorum maleuolorum & inuidorum ageret. {Nō nos quidem} .s. scito esse depulsos {Vt} .i. quia. {Simus obliti} .i. immemores. {Nostræ dignitatis} quid dignitas nostra exigat: quæ suadet, vt remp. tueamur. {Aliquando} Tandem, ac si dicat post multa pericula. {Salutis} .i. vitæ, vt saluus esse possim. {Vtrunq;} .s. & dignitatis, & salutis haberi ratio. {Præclare} Optimè. {Grauitas} Constantia. {Consulares} Consulares dicebantur, qui aliqn̄ cōsulatum gessissent, aut etiā qui cōsulatu digni essent, vt Cicero inferius lib. 4. ad Seruium Sulpicium. Nam & Q. Maximus, qui filium consularum magnis rebus gestis amisit. {Sed tanta est in plerisq;} Sensus est, sed multi adeo sunt leues, vt potius eis displiceat splendor meus & gloria, quam adeptus sum in repub. quā constantia mea & stabilis perseuerātia eos delectet. {Leuitas} Leuitas, nō inconstantia, vt quidā male interpretantur, sed vt Gellius, & qui rectè propriè, atq; integre loquuntur, sentiūt, leuitas est, quæ à nobis vilitas dicitur, & leues, quos nos viles, & nullo honore dignos dicimus. M. T. ij Antonianarum inā cum genus quoddam sordidissimæ vitæ, atq; victus M. Antonij idē modo strature esset, q̄ in canpona delitesceret, q̄ ad vesperum perpotaret, & ore inuoluto iter faceret, ne cognosceretur. Hæc & alia huiusmodi cum dicturus esset: videte, inquit, hominis leuitatem, tanquam prorsus ista dedecora hoc vitio notarentur. ergo leuitas .i. vilitas, ignauia. {Liberius} Audentius, non timide, ingenue. {Quæ sum adeptus per te} Quia tu es causa, vt nūc sim in rep. {Sed olim} Antequam missus sum in exilium. {Prope} Ferè. {Nascenti} .i. incipienti. {Præfuisti} Fuisti, iuuisti. {Simul} .i. etiam. {Nouitati meæ} Nouos homines, vt inquit Seruius, appellamus eos, quorum nulli maiores clari sunt, sed per seipsos cum primum magistratum in rep. adepti sunt, cuius significationis exempla multa sunt apud Cice. ergo hic nouitati meæ .i. mihi homini nouo: qui per me nixus ad dignitates ascēdi, non ratione meorum maiorum. Neq;.n. omnino accedamus ijs, qui dicunt nouos homines eos esse, qui nullam adhuc dignitatem, aut magistratum gesserunt. {In te enim} Arguit, q̄ potius inuisum sit suæ virtuti, quàm nouitati: propterea q̄ si inuidissent nouitati, non inuidissent Lent. qui non est nouus: sed habuit suos maiores clarissimos: cui dicit vehementer esse inuisum, qm̄ non passi sunt eum excellere, cum posset. {In principibus} .i. inter primarios, quasi diceret inter multos. {Altius euolare} Altius ascendere: & quodammodo excellere, & esse supra alios, quasi solum. {Noluerunt} .s. homines leues, & maleuoli. {Euolare} Translatio sumpta ab auibus accommodata ad homines, & dignitates, & ad altiora ascēdentes, vt Horat. lib. 1. epist. Maiores pennas nido extendisse loqueris. {Dissimulē} .s. meæ, quia plus est lædi in salute, q̄ in dignitate, quod declarat, cum dicit. {Multum interest} .i. multū distat. {Minuatur} Non tollatur penitus: quia si etiā non fueris assecutus, quod cupis, non tñ amittis oēm laudem, & dignitatem tuam. {Deseratur} Quod plus est, q̄ minui. {Meæ} .s. fortunæ. {Tua virtute} Tua liberalitate in me restituendo præstita .i. fecisti, vt non multum possim queri de fortuna mea, quia nō passus es diutius me exulem esse. {Curasti.n.} Ratio superioris propositionis: dedisti.n. operam, vt plus laudis & gloriæ cōpararem post reditum, quā amisissem fortunam, cum exulaui. {De fortuna} De bonis fortunæ, quæ multa amiserat, dirutis etiam ædibus suis, à Clodio. {Te vero} Nunc admonet, & hortatur Lentulum, vt ita gerat prouinciam, vt ad laudem cōparatā olim in consulatu suo optime gesto addat etiam magnam administratæ prouinciæ gloriam. Id autem se cum ex officio debito, tum ex beneuolentia consulere dicit. {Incitatus} adductus, coactus. {Amore meo} erga te. {Consequare} acquiras. {Industria} solertia. {Magnitudinem animi tui} .i. magnitudinem tuam. Sed aduertendum, q̄ magnanimus, & magnanimitas solum conueniunt poetis: nā oratores dicunt magni animi, vel magno animo virum pro magnanimo, & magnitudinem animi pro magnanimitate. {Admiratus} laudaui tanquam egregiam. {Inflectas} mutes, vertas ab instituto. {Opinio} secundum Seruium est spes: vt M. Tul. ad Cæsarem: Posthac quod voles à me fieri, scribito vnicā opinionem .i. spem. Idem officiorum tertio. Opinionem afferunt populo eorum similes fore, quos sibi delegerint ad imitandum. Opinio etiam secundum Nonium Marcellum significat famā, vt Cic ad Cæsarem iuniorem lib. 1. Erat opinio bona de Plautio, bona de Lepido: ergo hic possumus intelligere pro vtroq;. {Magna opinio} .i. spes, vel fama de te, sed melius hic pro fama ponitur, vt sit sensus: multum & honorifice ab hominibus nominatis. {Commēdatio} laudatio. {Liberalitatis} .s. tuæ. {Memoria consulatus tui} .i. omnes libenter recordātur ea, quæ pro clarissima gessisti in consulatu tuo. {Hæc} à te ante gesta, & cōmendationem tuæ liberalitatis, & memoriam tui consulatus. {Expressiora} manifestiora, & veriora tractum ab imaginibus, quæ exprimunt & repræsentant eos, ad quorum similitudinem sunt factæ. {Illustriora} clariora, & excellentiora. {Aliquantulum laudis} aliqua pars laudis. {Accesserit} additū fuerit. {Ex prouincia, atq; ex imperio} qua præerat & prouinciæ, & exercitui simul. {Quam} .s. pecuniam. {Volo} cupio. {Gerere} administrare. {Quæ per exercitum} subauditur in ijs, quæ gerēda sunt administranda. {Per imperium} per magistratū .i. per proconsulatum tuū. {Meditere} meditari significat discere excogitare, & exercere, vnde meditatio militaris .i. exercitatio. vi hic esse expositio, vel potius interpretatio, qm̄ non iterat idē verbum, sed mutat id, quod positum est alio verbo, quod idem valet, nam hæc verba omnia hic posita ad idem ferè significatum referuntur. {Meditere} in animo proponas, excogites. {Senatus} .i. iudices. {Quin} vt non. {Adeptus} tu adeptus, & consecutus .i. postq̄ fueris adeptus. {Summum gradum} summum statum, vt præsis alijs. {Mea cohortatio} admonitio: sed vt vitaret arrogātiam maluit appellare cohortationem. {Inanis} vacua, sine pondere. {Sine causa} .i. sine aliquo iusto respectu. {Illa ratio} ille respectus. {Mouit me} vt putarem te admonendum .i. suasi mihi, vt te admonerem ex ijs, quæ vtriq; nostrum euenerunt: vt considerares posthac, quibus credendū, & quibus non

Consulares

Leuitas
Leuis.

Noui homines.

Magnanimus
Magnanimitas.
Opinio.

Meditor
Meditatio
Militaris.

credendum esset. {Euentus} Dicimus & euenta in neutro genere, pro ijs, quæ casu aut fortuna nobis eueniũt, tam mala, quàm bona, licet Donatus in Ecyra Terentij dicat, Euentus esse tantum de rebus bonis. {In omni reliqua vita} .i. in tota vita, quæ tibi superest. {Quos caneres} Quos vitares. {Crederes} Fideres. nam credere significat fidere. vt Virg. in Buc.

Euentus. Euenta. Credo.

O formose puer nimium ne crede colori.

{Quòd scribis} Alia pars epistolæ responsiua de statu reip. præcipueq; de Cæsare, qui tunc erat in Gallia, cui de prorogando imperio in aliud quinquennium, & decernendo stipendio agebatur in senatu: de qua re erant variæ sententiæ. Alij .n. dicebant mittendum esse, qui ei succederet: alij indignum esse aliũ mitti: qui tam tot gentibus victis Cæsarianæ laudis gloriã intercipperet. Itaq; cum ille auctore Plut. rebus Galliæ optimè dispositis in Cisalpinam traiecisset: clarissimi, & amplissimæ auctoritatis viri complures Lucam ad eum euenerũt Pompeius, Crassus, & Sardiniæ prætor Appius, & Nepos Hispaniæ procõsul: ita vt lictores cẽtum, & viginti senatorij ordinis circiter ducentos fuerint. hic consilio constituto decreuerunt Crassum, ac Pomp. designare consules, oportere pecunias Cæsari suppeditari, & belli administrationem in aliud quinquennium prorogari. Quæ res à prudentibus iniquissima iudicabatur. Hæc Plut. Itaq; Cice. nunc dicit. {Summa dissensio} .i. sententiarum varietas. {Cõtentio} Certatio. {Dispar} Propter id, quod subdit. {Nam qui plus opibus} Sensus est: qui .n. sunt ditiores, & poteotiores, tantum perfecisse videntur, quia habuerunt stultos, & inconstantes aduersarios, vt sicut plus valent opibus, ita etiã plus valeant auctoritate .i. plus credatur quidquid senserint, & suaserint. {Stultitia} Quasi dicat nulla alia ratione, nisi quia aduersarij, qui contra Cæsarem sentiunt, ita sunt stulti, vt nesciant tueri causam suam, & inconstantes, quod in eo, quod semel pro rep. senserint, perseuerare non possint. Ideoq; dicit Cicero Stultitia, & inconstantia, non iustitia, aut honestate causæ, sed quia non habet, qui aut sciant, aut velint resistere. {Auctoritate} Fide, & grauitate sententiarum. {Paucis aduersantibus} Id est, repugnantibus, quia pauci erant, qui auderent contra Crassum, Põp. & reliquos viros magnæ auctoritatis sentire. Et quãuis ipse Cicero hic dicat sibi non probari, quæ de Cæsare erant decreta, tamen in oratione, quam habuit de prouincijs consularibus, longe aliter dicit: vbi ostendit se sensisse prouinciã Galliam iterum Cæsari decernendam, & decem legatos, & tandem se in gratiam Cæsaris propter reip. vtilitatem redijsse. Ita aliter loquitur in epistola apud amicum, aliter in oratione apud senatum. {Sunt consecuti} .i. obtinuerunt. {Per senatum} Senatu cõcedente. {Quod ne per populum quidem} Quia facilius, concedit populus, qui minus intelligit, quàm senatus, quasi dicat plus obtinuerunt, quàm sperabant, quia quod vix à populo, qui minus considerat, se imperaturos sine seditione sperabant, impetrauerunt etiam à senatu, qui solet maturius deliberare. {Nam & stipendium} Dicit quid assecuti sint: vt stipendium .i. pecuniæ suppeditarẽtur Cæsari. {Et decem legati} Quos Cæs. petiuerat sibi dari. {Perfectum est} Obtentum, & impetratum est. {Ne succederetur} Cæs. in Gallia. {Lege Sempronia} Qua non licebat esse vltra id tempus, quod prius fuisset cõstitutum. nam Cæsar missus fuerat in Galliam tantummodo per vnum quinquennium, quo finito lege Sempronia constituebatur ei successor, qui ne ei mitteretur, perfectum est ab amicis Cæsaris, quia pauci resistebant eis. {Non delectat me} Nõ placet mihi. {Scribo tamen} Philosophicum consilium magis ex schola Peripateticorum, quàm Stoicorum, qui solam virtutem, & honestatem per se solam appetẽdam volunt, Peripatetici aũt etiam propter aliud. Dicit igitur, & quãuis scribat breuiter, scribit tamen, vt admoneat ipsum Lent. id quod quamuis fuerit deditus omnibus literis à pueritia, tamen magis experientia, quàm discendo didicit, vt donec res eius sunt integræ, & immutatæ, & in solito statu, discat non esse quærendam salutem, & vitã, quæ sit futura sine dignitate, neq; etiam quærendam dignitatẽ cum periculo salutis. Itaq; consuluit, vt vtriusq; habeatur ratio propter vtranq;. {Experiendo} Re ipsa probando. & ita dat maiorem fidem consilio suo, quoniam res experientia cognitæ certiores sunt, quàm quas ex libris discimus: experientia enim, vt vulgo dr̃, facit artem. {Quod ipse deditus} Subauditur quamuis deditus. {Rebus integris} In pristino statu manẽtibus. {Habendam rationem} Habẽdum respectum & curam. {Salutis sine dignitate} Quæ enim vita esse potest, quæ sit sine dignitate? {Neq; dignitatis sine salute} Quid .n. prodest summis fungi dignitatibus sine incolumitate & salute? Monet igitur, vt curet

Experientia.

dignitatem, sed tamen ne ad eam ita cõtendat, vt salutem suam in discrimen, & manifestum periculum cõijciat, aut agendo, aut sentiendo cõtra potentiores, quemadmodum ipse Cic. ante fecerat contra Crassum, & Cæsa. & Clodium. {Quòd mihi de filia} Duobus generis collocauit Cic. filiam suam Tulliam. Primum Pisoni Crassipedi, qui parum cũ ea vixit: post eius mortem tradita est Dolabellæ, eo tempore, quo Cic. præerat Ciliciæ, vt infra epistola Cic. cognoscemus. Nunc autem respondet Lentulo, qui gratulans fuerat eidẽ matrimonio filiæ & Crassipedis: quod dicit ex humanitate Lentuli fieri. {Et opto} A dijs peto, quorum beneficio hoc consequi possum, vt hæc coniunctio, & affinitas mihi sit futura voluptati. {Lẽtulum nostrum} More amicorum loquitur, nam filium Lentuli suum dicit. erat hic Lentulus adolescens Lentuli filius, quem vt instituat, tum artibus liberalibus, sicut cœpit, tum vero multo magis exẽplo, & imitationi sui hortatur. {Artibus liberalibus studuisti} Operã dedisti. {Nulla disciplina} Nulla eruditio & institutio. {Præstantior} Melior, excellentior. {Hac} Quam ex imitatione tui acceperit, vt .n. mala exempla domestica ad corrumpendos animos valent, magnis cum subeant animos auctoribus, vt inquit Iuuen. ita probitates, & bona exempla parentum, & seniorum maxime instituunt adolescentiam. {Quem nos} Dicit hũc adolescentem à se duplici de causa amari, & quia est filius dignus tali patre, & qui ab eo & diligitur, & semper dilectus est. æquum est .n. vt à quibus amamur, eosdem redamemus. {Filius dignus te} Bono ingenio, bonisq; moribus, sicut tu es.

LEGI tuas literas, &c. {Respondens epistolæ Lent. dicit se merito, & lubenter de rebus Lent. ad eũ scribere, pollicetur q; se nullum certum nuncium prætermissurum, cum incerto credere tales literas non sit tutum, quin ei ad Lent. literas det. Reijcit deinde culpã, qua Lẽt. vota dilata, ac impedita sunt, in quorundam perfidiam. Tum laudat, quod ad Pomp. humanè scripserat. Tum de rege reducendo consilium suum aperit. Tũ perfidiam quorundã detestatur, & tandẽ Lent. ad virtutem accendit. Est aũt longa, & ita accurate scripta epistola. Ordo est. Ego ò Lent. legi literas tuas, quibus scribis ad me, gratũ esse tibi, quod certior fias crebro per me de omnibus rebus, & sup. quod perspicias .i. agnoscas facile, beneuolentiã meam erga te. Quorum alterum .s. vt diligam plurimum te: necesse est mihi facere, si volo esse is .i. talis. quem .i. qualem, tu voluisti me esse: alterum .s. vt certiorẽ faciam, facio libenter, vt quoniam nos sumus disiuncti, interuallo .i. interstitio, & distãtia locorũ, & tẽporum: nõ quod sint diuersis tpibus, sed quod nõ vno tpe eadem audire & videre possunt, ego colloquar quàm sæpissimè tecũ per literas. Quod .s. me colloqui tecũ per literas, si fiet rarius, quàm expectabis, id erit causæ, quod meæ literæ non sunt eius generis, vt audeam cõmittere .i. credere, & dare tabellarijs eas temere .i. inconsiderate. Quoties potestas .i. facultas certorum hominũ erit mihi, quibus dem .i. cõmittam: recte .i. sine periculo, nõ prætermittam sup. ad te dare. Quòd tu vis scire, qua fide .i. fidelitate, & volũtate sit quisq; in .i. erga, & aduersum te · est difficile dictu .i. vt dicatur de singulis. Ego audeo scribere ad te illud vnũ, quod significaui antea sæpe tibi, nunc quoq; .i. etiam nunc, re perspecta, & cognita, quosdam homines, & maxime eos, qui & debuerunt maxime, & potuerunt plurimũ iuuare te, inuidisse vehementer dignitati tuæ, & simillimam rationẽ tui tẽporis nunc .i. quod nunc est, & nostri temporis quondam fuisse in re dissimili, quia in dignitate tua, & in salute mea, vt sup. .ij. quos tu læseras causa reip. oppugnarent te palam, & illi, quorum defenderas auctoritatem, dignitatẽ, & voluntatẽ, nõ essent tam .i. tantũ memores virtutis tuæ, quàm .i. quantum essent inimici laudis .s. tuæ. Quo quidem tpe, vt perscripsi aut scripsi antea ad te, ego cognoui Hortensium percupidum tui .s. iuuandi, & Lucullum studiosum tui. Aũt .i. sed, ego cognoui ex magistratibus .i. qui tunc magistratu fungebantur, Lucium Rutiliũ & fide, & animo singulari supple in te. Et si quis dicat, quid de tua fide, & animo in Lent. sentis Cicero? nunquid minus singulari fide, aut animo in eum es, aut fuisti, quàm Rutilius? Respondet quasi tacitæ obiectioni, ac si dicat, dixi, Rutilium singulari. Nam nostra propugnatio .i. concertatio pro te, ac defensio .i. protectio dignitatis tuæ, videatur fortasse plerisq; habere maiorẽ auctoritatem officij .s. debiti persoluti, quàm sniæ .s. vero iudicio ad te latæ, propter magnitudinem beneficij tui. Hoc est, quia oẽs noluerunt me tibi plurimũ debere, eo quod te referente ab exilio reuocatus sum: minus creditum est mihi de te præclara prædicãti, & pollicẽti. putatum est enim à plerisq; me id facere, non quia de te ita sentirem, sed quia tibi plurimũ deberem. quã sniam etiã supra in-

ASCEN.

seruit. Praeterea quidem. Ordo est. Quidem.i.certe: praeterea.i. insuper, ac praeter iam dictos: ego nemini.i.nó alicui nõ possum esse testis alicui, aor studij, aut officij, aut animi amici erga te. Etenim.i.quia certe tu scis Póp. qui soler cõmunicare.i.familiariter loqui mecũ de te sæpissime, nõ solum prooocatus.i.excitatus prius adhoc à me: sed etiã sua spoote.i.à nullo prouocatus. scis, inquam, Póp. nõ sæpe fuisse in senatu illis téporibus.s. quibus de tua causa agitatũ est. & ita tacite Póp. purgat. Cui.s. Pomp. quidem.i.certe literæ tuæ, quas miseras proxime, quod dicunt vltimate, fuerunt periucundæ: quod.i.quã ré, ego intellexerim facile. Quidẽ.i.certè: vt de Póp. taceã: humanitas, vel potius summa sapientia tua visa est mihi non solũ iucunda, sed etiã admirabilis.i.digna admiratione. Enim.i.quia tu retinuisti.s.io amicitia: illa epistola.s.quã proxime ad eũ dedisti: virũ excellentẽ. & deuinctũ.i.obligatũ tibi tua præstanti liberalitate in eum, suspicantẽ nõnihil, immo multum, te alienatũ.i.alienũ factum, & auersum ab se, pp opinionẽ aliquorum, cupiditatis suæ.i.quã quidam habuerunt de cupiditate sua reducendi regis, Qui.s. Póp. cũ.s. ita sit, q visus est mihi semper fauere laudi tuæ, etiã ipso suspiciosissimo tpe Caniniano.i.cũ Caninius, & Catorem ad populũ referri volebãt, eo q patres cõscripti tibi fauere videbantur: tum vero.i tunc præcipue, & quasi ad verum: lectis literis tuis.i postq̃ legerat literas tuas. ipse Pop. perspectus est à me cogitare toto aio de te, ac de ornamentis, ac cõmodis tuis.i. qũo te aut ornare, aut cõmodo aliquo afficere possit. Qoare habeto.i.teneto sic ea, quæ scribã, q.d. ex consilio vtriusq;: vt pote me scribere ad te de sñia illius.s. Pomp. atq; auctoritate. re sæpe cõmunicata cũ illo. Q́m nullũ senatusc. extar, quo reductio regis Alexandrini sit adepta tibi, & ea auctoritas, quæ scripta est de ea.s. reductione, vt nequis oino reduceret: cui.s. auctoritati scis, intercessum esse.i. quosdã se opposuisse, & ita nõ est præscripta, nec ratificata. habet tantã vim, q.d ferè nullã, vt pote tantummodo eã: vt videatur magis esse studiũ hominũ iratorum, qui rectè cõsulere nequeunt. (quia impedit ira animũ, ne possit cernere verum) q̃ consilium sen. constantis.i. firmi, & ratione consultantis. Et habeto te, qui teneas Ciliciã, & Cyprũ prouincias, posse perspicere, quid possis efficere.s. io reducendo regem, & quid.s. emolumenti possis consequi.i. obtinere. Et perspicere posse, si res. negotiũ hoc videatur habere facultatẽ, vt possis tenere.i. possidere, tanq̃ prouincias, aut prouinciæ partes: Alexandriam, regiam regum Aegypti. Atq; Aegyptũ.s. reliqua id sup. esse dignitatis, &.i. simul tuæ: &.i. simul imperij nostri.i. Romani, hoc est pertinere ad dignitatẽ tuã, & totius imperij, te proficisci.i. vt proficiscaris Alexandriam: cum classe, atq; exercitu. & hoc rege collocato Ptolemaide.i. in ea vrbe Pentapoleos inter Aegyptum, & Africã, olim Barce dicta: aut aliquo.s. alio loco propinquo: vt cum.i. postq̃ firmaueris eam.s. Alexandriam pace.i. cõcordia cũ rege, & præsidijs.i. militibus tuis ad tutelã vrbis, & vt in fide seruetur. (est.n. præsidiũ, quod gallice dr̃ guarnison) Ptolemæus redeat in regnũ: ita fore.i. futurũ esse: repete, te perspicere: vt.s. Ptolemæus restituatur per te, quẽadmodum senatus ex sñia Hortensij censuit initio, & reducatur sine multitudine.i. sine exercitu, saltẽ tunc, cũ restitueretur præsente: vnde callida perspicitur religionis interpretatio: quemadmodum homines religiosi: Archaismos est.i. amara irrisio.i. qui se fingunt religione victos ita sentire: dixerunt placere Sibyllæ.i. cõsilio Sibyllino, quod in prænotamentis recitauimus. Sed hæc sententia.i. hoc cõsiliũ probabatur sic.i. eatenus illi.s. Pomp. & nobis.i. mihi: vt videremus hoies existimaturos.i. iudicaturos de tuo cõsilio ex euentu.i. sm quod euenerit, & exitũ habuerit inceptum tuũ. Si.s. inceptum tuum, cecidisset.i. euenisset: vt volumus.s. euenire, & optamus, videremus oẽs dicturos te fecisse, & fortiter & sapienter. sin aliquid esset offensum.i. peccatũ per te in eo conatu, eosdẽ illos dicturos esse te fecisse & cupide.i. ambitiose, & temere.i. insipiẽter, ac imprudenter. Quare.i. quãobrẽ: non tã facile est iudicare nobis.i. Pomp. & mihi, q̃ tibi, in cuius prope.i. quasi: cõspectu est Aegyptus: quid possis assequi.s. an laudem, an vituperationẽ populi. Id quidem, &c. hoc alij sic distinguunt, vt particula id adhæreat superiori, & legatur: Nos qui idẽ, alij coniungunt sic, Nos quidẽ sentimus id hoc.s. modo aut loco, si sit tibi exploratũ i. cõpertum, & certum teneas: tracta metaphora ab exploratoribus viarũ tpe belli: te posse potiri illius regni. sup. imperio, sed sicut nõ addimus ablatiuum, cũ dicimus potior rerũ, ita nec additur nunc genitiuo regni, quod Vallæ annotandum erat: qui de rerũ tñ mentionẽ facit, nõ esse cunctandum.i. immorandũ tibi, si sit dubiũ.s. vtrũ possis potiri regni, nõ esse conandũ.i. frustra annitẽdũ. Nam conamur ferè in vanũ, ac frustra. Ego affirmo tibi illud, si gesseris rem istã ex sñia.i. vt scotis.i. ex voluntate tua cũ prospero euentu. fore.i. futurum esse: vt tu absens.i. tantisper dũ aberis, collandere à multis: cũ redieris sup. collaudere ab omnibus. Offensione, &c. Ordo est. Ego video offensionẽ.i. errorẽ & peccatũ in tali causa, de qua iam locutus est: esse periculosam, pp auctoritatẽ.s. senatus interpositã.i. quæ intercessit, cauẽs nequid temere agatur, & pp regione.i. metũ, quẽ incusserũt libri Sibyllini. Sed vt ego adhortor te ad certã laudem.s. si sine offensione rẽ peregeris, sic deterreo sup. te à dimicatione.i. cõcertatione dubia.i. à dubiæ laudis conamine, q.d. nõ ausim penitus consulere, cũ sit res periculosa, sed tñ indicare, quid fructus consequare, si rem prospere gesseris, & monere volui. Et redeo ad id.i. ad narrationẽ illius, quod scripsi i oitio: hoies esse facturos iudiciũ totius facti tui.i. de toto facto tuo, non tã ex cõsilio tuo, q̃ ex euẽtu. Quale iudicium ægre fereos Phyllis Ouidiana dicit, Exitus acta probat.i. dicis mihi, q exitus acta probat.i. q ex euentu res prudenter, aut imprudenter suscepta cẽsebitur? Careat successibus opto, Quisq; ab euentu facta notanda putat, q.d. nunq̃ felicẽ habeat exitum rei, qui ab euentu prudentẽ incipientẽ iudicat. Nã sæpe per infortuniũ res prudenter incepta infelicẽ habet exitum, & contra per fortunæ applausum res temere incepta feliciter finiẽ. Sed, vt hic Cic. innuit, populus ferè fortunã sequitur, & id prudẽter inceptũ putat, quod feliciter euenit: q si hæc ratio.i. formæ rei gerendæ.s. quam modo adduxit, videbitur tibi periculosa: illud placebat.s. mihi hæc monenti: vt si rex præstitisset fidẽ suam.i. exhibuisset promissionem de restituendis sibi creditis amicis tuis, qui credidissent ei pecunias, per puinciã imperij tui, & adiuuares eũ auxilijs tuis, & copijs, placebat aũt dico eã esse naturam & rõnem prouinciæ tuæ, vt vel cõfirmares reditũ illius, adiuuando.s. eom: vel impedires negligendo, hoc est, si senseris, q per pecuniã à prouincialibus tuis mutuo datã restituendus sit tuo consilio, quod prouinciales nimirũ sequantur, aut reducetur, aut negligetur rex, penes te ergo est eius reductio. Tu perspicies facillime, & optimè in hac rõne, quid res ferat.i. afferat.s. momenti, quid causa ferat, quid tẽpus ferat. Ego putaui oportere te scire potissimũ ex me quid placear nobis. Vbi notet puer in prima psona licere modo singulariter, modo pluraliter, modo mistim de vno loqui, vt hoc loco, me & nobis & in sequenti particula. Quòd mihi de nostro statu, &c. Nos minime.i. nequaquam miramur: q tu gratularis mihi de statu nostro.s. prospero, vtpote de familiaritate Milonis. quem cõtra Clodij amicos Cic. postea defendit, de leuitate.i. incõstantia, & imbecillitate.i. impotentia animi, præsertim Clodij, minime, ioquam, mirabar te, vt egregiũ artificem lætari tuis præclaris operibus, q.d. Per te enim Miloni conciliatus sum, & per te cũ sim vrbi restitutus, & Miloni carus, Clodio sum inuisus. Quanq̃.i. tametsi peruersitas hominũ.s. quorundã, vt Clodij, & Cæs. est incredibilis.i. tã magna, vt vix credi possit: dicit peruersitas, enim.i. quia non libet vti verbo grauiore.i. molestiore, & acerbiore, quale esset, si dixisset perfidia, immanitas, pernicies, &c. nã peruersus dr̃, quia bono in malũ est versus & inclinatus, etiam si mali adhuc nihil egerit, qui.s. homines peruersi, ab alienauerũt.s. à se inuidẽdo.i. per inuidiã, sup. eos, quos potuerunt retinere.s. in amicitia, fauẽdo.s. eis, in causa cõi.i. reip. vtilitate, vt in depressione cõiuratorum in patriã Quorũ.s. hoiom obtrectationibus.i paruis, vtpote à recta via, retractionibus & obstaculis, maleuolentissimis.i. ex summa maleuolentia ortis scito nos esse prope.i. quasi depulsos, iam à vetere illa diuturna sñia nostra.s. qua decreuimus cõtra omoiũ maleuolentiã. Remp. quacunq; ratione possemus semper iuuare. Loquitur aũt de se vno, licet, dicat nos. Nos quidem scito nõ ab ea sñia depulsos esse, vt.i. velori simus obliti nostræ dignitatis, sed vt habeamus aliqñ.i. tandẽ rationẽ salutis.i. vt cõsulamus saluti nostræ: nã cum prius ob studiũ in remp. sit in exiliũ actus, veretur, si pergat, capite puniri. Vtrunq;.s. habere rationem & dignitatis, & salutis, aut vtrunq;.i. & nuper, & nunc remp. iuuare cõtra maleuolos, poterat, sup. fieri præclare, si fides, si grauitas.i. cõstantia esset in hominibus cõsularibus.i. qui consules fuerunt, sed tãta leuitas.i. incõstantia, & ad perfidiã facilitas, est io plerisq;, vt cõstantia nostra in remp. nõ delectet eos tam.i. tãtopere, q.i. quantũ splẽdor.s. noster offendat.i. lædat, & cruciet eos, quod ego scribo eo liberius ad te, qui, aut q præfuisti nõ solũ ijs tẽporibus.s. felicibus, quæ sum adeptus per te, sed etiã præfuisti olim nostræ laudi, dignitati, & virtuti, ppẽ.i. quasi nascẽti. Simul.i. sit eo, q video.i. considero nõ esse inuisum nouitati.i. ignobilitati meæ. Est.n. nouus homo, qui primus in domo sua magistratum gerit, vt Cic. cõsulatũ, vt putabã antehac.

Enim

Enim.i.quia ego perspexi similia tritie inuidiorū in te homine nobilissimo omniū,quē tñ.s.te, illi.s.inuidi passi sunt facile esse in principibus.i.numero principū vrbis, noluerunt certe euolare.i.celeriter prouehi altius.Gaudeo fortunā tuam,licet aduersam,fuisse dissimilē.s.meæ . multū.n. interest.i.differt utrū laus minuatur vt tua,an salus deseratur vt olim mea,ne tñ pœniteret nimis meæ.i.fortunæ,perfectū est virtute tua. Enim.i. quia, tu curasti,vt plus esset additum.i. adiectum ad memoriam nominis nostri,quam uideretur ademptum.i ablatum de fortuna quia quasi totius Italiæ humeris in vrbem reductus est,Lentulo de eius reductione referente. Vero.i.sed,ego incitatus tum.i. pariter beneficijs tuis,tū.i.pariter amore meo, vt consequare.i. consequaris omni cura atq; industria omnem gloriā, ad quam fuisti inflammatus à pueritia,& ne flectas unquā iniuria.i.propter injuriam cuiusquam magnitudinem animi tui,quam ego admiratus sum semper,& amaui semper. Magna opinio.i. æstimatio hominum est de te,magna cōmendatio.i.collaudatio liberalitatis.s.tuæ, & sup.magna memoria consulatus tui.s. quē tam splendide gessisti:tu profecto vides, quanto expressiora .i. euidentiora,& quāto illustriora.i.clariora sint hæc futura:cū i. postquam aliquantulū laudis accesserit.i.additum sit, aut aduenerit,ex prouincia atq; ex imperio s. quod in prouincia geris . Qnanquam ego volo te gerere ea,quæ gerenda sunt per exercitum atq; imperium,ita vt meditere.i.animo exerceas, & geras hæc multo ante.s.q̄ geras opere ipso vt pares te huc.i.adhęc gerenda,vt cogites hæc, vt exerceas te ad hæc, & sentias id, quod quia sperasti semper,nō dubito quin intelligas adeptus.i. cū sis adeptus,vtpote,te posse facillime obtinere summum atq; altissimum gradum ciuitatis.s.Romanæ.Quæ quidem cohortatio mea ne uideretur tibi inanis,aut suscepta.s.à me,sine causa,illa ratio mouet me, vt putarē te admonendū ex cōmunibus euentis nostris.i.quæ utriq; nostrum euenerunt , vt considerares in omni vita reliqua,quibus.s.hominibus crederes.i.credere deberes,& quos caueres.i.cauere deberes . Sūma dissensio est.s.inter consulares viros,sed contentio.i.certamen est dispar.i.dispariū virium. Nam sup ij,qui plus valent opibus.i.diuitijs, armis, & potentia.s.clientū , & fauore vñr mihi perfecisse tm̃ stultitia & inconstantia.i.propter stultitiā,& inconstantiā aduersariorum, vt etiā ualerēt iam plus auctoritate.Itaq;.i.& ita paucis aduersantibus.i.cum pauci obstent,ipsi consecuti sunt per senatū.i.senatu approbante,omnia,quę ne quidē.i.nō iam, aut non saltē arbitrabantur assequi per populum sine seditione. Nam & stipēdium decretū est Cæsari.i. pro exercitu eius, & decē legati.s. qui cum eo proficiscantur in Galliā,& profectum est.i.impetratum per decretum , ne succederetur.s.Cæsari antequā bellum cōfecerit lege Sempronia , quæ erat lata,ne vltra certū tempus quis in prouincia imperium haberet, sed eo finito illi successor mitteretur. hæc nunc sibi displicere innuit Cic. quia sic Lentulo placere putat,in oratione tñ de prouincijs cons. aliter sentit hæc eadē probans cū ē rep.tunc esse putaret. Quod.i.quā rem ego scribo ad te breuius.s.q̄ facerem,ꝙ hic status reip. delectat me.scribo tñ, vt admoneā te id,quod ego deditus.i.penitus addictus pueritia omnibus literis.i.disciplinis , cognoui tñ magis experiendo,q̄ discendo.s.ē libris rerū gestarū aut disciplinæ militaris,vt discas rebus tuis integris.i.tātisper dū integræ sunt,& saluæ,neq; rationē.i.curam,& respectum salutis nostræ hn̄dam esse.i.haberi debere,sine dignitate, neque dignitatis sine salute, hoc est ne tm̃ nitamur dignitatem nostrā tueri,vt vitā amittamus,nec vitam,vt dignitate careamus:nā melius est mori,q̄ cū dedecore amissa dignitate viuere. Vnde Iuuen.Summum crede nefas animam præferre pudori, Et propter uitā uiuendi perdere caussas Quòd tu gratularis mihi.i.mihi rē lætam euenisse:tibi iucundū esse contendis,de filia.s.Tullia & Crassipede.s. Pisone,eius marito,& Cic.genero,duobus enim nupsit Tullia Cic. prius pisoni Crassipedi,qui cū parum uixit, deinde Dolabellæ, cū Cic.{quā Lentulus nunc regit Ciliciā } regeret prouinciā i agnosco.s.io ea gratulatione humanitatē.i.clementiā,& beneuolentiam tuā.Et spero,& opto,quod in plus se extendit.Speramus.n.tm̃, quæ meritis nostris , aut certis rationibus assequi possumus.Optamus quæcunq; nobis commodo forent. Vnde Aen.7.Tur̃ ne qd optanti diuū promittere nemo Auderet &c. Et ita sperare nō posset,licet optaret,vnde hoc loco ducendum uidetur,& opto & spero. Nā plus est sperare,q̄ optare,licet plures optent,q̄ sperent,& plura optemus,q̄ speremus,Hanc coniunctionem.s.coniugalē,fore.i.futuram esse nobis uoluptati.Et quia de filia gratulatus erat Lentulus , memor filij eius nomine paterno uocati,dicit.O Lentule fac erudias Lentulū nostrū idest filiū tuum,etiā mihi quasi paterna caritatē dilectū, adolescentē eximia spe summæ virtutis,id est, in quo est eximia spes de summa uirtute.s.futura,hæc est vera lectio;quā etiam Valla nō diffitetur,sed ordinē non intellexit,nam nō probauit diuersos casus ad unum referri,quapropter multi legunt summa virtute,quod multis non placet,nō.n.vero simile sit in adolescente summā esse uirtutē,ideo genitiuus summæ virtutis non construitur cū nomine adolescentē,sed cū noīe spe.fac inquam erudias eū,cū.s ita sit,quod ceteris artibus, quibus ipse.i. tu studuisti semper,tum.i.tunc, in primis.i.præcipue, imitatione tui i.vt talem patrem imitetur. Nulla enim disciplina erit præstantior hoc scilicet facto, & ita potius legam, quàm,vt alij dicunt hac. Nō enim in imitatione paterna uidetur disciplina, sed factum, ac opus . Præterea si maxime censeret disciplinam esse in imitatione patris , videretur Cic. dicturus fuisse istac .s. tua disciplina,qua te imitari eum docebis: potuisset tamen hæc dixisse, scilicet,quæ tibi significo: ceterum hoc quiddam urgentius habet,Quem.s.Lent. filium tuum,nos amamus in primis.i.inter primos , & habemus carum, &.i.simul quia tuus est filius, &.i. simul quia filius est dignus te.i.tali,ac tam præstanti patre, &.i. simul,quia diligit nos,& dilexit nos semper.s.dum per ætatem potuit . Pulchre obseruat elegantiam vt quod minus est,videlicet diligere , puero det, quod maius, sibi, vnde non congruit summa virtute eum dixisse .

LEgi tuas literas } Lentuli literis rñsurus Cic.ostendit in eo,quod & crebriores literas miserit, & magnæ semper beneuolentiæ argumēta dederit,iure id à se amoris, gratiq; erga illū animi testificatione factū. Tum quæ hominum volūtas,quæ fides sit,quantū inuidorū, quantū dissimulatorū, apertissime docet . Quo Horten.& Luc.ex consularibus animo,quo ceteri. Quo ex magistratibus Racilius,quo deniq; Pomp.quem fautorem auditoremq; ad omnia fore pollicetur. Sed & quid de regia restōne,ex sua Pompeijq; snia tentandum existimet,consiliū dans,ita admonet, vt ex euentu restitutionē illi,aut multū infamiæ, aut multū laudis allaturā putet . In eo vero quod de familiaritate Milonis,de Clodij imbecillitate sibi gratuletur,nihil sese admirari,si ipse,vt optimus artifex,suis potissimū operibus delectetur.vtcunq; tñ sit,incredibilē esse quorundam improbitatē,qui se de pristina sua voluntate,non tā vt dignitatis oblitus uideatur suæ,q̄ vt & salutis rationē aliquādo habeat,depulerint, qui sanè eundē animū in ipsius oppugnāda dignitate,quē in salute sua,dissimili tñ in re,declararint. Hortatur demū illū ad hæc forti animo & erecto despiciēda : cōtra, ad omnē gloriā cōsequendā,qualis reip.status sit,edocet,simulque in eo,quod de filiæ nuptijs sibi gratuletur,humanitatē laudans,vt filiū suū cum alijs bonis artibus,tū præcipue sui imitatione erudiat,rogat,quē à se mirabiliter amari fateatur . { Propugnatio & def. } Nomina huiuscemodi notæ maximè Cic.in epist.vsurpari solent. { Scis nō sæpe fuis.i sen. } Videtur tēpus id innuere, quo Pomp.ducta Cornelia,quæ P.Crasso Marci filio à Parthis interēpto despōsata fuerat,in otio degeret procul ab vrbis molestijs,in hortis,& amœnioribus Italiæ locis frequēs, nō sine aliqua sua infamia, ꝙ cū resp.seditionibus agitaretur,ipse uxori vacās.reip.curā abiecisset. { Ciliciā } Asiatica hæc regio duplex,vna Thebaica, altera Lyrnessia, quæ iterū sic diuiditur vt quædā Trachea,quædā Campestris dicatur. Trachea maritima tota,& Tauro ferme mōte circūuallata:Cāpestris à Pōpeopoli & Tarso fecūda admodū est,& plana. { Cyprū } Maris Pamphylij insula,Cerastis qñque à promontoriorū copia dicta,nouem olim regnorū sedes,& Acamantis,& Amathusia,& Macaria,& Sphecia,Stephano:à Plin.Aspelia,& Meionis, quā Astynomus Crypton,ἀπὸ τοῦ κρύπτειν,ꝙ.s.frequēter aquis inundaretur,putat prius dictā,quamuis alij à Cypro Cyniræ filio malint. Hæc primo tyrānis subiecta,mox Persis,inde ad Ptolemaicos reges imperiū trāsijt, adempta mox Ptolemæo Cleopatræ patruo, P.Claudij Pulchri tribus.pl.rogatione,qui iniquo tulerat animo , exiguum admodum pretium pro sui redemptione à rege missum , cum prius rex sibi uiolentas manus intulisset,pretoria prouincia M.Catonis opera facta est, qui ex regia gaza maximam pecuniæ uim Romam transuexit. Plin.Strab, Steph.Eustathius. { Alexandriam } Ciuitas longe clarissima ab Alexandro conditore nomen sortita, ac per excellentiam ciuitas dicta.Duodeuiginti hoc nomine cēsentur vrbes auct.Steph. { Ptolemaide } Phœniciæ oppidum satis celebre, Ace prius nuncupata,quoniā Græci ἄκος,medicamentū dicunt. Acem autem Claud. Iulius, qui phœniciam cōscripsit,hinc dictam putat, ꝙ cum Hercules laboraret vlceribus, quæ ex hydræ ueneno contraxerat,

IO. BAP. AGN.

traxerat, oraculo Delphico cõsulto responsum tulit, post longam illũ peregrinationem cõualitura, mcum primũ ad flumen peruenisset, in cuius ripis hydræ per quã similis herba nascere-tur. Tandem cũ in Phœniciã peruenisset, & fluuiũ inuenisset, animaduertit herbã hydræ persimilem esse à capitum multiplicitate: quotcunq; enim cæderet, totidem enascebantur. Colasaton autem herbæ nomen, cuius succo {qui cãdidus emittitur} sanatus, nomen vrbi dedit. Sed & altera Pãphyliæ est, & altera Aegypti Thebaicæ regionis Græco ritu vtens. De Phœnice autem Cic. omnino sentit. {Si res} Locus mendosus, atq; ita restituendus: Si rex amicis tuis, qui per prouinciã imperij tui pecunias ei credidissent, fidem suam præstitisset, & auxilijs eũ &c. {Leuitate & imbecillitate Clodij} Leuitas hæc & imbecillitas Clodiana ea est, de qua Cic. ad Att. 4. Quòd cum Catuli porticum, quæ iam ad tectum locatione cons. peruenerat, disturbasset, cum Q. F. primo lapidum coniectu fracta, deinde coniectis ignibus inflamata fuisset domus, uisa est ea res bonis omoibus per iniqua, & noua. Quare post hunc furorem, cũ iam omnibus se odio esse animaduerteret, seque ad supplicium cunctorum vocibus exposci, desertus ab omnibus seruos ad libertatẽ vocauit: Cic. penè in sacra via confecit: domum Cic. Milonisque postea expugnare, & incendere conatus est. tandem à Flacco è Milonis domo eductis viris fortibus repulsos, interfectis è Clodiano latrocinio notissimis quibusque, ipsoque pene Clodio, nisi in interiorem partem ędium se recepisset, necato: qui aduersante præcipue Marcellino, nec illud impetrare potuit, vt comitia sua fierent. præturam enim ille, quo, Miloni consulatum petenti resistere posset, petebat, & Miloni in consulatus petitione mirum in modum aduersabatur. {Perpaucis aduersantibus} Catonem intelligit, Catonisq; æmulum Fauonium sanè constat, Catonem dum diem dicẽdo cupit eximere, à Trebonio tribus pl. qui rogationem ferebat, io carcerem duci iussum. sed tandem cum victus verecundia Trebonius esset, Catonem missum fieri iussit sequenti mox die pulso per um Aquilio tribus pl. fugatisque optimatibus rogatio lata, prorogatumque Cæsari in Gallias ad alterum quinquenniũ imperium, decemque legiones ad id bellum gerendum decretæ. Quo facto, nihil amplius sibi cum plebe agẽdum censens Cato, ad Pomp. conuersus, admonuit cauendum sibi à Cæsaris potentia, quam cum vellet, deponere minime posset. Verũ hæc omnino Põp. contempsit, Plut. {Lege Sempronia} Quam Sempronius tulit, ne successor Cæsari daretur, quique contra de dandis Gabinio Pisonique, quorum vnus Syriam, alter Macedoniam imperio obtinebat, successoribus lege censuit. Cic. in oratione de prooincijs consularibus. Decernendæ sunt nobis lege Sempronia duæ. Verum, vt iogenue quod sentio, dicam, corrupta mihi uidetur hæc lectio, nec Sempronia, sed Trebonia, legendum, ex Plut. & Floro, quorum alter & io Catonis Vticensis, & in Põp. vita, à Trebonio trib. pl. rogationem latè memoriæ prodidit, & ipsum Catonem rogationi aduersantem in carcerẽ duci à Treboio iussum, oeque non interim statim dimissum: Florus uero in hæc verba: Is cum legem impediret, qua prouinciæ consulares io quinquenniõ, Pompeio Hispaniæ, Crasso Syria, Parthicumq; bellum, Cæsari Galliæ & Germania dabantur, à C. Trebonio trib. pl. legis auctore in vincula ductus est. Vt & illud in oratione de prouinc. consl. lege Trebooia, & non Sempronia legam. {Decem legati} Quorũ singuli singulis legionibus præessent, è quibus Q. Cic. frater vnus fuerit. {Quod mihi de filia & de Crassipede gratulans} Tulliolam filiam & Pisonem cognomento Crassipedem, à pedum scilicet crassitudine dictum intelligit, cui primo Tulliola nupserit. post enius mortẽ de amicorum sententia cum Cicero Ciliciam proconsl. administraret Cornelio Dolabellæ nupsit, ægre id fereote Cicerone, nec satis probante: quæ cum ex partu obijsset, quo tempore Ces. contra Pomp. liberos bellum gereret, molestissime tulit. Cumq; alia, vt inquit Lact. satis æquo tulisset animo, filiæ morte adeo consternatus est, vt tunc se à fortuna superatum plane fateretur. Illud non possum non mirari, Pædianum scribere, post Pisonis mortem P. Lentulo noptam Tulliolam, apud illum ex partu decessisse. Nisi ita dicas, P. Cor. Dolabellam Lentulum dictũ, quòd à Lentulo adoptatus, Lentuli quoque nomen assumpserit. qua de re plura in epistolis Cœlianis dicemus.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Principium epistolæ idem est, quod in superiore, cuius initium, Quæ gerantur. Et hic Cicero propemodum animum in causa Lentuli dimittit quod senatus nullo neque ordine, neque iudicio negotia transigat.

CICERO S. D. LENTVLO. 8



E omnibus rebus, quæ ad te perti[redacted]-nent, quid actũ, qui constitutum sit, quid Pompeius susceperit, optime ex Emplatorio cognosces; qui non solum interfuit his rebus, sed etiam præfuit; neq; nllum officiũ erga te hominis amantissimi, prudentissimi, diligentissimi prætermisit. ex eodem de toto statu rerum communium cognosces: quæ quales sint, non facilè est scribere. sunt quidem certe in amicorũ nostrorum potestate, atq; ita, vt nullam mutationem vnquam hac hominum ætate habitura res esse uideatur. ego quidem, vt debeo, & vt tute mihi præcepisti, & vt me pietas, vtilitasq; cogit, me ad eius rationes adiungo, quem tu in meis rationibus tibi esse adiungendnm pntasti. sed te non præterit, qnàm sit difficile, sensum in rep. præsertim rectum, & confirmatum, deponere. uerumtamen ipse me conformo ad eius voluntatem, à quo honeste dissentire non possum. neq; id facio, vt forsitan qnibusdam videor, simulatione. tantũ enim animi inductio. & meherc ule amor erga Pomp. apud me valet, vt, quæ illi ntilia sunt, & qnæ ille vnlt, ea mihi omnia iã & recta, & vera videantur. neq;, vt ego arbitror, errarent ne aduersarij quidẽ eius. si, cum pares esse non possent, pugnare desisterent. Me quidem etiam illa res cõsolatur, quòd ego is sum, cui vel maxime concedant omnes, vt vel ea defendam, qnæ Pompeius velit; vel taceam; uel etiã, id quod mihi maxime lubet, ad nostra me studia referam literarum: quod profecto faciam, si mihi per eiusdẽ amicitiam licebit. quæ enim proposita fuerant nobis, cum & honoribus amplissimis & laboribus maximis percuncti essemus, dignitas in sententijs dicendis, libertas in rep. capessenda, ea snblata tota. sed nec mihi magis, quàm omnibus. nam aut assentiendum est nulla cum grauitate paucis, ant frnstra dissentiendum. Hæc ego ad te ob eam caussam maxime scribo, vt iam de tna quoq; ratione meditere. commutata tota ratio est senatus, iudiciorum, rei totius publicæ: otium nobis exoptãdnm est: quod ij, qni potinntnr rerum, præstaturi videntur, si qnidam homines patientius eorum potẽtiam ferre potuerint. dignitatem qnidem illam consularem fortis, & constantis senatoris nihil est, quod cogitemus: amissa est, cnlpa eornm, qui à senatu & ordinem coninnctissimum, & hominem clarissimum abalienarunt. Sed, vt ad ea, quæ coniunctiora rebus tuis sunt, renertar: Pompeium tibi valde amicũ esse cognoui: & eo tu consnle, quantum ego perspicio, omnia, quæ voles, obtinebis. quibus in rebus me ille sibi affixũ habebit: neq; à me vlla res, quæ ad te pertineat, negligetur. neq; enim verebor ne sim ei molestus: cui iucũdum erit etiam propter id ipsum, quòd me esse gratũ videbit. Tu velim tibi ita persuadeas, nullã rem esse minimam, quæ ad te pertineat, quæ mihi non carior sit, quàm meæ res omnes. id; cnm sentiam; sedulitate mihimet ipse satisfacere possum; re quidem ipsa ideo mihi non satisfacio, quòd nullam partem tuorum meritorum non modo referenda, sed ne cogitãda quidem gratia consequi possum. Rem te valde bene gessisse rumor erat. expectabantur literæ tuę: de qnibus eramus iam cum Pompeio locuti: quæ si erunt allatæ, nostrum studium extabit in conueniendis magistratibus, & senatoribus. Cetera, quæ ad te pertinebunt, cum etiam plus cõtenderimns, quàm possimus, minus tamen faciemus, quàm debemus.

N v a.

DE omnibus rebus } Cice in hac epist. excusat se apud Lent.q; non scribat de rebus,quæ ad eũ pertinẽt, quia poterit melius de eius intelligere ex Emplatorio eius amicissimo, quem dicit omnibus eius rebus in senatu tractatis interfuisse,& etiã præfuisse.deinde docet eundem, quo in statu sit resp.ostenditq; se maxime hærere voluntati Pomp. cum alij male de rep. sentiant, ita vt potius iam exoptet otiũ, & vocationem quandam à rep.quàm administrationẽ. ostẽdit deinde Cic. Pomp.valde amicum esse Lentulo, ita nõ dubitet Lentulũ omnia posse fauore Pomp.consequi,& ad hoc se usurum omni diligẽtia. Postremo dicit res Lentuli maiori sibi curæ esse,quàm omnes res suas, nihilq; posse pro eo tñ facere,vt plus non debeat, q̃ possit. {Actum} Tractatũ, quantũ ad ptñ. {Constitutum} ad futurum.{Susceperit} Arripuerit, supra se acceperit causã tui. {Interfuit,& præfuit} Quid differãt,vnde supra in epist.quæ gerantur. {Ex eodem Emplatorio} Rerum communiũ,rerũ publicarũ. {Atq; ita,} Sunt in potestate amicorum,M.Crassi,Cæsaris,& Pomp.nam etsi Cæsar aberat,inerat, tamen fœdus cum Crasso, & Pomp.vt ipsi consulatum peterent.se.n.eis auxilio ad hoc futurũ multos ad suffragia milites mittẽdo,qui cũ cõsules declarati fuissent,prouincias exercitusq; decreuerunt,Cæsari Galiias in aliud quinquenniũ assignauerunt,auct.Plut.in vita Pomp.{Nullã mutationẽ}Quia adeo sunt potentes,vt ex eorũ manu administratio reip.nostra ætate nullo modo tolli posse uideatur.{Vt debeo} propter tua erga me merita.

Tute.

{Tute} Tu,nam te additio est magis,q̃ compositio,& breuis est te:& additur solũ ntõ,non etiam alijs casibus.

Præceptor
Præceptũ.

{Præcepisti mihi} Nõ iussisti,sed instituisti,& docuisti.nã præcipere est docere: vnde præceptor,& præceptũ, quod, vt ait Sen.epist.86.est particulare ad bene viuendũ documẽtum, vt cũ præcipitur, quid vir vxori, quid vxor viro debeat, quid ciuis peregrino,peregrinus ciui.

Diæta.

{Et vt me diæta} Tẽporis ratio, & modus.i.ipsa dies,sĩgnat vt locũ domus,in quo tñ uersamur,& legẽ uictus.quidam tñ codices hñt,vt dignitas,utilitasq; cogit, sed magis probo,vt legatur diæta.{Ad rõnes} Ad cõsilia facta. {Eius} Põp. In meis rõnibus cũ ab exilio sum reuocatus quia eius opera tibi vtendũ putasti,vt ipse Cic. in orõne pro domo sua ad pontifices plenissime ostẽdit his verbis,illud vero est hominis ingrati tacere.Itaq; libentissime prædicabo Cn. Pomp. studio,& auctoritate æque nnumquenq; nostrũ opibus,contentione,precibus,periculis,deniq; pro salute mea præcipue laborasse:his tuis.P.Lentule,cũ tu nihil aliud dies,& noctes, n si de salute mea cogitares,consilijs omnibus interfuit:hic tibi gratissimus auctor ad instituendã fidelissimus socius ad cõparandã, fortissimus adiutor ad rẽ perficiendam fuit:hic municipia colonias adijt:hic Italiæ totius auxiliũ cupiẽtis implorauit,hic in senatu princeps sniæ fuit:idemq; cũ dixisset,tum etiã P.R. pro salute mea obsecrauit.{Sed te nõ preterit,} Non te fugit, non ignoras:quod.n.præterit nos,à nobis ignoratur.{Sensum}sententiã,opinionẽ.{Presertim rectum}Quia quod intelligimus nos bene sensisse,pertinacius, & firmius, tenemus, & difficilius deponimus,præcipue,si viri boni dici,& haberi volumus.{Rectum} Probatũ.{Confirmatũ} Semper à teneris usq; annis ita sentiendo.{Verumtñ} Quanuis quod dixi,sit difficile.{Cõformo} Accõmodo.alij legunt cõfirmo,quod idẽ est.{Eius} Põp. {Dissentire} Discrepare.{Honeste} quia est de me benemeritus.

Simulo
Dissimulo.

{Id}Vt confirmem me ad voluntatẽ eius. {Simulatione} Quod non probẽ,nec putẽ recte factũ,quod ille faciat,aut sentiat.Simulamus.n.quod nõ sumus,dissimulamus quod sumus. {Tantum.n.} Probat quod non simulatione id faciat,sed vera snia:dicit.n.se eã opinionẽ habere de Pomp.& eum tñ amare, vt omnia recta putet,quæ utilia sunt ipsi Pomp.aut quæ ille velit.{Inductio animi} Persuasio,& præpositũ quoddã. {Tñ valet} Tñ potest,& efficit.{Recta}Ad offm.i.honesta.

Verum
Bonum.
Delibera-
tio.

{Vera} .i.bona,& vtilia.nam uerũ plerunq; pro bono ponitur. Horat, in.1.epist.quod verũ atq; decens curo,& rogo.Idẽ eodẽ lib.Metiri se quemq; suo modulo,ac pede verũ.i.bonum,& vtile.&, vt dñt dialectici,verũ & bonũ conuertuntur ,omnis aũt deliberatio circa hæc duo est maxime.i.circa vtile & honestũ. {Neque vt ego arbitror.} Sensus est:neq; errarẽt eius aduersarij,si desisterent,& cessarent aduersus eũ contẽdere, cũ omnino ei pares esse non possint. {Neq; errarent aduersarij quidẽ eius} Aduertendũ negationẽ negationi postpositam non semper affirmãdi vim habere, sed & negãdi magis,cũ altera pro vniuersali ponitur,& particulares sequuntur,hoc modo: nullas accepi à te literas nec breues, nec prolixas. quo genere vsus est Virg. in Buc. Nulla neq; amnem Libauit quadrupes,nec graminis attigit herbã. Vbi memini quendã habitũ non indoctũ errare : qui qm̃ hanc rationẽ non intelligeret,pro vlla esse legendũ , quod nullo pacto est faciendũ. Item vna sola negatio postposita negationi non affirmat,sed negat:ita tñ,vt sequens iungatur cum quidẽ,vt hoc loco patet,vt si dixero, Non tibi hoc persuaderet ne Christus quidẽ. Item non pñt sine dolore ferre aduersa, ne philosophi quidẽ.Huius autem rei,& significationis negatiuæ duarũ negatiuarum hæc est causa,quia subauditur alia negationis pars sic,Non tibi hoc persuaderet,ne Christus quidẽ.i.non tibi persuaderet hoc aliquis.deinde ad maius significatũ subiungo,ne Christus quidẽ, cui omnino est credendũ.s.persuaderet . Ergo his duabus rationibus cũ particulares sequuntur vniuersalẽ,& cũ secunda iungitur cũ quidẽ, negationes iunctæ negãt, & non affirmant.Interdũ tñ sine quidẽ duæ negationes negãt, cum vna particularis omittitur,vt Terent. Agrũ in his regionibus meliorẽ neq; pretij maioris nemo habet.subauditur.n.neque meliorẽ. Varro quoq; in vitis patrum ostendit duas negatiuas pro vna accipiendas.Si autẽ duobus verbis aut positis, aut intellectis addantur duæ negatiuæ,non dubiũ est,quin negent, positis sic,nec me amas,nec mihi credis,intellectis sic nec virtuti studes,nec literis.intelligitur.n.iterum studes. & hæc de negatione hoc loco vtiliter tangẽda putauimus.{Neq; errarẽt} Benefacerent.{Pares} Aequales. {Pugnare} Cõtendere{Me quidem} q.d.me solũ nemo reprehendit,si vel pro Pomp.quippiã dixi,vel etiã tacui,vel etiã si nõ eo in senatũ,sed ad libros,& studia philosophiæ me refero,cui ante operã dedi.

Vel.

{Vel etiam}Vt Virg.Vel Priamo miserãda manus.i.etiã Priamo. {Maxime} Libentissime,vt est apud Terẽt.sæpissime.{Vt vel ea defendã} Vel interdũ pro etiã ponitur,vt paulo ante dictũ est:interdũ est disiunctiua particula,vt vel scribã,vel ad te ueniã;interdum copulatiua,vt maxime me tibi amicum facit vel virtus,vel doctrina tua.hic.n.vel proponitur,quod sæpissime apud idoneos auctores reperitur.alias s̃m Donatum correctionem significat:vt apud Cic.vel optimã me sane vitã:& teste Prisciano pro valde frequenter ponitur: vt Cic pro Murena, vel maximũ bellũ.P. R.cum rege Antiocho gessisse. {Maxime hibet} Præcipue placet.{Referã} Reuertar:quia aliquantulũ intermiserat propter occupationes reip. {Si lic. } Conceditur.i.si eius amicitia me hoc facere patiatur,pro qua omnia prætermitterẽ,vt ei inseruirem. Est aũt ornatus dicẽdi modus, non licet mihi per te hinc abire.i.tu non vis vel tu non pateris me hinc abire. {Quæ.n. prop. } Ratio quare velit se libenter ad studia literarũ referre, quia nõ amplius ea sunt , quæ solebant esse uersantibus in rep. quæ cõmemorat dignitatẽ libertatẽ &c. {Proposita}præparata,oblata. {Perfuncti est. } .i.administrassemus. {Honoribus ampl.}Prætura,consulatu,& cæteris magistratibus.sed tñ amplissimos honores intellexit præcipue cõsulatũ. {Et laboribus max.} In administratione reip.& præcipue in opprimẽdo Catilina,& ceteris coniuratis.

Dignitas.

{Dignitas}Dignitas diuersis modis accipitur,nunc pro auctoritate honesta, vt hoc loco, nunc pro magistratuũ administratione,& p honore,vt Cic.propria virtute multas dignitates adeptus est.& dignitas sacerdotij maior est,q̃ preturæ. interdũ significat pulchritudinẽ uirilẽ, vt testatur Cic.lib.1.off.cũ dicit , Pulchritudinis duo esse genera, vnũ muliebre,quã uenustatẽ appellamus,alterũ virile,quã dignitatem dicimus.vt Galeacius Maria princeps est egregia dignitate corporis.Dignitas etiã interdũ pro merito accipitur, vt reddendum est unicuiq; pro dignitate sua.i.pro merito suo.

Sententia.

{Sententijs dic.} snia,vt voluit Nonius,interdũ pro sensibilitate ponitur,interdũ pro animi iudicio,& cognitione,vt hic. {Dicẽdis sent.}.i.dicẽdis iudicijs animi,& quæ sentio.Dicere sniam duobus modis accipimus.Primũ cũ ad unũquemq; indifferenter refertur:vt nemo est in nostra ciuitate,cui nõ liceat libere sniam suã dicere.i.efferre,& pronunciare, quod sentit.i.quod habet in animo. Deinde aliter accipitur , cũ ad iuris partes refertur.i.cũ vel ex lege,vel ex æquo,& bono, vel ex alia parte iuris snia dr, vt iudex in causa mea dixit sniam,i.sanciuit , quid ius vellet, & ut .ff.de arbitris ser. Paulus, dicere sniam existimatur is, qui ea meute id pronuntiauit,vt s̃m hoc discedere eos,qui litigãt à tota controuersia ueñt.

Libertas
Licentia.

{Libertas}Potentia ingenua.Est.n.libertas in bonũ,licẽtia vero in malũ,cũ quis libertate abutitur usq; ad temeritatẽ,& procacitatẽ,vt Quin.Quæ in alijs libertas est in alijs licentia uocant: pro eo autẽ, quod imperiti dñt,hic dedit mihi licentiã, vt scriberẽ, qui & recte sentiunt & ornate loquuntur,dñt,hic dedit mihi potestatẽ , vel fecit mihi potẽtiam scribendi,vel facultatẽ scribendi,vel per hunc mihi licuit scribere. {In rep.capes. } Defendenda, suscipienda ad tuendũ.Ea dignitas

gnitas

gnitas & libertas. { Sublata } Erepta, amota. } Sed nec mihi }
subaudi sublata est. { Magis q̃ rel. } quia nemini iã licet cum di-
gnitate sñiam dicere, aut libere rẽp. capessere. Nã ratio superio
ris præpositionis bipartita per disiunctioné. { Aut assentiendũ
est paucis. i. desedenendũ in sñiam paucorũ. { Nulla grauitate }
Nulla auctoritate, & dignitate seruata, quia iudiciũ paucorum
nõ videtur anteferendũ multorũ sentẽtijs. { Aut frustra dissen-
tiendũ }. i. frustra aduersandũ. Frustra aũt dixit, quia oĩno opor
tet succũbere: q̃m cũ potentiores sint opibus, plus etiã possunt
auctoritate & sñia. Maxime } Præcipue. { De tuis rõnibus } De
Ratio. rebus tuis & cõmodis. oĩ rõ interdum id significat, vt infra dice
tur. { Tota ratio }. i. totus modus solutus, tota uia. { Senatus }
quia nõ in eo modo habet, quo solebat, neq; liberæ sñiæ dicun-
tur. { Iudiciorũ } Iudicialiũ causarũ, quæ in foro corã iudicibus
agebãtur: qui ex ordine equestri eligi solebãt, vnde Horat. in 1.
Sermonũ. Vnũ ex iudicibus se lectis obijciebat. Idẽ lib. 2. Serm.
Tu cũ proiectis insignibus anulo equestri Romanoq; habitu
prodis ex iudice Dama. Et Cic. sæpe in orationibus suis hoc de
monstrat. { Reipublicæ totius administ. } Quia nõ habetur ra
tio bonorũ virorũ, sed pro libidine dãtur magistratus, qui ante
Officium. solebãt dari virtuti. { Otiũ } Tranquillitas, securitas, nã otiosus
Otiosus securũ signat. Teren. in And. Otioso iã nunc animo esse impe-
Negotium. ro. nã nisi qui securus est, nõ est otiosus: & negotiũ pro sollicitu-
ne ponitur, vt infra lib. 3. ad Appiũ pulchrũ. Cũ esset ad nos alla-
tum de temeritate eorũ, qui tibi negotiũ facesserẽt { Potiuntur
rerũ } Qui hñt statũ reip. in potestate sua. De verbo potiri dixi
mus supra in præcedẽti epist. { Si quidã homines } Nõ dicit, qui
sint, q̃m inter Cic. & Lent. satis constabat, qui essent: aut certe
ita dicit, quasi Lentulus conijcere posset, qui essent: neq; est le-
gendũ siquidẽ, vt quidã male præceperunt. { Potuerint } Potue
runt, futurũ subiunctiui pro futuro indicatiui. { Ferre } Pati, q a
quidã indignabãtur, nec satis ferre posse uidebãtur paucos in ci
uitate tñ posse, vt quicquid vellent, efficerent. { Dignitaté qui
dem illã } Sensus est, nõ possumus iam expectare, vt amplius sit
dignitas illa cõsularis, quæ solebat esse libera in fortibus & con
stantibus senatoribus: qui habita ratione nullius personæ, nec
metu, nec gratia deterrebãtur ab officio. { Amissa est. n. Probat,
quasi illa dignitas non sit cogitanda, vt adhuc sit, sicut solebat.
{ Est. n. amissa } Perdita. ordiné plebeiũ signat, qui Cæsari faue-
bat, corruptus muneribus missis ab eo ex Gallia. alij intelligũt
ordiné equestré. { Et hominé clarissimũ } Videtur innuere Cæ-
saré, cui multa aduersabantur, ne Gallia prouincia in alterum
quinquenniũ ei decerneretur. { Sed vt omissis ceteris } ostendit
qui sit amor Pompeij erga ipsum Lẽtulũ. { Reuertar } Redeã.
{ Coniunctiora } Propinquiora, magis pertinẽtia: & dixit reuer
tar: quia in secũda parte epist. iam dixit in rebus Lẽtuli se con-
firmatũ esse ad voluntaté Põpeij, qué supra nõ nominauit, sed
significauit cũ dixit, me ad eius rationes adiũgo. { Et eo cõsule }
Fuerat. n. electus cõsul cũ Crasso. { Quibus in rebus } Tuis obti
nendis. { Affixũ } Adhærenté, vt pro te ab eius latere nunquam
discedã. { Negligetur } Prætermittẽtur. aut contemnetur, etiã si
sis parua. { Neque. n. ver. } Occurrit obiectioni, quod quispiam
fortasse diceret eũ futurũ molestũ Põp. ideo dicit, q̃ non time-
bit, vt sit molestus Pomp. cui iucundũ erit quicquid faciet. Cic.
pro Lent. etiã propter hoc, q̃ videbit ipsum gratũ erga Lentu-
lum. { Molestus } Grauis, importunus, odiosus. { Illi } Pomp.
{ Cui iucundũ erit } Quod faciã pro te. { Etiã } q. d. si nullæ es-
sent aliæ causæ, quæ sunt multæ. { Quod me gr. vid. } Gratitudo
. n. animi omnibus iucũda esse solet, & quod ex officio, & meri
to fieri videmus, nõ possumus nõ probare. { Tu velim } Oñdit
quãtæ curæ sint sibi res oẽs Lent. } Persuadeas tibi, } Cõfidas,
certũ habeas. { Minimam } Valde paruã, quãtu magis, quæ sunt
maxime. { Id cũ sentiã } Alij cod. { hñt id, quæcunque sentiã: alij
ad: sed hæc est uera lectio: idq; cũ sentiã, & est sensus. Et cum sen
tiã id. i. cũ hoc in animo habeã q̃ nulla res minima est, quæ ad
te pertineat, quæ mihi nõ sit carior, q̃ omnes res meæ. { Nõ pos
sum mihi metipsi satisfacere sedulitate }. i. instanti & fideli offi
cio, & diligentia: nã sedulus, teste Nonio & Donato, signat sine
Sedulus. dolo, & instanter. { Re ipsa } Affectu ipso, & uere. { Consequi }
Sedulitas. æquare: & est sensus, nõ satisfacio mihi. i. nõ videor facere, quod
debeo erga te: quia non solũ nõ possum tibi referre gratiã in ul-
la parte tuorũ meritorũ erga me, sed neq; etiã possum satis co-
gitare, quod minus est. { Rẽ te } Bene dicit quis rumor sit de re
bus, quas Lẽt. in prouincia egerat. { Rumor erat } i. opinio, vel
fama; nã, vt Laurent. voluit, rumor, & fama idẽ sunt: licet fama
Fama. interdum pro celebritate rei, vel hominis ponatur: vt fama Ca
Rumor. milli, & fama pyramidũ Aegyptiarũ adhuc viuit. Est autẽ pro-
prie fama, & rumor sermo in populo sine certo auctore in bo-
nũ, vel in malũ de re recẽti. { Expectabãtur } A nobis. { Studiũ }
Diligentiã. { Extabit } Erit, apparebit. { In conueniendis } Allo-
quẽdis pro te. { Cõtenderimus, } Nixi erimus, im ẽderimus, cer
tauerimus pro te. { Quãm possumus } Quã sunt vires meæ, &
est cõis loquẽdi modus. { Quãm debemus } Quia cũ me in salu
te adiuueris, nõ videor posse tuis erga me meritis satisfacere.

ASCAN. DE omnibus &c. } Dicit Emplatoriũ ad Lentulũ profici
scenté, ubi aduenerit, omnia, quæ ad ré Lentuli pertine
rent, nũtiaturũ. Quapropter Emplatoriũ ipsum, vt illã
fides habeatur, nõ parũ cõmendat. Ordo est. Tu ò Len
tule cognosces optime. i. cõmodissime de omnibus rebus, quæ
pertinẽt ad te, quid sit actũ, & quid sit cõstitutũ, & quid Pomp.
susceperit. s. faciendũ, cognosces, inquã, ex Emplatorio viro illo
præstanti, qui nõ solũ interfuit his rebus, sed etiã præfuit. s. tan-
quam præcipuus actor, aut curator, neq; prætermisit erga te ul
lum officiũ hominis amãtissimi, prudẽtissimi, diligẽtissimi. Tu
cognosces ex eodẽ de toto statu rerũ cõium. i. reip. quæ quales
sint, nõ est facile scribere, Sunt quidẽ certe in potestate amico-
rum nostrorũ. s. M. Crassi, C. Cæsari, Cn. Pompeij, atq; ita. i. ta
liter sunt in eorũ potestate, vt res nullã. i. non vllã, nõ videatur
habitura esse vnquã vllã mutationẽ hac ætate. i. durãte hac æta
te hominũ. Ego quidẽ, vt debeo, & vt tute. i. tuipse, io nominati
uo propter tertiã personã verbi tum eo nõ dicimus tumet, sed
tute, aut tutemet, præcepisti. i. mandasti mihi, & ut dignitas co-
git, quia indecorũ est habere simultatẽ cũ summis viris. Et vti-
litas cogit, quia durũ est potentissimis resistere. Adiũgo me ad
rationes. i. cõsilia, & negotia eius. s. Pomp. quẽ tu putasti adiun
gendũ esse tibi. i. ad utilitatẽ tuã rationibus. i. consilijs & factis
meis. Sed te non præterit. i. tu bene nosti, q̃. i. quantũ difficile sit
deponere sensum. i. sñiam & iudiciũ in rep. i. in gubernatione,
& iuuamine reip. præsertim rectũ. i. nõ erroneũ, & confirmatũ.
Sentiebãt aũt Cic. nõ vtile reip. fore gubernacula ad paucos de
uolui, & quẽuis unũ, aut paucos cõtra legẽ in magistratu stabi-
liri: & ita licet fauere Cæsari & Pomp. vt summis viris: vereba-
tur tñ eorum potentiã reip. offuturã. Veruntamẽ ipse confor-
mo. i. accõmodo me } alij legunt confirmo }. i. stabilio me ad vo
luntatẽ eius. s. Põp. i. quo non possum honeste dissentire. Neq;
facio id, vt videtur forsitã quibusdam simulatione. i. per simu-
lationẽ, aut simulãter. n. i. quia inductio. animi. i. persuasio, quã
induxi in animũ meũ, Põp. bene de rep sentire, & Hercule me
. s. ita iudicãte uel uindicante, vt verum aut falsum dico amore
Pomp i. in Pomp. tñ valet apud me, vt ea omnia, quæ sunt vti
lia illi, & quæ ille vult, videantur mihi iã & recta, & vera. i. iusta.
Neq;, vt arbitror, errarẽt ne quidem. i. non etiã aduersarij eius
scilicet Pomp. si desisterent pugnare. i. repugnare, aut contende
re. s. cum Pomp. cũ non possent esse pares. Quidem. i. certe, & . i.
etiam, illa res consolatur me, q̃ ego sumus. i. talis, cui omnes cõ
cedant. i. permittant, vel. i. etiã maxime, vt vel. i. aut defendã ea,
quæ Pompeius velit, vel taceam. i. nihil de eis dicam, uel etiam
id, quod. i. quæ res libet maxime mihi, referam. i. iterum appli-
cem me ad studia nostra literarum, quod ego faciã profecto. i.
re vera, si licebit mihi per amicitiã eiusdem. s. Pomp. n. pro, quia
ea dignitas in sententijs dicẽdis. i. in iudicio ferendo: & ea liber-
tas in rep. capessenda. i. & gerenda, & administrãda, quæ fuerat
proposita nobis, cum essemus perfuncti. i. ad finem usq; functi,
honoribus. i. magistratibus amplissimis, vt sunt cõsulares, & la-
boribus maximis in detegenda, & uindicanda cõiuratione Ca
tilinæ, & coniuratorum, est sup. sublata. i. subtracta nobis tota,
sed nec magis mihi, q̃ omnibus. s. alijs. Nam aut assentiendum
est paucis cum nulla grauitate, aut dissentiendũ frustra: quia ni-
mis potentes sunt. Ego scribo hæc ad te maxime ob eam cau-
sam, vt tu meditere. i. cogites quoque iam de ratione tua. Tota
ratio senatus iudiciorũ totius reip. est commutata, & ita otium
est exoptandum nobis, quod. s. otium. i. vocationem à rep. ij, qui
potiuntur rerũ. s. imperio. i. qui dominãtur, vt tres supradicti, vi
dentur præstaturi. Ergo præsto etiam præstatũ facit: siquidem
homines potuerint ferre patienter. i. æquiore animo, potentiã
eorum. Nihil est q̃ cogitemus quidem illã dignitatem consula
rem, senatoris fortis, & constantis. s. quam nos gessimus, & qua
les fuimus: & ideo non reprobo, qui legunt dignitatem quondã
illam &c. Sup. ea dignitas est amissa culpa eorum, qui abaliena
uerunt à senatu ordiné coniunctissimũ. s. senatui, vtpote eque-
strem, vt vero simile est, & hominé clarissimũ. s. Cæsarem, cum
vellent illi abrogare prouinciam, quam equites illi prorogarẽ
volebant. Sed vt ego reuertar ad ea, quæ sunt coniunctiora re-
bus tuis ego cognoui Pompeium esse valde amicum tibi: & tu

obtinebia

obtinebis omnia, quæ voles, quātum ego perspicio, eo cōsule.i. dum consul erit. In quibus rebus.f.habebit me affixū sibi. Neque vlla res, quæ pertineat ad te, negligetur à me. Neq;.n.verebor, ne sim molestus illi.f.Pompeio, cui erit iucundū etiam propter id ipsum, q videbit me esse gratū.f.erga te. Tu velim &c. Ordo est. Velim, vt sup. tu persuadeas tibi nullā rem minimā esse, quæ pertineat ad te, quæ mihi nō sit carior, quam meæ res omnes. Cum sentiam id.i.quod dictum est, non possum sati facere mihimetipsi sedulitate.i.diligenti opera, & seorsum à dolo facta: quidē.i.certe, ego ideo non satisfacio mihi.i.iudicio meo, aut pietati meæ, re ipsa.i.effectu ipso q nullam.i.non vllā, non possum consequi.i.obtinere aut æquiparare: vllam partē meritorum tuorum.f.in me, aut de me, nō modo gratia referenda.i. æquali beneficio reddendo, sed ne quidem.i.non saltē cogitanda.f.gratia.i.in animo habenda. Rumor erat te gessisse rem.i. imperium tuū in prouincia valde bene. Literæ tuæ.f.ad senatū mittendæ, de quibus eramus locuti cum Pompeio, expectabantur.f.à senatu quæ si erunt allatæ, nostrū studium.i.diligēs opera extabit.i.reliqua erit in magistratibus, & senatoribus conueniendis.i.uisendis loquendi de te gratia. Cetera, quæ ad te pertinebunt, sup. extabunt nobis procuranda, cum &c.i.etiam contenderimus plus, qui possumus, tamen faciemus minus, quam debemus. Vrbane dictum, & pueri annotabunt, cum illa particula etiam honesta. Tu velim ita tibi persuadeas &c.

PAVLVS MANV. Mplatorio § Malim, C. Pletorio: cū in antiquo lib. scriptū sit, C. Platorio. Plætorij autē Romæ familia fuit.

IO. BAP. EGN. De omnibus rebus § Nihil sibi de reip. rebus scribendum cum Platorius ad eum ueniret, affirmat, cuius prudentiam, & fidē in Lentuli negotio mirifice laudat, ex quo facile de vniuerso reip. statu cognoscat, sese in omnibus ad Pompeij uoluntatem sententias suas accommodare, à quo honeste dissentire nequeat. Quod cū faciat, magnis illius erga se meritis, & animi propensissima semper in illū indoctione id à se fieri probat: ita tn̄, vt si per amicitiā illius sibi liceat, nihil antiquius otio literario sibi futurū non dissimulet, qn̄ dignitas iam illa senatoria tota conciderit. Pompeiū aūt sibi videri amicissimū, à quo tn̄ vestigium nullum discessurus nisi perfecta re sit, qn̄ non minori sibi curæ Lentuli dignitas quā sua sit, quod facile, cum literæ de rebus in prouincia bene gestis ab eo venerint, § nam rumor erat bene rem gestā § extabit. § Dieta § Etsi quid ipsa sit dieta, non nesciā, magis tn̄ illa mihi probatur lectio, vt dignitas vtilitasque scribendum putem, quod & uetustiores codices præseferunt: neque.n. adduci possem hoc verbo nunc Cicero nē vti voluisse, quo aut nunquā, aut q̄ parcissime hoc significato usus est: sed & vix in ipsa Græcia tale quid inuenias. Nam aut ita definitur Galeno in eo libello, cui titulus est ἰατρός, vt nihil ad hunc locū faciat, aut pro ratione victus cotidiani vsurpatur à doctis, aut pro loco, in quo assidue viuamus, & mutuo conuersemur, autē pro sententia, quam arbiter dixerit. § Vt quibusdam videtur simulatione § Nam Ciceronē plerique incoostantiæ, instabilisq; animi notarunt. vnde exijt illud, Nil mirū, si anguste sederet, qui duabus sellis vteretur. Vtcunque tn̄ sit, propensior semper in Pompeij beneuolentiam fuit, vt quamuis magnis Cæsaris beneficijs obstrictus, quāuis genero suo Dolabella, & Cœlio, & alijs amicis obstantibus, vt aliquem in locum potius succederet, q̄ bellis ciuilibus se immisceret: summo tn̄ suo cū discrimine, nec satis Pōpeianis copijs fidens, ad Pompeiū nauigarit. § Vt quæ illi vtilia sunt § h.d.qm̄ cum ab exilio reuersus esset, in Pompeij gratiam & dixit & fecit multa, multorū inimicitias suscepit, & simultates sustinuit, & Vatinium hominem vnum omnium sibi infestissimū adhortationibus Pompeij defendit, & cum Gabinio in gratiā redijt, vt seq. epistola latius. § Ne aduersarij quidē eius § Crassum, Catonem, Catonisq; æmulos, & Clodianorum quosdam intelligit, qui omnino Pōpeio infestissimi erant §. Perfuncti essemus § Sic & hac epist sequenti. Alias § vt in epist. ad Brutum § defuncti vocabulo libentius est vsus. § Ordinem coniunctissimum § Equestrem.f.intelligi voluit Cic. sæpe à senatu alienatum, sæpe conciliatum, prout iudicandi ratio vel senatoribus deferebatur, vel à senatu translata, ad equites delata est, donec ex vtroq; ordine iudices eligerentur. qua de re locis suis copiosius. § Et hominem clarissimum § Intelligit Pompeium, nō Cæsarem, quē Cicero cum primum redijt ab exilio, senatui in primis conciliauit. quod ex epistolis Cic. ad Q. fr. præcipue cognoscas. § Rumor erat hic §.f.quòd in prouincia imperator à militibus appellatus esset, quodque summa fortitudinis & prudentiæ laude se gesserat. quod sequenti epist. Cic. ostendit.

GIBERTI LONGOLLI LEMMA.

Hæc epistola partim Lentuli partim Ciceronis, in negotijs cōsumitur: Lentuli quidem, quod de rebus ad illum pertinentibus a Cicerone certior fiat & officij erga se amplissimi memoriam sentiat renouari; Ciceronis uero, quando ille se purgat & leuitatis & inconstantiæ, quod cum ijs redierit in gratiam, quos antea, vt inimicissimos, oppugnarit, & uexarit. Reijcit autem in temporum constitutionem culpam, & a sapientissimorum iudicio, & auctoritate, inculpabilem se præstare nititur.

CICERO S. D. LENTVLO PROCOS. 9.



ERIVCVNDAE mihi fuerunt literæ tuæ: quibus intellexi, te perspicere meam in te pietatem. quid enim dicā, beneuolentiam? cum illud ipsum grauissimum, & sanctissimum nomen pietatis leuius mihi meritis erga me tuis esse uideatur. Quòd autem grata tibi mea erga te studia scribis esse: facis tu quidem abundantia quadam amoris, ut etiam grata sint ea, quæ prætermitti sine nefario scelere non possunt: tibi autem multo notior, atq; illustrior meus in te animus esset, si hoc tēpore omni, quo seiuncti fuimus, & unà, & Romæ fuissemus. nam in eo ipso, quod te ostendis esse facturum, quodq; & in primis potes, & ego à te uehementer expecto, in sententijs senatorijs, & in omni actione, atq; administratione reip. floruissemus. de qua, ostēdam equidem paulo post, qui sit meus sensus, & status: & rescribam tibi ad ea, quæ quæris. sed certe & ego te auctore amicissimo, ac sapientissimo, & tu me consiliario, fortasse non imperitissimo, fideli quidem, & beneuolo certe usus esses. quanquam tua quidem causa, te esse imperatorem, prouinciamq; bene gestis rebus cū exercitu uictore obtinere, ut debeo, lætor. sed certe, qui tibi ex me fructus debentur, eos uberiores, & præstātiores præsens capere potuisses. in eis uero ulciscēdis, quos tibi partim inimicos esse intelligis propter tuam propugnationē salutis meæ, partim inuidere propter illius actionis amplitudinem, & gloriam, mirificum me tibi comitem præbuissem. quanquam ille perennis inimicus amicorū suorum, qui tuis maximis beneficijs ornatus in te potissimū fractam illam & debilitatam uim suā contulit, nostram uicem ultus est ipse sese. ea est enim conatus, quibus patefactis, nullam sibi in posterū non modo dignitatis, sed ne libertatis quidem partem reliquit. Te autē etsi mallem in meis rebus expertum, quàm etiam in tuis; tamen in molestia gaudeo, eandem fidem cognoscere hominum non ita magna mercede, quā ego maximo dolore cognoram. de qua ratione tota iā uidetur mihi exponendi tempus dari; ut tibi rescribam ad ea, quæ quæris. Certiorem te per literas scribi esse factum, me cum Cæsare, & cum Appio esse in gratia: teq; id non reprehēdere adscribis. Vatinium autem scire te uelle ostendis, quibus rebus adductus defenderim, & laudarim. quod tibi ut planius exponam, altius paulo rationem meorum cōsiliorum repetam, necesse est. Ego me Lentule initio rerum, atque actionum tuarum non solum meis, sed etiam reip. restitutum putabam: &, quoniam tibi incredibilem quendā amorem, & omnia in te ipsum summa, ac singularia studia deberem, reip. quæ te in me restituendo multū adiuuisset, eum certe me animum merito ipsius debere arbitrabar, quem antea tantummodo communi officio ciuiū, non aliquo erga me singulari beneficio, debitum præstitissem. Hac me mente fuisse, & senatus ex me, te consule, audiuit, & tu in nostris sermonibus, collocutionibusque ipse uidisti. etsi iam primis temporibus illis, multis

rebus

rebus meus offendebatur animus; cum te agente de reliqua nostra dignitate, aut occulta nõ nullorum odia, aut obscura in me studia cernebam. nam neq; de monumentis meis ab ijs adiutus es, à quibus debuisti. neque de ui nefaria, qua cum fratre eram domo expulsus:neq; hercule in ijs ipsis rebus quæ quanquam erãt mihi propter rei familiaris naufragia necessariæ, tamen à me minimi putabantur in meis damnis ex auctoritate senatus resarciendis, eam uoluntatem, quam expectaram, præstiterunt. Quæ cum uiderem, (neque enim erant obscura) non tamen tam acerba mihi hæc accidebant, quàm erãt illa grata, quæ fecerant. itaque, quanquam & Pompeio plurimum, te quidem ipso prædicatore ac teste, debebam & eum non solum beneficio, sed amore etiam, & perpetuo quodam iudicio meo diligebam: tamen, non reputans quid ille uellet, in omnibus meis sententijs de rep. pristinis permanebam. Ego, sedente Cn. Pompeo, cum ut laudaret P. Sextium, introijsset in urbem; dixissetque testis Vatinius, me fortuna, & felicitate C. Cæsaris commotum, illi amicum esse cœpisse; dixi, me eam Bibuli fortunam, quam ille afflictam putaret, omnium triumphis, uictorijsque anteferre: dixiq; eodem teste alio loco, eosdem esse, qui Bibulum exire domo prohibuissent, & qui me coegissent. tota uero interrogatio mea nihil habuit aliud nisi reprehensionem illius tribunatus: in qua omnia dicta sunt libertate, animoque maximo de ui, de auspicijs, de donatione regnorum. neque uero hac in causa modo sed constanter sæpe in senatu. quin etiam, Marcellino, & Philippo cos. nonis Apr. mihi est senatus assensus, ut de agro Campano, frequenti senatu, idib. Maij referretur. num potui magis in arcem illius causæ inuadere, aut magis obliuisci temporum meorum, & meminisse actionum? hac à me sententia dicta, magnus animorum motus est factus, cum eorum, quorum oportuit, tum illorum etiam, quorum nunquam putaram. nam, hoc S. C. in meam sententiam facto, Pompeius, cum nihil mihi ostendisset se esse offensum, in Sardiniam, & in Africam profectus est: eoque itinere Lucam ad Cæsarem uenit: ubi multa de mea sententia questus est Cæsar, quippe qui etiam Rauennæ Crassum ante uidisset, ab eoque in me esset incensus. sane moleste Pompeium id ferre constabat: quod ego cum audissem ex alijs, maxime ex meo fratre cognoui. quem cum in Sardinia Pompeius, paucis post diebus, quam Luca discesserat, conuenisset; Te, inquit, ipsum cupio, nihil opportunius potuit accidere. nisi cum Marco fratre diligenter egeris; dependendum tibi est, quod mihi pro illo spopondisti. quid multa? questus est grauiter: sua merita commemorauit: quid egisset sæpissime de actis Cæsaris cum ipso meo fratre, quidq; sibi is de me recepisset, in memoriam redegit: seque, quæ de mea salute egisset, uoluntate Cæsaris egisse, ipsum meum fratrem testatus est: cuius causam, dignitatemque mihi ut commendaret, rogauit; ut eam ne oppugnarem, si nollem, aut non possem tueri. Hæc cum ad me frater pertulisset, & cum ante tamen Pompeius ad me cum mandatis Vibullium misisset, ut integrum mihi de causa Campana ad suum reditum reseruarem: collegi ipse me, & cum ipsa quasi repub. sum collocutus; ut mihi tam multa pro se perpesso, atque perfuncto, concederet, ut officium meum, memoremque in benemeritos animum, fidemque fratris mei præstarem; cumque, quem bonum ciuem semper habuisset, bonum uirum esse pateretur. In illis autem meis actionibus, sententijsque omnibus, quæ Pompeium uidebantur offendere, certorum hominum, quos iam debes suspicari, sermones referebantur ad me: qui cum illa sentirent in rep. quæ ego agebam, semperque sensissent; me tamen non satisfacere Pompeio, Cæsaremque inimicissimum mihi futurum, gaudere se aiebant. erat hoc mihi dolendum, sed multo magis illud, quòd inimicum meum, meum autem? immo uero legum, iudiciorum, otij, patriæ, bonorum omnium, sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fouebant, sic, me præsente, osculabantur, non illi quidem ut mihi stomachum facerent, quem ego funditus perdidi, sed certe ut facere se arbitrarentur. Hic ego quantum humano consilio efficere potui, circumspectis rebus omnibus, rationibusque subductis, summam feci cogitationum mearum omnium: quem tibi, si potero, breuiter exponam. Ego si ab improbis, & perditis ciuibus remp. teneri uiderem, sicut & meis temporibus scimus, & non nullis alijs accidisse accepimus; non modo præmijs, quæ apud me minimum ualent, sed ne periculis quidem compulsus ullis, quibus tamen mouentur etiam fortissimi uiri, ad eorum causam me adiungerem, ne si summa quidem eorum in me merita constarent. cum autem in rep. Cn. Pompeius princeps esset, uir is, qui hanc potentiam, & gloriam maximis in remp. meritis, præstantissimisque rebus gestis esset consecutus, cuiusque ego dignitatis ab adolescentia fautor, in prætura autem, & in consulatu adiutor etiam extitissem; cumque idem auctoritate, & sententia per se consilijs, & studijs tecum me audiuuisset; meumque inimicum, unum in ciuitate haberet inimicum: non putaui famam inconstantiæ mihi pertimescendam si quibusdã in sententijs paullum me immutassem, meamque uoluntatem ad summi uiri, de meque optime meriti dignitatem aggregassem. in hac sententia complectendus erat mihi Cæsar, ut uides, in coniuncta & causa, & dignitate. hic multum ualuit cum uetus amicitia, quam tu non ignoras mihi, & Q. fratri cum Cæsare fuisse; tum humanitas eius, ac liberalitas, breui tempore & literis, & officijs perspecta nobis, & cognita. Vehementer etiam res ipsa publica me mouit: quæ mihi uidebatur contentionem, præsertim maximis rebus à Cæsare gestis, cum illis, uiris nolle fieri, &, ne fieret, uehementer recusare. Grauissime autem me in hanc mentem impulit & Pompeij fides, quam de me Cæsari dederat, & fratris mei, quam Pompeio. Erant præterea hæc animaduertenda in ciuitate, quæ sunt apud Platonem nostrum scripta diuinitus: QVALES in rep. principes essent, tales reliquos solere esse ciues. tenebam memoria, nobis consulibus, ea fundamenta iacta ex kal. Ian. confirmandi senatus, ut neminem mirari oporteret, nonis Dec. tantum uel animi fuisse in illo ordine, uel auctoritatis. idemque memineram, nobis priuatis usque ad Cæsarem, & Bibulum cos. cum sententiæ nostræ magnum in senatu pondus haberent, unum fere sensum fuisse bonorum omnium. postea, cum tu Hispaniam citeriorem cum imperio obtineres; neque resp. consules haberet, sed mercatores prouinciarum, & seditionum seruos, ac ministros; iecit quidam casus caput meum, quasi certaminis causa, in mediam contentionem, dissensionemque ciuilem. quo in discrimine cum mirifica senatus, incredibilis Italiæ totius, singularis bonorum omnium consensio in me tuendo ex-

do extitisset; non dicam, quia acciderit: (multorum est enim, & uaria culpa) tantum dicam breui, non mihi exercitum, sed duces defuisse. in quo, ut iam sit in iis culpa, qui me non defenderunt, non minor est in iis, qui reliquerunt. & si accusandi sunt, qui pertimuerũt, magis etiam reprehendendi, qui se timere simularunt. Illud quidem certe nostrum consilium iure laudandum est, quòd meos ciues, & à me seruatos, & me seruare cupientes spoliatos ducibus, seruis armatis obiici noluerim; declararique maluerim, quanta uis esse potuisset in consensu bonorum, si iis pro me stante pugnare licuisset, cum afflictum excitare potuissent. quorum quidem animum tu non perspexisti solum, cum de me ageres, sed etiam confirmasti, atque tenuisti. qua in causa non modo non negabo, sed etiam semper & meminero, & prædicabo libenter. usus es quibusdam nobilissimis hominibus fortioribus in me restituendo, quam fuerant iidem in tenendo. qua in sententia si constare uoluissent, suam auctoritatem simul cum salute mea recuperassent. recreatis enim bonis uiris consulatu tuo, & constantissimis atque optimis actionibus tuis excitatis, Cn. Pompeio præsertim ad causam adiunctio, cum etiam Cæsar, rebus maximis gestis, singularibus ornatus, & nouis honoribus, ac iudiciis senatus, ad auctoritatem eius ordinis adiungeretur; nulli improbo ciui locus ad remp. uiolandam esse potuisset. sed attende, quæso, quæ sint consecuta. Primum illa furta muliebrium religionum, qui non pluris fecerat Bonam deam, quàm tres sorores, impunitatem est eorum sententiis assecutus, qui cum tribunus pl. pœnas à seditioso ciue per bonos uiros iudicio persequi uellet, exemplum præclarissimum in posterum uindicandæ seditionis de rep. sustulerunt: idemque postea non meum monimentum, (non enim illæ manubiæ meæ, sed operis locatio mea fuerat) monimentum uero senatus, hostili nomine, & cruentis inustum literis esse passi sunt. qui me homines quòd saluum esse uoluerunt, est mihi gratissimum: sed uellem non solum salutis meæ, quemadmodum medici, sed etiam, ut aliptæ, uirium, & coloris rationem habere uoluissent. nunc, ut Apelles Veneris caput, & summa pectoris politissima arte perfecit, reliquam partem corporis inchoatam reliquit: sic quidam homines in capite meo solum elaborarunt, reliquum corpus imperfectum, ac rude reliquerunt. in quo ego spem fefelli non modo inuidorum, sed etiam inimicorum meorum: qui de uno acerrimo, & fortissimo uiro, meoque iudicio, omnium magnitudine animi, & constantia præstantissimo, Q. Metello L. F. quondam falsam opinionem acceperunt: quem post reditum dictitant fracto animo, & demisso fuisse. est uero probandum, qui & summa uoluntate cesserit, & egregia animi alacritate abfuerit, neque sane redire curarit; eum ob id ipsum fractum fuisse animo, in quo cum omnes homines, tum M. illum scaurum, singularem uirum, constantia, & grauitate superasset. sed quod de illo acceperant, aut etiam suspicabantur, de me idem cogitabant, abiectiore animo me futurum: cum resp. maiorem etiam mihi animum, quàm unquam habuissem, daret, quæ iam declarasset, sese non potuisse me uno ciue carere: eumque Metellum unius tribuni pl. rogatio, me uniuersa resp. duce senatu, comitante Italia, promulgantibus omnibus referente consule, comitiis centuriatis, cunctis ordinibus hominibusque incumbentibus, omnibus deni-que suis uiribus recuperasset. neque uero ego mihi postea quidquam assumpsi, neq; hodie assumo, quod quemquam maleuolentissimum iure possit offendere. tantum enitor, ut neque amicis, neque etiam alienatoribus ope ra, consilio, labore desim. Hic mea uitæ cursus offendit eos fortasse, qui splendorem, & speciem huius uitæ intuentur, solicitudinem autem, & laborem perspicere non possunt. Illud uero non obscure queruntur in meis sententiis, quibus ornem Cæsarem, quasi desciuerim à pristina causa. Ego autem cum illa sequor, quæ paulo ante proposui, tum hoc non in postremis, de quo cœperam exponere. non offendes eundem bonorum sensum Lentule, quem reliquisti: qui confirmatus consolatu nostro, non nunquam postea interruptus, & afflictus ante te consulem, recreatus abs te totus est, nunc ab iis, à quibus tuendus fuerat, derelictus: idque non solum fronte, atque uultu, quibus simulatio facillime sustinetur, ii declarant, qui tum nostro illo statu optimates nominabantur, sed etiam sententia sæpe iam, tabellaque docuerunt. itaque tota iam sapientium ciuium, qualem me & esse, & numerari uolo, & sententia, & uoluntas mutata esse debet: id enim iubet idem ille Plato, quem ego auctorem uehementer sequor: TANTVM contendere in rep. quantum probare tuis ciuibus possis: uim neque parenti, neque patriæ afferre oportere. atque hanc quidem ille causam sibi ait nõ attingendæ reip. fuisse, quòd cum offendisset populum Atheniensem, prope iam desipientem senectute; cumque eum nec persuadendo, nec cogendo regi posse uidisset; cum persuaderi posse diffideret, cogi fas esse non arbitraretur. Mea ratio fuit alia, quòd neque desipiente populo, neque integra re mihi ad consulendum capesserem ne remp. implicatus tenebar. sed lætatus tamen sum, quòd mihi liceret in eadem causa & mihi utilia, & cuiuis bono recta defendere. Huc accessit commemoranda quædam, & diuina Cæsaris in me, fratremque meum liberalitas: qui mihi, quascunq; res gereret, tuendus esset; nunc in tanta felicitate, tantisque uictoriis, etiam si in nos non is esset, qui est, tamen ornandus uideretur. sic enim te existimare uelim: cum à uobis meæ salutis auctoribus discesserim, neminem esse, cuius officiis me tam esse deuinctum non solum confitear, sed etiam gaudeam. quod quoniam tibi exposui; facilia sunt ea, quæ à me de Vatinio, & de Crasso requiris. Nam de Appio quòd scribis, sicut de Cæsare, te non reprehendere, gaudeo tibi cõsilium probari meum. De Vatinio autem, primum reditus intercessérat in gratiam per Pompeium, statim ut ille prætor est factus; eum quidem ego eius petitionem grauissimis in senatu sententiis oppugnassem, neque tam illius lædendi causa, quàm defendendi, atque ornandi Catonis: post autem Cæsaris, ut illum defenderem, mira contentio est consecuta. cur autem laudarim, peto à te, ut id à me ne ne in hoc reo, ne ne in aliis requiras; ne tibi ego idem reponam, cum ueneris; tametsi possum uel absenti. recordare enim, quibus laudationem ex ultimis terris miseris: nec hoc pertimueris: nam à me ipso laudantur, & laudabuntur iidem. sed tamen defendendi Vatinii fuit etiam ille stimulus, de quo in iudicio, cum illum defenderem, dixi me facere quiddam, quod in Eunucho parasitus suaderet militi.

Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam
Continuo si quando illa dicet, Phædriam
Intromittamus

Intromittamus commessatum: tu, Pamphilam
Cantatum prouocemus. si laudabit haec
Illius formam: tu huius contra: denique
Sic Paul. Man. * Par pro pari referto, quod eam mordeat.

sic petiui à iudicibus, ut quoniam quidam nobiles homines, & de me optime meriti nimis amarent inimicum meum, meque inspectante saepe eum in senatu modo seuere seducerent, modo familiariter, atque hilare amplexarentur; quoniamque illi haberent suum Publium, darent mihi ipsi alium publium, in quo possem eorum animos mediocriter lacessitus leniter repungere. neque solum dixi, sed etiam saepe facio, dijs, hominibusque approbantibus. Habes de natinio: cognosce de Crasso. Ego cum mihi cum illo magna iam gratiam esset, quod eius omnes grauissimas iniurias communis concordiae causa, uoluntaria quadam obliuione contriueram; repentinam eius defensionem Gabinij, quem proximis superioribus diebus acerrime oppugnasset, tamen si sine ulla mea contumelia suscepisset, tulissem: sed cum me disputantem, non lacessentem, laesisset; exarsi, non solum praesenti, credo, iracundia, (nam ea tam uehemens fortasse non fuisset) sed cum inclusum illud odium multarum eius in me iniuriarum, quòd ego effudisse me esse arbitrabar, residuum tamen, insciente me, fuisset, omne repente apparuit. Quo quidem tempore ipso quidam homines, & ijdem illi, quos saepe nutu, significationeque appello, cum se maximum fructum cepisse dicerent ex libertate mea, meque tum denique sibi esse uisum reip. qualis fuissem restitutum; cumque ea contentio mihi magnum etiam foris fructum tulisset: gaudere se dicebant, mihi & illum inimicum, & eos, qui in eadem causa essent, nunquam amicos futuros. quorum iniqui sermones cum ad me per homines honestissimos perferrentur; cumq; Pompeius ita contendisset, ut nihil unquam magis, ut cum Crasso redirem in gratiam; Caesar per literas maxima se molestia ex illa contentione affectum ostenderet: habui non temporum solum rationem meorum, sed etiam naturae: Crassusque, ut quasi testata populo R. esset nostra gratia, pene à meis laribus in prouinciam est profectus. nam cum mihi condixisset, coenauit apud me in mei generi Crassipedis hortis. quamobrem eius causam quod te scribis audisse magna illius commendatione susceptam, defendi in senatu, sicut mea fides postulabat. Accepisti, quibus rebus adductus, quamque rem, causamque defenderim, quique meus in rep. sit pro mea parte capessenda status. de quo sic uelim statuas; me haec eadem sensurum fuisse, si mihi integra omnia, ac libera fuissent. nam neque pugnandum arbitrarer contra tantas opes; neque delendum, etiam si id fieri posset, summorum ciuium principatum; neq; permanendum in una sententia, conuersis rebus ac bonorū uoluntatibus immutatis; sed temporibus assentiendum. NVNQVAM enim praestantibus in rep. gubernanda uiris laudata est in una sententia perpetua permansio. sed, ut in nauigando tempestati obsequi artis est, etiam si portum tenere non queas; cum uero id possis, mutata uelificatione, assequi, stultum est eum tenere cum periculo cursum, quem ceperis, potius, quàm, eo commutato, quo uelis, tamen peruenire: sic, cum omnibus nobis in administranda rep. propositum esse debeat, id quòd à me saepissime dictū est, cum dignitate otium; NON idem semper dicere, sed idē semper spectare debemus. Quamobrem, ut paulo ante posui, si essent omnia mihi solutissima; tamen in rep. non alius essem, atque nunc sum. cum uero in hunc sensum & alliciar beneficijs hominum, & compellar iniurijs; facile patior ea me de rep. sentire, ac dicere, quae maxime cum mihi, tum etiam reip. rationibus putem conducere. Apertius autem cum haec ago, ac saepius, quòd & Q. frater meus legatus est Caesaris; & nullum meum minimum dictum, non modo factum pro Caesare intercessit, quod ille non ita illustri gratia exceperit, ut ego eum mihi deuinctum putarem. itaque eius omni & gratia, quae summa est, & opibus, quas intelligis esse maximas, sic fruor, ut meis. nec mihi aliter potuisse uideor hominum perditorum de me consilia frangere, nisi cum praesidijs ijs, quae semper habui, nunc etiā potentiam beneuolentiam coniunxissem. his ego consilijs, si te praesentem habuissem, ut opinio mea fert, essem usus eisdem: noui enim temperantiam, & moderationem naturae tuae: noui animum tū mihi amicissimū, tum nulla in ceteros maleuolentia suffusum, contraque cum magnum & excelsum, tum etiam apertum, & simplicem. uidi ego quosdam in te tales, quales tu eosdem in me uidere potuisti. quae me mouerunt, mouissent eadem te profecto sed quocunque tempore mihi potestas praesentis tui fuerit: tu eris omnium moderator cōsiliorum meorum: tibi erit eidem, cui salus mea fuit, etiam dignitas curae. me quidem certe tuarum actionum, sententiarum, uoluntatum, rerum denique omnium socium, comitemque habebis; neque mihi in omni uita res tam erit ulla proposita, quàm ut quotidie uehementius te de me optime meritum esse, laetere. Quòd rogas, ut mea tibi scripta mittā, quae post discessum tuum scripserim; sunt orationes quaedam, quas Menocrito dabo, neque ita multa, ut pertimescas. scripsi etiam, (nam etiam ab orationibus disiungo me referoq; ad mansuetiores musas, quae me maxime, sicut iam à prima adolescentia delectant) scripsi igitur Aristotelico more, quemadmodum quidē nolui, tres libros in disputatione, ac dialogo de oratore: quos arbitror Lentulo tuo fore non inutiles: abhorrent enim à communibus praeceptis, & omnem antiquorum & Aristotelicam, & Isocraticam rationem oratoriam complectuntur. scripsi etiam uersibus tres libros de temporibus meis: quos iam pridē ad te misissem, si esse edendos putassem: sunt enim testes, & erunt sempiterni meritorum tuorum erga me, meaeq; in te pietatis. Sed, quia uerebar, non eos, qui se laesos arbitrarentur, (etenim id feci parce, & molliter) sed eos, quos erat infinitum bene de me meritos omnes nominare. quos tamen ipsos libros, si quem. cui recte committam, inuenero, curabo ad te perferendos. atque istam quidem partem uitae, consuetudinisque nostrę totam ad te defero quantum literis, quantum studijs ueteribus nostris delectationibus, consequi poterimus, id omne ad arbitrium tuum qui hęc semper amasti, libentissime conferemus. Quę ad me de tuis rebus domesticis scribis, quęque mihi commendas, ea tanta mihi curae sunt, ut me nolim admoneri, rogari uero sine magno dolore uix possim. Quod de Q. fratris negotio scribis, te priore aestate, quòd morbo impeditus in Ciliciam non transieris, conficere non potuisse, nunc autem omnia facturum, ut conficias: id scito esse eiusmodi, ut frater meus uere existimet, adiuncto isto fundo, patrimonium fore suum per te constitutum. Tu me de tuis rebus omnibus, & de Lentuli tui, nostrique studijs,

uidetur subaudiendū, non misi.

studijs, & exercitationibus uelim quam familiarissime certiorem, & quam sæpissime facias; existimesq;, neminem cuiquam neq; cariorem, neque iucundiorem unquam fuisse, quàm te mihi; idq;, me non modo ut ut sentias, sed ut omnes gentes, etiam ut posteritas omnis intelligat, esse facturum. Appias in sermonibus antea dictitabat, postea dixit etiam in senatu palam, sese, si licitum esset legem curiatam ferre, sortiturum esse cum collega prouinciam: si curiata lex non esset, separaturum cum collega, tibiq; successurum: legem curiatam consuli ferri opus esse, necesse non esse: se, quoniã ex S.C. prouinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturũ, quoad in urbem introisset. ego, quid ad te tuorum quisq; necessariorum scribat, nescio: uarias esse opiniones intelligo. sunt qui putent posse te non decedere, quòd sine lege curiata tibi succedatur: sunt etiam, qui, si decedas, à te relinqui posse, qui prouinciæ præsit. mihi non tam de iure certum est, (quanquã ne id quidem ualde dubium est) quàm illud, ad tuam summam amplitudinem, dignitatem, liberalitatem, qua te scio libentissime solere frui, pertinere, te sine ulla mora prouinciam successori concedere; præsertim cum sine suspicione tuæ cupiditatis non possis illius cupiditatem refutare. ego utrunque puto meum esse: &, quid sentiam, ostendere; & quod feceris, defendere. Scripta iam epistola superiore, accepi tuas literas de publicanis: quibus æquitatem tuam non potui non probare. facilitate autem quod uellem, consequi potuisses, ne eius ordinis, quem semper ornasti, rem, aut uoluntatem offenderes. equidem nõ desinam tua decreta defendere: sed nostri consuetudinem hominũ scis, quàm grauiter inimici illi ipsi Q. Scæuolæ fuerint. tibi tamen sum auctor, ut quibus rebus possis, eum tibi ordinem aut reconcilies, aut mitiges. id etsi difficile est, tamen mihi uidetur esse prudentiæ tuæ. Vale.

RVBER. PEriucundæ} M.T.C. epistolæ omnes quo lõgiores, eo mihi elegãtiores, & vtiliores videntur. Itaq; eo diligentius à nobis interpretãdæ sunt: neq;.n. eis assentior, qui quasdã breuiores electas se habere iactãt, quas solas proponẽdas esserũt, quasi gẽmas quasdã præcipuas, idq; quibusdã rerum imperitis haud difficile persuadẽt. qđ nõ aliã ob cãm à plerisq; factũ arbitror, nisi quia difficiliores negotij arbitrarẽtur eas aggredi, & ingenio uincere, quæ plus artis, plus ingenij, plus historiarũ, plus deniq; rerũ oĩum cogitationis haberẽt, imitati eos, qui ꝓpter impotentia rei pecuniariæ, cũ pretiosissimas gẽmas emere non possint, quascunq; emerũt, vxoribus suis pretiosissimas esse ꝑsuadere conãtur; cũ tñ eorũ artes, & simulationes aliqñ detegãtur. Sed eos omittamus, & iã viã oĩbus vel ad difficillimas quasq; aperiamus, vt quæ ante hac à paucis intelligendæ difficultatis caritudine emi {vt ita dixerim} non potuerũt, iã ꝓducãtur, & facillime nobis copiã faciẽtibus cõparẽtur, vt, oium cõmodis iã cõsuluisse intelligamur. Cõtinet igitur hæc epist. multas partes, quas singulas enumerare tũ molestũ, tũ vero nõ valde vtile puto. colligẽtur tñ, quę magis necessariæ esse videbuntur, vt facilius habeatur totius epist. argm̃, qđ quidẽ hoc tandẽ esse putamus. Primũ rñdet Cic. Lẽt. qui scripserat studia Cic. in se sibi gratissima fuisse, & ostẽdit id magis esse ex abũdãtia amoris ipsius Lẽt. q̃ ꝙ merita sua hoc exigãt, aut si qua ꝓ Lẽt. fecit quæ quidẽ ita fuerũt debita ꝙ sine magna reprehẽsione præter mitti nõ potuissent: potuisse aũt facilius Cic. erga se animũ cognoscere, si ambo Romæ fuissent quo tpe fuerunt locorũ interuallo seiũcti. gratulatur tñ ipsi Lẽt. ꝙ prouinciã cũ summa laude administraret: tametsi ille Romæ fuisset, dicit se facilius potuisse ulcisci eos, q cũ oppugnassent, quia ille Cic. defendisset: Clodius tñ, qui laudatus à Lẽt. eum præcipue oppugnasset, suis sceleribus iã hoc esse assecutũ, vt nullã uel dignitatis, vel libertatis, partẽ in posterum sibi reliquerit. Deinde quia Lẽt. habebat multos aduersarios, gratulatur ei Cic. ꝙ ille habeat inimicos in re ita magna sicut ipse cognouit, qa hic indignitate, Cic. vero in salute læsus est. Et qm̃ cũ intellexisset Lẽt. Cic. in grãm redijsse cũ Cras. cũ quo multũ antea dissenserat, vt etiam ipse fatetur in oratione prouincijs cõsularibus, & cũ Appio Pulchro, cũ quo habuerat magnas simultates, scripserat se id non reprehendere uelle, tñ potissimũ intelligere, qua causa adductus Cic. defendisset & laudasset Vat. quẽ ante tãtopere oppugnasset, & in quẽ acerrime inuectus esset in caussa Sextij: Cic. oium harũ rerum rationes reddit, & quemadmodum olim sine salutis suæ ratione remp. omnino tutatus sit, ita nunc existimasset hñdã rationẽ salutis, neq; tñ deserendã rẽp. neq; dignitatis suæ opinionẽ. Reddit etiã rationẽ de reditu in grãtiã cum M. Cras. à quo grauissimis iniurijs fuisset affectus cũ eius potissimũ fauore adiutus fuisset Clod. in oppugnatione Cic. Reliquæ partes locis suis ita declarabuntur, vt oino tota epist. intelligi possit. {Periucundæ} Valde iucundæ, plenæ delectationis. {Perspicere} Plane cognoscere. {Pietatẽ} Religiosam quandã animi venerationẽ. de pietatis signatione in prima epist. dictũ est. {Quid.n. dicã, beneuolentiã?} Quæ multo minor est, q̃ pietas. {Cum.} Ratio est huius interrogationis, quid.n. dicã? {Illud ipsum nomẽ} Hæc pronomina habent emphasim, q.d. quo noie nullũ potest esse maius. {Videatur leuius} Putetur minus, & lõge vilius: qa non habeo vocabulũ, quo possim vti ad declarandũ animi mei effectum, cũ nomẽ pietatis, quo nullum potest esse grauius sit etiã vilius, & minus, q̃ exigũt tua merita erga me. de eo.n. Cic. ita scr. in oratione de reditu suo: P. Lẽt. parens, deus salutis nostræ, vitæ, fortunæ, memoriæ, nominis &c. Itẽ in oratione pro Domo sua ad põtifices, sic inquit An. ego cũ P. Lent. cõsul optime de me, ac de rep. meritus &c. {Tuis meritis} Beneficijs. {Facis abundantia quadã amoris} Quia multũ me amas, nam oĩa, quæ ab eo, quẽ amamus, fiunt erga nos, etiã si minima sunt, solent tñ nobis esse valde grata. {Quę prætermitti} .i. omitti. {Sine nefario scelere} Sine impietate & maxima ingratitudine. & est sensus, ꝙ scribis ea esse tibi grata, quæ pro te facio, facis, qa multũ me amas: & ideo ea etiã grata habes, quæ nõ solũ facere debeo, sed ẽt quæ nõ possem prætermittere, quin maximum scelus admittere viderer. {Tibi aũt} h.d. perspexisti, qđ egerim ꝓ te, sed multo clarius cognouisses, si fuisses Romæ his tpibus, qbus abfuisti à nobis, qa facilius pñtibus, q̃ absentibus oñdimus mẽtem nostrã. {Nã in eo ipso} Rñsio est ad aliã partẽ epistolæ Lent. ꝙ si fuisset Romæ, floruisset cum Cic. in administratione reip. idq; aliqñ se facturũ ostẽdebat. Dicit Cic. ita fuisse futurũ qa ipsi oĩno floruissẽt in eo ipso, qđ inferius dicit in sentẽtijs senatorijs dicẽdis, & in oĩ actione &c. {Floruissemus} Excelluissemus. {Paulo post} In processu epistolæ, q̃ alij male diuidunt ab hac. {Sẽsus} Snia. {Et rescribã tibi} Sicut incipit rescribere, cum dicit certiorẽ te ꝑ lr̃as, &c. {Sed certe} Vel saltẽ, vel certe profecto, vt sit affirmãtis aduerb. {Te auctore} Cõsiliario nõ imperitissimo. i. cõsiliario nõ oĩno indocto, & imperito. vitat.n. arrogantiã, vt nolit se dicere peritissimũ. {Fideli} Hoc.n. possum de me dicere, ꝙ fideliter tibi cõsuluissem & amãter. & est ordo, sed certe ego essem vsus te auctore amicissimo & sapiẽtissimo. {Et tu} Subaudi vsus esses me cõsiliario fortasse &c. consiliarius, qui præbet cõsiliũ. {Quanq̃ qui} h.d. se tñ lætari, ꝙ ipse Lent. imperator in Cilicia res bñ gesserit. {Victore} Aduersus Parthos, & alios hostes P.R. qui prouinciæ imminebãt. {Sed certe} q.d. q̃q̃ lætor, ꝙ absens bñ gesseris & res, & prouinciam: tñ maluissem te esse Romæ. quia quæ tibi debeo, multo melius præsenti, q̃ absenti præstare potuissem, & ita tu fructus, quos tibi debeo, vberiores à me pñs accipere potuisses. {Fructus} Translatio est sumpta ab agris. quæ.n. amicis pro præstitis debemus, translatiue fructus appellãtur: qm̃, vt inquit Cicero, debemus imitari agros fertiles, qui plus reddũt, q̃ acceperunt. {Vlciscendis} Puniẽdis vel vindicãdis: nam vlciscor utrunq; signat, auct. Asconio Pæd. q̃q̃ paruum differre vñr, sed hic melius vindicãdis. Est aũt vlcisci, siue uindicare, iniuriã non impunitã relinquere, & quasi par pari referre: vt summatim diffiniã, est maledictũ aliquod, aut malefactum defendere. {Partim inimicos esse} Ostẽdit hic duas fuisse cãs, quia sibi inimicos cõparauerit, aut quia defendit Cic. aduersus impetũ Clodij, aut qa pulcherrime, & cũ summo honore egit ꝓuinciã, ob q̃ multi ei inuidebant, neq; volebãt ei decerni ea, quæ uictorib. imperatoribus à P.R. decerni solebãt. {Propugnationẽ} Defensionẽ. {Salutis meæ} Vitæ meę, cũ in exiliũ exire coactus sũ. {Amplitudinẽ} Dignitatẽ. {Illius actionis} Aut quod optime gesserit res in ꝓuincia, aut certe ꝓp ea, q̃ in cõsulatu antea egerat, vt dixit superius, Magna est memoria cõsulatus, de quo multi inimici ei inuidebãt. {Mirificũ} Magnũ & audẽtẽ plusq̃ existimet. {Quanq̃} q.d. habuimus ẽt deos no Pietas. Fructus. Vlciscor Vindicos

bis fauētes, q̄a ille sceleratus Clo. ꝑpetuus inimicus oīum, qui de eo benemeriti sunt, pro nobis uindictā fecit de se ipso, quia propter sua scelera amisit oēm dignitatē & libertatē in futurū. {Quanquā ille} Nō dicit, qui sit, sed intelligit Clod. perpetuus inimicus amicorū suorū, qui semper malefecit ijs, à quibus est bene affectus. {Ornatus} Adiutus. {Tuis maximis beneficijs} Qui ei semper fauisti, & auxiliū præstitisti, vt extolleretur. {In te potiss.} Præcipue in te, quāuis idē fecerit in alios. {Fractam uim} Quia iam amisit auctoritatē, neq; tm̄ potest, quantū poterat, cū me oppugnauit. {Cōtulit} Coniicit, cōuertit. {Vltus est nostrā uicem ipse sese}. i. de se ipso fecit uindictā pro nobis.

Se, Sese.

{Sese}. i. in se ipso. Sic, & sese, Seruius in arte à Cæsare ita distingui ait, vt se dicamus, cū aliquē quid in aliū fecisse ostendimus, vt hic fatetur se nocuisse mihi. Cum aūt seipsum, tunc dicimus sese. {Vicē nostram}. i. quod nos facere debeamus. i. vice nostri. {Est. n. ea} Ostendit, quid egerit contra seipsum. {Est conatus} Tētauit, aggressus est. {Ea quibus patefactis} Sacrilegiū eius intelligit, cū ad sacra deæ Bonæ muliebri habitu ausus est venire, propter amore Pompeiæ vxoris Cæs. {Non modo dignitatis} Quia propter fœditatē suorū scelerū omnibus honoribus indignus habitus est. Neq; enim solū Pōpeiæ Cæs. vxoris mœchus fuit, sed etiā cū duabus sororibus cōcubit, quarū altera nupserat Lucullo, altera Metello clarissimo viro, q̄ multis in locis Cic. cōmemorat. Refert etiā Liuius & Plutarchus. {Sed ne libertatis} Quia liber esse nō potest, qui aliquo publico scelere est pollutus: neq;. n. potest, aut etiā audet se defendere qui se infectum cognouit. Vnde Iuuen. Vnde tibi frontē libertatemq; parētis, Cū facias peiora senex. {Te aūt} Sensus est: & si mallē te potius expertū esse in rebus meis, q̄ in tuis, qualis sit fides hominū: q̄a pluris facio res tuas, q̄ meas: tn̄ gaudeo, ꝙ nō cognoscas fidem hominū tāto tuo dāno, quanto dolore ego cognouerim. {In rebus meis} In meis cōmodis. {In molestia} Quam capio de rebus tuis ita exagitatis. {Gaudeo} Accipio hāc lætitiā, & cōsolationē. {Te cognoscere eā fidē} Quia vt alibi Cic. ita amicicia, & fides hoīum aduersis ꝓbatur, sicut aurū igni. {Nō ita magna mercede} Nō tā caro pretio, vt uulgo dicimus, vel nō tā magna impensa, & dāno. {Quā maximo dolore m.} Quā maximo. i. quātū maximo. {Ego cogn. fidē hoīum} q̄a nō tāta fuerat merces eorū, quæ dignitate tua violata amisisti, quātus fuit dolor afflictæ, & ꝓpe perditæ salutis meæ. {De qua ratione} De qua re & causa & negotio. {Tēpus} Occasionē quandā, & opportunitatē. {Dari} offerri, quia incidēter feci mētionē de fide hoīum, q̄ uariā erga me cognoui magno dolore eo tp̄e quo à Clo. Clodianiq; oībus iniquissime sum uexatus. {Vt rescribā tibi} Ostēdit igitur hāc epistolā totā esse responsiuā. {Ad ea, quæ quæris} A me scire. {Certiorē} Nō est initiū epistolæ, vt q̄dā male sentiūt, sed vt ex verbis præcedētibus aperte perspicitur, coniungitur cū superiori textu epistolæ. {Factū certiorē} Edoctū esse, intellexisse. {Appiū} Quidā frustra somniāt Appiū Clodiū, per quē coactus est in exiliū ire; cū apud nullū oīno legatur, ꝙ cum eo reconciliatus sit: sed Appiū intellexit Pulchrū cognomēto, ad quē multas epistolas scribit lib. 3. in quibus Cic. fatetur se in gratiā redijsse, & simultatē deposuisse. {Vatiniū aūt} In hunc inuectus est Cic. vehemēter in causa, & extat oratio Ciceronis admodū cōtumeliosa in Vatiniū testē. {Ostēdijs} Signas per literas tuas. {Adductus} Motus, compulsus, laudarim, & defenderim, his. n. duabus rebus maxime demōstratur reconciliata gratia. {Laudarim.} Quē ante mille criminibus onerarim. {Defenderim} Quem totis viribus oppugnauerim. {Planius} Apertius. {Necesse est, repetā} Summā reuocem, & subauditur vt repetam. {Altius} Longius, magis ab initio. {Consiliorum} cogitationum, deliberationem.

Ego.

{Ego} Vt diximus supra, hoc pronomen in principio orationis præsefert grauitatem, & veritatem narrationis. Dicit enim Cic. post restitutionem suā se ita fuisse gratum, vt non solum existimaret se restitutum suis, sed etiam multo magis ipsi reipub. & non solum existimasse se debere Lent. à quo præcipue fuisset adiutus, sed etiam debere ipsi reip. eum animum, quem antequā accepisset hoc singulare beneficium, debebat cōmuni officio ciuium. {Actionum tuarum} Quæ in tuo consulatu pro me restituendo apparuerunt. Aut reuera actionum tuarum in tuo consulatu, quem egisti de instaurandis ædibus meis, quæ per Clodium fuerant dirutæ, & de restituendis mihi reliquis, quæ amiseram. {Meis} Fratri, & liberis, & amicis, & propinquis. {Et quoniam deberem tibi} Sensus est. Et quoniam debebam summopere amare, per quem præcipue fuissem restitutus: arbitrabar me etiam debere reip. quæ fauisset tibi in restitutione mea: saltem eum animū, quem debebam antea, sicut ceteri ciues, cum non dum essem affectus tā singulari beneficio. {Incredibilem} Maximum. {Singularia} Vnica, præcipua, quasi quæ pro nullo alio debeo. {Studia} Plus quam amor. {Adiuuisset} Quia multorum ciuiū optimorum fauore est restitutus Cic. quos nunc intelligit per rempublicā. {Certe} Saltem. {Eum} Talē. {Merito} singulari beneficio restitutionis meæ. {Tantummodo} Non alia propria, aut speciali obligatione. {Cōmuni officio} Quia omnes ciues communiter debent reip. suæ. {Debitum} Obligatum. {Non aliquo singulari beneficio} Sicut nūc est debitus hoc tāto beneficio. {Præstitissem} Exhibuissem, demonstrassem. {Hac me mente} Hoc proposito, hac intētione. {Te consule} Cum esses consul. {Vidisti} Cognouisti. {Collocutionibus} Familiaribus cōgressionibus inter te, & me. {Primis tēporibus} Postquā fui restitutus. {Offendebatur} Molestia afficiebatur. {Cum agēte te} Te tractante, {De reliqua} Vt præter reditū meū restituerentur mihi reliqui, quæ amiserā. {Aut occulta} Sensus est: aut cognoscebā quibusdā me clam odio haberi, aut nō satis aperte mihi fauere, sicut debebant. {Obscutiora} Aliquantum obscura, non satis aperta. {Studia} Fauores, voluntates. s. cognoui, ꝙ quidam mihi aperte fauere non auderent. {Nam neq;} Dicit in quibus rebus maxime cognouerit quorundā vel occulta odia, vel obscura studia. {Nam neque} Sensus est, cum ageres de monimentis meis, de vi nefaria vlciscenda, quā intulerat mihi Clodius, denique de restituēdis mihi omnibus ijs, quæ ante amiseram, nō adiuuerunt te, qui debuerūt adiuuare: in quo cognoui ꝙ aut oderant me aut aperte fauere non audebāt: neq: præstiterunt eam voluntatē, quam ab eis expectabam. {De monimentis} De domo mea quā Clodius libertati dicauerat, de qua Lent. sæpe egerat in senatu & apud pōtifices, vt restitueretur Cic. & extat oratio ipsius Cic. de domo sua ad pontifices, in qua ostendit domū suam à P. Clodio iure consecrari non potuisse, petitq; eam sibi restitui, quā multis in locis in ea oratione monimentum appellat, ꝙ Clodius iactaret se eam cōsecrasse in monimentū, & perpetuā memoriā libertatis, cum potius eiecto Cic. amissa esset libertas: vnde in prædicta oratione sic inquit, cū de libertate locutus esset: Hæc me domo mea pellet, hæc ultrix afflictæ ciuitatis reip. spolijs ornabitur, hęc erit in eo monimento, quod positum est, vt esset iudiciū oppressi senatus ad memoriā sempiternam turpitudinis. & multis alijs in locis in ea oratione monimentū appellat domum suā. Est aūt monimētum alicuius rei memoriam, à mentis monitione dictū. {De vi} Violentia, quia Clod. eiecit Cic. armata manu. {Cū fratre} Qui, quamuis non fuerat eiectus ex vrbe, est tn̄ eiectus domo sua, quā Clod. incenderat, vt est in oratione pro Milone: & absente fratre ita vexatus, vt cum de eius restitutione ageretur, orta contentione, vno tribuno vulnerato, & multis alijs interfectis, ipse non alia uia euaserit, q̄ ꝙ se mortuū fingens inter cadauera per forū iacentia delituerit, auctor Plu. in vita Cic. {Neq; hercule} Ordo est, neq; hercle præstiterunt eā voluntatem, quam expectabam in ijs rebus, quæ tn̄ minimi à me putabantur, quamuis erāt mihi necessariæ propter naufragia rei familiaris. {Ijs ipsis rebus} q. d. minimis. & intelligit supellectilia, & agros &c. quæ Cic. rapta fuerant, quæ quamuis ille paruifaceret, tn̄ dicit sibi fuisse necessaria, propter magnum infortunium exilij, quod perpessus fuerat. {Erāt necessariæ} Quia in eiusmodi casu solent omnia esse necessaria, quæ fortuna prospera videbantur superfluæ. {Minimi putabātur} Quia nō erant vera bona, sed fortunæ subiecta. {Naufragia} Cōparat. n. semper Cic. dissensiones ciuiles tempestatibus: damna vero, quæ ex eis patitur, naufragia appellat, vt in oratione pro Milone. Equidem ceteras tempestates, & procellas in illis duntaxat fluctibus concionū &c. Naufragus autem dicitur naui fractā eiectus, & naufragiū ponitur modo pro nauigandi periculo, modo pro nauigationis dāno & infortunio, & iactura. ergo hic naufragia iacturas & amissiones intelligamus.

Naufragus
Naufragiū.

{Resarciendis} Tractū à uestibus, quæ dissutæ sarciuntur. i. componuntur. ergo sarciendis. i. componendis, quia erāt dissipatæ exilio meo, vel instaurandis, & emendandis, vnde & sarcinatores {Teste Nonio} sutores dicuntur. {Neque. n. erāt} Parenthesis est. {Obscura} Occulta, sed apertissima. {Non tamen tam acerba}. i. non tā iniquo animo ferebam hæc, in quibus non adiuuabā te causa mei, quām habebam grata ea, quæ fecerant, cum me restituendum & senserant, & dixerant. {Acerba} Molesta, grauia. {Illa} Quæ fecerant, in me restituendo. {Itaq;} Conclusio vel potius illatio quædam ex superioribus, quibus dixit se nullius odio, aut alia causa potuisse vnquā alienari à rep. Nunc igitur dixit, quòd quamuis plurimum deberet

Sarcinatores.

Pompeio,

Pompeio, nõ solum quia fuerat ab eo adiutus in restitutione, sed etiam quia eum semper plurimum amauerat, & de eo semper bene indicauerat, non tamen habuit tñ respectum quid ipse Pomp. vellet, qui permãsit semper in pristinis sẽtẽtijs suis de rep. {Te prædicatore} te assertore & aperte dicẽte me ei plurimum debere. {Iudicio meo} Quod de eo peroptimum habueram. {Non reputans} Non considerans, aut cogitans. {Permanebam} Perseuerabam. {Pristinis} Consuetis, quas sententias habueram etiam ante exilium meom. {Sentẽtijs de rep.} Videtur hoc dicere, q. quamuis plurimũ faceret Pomp. cui plurimum debebat, & ipse Pomp. faueret Cæsari, cui volebat prorogare prouinciam in alterum quinquennium, cuius denique dignitatem omnino sustinebat, & defendebat, cum alijs, tum vero in diuisione agri campani: tñ nunquã vllo respectu Pomp. potuit deterreri, quo minus diceret pro rep. quod sentiebat: cũ maxime spreto Bibulo à Cæsare eius, collega ita vt nusquam in consulatus dignitate nominaretur, nõ dubitauerit, dicere se pluris facere iacentem fortunam, & calamitatem Bibuli, quàm Cæsaris auctoritatẽ, quod ita declarat. {Ego, sedente Cn. Pompeio} Vt audiret orationem Sextij. Cum Sextius uenisset in vrbẽ, qui omnibus comitijs declaratus quæstor uenerat ad vrbem vt de laudibus Pompeij diceret. Vatinius vero testis dixerat Ciceronem, adductum felicitate, & fortuna prospera Cæsaris cœpisse esse illi amicum. cui Cic. respõdit se pluris facere fortunam Bibuli quam ipse Vat. afflictam putaret, quàm omnem felicitatem, & omnes uictorias Cæsaris, vt ostenderet in eligenda amicitia Cæs. se non fortunam, sed iudicium secutum esse. {Dixissetque testis Vatinius} Ita est ordinandus textus, vt intelligamus, & cum Vatinio testis dixisset me commotum fortuna, & felicitate Cæs. cæpisse se esse amicũ illi, ego dixi me anteferre fortunam Bibulo &c. Nam si testis Vatinius sit parenthesis, vt quidam imperiti historiæ, & male intelligẽtes Cic. interpretantur, quis erit nominatiuus huius verbi dixisset? neque enim intelligi potest Sext. qui erat amicissimus Cic. neque hoc dixisset. ergo necesse est dicere, Dixisset Vatinius testis, qui fuerat testis cõtra Mil. & Sex. vt patet in orat. aduersus ipsum Vati. {Commotum} Adductum, incitatum. {Ille} Vatinius. {Vellet} cuperet. {Afflictam} Quassatam, miseram: quia à Bibulo semper Vat. dissensit, & vt est auctor Cic. in oratione cõtra Vatinium. {Testem} Voluit etiam eum in vincula ducere, cum ipse Bib. bene de rep. sentiret, & nusquam progrederetur, cum esset collega Cæsaris in consulatu, quinimmo toto tempore sui consulatus teste Cic. & Plutarcho in vita Cæsaris continuit se domi clausum. Superuacaneum puto ponere verba Cic. in oratione contra Vat. quæ hunc locum declarant. {Eodem teste} Sunt, qui putent intelligi eodem Vat. teste, quod non procedit quia hæc nõ dixit Cic. teste Vatinio, sed dixit ipsi Vat. Eodem subaudi Sextio. {Teste} præsente, audiente. & hic est verus sensus. {Eosdem esse} Inuidos, & inimicos reip. {Qui prohibuissent} Vetuissent. {Exire domo} Quoniã qui Cæsari fauebant, coegerunt Bib. se continere domi. {Et qui me coegissent} Exire domo, & in exilium. Itaque dicit se dixisse Vat. teste Sext. se ab eisdem coactum ire in exilium, qui postea Bib. inimici fuissent. {Tota vero interrogatio} Tota oratio mea in Vatin. illa enim oratio tota, vt patet ijs, qui eam viderunt, plena est interrogationibus de varijs rebus. {Reprehensionem illius tribunatus} Clod. & Vatin. qui ambo tribu. pl. fuerunt. De tribunatu Vatin. his verbis testatur Cicer. in oratione in Vatin. Factus est tribu. pl. Quid enim de te, Hispaniensibus flagitijs tuis, sordidisque furtis interrogem? quæro primum quod genus & improbitatis, & sceleris in eum magistratum prætermiseris? & App. lib. 2. tribunos vero declarauit Vatin. & Clod. cognimine Pulchrum. {Libertate, animoque maximo} i. forti animo, & libertimo. vsus est, enim Cic. his verbis. Erumpet. n. aliquãdo ex me vera vox; & dicam sine cunctatione, quod sentio. {De auspicijs} contemptis à Vat. sic enim dicit in prędicta oratione, cum auspicia, quibus hæc vrbs condita est, quibus omnis resp. atque imperium tenetur, contempseris, initioque tribunatus tui senatui denuntiaris tuis actionibus, augurum responsa. atque eius collegij arrogantia impedimento nõ futura. {De donatione regnorum} Inuidiose dixit regna potestatem, quam hic ad opprimendam remp. Cæsari, Pompeio, & Crasso dari vellet, tametsi hoc Cic. dissimulat in oratione in Vatinium, vel qm tulerat leges reip. perniciosas, dixit donationem regnorum tribunatum Vatinij, & Clodij, cum in Vatinium his verbis vtatur? Quæro cogitaris ne in illo tuo intolerabili regno, nã cupis id audire, sed latrocinio augurẽ fieri. & Appianus, Tribunũ tunc quidem ad Ciceronis insidias parauit, cum ille triumuirorum cõsensum ad monarchiam aspirantium palã probaret tribunatum. {Modo} tantummodo. {In hac causa} Contra Vatinum. {Sed constãter} Fortiter. {In senatu} Nam orationẽ in Vatinium non in senatu habuit, sed in foro. {Mihi est assensus} Sententiã meam probauit. {Vt referretur} vt proponeretur. nam id suadebat Cic. vt referretur de agro cãpano, quem Cæsar volebat diuidi. Cic. autẽ nolebat, egitque, vt abrogaretur quicquid in ea causa esset decretũ. {In arcem} In summitatem. h. d. non potui altius causam tueri de agris cãpanis non diuidendis. {Inuadere} Ingredi. {Magis} Quia inuectus est acerrime in Cæsarem, ita vt nõ caruerit suspicione à se, & Bibulo, & Catone missum esse Vectium virum popularẽ, qui Cæsarem & Pomp. interficeret, idque professus est Vectius, & ensem sibi à Postumio Bibuli lictore datum. {Temporum meorum} Quibus coactus sum exire in exilium, cum aduersatus essem voluntati potentũ quorum temporum dicit se oblitum, quia nõ cõsideraret, quod sibi euenisset. {Meminisse} Actionum eorũ, quæ pro reip. egissem, aut egere deberem. {Hac sententia} Vt referretur de agro campano contra Cæsarem, Pomp. & ceteros, qui Cæs. fauebãt. {Motus} tractum à mari: magnæ perturbationes animorum. {Cum} partim. {Quorũ oportuit} Nõ ex vi verbi dixit, oportuit, quorũ, sed ex vi nominis subintellecti. {Quorum} Subaudi motum. {Oportuit} Decuit fieri. {Tum illorum} Motus factus est. {Quorum} Motuum. {Nunquam putaram} Factũ iri, & est sensus, hac sententia à me dicta perturbati sunt, & qui debuerunt & quos nunquã putassem perturbari. {Nam} Ostẽdit aliquem ex ijs, qui perturbati sunt. {In meam sententiã} Pro mea sententia. In. n. interdum pro contra, interdũ loco pro, ponitur, vt bene sentio in remp. & in hoc loco. obtinuit n. Cic. vt fieret senatusconsultum pro sententia sua. {Põpeius} Qui Cæsari fauebat, & voluisset eum obtinere de agris Campaniæ diuidendis. {Cũ ostendisset} Simulasset. {Se nihil offensum} Nihil læsum mea sententia, nec causam sibi displicere. {Lucam venit} Quæ vrbs est Hetruriæ, & ita scribit Plut. non aũt in Lucaniam, vt quidã codices habẽt mẽdose. {Vbi} Lucæ. {Quæstus} Cum Põpeio. {De mea sententia} Contra ipsum de agro campano. {Vidisset Cæsar} Crassum, qui ei fauebat; quia conuenerant hi tres, vt Pompeius, & Crassus cõsulatum inirent, & ipse Cęsar earum nationũ, quibus ante præfuisset, imperio in alterum quinquenniũ præficeretur. Sic mutuo consensu rẽp. inter se partiti sunt. {Incensus} Irritatus, stimulatus. {In me} Contra me. {Ab eo} Crasso, qui ei dixisset me eius causæ diuidẽdorum agrorum, & præcipue qui circa Capuam essent, aduersatũ esse. {Sane} Põpeium ostendit se intellexisse: cum ex alijs multis, tum vero ex fratre Pompeiũ id valde moleste tulisse. {Maxime} Præcipue. {Ex fratre} Q. Cic. fratre meo. {Conuenisset} Deprehendisset; casu inuenisset. {Inquit} Pompeius. {Teipsum cupio} Verba iratũ animũ iudicantia. Terent. in Andr. O te ipsum quærebã: optato aduenis. aliquot me adiere, ex te auditum qui aiebant: hodie filiam meã nubere tuo gnato· id viso, tu ne, an illi insaniãt. Ita. n. irati dicere solemus, te ipsum cupio, teipsum quærebam, & similia. Ergo sicut Chremeti irato apud Terent. non fuit satis dicere, ò teipsum quærebã, sed addit, optato aduenis: ita nunc Põpeius perturbatus primum inquit, Teipsum cupio. deinde subdit, Nihil opportunius potuit accidere, quàm vt te cõuenirẽ {Cũ M. fratre} M. T. Cic. fratre tuo. {Egeris} quod mihi spopondit, vt præstet. nam promiserat Q. Cic. Marchum fratrem nihil facturum aduersus voluntatẽ Põpeij. {Oportunius} Commodius quàm vt te conuenirẽ. {Dependẽdum} Persoluendum. tractum à pecunia, quæ pendebatur, qm apud antiquos pœnę erant pecuniariæ. Vnde Virg. in 6. Aen. Tum pendere pœnas Cecropidæ iussi. {Spopondisti} recepisti. plus est enim spondere, quàm promittere. Vnde sponsores dicti sunt. {Quid multa} Ita loquimur, cũ volumus breuiter concludere. {Quæstus} de me. {Grauiter} Acerbe. {Commemorauit} exposuit, & exprobrauit, vt Ter. Istæc commemoratio est quasi exprobratio immemoris beneficij. {Quid egisset} Locutus esset. {Cum ipso m. f.} cum quo comunicauerat multa de actis Cæsaris. {Is} frater meus. {Redegit in memoriam} fratri meo. {Recepisset} Promisisset: & quasi super fidem suam spopondisset. {Seque, quæ de mea salute} Sensus est, adduxit testem fratrem meum se fecisse consensu Cæsaris ea, quæ fecisset de salute mea. i. reuocatione mei ab exilio. {Cuius} Cęsaris. {Causam} De agro Campano. {Et dignitatẽ} De prorogando imperio in aliud quinquẽnium. {Vt cõmendaret} Frater meus. {Rogauit} Pompeius fratrem meum. {Vt eam ne oppugnarẽ} Vt

Ager Campanus diuidendus.

In.

Luca.

Spondeo
Promitto
Sponsor.

si nollem, vel non possem eam defendere, saltē nō oppugnarē. {Hæc cũ frater} concludit, quia recõciliatus sit cũ Cæsare. {Tamen} quãuis iam antea ea dixisset fratri meo. {Cũ mādatis} cũ missionibus. {Vt reseruarē integrũ} vt nihil agerē, vt nihil agere inciperem. {Ad suum reditum} donec ipse reuersus esset ex Africa, vel ex Sardinia, vbi locutus fuerat cum fratre. {Collegi me} tractum à copijs siue exercitu. i. incepi mecum diligentius considerare. {Et cum ipsa quasi} quasi dixi, qm̃ nō cum rep. sed tanquā cum rep. locutus est. i. finxi me cũ rep. loqui, vt concederet mihi, qui pro ea multa essem perpessus, vt etiā possem memorem, & gratũ me ostendere erga eos, qui de me essent benemeriti, & vt concederet mihi, vt ea præstarem, quę frater meus de me spopondisset Pompeio, vt ita viderer vir bonus erga benemeritos de me, sicut ipsa resp. habuisset me erga se ciuem bonum. {Perpessum} qui essem perpessus, & tolerassem. {Atque perfuncto}. i. qui essem perfunctus. i. finiuissem tot mala pro se. nā perfuncti malis dicuntur, qui mala finięrunt, & iam sunt prope liberati, sic & defuncti malis, vt Virg. 6. Aen. O tādem magnis pelagi defuncte periclis, Sed terra grauiora manēt. {Officium} debitum meum, quod mea interesset, vt ostendimus in 1. epist. {Memorem} beneficiorũ acceptorum, & gratum. {In benemeritos} erga eos, à quibus essem bene affectus. {Fidē fratris} quā frater pro me Pomp. dedisset. {Præstarem} exhiberem, re ipsa perficerem, vel dependerem & soluerem. vt si dixero sic, quamcunq; fidem pro me dederis, præstabo. i. soluam, & exhibebo. {Bonum ciuem} in defendēda patria, in opprimendis coniuratoribus, & inimicis P. R. {Bonum virum} erga amicum meum in præstāda fide, quæ esset de me data, & vt beneficij à Pompeo in me collati memor, & gratus essem: quod ad virum bonũ pertinet. {Actionibus} in ijs, quæ faciebam. {Et sententijs} ex ijs, quæ sentiebam, & dicebā in senatu. {Pōpeium offendere} Pompeio displicere. {Certorum} quorundā, vel potius certorũ, prudentium, & fideliũ. {Quos} homines. {Debes suspicari}. i. quos etsi nō nomino, tñ debes putare, & existimare, qui sint. {Cum sentirent}. i. sententijs suis probarent, & semper probassent, ea demũque ipsi sensissent semper: aiebant tñ se gaudere, quamuis idem sentirem, quod ipsi: tñ gauderent me aduersari Pomp. & ꝙ propter has sententias Cæsar esset mihi futurus inimicissimus. {Non satisfacere}. i. non respondere, nō facere, quod cuperet. {Erat hoc mihi dolendũ} q. d. quamuis hæc esset mihi magna & iusta causa doloris, ꝙ illi gauderent, me non gratificari Pomp. & facere mihi inimicum Cæs. tñ hoc magis erat dolendum ꝙ blandiebantur inimico, vt mihi stomachum facerent. {Erat hoc} quod dixi hos gauisos esse. {Meũ inimicum} Clodium intelligit. {Meum autem} correctio est, q. d. dixi inimicũ meum. {Immo vero legum} quas ille nullas obseruabat. {Iudiciorum} quæ non timebat, cum & sacrilegus, & adulter fuisset. {Officij} quia remp vexabat, & omnes viros bonos, per quos ciuitas gubernabatur {Patriæ} cuius cupiebat euersionem. neq; ob aliam rem Milonem impediebat, ne consul decerneretur, & crearetur, nisi quia videbat eum solũ esse, qui eius nefarijs conatibus obsisteret. {Bonorũ omnium} quia vir sceleratissimus bonorum esse non potest. {Sic amplexabantur} tractum à matribus vel nutricibus, quæ huiuscemodi blanditias filijs suis facere solent. {Sic, sic} repetitio est. {Sic fouebant} sic tāquam in gremio, & in vlnis habebant. {Me præsente} vt maior esset dolor videntis. {Nō vt facerent}. i. nō quod facerent. nā vt causatiua est coniunctio, & pro qm̃, uel ꝙ, vel quia, in hoc loco ponitur. {Stomachũ} bilem, indignationē. {Sed certe} saltem. {Arbitrarentur} existimarent. {Se} facere stomachum. {Quem ego perdidi} iam. n. assuefactus sum hmõi rebus, & iniurijs. {Funditus} penitus. {Hic} tunc. {Subductis} dispositis, compositis, & vt ita dixerim, calculatis &c. Terentianum verbũ. {Summā} persēuerat in translatione mercatoris, & calculationis. {Summā feci}. i. omnes meas cogitationes quadam quasi cõputatione collegi. {Breuiter} captat docilitatē. {Si potero} vt ostendat multas essem harum cogitationum causas. {Ego} ostendit suũ consiliũ fuisse honestissimũ. dicit. n. ꝙ si vidisset remp. teneri ab improbissimis viris, sicut temporibus suis, & alijs scit aliquādo accidisse: neq; præmijs, neq; periculis vllis adduci potuisset, vt se vnquam talibus viris adiungeret, etiā si ab eis maxima accepisset beneficia. {Perditis} omni vitio cõtaminatis, de quibus nulla oĩno esset spes. {Teneri} regi, administrari. {Meis tp̃ibus} cũ Clodius, & Vatinius tribuni essent. {Aut meis tp̃ibus} cum eiectus sum in exiliũ. {Et nōnullis alijs tp̃ibus} notat aũt tp̃a Marij, & Syllę præcipue, deindē aliorũ, ꝓpter quos fuit seditio in rep. & est ordo, si viderē remp. teneri ab improbis, & ꝑditis ciuibus sicut scimus accidisse in meis tp̃ibus & nonnullis alijs tp̃ibus nō modo adiungerē me ad cãm eorũ impulsus pręmijs, q̃ apud me minime valēt, sed ne periculis quidē impulsus, quibus tñ &c. {Impulsus} motos, coactus. {Præmijs} remunerationibus. {Quæ apud me min. valēt}. i. quæ ego satis facile contēno. qđ est viri fortis, vt ipse in 1. Offic. dicit, nihil est tā magni animi, q̃ pecuniā contēnere, si nō habeas: si habeas, ad liberalitatē, beneficentiamq; cõferre. Pręmia aũt, & munera differunt: quia munera cuicunq;, præmia vero tm̃ virtuti, & merētibus debentur. Aduertendũ tñ præmiũ pro remuneratione mali interdũ inueniri, vt apud Virg. 2. Aen. Priamus ad Pyrrhũ loquēs. {Sed ne periculis quidē} vel amittēdarum fortunarum, vel etiā vitæ. Sed ne periculis: quos. n. pręmia non mouent, adducuntur plerunq; periculis, vt aliquid faciant, quod quidē dicit Cic. se non fuisse facturum tanquā virum bonum, fortem, & vere Stoicum quem nullis periculis à recto abduci decet, vt ipse Cic. multis in locis ostendit: & Horat. 1. Epist. ad Quintium his versibus.

Collige me

Perfunctus Defunctus.

Præmium Munus.

Vir bonus, & prudens audebit dicere, Pentheu
Rector Thebarum, quid me perferre, patiq;
Indignum coges? adimam tibi nempe pecus, rem,
Lectos, argentum. tollas licet. in manicis, &
Compedibus sæuo te sub custode tenebo.
Ipse Deus simul atque volam, me soluet, opinor.
Hoc sentit, moriar. mors vltima linea rerum est.

{Quibus} periculis. {Mouentur} flectuntur a proposito. {Fortissimi viri} sententiæ pro loco accipiendæ sunt. nam aliter loquimur, cum generaliter aliquid dicimus, aliter cum specialiter aut de nobis, aut de alio pro causa nostra loquimur. ergo quamuis Cic. alibi sentiat virum fortem neq; dolore, neq; metu, neque periculo, neq; vlla alia deniq; re à recto moueri oportere: tamē hic dicit fortissimos viros interdum moueri periculis, vt magis se laudet qui eis nunquam motus sit. {Ad causam} ad partem: nam causa interdum pro quæstione implicita controuersijs accipitur. vt Cicero diligenter egit causam Milonis. interdum pro excusatione, vt honesta est causa tui discessus: interdum pro parte, vt causa tua differt à mea, vt Lucanus lib. 1.

Victrix causa deis placuit, sed uicta Catoni.

{Ne}. i. non adiungerē. {Si} quamuis, hoc est si etiā affecissent me summis beneficijs. {Constarēt} apparerēt, probari possent. {Merita} beneficia. {Cũ aũt} enumerat aliquot causas, & rationes, quibus ostēdit se honeste motum esse, vt assentiretur Pompeio, & primum, ꝙ Pompeius principatum, & potentiam, quā haberet in rep. & gloriā non casu, sed meritis, & rebus gestis clarissimis sit cõsecutus, & ꝙ eius dignitati ab adolescētia semper fuerit, & ꝙ non solũ ei fauerit, sed etiā in prætura, & in consulatu suo eũ adiuuerit, quod plus est, deinde ꝙ ipse Pōpeius adiuuisset ipsum Cic. auctoritate, & sñia per se, consilijs vero, & studijs simul cũ Lentulo, & postremo, ꝙ Pōpeius existimasset sibi inimicum Clodium, quia Clodius esset inimicus Ciceroni. his causis dicit, se motũ, vt non vereretur haberi incõstans, si in quibusdā sentētijs paululũ se mutasset ab eo, quod solitus esset sentire, & dicere {Principes} primarius. {Viris} vir talis, tam excellens. {Hanc potentiā} quā maximam habet præter ceteros in administratione reip. {Et gloriā} qua excellit nō modo omnes Romanos ciues, uerumetiā oēs, qui ubiq; clarissimi fuerunt, vt ipse ad Appiũ scribēs huius voluminis lib. 3. de Pomp. loquēs sic inquit: Tum alterius oium seculorum, & gentiũ principis. & idem alibi ad eundē Appiũ scribēs, Nec mehercle vidi aliter existimare Cn. Pompeiũ, quē omnibus, qui unquā fuerunt, vel P. Lentulũ, quem mihi ipsi antepono. {Meritis} erga remp. ciuesq; suos, tũ propter bella maxima, & ferè innumerabilia cõfecta, tũ propter metũ famis, & penuriæ ab eo sublatũ, cum eo facto imperatore, & proposito maximo bello, vt ipse Cic. in oratione pro lege Manilia inquit, ex summa inopia, & caritate rei frumētariæ, repēte tanta vbertas cõsecuta est vnius spe, & nomine, quantā uix sũma vbertate agrorũ diuturna pax efficere potuisset. {Rebus gestis} præstātissimis, quæ à Cic. in ꝑdicta oratione & à Plut. in eius vita cõmemorātur. {Cuiusque} duæ dictiones sunt, hoc est & cuius dignitatis. {Ego ab adolescētia} mea. {In prętura aũt. & consulatu} nō Pōpeij, sed prætura mea, cõsulatu meo. {Adiutor} qui plus est q̃ fautor. {Cumq; idē} Pompeius. {Auctoritate} qua plurimũ valet. {Per se}. i. solus, quia ipse se auctoritate, & sñia me adiuuit, cũ in ceteris meis dignitatibus, tum vero in restitutione mea. {Consilijs, & studijs tecum}. i. te socio, & participe consiliorũ, & studiorum suorum de restitutione Mea. {Meumq; in.} Clodiũ intelligit. {Vnũ} pręcipuum, singularē. {Famā} nomen. {Incõstantiæ} instabilitatis. i. nō putaui mihi

ui mihi verendũ eſſe,vt dicerer inconſtans,& inſtabilis,ſi paulu
lum à ſentẽtia mea ſolita declinarẽ pro Pomp. cum omnia an
tedicta extarent. {Quibuſdã ſentẽtijs} nõ omnibus ſed ijs tm̃,
quæ nõ eſſent cõtra remp. & quibuſdã ſententijs intelligimus
mutatũ Cic.cauſa Põpeij, ne aduerſaretur Cæſari, cõtra quem
ante ſenſerat & dixerat multa,vt ipſe oſtendit in orõne de pro
uincijs cõſ.{Summi viri} Põp.de meq;{Opt. mer.}qui me mul
tis beneficijs affeciſſet, & præcipue, q eius ſtudijs,& ſententijs

Aggregare.

potiſſimũ eſſet in patriã reſtitutus.{Aggregaſſem} latẽter oſtẽ
dit honeſtã fuiſſe mutationẽ ſuæ ſenteaiæ, cum dicit aggregaſ
ſem,nõ adiunxiſſem,vt oſtendat multos alios cũ eo ſenſiſſe. ag
gregamur.n.non vni,ſed multitudini , qm̃ grex de multis dici-
tur.}In hac ſnia}mutationis ſniæ meæ pro Põpeio. {Comple
ctandus}amandus,fouendus.{Cæſar}cui Põp.fauebat. {Con-
iuncta} cũm Põpeio, qm̃ ille Cæſarem ſuſcepiſſet adiuandũ &
defendendum aduerſus æmulos.{Hic}in hac re,vt complecte-
rer Cæſarẽ.Enumerat autẽ aliquot cauſas,propter quas ad Cę
ſaris fauorẽ ſit conuerſus,cui ante multis ſententijs aduerſatus
eſſet.{Cũ vetus amicitia}quæ ideo melior eſt,q̃ noua,quia ve-
tus experientijs,& periculis multis poteſt eſſe probata. de qua
in oratione de prouincijs conſ.ſic inquit. Ac primũ illud tẽpus
familiaritatis,& cõſuetudinis,quæ mihi cũ illo,quæ fratri meo,
quæ C.Varroni cõſobrino noſtro, ab omnium noſtra adoleſcẽ
tia fuit,prætermitto.{Quã non ignoras mihi,& Q.fratri} am
bos.n.Cæſar multũ dilexit,ita vt Q. Ciceronẽ in Gallia apud
ſe in maximo honore ſemper habuerit,& M.C. vt ſibi legatus
eſſet nõ ſolum ſuaſit,verũ etiã rogauit.{Humanitas}vel doctri
na, vel potius mãſuetudo qdã.{Eius} Cæſaris.{Liberalitatis}
prõpta exhibitio beneficiorũ.{Vehementer etiã}alia maior,&
grauior ratio,q eã reip.deſierit aduerſari Cæſari.immo incepe
rit fauere, vt idẽ in prædicta oratione de prouincijs conſ. fate-
tur his verbis.Atq; hoc,ſi inimiciſſimus eſſẽ Cæſari,ſentirẽ tñ
atq; deinde,in ea ipſa oratione explicat cauſas reconciliationis
ſuæ cum Cæſ.aut potius cõfirmationis ſentẽtiarum ipſius.{Ip
ſa} q.d.cui oĩa debeo,cui ſaluti ſalutẽ meã ſemper poſtponẽdã
putaui.{Maximis rebus geſtis} in Gallia. {Cum illis viris}.i.
talibus viris,qualis eſſet Cęſar,& Põp.{Ne fieret} contentio.
{Recuſare}renuere,& quãtum poſſet,prohibere: qnia cuilibet
reip.maxime vtile eſt,cum oẽs ciues ſuos,tum vero ipſos prin-
cipes cõcordes habere.{Grauiſſime}vehemẽtiſſime, & eſt alia
cã.{In hãc mentẽ}in hoc propoſitum,in hãc diſpoſitionẽ. {Fi
des}promiſſio, & quaſi ſponſio quædã,vt ſupradictum eſt.& in
prædicta oratione teſtatur,ſi dicẽs.Sr deniq; Pomp.idẽ mihi te
ſtis de voluntate Cæſ.& ſpõſor eſt illi de me &c.{Impulit} im
pegit,immiſit.{Fratris mei}fides.{Põp. dederat}vt ante dictũ
eſt.Erãt præterea aliæ grauiores,& vehemẽtiores cãæ:ne ſi ipſi
qui principes in rep.habebãtur,diſſentirẽt,atq; diſcordarẽt, ini
micitiarũ,& diſcordiarũ alijs exẽplũ darẽt.{Animaduertenda}
diligẽter cõſiderãda.{Diuinitus }diuino quodã ingenio, nã Pla
tonẽ & principẽ ingenij & diuinũ hoiem appellat Cic. {Prin-
cipes} qui dignitate,& potẽtia alijs antecellerẽt.{Reliquos ci-
ues}inferiores.{Tenebã memoria}recordabar. {Nobis cõſuli
bus}me cõſule.{Ea}talia.{Fundamẽta}firmamẽta conſeruan
dæ,& ſtabiliẽdæ reip.{Iacta}poſita,facta.& eſt tranſlatio ſum-
pta cum ab oibus ædificijs : tum vero à Catonibus.i.portubus
manu factis,quibus magna iaci fundamẽta neceſſe eſt. {Calen
dis Ian.}cum primum cõſulatum inij. nã eo tpe inibatur cõſu
latus,vt Ouid. primo Faſtorũ. Iamq; noui præeunt faſces,no-

Quo die cõſulatus inibatur.

ua purpura fulget,Et nona cõſpicuum põdera ſentit ebur.{Cõ
firmandi ſenatus}vt cõfirmaretur ſenatus. nã cõfirmãdi nomẽ
eſt,nõ participiũ,& hoc dicit,qm̃ cũ primum Cic.factus eſt con
ſul,ſtatim cogitauit qũo Catilinæ,& reliquorũ coniuratorũ fa-
uorẽ opprimere poſſet,& ſenatus,vt ita facere cenſuit, cõfirma
tus,& perſuaſus ſnia Cic. in illo ordine ſenatorio. {Tm̃ animi
& auctoritatis}vt dicere, & cẽſere auderet oino puniendos eos
eſſe,qui contra remp.ſuã cõiuraſſent, qui patriæ euerſionẽ ma-
chinati eſſent:quod factũ eſt nonis Decẽbris. {Idemq;}.ſ.ego.
} Nobis priuatis}.i.me nullum gerẽte magiſtratũ vſq; ad cõſu
latum Cæſ.& Bibuli.{Põdus}auctoritatẽ,fidẽ.{Vnum}.i.eun
dẽ,& cõiunctũ,& in nullo diſcrepantẽ.{Sẽſum}iudiciũ, ſñam.
{Cum tu} o Lẽtule.{Hiſpaniã citeriorẽ} eſt.n.& vlterior. Hi-
ſpania.{Cum imp.}cum exercitu.{Cõſules}quãuis.n.cõſules
noie dicerentur:re tñ ipſa cõſules nõ erant:quia nõ faciebãt ea,
quæ ad conſules pertinebãt,ſed cõſulatu abutebãtur:vnde dicit
remp.nõ habuiſſe cõſules,quia non quærebãt utilitatẽ & digni-
tatem reip.{Sed mercatores}qui proprium lucrũ quærerẽt, &
iuſtitiã nõ rederẽt,ſed uẽderent, & prouinciarũ adminiſtratio

ne potius mercarẽtur,& uenderẽt q̃ virtute,& meritis adipiſce
rentur.{Seruos, ac miniſtros}.i.quaſi famulos.{Seditioſorũ}di-
ſcordiarũ ſuę reip.nõ aũt cõcordiæ,& amicitiæ auctores. {Qui
dam caſus}nõ uoluntas mea,ſed quidam euentus,aut fortuna.
{Iecit}immiſit. {Caput} vitã meam.{Contentionem ciuilẽ}
quam illi mali,& auari,& ſeditioſi conſules excitaſſent.{Quaſi
certaminis cauſa} tanquam mihi eſſet aduerſus illos certãdum
vel vt ego ita iniectus in ciuilem cõtentionem eſſem cauſa cer
taminis,& à multis pro me arma ſumerentur.{Quo in diſcri-
mine} in quo periculo ſalutis meæ, qui eſſem à patria eiectus ,
cui aqua , & igni interdũ eſſet. {Cum mirifica ſenatus}.i.cũ &
ſenatus,& tota Italia,& oẽs boni in me tuẽdo cõſenſiſſent.{Se
natus} qui non ſolum vehemẽter doluit propter exilium Cic.
ſed,vt ipſe teſtatur in oratione , in qua poſt reditum ſuum egit
gratias ſenatui habitu etiã,& indumentis teſtatus eſt mœrorẽ.
ſic.n.inquit . Noſtra memoria ſenatores ne in ſuis quidẽ peri-
culis mutare veſtem ſolebãt,in meo periculo ſenatu veſte mu-
tata fuit,& idem in Vatinium. Deinde eius viri diſceſſum incre
pas,quem vides oium ciuium deſiderio,ipſius deniq; reip.luctu
eſſe reuocatum. & Plut. in vita eius dicit mutaſſe veſtem cum
Cic.uniuerſum equeſtrem ordinẽ, & uſq; ad viginti millia ho-
minum.{Non dicã,quid acciderit}Mauult.n.intelligi,q̃ expri
mere ſe à magnis,& multis viris fuiſſẽ deſertũ, à quibus defen-
di debuerat.tacet autẽ pręcipue propter Põpeium , qui paſſus
facile fuerat eum è ciuitate eijci.{Varia culpa}alij.n.timidita-
te quadã me deſeruerunt,alij maleuolẽtia,alij q quibuſdam ſe
gratificari crederẽt,ſi mihi nõ adeſſent.{Tm̃ dicã}q.d hoc poſ-
ſum vere dicere.{Breui} paucis.& abſolutum eſt, vt breui con
cludã,breui ad te ueniam.{Nã exercitum}quẽ maximum ha-
bere potuiſſem propter multorum in me beneuolẽtiam.{Sed
duces defuiſſe}qui regerẽt hos,qui mihi fauebãt. vel poſuit plu
ralem pro ſingulari,vt dicat defuiſſe ducẽ.ſ.ſe.i.ſe noluiſſe aſſen
tire ijs,qui erant parati cum defendere, quia ſi voluiſſet eſſe eo
rum dux,nõ eſſet illa paſſus.melius tñ duces intellexit Pomp.à
quo deſertus eſt : nã cum ad Põpeium veniſſet,vt ab eo auxiliũ
imploraret,Põpeius videns, q ſi cum eo locutus eſſet, honeſte
negare nõ poſſet,propter mirificã Cic.in ſe fidem,& beneuolẽ-
tiam,cum ab initio huius contentionis in Albanum ſeceſſiſſet,
domo per poſticum egreſſus iuſſit renuntiari Cic. ſe abeſſe do-
mo,& ita deſeruit eum,teſtis Plut.& App.Id autẽ rogatu Cæſ.
feciſſe credit.{In quo}in qua re,& defuerint mihi duces. {Vt}
quamuis.{Qui non defenderunt}cum pro cõſeruatione reip.
mihi plurimum deberẽt.{Nõ minor}culpa.{Qui reliquerũt}
cum eſſent hi mihi veteri familiaritate coniuncti.& latẽter pul
ſat,vt diximus , Põp. turpius eſt autẽ aliquẽ relinquere,quẽ iã
defendendum ſuſceperimus,q̃ non defendere,quẽ nondum tue
ri cœperimus.{Et,ſi accuſandi} grauiter reprehendendi.{Qui
pertimuerunt}vel tribunitium furorẽ,quia,vt eſt auctor Plut.
tm̃ terrorẽ Clodiana arma iniecerant, quibus curiã obſederãt,
vt quidam ſenatores laceratis togis è curia fugerẽt,vel L.Piſo
nem & P.Gabinium cõſules, quorum Piſ.erat infenſus Cic.q
erat ſocer Cęſ.cum quo aliquando diſſenſerat Cic.in rep.alter
P.Gabinius ob ſupplicium coniuratorum.{Simularunt} ſicut
Põp.qui neminẽ debuerat timere,vel tangit alios, qui in deſti-
tutione Cic.ſimularunt ſe timere Craſſum, Cæſ.& Põp.qui le
uiter ferebãt Cic.eijci,aut etiã curabãt, vel certe ſimularunt ſe
timere arma tribunitia,& inimicitias conſulũ.{Illud quidem}
commendat Cic. quod fecit in diſceſſu, cum.n.& L. Lucullus
vir magnæ auctoritatis,& pleriq; alij hortarẽtur,vt arma ad de
fenſionẽ ſuam ſumerent,& ſimul auxiliũ pollicerentur,vt eum
retinerent in vrbe, noluit Cic.ciues ſuos in certamen trahere,
ſatis ſibi eſſe dicens,q eorũ ſtudia intellexiſſet,& ſimul cogno-
uiſſet quid efficere potuiſſet, ſi arma ſumere voluiſſet. {Conſi-
lium} propoſitũ,uel ſapiens factũ {Cõſeruatos}in oppreſſione
coniuratorum.{Spoliatos}priuatos,quaſi hoſtes.tractũ eſt.n.à
militibus.ſpolia.n.dñr quæcunq; hoſti detrahũtur. {Ducibus}
Pompeio,& ceteris, qui paratos ad defenſionẽ hortari,& rege-
re debuiſſent.{Seruis armatis}quos Cl.contra me in arma coe
gerat.{Obijci}opponi,tanquã viles, vel inuiſos, ſic Dido apud
Virg.4.Aeneid.His germana malis oneras, atq; obijcis hoſti .
{Declarariq; maluerim}.i.potius,q̃ ſinerẽ eos pugnare, uolue-
rim oſtendere quantũ potuiſſent efficere viri boni bene de rep.
ſentientes . ſi pugnaſſent pro me dignitatẽ retinẽte cum etiam
afflictum,ſi ego permiſiſſem,excitare potuerint. {Quanta vis}
quãta poteſtas.{Si hi}boni.{Reſtitiſſent pugna}.i.in pugna.i.
pugnaſſent. {Reſtitiſſent}.i.aduerſati eſſent,& oppoſuiſſent ſe
aduerſarijs meis . { Pro me ſtante}.i.pro me nondũ deiecto ex

ſtatu,& dignitate. Nam ſtare interdū ponitur pro eo, quod eſt
Stare. in priſtino ſtatu manere,vt Virg.2. Aen. Troiaq; nunc ſtares,
Priamiq; arx alta maneres. Neq; intelligitur hic ſtante pugna
vt quidā male expoſui: ſed, vt diximus,reſtitiſſent pugna pro
me ſtante.{Afflictū}fortuna concuſſum, iam dignitate deiectū
ab inimicis meis.{Quotum} bonorū.{Cū ageres}diceres,tra-
ctares in ſenatu.{De me}ne talis iniuria mihi inferretur, vt ea
patria carerē,quam conſeruarem. {Cōfirmaſti} comprobaſti,
quia laudaſti,ꝙ tam pij eſſent in me. {Et tenuiſti}cū Clod.ni-
teretur eos à me alienare, & contra irritare. {Qua in cauſa}
meæ reſtitutionis. {Non modo non negabo} non ſolū non ſi-
lebo,& non dicam ſic eſſe.{Meminero} ſemper memoria tene
bo. {Et prædicabo}& aperte dicā. {Nobiliſſimis hominibus}
multos quidē, ſed Pomp.præcipue notat. {Fortioribus}maio-
ris animi in me reſtituendo,quia ſtudijs,& fauoribus Pomp.re
ſtitutus eſt Cic.{Idem.ſ.viri nobiliſſimi}In me tuendo}ante-
quā eijceret,quia,vt ſupra notauimus,nō auſus eſt Pōp. prohi
bere eijci ex vrbe Cic.quē poſtea totis viribus,vt multis in lo-
cis ſupra oſtendimus reſtituendū curauit.{Qua in ſnia}in quo
propoſito fortitudinis,quo uſi fuerant in me reſtituēdo.{Con
ſtare} Conſtanter permanere,& perſeuerare. {Recuperaſſent
ſuā auctoritatem}quam amiſerāt,cum facile paſſi ſunt me in-
iuſte à viro ſceleratiſſimo ex rep.eijci,de qua eſſem optime me
ritus.{Simul cū ſalute mea}& ſuā & auctoritatē ſuam, & meā
ſalutē ſimul recuperaſſent.{Recreati}corroborati, atq; anima
ti,quia fuerāt valde vexati,& agitati a Clod.& Clodianis. {Cō
ſulatu tuo}in quo à te,& Pomp.& Annio Mil. trib. pl. cœptū
eſt agi de reſtitutione mea.{Excitati}inflammati ad reſtituen
dum me.{Actionibus tuis} aduerſus improbos de reſtitutione
mea. {Conſtantiſſimis}quia nullius minis aut inimicitijs de-
territus es à propoſito,& à me iuuādo. {Cn.Pōpeio} quaſi di-
ceret omniū maximo, & quo ſocio ad eam rē nemo debuerat
timere.{Adiuncto} addito ad cauſam meæ reſtitutionis,quia,
vt auct.eſt Plut.Pōp.ductus præſentia, ꝙ Cic. ex vrbe à Clod.
pelli paſſus eſſet,ſubito mutata mente de illo reuocando cū ce
teris amicis cogitare cœpit.{Cum etiā Cæſar}alia ratio qua-
re nulli improbo locus in vrbe eſſe potuiſſet,quia cū auctoritas
ſenatus Cic.fauiſſet,Cæſ.à ſenatu bene affectus ei ordini adiun
ctus erat.{Geſtus}in Gallia.{Singularibus}præcipuis. {Et no
uis}.i.inuſitatis,quia ei prorogatum eſt imperiū in aliud quin-
quennium,quod ante nulli alij contigerat. {Iudicijs ſenatus}
quia ſenatus iudicauit Cæſ. dignū talibus honoribus. {Adiun-
geretur}.i.accederet.{Ad auctoritatē}ad grauem uoluntatem
& ſniam.{Eius ordinis}.ſ.ſenatorij.{Locus}.i.facultas. {Vio-
landā}lædendā, opprimendā, ſicut à Clod. violata fuerat.{Im
probo}ſcelerato.{Sed attende} facit attentū Lent. narraturus
prolixius & longius repetiturus ea quibus nō modo adductus,
ſed cōpulſus eſt,vt Cæſ.reconciliaretur, hæc.n.oīa eò tendunt.
{Attende}attente audi.{Quæ cōſecuta}quæ poſtea euenerūt.
{Primū illa furta} notat quod Clod. fecit in ſacris Bonæ deæ,
quibus nulli maſculo licebat intereſſe,& Iuuen.& Tibul.oſten
dunt. Nā cū P.Clod.Cæſ.vxorē amaret, cū ſacra per noctē fie-
rent,muliebri veſte domū Cæſ.qui pōtifex erat,ingreſſus,inter
mulieres primo latuit,deinde cū errabundus per ædes incede-
ret,rogatus ab ancilla Aureliæ matris Cæſ.quid quæreret, pe-
diſſequā Pompeiæ quærere ſe oſīdit nomine Aurā,illa ex voce
ſuſpicata virū confeſtim clamorē extulit. Mulieres excitæ aſſur
gunt,portas claudunt,domū perſcrutātur,eandē latentē Clod.
in quodā cubiculo deprehēdunt. Is poſtea de pollutis ſacris ac-
cuſatus ad refellēdam accuſationē ſe ea die ab fuiſſe procul ab
vrbe allegauit.accuſator Cic.teſtem citari fecit,ꝙ ea die Cl.do
mi eius fuiſſet,id erat verū,& Cic.teſtatus eſt,teſtati ſunt & alii
clariſſimi viri, ſed tn̄ ille corruptela iudicum abſolutus eſt.hæc
Plut. Sed quomodo hæc cōſecuta ſunt,cū ante exiliū Cic. eodē
Plut.auctore,facta ſint,& illo teſtimonio Cic.irritatus ſit Clo.
aduerſus eū:ſolutio quidē difficilis eſſe vr̄, neq; ab vllo,quod le
gerim,aut audiuerim adhuc ſcripta, aut dicta eſt: ſed hanc eſſe
puto vt nō dicat illa furta muliebriū religionū cōſecuta eſſe,ſed
hoc ſentit propter illā impunitatē,quā ex illis furtis muliebriū
religionū & uiolatorū deæ Bonæ ſacrorū Clod.corruptis iudici
bus aſſecutus eſt,cū trib.pl.eū puniendū cenſeret ſublatū exem
plū puniēdi ceteros,qm̄ cū eſſet indultū Clod. in tanto ſcelere,
nō videbantur puniendi alij,ſi quā in populo ſeditionē excitaſ-
ſent,ne in peiori conditione eſſent,ꝙ fuiſſet Clod.qui de maxi-
mis ſceleribus fuiſſet abſolutus.{Furta.ſ.} & nocturna adulte-
ria:vt Martisq; dolos,& dulcia furta.{Muliebriū religionū}ſa-
crorū deæ Bonæ,quæ colebatur ſolū à mulieribus, quæ violata

ſunt à Clod.vt diximus.{Qui} ſubauditur eius.ſ.Clod.{Bonā
deam}quia vt ſtuprauerat tres ſorores ſuas,ita paruifecit viola
re ſacra deæ Bonæ. {Tres ſorores}diximus ſupra, cuius fuerint
vxores duæ eius ſorores,cū quibus cōcubuit,de tertia non ſatis
habeo compertū,niſi ꝙ Cic.etiā alibi ei obijcit,ꝙ cū tribus ſo-
roribus ſuis rē habuerit. {Impunitatē} abſolutionē,indemna-
tionē.{Scelerū} & inceſtus in ſorores & ſacrilegij violatæ reli-
gionis. {Sententijs} iudicū, quos ille corruperat. {Qui} iudi-
ces. {A ſeditioſo c.} qui ſeditiones concitabat contra Cic. quē
in iudiciū vocauit,ꝙ ante ſniam à ſenatu latā Lent. Cæthegū-
que ſupplicio affeciſſet.{Perſequi}exigere. {Per bonos viros}
qui cenſebant talē hominē eſſe puniendum. {Iudicio}publica
damnatione.{Suſtulerunt}amouerunt. {Exemplū}nā cū vni
parcitur,& alteri parcendū putatur, & vt Cic. alibi dicit, quod
exemplo fit,id iure fieri putant.{In poſterū} in futurū. {Vin-
dicandæ}puniendæ, opprimendæ. {Ijdem} iudices poſteaquā
Cl.abſoluerant inceſtus,& ſacrilegij,vt ante diximus. {Moni- Monimentum.
mentum} quiddā dn̄t.ſtatuam,qua populus Cic.erexiſſet,cum
hac inſcriptione, Pater patriæ: ſed de ſtatua ex idoneis auctori-
bus nō ſatis mihi cōſtat. Melius igitur intelligemus monimen
tum,memoriā earū rerū,quas pro conſeruatione reip.geſſerat,
vnde dixit.{Non meū mon.}vt oſtendat nō tā ſua, ꝙ reip.fuiſ
ſe,quæ geſſit.{Non.n.}ratio quare nō ſuū monimentū. {Ma- Manubia.
nubiæ}Ser.in 1.Aen.Virg. dicit in libris Etruſcorum lectū eſſe
iactus fulminum manubias dici. Aſc.Ped.dicit manubias fuiſſe
prædas imperatorū de quibus,quod vellent, facerēt.ſed omiſſis
aliorū opinionibus videamus,quid ſentiat A.G. proprietatum Præda.
verborū diligentiſſimus exquiſitor. Aliud oīno, inquit,præda,
aliud manubiæ,in libris rerū uerborumq; veterū ſcriptū eſt.nā
pda dicit̄ corpora ipſa rerū,quæ capta ſunt: Manubiæ vero ap-
pellatæ ſunt pecuniæ quæ à quæſtore ex uēditione prædæ ſunt
redactæ.Idq; probat auctoritate Cic. in oratione, quā dixit de
lege Agr cal.Ian. cōtra Rullū,dicit tn̄ quoſdā nō ignobiles ſcri
ptores,aut temere,aut incurioſe prædā ꝓ manubijs,aut manu
bias pro prædā poſuiſſe,Sed qui ꝓp ſignateq; locuti ſunt, ſicut
Cic.in ea oratione,manubias pecuniā dixiſſe.In hac autē epiſ.
Cic.intellexit manubias fructū, & laudē oppreſſæ coniuratio-
nis.{Sed operis}quod præſtiteram reip.aduerſus cōiuratores.
{Locatio}quia Cic.locauerat opus ſuū ſenatui.i.pro ſenatu fe
cerat,cōtra coniuratores,vel potius,& melius, Locatio operis, Locatio,
quod ei locatū fuerat à ſenatu,cum aduerſus coniuratores deſi
gnatus eſt cōſul.locationis.n.ſignatio,vt Nō.ait,manifeſta eſt,
vt locatio operis,quod datur alicui faciēdū,& locatio fundi qui
datur colono in fidē & curā.Ergo locatio operis.i.opus ipſi op
primēdæ coniurationis meū erat,& mihi à ſenatu locatū. {Mo
nimentū vero}.ſ.huius facti memoria non mea,ſed ſenatus. Id
aūt dixit,nō ꝙ monimentū non eſſet etiā ſuū,ſed vt à ſe moue-
ret inuidiā,& Clod.& iudices quia paſſi eſſent id monimētum
ita carpi,& dānari,in odiū inuidiamq; adduceret, cū nō ſibi,ſed
ſenatui iniuriā factā dicat.{Hoſtili noie}proditoris, vel occiſo
ris ciuiū:quia dicebat Cl.dānādū Cic.ꝙ indicta cauſa ciues R.
necaſſet.{Cruentis literis}Titulo cruento,hoc eſt iniquiſſimo
edicto,quo in exiliū ſuum eiectus,quaſi fuiſſem hoſtis P. R.nō Inuro,
cōſeruator.{Inuſtū} ſignatū,& eſt tractū à ſignis,quæ ferro cā
denti imprimunt,vt Virg.notas,& noīa gētis inurunt.i.impri-
munt.& ſignāt.{Paſſi ſunt}permiſerūt, cū deberēt prohibere.
{Qui hoies} qui ante hęc paſſi erāt.{Me ſaluū}quia conſenſe
runt poſtea,vt Cic.reuocaret̄ ab exilio.ergo ſaluū, incolumē,&
in patriā reuocatū ab exilio,vbi mihi erat aqua,& igni interdi-
ctū,& maxima pœna ꝓpoſita,ſiquis me recepiſſet, & eſt ordo.
Qui hoies,ꝙ me ſaluū eſſe voluerūt,eſt mihi gratiſſimū. {Sed
vellē}ſenſus eſt. Sed vellē, ꝙ habuiſsēt reſpectū nō ſolū meæ ſa
lutis in me reuocādo,ſed etiā dignitatū poſt reſtitutionē meam
quod dicit per quādā ſimilitudinē ſumptā à medicis,& aliptis.
Aliptes dicitur ab ἀλείφω, quod eſt iungo erat.n.qui paleſtritas Aliptes.
in gymnaſio ungebat,à Martiale latine dictus eſt unctor. Nec Medicus
immeritas ſordibus unctor opes Medicos uerò,qui male valē- Clinicus.
tibus,& in lecto iacētibus medet̄. Clinicus dicit̄ ἀπὸ τῆς κλίνης
.i.à lecto. Vnde Mart. Sotæ filia Clinici Labulla. Clinici.i.medi
ci,nā aliptes ſanos palæſtritas curabat,vt,& colorē,& vires illis
adderet. Ideo nunc Cic.dicit,Sed vellē habuiſſent rōnem,curā
ſalutis uitæ,hoc eſt, nō ſolū conſuluiſſent ſaluti meæ,vt medici
ſolent cōſulere,ſed etiā cōſuluiſſent viribus,& colori,vt aliptæ,
per vires aūt & colorē intellexit,dignitatē, & locum ſuū ſolitū
in rep.{Nunc,vt appelles}Appelles pictor & ingenio,& gratia Appelles.
quā in ſe iactabat,præſtātiſſimus.ita vt, qui añ ſe fuerāt,& poſt
ſe futuri erāt,ſuperaret,ſi ita gratus Alex. Magno fuit, vt teſte
Pli.

Pli.veterato edicto vetuerit se ab alio pingi,qđ etiã Horat.lib. vlt.epist.affirmat his versibus: Idẽ rex illa poema,Qui tã ridiculum,tam care prodigus emit,Edicto vetuit,nequis se præter appellẽ pingeret, aut alius Lisippo duceret æra. De hoc Plin. multa dicit lib.35.Et quãuis difficile dicat esse numerare, quæ ab hoc nobilissima dicta sunt,memorat tñ quædam, inter quæ Venerẽ exeuntẽ è mari,quã D.August. postea dicauit in delubro patris Cæs. post hanc Apelles inchoauerat aliã Venerem Coijs superaturus priorẽ illã suam, inuidit mors peracta parte, nec qui succederet operi ad præscripta lineamenta inuẽtus est. de hac Venere nunc intelligit Cice. ergo sensus est. Nunc isti laborauerunt solum in capite meo.i.in mea salute,& in ceteris me deseruerunt,sicut Apelles perfecit po.tissime caput,& pectus Veneris,& reliquã partẽ imperfectã reliquit.{In capite}.i. in salute.& perseuerauit in similitudine picturæ,q́a dixit de capite,& pectore Veneris.{Reliquerunt} quia vt & ipse superius dixit,& Plut.testis,multi,qui iuuerãt Cic.in restitutione in patriã postea ea inuiderũt.{In quo}in qua re, ꝙ post restitutionẽ meã essem relictus ab alij.{Fefelli.i.decepi.{Spem}quia aliter me gessi q̃ sperauerant inuidi atq; inimici mei: qui sperauerant post reditũ meum futurũ aio abiectione,cũ lõge aliter me præstiterim. {Qui}inuidi & inimici. {Acceperunt falsam opinionẽ} falso opinati sunt,& iudicauerũt.{De Q.Metello} Q.

Cecilius Numidicus.

Cœcilius Metellus Numidicus,auctore Pli.& Liuio,de Iugurta triumphauit.Is cum legẽ Apuleiã per vim latã iurare noluisset,in exiliũ actus est:quod Smyrnæ satis fortiter tulit. Liu. dicit Rhodi. Nã cũ postea Claudij trib. pl. rogatione reuocatus esset,cum ludis in theatro literas accepisset, non eas prius legere dignatus est,q̃ spectaculũ finiretur,in quo ostẽdit se forti animo illud exiliũ tulisse, cum tñ nulli falso suspicati sint eũ post reditum animo fuisse abiecto, & fracto, cum potius fortissimo fuerit,quod Cic.arguit, & probat ex illius uoluntario discessu, & egregia animi alacritate in absentia,qui etiã redire nõ curaret,vt non sit verisimile eum post reditũ,fractum,abiectumque fuisse. {Vno} quasi solo, & cui aliter non sit ferè repertus par. {Acerrimo}erectissimo.{Et fortissimo} in tolerandis aduersis & præcipue exilio.{Præstantissimo omnium} qui oẽs magnitudine animi,& cõstantia superaret.sunt autẽ magnitudo animi,& cõstantia partes fortitudinis.{Constantia}perseuerãtia, quia semper cum summa alacritate abfuit. {Lucij filio} quia fuit alius Q.Metellus Macedonicus, & alius ipsius Nomicidi filius pius cognominatus,qui patrẽ assiduis lachrymis & precibus ab exilio reuocauit.{Dictitant}iactant,frequenter dicunt. {Fracto}debilitato.{Demisso} humili, & abiecto. {Est uero} confirmat hmõi opinionẽ Cic. & arguit non potuisse ita esse, Est vero:vero dictio apta ad ironiam,vt apud Virgil.Egregiam vero laudẽ,& spolia,ampla refertis.Tuq; puerq́ue tuus. Vero.i. certe,ironice. {Est probandum}verisimile,est credendum,q.d. minime.{Qui}subaudi Metellum.{Cesserit}abierit, discesserit ex vrbe in exilium. {Summa uoluntate} qui si voluisset iurare in legem Apuleiã,potuisset esse in vrbe,cũ à bonis ciuibus defenderetur:nam,vt Liu.inquit,ne causa certaminum esset,in exilium uoluntariũ profectus est Rhodum, vbi legendo & audiendo magnos viros,aduocabat.ergo.{Sũma}.i.libera. {Volũtate cess.& abfuerit}fuerit absens ab vrbe Roma.{Egregia} præcipua,singulari. Alacritas media est inter lætitiã & tristitiã, est autẽ auctore Don. alacritas proprie imitatio quædã vultus gestientis in spẽ aliquã, interdum tñ in malũ accipitur,vt apud Cic.in Tusc.his verbis.Vir igitur temperatus, cõstans,sine metu,sine ægritudine,siue alacritate, ulla libidine non vexatus.Secundũ Asc. Pæd. alacris siue alacer {vtrunq;.n.dicitur} is est, qui ingentis est sensus,quod est indiciũ erecti animi,atq; sublimis. ergo hic {Alacritate}erectione & sublimitate animi,non declinantis in tristitiã, ꝙ esset imbecillitatis, neq; in lætitiam, quia esset dementiæ,exilio, & malis suis lætari sed mediũ vt diximus,retinet. {Curarit} quia nunquã pro reditu suo supplicauit,& acceptas literas de reditu suo, vsq; ad finẽ ludorum legendas distulit. {Ob id ipsum} ꝙ summa uoluntate, & animi alacritate tulisset.{In quo}.s.fortiter & modeste tolerãdo exilium. {Sperasset} vicisset. {Cum omnes homines}.i.omnes, alios, qui fortiter unquam tulerunt exiliũ, & aduersa.{Tum} præcipue.{M.illũ Scaurum}q.d.præstantissimũ, & cui vix quispiam constantia, & grauitate anteponatur: de quo vide apud Liu & Pli.de viris illustr.{Singularem}unicũ & nulli comparabilem,& quem tamen Metellus superauit.{Sed quod}quem admodum,inquit,de illo Metello falso acceperãt, aut etiam suspicari erãt,ita etiã de me cogitabant, me post reditum animo abiectiore futurũ. {Acceperant}intellexerant,quia multis annis ante fuerat {Aut etiã suspicabantur}quasi correctio,vt dicat eos potius hoc suspicatos esse de Metello, quàm ab aliquo accepisse. {Idem} quod de Metello. {Abiectiore} remissiore. {Cum resp.}q.d.cũ resp.videretur hortari me,vt multo maiori essem animo,q̃ ante fuissem,cũ ostendisset se nõ posse carere me ciue suo,quẽ tanto omniũ consensu reuocasset.{Præstaret} exhiberet. {Quæ} resp. {Declarasset} aperte ostendisset.{Me uno ciue}quẽ tanto omnium,vt diximus, consensu reuocasset, quod sibi ad magnã gloriã in oratione in Vat. adducit his verbis:Quid ergo homo imperitissime solide,laudis ac veræ dignitatis præstantius mihi potuit accidere? quid optabilius ad immortalitatẽ gloriæ,& atq; ad memoriã mei nominis sempiternam? quàm omnes ciues meos iudicare ciuitatis salutem cum vnius mea salute esse coniunctã.{Cumq; Metellum}probat se debuisse habere maiorẽ animũ,q̃ habuisset Metel. quia Metellus vnius Claudij trib.pl.lege reuocatus est,se autẽ nõ solũ totius ciuitatis,sed sociorũ & totius Italiæ consensu. quod declarat nunc in epistola & in oratione prædicta,vt etiã supra ostendimus,& auctores sunt App.& Plut. qui dñt de nulla unquã re tm̃ fuisse cõsensum,quantus fuit omnium de reuocatione Cic. {Duce senatu}.i.primo,& maximo auctore, q teste App. Cic. etiã exulẽ ciuitatibus, regibus & potentatibus cõmendauerat. {Italia comitante}quia ex multis Italiæ ciuitatibus confluxerunt viri boni,qui Cic.in patriã comitati sunt.{Promulgentibus} legem de reditu meo ferẽtibus.{Referente}proponente de me{Cõsule}qui maior est q̃ trib.pl.qui de restitutione Metelli rogationem tulerat.Rogatio quid significet, edictũ est supra in alijs epist. {Comitijs centuriatis} vbi cuiusq; census,& ætatis hominis esset,vbi essent cẽturiæ populi pro restitutione mea cõgregatæ.nam comitia,auct.A.G.aut centuriata aut curiata dicebantur,cũ ex censu,& ætate suffragia ferebantur,& fiebant in campo Martio. curiata vero,cũ de generibus omnibus suffragium ferebatur. {Cunctis}omnibus.{Ordinibus}magistratuum Rom.{Incumbentibus}penitus adnitentibus,fauentibus.{Omnibus suis viribus}quantũ oino poterant. Neq; vero}postquã ostendit se,ꝙ neq; fracto,neq; abiecto animo fuisset,nunc ostẽdit se etiam noluisse esse animo elato.{Assumpsi} atribui,arrogaui.{Hodie} nunc,hoc tẽpore. {Quenquã maleuolentissimũ}quãto ergo minus amicissimos. {Iure} merito, nisi velint inique de me queri. {Offendere} lædere,displicere: quia in tãto omniũ fauore, seruaui tñ singularẽ modestiam,ne etiã maleuolos offenderẽ.{Tm̃}solũ. {Enitor}studiose conor. {Alienatoribus}ijs,quos nunquã noui,vel ijs,qui mihi nõ sunt amici,quia alieni à me sunt.{Opera} fauore, vtputa dicendo. {Consilio}bene cõsulendo.{Labore}pro eis agẽdo. {Hic cursus}hæc dispositio.{Hic modus}hoc genus vitæ meæ,qui cum non sim fracto animo,prosum tñ multis. {Offendit eos}.i.nõ placet eis,qui tm̃ vidẽt, & cõsiderãt me exterius.i honores aliquos meos,sed nõ perspiciũt labores,quos fero,vt hos honores mihi cõparem.i.inuidẽt mihi,quia videor honorari,sed non cognoscũt quot labores & solicitudines feram. {Speciẽ}apparentiam,pulchritudinẽ superficiei.{Huius vitæ} talis vitæ,quæ sine abiectione animi multis prodest.{Intuẽtur}respiciunt considerant.{Laborẽ corporis}solicitudinẽ,animi anxietatẽ.{Perspicere}intelligere {Illud vero} dixit eos fortasse offendit curriculo prædictæ vitæ,hoc autẽ affirmat,ꝙ aperte conquerẽtur, ꝙ ipse Cic.suis sentẽtijs laudet & ornet Cæs. cõtra quẽ toties senserit,& dixerit,quasi aperte nunc discedat à pristina causã defendendæ reip. {Non obscure}palã,aperte.{Ornẽ Cæsarem} laudem. {Sententijs}quãs in senatu dico.{Desisterem}discederẽ,deficerẽ.{Pristina}cõsueta.{Causa}defensionis reip. {Ego autẽ} adducit alias causas, quibus dicit se mutasse propositum erga Cæs.{Quæ paulo ante proposui}de gñe uitæ meæ. {Nõ in postremis}liptote.i.in primis. {Cœperam exponere} quia dixerat incredibilẽ fuisse consensum totius Italię,& omniũ bonorũ in eo tuẽdo,& Lent.vsũ esse quibusdã fortioribus in eo restituẽdo,q̃ fuerãt in tuẽdo, sed eos nõ cõstituisse in ea sñia &c.& ideo nunc pergit exponere dicens mutatũ esse sensum bonorũ, inquiens.{O Lẽtule}affectu animi vsus est vocatiuo, vt Virg. Non hæc ò Palla dederas promissa parenti.{Nõ offendes} nõ inuenies,quia offendere etiã signat inuenire.{Eundẽ}talẽ.{Sẽsum}sñiam.{Bonorũ}ciuiũ.{Quem}qualem. {Reliquisti}cũ Roma in prouinciã profectus. {Confirmatus} corroboratus. {Consulatu tuo}te cõsule,cum de me restituẽdo egisti. {Nonnunq̃}aliquo tpe,interdum.{Interruptus}intermissus.{Afflictus}quassatus. {Ante te consulẽ}antequã tu esses cõsul. {Re-

Magnitudo animi, Constantia.

Vero. Alacritas. Alacris, Alacer.

Offendo.

creatus} vt paulo supra dixit.recreati.n.boni viri cõsulatu tuo, &c.signat Cæs.Põp. & Crass.{Tuendus}seruandus,sustinẽdus. {Idq;}quod ille sensus,qui fuerat tuẽdus,sit derelictus.{Declarant}aperte demõstrant. {Vultu}oris cõpositione ad voluntatis suæ signationem.nam,vt Non.scribit,vultus,& facies in hoc distant:vultus.n.est volũtas, quæ pro motu animi in facie ostẽdit,facies vero spẽs.Sal.in Cat.prorsus in facie,vultuq; verecundia inerat.Seru.etiã inquit.Vultus est volũtatis indiciũ,qui pro voluntatis varietate mutat. Virg.1.Aen.Spẽ vultu simulat.inde etiã cœli,& terræ vultũ appellamus,quia cõmutari cõtingit. Prisc.quoq; vultus,inquit,volũtatis signat affectũ in facie intelligi,quo metum,gaudiũ,tristitiã, lætitiam.& sicut à colo,cultus ita à volo,vultus discẽdit &c.Facies tñ,prædicto Non auctore, pro totius corporis forma ab antiquis posita est, vt.n.ab aspectu spẽs,à fingendo figura,ita à factura corporis facies.Plaut.in Pen.Sed earũ nutrix quæ sit facie mihi expedi. Statura nõ magna,corpore aquilino ipsa est. neq; solũ dicitur facies de hominibus,sed de montibus,de mari, & de ceteris rebus dicitur. Sal. lib.2.hist.Sardinia in Africo mari facie vestigij humani, in occidentẽ q̃ in orientẽ latior.antiqui aũt,vt Gell.notat, declinabãt

Facies huius facies. Frons.

hæc facies huius facies,vel facij,sicut etiam dies,dij,pro faciei,& diei Virg.lib.1. Geor. Libra dies somniq; pares vbi fecerit horas.Licet Ser.legat die,& adducat rationes.At lib.1. Aen. dicit, Munera lætitiamq; dij.pro diei,nõ aũt dei.{Fronte} aspectu,vere aĩt & deserte,Gel.teste,frons masc.gñe à Cæcilio ponitur.Hi sunt inimici pessimi fronte hilario,tristi corde. Festus Põp.etiã idẽ dicit.Neoterici tñ fœm.utũtur gñ,& sic à nostris grãmaticis præcipitur.{Quib.} fronte,& vultu.{Simulatio}fictio,quia facile fronte,& vultu fingere possumus,quæ non habemus.aio,vt Aeneas apud Virg.Spem vultu simulat,præmit altũ corde dolorẽ.{Sustinetur}perficitur.{Sẽsu} snia,quã aperte dñt.{Tabella} q̃ legibus instituerãt,qđ fieri vellẽ.ita.n.quicquid vellẽt,efficiebãt,vt testãte App.neq; consulib. per singulos annos exercitus ducere,aut bellũ gerere fas esset, hac vel in primis triũ virorũ potẽtia prohibitis quicquã agere. {Docuerũt} ostenderunt. {Itaq;} infert ex prædicta mutatione optimatũ, q etiã reliqui ciues minores qui & esse & haberi boni volunt , mutare debent sniam suã.{Qualẽ}sapientẽ.{Numerari}quia nõ debemus negligere,quæ opinio de nobis sit,& quales habeamur.{Snia}verborũ & orationis suæ in senatu pronuntiata. {Volũtes} animi motus,& institutio ad aliqd,vel appetẽdũ,vel fugiẽdũ. {Id.n.} locus ab auctoritate . {Idẽ ille} quẽ paulo ante dixit diuinitus scripsisse,quales essent in rep.principes,tales reliquos ciues esse solere.{Sequor auctorẽ}suasorẽ,præceptorũ viuẽdi.{Cõtendere}eniti.{Probare} ostẽdere & persuadere recte factũ probabile efficere nõ vltra. {Vim}violentiã,idem nihil esse faciendum inuitis parentibus, aut inuita patria.{Ait}Plato. {Hanc cãm} dicit Plato se propter hanc cãm abstinuisse ab administratione reip. q cũ inuenisset populũ Atheniẽsem ita prope desipientẽ, vt nec persuasionibus,nec vi regi posse videret, cũ videret in psuasionibus nullã esse fiduciã ad eum regendũ, non existimauit fas esse eum cogere, itaq; maluit nõ attingere eius administrationem,& regimen. {Attingẽde} suspiciẽdæ ad administrandũ. {Offendisset}inuenisset. {Prope}ferẽ.{Desipientẽ}delirantẽ. {Senectute}q a Ariopagitæ,q bus tradita erat cura reip. tantũmodo extremę senectutis electi erãt. difficilius est aũt senes ab aliquo instituto remouere,q iuuenes. {Nec persuadendo}verbis.{Cogendo}legibus,institutis, & cęteris rebus.{Diffideret} desperaret nullã haberet fiduciã. {Fas esse} licere. {Cogi}à se quia existimabat, nõ licere ciuẽ alium, ciuẽ etiã ad benefaciẽdũ per vim cogere.{Mea ratio}cõditio.{Alia}diuersa a Plat.{Populo}.s.R.est sensus, mea ratio diuersa fuit a Plat. quia ille ob prędictã cãm noluit attingere remp. ego vero erã incertus,an remp.capesserẽ : cũ neq; P.R.desiperet, neq; in mea ptãte esset cõsultare,an id facerẽ,quia si ẽt non probassem susciendã rẽp.

Rectus ordo contextus.

quorundam tñ causa adducebat,vt id facerẽ. Ordo notãdus est, q a à multis & ordo,& sensus ignorat,ita vt ẽt textus in q busdã codicibus sit corruptus.Sic ergo ordinat.Mea nõ fuit alia,quam tenebar implicatus,capesserẽ ne remp. neq; populo desipiente, neq; re integra mihi cõsulẽdũ. {Integra re}.i.libera,& in ptãte mea.{Ad cõsulendũ}deliberandũ.s.an capesserẽ, quia si etiã nõ placuisset mihi,quorundã tñ causa adducebar,vt hoc facerẽ. ergo tenebar implicatus,impeditus,incertus.{Ne}.i.an {Capesserem rẽp.}suscipere administrandã,q a hinc me aduocabat animus,inde impellebat causa amicorũ quib.nõ licebat aduersari. ideo dixit,re nõ integra ad cõsulendũ.{Sed tñ}in hac difficultate capessẽdæ reip.{Quòd liceret mihi} q possem oĩbus permutẽtibus. {Mihi vtilia} quæ mihi prodessent vtile antẽ fuit Cic. Põp. & Cæs. obsequi.{Recta} honesta.de his aũt duobus vtili & honesto maxime cõsultamus,neq; improbat consiliũ de snia vtili,dũmodo nõ repugnet recto,& honesto,sicut nũc Cic.fecisse videmus,qui & vtilia sibi,& recta defendisse dicit, cũ nihil cõtra rẽp.p Cæs.se sensisse fateatur in oratione de prouinc.cons. {Huc accessit}alia excusatio.{Huc}ad hoc, qđ supra diximus. {Accessit}addita est.{Cõmemorãda}nõ recensenda,obliuioni nõ tradẽda.{Liberalitas}quã,vt dixit,&officijs,& scriptis signauit.{Fratrẽ meum}Q.Cic.cui,vt diximus, Cęs. multa bñficia cõtulit , & eũ in Gallia legatũ habuit. {Quascunq, res ger.}.i. etiã si nõ tã magnas,& præclaras. {Nunc}.i.s.qualcunq; res gereret,mihi erat tuẽdus, multo magis talibus tantisq; rebus gestis mihi erat ornãdus & laudãdus, etiã si nõ esset talis in me,& fratrẽ meũ,qualis est,& fuit.{Tãta felicitate}dignitatis in alterũ quinquẽniũ prorogatæ,& tot rerũ gestarũ.{Tantis}tam magnis,& egregijs.{Victorijs}quas in Gallia cõsecutus est,præter ceteras, quas ante fuerat adeptus. {In nos} in me fratremq́ue meũ.{Is} talis qualis est tam liberalis.{Videretur} putaretur. {Ornãdus} mea snia,& laude honestandus.{Sic.n.}sensus est, Velim sic existimes, q te Pompeioq; excepto nemo est, à quo magis gaudeã accepisse bñficia,q̃ à Cæs. velim existimare sic.i. certũ putare,cũ discesserim à vobis.s.te,& Põp.auctoribus meæ salutis. quia,vt supra ostẽdimus,opera Lentuli & Pomp.præcipue reuocatus est Cic.ab exilio. {Cũ discesserim à vobis} modus est dicẽdi pro eo quod est vobis exceptis,vt si dicas, cum discessi à parẽtibus meis, nemo est mihi te carior.i.parẽtib. meis exceptis. {Officijs} beneficijs.{Tã deuinctũ}tã astrictũ,& obligatũ. {Confitear}aperte dicã. {Sed etiã gaudeã} quia interdũ aliqui profitemur,quod tñ nobis est ingratũ. {Quod}me officijs Cæsaris lętari.{Quod requiris} postulas a me.{De Vatinio,& Crasso}quibus sum recõciliatus, cũ ante eis fuissem inimicus.{De appio}cũ quo etiã redijt in gratiã,vt in epistolis ad eũ scriptis videbimus, quod Lent. scribebat se nõ reprehẽdere. {Consiliũ meũ.}meũ factũ, vel deliberationẽ meã redeundi in gratiã cũ Appio.{De Vatinio aũt}dicit Põpeij cãm fuisse,vt ipse Cic.rediret in gratiã cũ Vatinio,quem ante in senatu oppugnasset.{Reditus in gratiã}recõciliatio cũ Vatinio. {Intercesserat} interuenerat,interpositus erat.{Per Põp.} à Põpeio intercedente.{Statim} vt cũ primũ,vel statim,subito. {Vt} postquã.{Ille}Vatinius.{Petitionem} præturæ eius Vatinij.{Oppugnassem}tãquã hostis impugnassem,& restitissem,ne ipsam præturam cõsequeretur.{Grauissimis}probatissimis. {Illius} Vatinij.{Defendendi Cat.} qui Vatinio aduersabatur in petitione præturæ.{Post aũt} primũ inquit causa Põp. sum illi recõciliatus,sed postea secuta est petitio Cæs.de eadẽ recõciliatione,immo,vt & illum defenderẽ.{Mira} maxima, incredibilis. {Contẽtio}petitio s.à me.{Defenderẽ} illũ Clodiũ. {Cur aũt laudarim}q.d.cum Cæs.a me petiuisset solũ,vt eum defenderẽ, etiã laudauerim,peto à te hoc ne requiras neq; in Vatinio, neque in alijs reis, nec nunc scribã ad te idẽ quod postea erit etiã dicẽdũ corã,cũ veneris.{Ne requiras} ne postules,exigas a me, {In hoc reo}Vatinio,quẽ & defendi,& laudaui.Reus autẽ dicitur quicunq; in aliqua est causa,etiã si nihil admiserit.i.contra quẽ quispiã agit . {In alijs} quos defenderim aut laudauerim. **Reus.** {Reponã}iterum dicã.{Idẽ}quod ad te nunc scribi vis.{Cum veneris} R.quia cum veneris R.dicã tibi corã.{Tametsi}quanquã possimus subaudi exponere.{Vel}etiã. {Absenti}.i.ita possum tibi nunc dicere , sicut essem dicturus postquã redijsses R. {Recordare}dicit Cic.se idẽ fecisse, quod fecisset Lent.qui eos laudasset,quos ante habuisset inimicos,& aduersarios. {Recordare}memẽto,reduc ad memoriã.{Quib.hominibus}ad quos hoies:est.n.datiuus casus.{Laudationẽ}orationem,in qua eos laudasti.{Ex vltimis terris}remotissimis: quidẽ intelligunt ex Hispania, quã Horat. appellat vltimã Hesperiã, sed possumus etiã intelligere Ciliciã,cũ ipse Cic.ex Cilicia scribat ad Cur.inferius in epist.Sera gratulatio. lõge.n.absum.sero audio.{ Nec pertimueris}.i.nec ptimeas recordari Nã nõ quare nõ debeat pertimere, q a eosdẽ ego laudo, & laudabo q bus tu misisti laudationẽ tuã.& nõ dicit,qui sint. quidam intelligũt publicanos, quod nõ probo.alij pbabilius intelligũt Põp.aduersatũ esse aliquantulũ Lẽt.in obtinẽda prouincia,ob idq; inter eos quandã simulatẽ fuisse.postea vero Lẽt. laudasse Põp.& quosdã alios, qui cũ eo sensissent,& ad eos ex Cilicia laudationẽ,misisse, qđ fortasse signauit in prima epis.Cic. cũ dixit.Cui q noluit,idẽ tibi non sunt amici,q eũ ornasti dicit igitur Cic.vt ipse Lent. recordetur, quos laudauerit ante se oppugnatos,& sibi inimicos,

se.n.

se.n.idem fecisse. {Ijdem} quibus laudationẽ tuã misisti. {Sed tñ} alia causa præter supradictã, quare Vatinium defenderit, vt stomachũ faceret quibusdã, qui vt stomachũ Cic. facerent, Clo. ipsius inimicũ non solũ amarent, sed ẽt in eius cõspectu cũ amplexarentur, & in senatu cũ eo, quasi ipsum magnificarẽt, loquerentur seorsum, quasi de rebus magnis cõmentaturi. Sumit aũt similitudinẽ huius propositi sui stomachũ faciendi suis inimicis ex Eun. Ter. {Sed tñ} .q.d. licet causa Põp. & Cæs. hoc fecerim. {Ille stimulus} illud calcar, illa instigatio, atq; impulsio. & est tractum ab equis, vel bobus, qui tardiores stimulo excitantur, atq; impelluntur. {De quo} stimulo. {In iudicio} in ipsa causa. {Quiddam} rem quandam. {Parasitus} Gnato. {Militi} Thrasoni. {In Eunucho} nomẽ est comœdiæ Terent. {Vbi nominabit Phædriam} totus hic textus est Terentij, & oĩa verba Gnatonis, vsq; ad eum locũ, si petitui, vbi adaptat hanc similitudinẽ dicens, ꝙ sicut Gnato persuadebat Thrasoni, vt hæc ad indignationem Thaidis faceret, si fortasse blandiretur Phędriæ, vt faceret stomachũ, & dolorẽ ipsi Thrasoni: ita dicit se petiuisse à iudicibus, vt concederent sibi P. Vat. ad indignationem quorundam nobilium hominum, qui, vt facerẽt stomachum Cic. eius inimicum Clodium fouebant, & amplexabantur. {Vbi} quãdo. {Nominabit} Thais. {Phædriam} riualem tuum. {Tu Pamphilam} nominato. {Continuo} statim: vt Thais non tam Pamphilam amari q̃ sibi vicẽ dari putet. {Hæc} Thais. {Formam} pulchritudinẽ. {Illius} Phædriæ. {Tu huius} Pamphilæ formã laudato. {Contra} hic contra vicẽ significat. {Deniq;} ne singula enumeret, quæ põt contra eũ facere, concludit, vt contra iniuriam quãlibet, aliam ipse iniuriã patet. {Par pari} prouerbialiter dixit. {Quod} par, vel absolute. {Quod} id est, quæ res. {Mordeat} lædat, offendat. {Sic} accommodatio similitudinis. {A iudicibus} qui de Vatinio essent iudicaturi, Ordo est, sic petiui à iudicibus vt ipsi darent mihi alium P. qm̃ quidam nobiles haberent suum, P. illi nobiles, cũ optimè meriti de me amarent nimis inimicum meũ, &c. põt & sic ordinari qm̃ quidã nobiles & de me optime meriti amarẽt nimis inimicũ meũ, & me inspectante modo sæpe se vere seducerent in senatu: modo amplexarentur familiariter, atq; hilare: petiui à iudicibus vt ipsi darent mihi aliũ Publiũ, qm̃ ipsi haberent suũ Publiũ, quo possem, &c. & hic posterior ordo magis probatur. {Optimi meriti de me} q. me olim beneficio affecissent vel in restitutione mea, vel in dignitatibus obtinẽdis. {Inimicũ} P. Clo. {Modo} interdum. {Seducerent} seorsum ab alijs ducerẽt quasi de rebus grauibus secreto locuturi. {Mei} in conspectu meo, vt mihi stomachum facerent. {Amplexarentur familiariter} sine grauitate, quod solemus apud amicos facere. {Qm̃ illi} nobiles. {Suum Publium} .s. Clod. {Darent} concederent. {Aliũ Publicum} P. Vatiniũ {In quo} Vatinio. {Possem re pungere} remordere, vicissim offendere. {Leuiter} paulisper, aliquantulũ. {Lacessitus} iratus, prouocatus ab illis, ꝙ blãdirẽtur inimico meo. {Dixi} .s. in iudicio. {Sed facio} quia & defendo, & laudo ipsum Vat. quẽ illi oderunt. {Dijs, hominibusq; approbantibus} .i. iuste & merito, quia & dij, & homines sentiũt rectũ esse, vt illi pari referam, qui nõ aliã ob cãm amant Clod. nisi vt mihi stomachũ faciant. {Habes} intelligis, cognoscis Est aũt hic trãsitio exornatio rhetorica. {De Crasso} quare ei recõciliatus sum. {Ego} primum ostendit, quo pacto gratia, quæ sibi olim cũ Crasso fuerat, sit rescissa, cũ in defensione Gabinij Cic. non lacessentẽ ipsum lacessisset. Deinde subdit cãm recõciliationis. Ego: ordo est, ego tulissem defensionẽ Gabinij, quẽ proximis diebus oppugnassem, si suscepisset eã sine cõtumelia mea, cũ magna gratia iam esset mihi cũ illo, quod cõtriuerã voluntaria obliuione oẽs eius grauissimas iniurias causa cõis cõcordiæ. {Gratia} beneuolentia. {Cũ illo} Crasso. {Quod} quia. {Cõtriueram} deleuerã, obliterauerã. {Oẽs iniurias illius} quia Crassus olim irritauerat Clod. cõtra Cic. & ei fauerat ad cõsequendũ tribunatũ, vt facilius Cic. eijceret ex vrbe. erat. n. infestissimus Cic. ꝙ dicebat ab eo fuisse nominatus inter cõscios cõiurationis. Nã Cic. in oratione, q̃ de consulatu suo habuit, refert Crassum ad se noctu venisse cũ literis Catilinæ: quibuscum tanq̃ cõscium hortabatur Catilinam ad cõfirmandã coniurationẽ, & ob hanc cãm semper oppugnauit Cic. {Cõis} publicæ. {Voluntaria obliuione} cũ nullus me impulisset, vt ita facerem. {Repentinam} subitã, quia ante oppugnauerat eũ. {Gabinij} qui infensus erat Cic. ꝑꝑ dãnationẽ cõiuratorum. Erat aũt L. Pisonis soceri Cæs. in cõsulatu collega vir audacissimus, & seditiosus, & amicus Cæsa. auctor App. {Suscepisset} illam defensionẽ. {Cõtumelia} iniuria. {Disputantem} sentẽtias dicentem & dilucidantem. {Non lacessentem} non prouocantem ipsum Crassum. {Exarsi} excandui, incensus sum. {Præsenti} .i. extra prouocatione orta. {Nã ea} parẽthesis est. {Tam vehemens} .s. fuisset solus ex præsenti iracundia. {Sed illud odium} sed occurrunt, inquit, oẽs iniuriæ, quas mihi ante intulisset, quarũ odium putabã in me extinctum, cum tñ adhuc me insciente residuum fuisset. {Inclusum} in pectore meo recõditum. {Quod} odium. {Effudisse} eiecisse, euomuisse {Arbitrabar} quia plerunq; cessantibus iniurijs ita obliuiscimur odij, qđ cõcepimus, & pectore recõdimus, vt iam nesciamus illud in nobis esse. facta aũt noua iniuria statim apparet illud odium, quod ita erat sepultum, vt iam nõ putaremus amplius esse in nobis, &. i. quod Cic. nunc dicit. {Residium tñ} subauditur cum. vt sit cum tñ. {Fuisset residuum} .i. re sedisset, & remansisset in corde meo. {Me insciente} quia eo quiescente ab iniurijs, ego quoq; ita quieueram, vt nescirem aliquid odij in me resedisse. {Residuum} reliquum. {Fuisset} quidã male legunt, fugisset, & male ad Crassum referunt: etiã si legatur fuisset, cũ Cice. de odio suo in Crassum intelligat. si fugisset legatur, quod nõ placet, dicatur fugisset. s. ex memoria mea, vt putabã. {Tñ residuum} .i. tñ relictum. s. in pectore meo. {Apparuit} exarsit, subito exijt in lucẽ, factum est palam, cũ ante lateret. {Apparuit aũt} quia cũ primũ lacessiuit me in causa Gabiniana, exiluit memoria odij mei in eum ꝑꝑ veteres iniurias. {Quo tpe} contẽtionis de Gabinio. & incipit numerare causas, quare recõciliatus sit Crasso. {Quidam homines} non puto Pomp. & Crassum intelligi, quia eos dicit inferius suasisse concordiam inter Crassum, & Cic. {Nutu} nõ nomine proprio, sed quibusdã signis, quasi oculis. {Significatione} demonstratione. {Fructum} .i. vtilitatem. {Ex libertate mea} qui quod sentirẽ, libere dicere auderẽ, nullius habita ratione. {Tum} cum viderent me Crasso libere respondẽtem, & repugnantem in causa Gabinij, quẽ ille defendendum suscepisset cõtra me, cũ eum ante oppugnasset. {Visum sibi} dicerẽt. {Qualis fuissem} ante exilium meũ. s. libere, & magno, atq; infracto aĩo. {Ea cõtentio} cum Crasso de Gabinio. {Etiã foris} apud externos extra vrbem. {Gaudere se dicebant} cũ supradicta, inquit, se ita haberent, illi dicebant tñ seu gaudere, ꝙ haberẽ Crassum inimicum, & ꝙ oẽs, qui Gabinio fauerẽt, nunq̃ essent mihi futuri amici. {Illum} Crassum. {In eadẽ causa} defensionis Gab. in qua erat Crassus. {Quorũ homines} quos dixit se nutu appellare. {Iniqui} maleuoli, quia cũ fructũ ex mea libertate se capere faterentur, tñ dicebãt se gaudere, ꝙ ego mihi inimicos parassem. {Honestissimos} optimos, & probatissimos, vel honoribus insignos. {Cũq;} alia causa, quare redierit in gratiam cũ Crasso, quia Pomp. vehementissime, vt ita faceret, ab eo petiuerat. {Cõtendisset} vehemẽter petiuisset. {Vt nihil vnquam magis} .s. cõtenderit à me. {Cæsarq;} alia causa ꝑꝑ Cæs. {Contentione} cõtrouersia mea, & crassi. {Per literas} quas ad me scripsit {Affectum meorum} accepisse molestiã, & dolorẽ. {Rationem} .i. respectum. {Temporum} quæ ꝑꝑ multa aduersa, quæ mihi acciderant, & ꝑꝑ mutatã erga me fidem hominũ, potius pacem, q̃ discordiã suadebant. {Sed etiam naturæ meæ} quæ est mitis, & facilis ad placãdum. {Crassusq;} hoc etiã dicit Plut. Crassum ita recõciliatũ Cice. vt anteq̃ ad bellũ Parthicũ proficisceretur, apud eũ cœnauerit. {Quasi re} .i. tanq̃ illa cęna aperte demonstrasset P. R. nos in gratiã rediisse. {Testata} testimonio cõprobata, in significatione passiua, vt inferius ad Curio. vt apud animũ tuũ testatũ reliquerim, quid senserim. {Gratia nostra} mea, & Crassi recõciliata. {A laribus} à domo in ꝓuinciã Syriã aduersos Parthos. {Penè} quia ferè existimat eum cœnasse domi suæ. cũ cœnauit apud se in hortis generi. {Nam, cum} dicit Crass. nõ inuitatũ ab ipso Cic. sed ꝙ amoris fuit indicium, ipse se obtulit cœnaturũ apud Cice. {Condixisset} denuntiasset se velle cœnare apud me in hortis, & in viridario. {Crassipedis} Pisonis: ita. n. cognominabat primus gener Cic. {Quamobrem} infert Cic. ꝙ ex hac recõciliatione gratiæ suscepit cãm Crass. de Parthico bello defendendã fideliter, sicut promiserat Crass. quia, cũ ille auidissime illã prouinciã suscepisset ꝑꝑ cupiditatẽ, & auaritiã, vrbe egredienti, multa quidem & dira tribuni annũciauerũt, & ne Parthis huius mali prorsus indignis bellũ inferret, monuerũt, cui minime parẽti publicas execrationes extulerũt, auctor App. ergo quia assumpserat sibi illã prouinciã, tribunis, & alijs multis aduersantibus, Cic. suscepit illam cãm defendendi. {Commendatione} laude, quia cũ valde laudaui. {Quod} q̃ rem. s. me defendisse cãm Cras. {Mea fides} quã ei discedẽti promiserã. {Accepisti} properat Cic. ad cõclusionem. {Quibus reb.} quia precibus, & suasionibus amicorũ, vt dixi supra, & vtilitate mea. {Quã rem, causamq;} quia Cæs.

Testatus.

rem &

rem & causam de agro cāpano,& Vatinij cām,& Crassi de bello Parthico defendi.{Status} cōditio.{Pro mea parte}quātum possum:{De quo}statu.{Statuas} indices.{Hæc eadem} quæ sensi.{Si oia fuissent integra,& libera}arbitrio i.si etiā nunc essem in libertate mea adhuc sentiendi, quæ vellē, ne supradictis rebus essem cōpulsus.{Nam}ratio quare idē sentiret,quod semel sensit.{Pugnandum} resistendū.{Tantas opes} tantā potentiā Cæs.Pōp.& Cras.{Delendū}e ciuitate tollendū.{Principatum}dominationē,& præeminentiā.{Sūmorū ciuium}Cęs. Pomp.& Crassi.{Si fieri posset}si esset possibile.{Nec p.}persistendum.s.arbitraret.{Vna} semper eadē.{Cōuersis rebus} cū res sint mutatæ,& iam voluntates bonorū.{Assentiēdum}obsequendum,cedendū.{Tēporibus}qualitatibus tēporum.{Nunquām.n.}ratio,& est snię exornatio,& est sensus. Nunquā est laudatum,q̄ præstantes viri in gubernanda rep. semper permaneant in vna snia,sed sic,vt nauta,qui iter suum in aliquē certū locum disposuerat,mutato vento mutat propositū itineris, neque contra tempestatē nititur. ita in administratione reip.mutatis rebus,& voluntatibus multorū, sapiētis est etiam mutare propositū.& bene gubernatorē reip.gubernatori nauis cōparat, quia populus cōparatur fluctibus,& tēpestatibus à Virg.& Cic. in oratione pro Mil. resp.vero naui: administrator gubernatori nauis.{Præstantibus}excellentibus.{Permansio} perseuerātia.{Perpetua}immutabilis.{Sed} ex similitudine probat cedēdum tēporibus.{Artis est}habetur ars, quia ēt de nauigatione dr ars.{Obsequi} cedere,non ire contra.{Etiā si portum}.i. etiā si ita cedendo tēpestati, videas tñ te nō posse ad portū peruenire.{Cū vero} argm̄ à minori ad maius,& est sensus,si obsequendū est tēpestati,etiā si non possis ad portū peruenire, stultum est certe nō obsequi,tunc cū mutata nauigatione, & obsequendo tēpestati ipsum portū oīno tenere possis. {Velificatione} nauigatione: nam velificare nauigare significat, à velis faciendis.i.ponendis ita.n.dr̄,vt Virg.Vela fecit tñ,& Iuuen.Creditur olim velificatus Athos.{Assequi id}.i.portū tenere.{Stul. est} .i.demētiæ est velle potius perseuerare cū periculo in nauigatione.{Quē ceperis} q̄ peruenire in portū ad salutē ea nauigatione mutata.{Cursum} nauigationē.{Quod velis}.s.portum.{Sic}adaptat similitudinē.{Cum omnibus nobis}.s.cum nos omnes debeamus nobis proponere otium cum dignitate, non debemus semper idē facere, & eandē semper habere sententiam,sed debemus idē spectare.i.respicere ad illud otiū cum dignitate: vt ipsum quacunq; via assequi possumus,dūmodo honesta.{Otium}quies,concordia.{Cum dignitate} cum honore.{Idem dicere}quod semel à nobis sit dictū,& in eandē perseuerare snia.{Sed idē semper spectare}sed vnū semper respicere, ad quod vel mutatione sententię possumus peruenire, hoc est ad otiū cum dignitate.{Quāobrem}cōclusio est superioris particulæ,& repetitio eius, quod supradixit.{Solutissima} liberrima,adhuc in arbitrio meo.{Alius} in alia snia.{Atque}quàm. {Cū vero} arguit à minori ad maius,& est sensus, si oia essent mihi,vt dixi,libera: tñ non alius essem,q̄ nūc sum, sed cum beneficia Cæs.& Pōp.me alliciant,vt ita sentiā & me cogant iniuriæ eorū,qui à me bene affecti: gaudent tñ malis meis: libēter adducor,vt eā sniam habeā,quæ & mihi,& reip.sit vtilis. {Alliciar}adducar,& blande attrahar.{Beneficijs} Cæs. & Pōp.{In hunc sensum}in hāc sniam,q nunc habeo: nō aduersando Cęs. Pomp.aut Crasso.{Cōpellar} cogar.{Iniurijs} eorū qui dicebant se gaudere, q̄ Crassum haberē inimicum,& oēs qui Gab. defenderent,nunq futuros mihi amicos.{Facile} libenter.{Patior}permitto.{Rationibus}cōmodis.{Cōducere} vtilia esse. {Apertius}manifestius.{Legatus}in Gallia.{Et nullū meū}.i. nihil vnquā dixi tā paruum,aut feci pro Cæs. quod ille non ita habuerit gratū,vt videretur mihi quodāmodo obligatus.{Minimum dictum} quāto magis maximū dictū, si minimū etiam cum summa gratia accepit.{Nō modo}nedum.i.multo magis factum,hoc est siquid pro eo feci.{Illustri}aperta, clara.{Gratia}gratitudine,quia oibus commemorabat,quæ pro eo dixissem,aut fecissem.{Deuinctum}astrictum,obligatū, cum potius ego ei essem obligatus.nā Cæs.profecturus in Galliam, petiuit Cic.legatū suum.Sed ille arte Clodij reuocatus est, cuius legationis locum subiuit postea Q.Cic.eius frater.{Gratia} fauore,& beneuolentia,quā habet Cæs.apud oēs.{Et opibus}potētia.i.eādem capio voluptatē,& fructū de gratia, & opibus Cæs. quā de meis.{Nec aliter} sensus,cū multi me destituissent, & decepissent post restitutionē meā,non videbar posse aliter deijcere eorū perfida consilia,nisi doctrina, & consilijs meis adiunxissem etiā beneuolentiā potentū virorū,Pomp.Cæs.& Crassi, qui me iuuare,& tueri possent.{Frangere} deijcere, prosternere.{Consilia de me}qui me cogitarent,& agitarent.{Proditorum}qui me destituerunt,cū ante simulassent,se mihi esse amicos.alij libri habent, Perditorum, sceleratorū.{His præsidijs} quæ mihi essent ad tutelam. & intelligit doctrinā suā ingeniū, consilium & animi fortitudinē.{Quæ semper}.i.quæ semper in me fuerunt.{His ego cōsilijs} si fuisses præsens, cū capiebam hæc cōsilia: existimo,q̄ esses vsus eisdē cōsilijs,quia tu non aliter censuisses.{Eisdem} s.cōsilijs quibus sum vsus, quia vt ipse consuluisset,vt eis vterer,nec aliter facerem, q̄ feci.{Noui} dicit quare opinatur se fuisse vsurū ijsdē consilijs, ēt si Lent.fuisset Romæ.{Moderationē & tēperantiam}moderatio, auctore Nonio Mar.ex modestia,quæ est fundamentū,soliditas & basis ipsa virtutis gignitur,quæ moderatio tēperet.adiūgatq; modos in factis,& dictis & cæteris talibus quæ agendi officio vtuntur. Temperātia vero,reste Donato,pro cōsilio, & prouidentia ponitur. Terent.in Phorm.Si est patrue,culpam vt Antipho in se admiserit,Ex qua re minus rei foret,aut famæ temperans: Nō causam dico,quin,quod meritus sit,ferat.{Tum amicissimū}& amicissimum.{Suffusum}infectum: aspersum.{Maleuolētia} odio quo aliter mihi cōsuluisses.{Contra}.i.potius.{Magnum & excelsum} ad remittendū & obliuiscendū iniurias.{Apertū} quia nō aliter sentis,aliter simulas.{Simplicem}sincērum,non duplicē,& tortuosum.{Tales}tali animo ita mutatus.{In te} erga te.{Eędem}rationes.{Mouissent te}vt cōsuleres mihi faciendū,quod feci.{Quæ nouerunt me}adduxerunt me, vt id facerem.{Sed quocunq; tpe}q.d.hæc feci te absente,sed quotiescunq; potero te habere præsentē,semper habebo te gubernatorem omniū cōsiliorū meorū.{Potestas} facultas.{Fuerit mihi moderator}tēperator,gubernator.{Cōsiliorū meorū}quia nihil putabo faciendū,nisi quod tu cēsueris.{Tibi erit}sicut olim habuisti curā meæ salutis,cū me restituendū curasti, ita habebis curā meæ dignitatis.{Tibi eidem}tibi ipsi.{Socium} opere & labore.{Comitē}.i.sentiēdo & cōsulendo, vel te sequēdo quoquo ieris.{Actionum}omniū, quæ ages.{Sententiarum}omnium,quæ dices.{Voluntatem}iudiciorū,& opinionū tuarum {Neq; in oi vita}hoc est in tota vita mea nihil erit, quod tam faciendo proponam,q̄ vt ita me geram, quod quotidie magis gaudeas te contulisse in me beneficia.{Proposita}instituta,deliberata.{Lętere vehementius}magis gaudeas. Te esse optime meritum (de me,te contulisse in me beneficia. Sicut fortasse videor in explanatione huius epist.fuisse prolixior, & loquacior, existimet ingens pelagus inermi cymba non esse tentandum.

Velifico.

Nō modo.

Moderatio Modestia.

Tēperātia.

Quod rogas} hæc pars superioris epistolæ omnino esse vr̄, licet a plerisq; pro epistola ponatur.quod ideo putatū est quia à mentione Appij Cæs.Pomp.Cras.& Vatinij discessit. sed hic respondet alijs partibus epistolæ Lent. quia & de omnibus supra memoratis quæsiuerat Lent.& insuper rogauerat eum, vt quæ post profectionē suam in Ciliciā scripsisset, ad se mitteret. Itaq; ostendit Cic.quæ sint ea scripta.inter quæ maxime laudat libros quos de oratore scripsit ad Q.F.& postea adducit causam quare nondū ediderit libros, quos de tpibus suis scripserat. Deinde pollicetur diligētiā suā in rebus domesticis Lēt.de quibus dicit se nō posse ab eo rogari sine dolore, cōmendat postea ei negotium quoddam Q.F.quod vr̄ fuisse de emptione cuiusdam fundi in Cilicia: quem Q.Cic.magnificaret.subdit deinde varias quasdā sententias de successione Lent.in ipsa prouincia, quia Appius cuperet ei succedere.hortatur aūt Lent.vt ei prouinciam cōcedat.Postremo ei cōsulit,vt sibi reconciliet publicanos,quos à se aliquantulū alienauerat.{Quòd rogas}q̄ oras, & est respondendi modus.{Orationes}oratio varijs modis accipitur:sed hic pro oratione,quæ partibus rhetoricis cōstat.{Neque ita multæ.i.tot,tā multæ.{Vt pertimescas} multitudinem earum.{Carmina}poemata.{Fere}ne videatur relinquere penitus.{Ab orationibus} à soluto dicendi genere.quod.n.certo pedum numero nō cōstat,oratio appellatur.sed certe, Ab orationibus,à causis forensibus, in quibus solebam multū versari. {Mansuetiores}amœniores.Delectant.n.carmina,quasi Syrenum cantus longe magis,quā oratio soluta.{Refero me}quia antea eis operā dederat,vt ipse dicit.{A prima ad} quia, vt Seruius est auctor,quælibet ætas tres partes habet. Primā, mediā, & præcipitē.{Scripsi}cōposui.{Dialogo}dialogus nō est,vt imperiti interpretantur,sermo deorum,à dia, quod est duo, quod nusquam legitur,sed est quælibet oratio,vbi disputantes introducitur quotquot auctori libuerit. Dicitur aūt à verbo Græco διαλέγομαι disputo. Ideo dixit Cic.disputatione.{Et}stat expositiue pro.i.{Quēadmodum volui}arbitrio, & iudicio meo. {De ora-

Oratio.

Dialogus.

Isocrates.

{De oratore} quo opere Cic.vehemẽter gloriatur, vt inferius lib.6.Epist.ad Leptã scribens in quadã epistola, quæ incipit.Simul ac accepi.{Aristotelico}nõ ꝙ Arist.aut Isocr. dialogo vtãtur,sed.h d.ꝙ scripsit lib.de orat. more Arist.& Isocra.i.relicto forensi dicendi genere,sicut illi reliquerũt · vt ipse Cice.in 1.off. Eodemq; modo de Arist.& Isoc.iudico,quorũ vterq; suo studio delectatus contẽpsit alterũ : vel quia idẽ fecit, quod de Arist.& Isocr.qui post philosophiæ tractatus scripserunt etiã præcepta rhetorices,sicut Cicero ostẽdit in lib de Diuin.his verbis.Cum Arist.& Theophrastus cũ subtilitate,tũ copia excellẽtes viri,cũ philosophia dicẽdi & præcepta cõiunxerunt,nostri quoq; oratorum libri in eundẽ librorũ numerũ referẽdi videntur. Isocrates aũt Gorgiæ Leontini philosophi auditor fuit : cuius domus,vt Cic.in Bruto refert,quasi ludus quidã,atq; officina dicendi patuit.de quo ita dicit.Quãquã forensi luce caruit, intra parietes aluit aliã gloriã quam nemo quidẽ meo iudicio postea est consecutus : cuius è schola,velut in orõne meminit,velut ex equo Troiano,innumerabiles oratores prodierũt.{Versibus} metris: sed metrũ nomen est declarationis.quo raro vtuntur auctores, nisi declarationis causa . vt si grãmaticus dicat, metrorũ multa sunt genera : nõ aũt legi metra tua,nec in oratione soluta , nec

Metrum.

in carmine,sed versus,carmina,numeros,musas.Aut vtemur periphrasi,hoc est circunlocutione,vt ponendo nomẽ vnius musæ pro carminibus,aut citharã Apollineã,aut cantus phœbeos, & pierios,& similia.Metrum apud poetas idoneos nunquã memini legere. {Tẽporibus meis} nõ omnibus tpibus vitæ meæ, sed ijs,quibus primum in rep.floruí in cõsulatu meo, deinde ab inimicis vexatus in exiliũ missus, & inde reuocatus : hæc.n.sua tẽpora appellat,vt supra,sicut & meis tẽporibus scimus , & nõnullis alijs accidisse.{Sed edendos} exhibẽdos,proferendos.Nã

Edo.

edere ab e,& do cõpositum significat proferre,& maxime.vt est digestis de edẽdo,significat copiã describendi facere.& in hac significatione põt optime hic accipi.{Meritorum} ostẽdit in prima epistola.{Meæq; pie}.s.erga te,in prima epistola,Ego omni officio,ac potius pietate.Sed subaudi nõ putaui edẽdos. {Quia verebar}timebam.{Læsos}offensos,ꝙ scripsissem me ab eis iniuste oppugnatum , aut eos mihi inuidisse,vt dixi supra {Id feci}.i.læsi.{Parce} moderate, nõ etiã quantũ merebatur.{Molliter}nõ acerbe,indulgẽti animo,quia non in eos acriter inuectus sum.{Sed eos}subaudi verebar. {Erat infinitũ} res infinita,& quodãmodo impossibilis.{Nominare oẽs} omnes nominatim declarare,quia fuerãt penè innumerabiles.{Committã} credam,tradã.{Recte}tuto,& fideliter.{Atq; istam}pollicetur se esse cõmunicaturum cum Lent.quæcunq; scribet , aut leget. {Vitæ} quã cõsumo in scribendo.{Cõsuetudinis} qua cõsueuerat Cic.assidue versari in literis.{Quantũ literis}declarat, quæ sit illa pars.{Literis}cognitione literarũ. {Veteribus}quibus à teneris a nnis operã dedimus.{Delectationibus}liberalium disciplinarum.{Consequi} efficere.{Conferemus} attribuemus ad arbitrium tuum, vt voles. {Hæc amasti}.i.his delectatus es. {Hæc}.i.talia.{Domesticis}familiaribus priuatis. {Nolim admoneri} quia pp meũ in te amorẽ,per me ipse recordor. {Rogari}orari.{Sine dolore}quia puto diffidere beneuolentiæ nostræ.{Quod de Q.F.}ad aliã epistolæ Lent.partẽ respondet,in qua se excusauerat,ꝙ nõ potuisset Q.Cic.negotium conficere, quia priore æstate morbo implicitus in Ciliciã ire nõ potuisset, se tñ nunc daturũ operã vt cõficeret.vr̃ aũt,vt dixi, negotiũ hoc fuisse fundus,quẽ Q.Cic.opera Lent.emere cupiebat, quem ab eo tanti fieri dicit Cic.vt eo sibi adiuncto existimet patrimoniũ suum per ipsum Lẽt.fuisse cõstitutum.{Implicitus}impeditus. {Trãsire}ex Cypro.Nam,vt visum est in epistola, quæ incipit, Legi tuas literas,præerat Lent.Cypro, & Ciliciæ.{Conficere} perficere,exequi,absoluere.{Nunc facturũ} subaudi, quod scribis te.{Eiusmodi}tale,talis momẽti.{Adiuncto}addito sibi vel rebus suis.{Constitutum}confirmatũ,stabilitum. {Studijs} literarum {Exercitationibus}quid potissimũ scribat,& in quo se exerceat.{Existimes}iudices.{Neminem}.i.neminẽ ab aliquo magis fuisse amatum,q̃ te à me {Idq;} neminẽ fuisse cariorem cuiquam,q̃ te mihi.{Sentias}cognoscas.{Omnes gentes} tam externæ,q̃ Italiæ.{Etiã posteritas}etiã qui post nos nascentur. {Appius dictitabat}quid Appius diceret de succedẽdo ipsi Lẽt. {In sermonibus}collocutionibus amicorũ priuatis, & familiaribus.{Dictitabat}sæpe,& frequenter dicebat. {Etiã in senatu} Quasi in loco publico,vbi vellet verba sua põdus habere.{Fer-

Lex curiata.

re}promulgare.{Legẽ curiatam} lex curiata non à Curio latore,sed à curiatis comitijs, de quibus supra diximus , dicta est, qm à comitijs curiatis erat cõstituta,quæ lex prohibebat, prouinciã cuiquã designari sine sorte, hoc est ne prætores, aut proconsules,aut imperatores succedere in prouincijs possent , nisi eas prius inter se sortiti fuissent . Huic cõtraria fuit lex Cornelia,qua permittebat , vt prouinciæ etiã sine sorte designari possent sine senatu.creatus igitur cõsul Appius dicebat,ꝙ si liceret ferre legẽ curiatã,sortiretur cũ collega prouinciã.Si aũt lex curiata nõ esset.quæ prouinciã sortiri iubebat,dicebat se separaturum prouinciã cũ collega,vt collegæ consulatus in vrbe,sibi vero in prouincia obtingeret,succederetq; Lent.neque necesse est sibi,qui esset cõsul,ferre illã legẽ curiatam : quia iam senatus per legẽ Corneliã decreuisset,vt ille prouinciã haberet non obstante lege curiata.& qm introijsset in vrbẽ ad petendũ consulatum,dicebat se habiturũ imperium,quia tpe comitiorum,qui consulatũ peterẽt,adesse necesse erat. Auctor Appian.lib.2.vbi de Cæs.cõsulatu loquitur.{Opus esse c.}.s.ferre legẽ curiatam,

Opus est, Necesse est,

sibi necesse nõ esse ferre legẽ curiatã,& subaudi dixit, vr̃ tñ esse contraria opus esse,& necesse nõ esse,sed nõ ita est,nam opus esse ad officiũ pertinet,necesse vero ꝙ se aliter habere non põt, vt opus est præceptori bene instruere discipulos,sed non est necesse. sic ergo dicebat Appius ad cõsulem pertinere ferre legem curiatam,sed non necesse esse,quia adhoc nõ cogeretur,quia esset consul : qũo ergo dixit,si licitũ esset.soluitur, quia ant tẽpora comitiorum prohibebant,quæ fortasse tunc non fiebant,aut quia illa lege (teste A.G.) minoribus magistratibus creandis dabatur , sicut maiores magistratus centuriatis comitijs fiebãt. Ergo si licitum esset, quia magistratus erat maior , qui ea lege non dabatur: Maiores aũt magistratus (eodẽ Gellio teste)sunt

Maiores magistratus.

censores,cõsules, & prætores,reliqui minores appellãtur.Prætores aũt consulũ collegæ esse poterant & eodẽ auspicio creabantur.{Separaturum}diuisurum sine sorte . alij lib. habent se pacturum : quod nõ displicet mihi,vt pacturũ.i.conuenturũ. {Cũ collega}vt ille in Italia remaneret,ipse vero in prouinciã proficisceretur.{Quoad in vrbẽ introisset} post comitia centuriata, quæ in campo Martio extra pomeria habebãtur,& consuli,qui post senatusc.ex comitijs introisset in vrbẽ, licebat & permittebatur per legẽ Corneliã ire cũ imperio in prouinciã, quã haberet ex senatuscõsulto.Itaq; hac lege Cornelia dicebat Appius se successurũ Lent.sine lege curiata,quã nõ esset ei necesse ferre, propter causas supradictas. {Se imperium habiturum} subaudi dixit . {Quòd in vrbẽ introisset} quia centuriata comitia inter pomœria fieri nefas esset , quia exercitum extra vrbẽ imperari oporteat,intra vrbẽ imperari ius nõ sit.auctor A.G. {Quod ad te scribat} tibi esse agendum de dimittenda prouincia successori.{Varias esse opiniones}diuersas esse sñias,an Appius tibi iure succedere possit per legẽ Corneliã,an nõ. {Sunt qui putent} declarat vnã opinionem. {Sine lege curiata} sine quã successor dari non põt.{Sunt etiam qui} subaudi putãt. {Relinqui} substitui loco tui.{A te} sine auctoritate senatus.{Mihi}ponit cõsilium suum,dicitq; : ꝙ non tam certum habet quid sit de iure, quanquã ne de hoc quidẽ valde dubitat,quã certũ habet , quod ad eius summã amplitudinẽ & dignitatem pertinet prouinciã statim successori concedere,ne videatur fuisse nimiũ cupidus illius prouinciæ retinẽdæ.{Qua}liberalitate. {Frui solere}.i.delectari.{Sine vlla mora}statim sine iussu senatus. {Illius} Appij.{Cupiditatem} erat.n.cupidissimus obtinendi illã prouinciam.{Ego vtrunq;} excusat se, ꝙ ei videatur dedisse cõsilium suũ,dicit igitur ad se pertinere,& dicere Lẽt.quod sentiat,& defendere quidquid ille fecerit.{Vtrunq;}.s.quod sequit̃.{Quod feceris} siue bene,siue male. {Scripta iam epistola.} Hæc.n.est additio quædã epistolæ. {De public.} cõtra quos Appius quædam decreta noua fecerat eis damnosa. {Quibus}literis. {Nõ probare}laudare, & confirmare.{Aequitatẽ tuã}quia cognouire æquitate adductũ cõtra eos fecisse, quod feceris. {Facilitate, aũt}benignitate ignoscẽdo.{Consequi}efficere. {Ne offenderes}ne læderes {Eius ordinis}publicanorũ.{Ornãsti}laudasti, & honorasti.{Equidẽ} sensus est, non cessabo defendere quidquid decreueris in prouincia , sed exẽplis aliorũ edoceri debes , dum scias,quales soleant esse publicani in eos,qui aliquid cõtra voluntatẽ eorũ decernunt. {Hoium}publicanorum.{Ipsi illi} habẽt emphasim geminata pronomina,q.d.tam æquo & iusto. {Q.Scæuolæ}iuris peritissimo.{Tibi tñ}quanq̃ eos offendisti. {Sum auctor}suadeo,consulo.{Quibus rebus} aliquibus rõnibus. {Reconcilies}reducas in gratiã. {Aut mitiges}placatiorẽ reddas,ne tam grauiter sit tibi inimicus.{Id}vel recõciliari, vel mitigari ordinẽ publicanorũ. {Difficile}quia valde sunt irritati, & tibi infesti propter tua in eos decreta.{Esse prud.tuæ}tuæ sapientiæ, vt quacunq; ratione eum ordinem tibi reconcilies.

PHIL. QVI frater fuerit P. Scæuolæ, Q. Scæuolæ auguris patris. Tu hunc consultorũ disertissimũ putes à Cic. dictum, cum oõ P. Scæuolã Cic. dicat iurisconsultorũ disertissimum, sed Q. iune Mucium Scæuolam, de quo hac io epistolæ parte, quo lõge melius ex monumentis Ciceronianis agnoscas. Fuere igitur, vt ad summã rem totã breui colligam, Scæuolæ duo. Publiotũ prænominibus prædictus põtifex maximus, & cõsularis. Qui P. Crassum & Q. Muciũ filios reliquit: Crassum Mucianũ dictum, P. vero Scæuolã. Q. Scæuolæ patrẽ fuisse. Cũ vero his in suo proconſ. publicanorũ offendisset ordinẽ, qui potentissimus erat, negotiũ illi postea reuerso exhibuere non minimum. quod & hoc in loco tangens, ab exemplo admonet Lent. vt publicanorum ordini sese oino reconciliet.

ASCEN. PERIVCVNDAE] Epist. hæc sanè longa, multa graphice scripta, gratiã captat Lẽt. eiq; gratulatur. Cl. criminatur. Se incõstantiæ purgat, ꝙ cum Cæs. Appio Pulchro, Vatinio, Crassoq; in gratiã redierit, factorũ rationes afferendo, ac demũ se Lent. rursus cõmendatũ facit. vt cum ordine patebit. Ordo aũt est. Literæ tuæ fuerunt mihi periucũdæ: quibus intellexi te perspicere. i. clare videre meã pietatẽ. i. obseruãtiam, & veneratione · in. i. erga te. Et quia dixit pietatẽ, quæ in superiores est, vt in principio scripsi, addit. q. d. dixi pietatem. Enim pro quia, quid. i. ad quid dicã beneuolentiã? cũ illud grauissimum & sanctissimũ oomen pietatis videatur mihi esse leuius. i. minoris momenti, meritis tuis erga me, ꝙ antẽ scripsisti, mea studia erga te esse grata tibi. tu quidẽ. i. certe. Nõ tñ significat proprie certe: sed cũ sit expletiua cõiunctio, ad ornatũ ponitur, vimq; quandã habet per aliã vocem nõ explicabilẽ. facis sup. id, quadã abundantia amoris: vt ẽt ea, quæ prætermitti non possunt sine nefario scelere, sint grata. s. tibi. Autẽ. i. sed animus meus in te esset tibi multo notior, atq; illustrior. i. clarior, & pspectior, si fuissemus omni. i. toto hoc tpe quo fuimus seiũcti. i. separati, & . i. simul, vna. i. in vno loco, & Romę, vbi de reb. tuis actum est. Nã nos floruissemus in eo tpe: quod. i. quã rem, &c. alij legunt in eo ipso, quod tu ostẽdis facturũ te esse. s. cũ aderis, & quod tu potes in primis, & sup. quod ego expecto vehemẽter à te. Floruissemus, inquit, in sententijs senatorijs. i. in senatu dãdis, aut datis, & in omni actione, atque administratione reip. de qua. s. rep. equidẽ, ego quidem ostendã paulo post, qui sit sensus meus. i. quid sentiã, & qui status sup. eius, aut meus in ea, & rescribã. s. paulo post tibi ea, quæ quæris. Sed certe. i. indubitate, & ego sup. vsus essem te auctore amicissimo, ac sapientissimo & tu vsus esses me cõsiliario non imperitissimo fortasse, quod per modestiã addit, quidẽ. i. quod dicere licet, vsus esses cõsiliario fideli, & certe. i. oino indubitanter: beneuolo. s. si Romæ fuisses. Quãquã ego lætor, vt debeo tua quidẽ causa. i. pp bonũ tuum nõ meũ te esse imperatorẽ. s. in Cilicia, & obtinere prouinciam rebus bene. i. feliciter gestis, cũ exercitu victore. sed i. attamẽ, certe tu præsens, si præsens fuisses: potuisses capere ex me eos fructus, qui debentur tibi ex me, vberiores. i. fecũdiores, seu ampliores & præstantiores. i. sed ego præbuissem. i. exhibuissem me comitem, qui minor est, q̃ socius: mirificũ. i. mira facientẽ in vlciscẽdis eis, quos intelligis tibi esse partim inimicos, pp tuã propugnationẽ salutis meę. i. quia pugnasti pro salute mea, & intelligis partim inuidere tibi pp amplitudinẽ, & gloriã illius actionis. s. qua redductiooẽ Cic. obtinuit: nullo. n. modo de rebus gestis in prouincia loquitur, cũ antea, q̃ in prouinciã abierit, hanc inuidiã cõtraxerit: neq; de rebus gestis in cõsulatu, cũ consulis non sit agere causas, sed dicere sententias. Quãquã. i. nihilominus ille perennis inimicos amicorũ suorũ. i. a quibus beneficiũ accepit, videlicet Clodius, qui ornatus. i. honorifice adiutus tuis maximis beneficijs, contulit potissimũ in te suã vim illã fractã, & debilitatam, ita vt nõ posset nocere? ipse vltus est sese. i. in seipso vice nostra, aut sine accusatiui casus sese. sic vultus est vicẽ nostrã. i. quẽ nos vlcisci debebamus, videlicet sese, docet qũo vultus sit, Enim. i. quia ipse conatus est ea, videlicet sacrilegiũ, adulterium, & incestũ cum Põpeia vxore Cæs. noctu in veste muliebri, dum agerẽtur sacra Bonæ deæ noo adeunda viris. A quo tñ scelere per corruptionẽ iudicũ liberatus est, Cæsare potius dissimulante, q̃ persequentẽ vltionẽ criminis: repudiũ tñ vxori misit, ꝙ diceret domũ amplifici viri nõ solũ culpa, sed ẽt suspicione culpæ debere vacare. Ne tñ Cæsarẽ lædat Cic nõ dicit sacrilegium perpetrasse, quod ẽt non cõstat, sed conatum esse deprehensus. n. & agnitus fuerat. Quibus. i. sceleribus eius patefactis, nã in ius vocatus est ob ea, sed, vt dixi, absolutus, nullam. i. non vllam reliquit sibi in postetum. i. in tẽpus post illa futurũ, vllã partẽ nõ modo dignitatis, sed ne quidẽ. i. nõ saltẽ, aut nõ etiam libertatis. Nõ. n. liber est censendus tali scelere obnoxius. Te autem, &c. Etsi. i. quãquã ego mallẽ te expertũ esse in rebus meis, quam ẽt in tuis. i. licet mallẽ in meo malo, q̃ in tuo te quorundam perfidiã deprehẽdisse, tñ ego gaudeo ẽt in molestia. i. in te molesta te cognoscere eã fidẽ, quæ nulla est, hoc est perfidiã tẽpotum nõ ita magna mercede, quia nõ in periculo vitæ, vt ego, sed duntaxat dignitatis: quã. s. fidẽ hoium. i. perfidiã, ego cognoram maximo dolore. De qua rõne. i. cooſideratione, aut re tota videtur tẽpus exponẽdi. i. vt exponatur, iam dari, vt ego perscribam. i. respondeã tibi ad ea, quæ quæris. Tu scribis te factũ esse certiorẽ. i. certificatum esse per literas, me esse cum Cæsare, & cum Appio in gratia. i. reconciliatione, & scribis te nõ reprehẽdere id. aũt. i. sed, tu ostẽdis te velle scire, quibus rebus ego adductus. i. prouocatus defenderim, & laudarim Vatiniũ manifestũ nuper inimicũ. Quod. i. quã cãm vt ego exponã tibi plenius. i. satis plene, necesse est, sup. vt repetã paulo altius rõnem consiliorum meorũ. Ego ò Lentule putabã me initio. i. ab initio rerum, & actionum tuarũ. s. pro me, esse restitutũ non solũ meis. s. amicis, & necessarijs, sed ẽt reip. vt in ea florerẽ, sicut ante exilium. Et qm̃ ego deberẽ tibi incredibilẽ quendã amorem, & oia summa, ac singularia in te ipsum, arbitrabar me debere reipub. quæ io me restituẽdo. i. in restitutione mei, adiuuisset te multũ. Hoc. n. noie Lent Ciceronis restitutionẽ impetrauit, ꝙ ostenderet reip. maxime vtilẽ fuisse, ac fore debere, inquã certe. i. saltem eum aium. i. eum affectũ, merito. i. pp meritum ipsius, quẽ ego præstitissem debitum antea tantũmodo. i. duntaxat cõi officio ciuium. i. quod oẽs boni ciues reip. debẽt nõ aliqno singulari beneficio erga me. Et. i. simul senatus audiuit ex me te consule. i. cum dicerẽ corã te cõsule, & . i. simul ipse. i. tu vidisti. i. agnouisti est. n. videre, teste Augustino, cõe ad oẽs sensus, in nostris sermonibus, & collocutionibus. s. priuatis, me fuisse hac. i. huiusmodi mente. i. hoc aio in remp. Etsi. i. quãquã animus meus offendebatur multis rebus iam primis illis tẽporibus, cum te agẽre de reliqua nr̃a dignitate. i. de restitutione in pristinæ locũ dignitatis, cernebã aut occulta nõnullorum odia, aut obscura studia in me. i. fauores dubios, vt ab ijs, qui nõ auderent aut nollẽt adhuc indicare, quod mihi studerẽt. Nã neq; adiutus es ab ijs, à quibus debuisti. s. adiuuari, de monimẽtis meis. i. de domo mea, quã Clodius, vt ẽt æternum rei monimẽtum, libertati dicauerat, mihi restituẽda, neq; adiutus es de vi nefaria, qua erã expulsus domo cum fratre. Neq; hercle præstiterunt eã voluntatem, quã expectarẽ in ijs ipsis rebus. i. fortunæ bonis, quæ quãquam erant mihi necessaria pp naufragia. i. plenariã perditionẽ, nedũ iacturã rei familiaris, quia in naufragio oia pereunt, in iactura tñ, quæ ad deonerandã nauium ejiciuntur. tũ putabãtur. i. ęstimabanturã me minimi. s. valoris, in dãnis meis resarciendis. i. recuperãdis ex auctoritate senatus. Quæ. s. eorum neglecta studia, aut odia in me. cũ viderẽ. i. perspicerẽ, neq;. n. erant obscura. tñ hæc oõ accidebãt mihi tam. i. tm acerba, quã. i. quantum illa, quæ fecerãt. s. restituẽdo me vtbi. Vide tñ an ne potius legendũ sit, quæ fecerã, vt sit: licet ingrati essent in me, gratum tñ erat, ꝙ bene de illis meritus erã, erant grata. s. mihi Itaq; quãquam ego & . i. simul, debebã plurimum Põp. te quidẽ ipso prædicatore. i. publico assertore, ac teste, & . i. simul diligebã eum, nõ solum beneficio. s. suo in me, sed ẽt amore, & quodã iudicio meo perpetuo, tñ ego nõ reputans. i. agitans aio, quid ille vellet, permanebam in omnibus sentẽtijs meis pristinis de rep. i. quas ante exilium habuerã de repu. vt. s. libertas Romana cum legibus vigeret. Ego cum sedẽte Cn. Põpeio. s. in sede iudicialis, Sextius introijsset in vrbẽ, vt laudaret Põp. & Vatinius testis. s. eorũ, quæ à Sextio in laudem Põpeij dicebantur, dixisset me cõmotum. i. prouocatum fortuna, & felicitate Cæsa. cœpisse esse amicũ illi: dixi me anteferre oibus triũphis, victorijsq;. s. Cæsaris, eã fortunam Bibuli, qui fuerat collega Cæs. in cõsulatu, quam. s. fortunam Bibuli. s. Vatinius putaret afflictã. Dixiq; eodẽ s. Põp. teste, alio loco, eosdẽ esse qui prohibuissent Bibulũ exire domo, nihil enim agere audebat in cõsulatu, tanq̃ domum pro exilio haberet: & qui coegissent me. s. exire domo. dr̃ & domum, sed frequẽtius domo. Vero pro sed, tuta interrogatio mea nihil habuit, nisi reprehẽsionẽ tribunatus illius Vatinij, cum Clodio, in quo dicerẽ, in qua. s. interrogatione, aut reprehẽsione mea, oĩa dicta sunt libertate sup. maxima & animo, de vi. i. violentia ipsorum, de auspicijs. s. contẽptis, de donatione regnorum. i. de traditione rerum in manus Crassi, Põpeij, & Cæsa. de qnibus omnibus extant testimonia in oratione Cic. in Vatiniũ. Quæ qnia inest manibus, & ab alijs cõmentarijs citata, nõ fuit nobis afferenda. Nec vero sup. dixi in Vatinium, & eos quos ille reip. dominos

imposuit

imposuit modo.i.solũmodo in hac causa.s.quã agebã cõtra Vatinium, aut qua Vatinius testis me taxaret, sed supple dixi sæpe constãter in senatu. Q. ẽt Marcello, & Philip. consulibus senatus est assensus mihi nonis Aprilibus, vt referretur in frequenti senatu idib. Maijs de agro Cãpano, quẽ Cæs. volebat militibus suis diuidi. Cic. intercessit, obtinuitq; in senatu, vt idibus Maijs frequẽti senatu de ea re referretur. atq; ita impedita est cupiditas Cæs. Ego potui nõ inuadere magis in arcẽ.i.expugnationẽ illius causæ, quia qui arcẽ cœpit, vrbe ferè potitur, aut obliuisci magis tẽporũ meorum, q̃. s. ea libertate vtendo in Cæsarem, & meminisse, repete magis, actionũ.i pristinarũ. Hac sñia dicta.i. hoc iudicio lato à me: magnus motus animorũ est factus: cũ.i. cum ita sit, ꝙ eorum. s. motus animorum sit factus, quorũ oportuit. s. eũ fieri, hoc est quorũ interfuit: tum.i. multo magis etiã eorum, quorũ nunq̃ putarã. s. motum fieri p.p ea. Nã hoc senatusc. facto in meã sñiam.i. vt volebã, Pomp. cũ nihil ostendisset se esse offensum, profectus est in Sardiniã, & in Africã: & venit eo itinere, quod in Sardiniã faciebat, Lucã.i. ad eã vrbẽ Italiæ, ad Cæsarẽ. Ibi vel vbi Cæsar questus est multa de mea sola sententia, quippe qui etiã ante vidisset Rauennæ Crassum, & esset incẽsus ira, ab eo. s. Crasso in me, cõstabat Põp. ferre.i. pati: id. s. ꝙ Cæsarẽ offendissem, sanè.i. multũ moleste. Quod cũ ego audissem ex alijs, cognoui ex fratre meo.i. Q. Cicerone. quẽ.i. fratrem meũ cum Põp. cõuenisset.i. accessisset colloquendi gratia, in Sardinia paucis diebus postq̃ discesserat Luca. inquit. s. cum primũ videret fratrẽ, cupio teipsum. nihil potuit accidere oportunius.i. q̃ vt te conuenirẽ. Nisi tu egeris diligẽter cum Marco fratre. s. Cicerone, nõ tñ ponitur Cic. quia iratorũ est breuiter loqui, dependendum.i. persoluendum est tibi, quod spopondisti mihi pro illo, q.d. longe aliter facit, quã tu de illo pollicitus es. Quid multa sup. dicam? ipse cõquestus est grauiter. Cõmemorauit sua merita in me. inquit Cice. Et redegit in memoriam, quid egisset sæpissime de actis Cæsa. cũ ipso fratre meo, hoc est quo acta Cæs. quæ Ciceroni oberant, antiquauit, & ꝙ is. s. frater meus recepisset.i. pollicitus esset de me. Et testatus est.i. in testẽ sibi assumpsit ipsum fratrẽ meum · se. s. Põp. egisse de voluntate Cæsaris sup. ea, quæ egisset de salute mea. Cuius. s. Cæsaris cãm, & dignitatẽ rogauit Põp. fratrẽ, vt cõmendaret mihi, vt si nollẽ, aut nõ possem tueri.i. protegere eã, nõ oppugnarem eam. Cum frater. s. Quintus pertulisset hæc ad me, & cum tñ.i. nihilominus Põp. misisset ad me Vibullium cũ mãdatis.i. præceptis, vt reseruarẽ mihi integrũ.i. intactum totum negotiũ de causa Cãpana.i. de agro Campano non diuidendo sup. vsq; ad reditum suum. ipse.i. ego collegi me.i. vires rõnis meæ, & collocutus sum quasi cũ ipsa rep. vt ipsa cõcederet mihi perpesso, atque perfuncto tã multa pro se, vt præstarẽ.i. exhiberẽ officium meum, & animum memorẽ.i. gratum in benemeritos. s. Põp. & Cæsarẽ. Et præstarẽ fidẽ.i. sanctam promissionẽ de me fratris mei, & pateretur eũ me.i. aut fratrẽ meum, quẽ habuisset semper bonum ciuẽ, quia reip. studiosum, esse bonum virum, quia amicis fidelẽ. Aũt.i. sed sermones certorũ hominum, forte Catonis, & Caninij, quos tu debes iam suspicari. s. qui fuerint, referebantur ad me, illis actionibus meis, & sentẽtijs omnibus, quæ videbantur offendere.i. lædere Põp. qui. s. homines cũ sentirent in rep. illa quæ ego agebã.i. sentirẽt me recte agere, & sensissent semper, tñ aiebant se gaudere me non satisfacere Põp.i. contra Põpeium. Põpeium vincendũ, & Cæs. futurum mihi inimicissimum, hoc erat dolendũ mihi, sed illud multo magis ꝙ sic amplexabantur, sic habebãt in manibus tanq̃ rem carissimã, sic fouebant, sic osculabãtur me præsente Clodiũ inimicum meum, meum aũt.i. dixi meum, immo inimicũ legum, iudiciorũ, otij.i. tranquillitatis, patriæ, & bonorũ omniũ. nõ quidẽ sup. faciebãt illi hoc, vt facerent mihi stomachum.i. concitarent, bilem, aut prouocarent ad iram: quem. s. stomachũ ego perdidi funditus: sed certe vt ipsi arbitrarentur. se facere. s. mihi stomachũ hic.i. in hac re: ego quantũ potui efficere cõsilio humano omnibus rebus circũspectis, & oibus rõnibus subductis.i. redactis in summã omnium cogitationum mearũ, quã exponã tibi breuiter, si potero Ego, vt dixi, graues orationes sic Cice. auspicari solet. Ordo est. Si vero viderẽ remp. teneri ab improbis, & perditis ciuibus, sicut scimus accidisse & meis tẽporibus.i. in cõsulatu meo, & nõnullis alijs, ego nõ modo nõ cõpulsus vllis præmijs, quæ. s. præmia minime.i. nequaquã valent apud me, alij legunt minimum, alij minimi, sed ne quidẽ periculis, quibus tñ etiã fortissimi viri mouẽtur, adiungerẽ me ad cãm eorum, ne quidem.i. nõ etiã, si summa merita eorũ in me cõstarent.i. certa essent. Aũt.i. sed cũ Cn. Põp. esset princeps in rep. is vir, qui cõsecutus esset.i. obtinuisset, hunc potentiã, & gloriã maximis meritis. s. suis in remp. & præstãtissimis rebus gestis, & cuius dignitatis ego extitissem fautor in adolescẽtia.i. cũ esset adhuc adolescẽs. Aũt.i. sed extitissem.i. fuissem ẽt adiutor. s. dignitatis eius in prætura & cõsulatu, ꝙ cum idẽ. s. Põp. adiuuisset me per se.i. sine socio, auctoritate & sñia, & tecũ consilijs, & studijs.i. fauoribus, & haberet inimicum meũ vnũ.i. vnicum in ciuitate.i. quẽ solũ habebã inimicũ, videlicet Clodiũ, nõ putaui famam.i. infamiã inconstantiæ, pertimescendã mihi, si ego immutassem me paululũ in quibusdã sententijs, & aggregassem meã volũtatem ad dignitatem viri summi, & meriti optime de me. Cæsar, vt vides, cõplectendus erat mihi in hac sñia. s. quã de Pomp. habebã, in causa, & dignitate cõiuncta, quia dixerat Pomp. se Cæsare fautore Ciceronem iuuisse, & tunc tẽpis maximè cõcordes erãt Põp. & Cæsar, hic.i. in hac re, & reconciliatione multũ valuit, tũ.i. pariter, vetus amicitia: q̃ tu nõ ignoras fuisse mihi, & Q. F. cum Cæsare. tum.i. pariter humanitas, & liberalitas eius. s. Cæsaris, perspecta, & cognita nobis breui tpe & literis, & officijs.i. beneficijs eius. Etiã resp. mouit me vehemẽter, quæ videbatur mihi nolle contentionẽ fieri. s. à me cum illis viris.i tam excellẽtibus. Præsertim maximis rebus gestis.i. postquã maximæ res essent gestæ à Cæsare. Et resp. videbatur recusare.i. renuere vehementer ne. s. contentio fieret. Aũt.i. sed, &.i. simul, fides.i. sancta promissio Põpeij, q̃ dederat Cæsari, de me, &.i. simul fides fratris mei, quã dederat Pomp. de me, impulit grauissime.i. potẽtissime in hãc mentẽ.i. in hoc propositũ, & in hãc voluntatem. Præterea.i. insuper, hæc erãt animaduertẽda sup. mihi in ciuitate, quæ sunt scripta apud Platonẽ nostrum.i. cuius sectæ nos sumus, diuinitus.i. quasi à deo missa. Quales principes essent in rep. tales reliquos ciues solere esse. Ego tenebã memoria ea fundamẽta senatus confirmãdi iacta.i. cõstituta esset Kal. Ianuarija nobis cõsulibus.i. cũ essemus consules, vt neminẽ.i. non aliquẽ, non oporteret mirari tñ.i. tã multũ, vel animi.i. animositatis, vel auctoritatis fuisse in illo ordine. s. senatorio nonis Decẽbribus. Idemque.i. & ego idẽ meminerã nobis priuatis. s. cum nullo fungerẽmur magistratu vsq; ad Cæsarem, & Bibulũ consules, cum sñiæ nostræ haberent magnum pondus.i. magnam auctoritatem in senatu. vnũ ferè sensum bonorum oium fuisse.i. oẽs ferè bonos fuisse concordes in administratione reip. Postea.i. deinde, cũ tu ò Lent. obtineres cũ imperio.i. exercitu, quia imperator. Hispaniam citeriorem.i. quæ vicinior est Italiæ, neq; resp. haberet cõsules. s. sibi fauentes & ita veros, quia consules creantur, vt reip. potissimũ consulant, sed haberet mercatores prouinciarũ.i. qui prouincias venderẽt, vt mercatores merces suas, & seruos, ac ministros seditionũ, quidã casos.i. fortuitus euentus nõ dedita opera iecit.i. immisit caput meũ, quasi causa certaminis, in mediam contentionẽ, & dissensionem ciuilẽ. In quo discrimine.i. in quo periculo, cũ cõsensio senatus extitisset.i. fuisset, aut euasisset mirifica, & consensio totius Italiæ extitisset incredibilis, & omniũ bonorũ singularis in tuendo.i. defendẽdo me, non dicã, quid acciderit, quia notũ est eũ, à quibus pro tegi debuerat, & potuerat, desertum, in exiliũ eiectũ, (est n. culpa multorũ, & varia) tñ.i. duntaxat, dicã breui.i. paucis verbis exercitũ.i. multitudinẽ populi, quæ me defenderet, nõ defuisse sup. mihi, sed duces.i. principes viros, qui defensionẽ susciperent. In quo. s. facto, vt iam culpa sit in ijs, qui non defenderũt me, non minor. s. culpa est in ijs, qui reliquerunt me, Et si accusandi sunt, qui pertimuerũt. s. defendere me, reprehendẽdi sunt ẽt magis, qui simulauerunt se timere. Illud quidẽ consiliũ nostrum (quod dicturus est) fuit laudandũ iure.i. merito, consiliũ, inquã, nostrũ.i. meũ, qui noluerim ciues meos. & conseruatos à me. s. in coniuratione Catilinæ, & cupientes seruare.i. saluũ facere me, (saluo. n. verbũ in antiquorum vsu non erat, sed seruo,) obijci seruis. s. Clodianis, armatis. s. in me, & meos spoliatos ducibus: quia Cicallis dux esse nolebat, cum tñ Lucullus, & quidã alij eum ad resistendum vi adhortarentur. propterea dicit sibi duces, non exercitũ defuisse. & qui maluerim declarare, quãta vis potuisset esse in consensu bonorum, si ij, videlicet boni restituissent.i. mansissent, pugna.i. in concertatione, pro me stante.i. non expulso, qui potuissent excitare quasi de morte ad vitã, sup. me afflictum.i. summa calamitate affectũ. Et ferè similis sñia illa saluatoris nostri, An nescitis, quod possum rogare patrem meũ, & mittet mihi, &c. Nam vult dicere, cũ posset maxime vi resistere, noluit, cõtentus ostendisse se posse. Quorũ. s. bonorũ, animũ.i. voluntatem, tu non solum perspexisti, cũ ageres de me, sed etiã cõfirmasti, atq; tenuisti.i. perseuerare fecisti: in qua causa ego nõ modo.i. nõ solum non negabo, sed etiã & meminero, & prædicabo semper libẽter,

vt vsus

vt vſus es quibuſdã hominibus nobiliſſimis fortioribus.i.cum eſſent fortiores in reſtituendo me, q̃ iidẽ fuerant in tenẽdo ſup. me in vrbe. Loquitur de Põp.& Cæſ.in qua ſnia.i.propoſito, ſi voluiſſent cõſtare.i.perſeuerare, ipſi recuperaſſent ſuã auctoritatem ſimul cũ ſalute mea. Enim pro quia, bonis viris recreatis.i.quod dicũt refectis,& ad priſtinã animoſitatem reſtitutis, tuo conſulatu,& excitatis.ſ.ad adiuuandũ, actionibus tuis optimis,& conſtantiſſimis, præſertim Cn.Põp.adiuncto ad cãm, cũ etiã Cæſ.rebus maximis geſtis.i.poſtq̃ res maximas geſſerat, ornatus ſingularibus,& nouis honoribus ac iudicijs ſenatus adiũgeretur ad auctoritaté eius ordinis.ſ.bonorum ſenatorũ.nulli.i.nõ vlli locus fuiſſet ciui improbo ad violãdã rempub. Sed attende.i.animaduerte diligẽter quæſo, quæ ſint cõſecuta. Primũ ſecuta ſunt illa furta religionũ muliebriũ, ſup.eius.ſ.Clodij: qui nõ fecerat.i.nõ exiſtimarat, pluris Bonã deam, q̃ tres ſorores: quia ſicut tres ſorores per inceſtũ polluerat, ita per ſacrilegium ſacra Bonæ deę violare parauerat: aſſecutus ſententijs.ſ.corruptorũ iudicũ impunitaté ſcelerum: aut potius ſic, aſſecutus impunitatem.ſ.inceſti,& ſacrilegij ſui ſentẽtijs ſcelerũ.i.ſceleratiſſimorũ hominum. Sicut in Terent. Vbi eſt ille ſcelus, qui me perdidit? Qui.ſ.ſceleſti hoies: cũ trib.pl.vellet perſequi pœnas à ſeditioſo ciue i iudicio.ſ.cõſtituto per bonos viros: ſuſtulerũt in poſterum.i.omne tẽpus futurũ. præclariſſimũ exẽplum ſeditionis de rep.vindicandi.i.puniẽdi. Idem.ſ.corrupti iudices, paſſi ſunt poſtea. Monimẽtum.i.ædificiũ perpetuæ memoriæ rerũ à me geſtarum, cũ titulo patris patriæ, non pecunia mea erectũ: non.n. illæ manubiæ meæ.i.pretia rerũ quæ duci ex præda competunt: ſup.erant, q.d.nulla ſpolia inhoneſtiſſima detraxi: vt ex manubijs arcus triũphales, aut tẽpla, aut alia monimẽta exigeré. Sed locatio operis fuerat mea.i.ære meo facta: monimentum vero ſup.fuerat ſenatus qui publico impendio id curauit: eſſo inuſtum.i.cauterio inſcriptũ noĩe hoſtili,& cruẽtis literis. Qui homines, q̃ voluerũt me eſſe ſaluũ, eſt gratiſſimũ mihi, ſed vellem ſup.vt voluiſſent habere rõnem.i.reſpectũ,& curã nõ ſolum ſalutis meæ.i.vitæ, quẽadmodũ medici.i.curatores ægritudinum ſup.faciunt: ſed voluiſſent habere etiã rõnem viriũ,& coloris.i. ſtabilimẽti,& dignitatis in ſenatu, vt aliptæ.i.curatores mẽbrorum morbidorũ & vulnerũ ac vlcerũ. Nunc vt.i.quẽadmodum, Apelles pictor nobiliſſimus: perfecit caput Veneris,& ſummas partes pectoris, ſup.eius, arte politiſſima. reliquit reliquam partem corporis.ſ.Veneris inchoatã.i.vt dicunt, tñ protractam, ſic quidã hoies elaborauerũt ſolũ in capite meo.i.in vita mihi ſeruanda & reliquerunt reliquũ corpus, i.quæ pertinent ad ornatũ & ad dignitaté meã, imperfectum, ac rude.i.non politũ, hoc eſt, de dignitate,& ornatu meo nullã curã habuerunt. In quo.i.in qua re, ego fefelli ſpem non modo inuidorum, qui occulti ſunt: ſed etiã inimicorũ meorũ, qui manifeſti ſunt. Qui.ſ.inuidi,& inimici acceperũt quidem falſam opinioné de vno viro acerrimo & fortiſſimo, & meo iudicio præſtãtiſſimo omniũ magnitudine & conſtantia animi, videlicet, Q. Metel. filio Lucij: qui de Iugurta triũphauit, licet ſummã victoriã illi Marius præcipuerit: quem.ſ.hmõi maleuoli dictitant.i.frequenter dñt fuiſſe poſt reditum.ſ.ab exilio: quia noluit regi male aſſentiri: animo fracto,& demiſſo.i.abiecto. Eſt vero probandũ, nõ ſolũ dictitandũ, eũ, qui & ceſſerit.ſ.furori ciuiũ, ſumma voluntate,& abfuerit.i. in exilio fuerit, egregia alacritate animi: neq; ſanè curarit redire, fuiſſe ob id ipſum fractũ.i.victũ animi. In quo.ſ.facto, cum ſuperaſſet oẽs hoies, tum Marcum illũ Scaurum virum ſingularé conſtantia,& grauitate. Sed quod.ſ.inuidi,& inimici acceperãt, aut etiã ſuſpicabãtur de illo.ſ.Q. Metello: idem cogitabant de me.ſ.me futurũ aio abiectiore.ſ.poſt reditũ, cũ reſp.daret mihi maioré animum q̃ vnquam habuiſſem: quæ.ſ.reſp. declaraſſet ſeſe nõ potuiſſe carere me vno ciue. Cumq; rogatio.ſ.de voluntate ſenatus populiq́; R. an placeret Metellum reuocare ab exilio: vnius trib.pl.ſ.Claudij recuperaſſet Metellũ. vniuerſa reſp. recuperaſſet me: ſenatu duce, Italia comitante, omnibus.ſ.iudicibus, promulgantibus.ſ.legé de me reducendo cõſule: qui maior eſt, q̃ trib.pl.referente.i.rogãte de me, comitijs cẽturiatis.i. per centurias cõuocatis: cũctis ordinibus, hominibusq; incumbentibus.i.procliuibus ad me reducendũ & deniq; omnibus viribus ſuis. Neq; vero ego aſſumpſi poſtea, neque aſſumo hodie quidq̃, quod poſſit offendere.i.iuſta rõne quenquã maleuolentiſſimum.i.quãuis ſit maleuolentiſſimus. Ego enitor.i.manifeſte laboro, tm.i.tantũmodo, vt neq; deſim amicis, neq; etiã alienoribus.ſ.à me, opera, cõſilio: labore. Hic curſus vitæ meæ offendit fortaſſe eos qui intuẽtur ſplendoré,& ſpecié.i.decentiã huius.i.hmõi vitæ: aũt.i.ſed nõ poſſunt perſpicere ſolicitudinem,& laborem. Vero.i.ſed ipſi queruntur.i.cõqueruntur nõ obſcure.i.manifeſte: illud in meis ſentẽtijs, quibus ornem Cæſ. quaſi deſciuerim.i.deceſſerim, à cauſa priſtina.i.defenſione reip. Ego aũt cũ ſequor illa quæ propoſui pauloante: i tñ ſup.ſequor hoc, de quo cœperã exponere: nõ in poſtremis.i.nõ inter minimum curanda. O Lentule tu nõ offendes.i.nõ inuenies cum redieris eundẽ ſenſum.i.eandẽ ſniam bonorum.ſ.quẽ reliquiſti: cum in prouinciã abijſti, qui.ſ.ſenſus, aut cõſenſus bonorũ, confirmatus conſulatu noſtro, nõnunquã poſtea interruptus,& afflictus ante te cõſulẽ.i.ante quã eſſes cõſul, eſt totus recreatus.i.reformatus & refectus à te. Derelictus nunc ab ijs, à quibus fuerat defendendus. Et ij, qui nominabantur, tum.i.tunc: illo noſtro ſtatu.i. cum eſſet ſtatus noſter, hoc eſt, cũ non ſtaremus,& placeremus in ſenatu, optimates.i.optimi in ciuitate declarat id.i. ſenſum bonorum eſſe derelictũ, non ſolũ fronte, qua perſpicitur animi iudiciũ,& vultu, quo agnoſcitur voluntas: quibus.ſ.duobus mẽbris fronte.& vultu, ſimulatio ſuſtinetur.i.cõſeruatur: ſed docuerunt.i.oſtenderũt, etiã ſæpe, ſenſu.i.ſnia,& tabella.i.publico ſcripto. Itaq;.i.& ita tota ſnia,& voluntas ciuiũ ſapientiũ: qualem.ſ.ciuẽ ſapientẽ ego volo me,&.i.ſimul eſſe: &.i.ſimul numerari.i.reputari. (Ab eo quod ſequitur id quod præcedit, quia quos numeramus cũ ſapientibus, aut inter ſapiẽtes, reputamus ſapiẽtes) debet iam.i.deinceps eſſe mutata. Enim i.quia ille idẽ Plato.ſ.diuinus philoſophus, quẽ auctoré ego vehementer ſequor, iubet id.ſ.cõtendere.i.vt cõtẽdas tm in rep. quantũ poſſis probare.i.perſuadere & oſtẽdere beneficiũ eſſe ciuibus tuis. Et iubet neq; oportere afferre vim.i.violentiã parenti neq; patrię. Atq; ille quidẽ ait hanc cãm, non attingendæ reip. fuiſſe ſibi, q̃ cum offendiſſet.i.cõperiſſet populũ Athen.iam prope deſipientem ſenectute. Cumq; vidiſſet cũ nec perſuadẽdo, nec cogendo regi, poſſe. cũ diffideret poſſe perſuaderi, quia vt ſenex decrepitus in errore perſiſteret,& non arbitraretur fas ſup.cũ cogi. Cõmentarij intelligunt deſipientẽ ſenectute, eo q̃ in Areopago.i. Martis vico, fere ſeniores ſniam dicebãt, ac iudices erant: quod mihi minime vr̃.non.n.tales præficiebantur iudicijs, vt delirare præter cæteros putarẽtur, ſed de toto populo Athenien. ſentire vr̃ Plato, q̃ iam ſenectute deſiperet.i.inueteratus praua conſuetudine fere incorrigibilis eſſet. dum.n.noua inſtituitur reſp. oẽs ſuo funguntur cũ ſedulitate officio: vt de religionũ ſectis videre licet: at vbi conſenuerit inſtitutio, labaſcit animi. Mea rõ.i. vt vulgo dicunt, conditio, aut conſideratio gubernãdæ reip. fuit alia.ſ.à Platonis rõne: q̃ tenerer implicatus.i.perplexus,& incertus: ne.i.an caperé.i.ſuſciperé regendã remp. neq; populo.ſ. Rom.deſipiẽte.i.cũ P. R. nondũ deſiperet: amauit.n.adhuc libertaté reip. neq; re.i.conditione aut ſtatu reip. integra ad conſulendum, quia reſpub.à paucis tota occupatur. Se tñ.i.licet res non eſſet penitus integra, lætatus ſum q̃ liceret mihi in eadem cauſa.i.in eodẽ ſtatu reip. defendere,&.i.ſimul, vtilia mihi,& recta.i.iuſta,& honeſta cuiuis bono, quia licet illi tres principes ſoli rerũ potiri vellent: non tñ iniqua iudicia reciperent. huc.i. ad has rõnes acceſſit quædã commemorãda.i digna cõmemoratione & diuina liberalitas Cæſ. in me,& fratré meũ.ſ.Quintum. Scio grãmaticorũ ordiné exigere, vt ſic conſtruã. Quædã liberalitas Cæſ.cõmemorãda,& diuina acceſſit.i addita eſt adhuc: ſed non tã conſtructioné illam, q̃ cõtinuationé ſermonis, & explanationé modo ſector. qui.ſ.Cæſ. quia optime de nobis meritus, eſſet tuẽdus i.defendẽdus: mihi.i.à me: quaſcunq; res gereret.i ét ſi minimũ laudabiles. Nũc etiã ſi non eſſet is.i.talis in nos, qui.i.qualis eſt. tñ videretur ornãdus.ſ.à nobis oratione, & obſeruãtia, in tãta felicitate,& tãtis victorijs. Sic.i.velim te exiſtimare.i.iudicare de cauſa mea. Cum ego diſceſſerim à vobis.ſ.te & Põp. auctoribus ſalutis meæ i.cũ non reſpexerim ad vos.i.vobis exceptis, neminẽ eſſe, cuius officijs.i.beneficijs, ego non ſolũ confitear, ſed & gaudeã me eſſe deuinctũ.i obligatum, tam.i.tãtopere, vt cũ Cæſ. Quod.i.cuius rõnem, qm̃ expoſui.i. declaraui tibi ea, quæ reqris à me de Vatinio,& de Craſſo, ſunt facilia.ſ.ad purgandũ aut ſtabiliendum rõnibus. Nã q̃ ſcribis te nõ reprehẽdere de Appio.i.q̃ audiſti me reconciliatũ Appio, ſicut nõ reprehendis de Cęſ.i.q̃ audiſti cũ Cęſ.in gratiã rediſſe, gaudeo meũ conſiliũ probari tibi. Aũt.i ſed, de Vatinio.i.quantum eſt de Vatinij recõciliatione, reditus in gratiã.i.reconciliatio eius, interceſſerat per Põp. ſtatim. Vt i.poſtq̃, ille.ſ.Vatinius eſt factus prætor, cũ quidẽ oppugnaſſem.i.pugnãdo,& reſiſtẽdo moleſtaſſem in ſenatu, petitioné.ſ.præturæ eius.ſ.Vatinij, ſentẽtijs grauiſſimis.i.maximi ponderis, neq; ſup.oppugnaſſem petitioné eius: tã.i.tm̃, cauſa eius.ſ.Vatinij lædendi, q.i.quãtum, ſup.cauſa Catonis defendendi, atq; ornãdi. Aũt.i.ſed mira contentio

tentio

tentio.i.instãtia Cæſ.vt defendere illũ.ſ.Vatiniũ reũ factum, eſt
cõſecuta poſt.ſ.illã oppugnationẽ meã. Aũt.i.ſed ſup.cur laudarim.i.laudauerim Vatiniũ,q.d.ſi rogas, cur ẽt laudauerim enim,
nedũ defenderim,peto è te,vt non requiras.ſ.eius rei cãm à me
Reus ne' ue in hoc reo.ſ.Vatinio,ne' ue in alijs ſup.reis. Eſt autẽ reus
oĩs,cui cauſa dicẽda eſt i.qui ſe purgare debet, & qui accuſatur,
Repono aut poſtulatur,ẽt ſi innocẽtiſſimus fuerit: ne ego reponã.i.iterũ accumulatius dicã cũ veneris.ſ.è Cilicia Romã.Et ita vr̃ accipi,vt in primo verſu Iuuenalis,Nunq̃ ne reponã? Eſt aũt reponere iterũ ponere: ponimus aũt, cũ aliquid primũ ſcribimus. vt
in Poetica,Quia ponere totũ neſcit: aut cũ aſſerimus,vnde poſitio dialecticis: aut cũ mutuo,aut accõmodato damus,quaſi apponẽtes: vnde reponere eſt aut iterũ,& ita emẽdatius ſcribere,
vt in arte poetica, Scriptor honoratũ ſi forte reponis Achillem:
aut reſtituere,quæ nobis poſita ſunt.i.credita, aut aliquid pro illis: vt de Iuturna Virgiliana ad Iouẽ. Hæc rapta pro virginitate reponis? Tametſi.i.q̃q̃,ego poſſum.ſ.oſtẽdere cur Vatinium
laudarim,vel.i.ẽt abſenti.ſ.Lentulo. Enim pro quia ò Lentule
recordare i.reduc ad memoriã,aut tu recordaris,quibus.ſ.hominibus tu miſeris laudationẽ.i.orationẽ cõmẽdatoriã ex vltimis
terris.i.aut ex Hiſpania,aut potius ex Cilicia,quod potius dixero. Nã citeriorẽ Hiſpaniã tenuerat Lent.q.d.nimirum,Cæſari,
Põpeio,Craſſo, & ſimilibus, nec pertimueris.i.nolim pertimeſcas,hoc.ſ.feciſſe.i.eis laudationẽ miſiſſe. nã ijdẽ.ſ.hoĩes laudantur & laudabũtur à meipſo. Sed tñ etiã ille ſtimulus.i.illa occaſio me vrgẽs,& pungẽs,fuit laudãdi Vatinij, de quo dixi in iodicio,cũ defenderẽ illũ.ſ.Vatiniũ: dixi,inquã,me facere quiddam,
quod paraſitus.ſ.Gnato,ſuaderet militi.ſ.Thraſoni,qui erat miles glorioſus,in Eunucho.i.comœdia illa Terẽtiana. Suadet aũt
his verbis,Vbi.ſ.Thais meretricula nominabit Phædriã.ſ.riualem Thraſonis,tu cõtinuo ſup.noiato Pãphilam.ſ.puellã egregiam, ad q̃ Thais ſuſpicabatur militẽ adieciſſe animũ. Si illa.ſ.
Thais dicet,qñ.i.qñq; intromittamus ò Thraſo, Phædriam comeſſatũ.i vt comedat nobiſcũ.tu ſup.dicito prouocemus Pãphilam ad cantandũ. Si hæc.ſ.meretricula Thais,laudabit formam
illius.ſ.amatoris ſui Phædriæ,tu cõtra.i.eſt econtrario, laudato,
ſup.formã, huius.ſ.puellæ noſtræ Pãphilæ. Deniq; referto par
pari.i.pro quouis verbo tibi moleſto, alterũ æque moleſtũ illi.
Quod mordeat.i.acriter pungat eã.ſ.meretriculã, quã vt inuiſi
nominis pp iniuriã illatã nõ noiat paraſitus. Eſt aũt Paraſitus
cibi captator,cuius gratia aut adulat,aut plauſibilia dicit, & facit diuitib.prodigis. Sic.i.eo modo,petiui à iudicibus,vt qm̃ quidam hoies nobiles,& optimè meriti de me, vt Cæſar,& Pomp.
amarẽt nimis inimicũ meũ, videlicet Clod.& ſeducerẽt.i.ſeorſum ab alijs ducerẽt,tanq̃ arcana cũ illo cõſultaturi, aut cõmunicaturi cũ illo modo.i.interdũ illũ in ſenatu, me ſpectãte ſæpe
eũ & amplexarenẽ,modo.i.interdũ eũ familiariter,atq; hilare.i.
hilariter.& qm̃ illi.ſ.nobiles,volẽtes mihi facere qd doleret, haberent ſuũ.i.ſibi carũ,vt ſimulabãt ſaltẽ,Publiũ.ſ.Clodiũ,ipſi darẽt mihi aliũ Publiũ.ſ.Vatiniũ,in quo.ſ.Publio,ego laceſſitus.i.
prouocatus ad irã poſſem repungere.i.cõtrario,aut viciſſim repungere leuiter.i. modica offenſa,animos eorũ.ſ.nobiliũ hominũ. Neq; dixi ſup.illud ſolũ.i.ſine effectu, ſed facio ẽt ſæpe.i.repungo animos eorũ,dijs,& hominibus approbãtibus, aut quia
omnibus iuſtũ videretur,aut quia proſpere ſuccederet. Habes.ſ.
rationẽ recõciliationis de Vatinio,cognoſce,ſup.rõnẽ de Craſſo. Ego cũ magna gratia.i.grata cõcitatio, & beneuolẽtia mutua
eſſet mihi iam cũ illo.ſ.Craſſo, ꝙ cõtriuerã oẽs iniurias eius grauiſſimas.hoc modo nõ inepte ponitur oĩs cũ ſuperlatiuo,vt oẽs
optimates,quod eſt ac ſi dicas, oẽs optimi viri cõtriuerã,inq̃ i.
aboleuerã,quadã obliuione volũtaria,cauſa cõcordiæ cõis tuliſſem.i.tolerauiſſem. Repẽtinã.i.ſubitã defenſionẽ eius Gabinij.i.
quia ipſe defendit Gabiniũ, & ita genitiuus eius actiue ſignificat,Gabinij paſſiue,quẽ.ſ.Gabiniũ ipſe Craſſus oppugnaſſet,ſuperioribus dieb.proximis.i.tũc proxime trãſactis: tametſi ſuſcepiſſet.ſ.defenſionẽ Gabinij, ſine vlla contumelia mea. Sed cum
Craſſus laceſſiſſet.n.iniuria pronocaſſet,me diſputantẽ,non laceſſentẽ,exarſi.i.incẽſus ſum nõ ſolũ præſenti.i.quæ tũc inferebat iniuria: credo.i.vt credo, nã ea.ſ.præſens iniuria, nõ fuiſſet
fortaſſe tã vehemens, ſed cũ illud odiũ multarũ iniuriarũ eius.ſ.
Craſſi in me,incluſum.ſ.adhuc in pectore,quod ego arbitrabar
effudiſſe oẽ.i.ſimul totũ,tñ.i.nihilominus, fuiſſet reſiduũ.i.reſidẽs adhuc in pectore,me inſciẽte, ſup. ipſum apparuit repente
oẽ.i.totũ ſimul. Quod quidẽ tẽpe ipſo.ſ.quo Craſſo aduerſarer,
quidã hoies,& ijdẽ illi,quos appello.i.voco,ſæpe nutu.i.indicio
& ſignificatione.ſ.quadã perfecta,& mores eorũ nõ per propria
noia.intelligere aũt vr̃ Catonẽ,& Bibulũ,ſimileſq; reip.amatores,cũ dicerẽt ſe cepiſſet maximũ fructũ ex libertate mea.ſ.dicẽdi in Craſſium ſummũ virũ,& dicerẽt me deniq; tum.i.tũc tandem,viſum eſſe ſibi,reſtitutũ reip. qualis eſſem.i.ex integro cũ
priſtina libertate dicẽdi,& cũ ea cõtentio.ſ.cũ Craſſo, tuliſſet.i.
attuliſſet mihi ẽt foris.i.extra ſenatũ,magnũ fructũ,ipſi dicebãt
ſe gaudere,& illũ inimicũ.ſ.tã nobilẽ,& eos,qui eſſent in eadem
cauſã,vt Põp. Cæſ.& Gabiniũ nunquam futuros amicos mihi.
Quorũ ſermones iniqui,quia propterea ꝙ liberè pro rep.ſtarẽ,
gaudebãt mihi ſummos viros perpetuo hoſtes fore, cũ perferrẽtur ad me per hoies honeſtiſſimos,& cũ Põp.ita cõtendiſſet, vt
nihil ſup.cõtenderit vnq̃ magis,vt redirẽ cũ Craſſo in gratiã, &
Cæſar oſtenderet per literas ſe affectũ maxima moleſtia ex illa
cõtentione,habui rõnẽ.i.cõſiderationẽ,& reſpectũ nõ ſolũ eorũ
temporũ,quibus illi viri oia poterant: ſed ẽt naturæ meæ,quæ
placabilis & exorabilis eſt.i.redij cũ Craſſo in gratiã. Et Craſſo in gratiã. Et Craſſus eſt profectus in prouinciã.ſ.Parthicam,
penè.i.quaſi,à meis laribus.i.ædibus & penatibus, vt noſtra gratia eſſet quaſi teſtata.i.teſtimonio certo cõprobat à P.R. Nam
cũ.ſ.Craſſus,cõdixiſſet.i.denũtiaſſet ſe velle cœnare domi meç,
ipſe cœnauit apud me in hortis Craſſipedis.ſ.Piſonis generi
mei.i.mariti Tulliæ filiæ meæ. Quãobrẽ ego defendi in ſenatu,
ſicut fides mea poſtulabat,cãm eius ſuſceptã.ſ.à me magna cõmendatione illius.ſ.Craſſi qui mihi cãm ſuã maximopere commendarat.quod.i.q̃ rem,tu ſcribis te audiſſe. O Lentule tu accepiſti.i.intellexiſti,q̃bus rebus ego adductus defenderim, quãque.i.vnãquanq; rẽ,& cãm.aut quãq; ſint duæ particulæ, ſic &
accepiſti,q̃ rẽ & cãm defenderim. & accepiſti,qui.i.qualis ſit ſtatus meus in rep.capeſſenda.i.amplexãda & defendenda pro patre mea.ſ.virili. De quo.ſ.ſtatu meo in rep.ego velim ſup.vt ſtatuas.i.cõſtituas ſic me eſſe cenſurũ.i.iudicaturũ in animo meo,
hæc.ſ.quæ nunc ſentio,ſi oia fuiſſent mihi integra, ac libera. Nã
neq; arbitrarer pugnandum ſup.eſſe mihi, cõtra tantas opes.ſ.
Craſſi,Cæſ.& Põp.neq; arbitrarer principatũ ſummorũ ciuiũ
delendũ ſup.eſſe.i.deleri oportere,ẽt ſi id poſſit fieri. Neq; permanendũ ſup.eſſe mihi in vna ſnia.i.vno propoſito,rebus conuerſis.ſ.ad aliũ ſtatũ,& voluntatibus bonorum.ſ.ciuiũ mutatis.
Enim.i.quia, permãſio perpetua in vna ſnia in gubernãda rep.
nunq̃ eſt laudata viris præſtãtibus,quia debẽt ſeſe accõmodare
tẽporibus. Sed vt in nauigãdo.i.in nauigatione,eſt artis.i.pertinet ad artẽ obſequi.i.obtẽperare tẽpeſtati,ẽt ſi nõ queas.i.quilibet nauta non queat,tenere.i.aſſequi portũ: cũ vero poſſit aſſequi.i.tenere portũ,velificatione.i.diſpõne velorũ mutata,ſtultũ
eſt tenere eũ curſum,quẽ cœperis.i.inceperis,cũ periculo.ſ.ſubmerſionis potius q̃ puenire,ſup.eò quò velis,tñ.i.tametſi eo.ſ.
curſu tuo: cõmutato,ſic cũ propoſitũ debeat eſſe oibus nobis in
adminiſtrãda rep.id quod ſæpe dictũ eſt à me,videlicet otium.i.
trãquillitas vitæ cũ dignitate.i.honeſtate,& ſplẽdore,nos nõ debemus dicere ſemper idẽ. Sed debemus ſpectare.i.ſpectãdo conari aſſequi ſemper idẽ. Quãobrẽ in poſui.i.dixi paulo ante, ſi
oia eſſent mihi ſoluta.i.libera tñ nõ eſſem alius in rep.atq;.i.q̃
ſum nũc. Vero.i.ſed cũ ego, &.i.ſimul alliciar i.blãde inducar beneficijs hoium: & impellar.ſ.violẽter,iniurijs hoium, in hunc
ſenſum.i.in hãc ſniam,ego facilè patior me ſentire, ac dicere de
rep.ea maxime,quæ putẽ conducere.i.vtilia eſſe multũ,cũ.ſ.ita
ſit,ꝙ mihi tum.i.multo magis rõnibus.i.cõmodis reip. Autẽ.i.
ſed,ego ago.i.tracto,& dico,hæc apertius,ac ſæpius,ꝙ.i.q̃a,&.i.
ſimul Q.F.meus eſt legatus Cæſ.i.miſſus cũ Cæſ.in Galliã, ad
vices illius (ſi opus fuerit) gerendas, &.i.ſimul nullũ dictũ meũ
minimã.i.ẽt minimũ, nõ modo.i.nõ ſolũ factũ pro Cæſ.i.quod
fecerim pro Cæſare,interceſſit.ſ.ad impetrandũ aliquid à Cæſ:
quod ille.ſ.Cæſar,nõ acceperit ſup.cũ gratia ita illuſtri.i.perſpicua,& clara,vt putarẽ.i.putare poſſem eũ deuinctũ.i.obligatum
mihi. Itaq;.i.& ita ego fruor ſic,&.i.ſimul omni gratia eius quæ
ſumma eſt,& opibus quas intelligis eſſe maximas,vt meis. Nec
videor mihi potuiſſe aliter frãgere cõſilia perditorũ hoium de
me.niſi cõiunxiſſem cũ ijs præſidijs.i.tutaminibus vitç meç,videlicet doctrina,eloquio,fide,cõſtantia,integritate.quæ ego habui ſemper,nũc etiã beneuolentiã potentiũ.ſ.virorũ. Si ego habuiſſem te pñtem his conſilijs.i.cũ inirẽ hæc cõſilia: ego eſſem
vſus eiſdẽ,vt opinio mea fert.i.vt opinor, quia tu eadẽ ſuaſiſſes.
Ego.n.noui tẽperantiã & moderationem naturæ tuæ,noui animũ tuũ,cũ.ſ.ita ſit,ꝙ amiciſſimũ mihi,tũ.ſ.multo verius eſt,ꝙ
nulla maleuolẽtia in cæteros ſuffuſum.i.infectum aſperſum' ue.
Et cõtra.i.econtrario,noui,cũ,cũ.ſ.ita ſit,ꝙ magnũ & excelſum,
tum ẽt apertũ.i.nõ diſſimulatũ, & ſimplicẽ.i.nõ fraudulentum.
Ego vidi quoſdã tales in te,quales tu potuiſti videre eoſdem in
me: ea quæ mouerũt me.ſ.ad ineundũ in gratia,eadẽ mouiſſent
profectò

profectò te. Sed quocunq; tpe potestas.i.facultas tui præsentis fuerit mihi, tu eris moderator oium consiliorum meorũ, etiam dignitas mea erit tibi eidẽ curæ, cui salus mea fuit curæ. Certè tu habebis me sociũ tanq̃ paré, & comitẽ.i.vt minoré, actionũ, sniarum, voluntatũ: deniq;.i.& vt semel dicã, oium rerum tuarum. Neq; res.s.aliqua erit mihi tã.i.tantopere, proposita.i.affectata, in omni.i.tota vita.s.mea quã vt lætere quotidie.i.in dies vehemẽtius te esse meritum optime de me, hoc est q̃ vt me tibi gratissimum iudices. Ponitur ergo quotidie etiã cum incremento, quo in dies, & in horas non carent.

Quod rogas, &c.} Hic quædam exẽplaria principium nouæ habent epistolæ, eo q alterius vñr, quæ cõtinentur in hac parte argumẽti, sed potuit Lent.in epistola sua primũ scripsisse de studio Cic.in se, deinde de recõciliatione cũ diuersis, ad quẽ hactenus respõdit, & demũ de studio literario, ad quod nunc respondet, & ita vna fuerit epistola, vt pluribus placere video: vnde nõ erat inserenda particula, Vale. Ordo igitur est, q.i.quia rogas, vt mittã tibi scripta mea, quæ scripserim post discessum tuum, sup.ea, sunt orationes quædã, quas dabo.s.portãdas ad te Menocrito.s.tabellario, neque sup.sunt ita multæ, vt pertimescas sup.eas perlegere. & est iocose, aut modeste dictũ, quasi vero cruciãdus sit multarũ lectione. Scripsi ẽt carmina quædã, nã disiũgo.i.separo me, ab orationibus.s.habẽdis. vnde patet non ita habitas esse orationes, vt scriptæ sunt: nã & cultius, & accuratius postea scripsit nõnullas, & refero me ad musas mãsuetiores, vtpote in quibus nulla est cõtentio, quales sunt versus de astrorum rõne, quibus Aratũ trãstulit: quæ.s. musæ mãsuetiores, sup.delectant me maximè, sicut delectarũt me iam à prima adolescentia, non tñ optimã habuit in eis venã. Scripsi ẽt more Aristotelico, quidem.i.certe quẽadmodũ volui.i.quãtũ conatus sum, tres libros de Oratore in disputatione, ac pro.i.dialogo.i.diuersorũ disputantiũ sermone. nõ.n.dr dialogus duorũ sermo, sed disputatio, quotcunq; inter se loquuntur, à verbo διαλέγομαι, quod est cõprobo, disputo, &c. quos.s.libros, ego arbitror fore non inutiles Lent.tuo.s.filio. Etenim.i.quia abhorrẽt.i.alieni sunt à præceptis cõibus, & ita qui singularis euadere vult, nõ debet in triuialibus versari, & cõplectuntur.i.cõtinent oẽm rõnem oratoriam antiquorũ, & Aristotelicã, & Isocraticã. Scripsi ẽt versibus tres libros de tẽporibus meis, quos misisse iampridẽ.i.iam à plusculo tpe, & adhuc mitterẽ, si putassem edendos esse.i.edi & emitti debere, quia aũt tales non fuerunt, opinor deperijsse. Sunt.n.& erunt testes sempiterni (cui sni ę facta inuiderunt) meritorum tuorũ erga me, & pietatis meæ.s.in te, aut potius in rẽpub. Sed quia verebar noiare nõ eos, qui arbitrarẽtur se læsos. Etenim.i.quia certe, id feci.i.læsi aliquos, parce.i.sobrie, & molliter.i.leniter, sed sup.verebar nominare eos, quos benemeritos de me erat infinitũ noiare oẽs. Quos ipse.i.licet tales sint, libros, tñ si inuenero quẽ.i.aliquem, cui cõmittã recte, ego curabo perferẽdos.i.vt perferantur ad te. Atq; defero ad te.i.tibi trãsmitto istã quidem partẽ vitæ, & consuetudinis nostræ totã, quia oia scripta in otio illi cõicanda cẽset, vnde addit. Quantũ delectationis poterimus cõsequi literis, & quãtũ studijs nostris veteribus, id omne cõferamus ad arbitriũ tuũ, qui amasti semper hæc.s.studia literaria. Ea, quæ tu scribis ad me de rebus tuis domesticis, & cõmẽdas mihi, sunt mihi tãtæ curæ, vt nolim me admoneri. Autẽ.i.sed vix possim rogari.s.à re sine magno dolore, quia qui multũ rogat, diffidere vr. Quod scribis de negotio Q.F.s.mei, te nõ potuisse conficere, sup.ipsum æstate priore, q.i.quia tu impeditus morbo nõ trãsieris.s.è Cypro in Ciliciã, aũt.i.sed tu scribis nũc te factutũ oia, vt cõficias.i.absoluas, & expedias, scito id.s.negotiũ, esse eiusmodi, vt frater meus existimet vere isto fundo, quẽ petit, adiuncto.s.rebus suis, patrimoniũ suum cõstitutũ sup. esse per te Tu me, &c. Ordo est, velim sup.vt tu facias me certiorẽ.i.doceas me, q̃ familiarissime, & q̃ sæpissime.i.valde aut summe familiariter, & frequẽter, de oibus reb.tuis, & de studijs, & exercitationibus Leutuli tui.s.filij naturalis, & uostri.s.cura. Visum est mihi: ideo potius dici, facio te certiorem, q̃ certũ, q certior fiat, qui prius aliquantulũ certus erat: certus ẽt dici põt, qui nihil sciuerit. qa ergo amãtius petimus certiores nos fieri, & modestius dicimus nos certiores alios facere, ideo sic loqui institutum est, & existimes neminẽ fuisse cuiq̃ neq; cariorẽ, neq; iucũdiorẽ vnquam q̃ te mihi. hic tres negationes nõ plus efficiunt q̃ duæ. & me esse facturũ, vt nõ modo tu sentias id, sed vt oẽs gentes sup.sentiãt, & vt omnis posteritas intelligat.s.perscripta aut narrationes hoium. Appius dictitabat.i.frequẽter dicebat in sermonibus.i.cõfabulationibus nõ iuridicis, postea dixit ẽt palim in senatu, si esset licitũ se ferre legẽ curiatã.i.curiatam, ad populum, hoc est per curias conuocatum, latã, sup. se sortiturum esse prouinciã cũ collega.i.cũ eo, qui secum cõsulerat in annum sequentẽ, lex aũt Curiata nõ permittebat, prouinciã obtineri sine sortitione, & si lex Curiata nõ esset.i.si nõ esset licitum eam ferre, dixit sup.se separaturũ.i.diuisurũ cum collega, & successutum tibi.s.in Ciliciã, quod ẽt cõtingit, & dixit ferre legẽ Curiatam esse opus.i.vtile, & operæpretiũ cõsuli, quia sic vterq; sorte iudicio prouinciã, aut vrbẽ regendam obtinẽs suspicione impetiositatis ac auaritiæ absoluebatur. & dixit ferre legẽ Curiatam non esse necesse: quia dixit se, qm̃ haberet prouinciam ex senatuscon. habiturũ imperiũ lege Cornelia, quæ ipsum sine sortitione permittebat. Quod.i.donec introisset in vrbẽ.s.Romam. Ego nescio quid quisq; necessariorũ tuorũ scribat ad te, intelligo varias opiniones esse sunt qui putant te nõ posse decedere.s.prouincia: q succedatur tibi sine lege Curiata: sunt ẽt qui putãt, si decedas.s.de prouincia, sup.vicariũ posse relinqui à te, qui præsit prouinciæ. Nõ tã certũ est mihi de iure.i.quid potius facere oporteat, q̃q ne id quidẽ est valde dubium, q̃.i.quantũ, sup.certũ mihi est, illud.s.te cõcedere successori prouinciã sine mora pertinere ad summã amplitudinẽ tuã, qua tot functus es honoribus, dignitatẽ qua eis perfunctus es, liberalitatẽ qua scio te solere frui libẽter, & qua de tuo iure videaris velle cõcedere præsertim. quod dĩt specialiter, cũ nõ possis refutare cupiditatẽ illius.s.successoris tui, sine suspicione cupiditatis tuæ. Ego puto vtrunq; esse meũ.i. mei officij. raro aut nunq̃ repetitur mea, cũ verbo est, & .i.simul, ostẽdere, quid sentiã sup.faciendũ, defendere quod feceris. Scripta iam epistola superiore: ergo hoc erat principiũ nouæ epistolæ, accepi literas tuas de publicanis.i.publici vectigalibus redẽptoribus, quibus.s.literis, aut de q̃bus publicanis, ego non potui non probare.i.coactus sum approbare æquitatẽ tuã.s.qua eos cõdẽnasti ęquissime, vellẽ aũt sup vt potuisses.s.æquitate id permittẽte, cõsequi.i.obtinere, facilitate.i.per facilitatẽ, & exhortabilitatẽ tuã, ne offenderes.i.læderes rẽ, aut voluntatẽ eius ordinis.s.publicanorũ, quẽ ornasti semper. Equidẽ.i.ego quidẽ quantũ ad me attinet, nõ desinã defendere decreta tua.s.quæ cõtra eos decreuisti, sed nosti cõsuetudinẽ hominũ, scis, q̃.i.quãtum grauiter illi ipsi fuerint inimici Q. Sceuolæ. Tñ.i.tametsi æquẽ contra eos iudicasti, ego sum auctor.i.consiliator & admonitor, vt, aut recõcilies aut mitiges tibi eum ordinẽ.s.publicanorum, quibus, aut si quibus.i.aliquibus rebus possis. Id, etsi est difficile, quia turpe est decreta, præsertim iusta reuocare, tamen videtur mihi esse prudentiæ tuæ.s.vt possis id honeste efficere inuento bono medio.

NON modo præmijs} ita legendum est, & ita in libris vetustissimis habetur, sed cũ locutio primo aspectu durior videatur, hinc factũ est, vt veterẽ lectionẽ hactenus oẽs cõtẽpserint: q nos eo libẽtius restituimus, q ea Ciceronẽ alibi quoq; nõ semel vsum esse animaduertimus. epistola.n.vj lib.x.ad Atticum, Regnum, inquit, non modo Romano homini, sed ne Persæ quidẽ cuiquã tolerabile. & ad eundẽ lib.9. Mihi non modo irasci, grauissima iniuria accepta, sed ne dolere quidẽ impune licet. libro autẽ de oratore I. Neq; solũ in sciam meã, sed ne rerum quidẽ magnitudinẽ perspicit. harum aũt epistolarum lib.9. Hoc tñ scito, nõ modo me, sed ne ipsum quidem principem scire, quid futurum sit. quanquã hic quoq; inculcata erat dictio, non, quæ in libris manuscriptis nõ est. Et Vario lib.viij.de lingua Lat. Dicã de vniuersa analogia, cur nõ modo videatur reprehendenda, sed ẽt cur in vsu quodãmodo sequenda. PAVLVS MANVTIVS.

{In prætura aũt, & in consulatu} in prætura orationem habuit pro lege Manilia, qua populum est hortatus, vt Põpeio Mithridaticum bellum, legẽ Manilio ferente, demandaretur. In consulatu aũt cum alijs officijs Põpeium ornauit, tum ẽt illo, q retulit de supplicationibus ei decernendis pro rep. Mithridatico bello felicissime gesta: vt in oratione de prouincijs. {Si ijs pro me stante pugnare licuisset) adolescẽs cũ hos epistolarum libros, q̃ diligentissime tum potuit, emendarẽ, hũc locum ita, vt legitur, ex libris antiquis restitui, cum antea ita corruptus esset, vt bonus sensus elici nullus posset. {Primum illa furta} subaudi fuerant. q.d. omitto corruptum illud iudicium de sacris Bonæ deæ violatis, loquor de ijs, quæ post reditum meũ flagitiose cõmissa sunt. nã, si Primum illa furta, intelligas reditum Ciceronis esse consecuta, præter historiæ fidem erit. neq;.n. illa furta muliebrium religionum Ciceronis exilium sunt cõsecuta, itaq; Vbaldini Bandinelli, qui legendum arbitratur, illa furia, cõiecturam probamus. qm̃ tñ in omnibus antiquis libris, illa furta, legimus, opinioni nostræ, fortasse nobis ipsis assentãtes, libẽtius acquiescimus. {Liberalitatem} alij, libertatẽ. ego nihil muto. librum Epistola

enim

enim perantiquum habet adolescens nobilis, & Bernardinus Maffæus, in quo liberalitatem scriptum est. quam vocem eo libentius conseruaui, ꝙ sequitur, Cum sine suspicione tuæ cupiditatis non possis illius cupiditatem refutare. ꝙ enim dixerat, liberalitatem, contrarium opposuit, suspicione cupiditatis. {Felicitatem aũt, quod vellem, consequi potuisses} sic plane quattuor libri veteres, vno excepto, in quo, pro, felicitatem, est, Facilitate. ego sic interpretor. Felix autem, quod vellem, in eo esse potuisses, ne quid contra eius ordinis, quem semper honestasti, aut rem, aut voluntatem ageres. Atq; hæc mihi videtur huius loci germana sententia. qua delector eo magis, ꝙ antiquorum librorum testimonio comprobatur.

IO. BAP. AGN.

PERICVNDAE mihi fuerunt literæ tuæ} tametsi prima laus epistolarũ sit breuitas, vt quæ alterã legentis manum implere non debeant: sæpe tñ fit, vel rerũ magnitudine & copia, vel amore & respõdendi studio, prolixiores vt simus. q̃ certe prolixitaté eatenus probes, quatenus ad rem oratio faciat, nihilq; oino superfluat. quod & Cice. hac epistola facilè arguit. qui, posteaquã gratissimũ erga Lent. animũ significauit suũ, cũ se illi nihil nõ debere fateatur, tũ, quare Vatinium defenderit, quẽ acerbissime prius accusarat, rñdet. repetito tñ altius omniũ cogitationũ suarũ principio, ita vt partim inimicorum suorũ odio, partim Pompeij beneficijs, & Cæs. cõtentione summa impulsus potius, q̃ suo consilio adductus, patrociniũ illud suscepisse se affirmet, ad quod præterea faciendũ ipse quoq; reip. status, iam planè immutatus, illũ penè coegerit, cũ sapientibus viris nequaq̃ in vna snia reip. gubernãdæ perpetua sit laudanda permãsio quare facilior multo de Crasso futura sit satisfactio, cũ illi se recõciliatũ iisdẽ ferè auctoribus & causis quibus & Vatinio antea probet. qđ quidẽ, si sibi integra oia in rep. vt superioribus tpibus erãt, forent, facere debuisset: præsertim cũ tantis Cæs. beneficijs deuinctus sit, vel fratris sibi legatione Gallica, vel ipsius humanitate, vt nõ ea probare, quæ Cæs. velit, oia nõ possit. qua in re imitandũ sibijpsi Lent. fuisse, qui qua animi magnitudine & simplicitate sit in multos, quos reip. causa læserat, eisdẽ reip. causa recõciliatus sit. {Sine nefario scelere} magna verborũ vis vel illo nefario vel scelere. siquidẽ Nefariũ dicamus, quasi sine farre, quo maiores nostri in sacris ad expiationes sunt vsi. & scelus proprie id dicaĩ, qđ in patriã cõmittitur, quasi ita sentiat, futurũ illud planè scelus omoiũ maximum, si in Lent. causa nõ omni studio, cura, industria elaborasset. Et sanè nihil ingrato hoie detestabilius. {Cõsiliario fortasse nõ imperitissimo} forma modestiæ. {Fideli & ben.} tria videlicet sũt, quæ in cõsiliarijs, vt diximus, requiras, prudentiã, fidẽ beneuolẽtiam. {Quanq̃ tua quidẽ causa} hoc ad superiorẽ epistolã pertinet, vbi de rumore rei bene gestæ scribit Cice. {Propugnationẽ salutis, & amplitudinẽ actionis} vtrunq; ad Lent. cõsulatũ referendũ est. nã ꝙ Cic. salutẽ tutatus acerrimè sit, hoc Ciceronis inimici iniquissimè tulerãt, ꝙ vero ad summã ex eo facto laudẽ, cũ apud P R. & equestrẽ ordinẽ, tũ vero apud senatũ, fortissimi. f. & cõstãtissimi cõsulis, simul & gratissimi hominis reportarat, ideo amplitudinẽ actionis addit. Quãuis. n. summo omniũ ordinum studio Cice. in patriã reditus expeteretur, & Põp. iam vel ob id, ꝙ Clodius ipsum insectari cœperat, hoc enixissime curaret, & Ciceronis frater, & amici alij summopere cõtenderẽt: Lent. tñ, vt ex huiusce epistolis libri, & orationibus apparet, tanquam auctori, & salutis suæ deo, vt ipse sæpe ĩ orationibus, etiã atq; etiã debebat: quippe qui cũ primũ consulatũ init, nihil antiquius habuit reiectis alijs omnibus curis, q̃ vt ipsum Cice. ab exilio reuocaret. Quare apparet, vt opinor, amplitudinẽ actionis ad Ciceronis restitutionem pertinere. agitur. n. hic de rebus ante à Lent. gestis, nõ quæ tũc in prouincia gereret. Sed & illud quẽuis dormitantẽ admonere potuit, tũ ꝙ in orationibus Cic. magnã ex hoc facto laudẽ Lent. tribuit: tũ ꝙ superius addidit magnã esse memoriã cõsulatus illius. neq;. n. in tanta re, q̃nta erat Cic. restitutio, vt pellẽdi Clodiani ferro, & armis de foro fuerint, prius, q̃ referri tuto potueris, exiguũ aut prudentiæ aut cõstãtiæ suæ aut fortitudinis specimẽ dedit, qñ cõtra maximas aduersariorũ opes res erã gerẽda. {Quanquã ille perennis inimicus} Clodiũ intelligit, qui cũ antea amicus Cic. fuisset, mox illi infestissimus euasit, sed & cũ Pomp. studere in primis simulasset, in illũ non multo post Cice. expulsum probra grauissima iactauit, & insidias vitæ hominis præstantissimi tetẽdit, vt hæc præcipue causa restituendi Ciceronis fuerit. {Nostrã vicẽ vltus est ipsè sese} oõ video, qui bene de sacris Bonæ deæ violatis intelligi hoc in loco possit, cũ res illa tribus ante annis gesta sit, & nunc Cic. ea potius innuat, quæ post reditũ suum gesta esse videantur, Quare mihi illa vr̃ innuere potius, quæ post Cic. reditum ab illo summæ audaciæ facinora patrata sunt, quo. s. tpe, & Ciceronem & Ciceronis fratrem Quintum ferro appetierit, & basilicæ partẽ cum Cice. domo, quam instaurãdã locarat, diruerit. tũ vero illum planè interfectũ iam à Milone significet, cũ. s. addit, nullam iam sibi partem reliquisse. {Cum Appio, & Cæs.} De Appio lib. 3. Quod vero addit de Cæs. illud plane significat tẽpus, quo post legatum Q. F. Cæsari datum, & Trebatio commendatũ, summa plane familiaritate illi cõiunctus sit, adeò vt sæpe Cic. in epistolis fateatur, Cæs. à se tm̃ amari, quantũ excepto Põp. aliũ ferme neminem. {Vatinium aũt} hic est P. Vatinius, cognomento Testis, Calui oratoris inimicitijs clarus, qui cum se eloquẽtia Calui dãnandum timeret, exurgens è subsellio, Nũ, inquit, iudices, si iste disertus est, ideo me cõdẽnari oportet? Fuit hic nõ ludibrio solũ R. P. sed odio, vt illum qñq; edentem gladiatorium munus lapidibus petierint. vnde Casselli facetum illud planè risum, qui post legẽ latam, nequis oisi pomũ in theatro iaceret, interroganti an nux pinea pomũ esset: Si in Vatinium jeceris, pomum est, rñdit. Sed in eo iudicio, quo illum Caluus accusauit, cum frontẽ sibi Vatinius candido sudario tergeret, idq; ipsum in inuidiã vocaret accusator: Quãuis, inquit, reus sim, panem tñ candidum edo Assecutus hic tribunatũ Põpeij Cæsarisq; fauore, illum totũ ad Cæs. gratiam gessit: subinde vero, cum iisdem fautoribus præturã peteret, turpiter priore die mentito Põp. quasi de cœlo seruasset, qm̃ M. Catonem prima tribus prætorem renuntiarat, seqũẽti magnis largitionibus fretus, vicit, Catoq; maximo P. R. dedecore repulsam passus est, vt Caluus illi occurrens, Perfrica, inquit, frontẽ Vatini, si te digniorẽ putas prætorem, q̃ Catonem. Accusarat & hunc prius Cic. magna quidem contentione, & acerbissima oratione (quæ adhuc extat) lacerarat, nullumque visus est flagrantiore odisse odio præter Clodiũ. adeò vt Ouinio, Vatinij liberto factus obuiam, cum de valetudine dñi interrogasset, rectéq; illum habere respõdisset Ouinius: Recte, ergo mortuus est, diceret. Sed & mire illũ elusit, cum gloriãti Vatinio se bina milia iam ambulare posse, qñ æger antea pedibus commodioris valetudinis esset factus: Nil mirum, inquit, dies. n. longiores sunt. Atq; idem cũ de Vatinij morte nunciatum esset, cuius parum certus dicebatur auctor, Interim, inquit, fruar vsura. Cæterũ reuersus ab exilio Cic. Põpeij precibus, & Cæs. cõtentione victus nõ solum Vatinio reconciliatus est, sed illũ insuper, saluis eius rebus, defendit Cic. in Phil. 11. Vatinius, qui decimo anno iure laudatus à nobis, & hoc tpe merito laudandus est, aperuit olim Dyrrhachij portas Bruto, & exercitũ tradidit. Sed & ipse Vatinius in epistola cliẽtẽ se Cic. appellat. Orto deinde ciuili bello, secutus Cæs. nauali prælio Octauium Põpeianarũ partium ducẽ vicit, & Dalmatiæ quibusdã expugnatis oppidis, imperator à militibus appellatus. Quintil. Macr. Seneca, Plut. Cæsar. Fuit vero alter Vatinius Beneuentanus, Neronis tẽporibus, sutrinæ tabernæ alũnus, inter fœdissima Neronianæ aulæ portenta, corpore detorto, qui scurrilibus primo facetijs ad cõtumelias, ad optimi deinde cuiusq; criminationẽ comparatus, eo vsq; valuit, vt diuitijs, gratia, vi in nocẽdo primus esset. huius celebrati sunt Vatinianì calices: Tacitus, Iuuenal. Martial. {Sextius} fortasse P. Sextus, cuius in oratione contra Vatinium meminit Cice. & quẽ de vi accusatum luculentissima oratione (quæ hodie legitur) defenderit. hic trib. pl. creatus, Cic. restitutionem studiosissime complexus, parum abfuit, quin à Clodianis interficeretur. {Bibuli for. aff.} eam videlicet intelligit, quam ille suo in consulatu à C. Cæs. passus est, cum rarissime in publicum prodiret Cæs. rẽpub. totam per vim ad sese trahente, vt pleriq; in factis retulerint, Iulio & Cæs. coss Tranquil. Plut. auctores. De hoc repete, quæ superius diximus. {Marcellino, & Philippo cos.} C. Lentulus Marcellinus is est, quem Cic non indisertum vnquam sibi visum scribit, in consulatu vero etiam pereloquentem, non tardum sententijs, non inopem verbis, voce canora, facetum satis. Philippus vero Martiæ pater, qui cum repulsam à M. Herẽnio in petitione consulatus passus esset, non multo post consulatũ adeptus, non parum eloquentia valuit: etiam summis duobus, Crasso videlicet, & Antonio, ita proximus accedebat, vt proximus tñ lõgo esset interuallo. sed tñ erat in illo libertas summa, facetiæ multæ, satis creber in reperiẽdis, solutus in explicandis sententijs, disciplinis vero Græcis ita instructus, vt facilè inter alios emineret, in altercãdo etiã cum aliquo aculeo facetus. In cõsulatu cum grauiter esset in senatũ inuectus in concione, in L. Crassi consularis, & Drusi inimicitias grauissimas incidit, vt L. Crassus cũ sibi consulẽ esse negaret, cui senator ipse nõ esset.

Sed & Catulus mira mordacitate eum pupugit. Cum.n. Philippus, Quid latras, dixisset, Catule, Furem, video, respoodit. Hic qnamuis disertus, & eruditus haberetur, solitus tñ ita est ad dicẽdum surgere, vt quod primũ verbum habiturus esset, nesciret, diceretq; cum brachium concalfecisset, tũc se solere pugnare. Sed nescio satis, de hoc Philippo potius, an alrero loquatur: qñ Philippum hunc constet: ante mortem C.Crassi fuisse consulem, cum Cic. eo tpe vix adolescentiam exuisset. Quare alium hũc fuisse affirmare libet & fortasse eius filinm, qui per hæc tẽpora satis floruerit, non consulatu solũ suo, sed paterni nomiois hæreditare. sic.n. Cic. oratione de prouincijs cons. Tuus pater Philippe, non vno tpe cum suis inimicissimis redijt in gratiã. Atq; hunc facilè illum esse constare possit, quem Augusti Cæsa. vitricum historici faciont. Atq; hic est, qui cum Seruio Sulpicio, & L. Pisone legatus ad Antonium Nutinam obsidentem profectus est, vt Cice. in Philipp. & Appianus auctores sunt. Suet. in Aug. {De aospicijs.} legem Aeliam, & Fusiam sublatam à Vatinio, & Clodio trib. pleb. intelligit. quæ certissima reip. propugnacula mutiq; tranquillitatis. & otij semper fuerant, & tribunitios furores sæpe represserant. Erãt autem leges hæ duæ, quę cum alia mulra ad auspicia seruanda saucirent, tum vero, neq d, Ioue tonante, aut fulgurante, agi cum populo posset. Tulerat vero Clodius, nequis per eos dies, qnibus cum populo agi liceret, de cœlo seruaret. qua lege obnunciatio, quą pernitiosis legibus resistebatur, quam Aelia lex, & Fusia cõfirmauerant, erat sublata. quæ omnia ex Cic. orationibus in Vatinium & Pisonẽ copiosius accipias. {De donatione r.} miror satis quid alij vel de triumuirum potestate, vel de legibus hic à Vatinio latis senserint, cum Cic. ipse in oratione contra Vatinium apertissime significet, hæc à Vatinio fuisse rentata. Eius verba ex oratione illa hæc sunt: Volo vti mihi respondeas, feceris ne fœdera trib. pleb. cũ ciuitatibus, cum regibus, cũ tetrarchis? erogaris ne pecunias ex ærario tuis legibus? Quæ sanè verba innuũt à Vatinio in tribunatu suo multis ciuitatibus immnnitates concessas, reges aliquot institutos, tetrarchas prouincijs impositos. nam & Cic. ad Atticum io hæc verba, (Clodium Vatiniumq; omnino innuens) orbis hic in rep. est cõuersns, citius omnino q̃ potuit. id culpa Catonis: sed tursus improbitate istorũ, q auspicia, qui Aeliam legem, qui Iuniã & Liciniã, qui Heliam & Didiam neglexerunt, qui oia remedia reip. effuderunt, qui regna, qui prædia tetrarchis, qui immanes pecunias paucis dederũt. Asconius vero à Clodio, qui collega Vatinij io tribunaru fuit, tradit Tigranem, Tigranis à Luc. primum fracti, à Pomp. demum debellati, filium in catenis depositum fuisse apud Flauium senatorẽ, qui postea cũ esset prætet eo anno, quo tribunus Clodius fuit, petijt ab eo Clodins, vt Tigranẽ adduci iuberet: adductum, & in conuiuio collocatũ, Flauio minimè reddidit, repetẽteq; subinde Pomp. in nauem imposuit, missumq; fecit. Verum Tigrane tempestate Antium delato, cum ad eum nuntium Clodius Sex. Clodium misisset, Flauius vero ad dripiendum regem accurisset, pugna vtrinq; cõmissa est: in qua multi ex vtraq; parte cecidere, plures tñ ex Flauij, qui solus Romam vix perfugerit. Qoibus iam constet, quare donationẽ regnorum Cic. iouidiose dixerit, {De agro Campano} C. Cæsar dictator in consulatu suo, cum turbulentum potins tribunum q̃ bonnm consulẽ ageret, tulerat ad populum, vt ager Campanus, & is in primis qui Stellates nũcupabatur, viritim populo diuideretur. quæ res & vectigalia publica imminuebat, & Cæs. gratam in primis reddebat Romanam plebem. Sed cum ille post consulatum suũ in prouinciã profectus esset, tentata sæpius res illa vñ, vt quod de agro Campano diuidendo Cæs. tulerat, irritum fieret. Qood cũ Cic. quoq; è rep. esse videretur, dicit se libere in totã causam inuectum esse, qood Pomp. Cæsariq; permolestnm acciderat, qñ ipse præter Stellatem campum agrum Campanum ad subsidia reip. vestigalem relictũ extra sortem diuiserit, ac viginti millibus ciuium quibus terni pluresue liberi essent, assignarit: Suet. Plut. App. Nam quod de Vectio à Cæs. per Vatinium immisso refert commentator, etsi verum.i. nihil tñ ad hũc locum. Quod enim ad Vectium attinet, consulatu id Cæsaris actum est. hoc vero quod de Agro Cãpano addit, Lentulo, Marcellino, & Philippo cõsulibus gestum, qui cõsules creati sunt post Cic. ab exilio reditum. {In Sardiniam, & Africam} eam Pompeij profectionẽ innuit, Cum præfectus rei frumentariæ per quinquennium, suadente id Cice. & mandata ei amplissima potestate, vt laboranti vrbi inopia succurreret, in Siciliã primũ, mox in Sardiniã, & Africam profectus. cum quindecim legatos delegisset, magnam frumenti vim vrbi intulit. Sed cum soluere ex Africa pararet, tempestatibos aduersis non audentibus se mari credere gubernatoribus, primus nauim conscendit, exclamans: Nauigari necesse est, viuere non est necesse. {Lucam ad Cæs.} Cæsar cum magnas res interim gereret in Gallis, Domotij prætoris minis territus, qui si consul creatus esset, ablaturum se Cæs. & prouinciam, & exercitum minabatur, Lucam è Gallis venit, eoq; cum venisset, Pomp. Crassumq;, & omnes ferè vrbis magistratibus exciuit, & centum viginti lictores tunc affuisse memoriæ proditum sit. ibi inter eos ita pactum, Pomp. Crassusq; cõsulatum peteret, sibi in alterum quinquennium prouincias prorogarent. {Crassum ante vidisset, ab eoq; in me esset incẽsus} fuit enim Crassus iam, ex quo Catilinam oppresserat Cice. in ipsum animo infestissimo, quippe qui persuasum haberet, à Cice. alitam suspiciooem, tanq̃ Crassus, & ipse cum Catilina in patriæ perniciem conspirasset. Sed historiã de Crasso paulo post latios. {Recepisset} sumptum hoc verbum de iuriscõsultorum suppellectile. apud eos.n. huius verbi ea est significatio, cum in data dote donationẽue quis exceperit, quod est proprie receperit. Plaut. in Trinummo, Posticulum hoc recepit, cum ædes vẽdidit. Sed & Cic. in 2. de Orat. Sed dicis tecum ædes venderes, ne in erutis quidem & cęsis ouiũ tibi paternum recepisse. Vnde receptitius seruus, quem (vt arbitror) Plaut. in Asin. dotalem quoq; dixerit. {Stomachum facerẽt} patremfamilias Macr. appellat stomachum, quasi totum animal solus gubernet. si enim ille ęgrescat, tunc in ancipiti vita nostra est, neq; enim alimonia in officio suo tunc est, cuius postea beneficio natura ita volente viuamus. Atq;, vt auctor est Plin. hoc nomine est sub arteria iam carnosa inanitas adnexa spinæ, ad latitudinem, ac longitudinem, lagenæ modo fusa. Græci nunc stomachum, nunc οἰσοφάγον, Aristot. Pollux, Suidas. Theodotus gulam vtrũq; vertit. Sensus igitur est. Eos amplecti quidem Clodium. q arbitrarentur Cic. ad indignationem excitari hoc facto posse, cum tñ iam diu occaloisset. Sed hoc totũm à Græcis sumptum, qui & ipsi hoc verbum, & ab eo aduerbium, in hunc penè sensum vsurpent. {Consules haberet, sed mercatores} Gabinium & Pisonẽ coss. intelligit, quorum consulatus pulsus est furore Clodiano In exilium. {Quasi certaminis causa} illud innuit, quod varijs in locis Cicero affirmat, quæsisse Clodium non tam vt Cic. patria pelleret, quam vt seditionem aliquam, dum boni viri Cice. defendunt, excitaret. Sperabat enim pulso Cice. & perturbata rep. tum scelerum suorum impunitatem, tum facillimũ ad ea, quæ machinaretur, aditum sibi datũ iri. {Et nouis honoribus} non de prorogato imperio sentiendum, qñ alijs imperium sæpe prorogatum constet, sed de supplicationibus, quæ ob res feliciter in Gallis gestas à Cæs. nunc in dies nouem, nunc quindecim, nunc viginti sunt illi decretæ, quod nulli ad eam diem contigisse alij, Cæs. in cõmentarijs suis affirmat. Sed & Cic. pro Balbo, in hæc verba: C. Cæsarem senatus & genere supplicationũ amplissimo ornauit, & numero dierum nouem. idem in angustijs ęrarij victorem exercitum stipendio affecit, decem legatos decreuit, lege Sempronia succedendum non censuit. In quibus verbis idem ferme error. cum, Trebonia, lege scribẽdum fuerit. {Quæ sint consecuta} locum hũc vt corruptum existimem, facit verborum ordo inuersus, vt ex dictis nullius omnino sit sensus. quare ita restituendã lectionẽ, vt non decerno, sic existimo primũ illa furta muliebrium religionum, qui non pluris fecerat Bonam deam q̃ tres sorores, impunitatẽ scelerẽ sententijs assecutus, cum trib. pl. & quæ sequũtur. Nã hoc alterum, qui, superfluum omnino sit, necesse est. Erit aũt verborum ordo talis. Primum illa furta muliebrium religionũ sustulerũt, exẽplum præclarissimum vindicãdæ seditionis in posterũ, qõ trib. pl. pœnas vellet persequi à seditioso ciue, qui assecutus impunitatẽ scelerum sentẽtijs, nõ pluris fecerat Bonã deam, q̃ tres sorores. Atq; hoc pacto quæstio illa, quasi dicãtur hæc cõsecuta, cũ multo ante gesta sint hæc oia, nihil omnino diligentẽ lectorẽ perturbet, cum hæc dicãtur à Cice. per anticipationẽ, vt cũ ea velit dicere, quę sint consecuta, postea q̃ Cæs. ornatus est nouis honoribus, anticipet quædã quæ à multo ante patrata facinora fuerãt. Sic igitur nõ dicit cõsecutum esse, id q Clo. pollutarũ religionum fuerit absolutus, aut q monimentũ suũ cruẽtis literis inussisset: sed cũ ante hæc oia cõmisisset, ea postea secuta sunt, q in se restituẽdo pleriq; quã debuerãt fidem, nõ exhibuere. {Bonã deam} hæc soror Fauni, qui in Latio regnauit & cõiux fuit, q̃ Sentiam Fatuam, ideo dictã putet C. Bassus, quia mulieribus fata canerent, quẽadmodũ ipse Faunus viris. fuit vero hac in fœmina pudicitia tanta, vt eã, quoad vixerit, præter virum suũ viderit nemo, nemo, nomen audierit. Contra Sex. Clod. retulit in eo libro

quem

quem Græce scripsit, eam, q dolium releuisset, vinumq; ebibisset, à marito virgis myrteis cæsam, sed eam non multo post, cũ virum facti pœniteret, deam factã esse, muliebriq; tñ cultu venerandam, atq; in facti memoriam amphoram obuolutam in sacris poni: Lactantius auctor. Hanc Græci γυναικεῖα dicunt, Midæ regis matrem, siue ex Liberi matribus vnam. Huic tabernacula vitigineis intexta ramis, huic draco tribuitur, cui cũ mulieres sacrificat, nulli viro ad ea sacra est aditus. Erant aũt sacra illa Orphicis ferme orgijs similia Plutarchus, Lactan. {Quam tres sorores} vbiq; Cic. Clod. sororum incestum obijcit, & quãdoq; necem. Et constat Clodium omnino sorores tres quæ clarissimis postea viris nupsere, constuprasse. quarum vna Metelli Celeris vxor Quadrans dicta sit, q adolescens pro numis argẽteis æreos quadrantes in ipsius Clodiæ loculos coniecerit. Nupsit & vna Lucullo, de qua Plut. scribit, q cum Clodiam impurissimam fœminam repudiasset, Catonis Seruiliam sororẽ duxit, nihilo sanè meliorem, nisi q fraterno incestu polluta non esset. Tertia Martio regi nomine Terentia, & ipsa impudica, locata est Plut in Cic. vita est auctor. {Trib. pl.} Fusium, vt arbitror, intelligit tribunũ, de quo Cic. ad Att trib. pl. Fusius in concionem produxit Põp. res agebatur in Circo Flaminio, & erat in eo ipso loco illo die Nũdinarum πανήγυρις. Quæsiuit ex eo, placeret ne ei centum iudices à prætore legi, quorũ consilio idẽ prætor vteretur. id aũt erat de Clodiana religione ab senatu cõstitutum. Atq; alia epist. Postea vero q̃ Hort. excogitauit, vt legem de religione Fusius trib. pl. ferret, in qua nihil aliud à consulari ratione differebat, nisi iudicum genus, vindicãdæ seditionis exemplum sustulerunt. nam triginta illum iudices, quos fames magis q̃ fama commouerat, absoluerunt, quinq; & viginti, summo quamuis proposito periculo, condemnarũt. Satis. n. constat, nullum vnq̃ turpiorem iudicum consessum. Maculosi senatores, tribuni ærati verius q̃ ærarij affuerunt, vt quãuis testimonium Cic. contra Clodium dixerit, quamuis viri boni plerique inique Clodianum facinus ferrent, Hortensio accusante, Catulo obtinente, tñ incertis iudicum sententijs victor abierit, tanto prius metu iudicaturis iniecto, vel conductis seruorũ operis, vel populari fauore, vt puncta in tabellis haud satis dignosci possent. {Idemq; postea non meum m.} historia hæc habet: Pulso Cicerone Clodiana factione, præter alias pœnas hoc quoq; irrogatum supplicij est, vt domus, quam ille in oculatissima palatij parte possederat, consterneret, in qua libertatis quoque simulacrum, literis incisis in base facti causam testantibus, positum est, cum antea quoq; à Menula nescio quo Anagnino Clodius statuam sibi poni passus esset. Sed reuerso post Cicerone, cum pontifices domus partem restituendã decreuissent, atq; ex ærario pecuniam ad eam cõstruendam numerassent, vñt tamen simulacrũ illud non omnino sustulisse quod iniustũ cruentis literis, non esse omnino deletũ Cic. vehementer dolet. Quæ omnia ex orationibus Cice. & ad Att. epistolis percipies. in ea enim quam ad pontifices pro Domo sua egit his verbis Clod. à Menula positam statuam docet: At tu etiam ereptor ciuitatis, legem de iniurijs publicis tulisti Anagnino nescio cui Menulæ per gratiam, qui tibi ob eam legem statuam in meis ædibus posuit. & ducentissimo ab hinc versu, cum de domo sua loquatur, ita addit. In qua si manet illud non monimẽtum vrbis sed sepulcrum, inimico nomine inscriptum demigrandũ potius aliquo est q̃ habitandum in ea vrbe, in qua trophęa, & de me, & de rep. constituta videam. hæc Cic. Cæterum Cic. domus cum M. Flacij, qui cum C. Graccho contra rempub. fecerat, cuiusq; domum senatus euertendam censuerat, atq; in ea Q. Catulus porticum aliquanto post ex Cimbricis manubijs fecerat, coniuncta esset, coram. s. porticum Catuli deleuit, & eam cum M. Ciceronis domo coniunxit, & in ea libertatis simulacrum Tanagreę videlicet cuiusdam meretricis locauit. Cic. in eadẽ oratione. At vnde inuenta est ista libertas? quæsiui. n. diligenter. Tanagreę quædam meretrix fuisse dicitur eius non longè à Tanagris simulacrum è marmore in sepulcro positum fuit. Atq; hoc totum est, quod dicit hoc in loco Cic. domum suam non suum monimentum fuisse sed senatus: cum. s. senatus ex ærario data pecunia, domum inædificandam Cic. censuit. In cuius tñ parte simulacrum positum videtur permansisse literis inscriptis, quæ à Clodio libertatem restitutam post Cic. expulsum, posteritati significarent. Cic. cũ alibi, tum in Pisoniana oratione, totã hanc rem complexus est in hæc verba: Me consequentibus diebus in ea ipsa domo, qua tu me expuleras, quam incenderas, põtifices, coss. collocarunt, mihiq; (quod antea nemini) pecuniam publicam ad ædificandam domũ censuerunt. & ad Att. lib. 4. Superficiem ædium coss. de consilij sñia æstimarũt vicies, cætera in re valde liberaliter. Atque ex ijs, quæ recitata paulo uberius à me sunt, constare iam cuius arbitror, quid Cice. in hac parte voluerit, cũ alioquin hactenus inuoluta essent oia. {Q. Metello} de hoc in oratione, qua populo gratias egit de Reditu suo. Nõ vt pro Q. Metello clarissimo viro iam spectata ætate filius, nõ L. Dalmaticus consularis summa auctoritate vir, nõ Q. Metellus censorius, nõ eorũ libri, non Q. Metellus nepos, qui tum consulatum petebat. Fuit aũt familia Metellorũ Romæ adeo popularis, vt Nęuius poeta carmẽ in illos tale factitarit, Saturnium, Fato fiũt Metelli Romæ cõsules. quod cũ iniquius accepissent, tanq̃ fortunæ, nõ eorũ virtuti tributæ dignitates viderẽtur, eodem carminis genere responderunt: Dabunt malum Metelli Nęuio poetæ. {M. Scaurum} senatus hic princeps quãuis patre, qui carbonariã exercuerat, natus, summæ prudentiæ & grauitatis habitus vir: varijs tñ procellis sæpius agitatus: nam & auaritiæ insimulatus est, cũ legatus inter decem ad Iugurtham missus esset, & ambitus à Rutilio in consulatus petitione cõpetitore reus actus, qui absolutus, Rutiliũ in iudiciũ vocauit, Verum hic Cic. neutrũ horum (vt opinor) intellexit: sed id tẽpus Scauri innuit, cũ Q. Seruilius Cæpio Scaurũ obligationis Asiaticæ inuidia, & aduersus leges pecuniarũ captarum reum fecit repetundarum lege, quã tulit Seruilius Glaucia. Quo tpe Scaurus tãta animi magnitudine fuit, vt Cæpionem accusatorẽ suũ detulerit, & inquisitionis breuiori spatio accepto effecerit, vt prior cãm Cæpio diceret. sed & nõ multo post eiusdem Cæpionis insidijs petitus lege Varia, in iudiciũ vocatus venit, quã Varius Hispanus tulerat, vt quæreretur de ijs, quorũ opera Italiæ populi rebellassent, sperãs quæstionẽ opprimẽdi Scauri sese habiturũ. Quare accersitus per viatorẽ ad Variũ lxxij. annos natus morbo adhuc grauis, sic apud iudices egit: Q. Varius Hispanus M. Scaurũ principẽ senatus socios in arma ait cõcitasse. M. Scaurus princeps senatus negat: Testis nemo est: Vtri vos Quirites cõuenit credere? Cicero, Asconius, Valerius, Plinius. {Quibus l.} eam. s. intelligi vult, q̃ adhiberi in iudicijs solitã, postea Põp. lege lata sustulit. Idẽ postea cum Munatiũ Plancũ reũ laudaturus accessisset, Cato aures obstruxit, nequid contra legẽ cõmitteret. Plut. Trãquillus: Ne laudatione quidẽ iudiciali data, Augustus Tacitus in subselijs sedit. {Ex vlt. ter.} Hispanias intellige, vbi præturã tunc tpis gessit Lent. {Repẽtinã def Gab.} is est, qui collega L. Pisoni à Põp. in consulatu post C. Cæsarẽ datus est, quos & in consulatu acerrima oratione insectatus est, & cũ ab exilio redijsset, memor sese ipsis prodentibus patria pulsum, nunq̃ destitit proscindere: tãdemq; magnis conatibus euicit, vt Gabinio Syria, Pisoni Macedonia turpiter reuocatis auferẽtur. Cæterum Gabinius cũ præter alia scelera in prouincia perpetrata, tũ vero quod nullo S. C. facto, de Põp. tñ volũtate Ptolemęũ restituisset in regnũ cũ exercitu. quod per senatusc. cautũ fuerat, ne fieret, accusatus est Cic. ad Q. F Vehemẽter vexatus est Gabinius. & 4. post lib. Gabiniũ tres adhuc factiones postulant L. Lentulus Flaminis filius, qui iam de maiestate postulauit. T. Nero cũ bonis subscriptoribus: C. Mẽmius trib. pl. cum L. Capitone. & paulo post: Apud Catonẽ erat diuinatio in Gabiniũ futura inter Mẽmiũ, & T. Neronẽ & C. Antonium, in quos R. M. F. putabamus fore, vt Mẽmio dareẽ, & si erat Neronis mira cõtẽtio. Quid quæris? bene premiẽ, nisi noster Põp. dijs hominibusq; inuitis negotiũ euarteret. & alia: aditq; mox, Gab. de ambitu fecit reũ P. Sylla, subscribẽte priuigno Mẽmio Cæcilio Syllę filio. cõtradixit L. Torquatus, omnibusq; libẽtibus non obtinuit. Eum tñ Cic. absolutum scribit, graui admodum iudicum fama, & Lent. accusatoris ignominia liberatus tñ dictaturæ Pomp. rumore, xxij. senteotijs cõdemnatus est, cum lxx. tulisset, vt affirmet Gab. absolutionẽ legẽ impunitatis esse. Appianus tñ facit Gab. accusatũ & condemnatum, qm regẽ restituisset, vt nõ possim non mirari, nisi absolutum fortasse alijs criminibus dicas condemnatum maiestatis. Cum hoc tandem Cic. in gratiã redijt contendente maximis precibus Põp. {Appius in ser.} verba adeo mẽdosa sunt, vt ea in integrum restitui posse nequaq̃ sperem. quæcunq; aũt ad hanc diem exemplaria videre mihi licuit, vidi aũt quã plurima, eandem lectionẽ habẽt. vtcunq; tñ sit ea, in mediũ afferemus. quæ si verba ipsa nõ emendarint, quid tñ Cice. hac in parte sibi velit, explicaturi sumus. Altius igitur præfabimur de vniuersa comitiorum ratione, vt locus hic facilior intellectu omnino sit. Comitia igitur aut Cẽturiata erant, aut Curiata, aut Tributa. Centuriæ primis secundis. Curiæ tributis loci, & regionis, vnde conuenirent, nomen dedere. Ne vero in his immorer, quæ vel ab A. G. aut Festo, aut

De Comitijs vide Gryph. & Calepinū.

ab ijs,qui oostro sęculo aliquid de his scripsere: Comitia Cen
turiata asserimus tum habita,cū sacerdotia, & maiores dignita
tes demādarentur à populo.adeo vt si qñ Dictatorē populus di
xisset,Comitijs Centuriatis dictū putem. Centuriatis autem
Comitijs non tm̄ magistratus demādari solitos, quod quidam
opinati sunt,sed rogatiooes quoque ad populum video. Cic.in
oratione ad populum de reditu suo: Huius consilia P.Lentuli
sentētiam,senatus auctoritatē vos secuti in eo me loco, in quo
vestris beneficijs fueram,eisdē Centurijs, quibus collocaratis,
reposuistis,& ad senatum: Quo die nos Comitijs Centuriatis,
quæ maxime maiores iusta dici haberiq; voluerunt, accersiuit
in patriam,vt eędē Centuriæ,quæ me cōsulem fecerant, consu
latum meum comprobarent. Sed & hac epistola referente cos.
Comitijs Centuriatis restitutum se testatur. Sed & leges oēs,
dummodo ad rem militaré non attinerēt, Centuriatis Comi-
tis latas aduerto, vnde & Cic.legem Centuriatam in oratione
pro lege Agraria dixit, quæ.s.Comitijs Centuriatis lata esset.
At vero Curiata Comitia longe ab his diuersa: nam vt Cen-
turiata io demandandis patritijs magistratibus, tributa plebeis
instituta sunt,sic Curiata auspiciotum, & militaris tm̄ rei geré
dæ causa remāsere, vt cōsuli prætori'ue siue cui alij cū imperio,
si legem Curiatam nō haberet,attingere rem militarem nō li-
ceret. Atq; hæc quæ dicta à me sunt de re omnium difficillima,
Cic.in oratione pro lege Agraria,& Liuij testimonijs cōfirma-
buotur: ille igitur iu oratione. Nam Centuriata lex cēsoribus
ferebatur,tū Curiata cæteris patritijs magistratibus. quæ ver-
ba manifeste arguūt priscis tēporibus, Curiatis magistratus pa
tritius designari solitos quæ postea auspiciotum reiq; militaris
tm̄ causa ad speciē atq; vsurpationē vetustatis per triginta licto
res constituta sint. Et paulo post idē Cic. Nunc quia prima illa
Comitia tenetis Centuriata,& tributa Curiata auspiciorū cau
sa remāserunt. Hic autē trib.pl.quia videbat potestatē oeminē
iniussu populi aut plebis habere posse, Curiatis ea Comitijs,
quæ vos nō sinitis,cōfirmauit: Tributa,quæ erant vestra, sustu
lit. Nā,φ nisi Curiata lex lata esset, res militaris administrari
non posset,idē ostendit Cic.decimo ab hinc versu: cōsulibus le
gem Curiatā ferentibus à trib.pl.sæpe intercessum est. Hic trib.
pl.lege Curiata,q̄ P.R.ferat, adimit intercedendi potestatem.
Atq; hoc cū in eo reprehēdendū est φ per trib. pl.tribunitia po
testas minuitur: tū in eo deridendū φ consuli,si legē Curiatam
non habet,attingere ré militaré.non licet huic cū vetat,interce
dendi potestatē,etiā si intercessum sit: tn̄ eandem constituit. Io
epistola quoq; ad Q.F.tertio: Appius sine lege Curiata confir
mat se Lent.nostro successurū. Liuius vero lib.2.ab Vrbe con-
dita,cū de Volerooe loquitur, Ne verbo quidē violatis consuli-
bus rogationē tulit ad populum,vt plebeij magistratus tributis
Comitijs crearentur & paulo post: Lex silentio perfertur,tum
primum tributis Comitijs creati tribuni sunt. Illud velim ad-
monitum diligentem lectorem, frequens esse io exemplaribus
vitiū, vbi tribunitia Comitia pro tributis legantur. Sed redeo
ad rem de Curiatis Comitijs, quorum causa hæc omnis insti-
tuta oratio sit. Liuius igitur nono ab vrbe condita de his in hęc
verba: Papirius D.Iunium Bubulcum magistrum equitū dixit:
atq; ei legē Curiatā de imperio ferenti, triste oēm diē diffidit,
(sic.n.scribere q̄ quod oia habent exēplaria, Diffudit,malo) φ
faucia curia fuit principiū duabus insignibus cladibus captæ vr-
bis, & Caudinæ pacis φ vtroq; anno eiusdē curiæ fuerat princi
pium Macer Licinius tertia ea clade, quæ ad Cremerā accepta
est,abominandā eam Curiam facit,dictator postero die auspi-
cijs repetitis pertulit legē. Idē in quinto,vbi de Camilli restitu-
tione,hæc de Curiatis comitijs & lege addit: Accepto inde se-
natus decreto,vt & comitijs Curiatis reuocatis viderei.& pau-
lo post, Nō prius profectum ab Ardea,q̄ comperit legē latā,φ
nec iniussu populi mutari finibus posset,nec nisi dictator dictus
auspicia in exercitu habere,lex Curiata lata est. Sed & sexto ab
Vrbe condita,Camilli verba hæc sunt. Comitia Curiata, quæ
rem militaré cootinent comitia Centuriara,quibus cōsules tri
bunosq; militares creatos,vbi auspicato, oisi vbi assolent, fieri
pñt? Quibus testimonijs facilè adducor, vt sensum corruptissi-
motum alioqui verborū hunc esse putē, φ Appius,qui ex sena-
tuscō.prouinciā Ciliciā nominatim haberet, ex quo poterat ré
militaré administrare,ēt sine lege Curiata, qñ.s cos.imperium
obtineret,prædicabat vbiq;,φ si lex.Curiata ferretur inter se,&
collegā sortiri prouinciam vellet. sin Curiata lex noo ferretur,
velle se prouinciā,quā senatusc.teneret,nō iam sortiri,sed paci-
sci cū collega,vt.s.ille omnino Cilicia prouincia cederet, q̄ ipse
per senatū haberet certā,ne in alienā illā vocaret. Quod igit di-
cit,si Coss.legē Curiatā ferre liceret,id intelligit, si trib.pl.oon
intercessissent,qñ illi sæpe,vt Cic.ostēdimus testimonio, inter-
cederēt,ne cupidius videlicet,q̄ è rep.esset,ij,qui prouincias pe-
terent,ré militarem administrarent. Cum vero dicit,Consuli
ferre opus esse,se nō esse necesse,id dicit alijs quidem cōsulibus,
quicunq; rem militarem attingere vellent, nō licet id priusquā
lex Curiata prolata esset,se necesse minime esse,qm̄ senatus il-
li nominatim cum imperio prouinciam censuisset.quod ille ita
interpretabatur,ac si per senatusc.demandata sibi prouincia, ré
militarem possit attingere, etiā sine Curiata lege qua res mili-
taris demandari semper sit solita: vt si ita legas & ordines: non
inepte (quantum ego coniicio) rem percipias. Appius in ser-
monibus antea dictitabat: postea dixit etiam in senatu palam,
sese,si licitum esset consuli legem Curiatam ferre, sortiturū es-
se cum collega prouinciam, si Curiata lex oon esset,se pacturū
cum collega,tibiq; successurum: legemq; Curiatam consuli fer
re opus esse,nō esse necesse se,qm̄ ex S.C. prouinciam haberet.
Quæ tn̄ omnia non indicantis,sed æstimantis esse hominis vo
lo. Illud non parum me perturbat, quod legitur lege Cornelia
imperium habiturū,φ in vrbē introisset.nam vt sciā quid Cor
nelia sit lex,de qua copiosius alijs à me libris differetur,& quan
tum valeāt introire in vrbē,non nesciam: tn̄ non tm̄ elaborare
potui,at superioribus adglutinare satis cōmode potuerim, nisi
Quoad in vrbem pro quod legas,vt Appius extra vrbem videa
tur tunc fuisse,qñ qui cū imperio esset, vrbē introire nō posset.
Qua ex re admonemur,cū multa nos,quæ alij hactenus nō ad-
notarint de tota hac comitiali ratione in mediū protulerimus,
quæ alijs militaré viam præmonstrent,noo tortuosas semitas,
hoies tn̄ nos esse quibus oia scire nequaquā liceat. Cōferat igi-
tur diligentius candidus Lector hæc nostratia: inueniet (ni fal
lor) multos multorum errores. negligentiā etiā depręhendet,
vt sæpe dormire his satius fuerit,q̄ hæc tā somoiculosa memo-
riæ mādare. Nos vero primi (vt opinor) Centuriatis comitijs
leges quoq; ferri,nos tributis plebeios magistratus demandari,
nos quid Tributa à Curiatis distēt,(quæ alij magno errore ea-
dem esse putarunt) nos Curiatis comitijs,& legibus ré militaré
tn̄,& auspicia pro curata retteximus. Verū de his satis. § Scis quā
grauiter inimici illi ipsi fuerint Q.S. § tres Scæuolas Q.præno
mine fuisse inuenio. Primū eū,quē augurē Cic.libello de Amic.
& de Cl.or.dicit, socerū C.Fanij,& Lęlij. Alterū pōtificē max.
quē longe præstantissimū ciuē,& ingenio, & industria fuisse cō
stat,quiq; adeo cōiuncte cū Lent.Crasso viro Consulari, & cen
sorio vixerit,vt præter Tribunatū,quē anno postq̄ Crass.gessit,
& censurā,quā nemo vtiq; Scæuolarū petijt,oēs cū Crasso ges-
serit magistratus. Tertiū vero & ipsum augurē dictum,qui peri
tissimus iuris,idemq; percomis est habitus aliquanto post Scæ-
uolam pontificē, Verū hic de Q.Mutio Scæuola pōtifice intelli
gendum arbitror,qui in lib.1.Cic.de Or.disputat,quiq; iūriscō-
sultorū disertissimus est habitus. Tametsi ipse in Scæuolis nul-
lam admodū fuisse eloquentiā fateatur. Hic verò post cōsulatū
Asiā procōsul rexit ea integritate & innocētia,vt prouincia de-
cedēti quædā festa totius Asiæ populi in eius honoré constitue-
rent,quæ Mutia dicerent. Asco.vt inde Cic.in 3.in Ver.actiooe
inuidiosissime dixerit,vt ad Mutij innocētiā referat. Hic deniq;
cū partes foueret Syllanas à C.Marij filio in vestibulo ædis Ve
stæ occisus est: Florus. De hoc,opinor,intellexit Cice.in epist.
didascalica ad Q.F.his verbis, Nā Græci si te viuentē intuebun
tur,vt quēdā ex annaliū memoria, vt ét de cœlo diuinū hoiem
esse in prouiociā delapsum putēt. Pōponius quoq; de Origine
iuris primū hūc ius ciuile cōstituisse tradit,gñatim 10 libros de-
cē & octo redigendo. Cuius postea fuere discipuli sane q̄ multi
celebres, Aquilius, Gallus, Lucilius, Balbus. Ser. Sulpitij præce-
ptor. Illud velim diligētē admonuisse lectoré,in Pōponio si Cic.
potius credas,ea in parte vbi de Iurisc.agit,magnū errorē depre
hendi memoriole.s.vbi L.Crassum noiat quē Cic.P. pnomine
io lib.de cl.or.fuisse scribit qui frater fuerit P.Scæuolæ Q.Scæ-
uolæ auguris patris,tū hūc cōsultorū disertissimū putet à Cic.di
ctū cū nō P.Scæuolā Cic.dicat iuriscō.disertissimū,sed Q.hunc
Mutiū Scæuolā,de quo in hac epis.parte,qd lōge melius ex mo
nimētis Ciceronianis agnoscas. Fuere igit,vt ad summā ré totā
breui colligā, Scæuolæ duo: Publiorū prænominibus, prædictus
pontifex maximus,& cōsularis,qui P.Crassum,& Q.Mutiū fi-
lios reliqnt, Crassum Mutianū dictū· P.vero Scęuolā, Q.Scæ-
uolæ patrē fuisse.cū vero is i suo procōsulatu publicanorū offen
disset ordinē,qui potētissimus erat: negotiū illi postea reuerso
exhibuere nō minimū. quod & hoc in loco tangens, ab exēplo
admonet Lent.vt publicanorū ordini sese omnino reconciliet.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Iocus quidem in Valerium, sed vrbanus, quiq; aculeum in animo Valerij relinquat, sed is tamen figuratus ab aliorum testimonio, ne nouas causas contumeliæ excitat.

M. CICERO S. D. L. VALERIO IVRISCONSVLTO. 10



VR enim tibi hoc non gratificer, nescio: præsertim cum is temporibus audacia pro sapientia liceat uti. Lentulo nostro egi per literas tuo nomine gratias diligenter. sed tu uelim desinas iam nostris literis uti, & nos aliquando reuisas, & ibi malis esse, ubi aliquo numero sis, quàm istic. ubi solus sapere uideare, quanquam qui istinc nunc ueniunt, partim te superbum esse dicunt, quòd nihil respondeas: partim contumeliosum, quòd male respondeas. sed iam cupio tecum coram iocari. quare fac, ut quamprimum uenias: neque in Appuliam tuam accedas, ut possimus saluum te uenisse gaudere. nam illo si ueneris, *tanquam *Vlysses cognosces tuorum neminem. Vale.*

* Verba ex Plauto sumpta.

HVBER. CVR enim} hæc epistola non scribitur ad P. Lent. ad quem superiores, sed ad L. Valerium, qui se iurisc. profitebatur, & appellari gaudebat. Itaq; in hac epist. eũ irridet Cic. & deinde hortatur, vt tandẽ Romã reuertatur, ne toties literas ab amicis expectet, & malit eẽ Romæ, vbi multi alij sunt iurisconsulti, q̃ in Cilicia, vbi solus sapere videatur. Deinde quãuis cũ eo iocari videatur, tñ eum atrogantiæ carpit. {Cur. n.} quidam dicunt deesse principiũ huic epistolæ, quia. n. particula non cõueniat principio orationis: sed non aduertunt principiũ epistolæ iunctũ esse cũ fine tituli epistolæ. nã cũ dicit, M. T. C. S. D. L. Valerio iurisc. subdit. {Cur. n. tibi hoc nõ gratificer. nescio} hoc est nescio, cur in hoc tibi non morẽ geram, vt te iuriscõsultũ appellem. Gratificer: gratũ faciã. quia scio te hoc noĩe delectari. {Audacia} quia hic Valerius vsurpat sibi nomen iurisc. cum tñ haberet paruam cognitionẽ legũ, vt ipse Cic. lib. 3. ad Appium, L. Valer. iurisc. valde tibi cõmendo, etiã si non est iurisc. melius. n. ei cauere volo, q̃ ipse alijs solet. erat autẽ hic L. Valer. in Cilicia apud Lent. ibiq; mãsit post discessum Lent. cũ Appio, qui ei successerat, vt ex prædictis verbis Cic. facilè cognoscitur. {Pro sapientia} sicut tu vteris. {Egi gratias} dixi gratias. {Tuo nomine} tuis verbis, tua {vt dicũm} parte: quia benemeritus erat Lent. de hoc Valerio. {Desinas} cesses, omittas. {Vti nostris literis} vel quas ad te scribo, vel ad alios pro te. {Aliqñ} tandem. {Reuisas} reuideas, ad videndum venias. {Malis} potius velis. {Ibi} Romæ. {Aliquo numero} similiũ tui, & eorum, qui sunt legũ periti. {Solus} quia es inter barbaros, & imperitos. {Quanquam} nũc Cic. licet videatur iocari, tñ serio carpit eum. {Istic} vbi tu es. nã hic significat locũ præsentem ei qui loquitur. Istic, ad eum qui audit. Illic, locũ significat absentem ab vtroq;, eodemq; modo significãt pronomina: hic, iste, ille, & reliqua oĩa aduerbia ab eis deducta, quantũcunq; motũ significent. {Partim} ordo est quanquã qui istic veniunt, subaudi eorum. {Partim dñt} .i. pars dicit, vt declarat, vt A. G. & probat exemplis. {Superbum} elatum, arrogantẽ. {Quòd nihil respondeas} superborũ. n. est salutantibus, aut petentibus nõ respõdere. {Cõtumeliosum} iniuriosum. {Male} inhumane, cum contumelia. {Sed iam} ne aduertat hæc serio dicta, statim intulit sed iam. {Coram} verbis. {Quare} conclusio. {Fac} modus hortandi potius, q̃ imperandi. {Quãprimũ} vna est dictio cõposita, & significat valde cito. Cũ primũ vero duæ partes sunt, necesseq; est eis adiungere duo verba vt est illud Virg. Cumprimũ pasti repetet præsepia tauri, Siqua tui Corydonis habet te cura, venito. {Appuliam tuam} vel vnde hic esset oriundus, vel in qua ille diutius cum aliqua gratia fuisset. Est aũt Appulia prouincia Italiæ mari Adriatico cõtermina, quæ & Iapygia dicta est ab Iapyge Dedali filio qui eã regionẽ tenuit vsq; ad Dauniam. {Saluum} incolumem. s. te venisse hunc nõ in Appuliã. {Illo} illuc. {Tanquã Vlysses} qui post longos maris errores cũ domũ redisset, tam à suis nõ cognoscebatur, q̃ eos nõ cognoscebat, ita q à Telegono filio, quẽ ex Circe susceperat, p imprudentiã est interemptus. Soli tñ canes (teste Homero) caudarũ adulatione aduentũ dñi exceperunt. {Neminẽ} nullum. & eleganter dictio negatiua locatur in fine orationis, nullus autẽ generaliter ad oĩa refertur, vt nullus homo, nullus ager, nullus lapis. Nemo vero tñ ad homines, licet Virg. dixerit. Turne quod optãti diuum promittere nemo Auderet. Nemo. n. improprie p nullus posuit, cũ de Deis loqueretur: quod poetæ conceditur, oratori nullo modo.

Hic. Istic. Illic.

Quamprimum. Cũ primũ. Appulia. Iapygia.

Nemo. Nullus.

ASCEN. CVR enim, &c.} ex hac epistola potissimũ cõuincitur salutationẽ esse de integritate epistolæ, ad eam. n. respicit principiũ eius. Nã quia Valeriũ quendã arrogantẽ hominẽ per iocum dixerat iurisc. salutãdo sic, Valer. iurisc. addit. q. d. dixi iurisc. nescio. n. cur nõ gratificer. i. in gratiã tuam faciã, aut dicã hoc. i. te iurisc saltẽ, præsertim cũ liceat vti his tẽporibus. i. tã corruptis, audacia pro sapientia. Ego egi diligenter Lent. nostro. s. amico, gratias tuo noĩe. i. pro te, p literas. sed velim vt sup. tu desinas iã vti literis nostris, & reuisas. i. iterũ visum venias nos aliqñ. i. tandẽ, & malis esse ibi. s. Romæ, vbi sis aliquo numero. i. pretio, q̃a hoĩes nihil nõ numerãtur, q̃ istic. s. in puincia, vbi nũc es, vbi videare solus sapere q̃q̃. i. tametsi sup. ij qui veniũt istinc. i. ab eo loco, vbi es, dñt partim te esse superbum q nihil rñdeas, partim cõtumeliosũ. i. inferre multas cõtumelias. q rñdeas male. Sed ego cupio iam iocari tecũ corã. i. in pñtia. quare fac, vt venias quãprimũ. i. valde cito: neq; accedas in Appuliã tuã. s. patriã, vt possimus gaudere te venisse saluũ. Nã si veneris illo. i. in Appuliã neminẽ tuorũ cognosces, tãquam. s. esses Vlysses, qui post decẽnale bellũ, & plurimũ annorũ errorem ad suos reuersus, & à nemine agnitus, tãdẽ à Telegono filio est interfectus. Dixi plurimũ annorũ errorẽ: nã si Telegonum, à quo interfectus est, ex Circe sustulerat, necesse est plus q̃ decem annorũ illi demus errorẽ. aut dicamus lõge post reditũ ab illo interfectũ. Licet aũt à nemine est cognitus, neminemq; cognosceret, canes tñ, teste Hom. caudarũ adulatione aduentũ dñi exceperunt, quos longæuos fuisse necesse est, si dñm agnouerunt.

PAVLVS MANVTIVS. CVR enim tibi hoc nõ gratificer, nescio} sensus horum verborũ ex titulo pẽdet. cũ. n. ita inscripsisset, VALERIO IVRISCONSVLTO, subiunxit, nã cur te iurisc. non appellẽ, nescio, ẽt si iuriscõsultus valde nõ sis: iocãs videlicet cũ eo familiarius, quod ẽt in reliqua epistola facit. & lib. 3. ad Appiũ scribẽs, L. Valeriũ, inquit, iurisc valde tibi cõmẽdo, sed ita ẽt, si nõ est iuriscõsultus. Qm̃ aũt sunt, qui huius epistolæ initiũ desiderari potius, q esse hoc, quod legitur, existimẽt: aliud huic simile Ciceronis exẽplũ ea epistolis ad Atticũ scriptis afferemus. ita igitur lib. 3. M. C. S. D. Q. CAECILIO Q. F. POMPONIANO ATTICO. Quod quidẽ ita esse, & auunculum tuũ functũ esse officio, vehementissime probo. quorũ verborũ sensum hic quoq; ex titulo regi, nemini est obscurum. dicit. n. se probare ita esse. i. eũ, ab auũculo adoptatũ, & hæredẽ factũ, appellari nõ, vt antea, T. Põponiũ Atticũ, sed (vt in adoptionibus fieri solebat, in quibus eius, qui adoptabat, & prænomẽ, & nomẽ, & cognomẽ, & aliqñ etiã agnomẽ ij, qui adoptabãtur, sumebãt, nomẽ, quod ante habuerãt, ita mutãtes, vt in annũ desinere: cognomẽ tñ suũ, vt antea fuerat, retinebant, sed post eius cognomẽ ponebãt, qui adoptarat, si modò id ille habuisset) Q. Cæcilium Q. F. Põponianũ Atticũ. vt nemo iam de epistola ad Valeriũ dubitare possit. {Partim te superbũ esse dñt, q nihil respõdeas, partim cõtumeliosum, q male rñdeas} iocus est in his verbis & abstrusus, & elegãs. vult. n. innuere, ideo nihil eũ respõdere, non q superbus sit, sed q aut eũ nemo cõsulat, cũ homines bonum iurisconsultum nõ existiment, aut, si quis consulat, nullum auferat responsum ob eius inscientiam: ideo aũt male respondere, non q contumeliosus, sed q imperitus, & indoctus.

IO. BAPTISTA EGN. CVR enim tibi hoc nõ gratificer} Valer. Iurisc. irridens hortatur ad domũ reuisendã, & suos: ne solus ibi esse velit, tibi sapiẽs inter insipiẽtes videatur. Futurũ autẽ id planè testatur, vt cũ domũ reuiserit, p p tã longã absentiam agnoscat neminẽ. Nihil rñdeas. Hoc peculiare iuriscõsultorũ est verbũ, vt dicãtur ijs rñdere, qui eos consuluerint. Vnde est illud apud Põponiũ de origine iuris, quod ante tp̃a Augusti ius nõ dabat à principibus publicè rñdendi: sed qui fiducia studiorũ suorũ habebãt, cõsulẽtibus rñdebant, neq; responsa vtiq; signata dabãt, sed plerunq; iudicibus ipsis scribebãt. primus hoc Augustus cauit, vt ex auctoritate sua respõderẽt, quo maior viri auctoritas accederet. sed Hadrianus imperator, cũ viri prætorij peterẽt, vt sibi liceret rñdere, rescripsit: Hoc nõ peti, sed præstari solere. & ideo si quis fiduciã sui haberet, nõ se id prohibiturum, quo minus populo rñderet. Cõcessum hoc est Massurio deniq; Sabino à Tiberio principe, qui grãdis natu, quinquenarius videlicet, in equestrem ordinẽ receptus est p p scientiæ opinionem:

M. T. CICERONIS EPIST. FAMILIARIVM, LIBER SECVNDVS.


ARGVMENTVM.

HAec epistola prima secundi libri scribitur ad Curionem adolescentem, de quo magna spes habebatur, nam ad eloquentiam videbatur natus, & patrē ac auum oratores optimos exæquare, quem venali lingua Lucanus scripsit, quod cum Cæsari aduersaretur, postea corruptus eiusdem pecunia, eius factus sit defensor, sæua quidem mercede. nam, cum in initio belli ciuilis ad Cæsarem confugisset, pro eodem paulo post in Africa cum exercitu occisus est. Nunc autem ad eum scribit Cicero, cum adhuc in Africa magistratum gereret, longe ante bellum ciuile, respondens accusatoriæ epistolæ, qua Ciceronem tarditatis in scribendo accusarat, significans accusationem illam ex amore profectam, tametsi immeritam, non ingratam esse: deinde ad virtutem incendit adolescentem.

GILBERTI LONGOLII LEMMA.

Duas partes habet hæc epistola. prior excusationem, mistam officij commendatione, proponit: posterior adhortationem ad gloriam, & laudem subijcit.

M. CICERO S. D. C. CVRIONI.



*VANQVAM me nomine negligentiæ suspectum tibi esse doleo: tamen nō tam mihi molestum fuit, accusari abs te officium meum, quā iucundum requiri: præsertim cum, in quo accusabar, culpa uacarem, in quo āut desiderare te significabas meas literas, prætefers perspectum mihi quidem, sed tamen dulcem. & optatum tuum amorem. equidem neminem prętermisi, quem quidem ad te peruenturum putarem, cui literas non dederim. etenim * quis est tam in scribendo impiger, quàm ego? à te uero bis, terue ad summum, & eas perbreues accepi. quare si iniquus es in me iudex: condemnabo eodem ego te crimine. sin me id facere noles, te mihi æquum præbere debebis. Sed de literis hactenus. non enim uereor, ne non scribendo te expleam, præsertim si in eo genere studium meum non aspernabere. Ego, te abfuisse tam diu à nobis, & doleo, quòd carui fructu iucundissimæ consuetudinis tuæ, & lætor, quòd absens omnia cum maxima dignitate es consecutus, quodq́; in omnibus tuis rebus meis optatis fortuna * respondet, breue est, quod me tibi præcipere meus incredibilis in te amor cogit. tanta est expectatio uel animi, uel ingenij tui, ut ego te obsecrare, obtestarique non dubitem, sic ad nos * confirmatus reuertare, ut quam expectationem tui concitasti, hanc sustinere, ac tueri possis & quoniam meam tuorum erga me meritorum memoriam nulla unquam delebit obliuio te rogo, ut memineris, quantæcunque tibi accessiones fient & fortunæ, & dignitatis, eas te non potuisse consequi, nisi meis puer olim fidelissimis, atque amantissimis consilijs paruisses. quare hoc animo in nos esse debebis, ut ætas nostra iam ingrauescens, in amore, atque in adolescentia conquiescat tua. Vale.*

quis est tā scribendo.

respondit.

conformatus.

QVANQVAM me nomine} Hic Curio, ad quē Cic. scribit, auum, & patrem egregios oratores habuit, & ipse in dicendi facultate clarissimus. quod inter fortunæ exempla annumerari potest. hic posterior in initijs dissensionum Pōp. & Cæsa. tribunus electus est, populo acceptissimus, Cæsaris inimicissimus, ad dicendum paratissimus: quem postea plurimo ære alieno oppressum, vt pro se ageret Cæsar, facilè adegit: auctor Appian. lib. 2. Ante vero hæc tēpora, cum adhuc penè adolescēs magistratum gereret in Asia, per literas accusauit Cic negligentiæ conquerens, ꝙ ab eo nihil literarum acciperet, ad quem Cic. respondet huiuscemodi accusationem præseferre quendā amorem, cū ostendat se desiderare officium Cic. in scribendo. Excusat tn̄ se Cic. ꝙ non fuerit negligens, sed plures ad eum literas scripserit, q̃ ab eo acceperit. Promittitq́; se posthac sæpius scripturum. Deinde ostendit in quanta expectatione sit ipse Curio, hortaturq́; eum, vt spem de se susceptā sustineat, & tueatur, & ita se gerat, vt aliqñ consolationi esse possit senectuti ipsius Cic. cuius præceptis optime fuerat institutus. {Quanquam} sensus est, licet doleam, ꝙ habeas me suspectum negligentiæ, cum quæreris, ꝙ nihil literarum ad te scripserim: tn̄ non tam moleste tuli, ꝙ accuses officiū meum in scribēdo prætermissum quàm fuit mihi iucundum, ꝙ ipsum requisiueris, & desideraueris. {Officium} debitum meū, quod pro amicitia tibi præstare debeo sæpe scribendo. {Accusari} reprehendi, ꝙ intermittatur. {Requiri} desiderari à te. {Præsertim} probatio superioris præpositionis. {Cum vacarem} cum carerē, & vacuus essem. {In quo accusabat} .i. in eo, in quo accusabar, hoc est in negligentia: quia nulla in me fuit. {Significās} demonstrans. {Prætefers} ostendis, aperte iudicas. {Perspectū} cognitum. {Sed tamen} .q.d. licet cognoscam me a te amari, tamen mihi dulce est, & optabile, vt iustū tuū amorē ita mihi testificeris exigendo à me literas, & scribendo officium. {Equidē} incipit excusare dicens se neminē prætermisisse, quem putaret ad Curionē venturum, cui literas ad eum nō dederit. {Cui literas non dederim} ad te perferendas. Is enim, per quem literæ mittuntur, in datiuo frequentissime ponitur cū hoc verbo do: Is, ad quē mittuntur, in accusatiuo cum præpositione ad, vt ducali tabellario literas ad te dedi. neq; est opus addere perferendas, aut aliud simile, quia elegantius intelligitur, q̃ exprimitur, etiam apud Cic. misi literas ad te, & tibi per proprium tabellarium. {Tam impiger} .i. tam promptus, & est liptote minus n. dicit & plus intelligit. {A te vero} incipit accusare, ipsum Cur. ꝙ rarius ab eo literas acceperit, quàm ad ipsum dederit. {Ad summum} ꝙ dicimus ad plus. Et interest vtrū ad summum, an ad summā dicas. Ad summum .n. respicit numeri comprehēsionem, vt bis aut ter ad summum te vidi. ad summam orationis antedictæ, aut rei ante memoratæ affert conclusionē. Sic Cicero, Socratem, Arist. Demosthenem ingenio, doctrina, & dicendi elegantia superauit. Ad summum vno Cicerone dicendi facultate nemo præstātior inuētus est. Tale est illud Iuuen. Ad summam nō Maurus erat, nec Sarmata, nec Thrax, Qui sumpsit pēnas, medijs sed natus Athenis. {Et eas} ornatus est apud Cice. post substantiuū ante adiectiuū addere hoc relatiuum, Is ea id: nulla tn̄ necessitate nisi ornatus causa. Vel ē, idē eadem idem. {Quare} conclusio suæ excusationis & accusationis Curionis. {Iniquus} iniustus, qui de me inique iudices, falsoq́; suspiceris me negligentē esse. {Eodem crimine} negligentiæ. Dicimus autem condemno te crimine & criminis. Salu. in Catil. Præter rerum capitalium condemnatis. vbi etiam notandum est præter iunctum cum ablatiuo. {Noles} non voles {Id} vt te negligētiæ accusem. {Aequum} ne me immerito accuses. {Sed de literis} quas quæreris à me intermissas. {Hactenus} sit dictū. {Nō vereor} non dubito. {Ne expleam te} ne tibi satisfaciā. {Scribendo} ad te sæpe. {Non aspernabere} non fastidies, non respues. {Studium meum} diligentiam scribendi. {In eo genere} literarum. {Ego} artificiose incipit hortari ipsum Curionem. {Tandiu} tanto tempore. fuerat .n. ferè duos annos in Asia. {Et doleo, & lætor} diuisio est. rem .n. à te se mouens vtranq; absoluit rōne subiecta, vt patet. {Doleo} ratio prioris partis. {Fructu} voluptate. {Cōsuetudinis} conuersationis. {Et lætor} absoluit secundam partē. {Quòd absens} à nobis remotus. {Omnia} laudem, & de te spem optimam. {Breue} facit docilem ne existimaretur futurus loquacior in principio. {Breue} breuis res, breue quiddā. {Quod} breue. {Præcipere tibi} te docere vel admonere. {Incredibilis} maximus, ꝙ uix possit credi. {Tāta} præceptum antecedēte ratione. {Expectatio} spes bona. {Animi tui} bene à natura instituti partibus honestis, hoc est prudentia,

HVASB.

Ad summū

Ad summā

Condemno te crimine & criminis

Præter iunctum cum ablatiuo.

Vel. Ingenium. Obsecro. Adolescentia. Iuuenta.

dentia,iustitia,fortitudine,& temperantia: quæ oia animi sunt. {Vel} vt diximus supra,vel pro & sæpe ponitur vt hic:nã vtrunque in eo esse vult. {Vel ingenij} ad omnia intelligenda. Est.n. ingenium vis quædam naturalis nobis insita ad intelligẽdum. {Obsecrare} per sacra rogare. {Obtestari} adiuuare,& plus est quàm obsecrare: vt patet hic & apud Horat.lib.1.epist. Quod te per genium,dextramq; deos,q; penates Obsecro,& obtestor vitæ me redde priori. {Nõ dubitem} immo audeam. {Redeas} ex Asia. {Confirmatus} dispositus,& bene institutus. {Tui} de te. {Sustinere} seruare. {Tueri} plus est q̃ sustinere,& significat defendere. {Et qm̃} rogat Cicero Curionẽ,vt meminerit quidquid fuerit assecutus se nũquam fuisse assecutum,nisi paruisset ei: cum puer esset sub præceptis & institutione Cic. {Quantæcunque} q̃ magnæ,vel etiam quot,nam quantus interdum pro quot legimus apud D.Ambrosium,raro tamen apud historiographos,melior tamen est prior sensus. {Accessiones} incremẽta. {Fortunæ} cõditionis. {Et dignitatis} amplitudinis. {Puer} tu cum esses puer. {Fidelissimis} fidei plenis. {Et amant.} Plenis amore.quæ duo,vt supra diximus,in omnibus consilijs esse debẽt. {Paruisses} assensus esses,& re ipsa fecisses. instituerat.n. eum Cic.vt rempub.ante omnia caram haberet,ac defenderet. {Quare} conclusio exhortationis. {In nos} erga nos, quorum consilijs es multa consecutus. {Ingrauescens} senescens. {Conquiescat} consolationem accipiat,& recreetur. {In adolescẽtia tua} & ingenij,& animi dotibus ornata. Adolescentia autem apud Cice.etiam pro iuuenta ponitur vbique. sed maxime id perspici potest in Catone maiore, vbi sic inquit. Quin adolescentia citius senectuti obrepit. & alibi, Atque senex meliore conditione est quàm adolescens, & multis alijs in locis. at iuuenta poeticum est.

PHIL.

QVANQVAM me} Appian.in Romana hist.diligentissimus,Cur.de quo nunc agimus,singulari eloquentia,graui consilio,& magno animo fuisse ostendit lib.2.de bello ciuili,& dissentientibus Cæsa.& Põp.cum senatu trib.pl.fuisse cõmemorat,& grauissimas ante bellũ ciuile tum Cæs.inimicitias habuisse.Exorto inde paucis post temporibus inter Cæs.& Pomp.bello ciuili,mutato consilio partes Cæsa.secutus est,& in Lybiam missus à Cæs.contra Varum,& Iubam imperator appellari voluit,& pugnãs apud Bragadam flumium haud longe ab Vtica interfectus est, & ipsi caput abscissum,& Iubæ delatũ. Hic est, de quo meminit Hieronymus his verbis,Curio promptus, & popularis orator Romæ habetur insignis,qui deinceps in Africa pudore amissi exercitus mori maluit,q̃ euadere. Et item Tranquil.in vita Cæs.hũc autem mira quadam necessitudine Cic.coniunctum fuisse,vel ex eorũ literis facilè possumus intueri. Is adhuc admodum adolescens quæsturam gerebat in Asia: & per literas conquestus est, quantum coniectura colligimus,Cic.nimis in scribendo negligentẽ esse,nihilq, ad eum literarum dare.tunc has ad eum literas scribendas putauit,quibus duo cõplectitur,in primis purgat obiecta,demonstrans se non esse in scribendo negligentem, inde ad curandam opinionem summæ virtutis de se concitatam, Curionem vehemẽter hortatur.

Quæstura; Quæstor.

Et qm̃,vt diximus,quæstores erãt in Asia: primo quid sit quæstura docebimus.A quærenda pecunia publica,maleficijsq; indagandis, quæstores dicti sunt. Duo primum inde plures,tam ex plebe,q̃ ex gente patricia constituti sunt.Horum autem triplex est genus, & qui publico ærario, quos ætate nostra camerarios,siue camerlengos vulgus appellat,& qui maleficijs,dandisq; iudicijs præsunt,quos maleficiorũ iudices hodie nuncupamus,& qui militiæ, seneschalchi exercitus vulgo nominantur. Est profecto antiquissima huius magistratus origo,adeo q multi à Romuli, & Numæ tẽporibus institutum existimẽt. Verũ ego ante Tullum Hostilium quæstores fuisse non inuenio,qui fuit tertius à Romulo Gerendorum præterea bonorum,dicendæq; in senatus snæ principium quæsturam fuisse comperio. {Quanquam me nomine negligentiæ suspectum tibi esse doleo} tametsi dolori mihi est, q in scribendo ad te ipsum,tu me suspicaris negligentem esse. Quanquam, & alijs eiusdem significantiæ dictionibus,vt tametsi, etsi cũ indicatiuo semper in principijs orationum: ita vti debemus,vt non modo Cic.sed alios omnes vsos fuisse conspicimus.

Etsi.

In rhetoricis.n.sic habet.Etsi negotijs familiaribus impediti vix satis otij studio suppeditare possumus.Et in officijs.Quanquàm te Marce fili annum,iam audientem Cratippum,idq; Athenis, abundare oportet.Et Teren.Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum est. Noli tñ existimes quin etiam in alijs verborum modis interdum possis has dictiones apponere. Nã principijs orationum exceptis,quæ sibi loca peculiariter asciscunt, cum alijs modis vti possumus,vt Plin.ad Cornelium Priscum: Dedit.n.mihi quantum maxime potuit: daturus amplius si potuisset.

Tametsi, Quamuis Licet. Nomen.

Tametsi,quid homini dari posset maius,q̃ gloria,laus,& æternitas? Eiusdem etiam significationis sunt, licet,& quãuis, sed non eiusdem naturæ,qm̃ in omnibus locis tam cum indicatiuo,q̃ cum subiunctiuo indifferenter cõiungi possunt. {Nomine} appellatione,q me negligentẽ appellas. Nomen alij quasi notamen per concisionem dicunt: nos græcum putamus ab eo dictum,quod illi [illegible] quod est tribuo,appellatum volũt. Nulla est.n.res cui non sit nomen aliquod attributum. Illumq; vere sapientem esse crediderunt, qui potuit rebus omnibus nomen ostendere. Omne autem,quod loquimur, nomen est, omnesq; partes orationis nomina appellari possunt, cum prima nominis significantia in rerum omnium appellatione versetur.

Prænomen, Cognomẽ, Agnomen.

Sunt & aliæ complures nominis species, inter quas prænomen: cognomen,& agnomen inuenimus,quæ sic inter se discrepãt: prænomen quod antefertur nomini,& id aut vna, aut duabus, aut tribus literis explicatur,vt P.Publius,duabus,vt Cn.Cneus,tribus,vt Sex.Sextus. Id quidem à Sabinis, & Romanis exortum esse percusso fœdere inter eos manifestum est. Sabini enim Romanorum nomina suis nominibus anteferre cœperunt,eodem modo Romani Sabinorum suis, vt maiori beneuolentia iungeretur. Cognomen maiorum est à sanguine vel familia deriuatum, vt Iulius à Iulio Ascanio, Cornelius à Corneliorum familia appellatus. Agnomen tribus modis accipitur, à Fortuna vt Africanus,à corpore,vt Crasso, ab animo,vt Pius Aeneas,& Tarquinius Superbus.

Tamen. Sed tamen, Attamen. Accuso, Incuso.

{Tamen} sensus est: non tñ moleste tuli,q tu me negligentiæ accusabas, quantum profecto lætatus sum,q dum me ita accusabas,meum scribẽdi ad te officium requirebas. Solent pleriq; post huiusmodi dictiones,quanquam, tametsi,quãuis,licet,etsi adiungere nihilominus pro tñ: barbare faciunt non latine: exiguunt.n.istæ dictiones, vt in oppositũ ipsarum locetur tñ. Interdum etiam sine illis apponimus tñ.& tunc,aut præ intelligimus quanquam,aut idem significat,quod verum & sed cum relatiuo cõiunctum: vt si sic dicas,Curio vir fuit eloquentissimus,cui tñ in eloquentia Cic.anteponas,quod est idem,si dixeris,vir fuit eloquentissimus Curio,sed cui Cice. anteferendum putas. Hæc duo,sed tñ,aut,at & tñ elegantia aliquantulum differunt: latinitate non differunt: & cum alterum eorum sufficeret,coniunguntur: vt, Nil mihi re scribas;attamẽ ipse veni. Et Cicero,Sed tñ dulcem,& optatum amorẽ tuum.& ab eo,quod antiqui dicebant tamen, idem dictum est & tãdem, & tamen. {Accusari} dicant,quod volunt alij,nos accusare dicimus tam in redarguendis.reprehendendisq; vitijs, q̃ in deferendis criminibus iudici,vel censori,alijsq; quibuscunq;. Incusare vero in redarguẽdis moribus adhibita quadam querela sine relatione ad iudices, & vtroq; sic ad omne genus indifferẽter vtimur. Terent. Quid me incusas Clitipho? Et idem,Quã ob caussam accuset,nescio. Virgilius, Talibus incusat. Incuso te iudici nõ dicimus,sed accuso te iudici.

A,ab, abs; Numma unde.

{Abs te} has tres ablatiuas prępositiones a,ab,abs, sic cum literis collocamus. Abs cum te,vt abs te: & abs Tullio accepimus. Aliqñ cum qui,vt Terent. Abs quiuis homine beneficium accipere gratũ est. ab vero cũ duabus liquidis,vt ab Romulo Romano nomẽ accepit, & ab legibus Numma appellatus.cũ omnibus præterea dictionibus incipientibus.à vocali,vt ab Olympo Olympiadas: dixerunt cum iota consono,vt ab Ioue principium. A vero cum cæteris iungitur: vt à Sublica pons,Sublicius dictus est.

Iocundum. Iucundum. Lætus. Tanquam.

{Iucuodum} nullam ponas differentiam, siue iocundum, siue iucundum dicas; nam o,& u, affinitate iunguntur sine discrimine, & quodcunq; volupeatem nobis atq; lętitiam affert, iocundum appellamus. Errant qui pro lętis iocundus vocant. Potest & Thersites, tristis,infelix,& stultus meo Tomæ iocundus esse,qñ ex eius infelicitate & insania capit volupeatem. {Tam,& quam} non tm̃ superlatiuis iungi possunt,vt Terent.q̃ minima spe si tuus erit,tã maxime patris partem in leges conficiet suas: quantum etiam comparatiuis,& positiuis,vt Virg. Tam magis illa tremẽs & tristibus effera flammis. Quàm magis effusæ crudescunt sanguine pugnæ. Positiuis vero hoc loco.

Specialiter, Præsertim, Præcipue, Culpa, Defectus.

{Præsertim} præcipue. Caue ne dicas specialiter pro præsertim, aliud est.n.specialiter,aliud pręsertim,& præcipue,& sic nunc ponitur: vt quod dictum est comprobet. {Accusabar} accusabatur.n.negligentiæ scribendi, at Cic.dicit se fuisse diligentissimum,& complures ad eum literas misisse: vnde merito se vacare culpa. Est autem culpa error: nec velim intelligas culpã pro defectu,in qua multi errãt. nam defectus à deficiendo appellatur,qñ deest, & deficit,vt deficiunt

libri ergo defectu librorum literis operam dare oon possum. Iuuen. Quod nil salit Arcadio iuueni culpa docẽtis. s. arguitur, ꝙ nesciuit ipsum docere, at neglexit: non autẽ defectus arguitur ꝙ defuerit. Nam præsto fuit, & non docuit. Tune defectus argueretur docentis qñ defuisset. {Vacarem} latinius, ac elegãtius, q̃ si dixisset culpa carerem. nõ. n. proprie dicimus, careo culpa, careo detrimẽto, tametsi Hor. dicat in epistolis, Stultitia caruisse, & Cic. Missinum præter culpam, ac peccatum, qua semper caruisti, & carebis. Est n. propriè carere quibus indigemus. Cic. in Tusc. quæstionibus, Satiatis vero, & expletis iucunduis est carere q̃ frui, q̃q̃ non caret is, qui non desiderat. Alias vacare qñ datiuo iungimus, significat operã dare, vt literis vacamus. Econtrario cum à præpositionem ablatiuo iungimus, vt à literis vacamus, cessare significat. {Interdum vacet} impersonaliter dicimus pro placere, aut tempus vacuum esse. Virg. Et vacet annales nostrorum audire laborum. {Desiderare} de re absenti, & futura, à sidere deductum. Vnde apud Liuiũ legimus. Desiderata sunt decem millia hominum. i. defuerũt. {Prætefers} demonstras. præmefero dicimus, prætefers, præsefert, & præseferunt. In primo vero ac secunda persona multitudinis, nũquam audiuimus, neq; legimus. {Perspectum} antea cognitum multis in rebus {Equidem} excusatioois initium. q̃ diligens fuerit in scribendo demonstrat, dicitq; neminem prætermisisse, quem ad Cur. iturum putaret, quin per eum literas perferẽdas curaret. Equidem apud Virg. nõ nisi cum prima persona iungitur, vt Equidem per litora certos Dimittam & Haud equidem tali me dignor honore. Apud alios auctores indifferenter legimus cum omni persona positum. Persius, Per me equidem sint oĩa protinus alba, & Cice. multis in locis idem facit {Neminem} in vtroq; genere vsi sint veteres. Terent. Vnum hoc scio neminem hic peperisse. Siquidem hanc distinctionem in fine clausulæ locare volemus, ornate dicemus. Cic. illo si veneris tãquam Vlysses cognosces tuorum neminem. {Prætermisi} prætermittere est negligentia, siue ignorantia officium suum non facere Cicero. Quod à Panætio prætermissum esse miror. Omittere est omnino relinquere. Terent. Omitte mulierẽ. & Horat Aut spem deponas, aut patrẽ illius omittas. Remittere, quasi suspendere est, & per aliquot tempora nõ exercere. Intermittere vero ex aliqua vocatione ab opere cessare, vt Cic. in Tusc. Retuli me Brute te hortante maxime ad ea studia, quæ retenta animo, remissa tẽporibus longo interuallo intermissa reuocari. {Cui literas non d.} qui fert literas in datiuo, ad quã perferuntur in accusatiuo eum ad præpositione ponimus. Crispus, Vulturno literas ad Catilinam dat. Et qui fert, reddit. Ad quẽ feruntur, accipit Scito etiã qui pro cui veteres scripsisse, & monosyllabum esse. Virg. Cui pater intactam dederat. Sed per diæresim duarũ syllabarum interdum apud poetas fieri, vt est illud, Ex ordine fulgens. Cui dat nomen Sinopes, quod carmẽ sodaticum est, ex duobus ionicis à maiore, & tribus trocheis Eodem modo huic: vt Statius, Falsus huie pennas, & cornua sumere terræ. {A te vero bis} purgatis obiectis transfert culpam, si qua culpa est, in Cur. Vero multis modis accipitur. Interdum cõsentientis aduerbiũ, alias confirmantis, aliqñ conuenit ironiæ: vt Virg. Egregiam vero laudẽ, & spolia ampla refertis. {Ad summ.} spectat ad numerum. multi tñ summum hic legunt nomen pro aduerbio, vt infandum, & toruum, vt Nauibus infandum amissis, & toruum tuentibus hirquis. Sed non placet, Dicimus. n. ad summum qñ ad numerũ referimus, vt hoc loco, & alibi pro Milone. Vnus aut ad summũ duo inimici sunt qui Milonis causam non probarent. Et ad L. Messenium, excepto vno, inquit, & ad summum altero Qñ vero ad summum dicimus, & io summa ad finem referimus alicuius prædictæ materiæ. Quintil. in corpore proiecto. In summa nõ recedo. & Iuuen. Ad summã non Maurus erat, nec Sarmata, nec Thrax, Qui sumpsit pennas, medijs se natus Athenis. {Etenim}. i. nam est. n. causalis couiunctio. {Perbreues} valde breues. Maiorem tñ vim habet in compositione præ q̃ per: nec cum omnibus vocalibus indifferenter cõiungi possunt. Nam præ quædam aspernantur, quædam amãt, & econtrario per, vt præpotens, præcelsus, prælatus. non enim perpotens percelsus, perlatus dices. Item periucundus, pergratus, perpulcher, perbreues dicimus: præ autem ista non admittunt. {Accepi} accipere literas dicimus: recipere literas non dicimus, si Tullium volumus imitari At Plinius Nepos recipere literas dicit frequẽtissime. {Quare} veriusq; partis querelarum conclusio. {Iniquus iudex} vt me scribendo oegligentem existimes. {Eodem crimine} eadem suspicione negligentiæ. Nam nunc crimen pro suspicione ponitur: vt Virg. Formidine crimẽ acervat. & Semperq; odijs & crimine Drance infensus iuueni. {In me} vt, Quid meus Aeneas in te committere tñ: est. n. in tam in appositione q̃ in compositione dictio mesa: vt amor in te meus, hoc est erga te, & si iniquus in me iudex, hoc est cõtra me. in compositione vero nunc intentionem habet. vt Terent. Quia me immntatum videt & incuruum senem. nunc diminutionem, vt iniquum, non ęquum, insanum, non sanum: quod pro valde sanum, & magnum interdum accipimus, vt Persius, Insani dicta Catonis. {Sin me id facere noles} vt te negligentẽ dicam. {Aequum} appellando me in scribendo negligentẽ. Sin nunquam ponimus nisi præcesserit si, vt Terent. Si illum relinquo, eius vitæ timeo: sin opitulor, huius mioas. Nec aliter differunt si & sin quã præcedentia. Errant, qui dicunt sin pro si non. {Sed de literis hactenus} non modo poetis, sed oratoribus interdum dimittere verbum concessum est: quod pluribus in locis Cic. factitauit, vt de his alias pluribus, & nunc, de literis hactenus, & ibi, hic cine est ille, qui vrbem, & quem senatus. Duobus vero modis accipit sed, aut discretiue, vt non modo doctus, sed apprime eruditus, & inceptiue, vt, Terent. Sed Pamphilum video, pro atq;. {Hactenus} ex hac & tenus, quod significat finẽ, dictum est. quam dictionẽ diuidit plerunq; timesis, vt Virg. Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta. quod prosa oratio non admittit. {Non. n. vereor} tres plerunq; negationes idem significant quod duæ: quod sæpissime Cic. facere cõsueuit. Huius verbi natura est tam cũ negatione, q̃ sine negatione idẽ efficere, vt vereor ne illũ pater imprudentem opprimat: &, vereor, illũ, &c. Eiusdem naturæ sunt timęo & metuo, quæ verba differunt à veteri, hoc. n. filiorum, illa vero seruorũ esse dicimus. {Expleam} reddam, satisfaciam. loquendi modus per translationem, & differt à satiari. Hoc ad immodestia, illud ad modestiam pertinet. Cic. quæq; expleri, ac satiari nullo modo possunt. {Eo genere} officio scribendi. {Nõ aspernabere, contẽoes, aut respues. {Studium} in scribendo diligentiã. {Ego te absuisse} aggreditur secundam partem, quam diximus, & artificiosa exhortatiooe est vsus, & primo colligit ab eo beneuolentiã: quod tametsi exordium sit, possumus tñ per totũ corpus orationis seruare. {Tandiu} natu per duos propemodum annos fuit in Asia. {Et doleo, & lætor} διλήμμα quod Cic. diuisionem appellat, & sic diffinit. Diuisio est quæ rem semouẽs à re vtranq; absoluit ratione subiecta. & est sensus. Tũ doleo ꝙ frui cõsuetudine tua nõ potui, tum gaudeo, ꝙ absens multũ nominis & gloriæ consecutus es, & in re tua votis meis fortuna satisfecit. {Absuisse} b. nõ mutatur in f. dñię causa, ne à verbo adsum deduci videatur. {Cõsuetudinis} pro cõuersatione. Sed tu ne dicas cõuersationẽ hoc nomen apud Cic. nõ memini me legisse, licet alij vtantur. {Et lætor} secunda pars διλήμματος. Lætamur vultu, gaudemus aio. {Omnia} puta laudẽ, & gloriã, & spem, apud oẽs de te maximã. {Rñdet} assentitur, satisfacit. Virg. Dictis rñdet cætera matris, Sed rñdere proprie est priorẽ alloqui, dictũ sanè quasi spõdere i. verba fundere. {Breue est} hortatur vt quam de se apud Romanos opinionem concitarat, eam non modo sustinere, sed tueris, atq; defendere conaretur. & vno verbo docilẽ facit, cũ ait. {Breue est} breuis res. {Præcipere} tanq̃ ipsius admonere, & docere. {Amor} ad res oẽs referri põt, Charitas duntaxat ad homines, à χάρις, quod est gratia. {Incredibilis} adeo magnus, vt vix credi possit. {Expectatio est} quasi, vt ita loquar, reputatio, & bona spes. Et animaduertendũ mistã esse rõnem cũ præcepto: {Animi} ad intelligentiam. Nam animus est proprie quo sapimus, atq; intelligimus, quo virtus, quo ferat error. {Ingenij} ad naturæ subtilitatẽ, & pro natura ingenium dicimus, verunq; Græci φύσιν appellant. {Obs.} plus est obtestari q̃ obsecrare. Sed obsecrare, maiorem vim habet, q̃ rogare, aut orare, & oratio semper debet augeri. Obtestamur vero quẽpiã, cũ adiuramus eũ, quem rogamus. {Reuertare} ex prouincia redear. {Cõfirmatus} virtute institutus. {Tui} de te ipso. {Cõcitasti} cõmouisti. {Sustinere} à sursum & teneo: cõseruare. {Et qm} hoc est qm quo ad vixero tua beneficia recordabor. Qm & quia vt plurimũ tenent primũ locũ in oratione, nisi postponantur interiectionibus, siue aduerbijs, & cõiunctionibus. {Quantæcunq;} ad magnitudinẽ potius, quã ad numerum refertur. {Memoriam} quæ est, vt ait Cice. firma animi rerum, & verborũ, & dispositionis perceptio. {Te rogo} vt tu etiam, meorum in te officiorum memineris, ac si tecum cogites, istas te non potuisse habere, fortunam, dignitates, & gloriam, nisi tu meis, cum puer esses, consilijs paruisses, & meam fuisses doctrinam secutus. Ex quo intelligimus Corionem Ciceronis fuisse discipulum. {Accessiones} incrementa, & amplificationis. differt. n. accessio ab accessu, nam accessus est in aliquem

Careo Culpa. Vacare. Desidero. Præmefero Equidem Nemo. Prætermitto. Omitto, Remitto, Intermitto. Qui pro cui. Huic Vero. Ad summũ Infandum Toruum. Ad summã In summa. Etenim. Præ per.

In. Sin Si. Sed. Hactenus. Vereor, Dubito, Metuo, Timeo. Expleo. Satio. Diuisio. Cõsuetudo Conuersatio. Lætor. Amor, Caritas. Expectatio Animus. Ingenium Obsecro. Sustineo Memoria. Accessio. Accessus,

aliquē locū præfectio: Accessio aūt est amplificatio, & incremē tum quarumcunq; rerū. Hæc aūt duplici sigñantia verbi colliguntur à quo descendunt, quod est accedo. Id.n.interdū sigñat adire & appropinquare: vt Teren. Accede ad hūc ignē, iam cale sces plus satis. vnde accessus. Interdū vero crescere, & adiūgere: vt Aedilitati tuę accessit dictatura, hoc est adiuncta est & increuit. vnde accessio.

Fortuna.

§Fortunæ§ felicitatis, & ample cōditionis, vnde fortunas numero multitudinis diuitias nūcupamus. §Dignitatis§ status §Puer§ A teneris annis, hoc etiā noie filiū Græco more appellamus, vt Virg. tuq; puerque tuus. Græci dicunt παῖς, vt Hom. ἀνδρὸς ἐϋθνητοῦ παῖς ἔμμεναι ἀλλοδαποῖο. §Olim§

Olim.

præteriti t pis, vt Terēt. Aliū nunc cēses, esse me, atq; olim cum dabā. alias futuri: vt, Hunc tu olim cœlo spolijs oriētis onustū Accipies. aliqñ p̄ntis: vt, Tumidis quod fluctibus olim Tūditur. §Cōsilijs§ Hæc sunt hoiūm oīa, consiliū, factum, successus. cōsiliū, animi est factū corporis, successus fortunæ. Cōsiliū vero plenū debet esse fide, & amore. Ideo adiunxit. §Fidelissimis, atque amantissimis paruisses§ obeduisses, & executioni mandasses.

Quare, Quapropter, Quamobrem. Ergo, Igitur,

§Quare§ quapropter, quāobrē, in maioribus, sanè cōclusionib. ergo & igit in minoribus vt solemus. §Hoc aio§ hoc est dispositus erga nos qui bona tibi cōsilia dedimus. §Ingrauescēs§ cōsenescēs. §Adolescēs§ ab adolesco, qđ est cresco, appellata. In nulla.n. ætate ita crescūt corpora, vt in adolescētia, quæ etiā pro iuuenta ponitur, cū ætas apud antiquos tripertita fuerit, in pueritiā, adolescētiā, & senectutē. Hinc ait Cic. in Cat. maiore. Quia adolescentia citius senectuti obrepit, q̃ adolescentia pueritiæ.

ASCEN.

Q Vanquam me noie negligētiæ &c.§ Hæc epistola prima secundi huius libri, & multæ aliæ scribitur ad Curionē adolescētem magnæ spei, nā ad eloquētiam videbatur natus, & patrē atq; auum oratores præclaros æquaturus, quē tñ vernali lingua Lucanus cecinit. ꝙ cum in tribunatu, quē gessit in principio dissensionis Cęsaris, & Pompeij à senatu, grauis esset Cęs. oppugnator, postea in principio belli ciuilis, quod cōtra Pōp. suscepit, grandi pecunia corruptus, eiusdem factus est defensor. sęua quidem mercede, nā in Africa ad Bragadā contra Varū, & Iubā tanquā imperator pugnans pro Cęsare, cecidit, eiusq; caput ad Iubā allatum est. Nunc autē ad eum scribit Cic. cū adhuc quæsturā in Asia gereret longe ante bellum ciuile, respōdens epistolæ, quæ tarditatis arguerat, significansq; illā accusationem sibi non molestā, eo ꝙ ex amore sit profecta, tametsi immeritā. Deinde ad virtutē cohortatur. Ordo est. Quanquā.i. tametsi ò Curio ego doleo me esse suspectū tibi, noie.a. ratione, aut prætextu negligentiæ, quia non scripserim ad te, tñ non tam.i. non tantopere molestū fuit mihi, officium meum accusari.i. culpari noie negligentię abs te, q̃.i. quātū, aut quāto periucundū fuit sup. officium meum requiri.i. exigi abs te, pręsertim ꝙ vacarem.i. vacuus essem, culpa sup. eius aut in eo, quo accusabar. Autē.i. sed, in quo.i. in eo, ꝙ sigñas te desiderare literas meas, prætefers.i. indicijs manifestis ostendis, amorē tuum sup. in me, quidē.i. certe perspectū.i. agnitū mihi, sed tñ.i. nihilominus, dulcē & optatum. Equidē.i. certe, aut ego quidē.i. certe neminē prætermisi, quidem.i. ne mentiar, dico neminē quem putarē peruētūrū ad te. cui nō dederim literas. Etenim.i. nā certe, quis est tā impiger.i. diligens in scribendo, q̃.i. quantū ego sup. sum. q.d. nemo. aut per q̃ rarus. Vero.i. sed ego accepi sup. literas à te bis, ve, pro vel, ter ad summam.i. vt plurimum, & eas perbreues.i. valde breues. Quare.i. quāobrē.i. si tu es iniquus iudex in me, condemnando. s. me tarditatis, ego condemnabo te eodē crimine: sin.i. sed si, tu noles me id facere.i. te condemnare, tu debebis prębere mihi te æquū. s. iudicē. Sed hactenus sup. scripsi de literis, q.d. cōfidenter. Nō.n. vereor ne non.i. vt nō expleam.i. satiē te scribendo. Notū est cū verbis timendi, & verēdi idē efficere affirmationē & negationē, vt vereor ne facias, & vt facias, caue facias, caue ne facias, caue vt facias idem sunt & hic, vereor ne non & non, idem sibi volunt, præsertim si non aspernabere studium.i. diligens obsequiū meum, in eo genere. s. scribēdi amico. Ego, &.i. simul, doleo te abfuisse tandiu à nobis, ꝙ.i. quia, carui fructu.i. voluptate, iucundissime cōsuetudinis.i. conuersationis tecū, &.i. simul, lętor, ꝙ tu absens cōsecutus es oia. s. expectanda cū maxima dignitate, quodq́;.i. & ꝙ fortuna respōdet meis optatis.i. votis, in omnibus rebus tuis. Breue est quod incredibilis amor meus in te, cogit me præcipere tibi. Tāta expectatio est vel animi.i. voluntatis, vel ingenij tui.i. intellectus & industrię tuę, vt ego nō dubitē obsecrare.i. per sacra, vt pote per amicitiā rogare, & obtestari.i. fidē deorū, & tuā obtestando postulare, sup. vt reuertare.i. reuertaris ad nos cōfirmatus sic, vt possis sustinere.i. exhibere, & tueri.i. protegere, hāc expectationem tui, quē excitasti.i. vt tātus redeas, quantū re redìturum indoles tua, & cœpta studia pollicentur. Et qm̄ nulla obliuio delebit unquā memoriā tuorum meritorū erga me, rogo te, vt memineris quantæcunq; accessiones.i. quantacunque incremēta & fortunæ, & dignitatis fient tibi, te nō potuisse consequi eas. s. accessiones, nisi tu puer.i. cū esses adhuc puer, paruisses.i. obeduisses olim, cōsilijs meis fidelissimis atque amantissimis.i. ob amorem tui datis. Quare tu debebis esse in.i. erga nos hoc.i. hmōi animo, vt ætas nostra iā ingrauescēs cōquiescat in amore, atq; adolescentia tua. Nihil.n. iucundius est senibus, ad videre adolescentes, qui optime volunt virtuti incumbere.

GIBERTI LONGOLLI LEMMA.

Consolatoria est epistola. deinde dissuasio, vt sumptus inutiles in funere patris non faciat: nam in funere parentis ludos edere populo decreuerat Curio, &, vt Cicero, se absente, denuntiaret, mandaret.

CICERO S D. CVRIONI. 2

G RAVI teste priuatus sum amoris summi erga te mei, patre tuo, clarissimo uiro: qui cum suis laudibus, tum uero te filio superasset omnium fortunam, si ei contigisset, ut te ante uideret, quàm à uita° discederet. sed spero nostram amicitiam nō egere testibus. tibi patrimonium dij fortunēt. me certe habebis, cui carus æque sis, & periucundus, ac fuisti patri. Vale.

decederes

HVBER.

G Raui teste§ Curio ante reditū suum ex Asia in Italiā amiserat patrē suum Romæ qui optime nosset, quantum Cic. amaret filium suū. Itaq; dolet Cic. in hac epistola eius testimonium amoris sui erga Curionem sibi ereptum: callide tñ confirmat sibi Curionis amicitiā, dicens se sperare eam non egere testibus, cum iam debeat esse confirmatissima. Postremo pollicetur se fore Curioni loco patris. §Graui§ fide pleno, magna auctoritate & existimatione. §Teste amoris mei§ qui optime sciret meum in te amorē, & de eo testis esse posset. §Clarissimo§ multis præclaris rebus gestis spectatissimo. §Cum§.i. & sed vt diximus minus sigñat q̃ tum. §Suis laudibus§ propter laudes, quas sibi merito cōparauit. §Tum vero§ Et maxime. §Te filio propter te filiū. s. talem tantæ expectationis. §Superasset oium fortunā§.i. oium fortunatissimus, & felicissimus fuisset. §Fortunam§ bonā, hoc est felicitatum. nam interdum & mala intelligitur pro loco, vt apud Virg. t. Aen. Nūc eadē fortuna uiros tot casibus actos insequitur. Itē in 6. Quæ forma uiros, fortuna' ue mersit. §Si ei§ patri tuo. §Contigisset§ euenisset, quasi res felix & optata. Cōtingunt.n. optata.i. si hoc munus, & vt ita dicam, hanc gratiā à Deo obtinuisset. §Vt ante§ felicitatis.n. existimatur aut mori inter nostros, aut saltem eos, qui sunt nobis carissimi, posse ante mortem nostram uidere. Vnde quæritur Ariadane apud Ouid.

Cum, Tum,

Fortunam,

Contingunt optata.

Ergo ego nec matris lacrymas moritura videbo,
Nec mea, qui digitis lumina condat, erit?

Patrimonium. Carus Iucundus.

§Testibus§ Quia satis puto eam tibi perspectam egent.n. testibus quæ sunt dubia & obscura. §Tibi§ optanti felicitatem. §Patrimoniū§ rem a patre relictā. §Fortunent§ Secundent. §Cui§ mihi. §Aeque§ tam. §Ac§ quàm. §Carus, & iucundus§ cari dñr, quos in pretio habemus, vt pote q aliqua necessitudine nobis sunt coniuncti, vt filij, parentes, fratres. Iucundi, qui aut uirtutibus aut morum suauitate nobis sunt voluptati. & qm̄ aliquis potest esse carus, nō iucūdus, ideo solent hæc duo iungi: vt apud Iuuen. Iucundum, & carum sterilis facit vxor amicum. Et multis in locis apud Cic. & præcipue ostendit lib. t. de Fin. bonorum, & malorum his verbis: Nam diligi, & carum esse iucundum est.i. est voluptati. nam eo in loco de voluptate loquitur.

PHIL.

G Raui teste§ aliud scribēdi genus est epistolarum, aliud orationum publicarum & forensium. In his enim vt negotia, veniunt, ita etiam aut sine arte, aut cum artificio exponuntur in orationibus autem semper vti artificio solemus. reddit hic eum de morte patris certiorem, cuius obitu se dolere ostendit, ꝙ grauissimum testē amiserat amoris quo ipsum Curionem complectabatur. Verum se sperare commemorat, suam in eum amicitiā tantam esse, vt nullis egere testibus videatur, & se illum loco filij habiturum pollicetur. Patri vero etiam nomen erat Curioni. Fuit & alius eodem nomine appellatus, eademq; disciplina insignis, eadem & familia &

domo

domo oriundus.{Graui}seuero,& magno, cui maxima erat fides adhibēda.{Sum}inquit, ego priuatus à Curio patre tuo viro clarissimo,qui testis erat amoris summi erga te mei : obiuit .n.mortis diē.

Testimoniorum duo genera.

Testimoniorū vero duo sunt gnā,manifestum,& cæcum.Manifestū est,cum certos testes & præsentes habemus. Cæcū vero cum multitudinē,aut ciuitatē nō ignorare dicimus vt Cic.pro lege Manil.Testis est tota Sicilia In cæco etiā iusiurandum,tabulæ & absentes personæ adhibentur.{Clarissimo} rebus gestis & eloquentia illustrissimo.

Cum, Tum,

Cum & tum,ita ponuntur:vt cum præcedat,tum sequatur:& cū aliquid generale, tum aliquid speciale cōplectatur , & plus significat tum,q̄ cū. Adde ꝙ exigunt vt semper indicatiuo iungantur nisi ambæ sub eodē verbo claudantur,vt nunc videmus. Et Quint.Quod cum omnibus confitendum est, tū nobis præcipue, qui ratione dicēdi à bono viro non separamus.

Laudatio Laus Cōtingunt bona, Accidunt mala.

{Suis} proprijs, vt sunt hic etiā sua præmia laudi.Laudatio est oratio,quæ alicuius laudem amplectitur:ita laus contiuetur,laudatio cōtinet. {Te filio} cum suo pondere dixit te,hoc est tali tantaque virtute prædito.{Fortunam}felicitatem.{Cōtegisset}contingunt bona & optata,accidunt mala & insperata , sed ista apud auctores confunduntur. {Ante videret}mori.n.inter suos fortunatū putant & mortem minus grauem.Hinc Aeneas,O terq; quaterq; beati,Queis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis Cōtigit oppetere. Et Ariadne· Nec matris,inquit,lacrymas moritura videbo , Hæc mea qui digitis lumina condat , erit .

Ante post Discedo Migro

Ante & post habent uim quandā cōparatiui tam in sensu,q̄ in constructione. {A vita discederet}moreretur.In eadem signatione migrare,decedere,excedere dicimus , sed necesse est addamus appositum ex vita, vt Cic.antequam ex hac vita migro.sine apposito non satis intelligam migrare pro mori.Sic excedere cum apposito dicendum vt idem Cic. Meditatione adeundi sui muneris excessit è vita.

Decedo.

Decedere vero sine appositione vitæ , pro mori ēt sumemus,vt decessit,hoc est mortuus est.{Spero} idē est, quod credo Mart. Spero me assecutum esse tale temperamentū.Et Quint.Innocentiam puellæ satis, vt spero,defendimus. {Testibus} illa dnr testibus egere, quæ sunt ambigua , sed amicitia nostra non est ambigua.

Patrimonium. Matrimonium. Certe.

{Patrimonium} quod possidemus a patre relictum , non tn̄ matrimoniū pro eo quod est à matre relictum , sed pro maritali teda dicimus.{Dij}quasi optantis est.{Fortunent}secundent.{Certe}affirmantis est,vt alibi Cic. certe contra Cæsarem ingressus est armatus . {Aeque ac} hoc est sic vt,vel tam & q̄ : eodem modo ęque & atq;,vt Brutus ad Cic. Hoc ego ad meum officium priuatarum reum æque atq; vllam aliam rem pertinere abitror.& Teren.Aeque miser atq; ego.

Aeq; atq; Carus, Caritas

{Carus}gratia & amore coniunctus,vnde caritas,& aspiratur.At pro penuria caritas,& carus sine aspiratione à carendo appellantur.quo verbo Terent.etiam est usus: vt,Tum annona cara est.Consuetudo tamen usurpauit , vt sine aspiratione earum pro gratum etiam scribamus sicut cetera multa,vt fama, fuga. & quoniam unum ex his sine altero esse non potest , ideo recte iunguntur,

Iucundus

vt Iuuen.Iucundum & carum sterilis facit vxor amicum ,

ASCEN.

GRaui teste &c. } significat sibi dolori esse mortē patris Curionis oratorijs clarissimi,& viri grauissimi. Ordo est .Ego, inquit Cic. priuatus sum graui teste summi amoris mei.i.de summo amore meo erga te , videlicet patre tuo viro clarissimo , qui.s.pater tuus conscius amoris in te mei , & ita optimus testis cum sup. sperauit fortunam omnium, laudibus suis.i.sibi proprijs, tū vero superasset te filio.i. eo ꝙ habuisset te filium , si contigisset.i. cum difficultate quadam datum fuisset ei a dijs aut fatis. vt videret te.s.reuersum è prouincia,nam aliter sæpe & diu viderat, anteqam discederet è vita. Sed spero amicitiam nostram non egere testibus.Dij fortunent.i.secundent , & prosperum faciant tibi patrimonium.i. quod de relictum est,à patre,tu certe habebis me , cui sis æquę carus,& per iucundus,ac.i.sicut fuisti patri .

CICERO S. D. CVRIONI. 3

Omnes legerunt, Nempe. sed perperam.

RVPAE studium non defuit declarandorum munerum tuo nomine : sed nec mihi placuit,nec quicquā tuorum, quidquam te absente fieri, quod tibi ; cum uenisses, non esset integrum.meam quidem sententiam aut scribā ad te postea pluribus aut,ne ad eam meditere,imperatū te offendam,coramq; contra istā tuam rationem,meam dicam:ut aut te in meam sententiā adducam ; aut certe testatum apud animū tuum relinquā, quid senserim:ut , si quando, quod nolim , displicere tibi tuum cōsilium cœperit,possis meum recordari.Breui tamen sic habeto,in eum statū temporum tuū reditum incidere,ut ijs bonis,quæ tibi natura,studio, fortuna data sunt,facilius omnia, quæ sunt in rep.amplissima,cōsequi possis,quàm muneribus : quorū neq facultatē quisquam admiratur;(est.n copiarū,non uirtutis)neq; quisquam est,quin satietate iam defessus sit.Sed aliter,atq; ostenderam , facio , qui ingrediar ad explicandam rationem sententiæ meæ . quare omnem hanc disputationem in aduentum tuum differo . Summa scito in expectatione te esse , eaq; à te expectari,quæ à summa uirtute,summoq; ingenio expectanda sunt. ad quæ si es,ut debes,paratus, quod ita esse confido : plurimis , maximisq; muneribus, & nos amicos , & ciues tuos uniuersos , & rempu.afficies illud profecto cognosces , mihi te neque cariorem, neque iucundiorem esse quenquam . Vale.

HVBER.

NEmpe}audito nuntio de obitu paterno Curio,ut eum meritis honoribus prosequeretur , instituit ludos gladiatorios edere P.R.vt hac liberalitate P.R.fauorem, & gratiam sibi conciliaret , qm̄ in funeribus clarorum virorum spectacula edi solebant , & in primis ludi circenses & gladiatorij . Sed cū abesset ipse Curio, id negotiū dederat Cic. & quibusdam alijs amicis , vt populo denuntiarent ea munera nomine Cur.quæ esset editurus,cum uenisset.quod se diligenter fecisse rescribit Cic. sed tn̄ non placuisse sibi, vt ipse Curio ante aduentum suum amicis declarasset se facturum eos ludos maluisset.n.eum reseruare hanc declarationem usq; ad aduentum suum,vt cum uenisset,fuisset in eius potestate, an vellet facere nec ne.& huius snīæ sinę rationem dicit se scripturum pluribus. Ad aduentum eius reseruaturum vt ei coram eam exponat. & tn̄ ei dicit fuisse melius facturum , si alia ratione fauorē populi sibi conciliandum putasset. Postremo ostendit quātum onus sustineat satisfaciendi expectationi hominum , quæ de eo est maxima:cui si satisfecerit,dicit illud fore munus & maximum & gratissimū,& ipsi Cic.& ciuibus suis, & vniuersæ reip. {Nempe}legendum est nempe.s.non nuper & certe. {Studiū} non placet vt hic pro voluntate proponatur,sed pro diligentia quia non dicit se voluisse hoc fieri,sed tamen diligenter fecisse.

Nempe Studium.

{Declarandorum}denuntiandorum P.R.{Tuo nomine} tuis verbis.{Munerum}ludorū, quæ esset editurus in funere paterno,cum primum ad vrbem uenisses, nec intelligamus ea dona fuisse,quæ ciuibus distribui suo nomine iussisset Curio,quia nō dixisset declarandorum.neque.n.declarantur dona priusquam dentur . Deinde ostendit contrarium locus sequens cum dixit, nec quisquam est, quin iam satietate defessus sit:neq;.n.fatigatio aut satietas donorum quenquam capit.{Sed nec}quanquā dicit se diligēter declarasse populo ꝙ Curio esset editurus hæc munera : tamen dicit, nec sibi nec cuiquam ex propinquis aut amicis Cur.placuisse hoc, vt aliquid fieret in eius absentia, qđ postea nō esset in eius potestate cum venisset. {Te absente}ab vrbe.{Fieri} à nobis in declaratione horum munerorū.{Integrum}in tua potestate,vt posses tuo arbitrio commutare.nam quod semel declarauimus non esse facturos,non est nobis integrum. hoc est,non est in potestate non facere , quia turpe omnino est viro claro id non præstare,quod semel promisit. {Cū venisses} Romā. {Equidem} dicit se postea scripturum snīam suam, quare non placuerit ei hæc munera declarari populo ante aduentum eius.{Quid sent.}quæ sit snīa mea.{Postea} alio tempore,non nunc.{Pluribus}subaudi verbis. {Aut, ne}.i reseruabo aduentum tuum, ne interea mediteris aliquā obiectionem ad ea,quæ dicam.{Ad ea}contra ea,quæ à me dicēda sunt. {Meditere}cogites,præpares.{Offendam}inueniam. {Imparatum}improuisum,non imparatum,imprę meditatum.{Coram}non literis, sed verbis. {Istam}.i. tuam. {Adducam te in sententiam}.i.persuadebo tibi, quod sentio, traham te in opinionem meam.

Testatum passiue.

{Testatum}apertum,declaratū:&,vt diximus, habet significationem passiuam.{Vt,si quando}quia occurrebat eum posse respondere,ad quid adduces me in snīam tuam postquā res acta est,neq; amplius mihi integra.Ideo dicit Cic. vt saltem si tuum consiliū cœperit tibi aliquādo displicere,possis recordari

fis recordari meũ conſiliũ.{ Si quando }a liquãdo. { Tunm conſilium }de declarandis muneribus.{ Meum }quod tibi olim dederam,antequã declatarentur. Debemus.n. intelligere Cic. cõſuluiſſe ante Curioni,ne ederet hæc munera,neq; etiã declararet ante aduentum ſuũ, etiã ſi vellet edere.ſed Curione ita iubente Cic.diligenter declaraſſe,cũ tñ ei hoc,vt ipſe dicit,nõ placuiſſet. { Recordari } io memoriã reducere,quo poteris cognoſcere me tibi fideliter & amanter conſuluiſſe. { Quod nolim } qnod vtinam ita nõ ſit,vt tibi diſplicere incipiat conſiliũ tuum. & eſt parẽtheſis.{Breui}abſolute ponitur.i.paucis verbis. {Sic habeto}ſic exiſtimatio.{ Tuũ reditũ }ex Aſia. { Incidere } deuenire.{ Incurrere in eũ ſtatum }.i.in talem ſtatum & conditionẽ

Bonum triplex.

temporum.{ Ijs bonis }ijs muneribus . {A natura } triplicia.n. bona philoſophi eſſe volunt,animi,corporis,& fortunæ. A natura quæ bona animi & corporis ferre ſolet. Animi bona ſunt iuſtitia,prudentia,fortitudo,& tẽperantia,quæ quidem à natura originem hñt,vt voluit Cic.lib.1. Off. bona corporis,vires, dignitas,ſiue pulchritudo,agilitas,facundia, & ſimilia,quæ oĩa abunde erant in Curione.{ [?] ſtudio }diligentia,vt eſt eloquẽtia, cognitio liberalium diſtiplinarũ,quæ ſtudio cõparantur. {Fortuna} fortunæ bona,quæ & externa dñr,ſunt honores, diuitiæ, clientelæ,amicitiæ,affinitates,& ſimilia,quibus abundabat Curio.quibus omnibus rebus dicit Cic. eum potuiſſe facilius conſequi oĩa, quæ erant ampliſſima in rep. q̃ illis muneribus quæ erat exhibiturus, quorũ ſatietas iã multos ceperat, quia à multis quotidie edebantur.{ Muner.} ludis.{Facultatẽ}poſſibilitatem.{ Nemn admiratur} Nemo laudat, aut exiſtimat laudabi-

Copiæ.

lem.Eſt.n.facultas munerum.{Copiarũ}diuitiarum,ſignificat & exercitum in plurali.{ Non virtutis }h.d.facultas ludorũ publice eſt diuitiſ,non virorum bonorum, qui alia ratione amo-

Quin.

rem populi ſibi parare ſtudent.{ Quin }qui non.{ Defeſſus }faſtiditus.{ Satietate }tædio,quia quotidie non deerant ludi . Sed aliter oſtendit ea ſibi excidiſſe,quæ ſupra dixit de ſnĩa ſua.{ Aliter }contra.{ Atque }.i.q̃. { Oſtenderã }propoſuerã,quia dixerã me poſtea ſcriptutũ pluribus quid ſentirẽ,aut dicturum ceram cum veniſſes.{ Ingrediar }incipio,procedo.{ Explicanda }declarandã.{ Omnẽ }totam.{ Diſputationem }de ratione ſnĩæ meæ. { Differo }reſeruo,prorogo.{ Expectationẽ }vt etiã dixit in fine primæ epiſ.ad eum ſcriptæ.{ Expectari }ſcito.{ A ſumma u. }.i. ab hoie ſummæ virtutis.{ Sũmo ingenio }ab hoie ſummi ingenij,qualẽ oẽs te exiſtimant.{ Ad quæ }quæ à te expectãtur.{ Paratus }diſpoſitus,inſtructus,vt ea præſtare poſſis.{ Quod }te eſſe paratũ.{ Cõfido }certiſſimus ſum. { Plurimis muoeribus }.i. æſtimabimus nos plurima maximaq; munera à te accepiſſe,& multo plura & maiora q̃ ſint iſta quæ es editurus,ſi ſatisfeceris expectationi,quæ de te ſumma eſt.{ Ciues vn. }oẽs uſq; ad unũ.

PHIL.

NEmpe }agitur de muneribus Curionis per Cic. & ceteros eius amicos declarandis P.R.quæ in honorem funebrem patris ſui Curio celebranda decreuerat , poſtquam de eius morte ſibi renuntiatũ fuit:hoc.n.cum ipſe non adeſſet,Cic.negotium dedit,& quibuſdã alijs familiaribus ſuis.At Cic.ſuã de his ſnĩam omnino nõ oſtendit,ſed oẽm de ipſis diſputationem in reditum Cur.differre commemorat. In calce vero literarũ adiungit,maximo teneri deſiderio P.R. Curionis aduentus,vt eius opera & auſpicio reſp. defendatur . Hoc ad argumentũ.Sed quænam munera fuerint illa.eſt hominum diuerſa ſnĩa . Nos autem ita ſentimus.Mortuo Curione, quem huius Curionis patrem fuiſſe diximus,quadã coniectura colligimus,vt filius tanti nominis adoleſcẽs decreuiſſet,vt meriti honores paternis manibus præſtarentur.Et qm̃,vt ſcimus, aberat in Aſia tunc quæſtor, ad Cic.literas dedit,vt huiuſmodi futura munera P.R.declaranda curaret,quæ funebres ludos fuiſſe dicimus,& maxime gladiatores atq; circenſes,ſed funerũ pompa,vt varia,ita etiam maxima apud antiquos fuit. Placet autem quoſdã exequiarum modos recenſere, nec erit ab inſtituto noſtro alienum. Eſſedones defunctorum funera cantibus proſequebantur,oſſaq; capitum argento,gemmis, & auro cælata in poculorũ vſum tenere dicebantur. Adde,q,vt ait Herod.

De modis exequiarũ apud antiquos.

eorum cadaueribus veſcabãtur immiſſis pecudũ carnibus:Aſſyrij non prius condebant ſepulcro corpora quàm laniarentur à feris: Parthi vero parentes extinctos feris, & alitibus deuorandos abijciebant . Inde oſſa carnibus exuta ſepeliebatur. Aegyptij mortuos ſuos aromatibus cõditos domi cõſeruabant. Perſæ,vt corpora quamplurimum durarent , cera circunlita reponebant. Plebs hyrcana publicos alebat canes : optimates vero domeſticos , ſic quiſq; pro ſua facultate nobiles parabat canes, à quibus laceraretur. Quotieſcunq; etiam aut reges aut principes moriebantur , vna cũ ipſis ad eorũ pompas dilecti equi aut ſerui,& apud Indos vna de vxoribus clarior incendebãtur. Adde q in fortium virorũ ſepulcris captiuos necare conſueuerũt. quod apud Hom. in Patrocli funeribus factum legimus , vbi Achilles poſt multos cæſos boues & pecudes , poſt infuſũ mel & oleum,poſt etiã occiſos 4.equos,& 2.canes: 12.captiuos Troianos occidit,& pyræ iniecit . Quid præterea Aeneas in Pallã funere factitauit,Virg.Hom. ſecutus, carminibus ſuis inſeruit. Et in funeribus inſtitutum apud R. ne crudum illũ ſequerẽtur morẽ mactandorũ hoium,ut gladiatorum pariã dimicarent. à

Inferiæ Nouendiales.

buſtis gladiatores buſtuarij appellati, & ea ſacra Inferiæ dicebãtur,qm̃ in foris præſtabãtur.& qm̃ per nouẽ dies fieri cõſueuerunt,nouendiales dicti pro copia rerũ,proq; virorũ compoſitione colebãtur.quos Aeneas Anchiſę patri ludos in Sicilia faciundos curauit,totus 5.Aen.plenus eſt . Hic ergo munera funebres pompas accipiẽdas dico,nõ dona,quæ darentur populo vt quidã intelligunt. Idq; nobis probabilius videri facit gladiatorũ munus:& duo theatra, quę Curio maxima ex ligno in paterno funere verſatili libramento poſt reditũ faciunda curauit. { Nempe ſtudiũ }declarauimus,inquit,funebres ludos in honorem patris tui faciundos, vt tu iuſſerat declarare atq; renuntiare,P.R. Sed nec mihi placuit,nec cuiquã amicorũ tuorũ,vt aliquid te abſente fieret,quod cum veniſſes, nõ eſſet in poteſtate

Nempe.

tua poſitũ . Nempe affirmantis eſt,& primũ locũ oratione potiſſimum ſibi vendicat.Sic Perſ.Nempe hoc aſſidue.eſt interdũ quaſi reſpõdentis aduerb.vt,Cui tot annos inſeruio,nẽpe prin

Nem.
Studium.
De.
Tuo nomine.

cipi gratiſſimo.Et nem,pro nempe,antiqui dicebant. Studium & exercitatio ſic differũt . Studiũ animi ad aliquid agendũ diligentiã,exercitationẽ vero ſuſcepi actus continuationẽ appellamus.{ Defuit }de aliqñ minuit,vt demẽs,deſum.Interdũ auget, vt defeſſus,valde feſſus.{ Tuo noie }inepti dñt,tua parte.Tu dices,tuo noie, meo noie.Ex te,ex me. Verbis tuis,verbis meis,

Non, nec, neque.

Tuo iuſſu,meo iuſſu,vt meo noie Ariſtophilo S.P.dices{ Nec } per apocopẽ naſcitur a neq;.c,n,& q, literæ ſunt affines:& eodẽ loco nec,& neq; poni pñt, & hoc à non differunt, quia non negat ſolũ,nec & neq; negant,& copulant,ſignãtq; & nõ. Aliqñ nec pro nõ accipimus,vt Fabiu[?], Perſolui gratia nõ poteſt,nec malo pati.{ Fieri }in declarandis muneribus aliquid a nobis fieret.{ Cum veniſſes }coniunctiui modi particula indicatiuo dari non poteſt.Cũ venis non dicimus,niſi cũ pro tẽporis aduerbio capiatur,vt cũ pro quãdo venis. { Integrum } hoc eſt poteſtate tua poſitũ.Sic in Tuſc.Atq; ei integrum quidẽ fuit. { Sẽtentiã } quare hæc populo declaranda fuiſſe nõ placuerit ante reditum tuũ.{ Pluribus }.ſ.verbis.{ Ad eam meditere } nequis vt contra ſnĩam meã cogitare poſſis,& obijcere.aut ea leges, & intellige

Ad.

quæ dicturus ſum.{ Ad }contra:vt,Prima quod ad Troiam pro caris geſſerat Argis·Aut ſuper,vt Teren. Tũ ſi quis magiſtrũ ce

Ne.

perat ad eam rẽ improbũ. { Ne } non ſolũ negantis vim habet, ſed imperantis. hinc eſt q nunquã cum prima perſona ſingularis numeri iungi poteſt,niſi intelligatur pro vt nõ:vt ſi dixeris, Ne dicã doctus,ſed admodũ eruditus . In illa vero particula nõ vis negantis eſt,& cũ omnibus perſonis indifferenter iungi po-

Offende.

teſt.{ Imperatum }impremeditatum.{ Offendi }inueniam. Terent.in Eun.Offendi aduenĩẽs quendam mei loci,atq; ordinis. Et Plaut.in Amphit.aduenĩẽs tenebroſum offendi domi.Alias eſt lædere. Horat.in Poetica:Nec dicet cur ego amicum Offendam in nugis.Idem:Et craſſum vnguentum, & ſardo cũ melle papauer Offendunt.{ Coram }præſentibus verbis. { Cõtra iſtã tuam rationem } ne funebria ſierent munera. { In meã ſnĩam adducam } tibi perſuadebo, vt qnod ipſe ſentio,tu quoq; facien

Ad.
Apud.
Penes.

dum exiſtimes.Ad in compoſitione valde ſignificat,vt Terent. Sancte te adiurant.{ Teſtatum }expoſitũ paſſiue dictũ. { Apud animũ }in cogitatione tuæ mentis.apud, & penes ita differunt vt inquit Põp. q apud perſonam cum loco ſignat, Penes vero perſonam & dominiũ,ac poteſtatẽ,quod trahitur à penitus. Maioris itaq; ſignificationis eſt penes,q̃ apud.Penes me libri ſunt qni mei ſunt. Apud me libri ſunt,qui mei nõ ſunt. { Si quãdo } interdũ,quaſi obiectioni reſpondet. { Quod nolim } parẽtheſis

Parentheſis.
Recordor.

eſt,quã latine interpoſitionẽ ſententiæ appellamus. { Cõſiliũ } de declarandis muneribus. { Meum conſiliũ }.ſ.à tuo alienum, quod in reditu tuo audires de non declarãdis.{ Recordari } accuſatiuo potius antiqui q̃ ablatiuo iungebãt,quo & nos vti poſſumus, Breui tñ ſi habeto }paucis verbis intellige.Hæc oratio dicendi finem oſtendit. ſunt.n.quædam verba,quæ ad operis finẽ pertinent,vt, Habes Marce fili munus mea quidẽ ſentẽtia magnum.& alibi, Habes quę ſentiam Brute de ratione dicendi.& Fabius,Habes Marcelle Victori. & alibi,Hæc ſunt,quæ putaui

dicenda

dicenda hoc tempore.{Starum}conditionem.{Incidere} à fortuna venire dedita opera, vt in reip. tempus nō incideris, sed veneris. Iudicio.n.tuo, non casu in ipsum discrimen rerum contulisti tribunatum tuum. {Ijs bonis}virtutibus & auxilijs.{Natura} a qua animi bona oriūtur & corporis. Sunt.n.animi bona virtutes, corporis vero valetudo, pulchritudo, & hmōi, quibus omnibus Curio erat ornatus.{Studio}omnium bonarum artiū disciplina.{Fortuna}diuitijs, opibus, & alijs huiusmodi, Duæ peripatetici inter bona externa numerare consueuerunt, cum tria bonorū gñā prædicassent animi, corporis, & fortunæ. {In rep.}statu ciuitatis libero.{Muneribus} ludis funebribus, gladiatorijs.{Facultatem}quod facere possis, cū diuitijs, & opibus abūdas.{Admiratur}admiramur virtutes. Cic. Sæpenume

Admiror
Miror

ro admirari soleo. Miramur vero moles, ædificia & huiusmodi. Miratur molem Aeneas magalia quondā. dicit autem q nemo miratur, q huiusmodi munera præstare possis.{Copiarum}ad

Copia
Copiæ

copias rerum & diuitias pertinet. Est.n.copia tam singolari numero, q̄ multitudinis rerū abundantia. sed cū copias tm̄ pluratiue dicimus, exercitū sigñamus. Teren. Pro quātas secum copia adducit.{Non virtutis}ad opulētos, inquit, ista pertinent edendorum munerum populo oō ad bonos viros, qui virtutibus nō ludis. populo grati conātur efficere.{Sanietate}quasi tædio isto-

Defessus
Defatiscor
Fessus
Defessus
Lassus
Lapsus
Laxus
Fatigatus

rum.i.munerū quotidie spectādorum.{Defessus}fastidio, & despicientia affectus, à defatiscor. Sunt quædā participia, quæ eiusdem significationis esse vñr: sed lōge discrepant, fessus, defessus, lassus, lapsus, laxus, fatigatus, iactatus: nā fessus animi est & corporis. Defessus plus est quam fessus. Lassus præterea animi est & corporis, sed quadam laboris molestia quasi confectus. Lapsus item corporis est, atque animi, sed qui labitur. Laxus vero, qui lentus, qui mollis est, vt habena, funis, corda. Virg. Et premere, & laxas sciret dare iussus habenas. Fatigatus dicitur terris. Iactatus mari.{Sed aliter, atq; ostenderam, facio}hoc ideo subiunxit, ne contra institutū facere videretur. dixerat.n.rationem sentētiæ suæ nolle, donec ipse rediret, explicare, vnde qua-

Aliter.

si ista excedisse demonstrat.{Atque} pro quàm {Aliter} cōtra Virg. Dijs aliter visum.{Hanc}non benedixisset istam vel illā. {Differo.}prorogo.{Ostenderā}pollicitus fueram, cū ista constituerā differre in aduentū tuum.{Ingrediar}accedo, incipio. {Summa scito} missa de muneribus quæstione ad aliam rem transit. quod tñ facere non solemus, nisi primo fecerimus auditores attentos, interpositis huiusmodi verbis, vt De his hactenus, de his alias pluribus, de his satis, & huiusmodi. {A summa virt.}hoc est hominibus, qui summa virtute, summoq; ingenio præditi sunt, qualē te ipsum oēs intelligunt.{Ad quæ oia} quæ à te expectantur.{Vt debes}debemus.n.omnia pro salute reip. vitam etiam librorum, & oostrā. Brut. & duo Decij sunt exemplo.{Paratus}dispositus.{Confido} certam fidem & spem ha-

Ciues
Conciues

beo.{Plurimis} ad oumerū.{Maximis} ad magnitudinē. {Ciues &c.}conciues dixissent multi. Qui.n.dñs ciuitatis est, is homines illius ciuitatis suos ciues appellat. Qui vero non dñs, sed ex eadem ciuitate oriundus, conciues suos dicit. Verū hmōi differentiam neq; à Cic. neque ab alijs doctissimis viris obseruatā inuenio, quorum exemplis nos vti poterimus, & ciues & conciues indifferenter dicere. milites vero cōmilitones, serui conseruos, liberti collibertos, discipuli condiscipulos suos appellant.

Afficio

{Vniuersos} quasi usq; ad unum omnes appellatos. {Afficies} afferes, & dabis plurima, & maxima beneficia. Sed tam in bonū quàm in malū afficere dicimus: vt afficio te iniuria, dolore, molestia, damno, morte. & afficio te gaudio, voluptate, diuitijs, muneribus. Etsi voles diffinire quid sit afficere, dices. Afficere est affectionem quandā animorum afferre, vnde affectus, affectio-

Affectio

neq; dñr. Affectionem Cic. ita diffiniuit. Affectio est animi & corporis ex tempore de causa mutatio, quam etiam perturba-

Affectus
Cognosco

tionem possumus appellare. affectus autem Cic. in huiusmodi significatione non est vsus, sed Quint. & alij.{Cognosces}considerabis, & intelliges neminem me habere te ipso cariorē. Nā cognoscere est diligenter & accurate considerare & intelligere.

ASCEN.

Nempe studium}interrogauerat Curio, quare Cic. non curasset patri ludos funebres, vt gladiatorum paria populo io arena exhiberi. credebat.n.miserrima gentiliū superstitio fraude dæmoniorum seducta sanguinis effusionem defunctorum manibus gratam. ad hoc respondet Cic. Nempe cetera vnde rectius nēpe, q̄ nuper legitur. Et verius noua est epistola q̄ superioris pars. Ordo aotem est. Nempe.i.certe, vt ratiouem assignem ad quæsita tua. Studium.i.diligens cura. Munerum.i.spectaculorum gladiatorij certaminis populo quasi pro munere infuuere parentis declamandorū.i.exhibendorum. Nomine tuo.i.cū declaratione nominis tui. Nō defuit supp. mihi, sed nec placuit mihi, nec cuiquā tuorū, quidquā fieri te absente, quod non esset integrū.i.intactum tibi, cū veoiſſes è prouincia. Equidē.i.ego quidem. Aut scribam ad te postea pluribus sup. verbis sñiam, aut, ne meditere.i.exercendo te coges. Ad eam ostendā te imparatum.i.omnino improuisum, ut non admonitum, & dicam. Coram.i.tibi pñti, rationem meā, contra illum.s.tuā.i.tecū disceptabo. Vt aut adducam te in sñiam meā aut certe.i.saltē, si non adduxero. Relinquam testatum.i.protestatum apud animum tuum, quid senserim: vt, si quādo.i.aliqñ. cōsilium tuum cœperit displicere tibi, quod.i.quā rem. Nolim .s.accidere. Possis recordari meum. tñ.i.nihilominus, licet aut pluribus alias, aut nihil tecum de ea re agere constituerim. Habeto.s.sñiam meam. breui.s.narratione, vtpote habeto. Tuum reditum incidere in eum statū temporū, vt possis consequi omnia, quæ sunt in rep. amplissima, facilius ijs bonis.i.per hæc bona quę sunt tibi data. natura, studio, fortuna. Miror cur præcipuum omnium bonorum datorum Deū prætermittat, natura dantur facundia, firmum latus, bona valetudo, & gratia ex eis, studio, prudentia, & ceteræ virtutes morales, quas nisi Deus caritate imbuat, nullæ sunt fortuna, diuitiæ, & popularis aura. Quàm muneribus.i.largitionibus munerum arenę. Quorū.s. munerum. Neq; quisquam admiratur facultatem; est.n.ea facultas copiarū.i.opulentiæ. Non virtutis, neq; quisquā est, quin sit iam defessus satietate.s.spectandi ea. Sed ego facio aliter, atque ostenderam.i.indicaueram me facturum. Qui ingrediar ad explicandam rationem sñiæ meæ. quare egu differo omnē hāc d sputationem in.i.vsque ad aduētum tuū. Scito te esse in summa expectatione. & ea expectari à te, quæ expectanda sunt à summa virtute, & summo ingenio. ad quæ.s.exhibenda, si es paratus, vt debes.s.esse quod cōfido esse, ita afficies & nos amicos & ciues tuos vniuersos, & remp. plurimis & maximis muneribus.i.re, quę gratior erit quàm si dederis plurima & maxima munera. Profecto tu cognosces illud, quenquam neque cariote oi, neque iucundiorem esse mihi, te idest quàm tu es.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Argumentum epistolæ à Cicerone affectatū est, ut παρὰ προσδοκίαν id ageret, quod aliquid sine reprehensione uix posset, nempe ut hortaretur eadem ratione, qua sæpius antea. Quod ut non aperte faceret, obstabat nobilis Curioni animus, ne is diffidentia sui labefactaretur.

CICERO S. D. CVRIONI. 4



Pistolarum genera multa esse non ignoras, sed unum illud certissimum, cuius causa inuenta res ipsa est ut certiores faceremus absentes, si quid esset, quod eos scire, aut nostra, aut ipsorum interesset. **huius generis literas à me profecto non expectas: *domesticarum enim rerum tuarū habes & scriptores, & nontios; in meis autem rebus nihil est sane noui. Reliqua sunt epistolarum genera duo, quæ me magnopere delectant; unum familiare, & iocosum, alterum seuerū, & graue. utro me minus deceat uti, non intelligo. iocer ne tecum per literas? ciuem mehercule non puto esse, qui temporibus his ridere possit. an grauius aliquid scribā? quid est, quod possit grauiter à Cicerone scribi ad Curionē, nisi de rep. atq; in hoc genere hæc mea causa est, ut neq; ea, quæ nunc sentio, uelim scribere. quamobrem, quoniā mihi nullum scribendi argumentū relictum est; utar ea clausula, qua soleo; teq; ad studium summæ laudis cohortabor. est enim tibi grauis aduersaria constituta, & parata, incredibilis quædam expectatio, quam tu una re facilime uinces, si hoc statueris, quarum laudum gloriam *admiraris, *quibus artibus eæ laudes comparantur, in ijs esse elaborandum. In hanc sententiam scriberem plura, nisi te tua sponte satis incitatum esse considerem: & hoc, quidquid attigi, non feci inflammandi tui causa, sed testificandi amoris mei.* *Vale.*

In huius generis semota literas domesticas

ad amaris
quibusq;

Epistolarum}

NVBS R.

EPistolarum} proponit Cic. tria potissimũ epistolarum genera, quorum cum nullo sibi vtendũ esse probet, ad illud maxime deuenit, quod intẽdit. vt Curionẽ cohortetur ad laudẽ & gloriam, quã dicit posse cõparari bonis artibus, in quibus hortatur vt vehementer elaboret. Est aũt artificiosum exhortationis genus, qui non ex abrupto exposuit quid vellet. {Non ignoras} scis. {Gñа} species. {Illud vnum} illud præcipuum. {Res ipsa} ipsa epistola. {Vt certiores}.i. vt admoneremus absentes, & si quid esset, quod ꝓpter eos, aut ꝓpter nos oporteret eos intelligere. hac.n. causa maxime inuenta est epistola.} Ouid. in Heroidibus. His Arcana notis terra pelagoq; feruntur, Inspicit acceptas hostis ab hoste notas. Et D. Hieronymus ad Marcell. epist. 15. Epistolare officiũ est de re familiari, aut de quotidiana cõuersatione aliquid scribere, & quodammodo absentes interdũ præsentes fieri, mutuoq; quid aut velint, aut quid gestum sit, nuntiare, licet interdum confabulationis tale conuiuium doctrinæ quoque sale condiatur. & Cic. ad Nigid. lib. 4. epist. quæ incipit, Quærenti mihi, epistolarum quoq; genera cõmemorat. {Interesset nostra} vtile esset nobis. {Aut ipsorum interesset.} ipsis esset vtile, & ad ipsos pertineret. {Huius generis} huius qualitatis.i. huiusmodi literis, quibus te faciam certiorem. {Tuarum.n.} reddit rationẽ, quare tales literas à se non expectet. {Domesticarum} familiarũ, de quibus velis fieri certior. {Scriptores} qui scribant præter me. {Nuntios} qui verbis referant, vt se habeant res tuæ. {In meis autẽ} quia occurrebat scribendum fuisse Ciceroni de suis: respondet se nihil habere noui. {Reliqua} præter illud unum, de quo diximus. {Vnũ} ex his duobus. {Familiare, & iocosum} in quo & familiariter scribimus & cum iocis. {Alterũ} secundũ horum duorum. {Seuerum, & graue} quod de rebus seueris & grauibus tractat. {Vtro} horũ duorum, nam vter de duobus tñ dicitur, quis de pluribus & duobus. {Nõ intelligo} nescio vtro horum generũ minus conueniat me uti, quia neutro omnino me vti licet. {Iocer ne} prima pars horũ duorũ generum. Iocer ne: debeo ne iocari. {Per literas} quia interdũ iocamur etiã uerbis coram, & est interrogatio. {Ciuem} subiectio, quæ latenter continet solutionem, vt probet sibi non esse iocandũ, quia nullus ciuis sit, qui hoc tempore iocari possit, ergo ne sibi quidem. {An grauius} secunda pars. {Quid est} q.d. nihil, vt ostendat nihil sibi grauiter omnino scribendum esse. {A Cic.} habent significantiã vel emphasim hæc nomina à Cic. ad Cur. q.d. à viro graui ad grauissimum. {In hoc genere} in hac conditione. {Quæ.n sentio} quæ in animo non habeo, quę non probo. Ficti.n. hominis est. ea dicere, & scribere, quæ nõ sentiat. {Quam obrem} conclusio, in qua ostendit quid sibi scribendum relinquatur. {Argumentũ} materia. {Nullum} eorũ generũ epistolarum, quæ esse solent. {Clausula} cõclusione, partiuncula orationis. {Qua soleo} vti, cũ ad te scribo. {Est.n.} proponit causam exhortationis, deinde exhortationem, & est sensus. est.n. quædam expectatio de te, quæ tanquam grauis aduersaria quædam est tibi constituta, & parata, quam solis bonis artibus, & recte factis possis superare. {Aduersaria} substantiuũ est, & est ordo, Quædam expectatio incredibilis est constituta & parata tibi aduersaria grauis.i. tanquam aduersaria grauis. expectatio .n. quæ de nobis est tãquam aduersaria & concertatrix nostra non sinit nos quiescere, vt eam vel æquare, vel superare possimus. aduersaria autem in fœm. genere, quia de expectatione loquitur. {Quam expectationem aduersariam tuam. {Vinces} superabis. {Vna re} quæ sequitur. f. {Si stat.} si decreueris. {Hoc} .s. quarum laudum, & est ordo, si hoc constitues esse tibi elaborandum in iis artibus, quibus artibus hæ laudes comparantur, quarum laudum gloriam adamaris. {Elaborandem} insudandum, incumbendum. {His artibus} honestis, vel his virtutibus.

Vter
Quis

Ars

Nam ars interdum pro virture ponitur. {Quibus comparantur laudes} quia laus semper sequitur virtutem. vt voluit Cic. in officijs: Omne, quod honestum est, etiã si à nullo laudetur, tñ per se laudabile est, sed raro fit, vt virtutibus, & bonis artibus nõ comparẽtur laudes. {Gloriã quarũ laudũ tu adamaris} pro adamaueris.i. quarũ laudũ gloria semper es delectatus, quasi per amasti gloriam, quæ ex laudibus nascitur. {In hãc sñiam} cohortandi te ad amorem laudum. {Tua sponte} per te ipsum sine vllius impulsione. {Incitatum} stimulatum. {Et hoc quidquid}.i. hoc, quod {Attigi} leuiter & paucis tetigi, & cõmemoraui. {Inflammandi} incendendi. & est translatio ab igni, sed plus est inflammare quàm incendere. Virg. 4. Aen. His dictis incensum animum inflammauit amore. {Testificandi} aperte declarandi, quasi testimonio quodam. {Amoris mei} erga te.

Inflamma-re.

PHIL.

EPistolarum} ex quo resp. labefactari iam prope, & extingui uidebatur, & Curionẽ P.R. aio esse magno & excelso cognoscebat, spem in eo maximã tutandæ reip. collocauit, tanquã qui ex oibus vnus auderet, ac posset eã ipsam in veterẽ dignitatẽ ac libertatẽ vindicare. Quamobrẽ nil aliud huius epistolæ verba præseferre vñr, q̃ Curionẽ ad capessendam hanc immortalẽ conseruandæ libertatis gloriã adhortari, & quibusdã quasi insinuationibus ad id genus accedit. non .n. audet ex Cæsaris timore apertius loqui de rep. {Genera} amat Cic. pro qualitate genus dicere. quo vocabulo Cic. opera plena sunt. Multa profecto epistolarũ gña dicit esse, sed duntaxat hęc tria cõplectitur. Vnum, cuius causa inuẽta est epistola. Alterũ familiare & iocosum. Tertium seuerum & graue, quæ in multas epistolarũ spẽs diffundũtur. Sunt.n. aliquę paramythicæ. Sũt & paracaleticæ, parathecæ, parangelmaticæ, & id genus innumerabiles sunt Cic. & aliorũ epistolæ. Sunt etiã eroticæ, & id magis poetarum, q̃ oratorum. Extant eroticæ Tibulli, Nasonis, Propertij, & item Saphus epistolæ. præterea sunt ethicæ, vt ad Lucill. Seneca. Adde theologicas epistolarum species, vt Platonis de rebus diuinis, Pauli, Petri, Ioannis, Hieronymi, Augustini, & Cypriani, quæ leguntur hodie. Sunt itẽ pragmaticæ, hypotheticæ, prosphoneticæ, proseuticæ, & aliæ cõplures. Et nullã aliam facimus inter epistolã, & literas differentiã, nisi q̃ unam epistolã dicimus, unã literã non dicimus, numero tñ multitudinis literas pro epistola ponimus, ex quo unas literas pro vna epistola recte scribimus, vt Cic. vnis literis totius æstatis res gestas ad senatum perscriberem. Vnus.n. tunc pluralem numerũ accipit, quãdo cũ nomine tñ pluratiuo coniungitur, vt nuptiæ arma, literæ. Teren. Ex vnis nuptijs. duas præterea epistolas, nõ binas epistolas: & econtrario, binas literas, non duas literas dicimus. redarguit Cic. filium in hoc errantem M.T. poetæ vero maiore sumpta scribẽdi licentia, litera pro epistola vti possunt: vt apud Sapho. Nunquid vbi aspecta est studiosæ litera dextræ, Protinus est oculis cognita nostra tuis. {Inuenta} melius q̃ reperta. Inuenimus.n. ex industria & labore, reperimus casu & fortuna: vt Ouid. Tu non inuẽta repertas es. {Res ipsa} hoc est epistola. {Vt certiores faceremus absentes} hoc est absentibus significaremus. {Causa est} qua dicit epistolã inuentam esse de qua Hieron. ad Marc. sic habet. Epistolare officium est de re familiari, aut de quotidiana cõuersatione aliquid scribere. & quodammodo absentes interdũ præsentes fieri, mutuoq; quid aut velint, aut quid gestum sit nuntiare. Et Naso inquit. His arcana notis terra pelagoque feruntur, Inspicit acceptas hostis ab hoste notas. Facio te certũ in prosa oratione non dicimus, sed facio te certiorẽ. Poetę tñ, facio te certum, dicunt. Virg. Anchisen facio certum. Nam versus heroicus & elegiacus certiorem non capit, & alia huiusmodi multa brẹuẽ inter duas longas habentia, vt Ciuitas. Et caue etiam dicas, ago te certum aut certiorem: id nusquã lectum est. {Si quid esset quod eos scire aut nostra, aut ipsorũ interesset,} hoc est aliquid esset, quod aut ad ipsorũ, aut ad nostrã vtilitatem accederet. Interesse.n. vtile esse significat, & ideo appellatũ quasi in re esse, hoc est vtilitate alicuius esse. nã res vtilitatem plerunq; sigñat, vt Terent. Si in re est vtriq;. hinc puto interesse ab in, & re, & esse cõpositum. Ex quo mea, tua, sua, nostra, & vestra. & quia interesse dicimus, nil aliud profecto sigñamus, q̃ in re mea, tua, & hmõi esse. Sic etiã ipsorũ interesse, hoc est in re ipsorũ esse. {Scriptores} ratio est, quia ad eum hmõi literas non mittat. Scriptor operis est auctor & conditor. Librarius qui scriptoris opera transcribit aut uendit, quẽ bibliopolã dicimus, sed hic scriptores, qui ad te scribant, & nuntios qui nuntient, & referant. {Nil noui} nullum nouum, quod possim, aut debeã tibi significare. {Nihil literarũ} nullas literas honestius genitiuũ neutro diuersi casus adiũgemus. Cic. Id q̃d datur otij, libentius philosophia cõsumere consueuimus. Idem ne parũ auctoritatis esset in fabula. {Magnopere} pro valde, & vehementer, quo etiã disiunctiue vti possumus, vt magno delectant operæ literæ tuæ. {Familiare} quo ad amicos familiariter. {Iocosum} quo plerunq; per literas animi gratia iocamur cũ amicis. {Seuerũ & graue} quo res graues, præsertim ad statũ reip. ad religionẽ, ad deos immortales pertinentes, exponimus, quæ res aut mediocri figura dicendę, aut vbertate cõplectendæ sunt. Tres.n. sunt styli, quos alij characteres, alij gña, alij figuras orationis appellãt, quibus oĩs scriptorum materia explicatur. Gracilis, quẽ Cic. infirmũ & extenuatũ appellat, in quo cauendum, vt inquit Horat. ne vergas ad unũ, quod appellatur siccũ, aridũ, & exangue. Mediocris siue medius, ad quẽ qui peruenire nõ possunt, & per cõfinia huius styli vagantur, in vitiũ cadunt,

Epistolæ
Litera
Literæ.

Inuenio
Reperio.

Certũ facio
Certiorem facio.

Interesse.

Scriptor
Librarius

Magnopere.

quod dissolutū & fluctuans appellatur. Grauis deniq; vberius: in quo maxime fugiēdū est, quod suffultū, turgidū, & inflatum dici potest. Id autē cōmittitur, vt inquit Cic. cū aut nouis, aut priscis verbis aut duriter alium de translatis, aut grauioribus, q̃ res postulat, aliquid dicitur. { Vtro } ioco so, aut graui. Vter & alter de duobus tm̃. Alius de pluribus. Quis de duobus & pluribus. { Intelligo } intelligere est rem certā tenere, cōpositū sane ab inter & lego. nā r, & l, cōuertitur, vt interlego, intelligo, perlego, pellego, perluceo, pelluceo. Iuuen. Critice pelluces. { Vti } vtor dicimus, qñ res saluo vsu nobis suministratur amicis. Abutor vero, qñ rem & vsum deperdimus. { Iocer } interrogatio est ad illud. { Vnum } familiare, & iocosum, iocamur verbis, ludimus factis sic iocus in verbis, ludus in factis. Sed interdum ista confunduntur, vt iocus in factis, ludus sit in uerbis. Ouid. Hos ignara iocos tribuit natura puellis, Materia ludūt vberiore viri. Et Iuuen. Quoties voluit fortuna iocari. { Ciuem } R. intellige, ἔμφασις, hoc est subiectio, qua demōstrat se etiam iocari nō posse, cum nullus sit ciuis, qui iocari possit. { Mehercule } per Herculem, per quem iurare poterāt solū viri, vt per Castora solum fœminæ, per Pollucē vterq; sexus. { His temporibus } miseris, & afflictis, & his habet emphasim. { An grauius } ad illud quod ait, alterū, seuerū, & graue. { A Cicerone ad Curionē } ἐμφατικῶς ista protulit, quasi ab amante remp. ad amātissimū, & studiosissimum reip. { In hoc genere } graui & seuero, in quo versatur resp. { Quæ nunc sentio } laudo, & approbo. { Quamobrem } ex conclusione prædictorū demonstrat, quid ad scribendū relictū sit. { Argumentū } materia, hoc. n. noīe, vt inquit Fab. complectimur omnia, quæ Græci ἐνθυμήματα, ἐπιχειρήματα, ἀποδείξεις, vocant. Nos commentū sanè cum ratione & quo tertio diximus quandā conclusionem appellamus, sed Valgius ἐπιχείρημα, aggressionē vocat. Celsus argm̄, quo aliquid probaturi sumus mente conceptū, & si nondū verbis explanatum sit. Quidā rationem, Cic. ratiocinamētum & quasi syllogismum quendā appellat. ἀπόδειξιν vero Fabius audientē probationē esse demonstrat, quā Cæcil. ab ἐπιχειρήματι solo gn̄e cōclusionis distare cōmemorat. Natura vero oīum argumentorū est ratio quędam rei dubiæ faciens fidē per ea, quæ certa sunt. Reliqua sunt argumentorū genera duo. Vnū, quo fabulæ comœdiarum exponuntur. quod à Cic. si diffinitum est. Argm̄ est res ficta. quæ tñ fieri potuit, velut argumenta comœdiarū. Alterum est omnis materia ad scribendū destinata, in cuius significatione hic accipimus Et Cic. ad Br. Etsi, inquit, argumētum simile non erat. Hinc etiā opus, vt ait Fab. paulo numerosius vulgo appellatur argumentosum. { Clausula } περιόδῳ. i. eo ambitu, & breuitate. { Ad studiū summę laudis } in conseruāda libertate ciuitatis est summa laus, de qua Virg. Vincit amor patriæ laudūque immēsa cupido. { Est. n. } ratio est futuræ exhortationis, & ait quandam incredibilem de eo expectationem esse. & eam sibi paratā esse sicuti quandā aduersatricem, quā solū benefaciendo superare posset. Et sicut aduersariū dicimus, sic aduersariam substantiuū. Et est ordo. Quædā incredibilis expectatio est constituta, & parata tibi grauis aduersaria, quę tecū est certatura. { Incredibilis } adeo magna, q̃ vix credi possit. { Expectatio } vt ipse solus saluam remp. reddat. Est. n. expectare impatienter cupere sine præscriptione temporis. Expecto vero vix certū tempus desiderare. { Si hoc statueris } quasi præceptū ponit, quo intelligat, quid faciendū, vt aduersariā sibi cōstituta & expectationem uincere possit. } Ordo est, si hoc statueris elaborandū esse in ijs artibus, quibus artibus hæ laudes cōparantur, quarū laudum gloriam adamaris. { His artibus } his virtutibus conseruandæ libertatis. Ars. n. concisione primitiui, quod est apud Græcos ἀρετὴ, nominatur, quo nomine virtutem accipimus. Artis vero, hoc est uirtutis species sunt quattuor, prudētia, temperātia iustitia, & fortitudo. { Laudis cohortabor } qm̄ laudes semper sunt comites virtutum. Omne. n. quod honestum est, vt ait Cic. etiam si à nullo laudetur, tñ per se laudabile est. { Gloriā } frequentem famā cū laude. ex laudibus. n. nascitur gloria. { Adamaris } id proprie amatorum est, vt Quint. Omnes matres liberos suos, tanquā adamarent, amant. { Comparantur } Acquiruntur, & constituūtur. Terent. Atq; ex incōmodis alterius sua ut comparet commodi. { Incitatū } cōmotum, accensum. { Confiderem } certe & constanter crederē. { Attigi } leuiter tetigi. { Inflammandi tui } vt te ipsum inflammarem, sed vt testificarer amorem erga te meum. Metaphora ab igni deducta, & plus est inflammare quàm incendere. Maro, His dictis incensum aium inflammauit. Et est duplex loquendi modus, Grāmaticus per gerundiū, vt feci te inflāmandi gratia, sed testificandi amorem meū: & oratorius per participiū, vt inflāmandi tui cā. & cū dicimus causa, dicere etiā possumus studio vel gratia inflammādi.

Adamo

Comparo

Inflammo

Incendo

ASCEN.

EPistolarum } diserte tria enumerat epistolarum genera quorum cum nullius sibi sit argumētum, non est quod ad Curionē scribat, ne tñ nihil scribat, ad virtutē adhortatur verbis memoraru dignissimis. Ordo est: O Curio tu non ignoras multo, quia tria esse genera epistolarum, sed illud vnum certissimum, cuius causa ipsa res. i. epistola est inuenta, vt faceremus absentes certiores, si quid esset, quod eos scire interesset. i. in re & vtilitate aut damno esset, aut nostra, scilicet, qui scribimus, aut ipsorum, ad quos scribimus. Tu profecto non expactas à me literas huius generis. habes enim & scriptores & nuntios rerum tuarum domesticarum. Autem. i. sed, nihil est sane. i. multum noui in meis rebus, scilicet, domesticis. Reliqua genera epistolarum sunt duo, quæ delectanr me magnopere, vnum familiare & iocosum, alterum seuerū & graue, sed sup. non intelligo, vtro. i. quo horum duorum minus deceat me vti. Iocer ne. i. non decet, vt iocer tecum per literas, & ita vtar iocoso genere. Respōdet. Mehercule. s. ita tractante, vt verum dico. Non puto esse ciuem. s. in tota vrbe, qui possit ridere his temporibus. An scribā aliquid grauius? Sed sup. quid est quod possit scribi grauiter à Cic. ad Cur. nisi de rep. Atque aut potius atqui, hęc mea causa est in hoc genere, vt neque velim scribere hæc quæ sentio nunc. Quamobrē, qm̄ nullum argm̄. i. nulla materia scribendi, est relictum mihi, ego vtar ea clausula, qua soleo, & cohortabor te ad studium summæ laudis. Enim. i. quia aduersaria grauis est constituta & parata tibi. s. expectatio quædam incredibilis. quam tu vinces facillime vna re, si statueris. i. constitueris in animo tuo hoc. s. Quarum laudum gloriā tu adamaris pro adamaueris. ergo adamamus etiam honeste. & quibus artibus, eæ. i. eiusmodi laudes comparentur. i. acquirantur esse sup. tibi laborandum in ijs. s. artibus. Ego scriberem plura in hanc sententiam. i. ad formam huius sententiæ, nisi cōfiderem te esse incitatum satis tua sponte. i. spontanea voluntate, & quicquid attigi hoc. i. huiusmodi, nō feci causa tui inflammandi, sed causa amoris mei, scilicet in te testificandi.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Gratulatio Ciceronis, quòd Curia & materiam, & occasionem habeat amplificationis dignitatem, laudumque suarum. & ut aliquando rempub. capessat, sub finem callide adhortatur.

CICERO S. D. CVRIONI. 5

*HAEC negotia quo modo se habeant ne epistola quidem narrare audeo tibi. etsi ubicunq; es, ut scripsi ad te antea, in eadem es naui: tamē, quòd abes, gratulor; uel quia non uides ea, quæ nos; uel quòd excelso, & illustri loco sita sit laus tua, in plurimorum & sociorum & ciuium conspectu: quæ ad nos nec obscuro, nec uario sermone, sed & clarissima, & * una omniū uoce perfertur. Vnum illud nescio, gratuler ne tibi, an timeam, quòd mirabilis est expectatio reditus tui: non quo uerear, ne tua uirtus opinioni hominum non respondeat: sed mehercule, ne, cū ueneris, nō habeas iam, quod cures: ita sunt omnia debilitata iam prope, & extincta. Sed hæc ipsa, nescio, recte ne sint literis commissa. quare cetera cognosces ex alijs. tu tamen, siue habes aliquam spem de rep. siue desperas; ea para, meditare, cogita, quæ esse in eo ciue, ac uiro debent, qui sit remp. afflictam, & oppressam miseris temporibus, ac perditis moribus in ueterem libertatem, & dignitatem uindicaturus. Vale.*

uitia

HVBER.

HAec negotia } ostendit Cic. quàm periculoso statu sit resp. & gratulatur Aurioni, quòd absit duplici de causa vel quod reip. pericula & vexationes non videat, vel q̃ absens omnia cum summa laude consequatur. Deinde de cum dicit se dubitare vtrum ei gratuletur, quòd sit venturus an doleat: latenter eum incendit ad defensionem reip. ad quam tamen in fine epistolę eum aperte & modeste hortatur. { Hæc negotia } quæ Romæ geruntur in rep. { Ne epistola quidem } quę solet esse liberior. multo ergo minus nuntijs auderem narrare. { Vbicunque es } etiam in locis remotissimis. { In eadem naui }

naui} in eodem periculo. & est tractum à nauigantibus, qui, cū
sunt in eadem naui, in eodem sunt periculo. Perdita.n.rep.com
mune est malum absentium & præsentiū dolor, tamen maior
præsentium, qui videant. {Antea} alia epistola, quæ non in hoc
volumine. {Gratulor} tua causa gaudeo. {Vel} et. {Quæ nos}
videmus. {Vel} alia causa. {Excelso} alto. {Illustri} conspicuo,
claro, eorum.n. qui sunt in dignitate, nullum verbum aut fa-
ctum potest esse obscurum. {Sita} posita, constituta. {Sociorū}
P.R. erant.n. socij P.R. qui cū erat fœdere coniuncti, {Ciuiū}
R. qui sunt in Asia. {Quæ} laus tua. {Nec obscuro} ignoto.
{Nec vario} varius sermo dicitur de aliquo, cum nun eadem.
dñr. {Clarissima} contra id, quod dixit obscuro. {Et vna} eadē,
& perseueranter & elegaoter dicitur vna voce & vno ore pro
vno consensu, & vno fauore, vt Cicero in Læl. de quo omnes
vno ore &c. {Perfertur} nuntiatur. {Vnum illud} q.d. de absen
tia scio me posse tibi gratulari, sed illud vnum est, de quo dubi-
to an tibi gratuler, an potius timeam, quod aduentus tuus mi-
rabiliter ab omnibus expectatur. {Non q verear} excusat hac
dubitationem suam. {Ne.}.i.vt. {Non respondeat} non satisfa
ciat. {Opinioni} expectationi. {Mehercule} iuratis est aduerb.

Curare

{Ne, cū veneris} Romam, & subauditur vereor. {Quod cures}
curantur quæ habent spem salutis, cum difficultate tamē, quia
curari proprie {teste Don.} dicitur quod quasi arduum & gra-
ue est: & ideo vsus est verbo medicorum, ad quos curare perti-
net. {Ita debilitata} quia dixit cures, usus est ēt verbo ad ægro-
tum pertinente. {Debilitata} male affecta. {Et prope ext:ncta}
prope deleta, & cōsumpta. extinqui.n. est mori, vt Ouid. in He-

Extinguo

roid. Primo q extinguar in æuo. Et Virg. in 6. Aen. Infelix Di
do verus mihi nuntius ergo Venerat extinctam ferro. Ergo ex
tincta, quasi desperata, quia de extinctis nulla est omni spes.
hæc autem dicit quia administtatio reip. erat tantummodo in
potestate quotundam potentum, qui magis pro libidioe q̃ pro
ratione agebant. {Hæc ipsa} quæ scripsi, cum multo plura sint,
quæ non audeam scribere. {Recte} tuto, ne quispiam se à me
tangi & offendi putet. {Cetera} quæ non audeo scribere. {Tu
tamen} subaudi quāuis dixerim omnia debilitata & extincta.
{Siue habes} hoc est siue speras remp. posse adhuc ad salutem
reduci, siue nulli omnino habes spem. {Para} rebus ipsis. {Me-

Cogitare

ditare} consi[illegible]. {Cogita} inueni: nam cogitare frequentatiuū
est à cogo. & [illegible]ensus, cogere ad aliquid inueniendum. {Viro}
non ad sexum nunc, sed ad virtutem retulit. {Vindicaturus} re
cepturus, restituturus. {Afflictā} debilitatem. {Oppressam} de
iectam & violentia prostratā. {Miseris} infelicibus. {Perditis}
pessimis. {Veterem} pristinam & solitam. {Libertatem} quia
timebat Cic. reip. quoniam Cæsar trib. pl. iam hortatus erat, ve
legem ferrent, qua Cæsari, quamuis absenti secundum consula
tum petere liceret. præterea omnia in trium potestate erant.

PHIL.

HAec negotia} Cæs. Crass. & Pomp. ita remp. oppresse-
rant, vt oino debilitata iā prope & extincta videretur.
Nec audebat Tullius timore triū potentissimorū aper
te hæc ipsa dicere, vel maxime q Cæs. ad 2m cōsulatū
spirabat, & ad id hortatus erat, vt legem ferret. demonstrat au-
tem in quanto periculo resp. sita sit, & gratulatur, q absens ea
nō videat mala, quæ ipsi videbant io rep. quodq; laudem prope
modū immortalem absentia cōsequatur. Inde hortatur Curio
nem, tanquā in eo vnicū præsidium libertatis situm sit, vt ea pa

Negotium

ret, meditetur, cogitet, quæ debeat is cogitare, qui sit remp. de-
fensurus. {Hæc}.s. quæ sunt in rep. Negotiū sane in multas res
diffunditur, sed apud oratores negotium est congregatio perso
natum, locorū, temporū, causarū, modorū, casuū, factorum, in-
strumentorū, sermonum, scriptorum, & nō scriptorū. & tale ne
gotium Græci περίστασιν dñt. aliquando negotium pro labore
sumitur, vt Quint. Quid negotij est iste poetatū portenta con
uincere, & Da mihi hoc negotium. {Ne epistola quidem} quæ
nec erubescere, nec timere consueuit, ergo lōge minus hæc ipsa
nuntijs narrare auderem. Aduerte aium, q ne & quidem nun-
quam iungi patiuntur sine medio. Quint. Nam mihi ne dicere

Aure certior est oculus.
Excelsum
Illustre
Socius
Amicus

quidem videretur. Cic. ad Her. ne ad solatiū quidē. Et in Tusc.
Atq; ei ne integrū quidē fuit. {Audeo} in rebus ardnis diximus.
{Naui} periculo, μεταφορικῶς à nauigātibus vt dicimus. In por
tu nauigat, qui est sine periculo. Si resp. peribat, cōmunis oium
calamitas sequebatur, tam absentiā q̃ præsentiū. {Ea quæ nos}
sup. videmus. Magis.n. mouent quæ vñr q̃ quæ audiuntur, nam
aure certior est oculus. {In excell.} & illustris plus est illustre
q̃ excelsum. {Sociorum} cōfœderatorū P.R. Amicus & socius
ita discrepant. Amicus est, qui alicui vsu vitæ similis pio ac sin-
cero & perfecto amore coniungitur. Socius vero, qui cū aliquo
ad aliquid peragendū aliquo pacto coniungitur. vnde Cic. hæc
duo coniungere solet, vt socios P.R. atq; amicos, & in lib. de In
uent. Firmissimas societates atque sanctissimas amicitias. {Ci
uium} qui cū eo erant in Asia, Curionis laudē videbant. {Cla-
rissima} exhortationis genus, quod Græci ἀντίθετον, nostri con
trariū vocāt, breuibus & continuatis verbis perfectū esse debet.
{Vna voce} vt dicitur vno cōsensu ore.i. vno cōsensu. Terent.
vno ore oīa bona dicere. {Vnū illud} q absens sis, congratulari
me posse tibi cognosco. Sed vnū est, quod vereor, an tibi cōgra-
tuler, an timeā, q tātopere desideratur aduētus tuus. {Non q
verear} excusatio dubitatioois. {Rñdeat} satisfaciat. Scio in-

Virtus

quit q virtus tua superat oium hoium opinionē. Virtus.n. est
habitus animi in naturæ modū, vt ait Martius, rationi cōsenta
neus. {Ne} pro vt. {Cures} quid arduum significamus & graue
hoc verbo, quod est proprie medicorū. & ad hoc allusit, cū sub-
secutus est. {Ita sunt omnia debilitata}.i. quasi viribus cōfecta.
{Extincta} quasi desperata μεταφορικῶς, vnde extingui mori di
cimus: sed translatū significat ad alterius rei mentionē. {Recte}
sine periculo, ne ad aures Cæsaris peruenirēt. {Literis comm.}
cōmittere, aut mād re literis scribere. {Cetera}.s. detrimēta rei

Spes
Expectatio
Paro
Cogito

pub. quæ scribere nō audeo. {Spem} spes incertarū, rerum expe
ctatio certarum. {Para} meditare, cogita: articulus est Meditari
vero est exercere à verbo Græco μελετάω, l, in d, cōuerso, vt ecō
trario seda sella. parare ad rem meditari, ad cōsilium, cogitare
ad inueniendū retulit. {Ac viro} exaggeratio est. nā inter ciues
etiā viles hoies numerantur, sed vir non nisi qui virtute prædi-
tus sit, dici potest, ut apud Græcos: & nunc virum ad virtutem
proprie referimus. {Perditis} iniquissimis & improbissimis. Iu
uen. Audacia perdita. {Moribus} E bonus & malus mos esse po
test, pharmacon, venenū, valetudo. {Veterem} quę antea sorti-
te erat. Senex, antiquus, vetus hoc modo differūt. Senex qui ad

Vetus

senilem peruenit ætatē, & ad vitam duntaxat ipsius propriā re
ferendū est. Vetus ad publica tpa superiora. Antiquus vero tā
de senibus dici potest, q̃ de veteribus: vt homo iste est antiquus
& antiqui nostri facere consueuerunt, nisi q habet nescio quid

Vendico
Vindicaturus

plus vetus q̃ antiquus, vnde Iuuen. Antiquum, & vetus est alie
num Posthume lectum Concutere. {Vendicaturus} in liberta-
tem reuocaturus. Inter vendito, & uindico hoc discrimen est:
vendicamus nobis auctoritatem.i. attribuimus, & quasi nostrā
propriam esse facimus. Ouid. Venditat Ausonias Iunonis cura
Calendas. Vindicamus vero iniurias, hoc est vlciscimur, puni-
mus, vnde vindicta dicitur. Iuuen. Vindicta nemo magis gau-
det q̃ fœmina. Vindicare etiā significat reuocare in libertatē, ut
hoc loco, & ad Cæs. Iuniorem. Qui si nihil ad beneficiū addere
quo me una cum rep. in libertatem vt vindicassent: & in acade
micis, Aliqua potestas sic vindicet in libertatem: & liberare at-
que defendere. Cic. in Cat. maiore, Senectus est natura loqua-
cior: ne ab omnibus eam vitijs videar vindicare. Quare hic vin.
dicaturus per i, & non per e, legendum est, in quo multi errant.

ASCAN.

HAec negotia &c.} Gratulatur Curioni, q absita tanta
reip. perturbatione, cum neque uexationes eius vdeat,
neque absens summa laude priuetur. deinde monet vt
ita instructus, redeat, vt possit rem pristine dignitati re-
stituere. Ordo est. Ego ne quidem.i. non etiā [illegible]ō saltem au
deo narrare tibi epistola, quomodo hæc.s. reip. [illegible] negotia
habeant se, etsi.i. quanquā, vbicunq; es, tu es in eadem naui.i. in
eodem periculo, vt sunt qui in eadem naui periclitātur, vt scrip
si antea ad te. ergo nō omnes Cic. epistolæ collectæ ac se[illegible]atæ
sunt. tñ gratulor.i. tibi de tuo bono applaudo, q abes.s. ab vrbe
vel quia non vides ea, quæ nos, sup. videmus, vel q laus tua [illegible]
sita, sup. in loco excelso, & illustri.i. perspicuo, & claro, vt pote
in conspectu plurimorū & sociorū & ciuiū. Quæ.s. laus tua, per
fertur ad nos, nec obscuro, nec vario.i. vacillāte sermone, sed vo
ce, &.i. simul clarissima, & vna omnium. Ego nescio illud vnū
an gratuler tibi an timeam.i. timere debeam tibi.i. pro te, quod
expectatio reditus tui est mirabilis, non sup. ideo timeam, q.i.
vt verear, ne prout virtus tua respondeat.i. satisfaciat opinioni
hominum: sed mehercule, sup. ideo timeam, ne cum veneris nō
habeas iam quod cures, ita omnia sunt iam debilitata, & pro-
pe.i. quasi extincta. Sed nescio ne.i. an hæc ipsa sint commissa,
recte.i. decenter literis. Quare.i. quamobrem quia de his dubi-
to, tu cognosces cetera ex alijs. Tamen.i. nihilominus, tu siue
habes aliquam spem de rep.s. restituenda, siue de speras.s. de ea,
para.i. meditare, & cogita ea quæ debent esse in eo ciue ac viro,
qui sit vindicaturus.i. vindicando iniurias restituturus in vete-
rem libertatem, ac dignitatem remp. afflictam, & quod plus
est, oppressam temporibus miseris, ac moribus peruitis.

GILBERTI LONGOLII LEMMA.

Solicite Cicero Milonem commendat Curioni, ut illius consulatus, & dignitas, tanquam sui ipsius, curæ sit. Est autem artificiosa epistola, omnibus locis suasionis referta.

CICERO S. D. CVRIONI. 6



*ONDVM erat auditum, te ad Italiam aduentare, cum *Sex. Iulium, Milonis mei familiarem, cũ his ad te literis misi: sed tamen, cum appropinquare tuus aduentus putaretur, & te iam ex Asia Romam uersus profectum esse constaret; magnitudo rei fecit, ut non ueremur, ut nimis cito mitteremus, cũ has ad te quamprimũ perferri literas magnopere uellemus. Ego, si mea in te essent officia solum, Curio, tanta, quanta magis à te ipso prædicari, quàm à me ponderari solent; uerecundius à te, si qua magna res mihi petenda esset, contenderem. GRAVE est enim homini pudenti, petere aliquid magnũ ab eo, de quo se bene meritum putet; ne id, quod petat, exigere magis, quàm rogare, & in mercedis potius, quàm beneficij loco numerare uideatur. sed quia tua in me, uel nota omnibus, uel ipsa nouitate meorum temporũ clarissima, & maxima extiterunt; EST QVE animi ingenui, cui multum debeas, eidem plurimũ uelle debere: non dubitaui id à te per literas petere, quod mihi omnium esset maximum, maximeq́; necessarium. neque enim sum ueritus, ne sustinere tua in me, uel innumerabilia beneficia non possem; cum præsertim considerem, nullam esse gratiã tantam, quam non uel capere animus meus in accipiendo, uel in remunerando, cumulandoq́; illustrare possit. Ego omnia mea studia, omnẽ operam, curam, industriam, cogitationem, mentem deniq; omnem in Milonis consulatu fixi, & locaui: statuiq́; in eo me non officij solũ fructum, sed etiã pietatis laudem debere quærere. neq; uero cuiquam salutem, ac fortunas suas tantæ curæ fuisse unquam puto, quantæ mihi sit honos eius: in quo omnia mea posita esse decreui. huic te unũ tanto adiumento esse, si uolueris, posse intelligo, ut nihil sit præterea nobis requirendum habemus hæc omnia; bonorũ studium conciliatum ex tribunatu, propter nostrã, ut spero te intelligere, causam; uulgi, ac multitudinis, propter magnificentiã munerum, liberalitatemq́; naturæ; iuuentutis, & gratiosorũ in suffragijs, propter ipsius excellentem in eo genere, uel gra[illegible] uel diligentiam; nostram suffragationẽ, si minus p[illegible]ẽ, at probatã tamen, & iustã, & debitam, & pr[illegible]terea fortasse etiã gra[illegible]sam. dux nobis, & auctor [illegible]us est, & eorum uen[illegible], quos proposui, moderat[illegible] quidam, & quasi gubernator. qui si ex omnibus [illegible]us optandus esset; quem tecũ conferre possemus, non haberemus. quamobrem, si me memorem, si gratũ, si bonum uirũ uel ex hoc ipso, quòd tam uehementer de Milone laborem, existimare potes; si dignũ deniq; tuis beneficijs iudicas; hoc à te peto, ut subuenias huic meæ solicitudini, ut huic meę laudi, uel, ut uerius dicam, prope saluti tuum studiũ dices. De ipso T. Annio tantum tibi polliceor, te maioris animi, grauitatis, constantiæ, beneuolẽtiæ erga te, si complecti hominem uolueris, habiturum esse neminẽ. mihi uero tantum decoris, tantum dignitatis adiunxeris, ut eundẽ te facile agnoscam fuisse * in laude mea, qui fueris in salute. Ego, ni te uidere scirem, cum hæc ad te scriberem, quantum officij sustinerem, *quantopere mihi esset in hac petitione Milonis omni non modo contentione, sed etiam dimicatione elaborandum; plura scriberem. nunc tibi omnem rem, atq; causam, meq́; totum cõmendo, atq; trado. unum hoc sic habeto; si à te hanc rem impetraro, me pene plus tibi, quàm ipsi Miloni, debiturũ. non enim mihi tam mea salus cara fuit, in qua pręcipue sum ab illo adiutus, quàm pietas erit in referenda gratia iucunda. eam autem unius tui studio me assequi posse, confido. Vale.*

Seruilium

& in

quantoque opere

NOndum] Clodius, vt in j. lib. exposuimus, non solum Cic. sed eius amicorum hostis atq; inimicus fuit: verũ cum Clodius præturã peteret, & eodem anno Annius Milo consulatum, in quo competitores quosdam satis potentes haberet, Metellum, Hypsæũ, & Scipionem, cum videret Clodius præturam, fore debilem & quasi mancam, consule Milone; ei vehementer aduersabatur, ne consulatum adipisceretur, & eius competitoribus studebat. Cic. autem cum à Milone fuisset bene affectus in restitutione sua ab exilio, cupiẽs gratum animum in eum ostendere, summopere pro eo laborabat vt ipsum consulatum obtineret. Itaq; cum Curio ex Asia Romam vẽturus esset, quem cognosceret posse multum in hac re & prodesse Miloni, misit ei obuiam has literas, in quibus primum ostendit quantum sibi sit laborandum pro Milone, & artificiose ostendit necesse sibi esse, vt Cur cui plurimum deberet nunc etiá in Milonis causa rogaret, vt ei in hac competitione consulatus ita faueat, vt omnino ipsum consequatur. Adducit autem rationes multas, quibus ostendit petitionem suam esse honestissimam. Denique ex quattuor rebus, quas Seruius in omni petitione seruandas dixit, nulla omnino deest. Siquidem honestatem habet, cum pro amico salutis suæ auctore rogat. Possibilitatem, cum ostendit Curionem posse id efficere, quod petit, si modo voluerit. Modus etiam declaratur, cum fauorem eius in cõsulatu Milonis se petere ostendit, & vt præbeat se ducẽ suffragijs aliorũ, quæ se habere dicit. Postremo subdit spem remunerationis: & per se & Annium Milonem. Est autem hæc epistola omnium commẽdatitiarum Cic. artificiosissima, & vehementissima. {Aduentare} propinquum esse, [illegible]llare. {Appropinquare} propinquum esse non loco, sed [illegible]ore: vt si dixero Circa festum natalis Christi appropinq[illegible] aduentus ducis Mediolani. i. propinquus est vt veniat: quia eo tempore solet maxime Mediolanum petere. Ita in hoc etsi Curio erat adhuc remotus & nondum ad Italiam aduentabat, tamen putabatur eius aduentus esse propinquus: quia cum iam constaret eũ ex Asia discessisse, paucis diebus erat venturus. {Putaretur} existimaretur, quia finitum est tempus tui magistratus. {Romam versus} hæc præpositio eleganter postponitur, vt hic patet. {Constaret} notum esset. {Profectum} discessisse. {Magnitudo rei} .i. magna & magni momenti, atque ponderis. {Vt nõ vereremur} timeremus. {Ne nimis cito} ante aduentum tuũ. {Cum vellemus} cum cuperemus. {Has literas} nostras commendaticias pro Milone. {Quamprimum} vt diximus supra, subito, ut ante aduentum tuum esses admonitus, quid à te fieri vellem. {Ego} iam incipit sibi conciliare animũ Curionis, non tam Cur. sibi debere, quàm se Curioni. Ideoq́ue vt ei magis debeat, dicit se non dubitasse ab eo per literas petere id, quod sibi esset omnium maximum & necessarium. {Officia in te} merita mea in te collata. {Solum} tantummodo. {A te ipso prædicari} publice laudari. {Magis} potius. {Ponderari à me} æstimari à me, quia nõ tanti ea æstimo, quantum tu prædicare ea soles. {Verecundius} ratione huius verecundiæ. {Graue} molestum, difficile {Pudenti} verecundo, pudoris pleno. {De quo putet se benem.} cui præstiterit beneficia. {Magis} potius. {Loco mercedis} pro remuneratione sui meriti. {Exigere} poscere. {Quã beneficij} pro quo ei debeat. {Vel nota} cognita. {Clarissima} nulli obscura. {N}ouitate meorum temporum} quibus mihi noua, & bonis ciuibus insueta acciderunt. nam beneficia, quæ præstantur temporibus aduersis, solẽt esse maiora, & clariora, quia non possunt latere. {Estq́;} iungitur cum superiori sic, & quia est animi ingenui &c. {Ingenui} liberalis & simplicis. {Velle debere} velle esse obligatum. {Cui debeas} ei, cui merito obligatus sis. id autem libenter facit ingenuus animus. Rusticus autem & seruilis animus spernit ei debere, à quo beneficia acceperis, & ne debeat, plerunq; non vult petere, aut capere beneficiũ. {Debeas} secunda persona pro tertia eleganter ponitur tam in carmine quàm in oratione soluta Virg. 3. Aen. Migrantis cer-

HVAAL.

Aduento. Appropinquo. Versus

nas,

nas,pro cernat aliquis. {Non dubitaui} ausus sum. & est ordo, sed quia tua in me,vel nota omnibus &c.{Non dubitaui per literas}quia es absens, nec possum tecũ corã loqui. {Neque.n.} occurrit obiectioni dicens, q̃ quãuis innumerabilia beneficia à Cur. accipiat, confidit tñ se posse oĩa sustinere.{Vel}.i.etiam. {Gratiam}beneficiũ.{Capere} in accipiendo.i.cuius beneficij animus meus nõ esset capax,quia liberalis eius,vt voluit Arist. etiã io accipiẽdo beneficiũ cognoscitur quia nõ dubitat accipere quia se dignũ cognouit. {In remunerando} reddẽdo parem gratiã.{Vel cumulãdo}vel etiã augendo quod accepissem.{Illustrare}ornatiorẽ & clariorẽ reddere.{Studia} affectus animi, desideria.{Omnẽ mentẽ}intentionẽ omnẽ mentis.{Fixi}posui firmaui. {Statui}iudicaui, vel decreui.{Fructum}voluptatem.i.existimaui me non solũ debere ita facere, vt videar in eũ usus officio meo,sed quod plus est, vt lauder fuisse pius tanquã in patrem.{Officij}meriti. {Pietatis}quæ plus est q̃ officium. {Laudem}cõmendationẽ apud oẽs. {Neq; vero}ex quadã cõparatione ostẽdit quantæ curæ sit sibi, vt Milo cõsequatur hũc consulatũ. & est sensus,cũ quilibet naturaliter habeat curã suæ salutis,& suarum rerũ,nõ puto propriã salutem & proprias res fuisse vnquã tantæ curæ alicui quãtę curę sit mihi eius honor. {Suam}propriã.{Honos}vt consolatum consequatur.{Fortunas}res,diuitias.{In quo}vel honore,vel Milone. {Studia}fauores.{Huic}petitionis possibilitatis.{Te vnum}te solum.{Si volueris}quasi astringit eum vt faciat.{Præterea}præter te,vel postea.{Habemus}ostendit adiumẽta,quæ habeat ad hanc causam:& ea enumerat.{Studiũ}fauorẽ,& voluntatẽ.{Ex tribunatu}Milonis,qui tulit legem de reuocãdo Cic.cum esset trib.pl. {Propter nostrã causam} quia boni viri cũ vidissent Cic.à Cl. vexatũ,& Milone reuocatũ atq; defensum, conciliati sunt valde erga Milonẽ,qui de Cic.reuocatione tã diligenter exigisset. {Vulgi,& multitudinis}.i.plebis.{Munerum}ludorũ,quos Milo magnificẽtissimos ante exhibuerat, quibus sibi cõciliauerat animos multitudinis,quĩ ijs plebicula gaudet.{Vulgi,& multitudinis}subaudi studiũ habemus. {Naturæ} Milonis qui non coactus.sed natura liberalis est. {Iuuentutis} iuuenum Rom. {Gratiosorum}qui apud populũ gratiã habent.{Suffragijs} fauoribus sunt.n.suffragia quasi voces,quæ dicebãtur in comitijs & in tabella scribebãtur, cũ quisquã suã declarabat volũtatem de aliquo eligendo in magistratũ , inde ponitur pro auxilio, & suffragari ex auxiliũ & fauorem ferre. & refragari est pugnare, sed cauendũ ne abutamur sic dicendo : Lacedæmonij suffragia miserunt Atheniensibus:quia auxilia dicendũ est; quæ propriæ de re militari dñr,quãuis & ad alia referãtur interdũ. Suffragiũ vero in voce tantũ dicitur,& sic suffragari & refragari.{Ipsius} Milonis.{Diligentiã}quam adhibet,vt oibus sit gratus . {Nostrã}mei Cic.{suffragationẽ} fauorẽ,vt diximus.{Si minus} si nõ.{Potentẽ}magnæ auctoritatis.{At}taltẽ. {Probatã} bonã & laudatã.{Iustam}propter eius probitatẽ. Iustum est.n.fauore bonis.{Debitã}propter eius in me merita.{Propterea} pro id.s. q̃ sit debita.{Gratiosam}quia solent esse grata ea, quæ ex debito ab aliquo fieri putantur.Ingratũ.n.& immemorem nemo est qui non oderit.{Dux}princeps,tractũ à militia, vbi milites sine duce minus audẽt & valẽt. Vnde Virg.Vrget præsentia Turni.dicimus aũt opus est mihi duce,& opus est dux {Vẽtorum}vulgi,& multitudinis, quã ventũ appellauit propter instabilitatẽ: aut quia ex multitudine seditio plerunq; mouetur, quę,vt supra diximus tempestati cõparatur, sicut etiã tẽpestas seditionis:vt Virg.1.Aen. Ac veluti magno in populo, cũ sæpe coorta est.Seditio,sæuitq; animis ignobile vulgus.{Proposui} ante dixi.{Moderator}rector.i.cuius sapiẽtia & auctoritate ducantur,vt idem Virg. Tũ pietate grauem ac meritis si forte virũ quem Conspexere silent:arrectisq; auribus astant. {Gubernator}quia de ventis locutus est gubernatorẽ etiam transitiue dixit,cum proprie de naui dicatur gubernator:vt Virg.in 6.Aen. Ecce gubernator sese Palinurus agebat . Ergo perseuerauit in translatione nauigantiũ,vt ita intelligat,q̃ quemadmodũ nauigantibus,vt ad portũ perueniant, opus est qui arte & prudentia sciat moderari ventos, & est opus bono gubernatore : ita sibi opus est duce aliquo,qui regat istã multitudinẽ , & seruet eã in fauore Mil.vt consequatur consulatũ,ne ipsa multitudo & vulgus tanquã venti sine moderatore mutẽtur.{Vnus}solus. {Ex oibus}ciuibus Romanis.{Exoptãdus} Eligẽdus, optare.n.eligere dicitur. Virg.1.Aen.Pars optare locũ tecto.& Ter.in And. Quæ sese optauit his diuitias inhonestæ parare potiusquam in patria pauper honeste viuere. unde & optio dicitur electio pro optatio.{Cõferre} comparare,quia neminẽ potius quàm à te eligendum putarem.{Quamobrem}conclusio, in quo ostẽdit nihil sibi denegandũ à Curione ex his,quæ petit.Memorẽ}beneficiorũ acceptorum.{Si gratũ}in referenda gratia,nam,vt inquit Cic. beneficiũ male locatũ maleficium puto , & stultũ est in immemorẽ,& ingratũ beneficiũ conferre.{Si bonũ virũ}cui iucundũ & dignũ benefacere. {Vel hoc ipso} dicit ex hoc ipso, q̃ Miloni viro bono faueat , posse existimari se esse virũ bonũ. {Laborẽ}curem,solicitus sim.{De}.i.propter.{Si dignũ}generaliter dicit,si me ob aliquã rem putas,in quẽ beneficia tua cõferas.{Subuenias}succurras,auxilieris. {Meæ solicitudini} labori & anxietati,quã de Milone suscipio. {Laudi} q̃a sperabat maximã laudẽ, si eius studijs Milo esset adeptus cõsulatũ unde supra dixit,sed etiã pietatis laudem debere quærere.{Vel, vt verius dicã}correctio est.{Propriæ}meæ.{Saluti}existimus.n.in Milonis consulatu consistere salutẽ suã. {Dices}dicare & dare velis.est autẽ dico primæ coniugationis,& est,Auct.Don.plusquam dare.dicatur.n.perpetuo,datur ad tẽpus.Ter in Phorm. operã hãc tibi dico.Virg.1.Aen.Propriamq; dicabo. {De ipso} vltima pars petitionis,hoc est remunerationis oblatio ex persona Mil.& ex persona sua. {T.Annio Milone} appellatus est .n.T.Annius Mil.{Complecti}suscipere defendendũ.{Animi} fortitudinis in aggregandis rebus magnis.{Grauitatis}auctoritatis.{Cõstãtiæ}perseuerationis erga te.{Mihi vero} ostẽdit q̃ sibi gratũ sit hoc futurũ quod pro Mil.faciet {Adiunxeris} pro adiũges.{Vt eundẽ} vt cognoscã te ita fuisse promptũ ad ea,in quibus agitur salus mea,sicut olim fuisti in salute. {Eundẽ}talem,tã benignũ.{Qui}qualis.{Ego}nunc adducit causam,quare pluribus eũ non roget,quia Curio satis intelligat q̃ obligatus sit Cic.ipsi Miloni.{Quantũ officij}quantũ debiti. {Sustinerem}esset mihi impositũ.{Contentione}verborũ.{Dimicatione}concertatione,si sit opus.{Trado}tradere est fidei alicuius credere. Virg.in Buc.Nuper mihi tradidit Aegõ.{Tibi}propter studiũ & fauorẽ tuũ Mil.præstitũ.{Penẽ}fere. {Quàm ipsi}qui adiutor fuit in salute mea.{Neq;.n.} sensus est. Nã non tam mihi cara est salus mea,in qua ille pręcipue me adiuuit,q̃ erat iucũda pietas in referẽda grã.{Præcipue}maxime,q̃a etiã ab alijs.{Referẽda gratia}reddẽdo per meritũ.{Eam}pietatẽ. {Studio} fauore.{Tui vnius}tui solius,si volueris Mil.studere

Dice.

Trado.

Animus liberalis.

Suffragiũ, Suffragor, Refragor, Auxilium.

Gubernator.

Opto, Optio.

P N I L.

NOndum erat}in scribendis epist.possumus , vti vel nõ vti artificio.Id.n.in nostro arbitrio sitũ est.Sed cum negotiũ habet aliquod põderosum, Cic. magna ex parte loqui studet.Hanc epistolã siquis diligẽter attẽdat,nihil inueniet quod non sit laude,& admiratione dignissimũ.Est .n.arte & subtilitate dicendi admodũ plena.In qua exordienda in primis auditorẽ facit attentũ, tum rem magnã pollicetur allaturũ vt magnitudo rei fecit , Vt nõ vereremur, ne nimis cito mitteremus.Et ibi beneuolũ reddit, Ego si mea in te essent officia solũ Curio tanta. Itẽ à persona auditoris, Sed quia tua in me vel nota oĩbus.Docilẽ facit cum paulo post inquit,In Mil. consulatu fixi & locaui. Est aliud præterea animaduertendum, hanc petitionẽ illis quatuor rhetoricis partibus constare, vt sit præstandi facultas,sit honestum quod petitur,habeat modũ,sequatur remuneratio.Possibilitatẽ ostendit,cũ ait : Huic te vnũ tanto adiumento esse si volueris,posse intelligo.Modũ vero,cũ ait:Habemus hæc oĩa, & vt subuenias huic me solicitudini, vel (vt verius dicã) proprie saluti,tuum studiũ dices.deniq; remunerationem ostendit,vt de ipso T.Annio tñ polliceor. Sed,vt quid à Cic.petatur,facilius cognosci posset, breuiter argm̃ exponere visũm est.Id aũt est hmõi T.Annius Milo consulatum magna quadã contentione petebat, cuius tunc erãt multi competitores potentissimi viri,Scipio , Hypsæus,& Metel.quæ res nõ minori curæ Cic.q̃ Miloni, cũ propter amorẽ inter se maximum , tum vel in primis propter magnitudinẽ meritorũ, quæ in eũ Milo contulerat: nã eius opera Tullius ab exilio reuocatus maxima cum gratulatione ciuiũ in vrbem Romam reuersus est.Igitur Cic. tãti non immemor beneficij oĩbus in rebus vel præsertim in eo cõsulatu benemeriti gratiã referre conabatur, vt talẽ magistratũ Cic.industria cõsequeretur,vel maxime q̃ illi Clodius Cic.inimicus plurimũ aduersabatur,& cõpetitoribus fauebat. Erat.n.eodẽ anno Clod. pręturã petiturus quo Milo consulatum:nec ignorabat, Milone consule parui ponderis in rep. futuram esse pręturã suam . Quapropter omni arte Milonem insectabatur,ne consulatũ adipisci posset. Tullius vero multum ac diu in hac re perficienda laborauit. Nec dũ consecuta res erat,cũ ex Asia Romam Curio reuerteretur. Et qm̃ nõ ignorabat, q̃ qdquid erat amplissimũ in rep.Curio ꝓpter opinionẽ,quã de se concitaret,facile consequi posset,non dubi-

tault id per literas ab eo petere,quod erat illi maximum,maxi
Dum, Donec. meq; necessariũ, vt ipse cõsulatũ à senatu pro Milone peteret,
quem certo sciebat nõ negaturum esse. {Nondũ} eiusdẽ fermè
naturę sunt & donec,sed elegãtia differunt. Nam ne, non, nec,
commode iunguntur,cũ dum,nunquã tñ cũ donec.Significant
etiam dum & donec vsq; ad,vel quandiu.& donec subiunctiuo,
dum indicatiuo cõueniunt,literis inseruiã,donec moriar.i.vsq;
ad mortem,& tua merita recordabor, dũ viuo.i.quandiu viuo.
Italiæ. Venio, Aduenio. Asia. {Ad Italiam} Varro & Timæus à Copia bouum,quæ in Italia
esse dicitur,appellatã existimant . ἰταλὸς.n.veteri lingua Gręcorum bouẽ significat.Virg.vero à duce dictã Siculo fuisse com
memorat:vt, Nunc fama minores Italiam dixisse ducis de nomine gentẽ.{Aduentare} ventare,& aduẽtare dicimus,frequentatiua à venio.{Ex Asia} in qua gesserat magistratũ. ab Oceani & Tethyos filia,& Iapeti coniuge Asiã,inquit Hesiod.appel
latã:Lydiam vero à Lydo, Atyos filio,nominatã fuisse comme
morat.Est etiã eius nominis palus in Lydica Castro proxima
gruibus abundantissima.{Romã versus} sic exigit elegantia,vt
hæc particula versus postponatur dictioni.Sic Sulp.ad Cic.Me
garã versus nauigarẽ. Quid aũt de verbis Romæ appellatione
sentimus , in libro de honoribus publicis diximus. {Profectũ}
discessisset.{Constaret} manifestũ esset. {Magnitudo} attentũ
facit.{Nimis cito} ante aduẽtũ.{Vellemus} optaremus.{Ego,
si mea} ordo est.Ego contenderẽ. & est principium cõciliandæ
gratiæ,Cur.ad seipsum demonstrat se plus Cur.debere, q̃ Curio Cic. deberet . Sed pro magnitudine animi pollicetur se illi
accumulatissime satisfacturum.{Magis} pro maius,à positiuo
magnũ.non.n.dicimus maius studeo,sed magis studeo, nec ma
ius potuit Scipio q̃ Annibal.Põp.tñ ab eo dictũ existimat, qđ
Græci μᾶλλον dĩt.{Prædicari} apte laudari.{Ponderari} μετεωρίζεσθαι,pro existimari.{Contenderẽ} peterem.{Graue est.n.}
sensus est q̃ cũ quis homo pudens,& modestus aliquod in quẽpiã beneficiũ contulerit , sitq; postea ipse ab eo aliquid magnũ
petiturus:molestũ est petere, qm̃ potat ne beneficiũ, qđ prior
ipse contulerat, repetere & pro eo quasi mercedẽ exigerẽ uidea
Peto, Postulo, Posco, Expostulo, Flagito, Rogo. Tempora. tur.& est exornatio,quã Græci γνώμην,nostri sñiam dĩt.{Petere} petimus gratia,poscimus meritis,postulamus iure,expostu
lamus querela,flagitamus ardore,rogamus præcibus.{De quo
se bene putet} in quem ipse beneficia cõtulerit. {Loco mercedis} pro remuneratione collocati beneficij.{Exigere} debitum
repetere.{Tua} beneficia. {Nouitate meorũ temporũ} dũ fuit
in exilio. nouitãs.n.plerunq; pro temporũ perturbatione poni
tur & tempora pluratiue ad felicitatem vt plurimũ referũtur.
Cic. O tẽpora, ò mores quæ aduersis tẽporibus beneficia præstantur,solent esse cariora & magis cognita,vnde subiungit, cla
rissima & maxima extitere.Sunt & tpa felicitatis,sed raro sine
epicheto ponũtur. {Estq; animi ingenui} pertinet ad animum
Ingenuus. Libertinus. liberalem & nobilẽ.nam rusticorũ animi recipiendis beneficijs
iacẽt,nisi temeritate aliter se gerant. Ingenuus ille dicitur, qui
liberis parẽtibus natus est , nec postea factus seruus.econtrario
Libertinus,qui iusta seruitute manumissus est. {Debeas} elegã
ter ponitur secũda persona pro tertia, tam in versu,q̃ in prosã
oratione.Iuuenalis, Dicas forsitan vnde ingenium par patriæ.
{Debere} obligatũ esse.huius verbi signationem.Cic. in Parad.
explicauit hoc modo: Tu posse te dicito. qm̃ euidem potes,debere tene dixeris,qm̃ nihil quis debet,nisi quod est turpe nõ red
dere.{Non dubitaui} dirige sic verba.Sed quia tua &c. {Per literas} non expectando reditum tuũ.{Neque.n.sum veritus} re
Vel. futatio est & quasi responsio obiectioni. {Vel} pro etiã,vt Ter.
vel rex:& in Phorm.vel occidito. Interdum pro veluti,vt Ter.
vel hic Pamphilus.Alias disiunctiua coniunctio plerunq; corre
ptionem significat,vt Cic.vel optimã me sane vita. {Confiderem} pro constanti haberem posse accumulatissime gratias re
Capere. ferre.{Gratiam} beneficiũ. {Capere} cum vt id,quod in nobis
est,assumimus,capere dicimus,qui se dignũ in accipiendo bene
ficio cognoscit,illud accipere non dubitat,& id magni & libera
lis hominis esse philosophi tradiderũt.{Cumulãdo} plura refe
rẽdn q̃ acceperat. {Ego oĩa mea studia} articulus est.{Studia}
Cura, Curatio. voluntates,& affectus animi.{Curam} differt à curatione, hæc
proprie medicorũ,cura vero reliquorũ esse dicitur non à curan
do,vt inquit Prisc.appellata,sed ab eo q̃ cor vrat.Hinc Ennius
quasi huius nominis originẽ explicãs inquit: Curam'ne leuasso,Quæ nũc te coquit.Hanc Græci μέριμναν dicunt,hanc etiã
pro amore Latini capiũt.Virg.At regina graui iandudũ saucia
Industria, Industrius. cura.{Industriam} A qua non fit industriosus,sed industrius, si
cut nec à virtute virtuosus. licet Boethius virtuosum tu non di
cas. Has.n.deriuationes latinas aspernatur , sed per uirtuosum

Tull.dicit,bonum,iustũ,studiosum,fortem, nunquã virtuosum
apud Cic.inuenies,ex quo ait tametsi vitiosũ dicit , virtuosum
tamen dicere non ausim.{In eo} consulatu. {Officij} quo pro
meritis in me suis efficere debeo, fructus voluptas : gaudere.n.
multum non solum videri vsus officio in Milonem,sed laudari
pius in eum fuisse.{Pietatis} nunc pro singulari amore pietatẽ Pietas.
accipimus,& plus est quàm officium, vt supra diximus . {Laudem} commendationẽ.{Debere quærere} vt Milo consulatum
omnino consequatur , & illud proprie quæri dicitur,quod cum
difficultate inuenitur.Non solum & non modo semper exigũt Non solum.
post se aut sed , aut verum·vt non solũ Athenis cognomen deportasse,sed prudentiam & humanitatẽ intelligo.& in epist.ad
Appiũ.Ita est homo non modo prudẽs, verum etiã, quod vidi, Non modo, Nedum, Neq; uero.
curiosus.Sed caue dicas nedũ,pro non solũ.Est.n.alius loquendi modus . Exigit.n.ante se orationem hoc modo:adirẽ pro te
mortem,nedũ verba pro te facerem . & sub vno verbo vtràque
sñiam complecti hoc modo:Adirem pro te mortẽ, ne dum la
borem.At nullo modo dicendũ est sic: Nedum laborem pro te
adirem,verum etiã mortem.in quo multi errauere . {Neq; vero} ex quadam quasi comparatione dicit q̃ nullus unquã tanti fecit aut fortunã,aut saltem suã,quanti ego consulatum Milonis mei.Et animaduerte,q̃ nec, & neq; eleganter iunguntur
cum hac particula vero, sed autem nunquã pati possunt, quod
iure sibi vẽdicat non.Dicimus.n.autem nec vero, & neq; vero . Non aut.
{Salutem} neq; dicas salutes. numero.n.multitudinis non inueniuntur apud doctos viros.{Honos} vt adipiscatur cõsulatum. Honos, Labos.
honos,& labos,pro honor & labor,non tam versu quàm prosa
oratione dici possunt . Sic in Tusculanis,honos alit,artes,quod
Virg.Semper honos nomenq; tuum. {Omnia mea} nihil exce
pit,sed animi, corporis, & rerũ æternarum bona intellexit esse
posita pro honore Milonis , vt magis Curio moueretur ad id
agendum,quod Tullius pro Mil.petebat.{Si volueris} vim hñt
hæc verba quasi ad cogẽdũ vt facias. {Intelligo} plus est quàm Intelligo, Credo.
si dis isset credo.nam quæ intelligimus,certa sunt,quæ vero cre
dimus,falsa esse possunt.{Præterea} præter te vnũ. {Habemus
hæc omnia} petit statũ causæ,& rei peragendę facultatẽ ostendit,& Milonis mores,& gratiam,& adiumẽta,quæ habeat,pau
cis enumerat.{Bonorum studium} habemus, inquit, in primis
bonorum ciuium, hoc est patriciorũ voluntatem, qui consulatum Miloni volunt. {Conciliatum} in beneuolentiã Milonis
& fauorem adductũ.{Ex tribunatu} ipsius Milonis, quando de
reuocando ab exilio Cic.legem tulit.{Propter nostram, vt spe
ro te intelligere,causam} quàm venuste inter duas causas simi
liter cadentes diuersa interposita sunt verba . per causam vero
nostrã ab exilio reductionem intelligit , de quo sæpe diximus.
{Vulgi,ac multitudinis} repete habemus studiũ . & per vulgus
ac multitudinẽ plebeios intelligit.{Propter magnificentiã mu
nerum} ludorũ,quos populo ante Milo præbuerat, quibus ma
xime plebeiorum animos ad se amandũ allexerat.{Iuuẽtutis}
repete habemus studia iuuẽtutis,& aliorũ,qui gratiosi erant in
dandis suffragijs. Omnes.n.Miloni fauebant, cũ ipse in dandis
suffragijs maxima prudentia vteretur , vt neminẽ offendere, &
multis gratificari videretur. Sunt.n.suffragia, & suffragationes Suffragiũ, Suffragatio, Suffragor, Refragor.
in eligẽdis magistratibus voces & auxilia, quorũ varius est mo
dus.alibi fabis vtuntur:alibi pillulis ex panno factis,alibi vocibus in tabella ascriptis,vt senatus apostolicus in eligendo Põtifice facere consueuit.Inde suffrãgari pro auxiliari dicimus,& re
fragari pro repugnare, & suffragiũ pro auxilio ponitur: non tñ
dicas, Carthaginiẽses suffragia tulerunt Annibali & hmõi.tũc
enim auxilia dicimus,nõ suffragia,quæ hmõi uocibus vt ita loquar,accommodanda sunt.{In eo genere} in dandis suffragijs.
{Nostram suffragationẽ} intellige habemus.{Minus potentẽ}
non multæ gratiæ,vel auctoritatis,qm̃ omnes sciebant Cic.Mi
loni primum debere, ideo in hac petitione Milonis parũ aucto
ritatis habebat:videbatur.n.nõ ratione,sed gratia & debito mo
ueri,aut ad euitandã arrogãtiam,inquit, minus potentẽ. {At}
saltem. {Gratiosam} ex debito.Solent.n.iucunda & grata esse,
quæ à debito proficiscuntur.quis.n.laudat ingratũ?nemo. No- Nomina in osus.
mina in osus desinentia,copiam habitationem,vehementiam,
& quãdam affectionẽ præseferunt.{Dux nobis, & auctor opus
est quia ad optimũ finem hanc rem ducat, & metaphora à mi
litibus esse potest,qui sine duce non multum proficiunt. Opus Opus est.
est mihi illa res,illius rei,illam rem,& illa re dicimus. {Ventorum} à nautis metaphora, & vulgus ac multitudinẽ intellexit:
in quibus nulla solet esse constantia tanquam in ventis & faci
le vt venti mutantur,& vt plurimũ in contrariam sñiam. Virg.
Scinditur incertum studia in contraria vulgus . {Moderator}
cuius

cuius persuasione moueantur, vt est illud Maronis, Tum pietate grauem ac meritis si forte virũ quẽ Conspexere silent: arrectisq; auribus astant. {Gubernator} μεταφορικῶς à naui, cuius rectos gubernator dicit, vt Virg. Ecce gubernator sese Palinurus agebat. Et in metaphora nauigantiũ perseuerauit, cũ vẽtos nominasset. qui vt arte regũtur, ita regi à certo duce hmõi multitudinẽ oportebat, ne tanquã venti mutaretur, sed cõstans esset in fauore Milonis. {Vnus} precipuus. {Exoptandus} eligendus. {Si me.} .s. beneficiorũ. hac verborũ iunctura re vti nolim, vt ab eadẽ syllaba sumatur initiũ dictionis, in qua superior desinit, qñ facit inconcinnam orationem, vt illud Maro. Et dorica castra. eodẽ modo ab eisdem syllabis dico. Videndũ est, inquit Fab. ne syllabæ verbi prioris vltimę sint primæ sequẽtis. Id ne quis præcipi miretur, Cic. excedit in carmine. O fortunatã natam me cõsule Romã. {Quamobrẽ} cõclusio, in qua ostendit nihil sibi denegandũ à Cur. ex ijs, quę petit. {Memorẽ} beneficiorũ acceptorũ. {Si gratũ} in referrẽda gratia. beneficiũ, inquit Cic. male collocatũ maleficiũ puto, & stultũ est immemorẽ, & ingratũ beneficiũ cõferre. {Si bonũ virum} repetitio est, & conferre beneficium bono viro iucundũ est. {Quod} .s. me esse memorẽ. {De Milone} qui est vir bonus. {De} .i. propter. {Dices} primæ coniugationis verbum, tu Virg. propriamque dicabo. Et plus est dicare q̃ dare, nam dicamus perpetuo: damus vero ad tempus. {Vel, vt dicã} correctio est. {De ipso T. Annio} T. Annius Milo dicebatur, remuneratio petitionis. {Maioris animi} articulus. {Si cõplecti hoiem} modus loquẽdi apud disertos viros frequẽtissimus, pro amare & defendere & fauere. Solent & addere amore, vel beneuolẽtia, fauore, & hmõi, & ita dicere, magno te amore cõplector, & hoiem pro illo ponere, vt vidisti hominẽ, hoc est vidisti illum. {Mihi vero} q̃ grãde beneficium sic in eũ collaturus, ostendit, si hanc sumet pro Milone prouinciã. {Eundẽ} ita diligentem, & benignum. {In laude mea} maxime sibi laudi futurum existimabat, si eius opera Milo consulatum adipisceretur. {Qui} qualis. {In salure} qñ ab exilio reuocatus est, vbiq; locorũ suam ab exilio reuocationem salurẽ appellat. {Ego, ni te} ordo est. Ego plura scriberẽ, ni te &c. {His verbis} causam ostendit cur non pluribus verbis secum agat, cum sciat Tul. Miloni plurimum debere. {Officij} in me collocati ab eo. {Commendo} indocti dicunt recommendo, & recõmitto, & re commendationẽ. Tu fac dicas, cõmendo, committo cõmendationem. & interest multum. cũ commẽdo te principi dicimus, & commendo te apud principem. nam commendo te principi, est committo te. Commendo te apud principem, est laudo te. {Atq; trado} est. n. tradere alicuius fidei se committere, & sub eius præsidio esse. {Habeto} ad finem spectat, vt diximus ante. {Præcipue} ante alios. {Pietas} singularis obseruantia amoris. {Studio} opera, & diligẽtia, & fauore. Sanẽ legendũ, Tuo vnius studio, non tui vnius. {Confido} constanter teneo, vel credo, vt alibi Cic. quãquam Crat. nostro principe huius memoria philosophorum hæc te assidue audire, atque accipiendo confido.

Dico
Do

Commẽdo te principi, Commẽdo te apud principem:

ASCAN.

NOndum erat &c. {Multo artificio & summa accuratione cõmendat Cur. causam Milonis consulatũ petentis, cuius adeptione nihil gratius contingere sibi posse late declarat, ideoq; ostendit eum se literis admonendũ habuisse, ne aduersarij eius & præcipue Clodij eam in cõtrariam sniam trahatur. Docetq; rei, quã petit facilitatẽ, si modo Curio annuerit. Sane nos docemur ex hac epistola in re graui exornationibus vti posse. Ordo est. Nondum erat auditũ te aduentare ad Italiam, com ego misi Sex. Iulium familiarẽ Milonis mei. s. amici ad te cũ his literis. Sed tñ cũ tuus aduentus putaretur appropinquare, & constare te profectũ esse iam ex Asia Romam versus, magnitudo rei fecit, vt non vereremur, ne mitteremus nimis cito, cum vellemus magnopere. i. magna cura, & diligentia, has literas perferri ad te, q̃ primum. i. valde cito. ò Curio si meæ officia essent in. i. erga te, solũ tanta, quãta solent prædicari magis à te ipso, q̃ ponderari à me, contẽderem. i. obnixe peterem, verecundius à te si qua. i. aliqua magna res esset petenda mihi. Enim. i. quia, graue. i. molestũ est homini pudenti. i. habenti pudorem, aut verecundo petere aliquid magnũ ab eo, de quo putet se bene meritum, ne videatur magis exigere. i. violẽter expostulare, q̃ rogare quod petat, & numerare, sup. illud potius in loco mercedis, q̃ in loco beneficij. s. gratis facti. Sed quia tua beneficia in. i. erga me extiterunt vel nota omnibus, vel clarissima. i. euidentissima & maxima, ipsa nouitate. i. propter ipsam nouitatẽ. i. raritatẽ temporũ meorum. i. eorum, quæ acciderunt temporibus nostris, hoc est quibus consulatũ gerebamus. Valentur enim tempora esse cõsulum quodammodo eo q̃ ab eis denominabãtur olim anni. Estq; .I. & est animi ingenui, sup. officium. i. pertinet ad animum ingenuum. i. minime seruilem velle debere eidem, cui debeas plurimum, sup. ideo ego non dubitaui. i. nõ sum veritus, petere id à te per literas, quod esset mihi maximum omnium. s. expectãdorum, & est maxime necessarium. Artificiosissime (vt dixi) ad obtinenda quæ vult, incepit. Nam quasi aliud agens rei, quam petit, & honestatem, & necessitatem ostendit. Vnde addit. Neque. n. sum veritus, ne. i. vt non possem, dico ne. i vt. nam satis esset ne possem, sine non. vt cum igitur apponat non, ne quod valet per se, non valet tantum vt quod ideo accidit, q̃, vt dixi verba timoris & vetandi, quæ tacitam negationem important, idem efficiũt cum & sine negatione, & ita, & tres negationes non plus efficiunt, q̃ duæ, sustinere tua, vel. i. etiam, innumerabilia beneficia in me. pręsertim cum considerem nullam esse gratiam, quã animus meus non possec vel capere. i. comprehendere in accipiendo. i. cum acciperet, vel illustrare. i. illustriorem facere remunerãdo & cumulando. i. augendo eam. Ego &c. Post longam insinuationem tandem aperit quid petat, dicens, Ego fixi. i. firmaui & locaui in consulatu Milonis omnia studia mea, omnem operã sup. meam, omnem sup. curam, industriam, cogitationem, deniq; omnem mentem, statuique. i. & constitui me debere quærere in eo, non solum fructum. i. vtilitatem officij. s. bene locati, sed etiam laudem pietatis. Neq; vero puto salutem ac fortunas cuiquam suas fuisse vnquam tantæ curæ, quãtæ. s. curæ honos eius. s. Milonis, sit mihi, in quo. s. honore eius, ego decreui oia studia mea esse. Ego intelligo te vnum posse esse, si volueris, huic i. huiusmodi amico meo tanto adiumento, vt nihil sit requirendum nobis, prætetea. i. præter te vnum. Nos habemus hæc omnia. s. adiumenta, vtpote studium. i. fauorem, bonorum. s. ciuium, conciliatum. i. conquisitũ Miloni ex tribunatu. s. eius, quẽ decenter gessit, conciliatum, dico studium bonorũ. Propter nostrã causam, vt spero te intelligere, & studium vulgi ac multitudinis, propter magnificentiam munerum, & liberalitatẽ naturæ. i. naturalem Milonis, & sup. studiũ iuuentutis. i. multitudinis iuuenũ, & gratiosorum. i. eorum qui habent multam gratiã & prærogatiuam in suffragijs propter excellentẽ vel gratiã vel diligẽtiam ipsius in eo genere. s. hominum conciliando & sup. propter nostram suffragationem, si. i. licet forte minus potẽtem, at. i. certe probatã & iustam & debitã, & propterea fortasse etiam gratiosam. Dux & auctor. s. huius petitionis, est opus. i. necessarius nobis. & quidam moderator eorum ventorum. i. aurarum, hoc est fauorum & suffragiorum, quæ sæpe facillime vt venti leui momento mutantur. Et quasi gubernator, qui. s. moderator & gubernator, si vnus sit exoptandus, nobis ex omnibus, nõ habemus sup. quempiam quem possumus conferre tecum. Quamobrẽ si potes existimare. i. iudicare me virum memorem. s. beneficij habendi in animo si gratũ in beneficio referendo. Si virum bonũ, vel. i. etiã ex hoc ipso. s. facto meo, q̃ laborem tam vehemẽter de Milone . i. de honore Miloni augendo: deniq; si iudicas me dignum tuis beneficijs, ego peto hoc à te ut subuenias huic solitudini meæ vt dices. i. de dices, aut dedas, & quasi cõsecres, & propriũ facias studium tuum huic laudi, vel, vt dicã verius saluti proprie. ego polliceor tibi de ipso T. Anuio. s. Milone tãtum. i. tã multũ, aut multũ, aut id solum, te neminem. i. nõ aliquem, nõ esse habiturum aliquem maioris animi, grauitatis, constantiæ, beneuolentiæ erga te sup. q̃ ipsum, si velis complecti. i. in amicitiam tuam acceptare hominem. Vero. i. sed tu adiunxeris mihi tantum decoris, tantum dignitatis, vt ego agnoscam facile te fuisse eundẽ in laude mea, qui fueris in salute. s. mea, hoc est in recuperãdo reditu ab exilio. Ego ni. i. nisi scirem te videre. i. perspicere cum scriberem ad te, quantum officij. s. Milonis in me sustinerem, & quantopere esset mihi elaborandum in hac petitione. s. consulatus Milonis. i. qua Milo consulatum petit, non modo. i. non solum omni cõtentione. s. verborum, sed etiã omni dimicatione . i. concertatione; qualis est armorum, scriberem plura. Nunc quia ita est, quod rem omnẽ nosti, cõmendo tibi omnem rem, atq; causam, & me totum commendo, atq; trado. i. tibi dedo. habeto. i. firmiter teneto hoc vnum sic, si ego impetrauero hanc vnam rem à te, me debiturum sup. esse tibi plus q̃ ipsi Miloni. Non. n. mea salus fuit mihi tam cara, in qua sum adiutus, præcipue ab illo. s. Milone, quam. i. quantum, pietas. s. mea, in referenda gratia erit iucunda. i. delectabilis sup. mihi. Autem pro sed, ego confido me posse assequi. i. obtinere, eam. s. pietatem in Milonem studio. i. annixu & fauore tui vnius. solius.

IN suffragijs studia} dictionem, studia, sustulimus, supra enim dixit, studium; e qua voce sequentes genitiui reguntur.

PAVLVS MAN.

FR. RO. ETiamsi Cic.epistolæ, quę vulgo familiares appellantur nostra ætate à doctis,innumerabilibus prope mẽdis fuerunt expurgatæ,pristinoq́ꝫ nitori restitutę,quæ laos maxima ex patre Petro Victorio viro eruditissimo est tribuẽda:semper tñ aliquid sese affert attẽte legentibus antiqua illarũ epistolarũ exemplaria.Quod id ipsum nuper mihi cõtigit. nam,cũ peruetustũ,quod domi habeo iam diu exẽplar,conferrem cum impressis, incidi in ea verba, quæ sic legũtur distincta epist.7.li.2.ad Cur.Nõ vereor,nequid timide,nequid stulte facias,si ea defendes, quæ ipse recta esse senties. Quòd in id reip. tp̃s non iucideris,sed veneris, ʒiudicio.n.tuo,nõ casu,in ipsum discrimen rerũ contulisti tribunarũ tuũʒprofecto vides,quanta vis in Rep.tpum sit,quãta varietas rerũ,q̃ incerti exitus,q̃ flexibiles hoium voluntates quid insidiarũ,quid vanitatis,in vita nnn dubito,quin cogites.Non dubito,quin oẽs,si attente legerint hæc verba,offendantur tñ perplexo verborũ ordine, etiam sensu,qui etsi aliquis videri potest,nõ est tñ aptus, & cõcinnus. Meus ille sic habet ista verba descripta, & interpuncta, quæ cũ quispiã legerit,facile iudicabit ita omnino esse legendũ,& interpungendũ locũ hunc.Noo vereor,negnid timide,nequid stulte facias,si ea defeodes,quæ ipse recta esse senties,ꝙ in id reip.tempus nõ incideris,sed veneris,iudicio.n.tuo,nõ casu in ipsum discrimen rerum cõtulisti tribunatum tuũ: profecto vides, quãta vis rep.sit temporũ, quãta varietas rerũ q̃ incerti exitus,quam flexibiles hominũ voluntates, quid insidiarũ, quid vanitatis in vita,non dubito,quin cogites.Antea tres fiebant in hac oratione periodi.Prima,Non vereor.Secunda,Quod in rep.tempus. Tertia.Quanta vis io rep.temporum. adde ꝙ & una fiebat πάρενθεσις,quę disiungebat verba. Nuoc si ita legas,vt demõstraui,duæ tm erunt periodi:Prior,Nũ vereor ne. Altera: Profecto vides quanta vis &c. Quòd in id reip. tempus nõ incideris,sed veneris.leuiter hæc verba sunt interpũgenda à superioribus.nã est ratin prioris propositinnis.Iudicio.n.tuo,non casu,est altera ratio proximarũ dictionũ.Sed veneris.Profecto vides quãta vis in rep. Quòd sit sumendum alterius periodi initium, patet ex perspicuitate. Cum enim duo cõtineat verba hæc periodus. Vnũ illic,vides.Alterum io fine,cogites. videtur elegantissime omnia distinxisse Cicero.Nam cum ait, Quãta vis in rep.temporum sit,quanta varietas rerum,q̃ incerti exitus, quàm flexibiles hominum voluntates.Merito dixit,vides.isthæc.n.videntur & oculis,& sensu.Cum vero ait,quid insidiarum,quid uanitatis in vita,non dubito,quin cogites. merito retulit ad cogitationem.insidiæ.n.& vanitas cũ sint occultæ, cogitatione sapientum perspiciuntur Adde quòd plurimũ est venustatis in illa repetitione facta per verba similia quàm, quãta,quàm, rursus cũ ad secundum referuntur verbum cogites,qnid,quid.Isthæc for fortasse verbosius quàm oportebat a me dicta sunt , sed malui in hac re explicãda, meã reprehendi, quàm requiri diligẽtiam,

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Quanquã alia multa in hac epistola agat Cicero , solitam tñ clausulã nõ omittit, quæ adolescentis animũ ad confidentiã sui ipsius confirmat.

CICERO PROCOS. S. D.
CVRIONI TRIB. PL. 7

SERA *gratulatio reprehendi nõ solet, præsertim si nulla negligentia prætermissa est.longe.n.absum,audio sero,sed & tibi gratulor: &,ut sempiternæ laudi tibi sit iste tribunatus , exopto: teq́; hortor,ut omnia gubernes,& moderere prudentia tua; nete auferant aliorum consilia. nemo est,qui sapientius tibi suadere possit te ipso. nunquã labere,si te audies.non scribo hoc temere. cui scribam,uideo.noui animũ,noui consiliũ tuum.non uereor,ne quid timide,ne quid stulte facias,si ea defendes,quæ ipse recta esse senties, quòd in id reip. tẽpus non incideris,sed ueneris,(iudicio.n.tuo,non casu, in ipsum discrimẽ rerum contulisti tribunatũ tuum) profecto uides,quanta uis in rep.temporũ sit, quanta uarietas rerũ, quàm incerti exitus,quàm flexibiles hominum uoluntates:quid insidiarũ,quid *uanitatis in uita,non dubito,quin cogites .sed,amabo te,cura, & cogita, nihil noui , sed illud idem,quod initio scripsi. tecũ loquere:te adhibe in consilium : te audi : tibi obtempera. alteri,qui melius dare consilium possit,quàm tu,non facile inueniri potest:tibi uero ipsi certe nemo melius dabit . Dij immortales, cur ego non adsum uel spectator laudum tuarum,uel particeps,uel socius,uel minister consiliorũ ? tametsi hoc minime tibi deest : sed tamen efficeret magnitudo , & uis amoris mei, consilio te ut possem iuuare . Scribam ad te plura alias. paucis.n.diebus eram missurus domesticos tabellarios:ut,quoniam sane feliciter, & ex mea sententia remp. gessimus, unis literis totius æstatis res gestas ad senatũ perscriberem.De sacerdotio tuo quantam curam adhibuerim , quamq́; difficili in re, atq; causa, cognosces ex ijs literis,quas Thrasoni liberto tuo dedi.Te, mi Curio,pro tua incredibili in me beneuolentia,meaq́; item in te singulari,rogo atq; oro,ne patiare mihi quidquam ad hãc prouincialẽ molestiam tẽporis prorogari. præsens tecum egi, cum te tribunum pleb. isto anno fore non putarem : itemq́; petiui sæpius per literas , sed tum quasi à senatore nobilissimo , & adolescente gratiosissimo , nunc à tribuno pleb. & à Curione trib. non ut decernatur aliquid noui , quod solet esse difficilius ; sed ut ne quid noui decernatur ; & ut S. C. & leges defendas; eaq́; mihi cõditio maneat,qua profectus sum. hoc te uehementer etiam atq; etiam rogo. *Vale.*

uarietatis

SEra gratulatioʒpost finitũ tempus magistratus,quẽ Cur. gesserat in Asia,reuersus Romam creatus est Trib. pl. cui Cic.ex Cilicia scribens primũ excusat se de sera gratulatione huius dignitatis.Deinde ei gratulatur,& simul hortatur,vt prudentia sua ita se regat, ne aliorũ consilijs auferatur intelligebat.o.Cic. Cur.à Cæs. solicitari in partes suas, quem, vt diximus,ære alieno nppressem tandem adegit . Itaque nunc Cic.eũ laudans hortatur,vt sit fortis & constans in tuenda rep. & cum sit sapientissimus,ita vt alijs possit cõsulere,multo melius dicit eum posse consulere sibi ipsi.Postea Cic.dolet ꝙ non sit Romæ,vt posset aut spectare quæ præclara à Cur.geruntur, aut etiã eum cõsilio iuuare Postremo rogat eum, vt det operã ne tempus prouincię ei prorogetur.quemadmodũ dicit se eum rogasse Romæ coram.ʒSeraʒ tarda.ʒGratulatioʒest gaudium ex aliena felicitate , alias vero pro actione gratiarũ ponitur, & gratulari pro agere gratias. Terent. Desine mulier gratulando deos obtũdere.ʒPrætermissaʒ ad tẽpus omissa. ʒAbsumʒ quia Cil.procul abest ab vrbe Roma , & est excusatio seræ gratulationis.ʒSero audioʒquæ Romæ fiunt propter longinquitatem locorum & itinerum difficultatem.ʒSed tibiʒdicit, se nunc facere quod distulit, vt gratuletur Cic.de tribunatu adepto.ʒExnptoʒvotis & precibus exposco.ʒIsteʒtuus.ʒSempiternę laudiʒvt ita eum geras,vt cõsequare sempiterna laudem.ʒGubernesʒtractum, vt diximus supra,ab eo,qui nauem regit. ʒModerereʒcum modo & ratione regas.ʒAliorũ consiliaʒneminẽ nominat,sed latenter significat Cæs.qui nitebarur Cur. in partes suas,vt diximus,trahere.ʒAuferantʒabducant à recto proposito,& sententia defendẽdæ reip.ʒSuadereʒconsulere.ʒLabere,ʒ penultima producta.i.errabis,& est translatio.ʒAudies teʒ auscultabis tibi,& cõsilium tuũ sequi volueris.nam audire pręcepta alicuius dicimur, cum eis paremus. ʒTemere. ʒ sine causa. ʒCuiʒquali,q.d.sapientissimo & cõstantissimo ciui.ʒAnimũ,ʒ fortem,& studiosum libertatis.ʒConsiliumʒprudentiam.ʒTimideʒquia dixit noui animum tuum: est.n.timiditas contraria fortitudini.ʒStulteʒpropter id,quod dixit, nnui cõsilium, quia stultia est contraria prudentiæ.ʒSentiesʒiudicabis.ʒRectaʒhonesta:nam rectum dicitur,quod cum officio fit : idem & honestum dicitur.ʒQuodʒquiaʒIncideris ʒcasu veneris.ʒSed venerisʒ.i.iudicio & certa sñia veneris· nã incidere est casu incurrere & venire,vt incidi in latrones, incidi in magnã perturbationem reip.ʒIudicioʒ.i.certa sñia,cõsulto.ʒNõ casu,ʒnõ in cõsiderate,nõ fortuito. ʒCõtulisti tribunatũ io ipsum discrimẽ ʒ.i. voluisti esse tribunus in ipso periculo reip. ʒDiscrimenʒ omne periculũ,alias experientiã sigñat & differentiam.ʒRerumʒimperij & status Romani,vt Virg.3.Aen.Postquã res Asiæ ʒCõtulistiʒcõiecisti,distulisti.ʒVis tpumʒimpetus & violẽtia tpm tempora.

HVBER.

Gratulatio
Gratulor

Tempora pro conditione temporum ponuntur. Vanitas Vani

tempora autẽ pro cõditione temporũ ponuntur, vt Cic. O mores, ó tẽpora. {Varietas} diuersitas, alij.n. gaudent isto statu, alij dolent. {Incerti} ignorati dubij. {Insidiarum} fraudũ, proditionũ: vt, Accipe nunc Danaũ insidias. {Vanitatis} mendaciorũ, & infidelitatis. nã. vt inquit A.G. vani sunt, nõ vt vulgo desipientes, & hebetes, aut inepti, sed vt veterũ doctissimi dñt, mẽdaces & infidi, & Nonius insidiosos & subdolos dici ostendit. {Amabo} blãdientis est particula comicis valde familiaris. {Initio} huius epistolæ, repetit autẽ eandẽ sñiam diuersis verbis. {Tecũ loquere} idẽ est quod supra, Nemo est, qui suadere tibi prudentius possit &c. {Obtempera} obsequere. {Tibi} tuo iudicio. {Alteri} .i. alij. {Tibi} argumentũ à minori ad maius, vt qui alijs cõsulere sciat, se multo melius cõsular. {Dabit} consiliũ. {Dij immortales} exclamatio præ magno desiderio Curionis. {Nõ adsum} Romæ. {Spectator} inspectator, cognitor. spectamus.n. quæ sunt voluptati. vnde & spectacula laudũ, virtutũ, vel re vera commendationũ. quas ex tribunatu tuo adipisceris. {Particeps} cõmunicator, vel passiue .i. cui tu participares cõsilia tua. {Socius} in laboribus. {Minister} suggestor. {Hoc} .s. habere cõsilia. {Minime deest} quia per te multũ sapis. {Vis} vehemẽtia, potestas. {Iuuare} auxilio esse. {Cõsilio} meo. {Alias} alio tempore {Paucis diebus} .i. intra paucos dies. {Domesticos} ꝓprios meos: nã erant tabellarij publici. {Tabellarios} nuntios, qui literas deferunt à tabellis ferendis. {Vt, qm̃} ordo est, vt vnis literis res gestas totius æstatis ad senatũ perscriberẽ, qm̃ sane feliciter &c. {Feliciter} prospere, quia victoriam habuerat aduersus, Parthos. {Ex mea sñia,} ſm vota & optata mea. {Gessimus} in hac ꝓuincia. {Vnis literis} vna epistola. {Totius æstatis} quas vna æstate gessi, tunc.n. tps est gerẽdi belli. {De sacerdotio} sacerdotes oẽs a sacris dicti, vt voluit Var. Erant aũt sacerdotum varia gña, alij.n. põtifices à posse & facere ſm Sceuolã dicti vel vt maluit Varro, .i. ponte, quia Sublicius pons ab his factus est, primũ & restitutus sæpe erant aũt & maximi põtifices & minores. põtificibus vero teste Matr. erat permissa ptãs memoriã rerum gestarũ in tabulas cõferendi: & hos annales appellãt maximos, quasi à põtificibus maximis factos: vnde & Virg. ait ex persona Aeneæ pontificis maximi, Et vacet annales nostrorũ audire laborũ ex alijs sacerdotibus. alij appellãtur flamines diales, Martiales: & deniq; ab eo deo, cui essent sacrati, nomen accipiebant. Cupiebat igitur Curio aliquod sacerdotiũ opera & fauore Cic. de quo nunc scr. Cic. se multũ laborasse. {Difficili} quia fortasse multos aduersantes haberet. {Mi Curio} incipit ei blãdiri. {Incredibili} maxima. {Singulari} egregia & incõparabili. {Oro} plus est in sensu, q̃ rogo. {Ne patiare} ne sinas, ne permittas. {Molestiã prorogari} quã in hac prouincia capio. Ostẽdit.n. se inuitũ illic esse. {Prorogari} .i. differri. {Egi.} rogaui te, locutus sum tecũ. {Pręsens} corã, cum essem Romæ. {Sed t.} ostendit hanc suã petitionẽ maiorẽ habere vim debere, quia ante petiuerat à Cur. tanquã senatore solũ, nunc vero à Cur. etiã trib. {Fore} quia nondũ erat facta mentio aliqua de tribunatu suo. {Adolescente} iuuene. {Gratiosissimo} valde grato & accepto. {A trib. pl.} q.d. à magistratu, qui nunc per te ipsum potes, quod ante per alios erat faciendũ. & primo gñaliter dixit à tribuno propter supradictã, cũm ꝙ plus haberet auctoritatis q̃ ante. deinde subdit. {Et à Curione} q.d. qui totus es, meus, quẽ nihil mihi negare decet, & qui poteris quantũ voles. magna.n. vis est in noĩe proprio, q.d. non à quouis tribuno hoc peto, sed ab eo, qui potest. {Nõ} subaudi peto. {Aliquid noui} .i. ꝑ hoc meo procõsulatu, vel imperio. {Quod} decernere aliquid noui. {Difficilius} quia difficilius aliquid noui deliberatur pro aliquo in magistratu, q̃ seruatur id, quod fuerat ꝓmissum. {Sed} .s. peto. {Ve ne} pro ne .i. vt nõ. {Decernatur quid noui} .i. vt senatus nihil oĩno decernat de hoc meo imperio, nisi vt qua conditione ꝓfectus sum in prouinciã eadẽ mihi seruetur. quod declarat dicens. {Sed} peto. {S.C.} quo mihi decreta fuerat prouincia tñ in annũ. {Et leges} quibus cauetur vt finito anno magistratui detur successor. {Cõditio} Conuentio, ea.n. cõditione iuerat in ꝓuinciã, vt post annũ inde discederet. {Maneat} cõstet, seruet, vt Virg Aen. 2. Tu mõ ꝓmissis maneas .i. non discedas à ꝓmissis.

XII.

Era gratulatio} cõgratulatur Cur. ꝙ ex Asia reuersus tribunatũ cõsecutus sit, quã magistratũ adijsse & factũ Cęs. inimicũ App. scriptũ reliquit. Sed eũ tandẽ ære alieno oppressum Cæs. in suas partes adduxit, vt ante diximus. Hortaturq; Cur. ad suscipiendã reip. defensionẽ, & perpaucos intelligat esse Romæ, qui saluã remp. velint, adhibeat in consiliũ neminem, sed se solũ audiat, sibi obtemperet, suũ duntaxat consiliũ sequatur. inde dicat se dolere ꝙ abest ab vrbe, & spectare nõ potest, quæ ab eo geruntur in rep. Postremo rem suã Cur. commendat, ne sibi in Cil. prorogetur imperiũ. Erat autẽ tum Cic. cũ has ad eum literas scriberet, in Cil. procõsul, Curio Romæ trib. pl. Ex quo videndum in primis cuiusmodi magistratus isti fuerint. Proconsul. erãt, qui cũ potestate cõsulari extra ordinẽ in prouincias belli gerẽdi causa mittabãtur, & eandẽ propemodũ potestatẽ habebant, quã consules, nisi ꝙ 6. tm̃ lictores secũ ducebãt, illi 12. Et siquidem is aliqua occupatus causã, ad prouinciam sibi traditã accedere, aut ibi adesse nequiuisset, legatũ subrogabat, qui propemodũ parem proconſ. potestatem gerebat. Res.n. grauiores administrare nequibat, quæ procõsul procurãdæ deferebãtur. Proconsularis vero dignitas fuit primũ eo tpe, vt arbitror, instituta, quo Posthumus Albus, & Semp. Fuscus consulatũ gerebãt, quorũ alter aduersus Equos bellũ gerens obsessus, est alter in vrbe remãserat: & is vt collige ferret auxiliũ, T. Quintũ proconſ. creauit, ante ipsum inuenio neminẽ. Hęc deinde ita diffusa & obseruari cœpta est, vt qui cõsules fuissent exacto eorũ officio, sequẽti anno proconsules remanerẽt, & ad diuersas belli gerẽdi causa prouincias mitterentur. Tribunorũ tria sont gña, Celerum, Militũ, & Pleb. Trib. celerũ CCC. milites ad continuũ & regis, & reip. præsidium sub se habebãt, quos primus oĩum Romulus ex quaq; curia, quas ipse 30. constituerat, 10. asciuit, & his tres viros præfecit, eosq; qm̃ à tribunus elegerat, tribunos voluit appellari. Celeres verò à celeritate plerique dictos existimant. Sunt qui à Celere, qui Remũ occiderat, & qui primo his ordinibus à Romulo. præfectus fuerat appellatos putent. Tribuni vero militũ totius exercitus defensores erãt, ne vis aliqua, vel seditio inter milites oriretur. Et tres primum ad postulationẽ plebis cõstituti, qui eandẽ cũ consulibus habebãt potestatẽ, cũ bella sæuirent, & ex plebe dilectus fieret, ne grauiter ferret. Tres, inquã, constituti fuerũt, Sẽpronius Attracinus, L. Actius, & C. Cœlius viri patritij. M. Geni. & P. Curatio. coss. Ante hos tñ trib. pl. erãt qui aduersus oẽm senatum plebem defenderẽt. Illorũ vero creandorũ causa initio fuit successio pleb. à patribus in montẽ sacrum facta, qui tertio lapide distat ab vrbe. Fuit & Menenij Agrippæ diligentia hac cõditione reuocata, vt plebeios magistratus in vrbe haberet. Tũc duo creati sunt Trib. pl. A. Virginio & T. Vetulio coss. Additi deinde fuerunt tres alij T. Quintio & appio Claudio coss. Demum 5. alij Q. Minutio, & M. Hor. Puluillo coss. quorũ quidẽ tribunorũ tanta erat auctoritas, vt oĩa senatus decreta irrita tenerẽtur, nisi per eos approbata, ipsorumque signata sigillo fuissent. Verũ quæ & quãta fuerit tribunorũ potentia, A.G. Labeonis sñia, atq; Varronis, ostẽdit, quod in eo legere poteris. {Sera gratulatio} quandã excusationẽ præmittit, qm̃ aliquãtulũ tardus in gratulãdo fuisse videbatur. {Sera} tarda. Mart. Nil facies, & serũ est alium mihi quærere regem. {Longe absum} multũ.n. distat ab vrbe Rom. Cil. in qua tũc Cic. procõs. {Audio sero.} quæ Romæ geruntur. hoc est tarde. Nec tu dicas bonũ sero pro bona vespera, id.n. nusquã lectum est, tametsi, non solũ tarde significet, sed post solis occasum, vnde serotinus. {Sed tibi} nunc se gratulari dicit, ꝙ lõginquitas locorũ abstulerat. {Gratulor} gratari & gratulari significatione nõ differunt, sed stylo. Gratari.n. poetarum est, & historicorũ, Gratulari vero oratorũ, significantq; verbis ostendere te gaudere alicuius felicitate apud eũ, qui felix est, & datiuũ volunt: vt, Gratare sorori, & tibi Gratulor. ad nos ipsos interdũ referri potest ob aliquã felicitatem nostram, vt si dicimus, Gratulor scriptis meis. {Sempiternæ} nunquam perituræ. Sempiternũ dijs damus. {Perpetuum} hominibus. {Moderere} cum modo regas & ratione. {Prudentia} quę est rerum bonarum & malarũ per omne tempus scientia. {Ne te auferant} in eorum sententiam ducãt, defensionem rep. deserendo, & hoc propter Cęs. dixit, qui eum in partes suas abducere conabatur, quod tãdem fecit. Aufero ex ab, & fero, & b, in u, mutatur. {Laberis} in errorem cades, accentum in pen. μεταφορικῶς dixit. {Temere} stulte, sine causa. {Si te audies} si tuũ consilium sequeris. {Cui scribam, video} q.d. se videri ad prudentissimum virum scribere. Emphasis est. {Noui animũ} .s. magnificum, laudem, & gloriam appetentem, & libertatis amantissimum. {Noui consilium} esse sanissimũ, & reip. profuturũ, quod ex animo tuo nascitur. {Timide} ad animum refertur, timor.n. est contra magnanimitatẽ {Stulte} ad consiliũ, species est malitiæ. nam stultitia est prudentiæ contraria, ex qua nascitur consilium. {Senties} censebis. {Non incideris, sed veneris} unum in casu & fortuna, alterum in iudicio & consilio positũ est. {Iudicio} consilio, consulto, & dedita opera. {Casu} fortuito. {Discrimen rerũ} periculum reip. vt eam defenderet. nam res pro-

Spectator.

Sacerdotes

Oro Rogo

Tria tribunorum sunt genera.

Sera Serotinus.

Grator Gratulor

Sempiternæ Perpetuũ.

Timor

statu reip.posuit:vt Virg. Res Agamẽnonias, victriciaq; arma secutus per tot discrimina rerũ.aliàs dr̃iam sigñat. Virg.Tros Tyriusq; mihi nullo discrimine agetur.{Contulisti}coniecisti {Tribunatũ tuũ} ꝙ tribunus esse voluisti,cum tanto periculo resp.laboret.{Temporũ}perturbationũ. {Quid insi.} qm̃ nusquam tuta fides: numero tm̃ multitudinis insidias dicimus: & fraudes,atq; proditiones sigñant. {Quid vanitatis} refertur.n. vanitas ad fingenda mendacia,& perfidiã,& differt à stoliditare cuius rei meminit Apollinaris, auct. Nigidio, apud Gelliũ his verbis.

Vanus
Stolidus

Vanos proprie dici nõ,vt vulgus dicit,desipientes,hebetes,aut ineptos,sed vt veterũ doctissimi dixissent, mendaces, & infidos,& leuia inaniaq; pro grauibus & veris astutissime cõponentes Stolidos aũt vocari non tã stultos,& excordes,q̃ tetros & molestos , & illepidos, quos Græci ὄνους καὶ βλάκας dicunt.

Quin

{Quin} ꝙ non,vt,quin vatẽ insanã aspicias.Alias quin pro immo etiã,aut atq;: etiã vt,quin aspera Iuno.Interdũ pro cur nõ. Virg.Quin tu aliquid saltem potius,quorũ indiget vsus Viminibus mollíq; paras detexere iunco . Et indicatiuo iungitur tã in prosã oratione,q̃ versu.Fab.Quin.tu potius amittis iuuenis consilij rationẽ.{Amabo}aduerb. blãdientis est,& in antepen. habet accentũ.Teren.Dic amabo.{Cura, & cogita} imperãtis verba,nã cura & cogitatione quidã legunt. {Nihil noui}nolo, inquit,aliquid noui cogites,aut cures.{Sed illud idẽ, quod initio scripsi}.s.ne te auferãt aliorũ cõsilia , & huiusmodi superius dicta.{Tecũ loquere}eundem sensum cum superioribus per diuersa verba.{Consiliũ}quia nemo ita fauebat reip.vt ipse Curio.

Specto
Spectaculũ
Tabellia

{Spectator} qui inspicerem laudes tuas,quas ex tribunatu cõsequeris.Spectare.n.ad oĩa refertur,sed proprie ad voluptatẽ pertinet,vnde spectacula nuncupantur.Tametsi hoc tibi minime deest}qm̃ per te sapis,& potes oĩa,& omnes laudũ tuarum spectatores esse poterunt.{Tabellarios}literarũ latores.In ceratis.n.tabulis scribebat antiquitas,vnde tabellæ pro lr̃is dicebãtur,& tabellæ pro testamẽto.Iuue.Signatæ tabulæ dictũ feliciter.{Ex mea sñia}vt volui.nã Parthos superauerat. {Remp. gessimus}commodũ reip.fecimus, ad euitandã arrogantiã numero plurali est vsus.Tribus.n.modis plurali pro singulari numero vti possumus.Ad magnificẽtiã styli.Luc.Bella per Aemathios plusquã ciuilia campos Iusq; datũ sceleri canimus.Ad exprimẽdã indignationẽ. Virg.Moriemur inultæ.Sed moriamur ait.Et ad humilitatem ostendendã.Cic. Nõ spe moti venimus ad scribendum. {Vnis} nominibus adhærescit plurali numero tantũmodo declinatis,vt arma,literæ.{Res gestas} in administratione magistratus,& ad remp.pertinentibus,inq; rebus publicis,ac maioribus, & ad plurimos etiã spectantibus, & maxime in re militari res gestas dicimus.{Totius æstatis}quas tota æstate gesserã.{De sacerdotio tuo} hanc sacerdotij dignitatem Curio affectabat,pro eo vero impetrãdo Cic. non mediocriter laborauit.Ex patribus.n.vt de huius dignitatis origine aliquid dicamus,Numa secundus à Romulo Martiũ M.Fab.pontificẽ primũ elegit,eiq; sacra,vt inquit Liu.oĩa exscripta,exsignataq; attribuit.Quattuor ex inde ex gente patricia,& totidem explebeia pontifices cõstituti sunt , quorũ vnus dicebatur maximus, qui solus templo Vestæ,Palladiiq; custodiæ una cum sacerdote maximo præsidebat, & eius auctoritate oĩa sacra regebantur. Huic aũt sacrorũ rex suppositus erat, ne regis appellatione regiam dignitatẽ inuaderet, quibus sacra primũ fuisse constituta manifestum est:quod tñ ne penitus ab hominũ memoria extingueretur, vnus tm̃ sacerdos post reges exactos à rep. institutus est,qui rex sacrorum,sacrificulusq; diceretur. Et qm̃ erãt varia sacerdotũ genera, Flamines,Diales,Martiales,Quirinales, Salij,Pontifices minores,Pontifices maximi, reges sacrorũ,sacrificuli,& qui etiã Cybelles sacra facerẽt, qui Galli dicebantur, & quidã alij. Nõ ausim dicere quodnã sacerdotiũ ex ijs omnibus Curio appetebat,satis est exponere quod sacerdotiũ cupiebat, pro quo Cic adipiscendo diligenter operã dedit. {Difficili}propter competitores.{Te mi Curio} ad rem suã accedit, rogatq; Cur.det operã,vt exacto tempore magistratus,quẽ tunc in Cilicia gerebat, ne sibi prorogetur imperiũ , sed ad constitutã diẽ redire possit in vrbem R. Libẽtius.n.manebat in vrbe sine magistratu q̃ cum magistratu extra vrbem.quod & in ea demonstrauit ep. Vrbẽ mi Rufe cole,& in ista luce uiue. {Mi Curio} suauitatẽ quandã dicendi,& vim amoris ostendimus , qñ hmõi appellationes inserimus , Mi Curio , mi Marcelle , mi Rufe . Molestiã}quã in hac ꝓuincia patior,cũ inuitus illic esset. {Præsens}A minori ad maius.{Prorogari}in longũ & vltra constitutũ tẽpus deduci.{Sed tũ}.s.egi tecũ, & locutus sum de hac re mea,qm̃ non eras.trib.pl.sed certe senator nobilissimus, & adolescẽs gratiosissimus.Nunc vero,cũ hæc eadẽ à te peto, es trib. pl.ꝙ multo magis hanc rẽ mihi cõficere poteris.{Nunc à trib. pl.} oẽs codices quos ego hactenus vidi, hunc locũ mendosum habent, dicuntq; nunc à Tyrãno P. Lent.est aũt hoc modo legendũ, Nunc à trib.pl. & à Curione trib.Nec tyrannus pro tribuno ponitur.{Et à Curione trib.}nõ diuersam personã dicit, sed eandem,& sic dicit.{A Curione}tanquã ab eo,qui totius esset ipsius Cic.& propriũ nomen artificiose posuit in exaggeratione quadã,& tãquã ab eo trib.diceret hoc se petere,qui plurimum posset in rep.}Quod solet esse difficilius}vt aliquid noui & præter patriũ morem decernatur, quod tũc fieret, si tp̃s Cic. prorogaretur.{Sed vt nequid noui decernatur}quod à contrario sensu solet esse facilius,vt finito anno ẽ prouincia decedat . {Vt S.C.}quo decretũ est per annũ hoc mihi.{Et leges defendas}quibus cauetur , nequis vltra constitutũ tp̃s in magistratu manere possit. {Qua profectus sum}hac.n.conditione & lege in ꝓuinciã iuerat,vt finito anno ẽ prouincia decederet. Legẽdũ sanè cõditio siue c.Distat.n.cõditio, atq; cõdictio à cõdicendo.n.condictio nascitur,quæ pronuntiationẽ quandã, & actionem sigñat,à cõdendo vero cõditio deriuatur,quæ pro fortuna & sorte,& quasi electione,& cõuentione quadã accipitur.Caue referas ad naturã.nã non moris est,sed fortunæ.Itaq; male dñt quidã bonæ,aut malæ cõditionis quempiã,si ad naturã referũt. At si fortunam optime dñt bonæ, aut male,paruæ,aut magnæ cõditionis hominem,vt aut pauper sit,aut diues, & hmõi,quę fortunæ sunt,non naturę,vt apud Liu. multis in locis legimus conditiones pacis oblatas.In quo etiã animaduertendũ,ꝙ qui offerunt cõditionem nunquã alijs verbis ferme q̃ istis vtuntur fero,pono,offero cõditionem:qui vero conditionem accipiunt, nunquã alio verbo,q̃ accipio.Sic Terent. de Glycerio, accepit conditionẽ.Et Liuius,Cõditionẽ acceperunt.Verum si mentis qualitatẽ significare voluerimus,non cõditionem dicemus,sed naturam,aut ingenium,vt bonæ,aut malæ naturæ,benigni.aut maligni ingenij adolescens. {Maneat} seruetur,firma sit .

Condicio
Condictio

Sera gratulatio}quo tp̃e Curio Romã redierat,& trib.pl. creatus fuerat.Cic.Ciliciã ꝓuinciã regebat, ẽ qua cũ audisset tandẽ Cur.successum,gratulatur ei, purgãs tarditatem gratulationis, & simul adhortãs, ne quorũuis cõsilijs ab Reip.studio auferatur, in qua re tacite Cæs. notabat. demũ rogat,vt Curio faciat,ne sibi prouincia prolongetur.Ordo est. Gratulatio de bono alterius,sera.i.licet tarda, nõ solet reprehẽdi,præsertim.i.hoc præasserto,si sup.gratulatio, nulla.i.nõ ulla, nõ est prætermissa ulla negligẽtia.i.per vllã negligentiã,subaudi qualis est nostra.Em̃.i.quia,ego absum.s.ab vrbe lõge,vtpote in Cil.audio.s.quę illic gerãtur sero.i.tarde.aliqñ sero est nimis tarde.Sed licet sero, ò Cur.ego gratulor tibi, & exopto vt iste tribunatus sit tibi sempiternæ laudi.i.ad perpetuã laudem. Et hortor te,vt gubernes oĩa,& sup.vt moderere.i.temperes oĩ prudẽtia tua,ne cõsilia aliorũ,pręsertim Cęs.& Põp. auferant te.s.à recto tramite iustitiæ & curæ reip.Nemo est,q possit suadere tibi sapiẽtius te ipso.i.q̃ tu ipse.Tu nunquã labere.i.cades in errorẽ aut turpe facinus,si audies te.i.sequeris iudiciũ tuum. Ego nõ scribo hoc temere.i.incõsulte,uideo.i.animaduerto cui scribã.Noui aĩum,noui consiliũ tuũ.nõ vereor ne facias quid.i. aliq̃d timide.s.ne pecces per timorẽ,vt faciunt, qui sciunt quid faciundũ sit,sed faciunt quod potentioribus placet, & sup.ne facias quid.i.aliq̃d stulte,vt faciũt imprudẽtes,cũ bene facere uelint nesciunt.si defendes ea,quę ipse.i.tu senties est recta. Tu vides ꝓfecto ꝙ nõ incideris.s.casu,fortuito, in id.s.tã turbulentũ tp̃s reip.cum.s.resp.est in periculo ne opprimatur,sed veneris.i. spõte te immiseris.Em̃,pro q a,tu cõtulisti tribunatũ tuũ,in ipsum discrimẽ.i.periculũ rerũ, in quo.s.discernit̃ q s rerũ potiat̃, indicio tuo.i.dedita o pa, nõ casu. Ego nõ dubito quin cogites, quãta vis.i. violẽtia aut potestas tpum.s.periculosorũ, cũ resp. ad paucorũ gubernationẽ lapsura videat̃,& quantas varietas rerũ sup.sit, q̃.i.quãtũ incerti exitus, q̃.i.quãtũ flexabiles.i.mutabiles sup.sint volũtates oĩum,q̃d insidiarũ,& q̃d vanitatis.i.mẽdacij & falsitatis sup.sit in vita.s.humana,aut eorum,quos ipse nouit.Sed amabo te,blãdiẽdi verbũ,q̃d cũ casum regat,licet blãde ponatur, verbũ manet,& accentũ suũ retinet, cura & cogita nihil noui,sed illud idẽ q̃d scripsi initio. Loquere tecũ.i.cũ iudicio tuo adhibe te in cõsiliũ,audi te.i.obedi tibi,obtẽpera.i.acq e sce tibi sup. aliquis qui possit melius q̃ tu dare cõsiliũ alteri,nõ põt inueniri facile.vero.i.sed certe nemo dabit tibi melius.s.cõsiliũ repete q̃ tu.Dij.i.ò Dij immortales, cur ego nõ adsum vel spectator laudũ tuarũ, vel particeps,vel socius, uel minister cõsiliorũ tametsi.i.quãquã,hoc.s.habere ministrum cõsiliorũ,mi-

ASCEN.

nime

nime deest tibi, sed tñ.i.nihilominus, magnitudo & vis.i.abũdã tia amoris mei, efficeret vt possem iuuare te cõsilio. ego scribã alias.i.alio tpe, plura ad te.n.i. q a sup.cũ hæc scriberẽ missurus erã, paucis diebus.s.post, hoc est paucos dies, tabellarius domesticas.i.q perferũt tabellas, & lras domesticos, nõ publicas, qm̃ gessimus remp.sane.i.multũ feliciter, & ex snia mea.i.ex voto meo, perscriberẽ ad senatũ res gestas totius æstatis vnis literis. Tu cognosces ex ijs literis quas dedi.s.ad te Thrasoni liberto tuo.i.manumisso, & libertate donato, quãtã curã ego adhibuerim de sacerdotio tuo.i.qd̃ me intercessore consequi sperasti, & in q̃.i.quantũ difficili re atq; causa. O mi Curio, ego rogo atq; oro te, pro tua incredibili beneuolentia in me, & pro mea singulari beneuolentia in te, ne patiare quidquã tpis prorogari.i. prolongari, & extendi mihi ad hanc molestiã prouincialem.i. regẽdæ prouinciæ. Ego præsens.i.cũ essem tecũ Romæ, cũ non putarem te fore.i.futurũ trib. pl.isto anno, egi tecum, & petiui sæpius p literas ita.s.ut nõ patiaris mihi prouinciã prorogari. Sed petiui sup.tũ.i.tũc quasi à senatore.i. patritio nobilissimo, & adolescẽte etiã gratiosissimo.i.pleno maximę gratię, nunc supp.peto à trib.pl & à Cur.q.d.potẽtissimo & prudentissimo & amicissimo tribuno, nõ sup.peto vt aliquid noui decernatur .s.per S.C. quod.s.decernere aliqnid noui solet esse difficilius, sed vt nequid noui decernatur, qualis esset protogatio imperij quæ sine nouo decreto nõ fieret, vt desendas S.C. & leges.s.vetantes vltra præscriptũ tps prouinciã tenere, & ea cõditio, qua perfectus sum.s.vt expleto tempore legitimo redeã domum, maneat mihi. Ego rogo te hoc vehementer, etiam atq; etiam .i.frequenter, vt commentarij dicunt, sed non declarant, minus est in rogando, q̃ in orando. Rogare enim est proprie disquirere, an velis facere, & ita precari vt facias, si ita videatur. Orare vero est quasi oratorio more precari & implorare. Quia ergo parum est per se rogare, addit vehementer & etiã, atque etiam.

GIBERTI LONGOLLI LEMMA.

Leuis obiurgatio per reiectionem, hoc est, apodoxin non enim ab amicissimo sibi scribi cupit, quæ à uulgo passim produntur. Ex qua re etiam illius sententiam, de gliscente inter Cæsarem, & Pompeium discordia, requirit, ut animum hominis, exploratum, ad partes Pompeij, cui plus fauebat, incliner.

CIC. PROCOS S. D. COELIO RVFO. 8

Vide ep. 8. lib. 8.

*QVID? tu me hoc tibi mandasse existimas, ut mihi gladiatorum compositiones, ut uadimonia dilata, et Chresti cõpilationem mitteres, & ea, quæ nobis, cũ Romæ sumus, narrare nemo audeat? uide, quantum tibi meo iudicio tribuam: (nec mehercule iniuria: * πολιτικώτερον enim te adhuc neminem cognoui) ne illa quidem curo mihi scribas, quæ maximis in rebus reip. geruntur quotidie; nisi quid ad me ipsum pertinebit. scribent alij: multi nuntiabunt: preferet multa etiã ipse rumor. quare ego nec præterita, nec præsentia abs te, sed, ut ab homine longe in posterũ prospiciente, futura expecto: ut ex tuis literis cum formam reip. uiderim, quale ædificium futurum sit, scire possim, neq; tamen adhuc habeo, quod te accusem. neq; en m fuit, quod tu plus prouidere posses, quàm quiuis nostrum, in primisq; ego, qui cum Pomp. cõplures dies nullis in alijs, nisi de repub. sermonibus uersatus sum: quæ nec possunt scribi, nec scribenda sunt. tantum habeto, ciuem egregium esse Põpeium, & ad omnia, quæ prouidenda sunt in rep. & animo, & consilio paratum. quare da te homini: complectetur, mihi crede. iam ijdem illi & boni, & mali ciues uidentur, qui nobis uideri solent. Ego, cum Athenis decem ipsos dies fuissem, multumque mecum Gallus noster Caninius; proficiscebar inde pridie non. Quint. cum hoc ad te literarum dedi. tibi cum omnia mea cõmendatissima esse cupio, tum nihil magis, quàm ne tempus nobis prouinciæ prorogetur. in eo mihi sunt omnia. quid, quando, & quomodo, & per quos agendum sit, tu optime constitues. Vale.*

.i. ciuiliorem.

ASCAN.

QVid? tu } Cic. in Ciliciam proficiscens mandauerat Cœlio Ruf. vt ad eum de stato reip. sæpe scriberet. in quo vt ei satisfaceret, Cœlius scripserat quęcunque etiam minutissima agebantur. Itaq; scribit nũc Cic. se nõ expectare ab eo quæ quotidie fiunt, qui à multis alijs scribi poterunt, sed expectare quæ putantur futura tanquã ab homine prudentissimo, & reip. peritissimo. Id autem dicit Cic. quia iam multo ante olfaciebat discordiã ciuilem, & dissensionem inter Cæs. & Pomp. quod cum dicit se multum locutum, & ab eo secreta intellexisse de rep. quæ literis non sunt cõmittenda, affirmat tamen eum bene de rep. sentire. hortatur itaque Cœlium, vt ei adhęreat, & eum sequatur. Postremo rogat ipsum Cœlium, vt det operam ne tempus prouinciæ ei, pro rogetur, quia cupiebat finito anno magistratus Romam redire. { Quid } modus est familiariter corripiendi, & est sensus, cũ ego mandaui tibi vt ad me sæpe scriberes, quid existimas me mandasse tibi, vt etiam ea scriberes, quæ priuata fiunt? { Quid } deest verbum, & subauditur, vel dicis vt respondes. { Mandasse } commissionem dedisse, nã mandata porprie verbis fiũt. { Compositiones } proprie dixit, hoc est comparationes & coniunctiones, nam alter contra alterum gladiatorem eligebatur, vt pares pugnarent, & illa talis comparatio appellabatur compositio, quia videbatur ad comparationem poni. Horat. in Ser. Rupili & Persi par pugnat, vti non Compositus melius cum Bitho Bacchius. { Vadimonia } fideiussiones. { Dilata } à prætore. Iuu. Differt vadimonia prætor. Vadari est fideiubere, inde vades fideiussores, vt voluit Festus, qui dantur in re capitali, inueniuntur tamen & pro cuiuslibet fideiussoribus. { Chresti } raptoris cuiusdam nomen proprium. { Compilationem } furta, rapinas, à pili telis Rom. non autem à pilis vellẽdis, quæ dictio corripit primam syllabã. compilo autem producit. Horat. in Ser. Ne me compilasse putes, Crispini scrinia Lippi. Dicuntur autem compilare milites qui occisis hostibus in bello tollunt insignia. { Mitteres }.s.literis. { Et ea } quæ, non placet mihi, vt carpat hic Pomp. Cæs. & Cras. quoniã in hac epistola laudaturus est Pomp. { Audeat } ne fortasse offendat aliquem narrando ea, quæ sunt contra ius & honestum. { Vide } pro audi, vel intellige: nam sensus sæpe pro sensu ponitur, vt video quantum me ames: pro intelligo & cognosco, dictum est superius. { Quantũ tribuam tibi } quanti te estimem. { Iniuria } immerito.s.tibi tribuo multum. { πολιτικώτερον }.i.ciuiliorem: est autem comparatiuum secundum formam græcam, qm̃ & à dictione græca deducitur πολιτικός.i.ciuilis & ciuitatis peritus. { Nec illa } dicit quę nolit ad te scribi { Curo } cupido. { Nisi quid }.i.quòd videbitur tangere, vel rem, vel honorem meum. { Nuntiabunt } verbis. { Ipse rumor } famam ipsa quæ nihil potest tacere { Pręterita, nec præsentia } quæ quisq; non stultus facile potest intelligere. { Sed, vt }.i.sicut. { In posterum }.i.futurum. { Longe prospiciente } valde prouido, & futura etiam intelligente, quod contingit solum prudentissimis. { Expecto } desidero. { Formam } quasi designationem, translatio ab architectis. vt Cic. in 1. Off. Formam quidem ipsam M. fili & tanquam faciẽ honesti vides. { Viderim } cognouerim. { Aedificium } perseuerat in translatione, & est sensus, vt cum viderim ex tuis literis qualem opinionem habes de rep. possim cognoscere qualis sit futurus ipse status reip. { Nec tamen } more amici excusat eum, quòd nihil adhuc de his rebus ad eum scripserit. { Adhuc } hucusque. { Fuit } aliquid. { Prouidere } prospicere, ante videre. { Quiuis } quilibet. { Nostrum } mei & ceterorum ciuium R. { In primis } præsertim. { Ego } subaudi quàm, vt sit quàm ego. { Complures.i.multos, absolute.n. sine comparatione ponitur. { Versatus sum } assidue fui, nam versari est in aliqua re esse. { Quæ } subaudi eorũ, vt sit in sermonibus eorum.i.earum rerum. { Quæ nec possunt scribi, propter mul. } quia penè infinita locuti sumus. { Nec scribenda sunt } quia arcana sunt, neque literis diuulganda. { Habeto } scito. { Egregium } optimum. { Paratum. } promptũ animo, audacia, & fortitudine. { Consilio } prudentia. { Prouidenda } præparanda. { Da te homini } sequere hominem, & ei obsequere. { Homini } Pomp. { Complectetur } accipiet, cum amore & caritate. { Illi } Pomp. { Videntur, iudicantur.i.eosdem existimant, & bonos, & malos ciues, quos ego bonos, & malos iudico. { Ipsos decem }.i.totos decem dies. { Multum } sępe per illos decem dies. { Mecũ } subaudi fuisset. { Noster } amicus vtriusque. { Proficiscebar } discedebam. { Inde } Athenis. { Quintiles } Iulias. { Pridie non. } sexto die Iulij, qui est pridienonas. { Cũ } quando, quo tempore. { Hoc literarũ } has literas, hoc substantiue ponitur. { Tum } maxime. { Nihil magis } cupio esse cõdem-

Mandata Cõpositio. Vados,

Vadimonium.

Cõpilatio, Compilo, Pilum.

natum.§Quām§ſubaudi hoc §Ne tpis§ſpatiū tpis,adminiſtratio. §In eo§ ne tps prorogetur mihi.§Omnia ſunt§ oīa conſti tui,quia nihil aliquid peto,ſi modo id aſſequi potuero. §Quid§ quæ res,ne prorogetur tempus.§Quando § quo tpe.an ſtatim acceptis literis meis,an expectata oportunitate alius temporis & diei §Quo modo§ qua via,qua ratione.§Per quos§quorum fauore & ſuffragio. §Agendum§tractandū.§Tu§qui es ſapientiſſimus,& es Romę. §Conſtitues§ iudicabis, diſpones.

ASCEN. Quid &c.§ ſcribitur ad Cœliū Rufum,cui Cic.in Ciliciā proficiſcēs mādarat,vt ſæpius, ad ſe ad rep. ſcriberet,Cœlius aūt ludrica reſcripſerat.Vnde Cic. Quid modus eſt interrogādi, exiſtimas tu me mādaſſe tibi hoc,vt mitteres mihi.ſ.in ſcriptis cōpoſitiones.i.paria,nā pares ferè cōponebātur ad certamen gladiatorū.ſ.in arena,& vadimonia.i.fideiuſſiones ſiſtendi ſe aut aliū in iudicio, dilata.ſ.à prętore.& cōpilationē.i.furta,& ſpoliationē Chreſti.i.rem, quam Chreſtus fur notorius fecerit.Et ea, quæ cū ſumus Romæ, nemo audeat narrare nobis,eo ꝙ nimis vilia ſunt. Vide quātum ego tribuā tibi meo iudicio,nec mehercule iniuria ſupp. tribui mihi tm̄,enim.i.quia ego neminē cognoui adhuc πολιτικώτερον.i.ciuilio rē te,πολιτικὸς græce eſt ciuilis aut vrbanus, vnde fit cōparatiuus πολιτικώτερος.i.ciuilior & vrbanior. Ne quidem.i.non etiā,curo,vt ſup.ſcribas mihi illa quę geruntur quotidie in maximis rebus reip.niſi quid.i.aliquid ſup.eorum pertinebit ad me,alij ſcribent.ſ.ea,multi nuntiabūt ſup.ea,& ipſe rumor,qui incertū habet auctorem,perferet etiā multa. Quare.i. quamobrem,ego nec expecto abs te,nec prętérita, nec præſentia,ſed futura, ut ab hoie proſpiciente longe in futurū, vt cum viderim ex tuis literis formā reip.poſſim ſcire,quale ædificiū.i. qualis ſtructura ſtatus eius ſit futurū futura,aut futurus, metaphora ab ædificio,cuius cōſpecto fundamēto faciē ſumma perſpicitur. Neq; tn̄ habeo adhuc quod.i.ꝑpter qđ.ego accuſem te.Neq;.n.fuit ſup. aliquid,quod,aut cauſa,qđ tu poſſes prouidere plus q̄ quis noſtrū, & in primis.i.præcipue ego.i.quā ego, qui verſatus ſum cū Pōp. cum plures dies in nullis alijs ſermonibus niſi de rep.in ſermonibus inquā eorū quæ &c.ſic exponit Hubert.poteſt etiā ſic accipi,quæ.i.quæ res habitæ cū Pōp. nec poſſunt ſcribi,quia multa ſunt,& diſceptādo ſine diffinitione aliqua inter nos dicta, nec ſunt ſcribēda.i.talia quæ debent ſcribi, eo ꝙ multa ſæpe cū amicis fabulādo dicimus, q̄ nolumus ſcriptis mādare. Tantūmodo habeto,i.ꝓ certo teneto Pōp. eſſe ciuem egregiū.i.non vulgarē,ſed excellenter laudabilē, & paratū & aīo.i.voluntate & cōſilio.i.prudentia, ad oīa quæ ſunt prouidenda in rep.Quare.i.quānbrem, da.i.accomoda, aut crede te homini ſ.Pōp.cōplectetur ſup.[illegible].re ſuſpiciet,crede ſup.id mihi.Illi idē vr̄i iam nobis & boni,& mali cines,qui ſolent videri hoc eſt illi boni,qui ſolēt videri boni,& illi mali, qui mali.Ego cū fuiſſem Athenis decē dies ipſos.ſ.quibus cū Pōp.in ſermonibus.de rep.verſatus ſum,& C.Caninius noſter.ſ.amicus,aut familiaris,fuiſſet multū.i.pro multa parte tpris, proficiſcebar.i. diſcedebā inde pridie no.Quin.i.quę nunc ſunt Iuliæ, cū.i.quo tpe ego dedi.i.miſi,ad te hoc literarū.i.has literas. Attende nō̄ recte ſcriptū fuiſſe nonas Iulias,quia quo tpe hęc ſcripta ſunt, nondū. Quintilis.i. Iulius, qui quintus à Martio, & Sextilis.i. Auguſtus,qui ſextus eſt ab eodem,à Iulio & Auguſto denominationem ſumpſerāt.Cū.i.ita ſit ꝙ cupio oia mea.ſ.ngotia eſſe cōmendatiſſima tibi,tū nihil magis.i.vehementius ſup. cupio, q̄ ne tempus prouincię.ſ.gubernandæ prorogetur.i.prolongetur & extēdatur mihi.in eo.ſ.obtinēdo ſunt mihi oīa mea ſup. vota aut cōmoda:quod.ſ.curare ne prouincia prorogetur mihi quando.i.quo tempore,& quo modo, & per quos ſit agendum, conſtitues.i.iudicabis & diſcernes,optime.i.commodiſſime.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Gratulatoria eſt epiſtola, qua de dignitate, & repulſis competitoribus illi congratulatur.

CICERO S. D. M. COELIO RVFO, AEDILI CVR. DES. 9

Primum *Plurimū tibi,ut debeo,gratulor,letorq́; cū præſenti, tum etiā ſperata tua dignitate.ſerius,nō negligentia mea,ſed ignoratione rerum omniū in ijs enim ſum locis, quò & propter longinquitatem, & propter latrocinia tardiſſime omnia perferuntur, & cū gratulor:tum uero,quibus uerbis tibi gratias agam,nō reperio, quòd ita factum ſit, ut dederis nobis,quemadmodum ſcripſeras ad me, quē ſemper ridere poſſemus.* quod *itaq; cum primū audiui,ego ille ipſe factus ſum,ſcis quē dicam) egiq́; omnes illos adoleſcentes, quos ille iactitabat difficile eſt loqui.Te autem contemplans abſentem,* egoque abſentem quaſi *& quaſi tecum coram loquerer, Non ædepol quantam egeris rem,neq; quantū facinus feceris.quod quia præter opinionem mihi acciderat, referebam me ad illud. Incredibile hoc factu obijcitur. repēte uero inceſſi om-* immerſi *nibus letitijs. in quod cum obiurgarer,quòd nimio gaudio pene deſiperē; ita me defendebam:Ego uoluptatem animi nimiam. quid quæris? dum illum rideo, pene* Subaudi,ut rorē,eſſe po to.ſumpto a Trabea poeta,ut eſt in Tuſc. & l.2. de Fin. *ſum factus ille Sed hæc pluribus, multaq́; alia & de te, & ad te, cum primum ero aliquid otij nactus. Te uero mi Rufe diligo, quem mihi fortuna dedit amplificatorem dignitatis meæ, ultorem non modo inimicorum,ſed etiam inuidorum meorum, ut eos partim ſcelerum ſuorum,partim etiam ineptiarum pæniteret. Vale.*

HVBER. Primum tibi§ creatus erat Cœlius ędilis cur.competitore,vt quidam volunt, Attilio,quodā homine, & glorioſo iactatore,qui ante repulſam ędilitatis iactauerat ſe habere quoſdam iuuenes gratioſos, quorum ſuffragijs omnia poſſit obtinere,quæ vellet,quos & tunc etiam iactabat.Itaque primum Cic.gratulatur Cœlio ꝙ factus ſit ædilis, deinde agit ei gratias,ꝙ dediſſet ei,quem poſſet ridere. nam ſcripſerat Cœlius quę ſolitus eſſet iactare cōpetitor ſuus Attilius, quem in petitione ædilitatis ſuperaſſet,de quo tm̄ ſe riſiſſe ſcribit Cic.vt penè videretur deſiperē. § Poſtremo ſignifica ſuum erga Cœliū amorem meritū & debitum.§Præſenti§ Aedilitate. §Sperata§, futura quia in poſterum te ad maiora venturū ſpero. §Serius§. tardius,ſubaudi gratulor.§Ignoratione rerū omniū§ qui ignoro omnia quæ Romæ tam publica, quàm priuata ſūt, propter longinquitatem locorum,vt ſubdit. §Quo§ad quæ loca.§Tardiſſime§ poſt multum tempus, patrocinia,graſſationes,& pericula latronum,qui obſident vias. §Tum vero§ maxime præter gratulationem. §Quibus verbis§qua oratione.§Gratias agā§ quia hanc rem ſibi adeo gratā oſtendit,vt ſe ei obligatum exiſtimet. §Ita factus§ ita conſecutus ſis quod volebas. §Semper§ quia habebimus iſtum,de quo ſcribis perpetuā riſus & ioci cauſam.& materiam. §Audiui§ inanem iactantiam hominis.§Ille ipſe factus§.ſ.repræſentaui illum, & factus ſum ſicut ille. § Scis, q.d.§non uult aperte nominare.§Egi§ repræſentaui,finxi,verbum comicum.§Iactitat§oſtentat,inaniter laudat. §Adoleſcētes§iuuenes. §Difficile eſt loqui § ne intelligatur ab omnibus. §Contemplans§ conſiderans.§Abſentem§a me quia tu es Romæ.§Quaſi§tanquam §Coram§in præſentia. §Egeris§ perfeceris conſilio tuo. §Facinus§factum in bonam partem. §Feceris§ quia agimus animo & conſilio:facimus rebus. §Præter opinionem§præter expectationem,quia fortaſſe aliquid ſcripſerat Cœlius eſſe factum,quod Cic. nunquā eſſet opinatus.& eſt ſenſus.Ego contemplans te abſentē,non cōtemplās quantū egeris facinus,referebā me ad illud &c. quia te contemplebar. non autem id quod feciſtes,ideoq́; videbatur mihi incredibile.§Referebā me§reuocabā me redibā.Ad illud,oſtēdit quid ſit illud.ſ.incredibile:grauius eſt.n.incredibile,q̄ inopinatū & prętér ſpem, ſubaudi & incredibile eſſe, vix.n. poterat Cic. crede. §Factum obijcitur§.i.occurrit mihi eſſe factū à te,quod ſcripſeras. §Obijcitur§.i.quaſi ante oculos offertur. §Repente§ ſtatim,vt credidi eſſe factum. §Inceſſi§ ingrui, inuaſi: §Omnibus læt.§in omnia gaudia. Inceſſere enim datiuo iungitur: vt Virg.4.Georg. Nam ſæpe duobus Regibus inceſſit magno diſcordia motu. Quidam tamen volunt hæc omnia verba incredibile vſque ad ad hunc locum omnibus lætitijs, eſſe ex veteri comœdia. quia lætitijs in plurali, non videatur Ciceronianum verbum. § In quo§ in qua re,quod redundarem omnibus lætitijs. § Obiurgarer § reprehenderer, quia videbar facere præter grauitatem meam: nam nimia letitia indicium eſt tum imprudentiæ, tum leuitatis,ideo dixit.§Penè§ fere.§Deſiperem§ inſanirem §Defendebam§aduerſus obiurgantes.Ego,ſubaudi exiſtimo.§Voluptatem§ lætitiam.§Nimiam§immoderatam,hoc eſt non puto homines poſſe ſatis ſeruare modum in voluptate ſua. §Quid quæris§

Ago Facio Inceſſere.

quæris} quid plura, quid opus est verbis: est.n.dicendi modus, cum paucis volumus ostendere aliquid. Horat.in epist. Quid quæris? viuo & regno simul ista reliqui. {Illum} ciuem, dedisti mihi ridendum. {Sum factus illa}.i.ferè factus alijs deridendus, quia nimio gaudio penè desipiebam. {Ille}.i.ridiculus sicut ille. {Pluribus} subaudias verbis, scribam de hac re. {Multa alia} scribam. {De te} de rebus tuis. {Otij} quietis, vacationis à negotijs meis. {Rufe} appellabatur enim M.Cœlius Rufus. {Amplificatorem} quia semper fauerat Cic.in obtinẽdis dignitatibus. {Vltorem} vindicatorem. {Inimicorum} qui mihi nocuerunt. {Inuidorum} qui fortunæ & dignitati meæ inuiderũt. quidam volunt hic Põp.à Cice.latenter pulsari, qui impulerat competitorem Cęlij, vt candidatus peteret ædilitatem, quo succumbẽte dicit Põp. qui eum impulerat, vindicatum esse à Cęlio pro Cic. cui ipsi Põp. videbatur inuidisse, qñ passus est eum mitti in exilium, sed nõ placet, vt de Põpeio intelligatur, sed potius generaliter de omnibus inuidis eius. {Scelerum} quia me iniquè eiecerunt ex vrbe, & ad inimicos retulit. {Ineptiarum} ad inuidos, qui multa inepte in me dixerunt & fecerunt.

PHIL.

PLVRIMVM tibi} Cic.Cœlium Rufum singulari beneuolentia complectebatur, & amicorũ est rebus secundis amicorum gaudere, aduersis dolere. lætatur, itaq; Cic. plurimum, atq; illi congratulatur, ꝙ ædilitatem Curulem consecutus sit, vel præsertim ꝙ in ea petenda C.Attilium competitorem euicerat iactabundum hominem, qui dicere solitus erat oẽs adolescentes R. habere se, qui in eo magistratu consequendo suffragarentur. Agitq; ex hoc illi gratias, ꝙ hominem dederat, quem semper ridere posset. scripserat.n. Cœlius quæ Attilius iactare solebat, quibus Cice. risu emori quodammodo videbatur. Singularem deinde suum amorem Cice. in Cœlium ostendit.

Dignitate.

{Dignitate} nunc ædilitatẽ intelligit, sed dignitas est, vt à Cic. diffinitur, alicuius honesta, & cultu & honore digna auctoritas: cuius vero potestatis esset ędilitas, superius diximus. In ijs.n.sum locis} in Cil. {Quò} in quam Cilic. {Tardissime} post longum temporis spatiũ. {Propter latrocinia} quæ à violatoribus fiebant, prius quàm Cice. prouinciam ingrederetur. Sed inquit Strab. ꝙ multa in Cil. latrocinia exercebantur: vnde & piratæ Cilices appellantur.

Pyratæ,
Latrones

Sed Cilices vt piratæ fierent, causa fuit Tryphon, & regum ignauia, quia tunc Ciliciæ ac Syriæ ex successione imperabant. Latrones vero in bonam partẽ accipiebant antiquitus, & pro eis qui conducti militabant, à λατρεύω quod est colo, & seruio appellati. nunc autẽ pro grassatoribus & qui in vijs ex latere ad oriuntur, & grassantur, aut latenter, & ex occulto insidiantur. {Perferuntur} tam in simplici, q̃ in composito multas id verbũ significationes amplectitur.

Fero

Est enim ferre, portare, ostentare, habere, pati, conserere, disturbare, dicere, dare, exhibere, dirigere, ducere. In cõpositione vero pro qualitate cõpositi significantiã sumit vt efferre. ad sepulcrũ portare, Terent. Effertur funus, & extra ferra. Liu. Omnia ex oppido efferuntur.

Efferre,
Differre,
Perferre.

{Differre} in longum trahere. Cic. in aliud tẽpus differendum puto. Virg. Distulit in seram cõmissa piacula mortem. Et differentiam esse, vt murus & paries differunt. & hoc loco perferre significat portare, & denunciare, alibi vero tolerare, & pati. Terent. Oẽs perferre, ac pati, & huiusmodi multa tũ hoc verbo cõposita variam significationem accipiunt.

Cũ & tum

{Et cum gratulor} cum & tum interdum significat quamuis, & tñ, vt hoc loco intelligendum puto, & alibi Cic. cum in omnibus causis grauioribus C.Cæs. initio dicendi cõmoueri soleam vehementer, quàm vel vsus, vel ætas mea vĩ postulare: tũ in hac ita me multa perturbant. {Quibus verbis tibi gratias agam} adeo mihi rẽ gratam fecisti, vt tibi perpetuo me debiturum agnoscã: & qũo satis tibi dignas agere gratias possim, non reperio.

Ago gratias
Habeo gratiam
Refero gratias
Reddo grates
Persoluo grates.

Agimus verbis gratias, habemus animo, referimus factis. Plancus ad Cic. Immortales ago tibi gratias, agamq; dum viuam, nam relaturum me affirmare non possum. Cic. ad Vat. Nec.n.tu mihi gratiam habuisti: verumetiam cumulatissime retulisti. Sed referre gratiam tam in bonam, q̃ in malam partem dicere possumus. In bonam, Cic. q̃ pietas erit in referenda gratia iucunda. In malam, Terent. Quidquid venire in mentem nũc mihi possit, qui referam illi sacrilego gratiam, qui hunc supposuit nobis. Reddere vero & persoluere grates dicunt poetæ. Virg. Grates persoluere dignas. Aliud præterea notandum puto, vt semper dicas. Ago gratias pluratiue, & habeo gratias vel gratiam vtroq; numero, & refero gratiam numero singulari, raro autem vel nunquam refero gratias numero multitudinis dicimus. Illud vero ꝙ in hac significatione multi rem gratiorem dicunt, non est latinum, sed barbarum. Nec referre deo gratiam dicimus, sed agere. aut habere, eodem modo quo salutamus deos. {Qđ ita fact.} quasi dicat, quod optabas, adeptus sis. {Dederis} constitueris. {Quæ semper ridere possemus} ea videlicet, quæ C.Attilius cõpetitor tuus iactabat, aut quem legendũ, vt de eo sic intelligat, dedisti nobis vnum, qui nobis perpetuam præbebit ridendi atq; iocandi materiam, contemplando eius ineptias. {Cũ primum aud.} quæ ad me de Attilio scripseras siue ipsum Attilium, quẽ mihi tuæ literæ attulerunt, tanq̃ loquentem me coram. {Ego ille factus sum} præsentando illum tanquam mimus, quasi sum factus ille Attilius. {Scis quem dicam} nolebat ab alijs intelligi, sed Attilium dicebat. {Ego} tanquam mimus repręsentaui gestu & verbis. {Quos ille iact.} in laudem suam, & dicit oẽs se habere adolescentes Rom in suffragijs gratiosos, iactare est inaniter gloriari.

Iactare
Facinus

Virg. Illa se iactet in aula. {Facinus} nunc factum bonum, interdum & malum, vt mors, & venenum. {Egeris & fec} agimus aio & consilio, facimus re ipsa, & manu. Sed ista cõfunduntur. {Opinionem} expectationẽ. Scripserat.n. aliquid fortasse Cœlius, quod Cic. minime cogitarat. {Contemplans} cõtemplatur.n. nõ quid egerit, sed illud absentem. {Referebam} reducebam. Ordo est Contemplans te absentem referebam me ad illud. {Incredibile hoc factu objicitur} verba vt sint. quæ Attilius dicere solebat, & quo magistratũ impetrare nõ potuit, quem Cœlius consecutus & admirans, & dolens Attilius dicebat. {Objicitur hoc in factum incredibile} quod Cœlius potius magistratum consecutus sit, q̃ ego. alij aliã afferunt sñiam, quæ mihi non placet. {Omnibus lætitijs} bene lętitijs & non gaudijs. Est.n. gaudium sapientis, lætitia insipiẽtis, vt in Tusculan. Cic. dixit. Et sunt ista non Cic. verba, non.n. ipse lætitijs plurariue dixisset. Sed ex Cæcilio veteri comico in hunc cum Cœlio sermonem ad maiorem animi voluptatẽ accepta.

Gaudium
Lætitia.

{Ego voluptatem h.n.} deest verbum puto, quod ex nimia lætitia, aut indignatione plerunq; dimittitur, tã apud oratores, q̃ apud poetas. Et est sensus. Puto ego immoderatam hominum voluptatem seruare non posse rationem, & modũ. {Dũ illum rideo} C.Attiliũ. {Penè ille factus sum} Hoc est, vt ego ita essem omnibus ridiculo habẽdus ex nimio risu & lætitia vt Attilius nobis erat ineptijs suis ridendus. {Cum primum} duæ dictiones. {Ero pactus} inuenero. sunt.n. quædã participia, quæ significationem sui verbi non habent, vt natus.

Diligo
Amo

{Diligo} minus est diligere q̃ amare. Cic. ad Brut. L.Cl. valde nos diligit, aut, vt verius dicam, valde nos amat. Et alibi, Sic faciet, vt me aut amabis, aut quod contentus sum, diliges. {Inimicorum} Clodianos intelligit. {Honestum} publicum, inimicum priuatum, accipimus. {Inuidorum} non audet aperte loqui. sed Pomp. intelligit. qui Cic. defensionem contra Clodium recusauit, & eũ passus est in exilium mitti, & in petitione ædilitatis fauit Attilio, de quo nunc agitur: immo eum ad petendã ædilitatem in competentia Cœlij compulit: in qua superatus est à Cælio contra voluntatem, & vim Pomp. {Scelerum suorũ} cum omnia Cic. bona dissipassent, qñ in exilium eiectus est, & ad inimicos referendum est. {Ineptiarum} ꝙ Pomp. Cic. opem petenti aduersus Clodium præstare noluisset, & hoc inuidens. Potest & id esse generaliter dictum sine aperta nota Pompeij.

ASCAN.

PRIMVM} gratulatur Cœlio ꝙ ædilitatem cum explosione aduersarij assecutus sit, quod quasi assentiatur, facit, sed perplexe, vnde obscurior est epistola. Ordo autẽ est. Ego gratulor primum tibi, vt debeo, & lætor. i. gaudeo, cũ præsenti dignitate tua, quia ædilitatem assecutus est, tum etiam sperata, quia sperat reliquos magistratus cum suo tpe assecuturum, aut sperata à nobis priusquam obuenisset, gratulor inquã serius. i. tardius q̃ deceat, aut aliquantulum tarde, non negligentia mea, sed ignoratione rerum omniũ. s. quæ geruntur Romæ. Ego.n. sum in his locis quo. i. ad quæ oia perferũtur tardissime &. i. pariter, p p longinquitatem, &. i. pariter, p p latrocinia. i. impedimenta & pericula, p p latrones & obsessores viarũ. Et cũ. s. ita sit ꝙ gratolor: tum vero. i. multo verius, nõ reperio quibus verbis agam tibi gratias, ꝙ ita factus sis. s. ędilis, vt dederis nobis quẽadmodum scripseras ad me, sup. C.Attilium hominem vanum & futilem, quem possemus ridere semper. Itaq;. i. & ita, cum ego audiui primum, ego factus sum ille. s. per imaginationum. i. finxi me esse illum, tu scis quẽ dico. q.d. factum sum C. Attilius, & egi. i. repræsentaui etiam per imaginationem, oẽs illos adolescentes. s. gratiosos. Quos ille iactitat. s. sibi suffragaturos fuisse, difficile est loqui. s. ne intelligat ab omnibus, aut potius, quia risu impedior, cum ista quæ scripsisti recolo. Aũt. i. sed ego contemplans te absentem & quasi loquerer tecum coram, ædepol. i. per ædem Pollucis, non sup. cõtemplans, quantã rem egeris,

egeris, neq; quantum facinus feceris. s. vincendo Attiliũ quod. s. per imaginationem assumpsisse personã Attilij sine contẽplatione victoriæ meæ. i. adhuc talis qualis erat anteq̃ victus esset, accident mihi præter opinionem, nihil tale optanti, nec putanti, ꝙ personam eius assumpserim in animo meo, referebam me ad illud. i. totus versabar in ea cogitatione, ac si essem Attilius, & sup. hoc incredibile. s. quod tu cũ sic vicisti, obijcitur. s. cogitationi meæ, vero. i. sed incessi, alij ab incesso, ego ab incedo deductum puto. i. põpose ingressus sum, sup. cum omnibus lætitis. s. ꝙ cum illius personã egissem, repente ad me reuersus per imaginationem, tñ intellexi te victorem, in quo. s. superbo incessu propter lætitias, cum obiurgarer. s. phantastice, ꝙ desiperem penè. i. insanirem quasi nimio gaudio, defendebam. s. per imaginationem quasi in somno, me ita. s. his verbis. Ego habui nimiam voluptatem, & ita nimiũ risi. Facilè adducor in eorum sniam, qui censent hunc locum esse totum in aliqua veteri comœdia sicut in 1. lib. locum ex Enn. Terentij non multo minorem assumpsit. Nam lætitijs Cic. non dixisset. Sunt ista verba alicuius gloriantis de se, quæ cum quadrent homini a Cœlio victo, adducuntur à Cic. Quid quæris. s. finem phantasiæ, aut imaginationis meę? Dum ego rideo illũ. s. à te victum Attilium, factus sum penè. i. quasi ille. i. ridiculus vt ille. Sed hæc, sup. vt scribẽtur à me, pluribus sup. verbis, multaq; alia: & de te. s. dicta, & ad te dicta: sup. scribentur à me pluribus, cum primum nactus ero aliquid otij. Vero, pro sed, ò mi Rufe, ego diligo te, vtpote quẽ fortuna dedit mihi amplificatorem dignitatis meæ, & supple vltorem, non modo inimicorum, sed etiam inuidorum meorum, vt pœniteret eos partim scelerum suorum, partim etiam ineptiarum, vt eum quem nunc taxat, in quo se vltum dicit Cice. eo ꝙ sibi quoque aduersarius esset.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Ne alienet à se Cœlij animũ exprobratione immemoris officij, quòd in nouis dignitatibus nõnunquã solent mutari animi, culpam in tabellarius consilio transfert. Deinde res gestas suas cum amplificatione exponit: scilicet vt dignum se esse ostendat amicitia, & familiaritate Cœlij.

M. CIC. IMP. S. D. M. COELIO RVFO, AEDILI CVR. DES. 10

quàm teme re cum ad vel, temere

TV uide, quàm ad me literæ non perferantur, non enim adduci possum, ut abs te, posteaquam ædilis factus es, nullas putem datas, præsertim cum esset tanta res, tãtæ gratulationis: de te, quia, quod sperabam: de illo, (balbus enim sum) quòd nõ putaram. atqui sic habeto, nullam me epistolam accepisse tuã post comitia ista præclara, quæ me lætitia extulerunt. ex quo uereor, ne idem eueniat in meas literas. equidem nunquam domum, nisi unam epistolam, quin esset ad te altera. nec mihi est te iucundius quidquam, nec carius. sed balbi non sumus. ad rem redeamus. Vt optasti, ita est. uelles *enim, ais, tantum modo ut haberem negotij, quod esset ad laureolam satis. Parthos times, quia diffidis copijs nostris. ergo ita accidit. nam,* Parthico bello nuntiato, locorum quibusdam angustijs, & natura mõtium fretus, ad Amanum exercitum adduxi, satis probe ornatum auxilijs, & quadam auctoritate apud eos, qui me non norant, nominis nostri. multum est enim in his locis: Hiccine est ille, qui urbem? quem senatus? nosti cætera. cum uenissem ad Amanum, qui mons mihi cum Bibulo communis est, diuisus aquarum diuortijs, Cassius noster, quod mihi magna uoluptati fuit, feliciter ab Antiochia hostem reiecerat. Bibulus prouinciam acceperat. interea cum meis copijs omnibus uexaui Amanienses hostes sempiternos. multi occisi, capti: reliqui dissipati. castella *munita, improuiso aduentu capta, & incensa. Ita uictoria iusta imperator appellatus apud Issum, quo in loco sæpe, ut ex te audiui, Clitarchus tibi narrauit, Darium ab Alexandro esse superatum, abduxi exercitum ad infestissimam Ciliciæ partem. ibi quintum & uigesimum iam diem aggeribus, uineis, turribus oppugnabam oppidum munitissimum * Pindenissimum, tantis * opibus, tantoq; negotio, ut mihi ad summam gloriã nihil desit, nisi nomẽ oppidi. quod si, ut spero, cepero, tum uero literas publice mittam. Hæc ad te in præsenti scripsi, ut speres assequi id, quod optasti. Sed, ut redeam ad Parthos, hæc æstas habuit hunc exitum satis fœlicem: ea, quæ sequitur, magno est in timore. quare mi Rufe uigila, primum ut mihi succedatur: sin id erit, ut scribis, &, ut ego arbitror, * spissius. i difficilius, illud, quod facile est, nequid hi temporis prorogetur. De rep. ex tuis literis, ut antea tibi scripsi, cum præsentia, tum etiam futura magis *expecto. quare, ut ad me omnia quam diligentissimè perscribas, te uehementer rogo. Vale.*

quinetiam esset

enim vt ais

Vide epist. 4. lib. 15.

minuta

Strab. lib. 7.

operibus

expeto

HVBER.

TV vide primum Cic. dicit se nullas à Cœlio literas accepisse, postq̃ sit factus ædilis, vereriq; ne & suæ redditæ non sint Cœlio, deinde breuiter exponit quid in Cilicia gesserit cũ magna sui nominis laude & gloria. §Tu vide§ .i. audi. §Quam t.§ Quanto timore perferentiũ, & subaudi perferantur. §Quam. n.§ correctio ꝙ dr immo q̃ non perferantur quia non modo timide perferuntur, sed nullæ omnino: puto tñ textum fuisse deprauatum, vt pro vide additum sit timide, cum ita debeat legi, tu vide q̃ ad me literæ tuæ non perferãtur. Non. n. probat ꝙ non perferantur, quia nullas ab eo accepit: nec sibi persuadere põt eum nullas scripsisse. §Adduci§ cõpelli, ad credendum persuaderi. §Vt putem§ vt existimem. §Datas§ tabellarijs ad me. §Tãta§ causa tã magna, tanti ponderis. s. ædilitas tua. §Gratulationes§ amicorum tuorum, quia superaueris cõpetitorem tuum. fuit aũt scripta hæc epistola ante superiorem, vt aperte patet. §Quia de nihilo§ eclipsis, deest. n. verbum, & subauditur cõsecutus est de nihilo. i. de minima impẽsa tua. §Quod sperabam§ Aedilitatem & victoriam aduersus cõpetitorem tuum. §Balbus. n.§ quia non expressit verbum, ideo subdidit balbus sum, non audeo efferre quod sentio, nam balbi dñr qui vitio linguæ nõ bene possunt exprimere verba, Persius. Rancidulum quiddam balba de nare locutus. §Quod§ quam rem, me esse balbum. §Non putaram§ quia putaram me posse libere loqui, sed ideo difficile esse loqui. §Comitia tua§ postquã creatus es ædilis. nã in creatione ædiliũ fiebant comitia in capo Martio, vbi cõgregabatur populus, ædilis aũt magistratus erat, qui nõ tñ sacrarum, sed ẽt priuatarum ædium curam gerebat. Erat aũt ædilis curulis qui ex patribus creatus sella curuli vehebatur. ędilis aũt plebis hæc munera habebat, ludos instituere, & curare, vt cloacæ publicæ & aquæ ductus cæteraq; ędificia lauta munda, integraq; seruarẽtur. Item, ꝙ vitiosum pro sincero, malum pro bono, fractũ pro integro venisset ędilitio dicto redhiberetur, & mensuras & pondera iusta curabat & cętera similia. §Præclara§ quia cum magno hunore tuo declaratus es ædilis illis comitijs. §Extulerunt§ arrexerunt & sublimauerunt me gaudio. nam vt dicimus premi dolore, ita arrigi lætitia. Virgil. His animum arrecti dictis & fortis Achates, Et pater Aeneas. Ex quo§ ob quam rem quia nullæ tuæ literæ perlatæ sunt ad me. §In meas§ de meis literis ne ad te perferãtur sicut nec tuæ ad me. §Equidem§ affirmatiua particula. & dicit se sæpe scripsisse. §Domum§ Romam ad meos. §Altera§ epistola quam ad te scribebam. §Balbi non sumus§ quia iã aperte loquimur. §Ad rem§ non ad mentionem ipsius Cœlij intellexit, de quo supra dixit, sed ad rem suam, quia inceperat loqui de literis, quas ad Cœlium scripserat. §Vt optasti§ de me fore. §Ita est§ ita euenit. §Velles§ dicit quod id optasset, nam Cœlius dicebat ꝙ vellet Cic. habere tñ negotij in Cilicia, quãtum satis esset ad obtinendam laureolam, quod sibi euenisse dicit. §Ais velles§ dicis ꝙ velles & cuperes. §Tantummodo§ solummodo. §Negotij§ subaudi id negotij. §Quod esset satis§ quod sufficeret. §Ad laureolam§ non triumphum intelligit, qui dabatur cõfecto bello, quod nondum Cic. fecerat, quia, vt infra dicet, dubitabat adhuc de anno futuro, sed ouationem dicit, quæ ob aliquam insignem victoriam dabatur: vnde & Domitianus deuictis Sarmatis triũphum repudiauit Lauream tñ voluit, hoc est ouationem, quæ erat minor triumphus: dicebatur autem ouatio à voce militũ, quæ fiebat geminata o, litera per impositionem u. §Parthos§ populus Asiæ. §Times§ pp me. §Quia diffidit§ nõ credis, nõ es securus. §Copijs§ exercitui. i. quia non puta copias nostras posse eis

Balbus

Aedilis

Equidem

Laureæ ouatio

Parthi

Copijs

se eis resistere, copię in plurali pro exercitu maximè ponitur.
§Ita accidit§ vt dicam tibi: nam declarat quo acciderit. §Bello
Parthico.i.cũ primum nunciatum est mihi bellũ à Parthis mo
ueri.§Fretus§ tutus,munitus.§Angustijs§ facibus.i.angustis &
strictis locis,quibus locis parua manu possem multos repelle-
re.§Natura mõtium§qui sunt difficiles hostibus ascendẽdum,
Amanus & apti ad repellendum.§Amanum§ montem. Amanus mons,
qui teste Strab.lib.xj.scinditur cũ Antitauro à quodam monte,
qui à Caria Lyciaq; incipiens ibi nec latitudinem mentione di
gnam ostendit,nec altitudinem . porrigitur autem Amanus ad
Euphratem vsq; ad Melitinam,ad quam Cõmagena Cappado
ciæ adiacet,deinde montes sequuntur,qui trans Euphratẽ sunt
cum prædictis continui,nisi quantum flumen per mediũ fluens
interrumpit.§Ornatum§instructum,munitum.§Probe§com-
mode,sufficienter. §Auxilijs§.i.auxiliaribus militibus collectis
ad auxilium meum.§Auctoritate§ fama & æstimatione. §Mei
nominis§quod olim præclaris rebus gestis illustre reddidi in cõ
sulatu meo,opresso furore coniuratorum.§Nõ norant§præsen
tia qui me nunq̃ viderant, nec sciebant me imperatorẽ prouin
ciæ esse cum Cic.de quo tanta audissent. §Multum§ magnum:
subaudi nomen meum. §In his oris§ in his regionibus totius
Asiæ.§Hiccine§ probat magnum & celebre esse nomen suum,
quia de eo ita dr̃.§Hiccine§ hic ne,admiratiue.§Vrbem§Romã
seruauit à furore coniutarorũ: est aũt eclypsis,quia deest verbũ,
§Senatus§subaudi pleno consensu ab exilio reuocauit. §Nosti
cętera§.q.d.nõ est opus dicere cætera,quæ nosti de me dici pos-
se,vt pater patriæ,ciuis amãtissimus reip. §Qui mõs§ Amanus
§Cõis cũ Bibulo§quia Bibulus præerat Antiochiæ,quæ & fini-
tima erat Amano. §Diuortijs aquarũ§ diuisionibus aquarum,
qm̃ à parte Australi,quæ est Taurus, qui Armeniam disternri-
nat à Mesopotamia,fluunt Tigris & Euphrates,qm̃ Mesopota
miam circundant,inde exeunt & alij fontes.§Cassius§qui præ-
fuerat Antiochiæ ante Bibulũ.§Reiecerat§expulerat.§Hostẽ§
idest,hostes Parthos,& est intellectio, cũ singularis pro plurali
ponitur,vt Pœnus pro Pœni. §Feliciter§ cũ victoria. §Quod§
eum reiecisse hostes.§Amanienses§incolas Amani mõtis.§Ho
Vexare stes§P.R.§Vexaui§exagitaui,perturbaui.dr̃ aũt à veho,sed ma
iorem habet vim,q̃ primitiuum.Virg.Dulichias vexasse rates.
§Dissipati§Dispersi,fugati.§Munita§ rebus bellicis & muris ac
fossis roborata.§Improuiso§repentino,insperato,quia superue
ni anteq̃ aduerterent,& præuiderent aduentum meũ.§Victoria
Iusta§legitima,quia talis fuit.vt merito possim appellari impe
Issos rator.§Apud Issum§nomen est loci in Syria,quæ Antiochia co
gnominatur: de quo Põp.Mela lib.j.in descriptione ipsius Sy-
riæ,sic inquit: At in recessu intimo locus est magni aliqñ discri
minis fusorũ ab Alexandro Persarũ fugiẽtisq; Darij spectator
ac testis: nunc ne minima quidem , tunc ingenti vrbe celebris
Issicus si-nus Issos fuit,& hac re sinus Issicus dr̃.hæc ille.nũc Cic.hanc histo
riam tangit,quæ supra dictis verbis declaratur.§Clitarchus§Pu
to esse alium,q̃ eum,qui Alexandrũ secutus illius gesta scripsit.
§Infestissimam§inimicissimã.§Ibi§ in ea parte,quæ esset infe-
Pindenis-sum stissima Ciliciæ.§Pindenissum§ oppidum Syriæ , non Ciliciæ.
§Quintũ & vigesimum§.i.vigintiquinq; dies, sed eleganter mi
nor numerus præponitur.§Oppugnabã§prẹmebã bello.§Opi
Agger bus§viribus.§Negotio§labore.§Aggeribus§agger dr̃ proprie la
pidũ aut terræ coaceruatio,improprie tñ,quãuis raro de cęteris
etiã rebus dr̃.ergo aggeribus quos erexi circa muros. §Vineis§
Vinea vinea instrm̃ bellicũ,quod testudinẽ appellant ob similitudinẽ,
ꝙ ea milites tanq̃ vitibus tegãtur. §Turribus§ aut lateritijs ex
Phala tpe factis,aut quod magis placet ligneis & mobilibus quas pha
las vocãt.§ Nomẽ oppidi§nisi vt oppidũ sit captũ , nã ex oppu-
gnationis arte, & labore summã quidem gloriã suum adeptus.
§Cępero§expugnauero.§Publice§ad S.P.Q.R.§Optasses§vt
Laureolã obtinerem.§Hæc æstas§qua ea gessi,quæ scripsi.§Exi
Spissus tum§finem.§Sequitur§ventura est.§Est in timore§.s.mihi,hoc
est valde timetur à me.§Vigila§diligẽter cura.§Sin id§.s.vt mi-
hi succedat.§Erit spissius§Difficilius aut tardius, qa spissus tar-
dum significat, auctore Non. Marcello. §Illud§ subaudi vigila
vel cura.§Quid tẽporis§ aliquod spatiũ temporis.§Antea§ aut
illa epistola, quæ incipit , quid tu, aut alia fortasse epistola,quæ
non sit in hoc volumine.§Magis§potius.§Tanquam§ ab homi
ne longe in posterum prospiciente,vt supra dixit.§Perscribas§
Per plene scribas,nam per auget significatum actus.
ASCEN.

TV vide§ queritur se nihil ab Rufo literarum accepisse,
reijciẽs culpam in tabellarios, vnde veretur suas quoq;
interceptas: scribit tñ quid in Cilicia gesserit, non sine
laudis suæ amplificatione . Ordo est. Tu vide q̃ timide
sup.perferãtur literæ,aut agant tabellarij,qui ꝑ ꝑ latrocinia nõ
audent in Ciliciam proficisci,q̃.i.quantũ, non.i.ꝙ omnino nõ
perferantur licere ad me. Non.n.possum adduci.i.in opinionẽ,
hoc est persuaderi, vt putẽ nullas literas datas abs te posteaq̃ fa
ctus es ædilis,præsertim cum esset tanta res & tãtæ gratulatio-
nes de te. Quia quod sperabam de,volebat aliquid dicere, quod
quia nõ audet literis cõmittere , addit Nihilo.q.d.de nihilo di-
co,sum.n.balbus.i.factus sermone imperfecto & semipleno,qđ
non putarã.s.euenturũ.Atqui.i.sed , si dubitas cur dubitẽ ad te
scribere,habeto sic: Me nullã epistolã tuã accepisse post comi-
tia ista præclara.i.post tpa quibus,coeunte populo ad creandos
magistratus declaratus es ædilis cur.quæ.s.comitia exulerũt.i.
quasi extra me ipsum tulerunt & exultare fecerunt me lætitia
ex quo.i.ex qua re,hoc est ob quã rem,quia.s.nullã à te accepi,
ego vereor ne idẽ.s.ꝙ non perferãtur,eueniat in literas meas.i.
in perniciẽ literarũ mearum.Equidem.i.ego certe,nunq̃ nisi do
mum vnam epistolã quin altera.s.epistola esset ad te.nec quid-
quam est mihi iucundius,nec carius,q̃.s.ad te scribere , sed sup.
modo non sumus balbi.i.impediti lingua. Redeamus igitur ad
rem,ita est.i.ita se res habet,vt optasti. Tu.n.ais, velles.i.ꝙ vel-
les,vt haberẽ.s.in prouincia,modo.i.solum tm̃ negotij,quod es-
set satis ad laureolã.i.minorẽ speciem triumphi,hoc est ouatio-
nem,quæ cõtingebat in non satis ampla victoria,aut quæ esset
in hostes nõ satis iustos,vt triumphus in eos decernatur. Quia
vero à triumphaturis laurea mitti solebat, dicit per diminutio-
nem laureolã . Tu times Parthos.i.non vis me obire pericula
iusti triumphi,qualia darẽt bella cũ Parthis,quia diffidis copijs
nostris.i.multitudini exercitus nostri.ergo accidit,ita vt laureo
lam metuerim Nam bello Parthico nũtiato,ego fretus.i.adiu-
tus & cõfisus quibusdam angustijs locorum, adduxi exercitum
ad Amanum.s.montem,qui cũ Antitauro à Tauro monte scin
ditur,& ad Euphratem & Militinam vsq; progreditur. Crescit
aũt multũ in latum & altum & multifidus est , pars australior
est Taurus,qui à Caria Lyciaq; incipiẽs,porrectus vero ad oriẽ
tem conualles apud Ciliciã cõplectitur,vt auctor est Strab.lib.
xj.Dux inq̃ exercitũ ornatum.i.instructũ,probe.i.decenter. Au
xilijs & quadã auctoritate nominis nostri apud eos qui me nõ
norant.s.prius,enim.i.quia,nomẽ sup.nostrum.i.fama,est mul-
tum.i.ampla,in his locis.s.in quibus sum. Dicunt.n.qui me pri
mum vident,hiccine est ille.s.Cic.qui vrbẽ.s.præseruauit à con
iuratis , quẽ senatus.s.pleno consensu quasi in humeris totius
Italiæ ab exilio reductũ voluit? nosti cætera, q.d.non opus est
tibi explanem quid de me dicant.nõ tñ nunc balbus est. Sed vt
tacitus dicit.Quin ẽt sapiẽtibus cupido gloriæ nouissima exui-
tur.Cũ venissem ad Amanum,qui mons est cõis mihi cũ Bibu-
lo,quia Bibulus Antiochiæ preerat,qui Amano adiacet: diui-
sus.s.inter nos,diuortijs.i.interstitijs,& in diuersa versis flucti-
bus aquarũ,tunc sup.Cassius noster.s.amicus,aut cõciuis, cõie-
cerat feliciter hostem ab Antiochia,quod mihi fuit magnæ vo-
luptati,& sup.Bibulus acceperat prouinciã.s.pacatã. Ego vexa-
ui.i.exagitaui interea cũ omnibus copijs meis.i & simul vẽs co
piæ meæ vexauerunt,aliter nõ dixisset cum : Amaniẽses, vt ab
Athenæ Atheniẽsis. alijs Amanenses,vt à Verona Veronensis,
legunt.certũ aũt est in accusatiuo dici Amaniẽses , & scribi pos-
se.Amanienseis.hostes sempiternos.s.P.R.multi ; sup.hostium
sunt,sup.occisi,multi sup.capti.reliqui dissipati , castella muni-
ta.s.mœnibus aut situ locali,capta & incẽsa sunt aduentu im-
prouiso.Ita.i.& sic ego,sup.sum appellatus ab exercitu impera
tor victoria iusta.i.satis magna,vt imperator appeller. Apud Is-
sum partem illã Syriæ, in quo loco,vt audiui ex te, Clytarchus
auctor græcus narrauit sæpe tibi, Dariũ regẽ Persarũ esse supe-
ratum ab Alexandro rege Macedonũ.De Isso aũt Pomp. Mela
in descriptione Syriæ sic inquit: In recessu intimo locus est ma
gni aliqñ discriminis fusorũ ab Alexandro Persarũ, fugientisq;
Darij spectator ac testis.nũc ne minima quidẽ,tunc ingenti vr-
be celebris Issos fuit,& hac re sinus Issicus dr̃. Hæc ille,referẽte
Hubertino,quia aliũ putat esse Clitarchum, q̃ qui Alexãdrum
secutus illius gesta scripsit,quod nullo modo est dubitandum,si
accipimus Clitarchũ narrasse Cœlio ore proprio. Nam multo
post tpa Alexandri hæc cõtigerũt. Verũ ego intelligo Cicero-
nem id velle dicere , Cœliũ diligẽtem esse historiarũ lectorem,
atq; ita eum censere solitũ,quæ legerit in libris auctorũ,ea se ab
illis audiuisse narrãtibus.sed ad iudiciũ cuiusq; refero.Abduxi.s.
ab Isso exercitũ, ad partẽ.s.Syriæ,infestissimã Ciliciæ.s.prouin
cię nostrę.Ibi oppugnabã iam.s.cũ ista scriberẽ, quintũ & vige
simum diẽ.Ecce quo minorem numerũ rite prępouit,& accusa
tiuo incõtinuato vtitur aggeribus.s.aggestis ante oppidũ, neq a
exeat,

excat, vineis.i.testudinibus, hoc est cõtexturis ex scutis & pluteis sup.capita militũ contra immissa desuper tela, vt solemus sub vineis in latum ductis à sole protegi, & turribus.i.phalis lignets ad oppugnationẽ vtilibus. Pindenissum oppidum.s.Syriæ vnde prius dixi, nõ partẽ Ciliciæ, sed ad partẽ infestissimam Ciliciæ munitissimam tantis operibus.i.difficultatibus sustinendi belli, & tanto negotio.i.studio & labore, vt nihil desit mihi ad summam gloriã nisi nomen oppidi, quod.s.exiguũ putatur, sic quidam. Alij (quibus potius accedo) sic accipiunt, oppugnabã Pindenissum oppidũ munitissimũ, aggeribus, vineis, turribus, & sup. tantis opibus.i.viribus, & tanto negotio, vt nihil desit mihi ad summã gloriã, nisi nomen oppidi.i.vt denominer ab eo Pindenissus, sicut à Numantia Scipio Numantinus, quod oppidũ si cœpero, vt spero.s.me capturũ esse, tum vero.i.ad verum & sine dissimulatione, vnde innuit has literas missas ædili eo animo, vt senatui legẽdas det, licet illud aperte non dicat, mittã literas publicè.i ad senatũ vt publicentur. Ego scripsi ad te hæc in præsenti, vt speres, te assequi id quod optasses.s.vt haberem tñ negotij, quod esset ad laureolã satis. Sed vt redeã ad Parthos.i.ad narrationẽ de Parthis, quos Cœlius scripsit se timere, hæc æstas habuit hunc exitũ satis felicẽ, quia nihil agẽdum fuit cum Parthis, sup. æstas, quæ sequitur est in magno timore.i.multum timenda, quare ò mi Rufe vigila.i.vigilanter cura primũ, vt succedatur mihi.i.vt non prorogetur mihi prouincia, sin.s.sed si, id erit.i.succedatur mihi, vt scribis, & vt ego arbitror, serius.i.multum tarde. Alij, quibus magis accedo, legũt spissus.i tardius. Nã (vt inquit Non. Marcel.) Spissum duo significat. nam spissum dicimus densum. Virg 2. Georg. In sua posse negabunt Ire loca, & scrobibus superabit terræ repletis. Spissus ager. Cice. de Orat. lib. 2. Et principia tarda sunt, & exitus tñ spissi & producti esse debent. Spissum significat tarde. Plaut. in Penulo, Eheu, quos ego habui ariolos, haruspices, qui, siquid boni promittũt, pro spisso venit, id quod mali, præsentarium est. Næu. in Gym. At.n. tu minus spisse, atq; tarde incedis. Hæc ille. In quibus primum exemplum Cic. quod pro denso Mar. citat, mihi etiã pro tardo accipiendũ vr: nam, vt id se significare indicet, addidit & producti. Productum.n. est porrò.i. in longum ductum, id autẽ tardum est. Sanè spissum vnũ significat per se, videlicet densum, alterum ex cõsequenti, & per metaphoram: videlicet tardum, eo ꝙ res spissa tarde penetratur, terra spissa tardũ iter facit: homo spissus ferè tardus ingreditur, & omnia spissa lenta sunt: vnde contra, lentum in cõpositione plenum, & quasi spissum vocamus. Sed hæc latius diximus, eo ꝙ quidam homines non indocti, forte tñ non accipientes vim vocabuli, pro spissius serius supposuerunt. Sed cum ad hominẽ in primis literatum scribat Cice. vr ex industria vsus non vulgatis vocabulis, vt hoc quod proxime sub ditur, vigila ne quid temporis. Nõ.n. vigilia id præstare possit, sed vigilans curam: dicam statim, fortasse illa epistola. Quid? tu, &c. quia illa admonuit ne scribat præsentia. sed ad ordinem redeo: vigila.i.vigilanter cura illud quo facilè est, nequid temporis prorogetur mihi.i.vt successor suo tẽpore mittatur. Ego expecto.s.vt dicunt noua, de repub. vt scripsi tibi antea, fortasse illa epistola. Quid? tu, &c. ex tuis literis, cum.s. ita sit, ꝙ expecto præsentia, tum etiam magis futura. Quare ego rogo te vehementer, vt scribas ad me omnia quam diligentissime.i.valde diligenter.

PAVLVS MANVTIVS.

De te, quia, quod sperabam, de Hillo, }balbus.n.sum(qđ nõ putaram) in epistola, quæ tertia est 8. libri, Cœlius de Hirro competitore loquens, ita scripserat: Spero te celeriter auditurum & de nobis, quod sperasti, & de illo, quod vix sperare ausus es. itaq; Cicero respondens, ijsdẽ ferè verbis eadẽ repetit: & quia Cœlius scripserat, de nobis, quod sperasti, de illo, quod vix sperare ausus es, rescribit, de te, quia, quod sperabam, de Hillo, (balbus.n.sum) quod nõ putaram, facete aũt, cum repeteret vocem illam Cœlij, Illo, aspirationẽ addidit, & subiunxit (balbus.n.sum) Hirrum significans: cuius nomen ꝑ balbutiem exprimi à se non posse fingit. in sequentibus autem cum, r, literam expedite proferat, Sed balbi, inquit, non sumus. {Diuisus aquarum diuortijs} plerosq; latet huius loci sensus. & vidi doctos alioqui viros, qui sic interpretarentur: fuisse fluuium, qui montem Amanum interfluens diuideret, & Ciceroni, ac Bibulo cõmunem faceret: cum dixerit Cicero, nõ, diuisus fluuio, aut, diuisus aquis, sed, diuisus aquarum diuortijs. quam illi vocem parum diligenter attenderant. Diuortium aũt aquarum ita fit. cadunt in montem aquæ pluuiæ is mons cũ sit procliuis, vtrinq; defluant, & decurrant, necesse est. ita fit, vt diuidantur, & earum quasi diuortiũ fiat. itaq; dixit de oratore lib. I. Vt ex Apennino fluminum, sic ex communi sapientium iugo sunt doctrinarum facta diuortia. ad Atticum autem idem scribit. quod ad Cœlium. inquit.n. lib. V. Ad Amanum cõtendi, qui Syriam à Cilicia aquarum diuortio diuidit. Liuius etiã lib. 38. vbi loquitur de Cn. Manlio, Propè, inquit, ipsis iugis ad aquarũ diuortia castra posuisse.i ad eum locum, vnde aquæ duas in partes diuisæ incipiunt defluere. à quo igitur loco ex Amano monte Ciliciam versus aquæ delabebantur, ad eum vsq; locum Cilicia pertinebat. & ex altera montis parte, eadem Siriæ, quã Bibulus regebat, erat ratio. terminum.n. habebat eum locum, vnde in eam ex Amano defluere aquæ incipiebant.

Alexander ab Alexandro Genialium dierũ lib. 2. cap. 9

TRIBVS erratis lapsum ostendimus virum sanem eruditum epistolarum familiarium Cice. interpretem non infacundum, cuius scripta vulgo innotuere. Primo illa ad M. Cœlium epistola, in qua verba sunt Cice. Oppugnaui quinq; & viginti diebus, aggeribus, vineis, turribus, oppidum Pindenissum munitissimum, tantis operibus vt mihi ad summam gloriam nihil desit nisi nomẽ oppidi. Quid sibi Cic. vellet his verbis, non satis assequi videbatur: cũ nomen est oppidi nihil censeret aliud quàm ipsum oppidum, ac si diceret, Ad summam mihi gloriam nihil deest, nisi vt oppidum, quod oppugnare adortus sum, deniq; expugnem. Quod tñ longe abesse à vero intellectu apparet. Quid quæso nomen oppidi cum ipso oppido commune habuit: aut quid tam insolens, aut Cice. facundia tñ abesse potius, quàm verba planè exposito poetico sensu, & quasi figuris circunscribere, aut coloribus infucare? Qđ tñ aliter intelligi oportere, ex contextu verborum liquere arbitror. Cum.n. ex oppidis vi expugnatis imperatores plerũq; nomina ferrent, quippe cum ex Coriolis Martius Coriolanus, & ex Fidenis Sergius Fidenas, atq; ex Creta victa Metellus Creticus dicti sint: (quæ sibi cognomẽta in testimonium maximæ & expertæ virtutis, rerumq; gestarũ gloriæ adoptarunt) sic Cic. cum spem haud dubiam potiũdi haberet oppidi nihil deesse ad summam gloriam, nisi nomen oppidi, & cognomẽtum ex Pindenisso asseuerat, videlicet sicut Africani, Numantini, & Cretici, illi nomina tulere, sic ex Pindenisso ipse cognomẽtum ferat.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Vt ad Atticum scribit Coelius, Ciceronẽ hortatus fuerat, vt in prouincia maneret. In hac itaq; epistola causas reddit, cur id sibi nõ faciendum existimet. Deinde, cum apud ædiles Rom. ludorum procuratio esset, & ædilitatem suam populo spectabilem reddere cuperet Cœlius, & ob id pantheras à Cicerone petijsset, quid de illis posit, rescribit Cicero.

CIC. IMP. S. D. COELIO, AEDILI CVR.

II

PVTARES ne unquam accidere posse, ut mihi uerba deessent, neque solum ista uestra oratoria, sed hæc etiam leuia nostratia? desunt autem propter hanc causam, quòd mirifice sum solicitus, quidnam de prouincijs decernatur. Mirum me desiderium tenet urbis, incredibile meorum, atq; in primis tui, satietas autem prouinciæ, uel quia uidemur eam famam consecuti, ut non tam accessio quærenda, quàm fortuna metuenda sit: uel quia totum negotium non est dignũ uiribus nostris, qui maiora in rep. onera sustinere & possimus, & soleamus: uel quia belli magni timor impendet: quod uidemur effugere, si ad constitutam diem decedemus. De pantheris per eos, qui uenari solent, agitur mandato meo diligẽter: sed mira paucitas est: & eas, quæ sunt, ualde aiunt queri, quòd nihil cuiquam insidiarum in mea prouincia, nisi sibi, fiat. itaq; constituisse dicuntur in Cariam ex nostra prouincia decedere. sed tamen sedulo fit, & in primis à Pathisco. quidquid erit, tibi erit, sed, quid plane esset, nesciebamus. Mihi mehercule magnæ curæ est ædilitas tua. ipsa dies me admonebat: scripsi enim hæc ipsis Megalensibus. tu uelim ad me de omni reipub. statu quamdiligentissime perscribas. ea enim certissima putabo, quæ ex te cognouero. Vale.

Putares

PVTAR.

PVTARES ne} primum Cic. ita solicitū esse dicit quod decernatur de prouincijs, vt nihil ei succurrat, quod scribat. solicitus aūt erat, quod verebatur ne ei prorogare, vt prouincia, ex qua iam discedere cupiebat. deinde q̄m petiuerat ab eo Cœlius aliquot pantheras, quas posset exhibere populo in ludis, quos erat facturus, dicit Cic. mirā esse paucitatem, se tñ daturū operam vt capiantur, & ad eū mittantur, propterea ꝙ magnæ curæ sit sibi ædilitas eius. {Putares ne} ne magis admiratio q̄ interrogatio est. quod nemini debeat videri verisimile Cic. deesse verba ad scribēdū. {Accidere} euenire. {Oratoria} .s. deesse: quia nunquā putares. qui scis me habere mirā quandam dicendi copiā. {Leuia} vulgaria, non exquisita. {Nostratia} patria: quæ vel sponte occurrūt, & obuia sunt loqui volentibus. {Desunt} dicit ea deesse sibi, & adducit cām. {Quod} quia. {Solicitus} anxius. {Decernatur} statuatur à senatu. {De prouincijs} appropinquabant .n. comitia, quæ fiebāt de prouincijs consularibus quibus comitijs aut noui magistratus decernebantur in prouincias, aut veteres in senatuscōsulto cōfirmabantur. timebat igitur, ne protogaretur sibi prouincia, in qua, vt in multis locis ostendit, erat inuitissimus & iam pp multas causas, quas in hac epistola, & in alijs exponit, discedere cupiebat. {Mirum} causa, quare cupiat, discedere pp desideriū vrbis

Desideriū.

Romæ, desiderium aūt de absentibus semper dr̄, & sæpe pro absentia ponitur. {Incredibile} subaudi desideriū. {Satietas} quasi fastidiū quoddā. quod superius ostendit, cum dixit ad hanc prouincialē molestiā. {Vel} quia aliæ causæ tresmaiores. {Vel} &c. {Videmur} .i. videor mihi, pluralis pro singulari. {Consecuti} adepti. {Accessio} incrementum: quia nihil vr̄ posse addi ad gloriam meam. {Fortuna metuenda} ne metuatur mihi q̄m rebus lętis libēter solet inuideri: & vt, inquit Luca. in se magna ruūt, & Terent. O fortuna vt nunquā es perpetua bona. {Vel quod} alia causa, quia ipse Cic. idoneus sit maiori negotio q̄ administrationi illius prouinciæ. {Totum negotiū} huius prouincię. {Qui} antecedens huius relatiui inclusum est in pronomine possessiuo nostris. {Maiora onera} quia dixit viribus perseuerauit in translatione. nam qui plus valent viribus, plus oneris sustinere possunt. {Soleam} quia gessi cōsulatum in vrbe cū magna laude, quod fuit maius & difficilius negotium quā præesse prouinciæ. {Vel quia} tertia causa, quia imminet magnū bellū à Parthis, quod vr̄ sibi posse vitare si ad tēpus cōstitutū discesserit ex prouincia. {Impēdet} imminet, futurus est. {Timor} quia in præcedenti epist. dixit. Hæc æstas habuit exitū satis felicē, ea, quæ sequitur, in magno est timore. {Quod} bellum. {Videmur nobis} .i. quod ego videor. {Effugere} euitare. {Ad diē constit.} ad tēpus mihi statutū in prouincia, quia vsq; ad illud tēpus nō incipiebatur bellū. {De pantheris} quas à me petis tibi mitti. Panthera animal varij coloris, homini amicū, cui in cādido breues macularum oculi sunt: nā Panthera Tigris macularū varietate propè solæ bestiarū spectantur. Sunt qui tradāt in harmo huic similē lunæ esse maculā crescentē in orbes, & cauantē pari modo cornua. Abūdat aūt præcipue in Africa & Syria. hoc animal à Romanis in spectaculis ludorū sæpe exhibebatur. nā & Scaurus primus ædilitate sua varias cētū quinquaginta vniuersas misit. Deinde Pōp. magnus quadrigentas decē. D. Augustus quadringentas viginti. Denique de hoc animali vide Plin. lib. 8. cap. 17. {Agitur} fit, inquiritur. {Mandato} ita .n. mandaui vt diligenter perquirantur. {Mira} magna. {Paucitas} pantherarum .i. admodū paucæ sunt. {Et eas} iocatur Cic cum Cœlio. {Quæri} cōqueri, lamētari: non aūt quæri, inquiri. {Insidiarū} quia huiuscemodi ferę plerunq; insidijs capiuntur. {Nisi sibi} ipsis pātheris, {Cuiquā} latenter se cōmendat: cū ostendit ita à se teneri prouinciā, ut nulli fiāt insidiæ. {Cōstituisse} decreuisse dīr pantheræ. {In Cariā} quæ est finitima prouincia. {Nostra prouincia} Cilicia. {Sedulo} instāter, diligenter. {A Patischo} huic .n. mandauerat Cice. vt inquireret pantheras. {Quidquid} pantherarū. {Erit} inuenietur. {Tibi erit} tuū erit. {Quid esset} quod posset iueniri. {Admonebat} .s. ędilitatis tuæ .i. reducebat mihi ad memoriā ædilitatē tuā. {Scripsi} dicit quare admonitus sit ædilitatis Cœlij, quia scripsit hæc Megalēsibus festis magnæ matris, q bus ædiles solebāt celebrare ludos. {Certissima} verissima. {Ex te} prudētissimo, q perspicacissima intelligis, & amicissimo, q nō nisi vera scriberes. {Cognouero} intellexero.

PHIL.

PVTARES ne} duo complectitur, desiderium in primis, quo à prouincia decedēdi tenebatur, inde cum Cœlius à Cic. per literas petiuisset, vt eius opera Pantheræ caperētur, quas in apparatu ædilitij muneris habere cupiebat, quid de illis captum sit, eū facit his literis certiorem. {Putares ne} cum admiratione mista cū interrogatione legēdū est. {Mihi} ἐμφατικῶς dixit mihi qui totum fermè terrarū orbem impleui scriptis meis. {Ista vestra} iste audientis personā ostendit, hic vero dicētis. Ille aūt ad tertiā refertur. Terēt. in Hecyr. Aut isthęc mihi ætas, & forma essent, aut tibi hæc snia. Et Virg. Ille meos primus, q me sibi iunxit amores, Abstulit, ille habeat secum, seruetq; sepulchro. {Leuia} extenuata, nō exq sita, & quasi triualia. {Nostratia} ad contēptū dixit, quasi vernacula. {Solicitus} anxietate & perturbatione affectus. Errant qui solicitum pro diligēte appellāt. {De prouincijs} quas P.R. diuiserat, & ad eas gubernandas cum magistratu cines mittebat. Sed, vt inquit Strabo, aliter atq; aliter diuidebantur, quarū aliæ Cæsaris, aliæ populi dicebātur. In suas præfecturas Cæsar ipse administratores mittebat. In populi prouincias, populus imperatores, vel cōsules mittebat, sic vt postulauerat. Ab initio duas cōsulares fecerat, Libyam, & Asiam. Cisaliam & montē Taurū. Prætores vero decē, Europam, Iberiā, Sardiniā, Siciliam, Illyriam, Macedoniam, Acheam, Cretam, Cyprū, Bithyniā. Cæteras Cæsar prouincias habebat, in quarū alias procuratores mittebat consulares viros, in alias prætorios, in alias homines ex equestri ordine. {Decernatur} instabāt .n. comitia, quibus aut noui eligebantur magistratus, aut qui in magistratu erant, ex senatuscōsulto prorogabatur imperiū. {Mirum} ratio est. {Satietas} molestia enim afficiebatur esse amplius in prouincia, quod & hoc loco & alibi pluribus demonstrauit. {Fortuna} poetæ deam faciunt: vt, Nos te facimus fortuna deā, cœloq; locamus, Virg. Fortuna omnipotēs & ineluctabile fatū. Græci fatum εἱμαρμένην, dicunt fortunam τύχην. Fatum vero Chrysippus diffiniuit hoc modo: Fatum est sempiterna quædā & indeclinabilis series rerum, & catena voluens seipsam, & implicās per æternos consequentiæ ordines, ex quibus arcta nexaq; est. Homerus vero nullo in loco voluminis sui τύχην appellat. quo vocabulo à Græcis fortuna nominatur, sed θεὸν dicit deū rectum & solū, cui oia gubernāda cōmittit. {Negotium} administratio huius prouinciæ. {Maiora onera} μεταφορὰ ad vires. nec arroganter dictū, nam eius potissimū cōsilio resp. regebatur, cuius opera fuit salua, ex quo pater patriæ nominatus & ipse de se dicit, O fortunatā natam me cōsule Romam. bene ergo soleā dixit. {Magni} tres posuit causas, quibus ad discedendū mouebatur, sed hæc tertia erat potissima ꝙ Parthicum bellū instabat, & id effugere posse videbatur, si ad constitutem diē decederet, hoc est finito anno. {Impendet} imminet. {De panth.} pro munere ædilitio habendis à Cœlio. De his Plin. sic habet: Pantheris in candido breues macularū oculi ferūt, colore earū mire solicitari quadrupes cūctas, sed capitis toruitate terreri. quāobrē occultato eo reliqua dulcedine multas corripiūt. Sunt qui tradūt in harmo ijs similem lunæ esse maculā crescentē in orbes, & cauantē pari modo cornua, & quid mirandū de Panthera, Demetrius physicus scriptū reliquit, Cū fœta esset, catulis procul in foueā delapsis, hominē ad illos fouea extrahendos blandiēs, & murmurās duxit. Syria atq; Libya his animalibus abūdant quæ in spectaculis Romani plurimū adhibebāt. Et primus sua ædilitate Scaurus misit centū quinquaginta, Pōp. quadringētas decē, Augustus quadringētas viginti. Panthera à πᾶν appellatur & θὴρ ꝙ tota oino fera sit. {Valde aūt queri} iocus Cic. quo iustitiā, & virtutes suas ostendit, cum dicat illa animalia solū de Cic. querelas afferre, ꝙ nihil insidiarū cuiq̄ nisi sibi fieret, & ꝙ in ea prouincia oēs præter ipsa tuti erāt, ex quo ait illa cōstituisse ex Cilicia in Cariā decedere. Est .n. Caria regio post Rhodū, & ab Eleunte & Lorymis, vt ait Strabo, flexū quendā habet ad Aquilonē. Cares, vt idem, inquit, sub Minoe fuerūt, & tunc Leleges dicebātur, & insulas habitāt: postea facti sunt cōtinentis habitatores, multumq; maritimæ oræ, & mediterraneæ occuparūt. Dicta quidē est Cara rege, qui primū auguria reperit, vt inquit Plin. Est Caria, quæ in minori Asia sita est inter Ioniā, & Lyciā. {In mea prouincia} Ciliciā dicit à Ciliciæ Agenoris filio appellatā minoris Asiæ regionē, &, vt ait Plin. Syriæ proximā, & Tauro mōti suppositam. Strabo vltra Taurū: inquit esse, & diuidi in Ciliciā, Thraciā, & Campestrē, Thracia orā habet maritimā. Cāpestris vero à Solis, & Tharso Issum vsq; pertendit. {A Patis.} venatore primario, cui Cic. hanc venandi curā dederat. {Tibi erit} ad me mittetur. {Erit} capitur. {Aedilitas} q̄ Gręci ἀγορανομίαν dicunt, & ædiles ἀγορανόμους. Horū duo genera, Plebei, & Curules, quorū duo ex patribus Curules. Duo plebei ex plebe constituti sunt. Maioris tñ dignitatis Curules, qui à sella, qua in publicū vehebantur, appellati: q̄ Curulē sellā Tullus Hostilius Romæ primus habendā in magistratibus instituit, cū debellasset Hetruscos,

Solicitus :

Fortuna.

Fatum.

Panthera,

Caria vnde
Cilicia
Aedilitas
Duo ædiliū genera.

ſcos, quorū magiſtratibus hæc erāt inſignia. Primi aūt ex patribus ædiles creati ſunt, dictatore populū rogante, Cn. Quintius Capitol. & P. Corn. Scipio. addidit duos C. Cæſar, qui annonæ præeſſent, & Cereales nūcupati ſunt. Aediles vero plebei & Curules ędibus publicis, priuatisq; cloacis, aquarū ductibus & alijs quibuſcūq; publicis ædificijs, ludis, ac tēplis, rebus emūdis vendendisq;, ac mēſuris præerāt, ab ædibus appellati. Aedilitiū vero munus id erat cuiuſq; ædilis propriū, vt ſuis impēſis ludos ꝓ facultate ac dignitate faciundos curaret, quod in lib. de officijs Cic. meminit: Nōne Pōp. ædilis factus theatrū ſuū tanta impēſa fundatū incredibili ludorū pōpa dicauit? Nōne etiā Attilius Serranus, & L. Scribonius ædiles facti, & ſenatus, & plebis loca in celebrādis ludis ſecreuerūt. Minime igitur mirādū, ſi Cœlius pro ædilitio munere faciūdo, vel ex Cilicia pātheras deferēdas curabat. {Admonebat} in memoriā reducebat ædilitatē tuam, qm̄ hæc ipſis Megalenſibus ſcripſi, quibus ipſi ædiles in honorē Cybelis ludos celebrare ſolebant. Megalenſibus ludis, Cybelis cōſecratis. M. Iunius Brutus, vt inquit Liu. de bello Maced. ædē magnæ matris deū in magno palatio dedicauit, & ludos ob eā dedicationē factos, Megalenſia appellatos. Hi etiā ludi dijs magnis præſtabātur. Erant. n. ludorū ſpecies quatuor Megalenſes, Funebres, Plebei, & Apolliuares. {Quā diligentiſſime} quā pro valde duntaxat ſuperlatiuo iungitur. Per aūt pro valde tantūmodo poſitiuo. nō ergo dicimus per diligentiſſime, per optime, per maxime, ſed q̄ diligentiſſime, quām optime. Item non dicimus q̄ diligenter q̄ belle, ſed per diligenter, per belle. Etſi q̄ pro quātum accipimus, nunquam ſuperlatiuo, ſed poſitiuo ſemper adiungitur, vt quam mites ſunt liberis ſuis parentes. {Certiſſima} veriſſima. {Ex te} qui ſolitus es ſemper vera dicere.

Aedilitiū munus.
Ludi
Quam
Per

PVTARES ne, &c.} dicit ſibi præ ſolicitudine penè verba deeſſe nimis ſe cupere in vrbē redire, & pātheras, quas Cœlius populo exhibendas petierat, eſſe captu difficillimas. Ordo eſt. O Cęli putares, ne poſſe accidere vnquā, vt verba deeſſent mihi, nō ſolū iſta veſtra oratoria. i. q̄bus vos, qui in ſenatu, aut ad populū loquimini, vtimini, ſed etiā hæc lauia. i. facilia, noſtratia. i. q̄bus noſtræ ſectæ homines, hoc eſt rei bellicæ intēti vtūtur? Deſunt aūt. ſ. verba ꝓꝑ hanc cām, ꝗ ſum ſolicitus mirifice, quidnā decernatur. i. ſenatuſcō ſulto, & populi rogatione cōſtitui debeat, de prouincijs. ſ. abrogādis, aut prorogandis. Mirū deſideriū vrbis, & incredibile deſideriū meorū. ſ. familiariū & amicorū, tenet. i. afficit me, atq; ī primis. i. præcipue, ſatietas prouinciæ actæ. i. peractæ, vel quia nos videmur cōſecuti eā famā, vt acceſſio. i. incrementū & additio ad eā, non ſup. ſit tam. i. tm̄ quærenda, q̄. i. quantū fortuna. ſ. aduerſa ſit metuēda. Vel quia totū negotiū. i. hoc bellum cū barbaris & indoctis hominibus non eſt dignū viribus noſtris, qui poſſemus ēt doctos regere, quia ego & poſſim, & ſoleā ſuſtinere in rep. maiora onera, vel quia timor magni belli impendet. i. imminet, quod. ſ. bellum nos videmur effugere. i. euitare, ſi decedemus. ſ. de prouincia ad diē cōſtitutā. i. ad tēpus cōſtitutum. Agitur diligenter mādato meo de Pantheris. i. de eo quod petiſti, vt tibi mittā Pantheras. i. animalia illa maculoſa, & aſpectu iucunda, per eos, qui ſolēt venari ſup. eas, ſed mira paucitas ſup. earum eſt, & aiunt. ſ. homines, eas, quæ ſunt, queri. i. conqueri valde ꝗ aut nihil inſidiarum fiat cuiq̄ in prouincia mea niſi ſibi. itaq; ipſę Pantherę dicūtur conſtituiſſe. i. propoſuiſſe decedere ex prouincia noſtra in Cariā. Sed tn̄ ſup. negotium, aut venatio fit ſedulo. i. diligenter, quaſi ſine dolo, & in primis. i. præcipue à Patiſcho. propriū eſt venatoris. Quidquid erit. ſ. captū, erit tibi, ſed nos neſciebamus plane quid eſſet. i. captum cū hæc ſcriberemus. Aedilitas tua eſt mihi mehercule magnæ curæ, ipſa dies. ſ. q̄ hæc ſcribebā, admonebat me, ſcripſi. n. hæc ipſis Megalēſibus. i. eo tpe quo ſpectacula exhiberi ſolent Cybeli, ſeu magnæ matri Deum. Ego velim ſup. vt tu perſcribas ad me quam diligentiſſime de omni ſtatu reip. Ego. n. putabo ea certiſſima, quæ cognouero ex te.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Literarum officium à Cœlio requirit, hortaturq;, vt ad vrbana negotia ſe totum comparet. 1

CIC. IMP. S. D. COELIO
AEDILI CVR. II

SOLICITVS equidem eram de rebus urbanis: ita tumultuoſæ conciones, ita moleſtæ quinquatribus afferebantur: nam citeriora nōdum audiebamus. ſed tamen nihil me magis ſolicitabat, quàm in his moleſtijs non me, ſi qua ridenda eſſent, ridere tecum: ſunt enim multa, ſed ea non audeo ſcribere. illud moleſte fero, nihil me adhuc his de rebus habere tuarum literarum. quare etſi cum tu hæc leges, ego iam annuum munus confecero: tamen obuiæ mihi uelim ſint literæ tuæ, quæ me erudiāt de omni rep. ne hoſpes planè ueniam. hoc melius, quàm tu facere nemo poteſt. Diogenes, tuus, homo modeſtus, à me cū Philone Peſſinunte diſceſſit. iter habebant ad Deiotarum regem: quanquam omnia nec benigna, nec copioſa cognorant. Vrbem mi Rufe cole, & in iſta luce uiue. omnis enim peregrinatio, quod ego ab adoleſcentia iudicaui, obſcura & ſordida eſt ijs, quorum induſtria Romę poteſt illuſtris eſſe. quod cum probè ſcirem, utinam in ſententia permanſiſſem. cum una mehercule ambulatiuncula, atq; uno ſermone noſtro omnes fructus prouinciæ non confero. ſpero me integritatis laudem conſecutum. non erat minor ex contemnenda, quàm ex conſeruata prouincia. ſpes triumphi, inquis? ſatis glorioſe triumpharem, ſi non eſſem tandiu quidem in deſiderio rerum mihi cariſſimarum. ſed, ut ſpero, propediem te uidebo. tu mihi obuiam mitte epiſtolas te dignas. Vale.

Latum
2

SOLICITVS} miratur Cic. ſe nihil literarum accepiſſe à Cœlio de ijs, quæ Romæ facta eſſent, cum tumultuoſas quaſdam conciones quinquatrijs concitatas audiſſet. Deinde, vt oſtendat ſe inuitum eſſe in prouincia, hortatur eū ad colendā vrbem, ad quā dicit ſe propediē venturum ꝓꝑ deſiderium rerū ſibi cariſſimarū. {Solicitus} anxius, plenus perturbationis. {De rebus} ꝓꝑ res quæ in vrbe fierēt: nam de interdum ꝓꝑ ſignificat, vt alibi declarauimus. {Tumultuoſæ} plenæ tumultus & ſeditionis. {Cōciones} cōcio, vt docet A. G. ex auctoritate Vt. Flacci, tria ſignificat, locū ſuggeſtumq;, vnde verba fiunt. Itē ſignificat cœtum populi aſſiſtentis, vt Cic. in Lælio: Concio, quæ ex imperitiſſimis conſtat, tn̄ iudicare ſolet, &c. Itē orationē ipſam, quæ ad populū dr̄, vt hic cōciones: quas quidē in Pompeium fuiſſe exiſtimant. {Quinquatrijs} quinquatria dicebantur feſta, quæ fiebant quinto die poſt idus. à quinq;. n. dr̄ quinquatrus dies ꝗ quinq; ab idib. dierū numerus, nā atrus nihil ſignificat, auctor Gel. his antē diebus fiebant maxime ſacra Palladi, vt innuit Iuuen. in Satyra. Omnibus in terris Eloquiū aut famam Demoſthenis aut Cic. Incipit optare & totis quinquatribus optat. Quiſquis adhuc vno par tam colit aſſe Mineruam. Declinatur aūt ſubſtantiue in plurali tam tertiæ q̄ ſecundæ declinationis, ſicut cætera nomina feſtorum vt voluit Macr. audierat igitur Cice. quinquatrijs factas eſſe quaſdā conciones valde tumultuoſas ſibi moleſtas, quia aut in Pomp. vt diximus, aut in aliquē ex amicis ſuis fuiſſent. {Afferabantur} nuntiabantur. {Moleſtæ} Graues. {Citeriora} hoc eſt quæ citra quinquatria acta ſunt. q. d. recentiora nondum audiebā. {His moleſtijs} quas capio de huiuſcemodi tumultibus, quia dixit ſe ſolicitum eſſe. {Si qua ridenda} præter ea quæ me cruciant, ſi qua eſſent digna riſu, vtpote aut dicta aut facta. {Non audeo} quia fortaſſe erant in Pōpeianos. {Illud moleſte fero} q. d. præter cætera. {Nihil tuarum literarum} nullas tuas literas. {Quare} rogat eum vt ad ſe ſcribat, & inſtruat de ijs, quæ Romæ geruntur. {Etſi} quāuis. {Confecero} finiero. {Munus} officiū, magiſtratum. {Annum} prouinciale, quod in annum dabatur. {Obuiæ} cum veniam R. {Erudiant. edoceāt} informēt, vt ita dicā. {Hoſpes} quaſi ignarus omnino reip. qm̄ hoſpitū atq; peregrinorū officium, vt voluit Cic. eſt quid in alienis ciuitatibus fiat, neſcire. {Modeſtus} ad maximā laudem priuatis hominibus tribuitur modeſtia. {Peſſimonte} Peſſimon locus eſt Phrygiæ, vnde Cybele Romā aduecta eſt, ob quā rem appellata eſt Peſſimuntia. {Iter habebant} ibant. {Omnia nec benigna} dicit Cic. q̄ q̄ omnem meā benignitatem nōdum cognouerant, ſed hoc ſentit, quanquam omnia nec benigna nec copioſa eſſe cognouerāt apud eum, ad quem proficiſcebātur, ad illum tenebant. {Benigna} ex prompta, liberalia, & ad animum refertur benignitas. {Vrbem} Romam. hortatur eum ad colendum vrbem, in qua virtus poteſt elucere. {Iſta luce} quaſi alia loca ſint tenebræ, vbi non poſſit emergere & elucere virtus hominis. {Peregrinatio} ἀποδημία peruagatio locorum, abſentia à patria ſua. {Obſcura}

HVBER.
De
Concio
Quinquatria
Modeſtia
Peſſimon
Peſſimontia

ſcura} ignobilis: quia parum laudis cōparat. {Sordida} inhoneſta quia habet interdum ſuſpicionē quæſtus, & auaritiæ. {Induſtria} ingenium, honeſta exercitatio. {Illuſtris} clara, nobilis.i. qui tales ſunt, vt eorum induſtria Romæ cognoſci poſſit. {Probe} optime. {In ſententia} qua dixit ſe ab adoleſcentia id iudicaſſe. {Ambulatiuncula} cōgreſſione, breui cōſuetudine.i.cum breui ſpatio tēporis, quo tecū delectationis gratia deambulare poſſim. {Fructus} vtilitates & voluptates. {Confero} comparo, quia oīa minoris puto, q̄ vnam ambulatiunculam. {Integritatis} innocētiæ, hoc eſt ſpero me id eſſe aſſecutum, vt oēs laudent me nulla re corruptum vnq̄ fuiſſe, ſed prouinciā integerrime adminiſtraſſe. {Non erat} occurrit obiectioni ꝙ remaneat in prouincia, &.h.d.cum in mea poteſtate ſit remanere in prouincia, nō minus triumphum ſpero ex contemnenda & omittenda ipſa prouincia, q̄ ex eo ꝙ conſeruauerim eam ab impetu Parthorum. {In qua} prouincia. {Triumpharem} animo lætarer quaſi triumphās. {Niſi} hoc eſt niſi deſiderarem multa quæ habeo Romæ mihi cariſſima, quæ non ſinunt me eſſe aio tranquillo. {Obuiam mitte} aduenienti.

PHIL.

SOLICITVS equidem} tametſi Tullius longe diſtabat tñ habebat Romæ ſcriptores & nuntios, vt non ignoraret quæ in vrbē tractabantur. Quapropter cum quinquatrus celebrarentur, quaſdā ibi ſeditiones exortas accepit, atque cum id potius aliorum q̄ Cœlij literis cognouiſſet, aliquantulum moleſte tulit. de quo nūc facit eum per has literas certiorem, & vt inuitus in prouincia eſſe videatur, hortatur Cœlium vt vrbem colat, neq; ceſſet ad eum ſcribere. quod tametſi propediem venturus ſit, obuias tñ ſibi literas ab eo mitti vehemēter exoptat, à quibus planè erudiatur de omni ſtatu reip. cuius viſendæ incredibili deſiderio tenebatur. {Solicitus} vexatus & perturbatus, dictus quidē quaſi ſolo citatus, hoc eſt ex ſuo loco motus, hinc ſolicitudo, quæ mentibus inhæreſcit, & ſolicitatio, quę ab alio fit. Ex quo illum locū apud Terēt. ita legere debemus: Amor, miſericordia, nuptiarum ſolicitatio. {De} propter, vt ſupra. {Conciones} nunc orationes in Pōp. factæ & Atilium. Sic.n. Cic. ſenſerat, nam concio tria ſignificat locum in primis, in quo cōueniunt, & ſuggeſtum, in quo habetur oratio, de quo meminit Gel. auctoritate Cic. in oratione, quæ īſcripta eſt cōtra concionē Q. Metelli. Aſcendi, inquit, in cōcionē, concurſus eſt populi factus. Secūdo ſignificat orationē, vt in ti. libri Cic. qui inſcriptus eſt cōtra concionē Q. Metelli, hoc eſt cōtra orationē, qua egit Q. Metellus. Et Cic. in epiſt. ad Dol. legi.n. cōcionē tua, nihil illa ſapientius. Tertio multitudinē vno loco ad audiendū congregatū, vt Cic. in oratione, conciones exclamare ſæpe audiui, cum apta verba cecidiſſent. {Tumultuoſæ} turbulētæ, tumultus plenæ. {Quinquatrijs} ſolēnis dies quinquatrus eſt dictus, ꝙ quinq; ab idib. dierū ſit numerus, in quo atrus nihil præter ſupplementū nominis affert. Varro hic ait, ꝙ erat poſt diem quintum idus quinquatrus dies: vt à Tuſculanis poſt diem ſextum vocatur ſexatrus, & poſt diem ſeptimū ſeptimatrus. Si præterea apud Faliſcos decimatrus. Et Feſtus inquit, ꝙ poſt diem quintum iduum celebratur quinquatrus dictus: vt triatrus, ſexatrus, ſeptimatrus, & decimatrus. Ludi vero, qui illis diebus, quinquatria dicebantur. Mineruæ 14. Cal. Apriles, de quibus meminit Naſo his verbis: Vna dies media eſt, poſt fiūt ſacra Mineruæ, Numina quæ adiectis quinq; diebus habet. Sanguine prima vacat, nec fas cōcurrere ferro, Cauſa ꝙ eſt illo nata Minerua die. Altera treſq; ſuper raſa celebrātur arena Enſibus expertis bellica læta dea eſt. Et Iuuen. Incipit optare & totis quinquatribus optat, Quiſquis adhuc vno partam colit aſſe Mineruam. Nec mirandum ſi quinquatrijs & quinquatribus inuenitur, nam oīa feſtorum nomina, vt Saturnalia, bacchanalia, tam tertiæ ſunt declinationis, q̄ ſecundæ, tñ numero multitudinis declinata. {Si qua ridenda} tangit Pomp. & Atilium, de his.n. ad Cic. rumor acceſſerat, & ideo miratur magis nihil ad eum à Cœlio ſcriptum. {Non aud. ſcrib.} propter Pōp. quē aperte nō audebat offendere, & alios quoſdam. {Illud moleſte fero} præ cæteris illud mihi moleſtum eſt, quare rogat ad eum vt ſcribat. {Annuum munus} proconſulatum meū in Cilicia. Magiſtratus.n. munera dicebantur, qm̄ petentibus tanquā munera donabantur, vt ludi gladiatorij quos in munus. P.R. recipiebat, & qui illos donabat, munerarius dicebatur. {De omni rep.} ad maiorem ſignificantiam mutauit nominis proprietatem, nam omne, totum, & cunctum diſcrepant. Omne de vniuerſis, vt oēs homines, qui ſeſe ſtudent præſtare cæteris animātibus ſumma ope niti decet. Totū omnis de vnius corporis plenitudine dicimus, vt Cic. Meq; totum tibi cōmendo. Cunctum verò quaſi omne, & totum in vno loco coniunctum: vt cuncti Cic. concionatem audiebant. Confunduntur tñ iſta plerunq;, vt hic, & Stat. Totos in pœnam ordire nepotes & Maro. Omnemq; reuerti per Troiā. {Obuiæ mihi velim ſint literæ tuę} variatus loquēdi modus, dicimus.n. Obuius ſum tibi, obuio tibi, Fio obuius tibi, Do me tibi, atq; offero me tibi obuium. Eodem modo aduerbialiter obuiam dicimus, vt obuiam profectus ſum regi. Et paulo poſt, mihi obuiam mitte epiſtolas te dignas. {Hoſpes} quaſi omniū rerum ad remp. pertinentium ignarus. Eſt.n. hoſpitum ignorare, quæ in alienis ciuitatibus fiūt. {Diogenes} libertus Cœlij. {Philone} Mileſius fuit, & Cic. amicus. {Peſſimonte} emporium eſt Phrygiæ, &, vt inquit Strabo, templum maximum habet magnæ venerationis matris Deū, quā Angidiſtā vocant. Hic locus magnifice ab Attilicis regibus ſtructus eſt, & tēplo & porticibus ex albo lapide Rom. celebre reddiderunt, educta inde deę ſtatua & Peſſimōtia appellata. {Nec benigna, nec copioſa} non ad ſe referunt, ſed ad regē Hyacton, regem Aſię maximi nominis. {Vrbē mi Ruſe cole} multi diuidunt hanc epiſtolam à ſuperiori, & aliam eſſe volunt. nos vnā cum ſuperiori facimus, & deſiderio vrbis Cœlium ad incolendam vrbem vehementer hortatur. Vrbis nomine per excellentiam Romam accipimus, vt per poetā apud Gręcos Homerū, apud nos Virg. ab vrbo vrbs dicta, quæ mœnia, muros, parietes, domos ſignificat, vt à ciendo ciuitas, quæ viros vrbem habitantes ac iure in ea viuentes oſtendit. {Iſta luce} bene lucē dixit, vbi pōt virtus eluceſcere, & ita alibi ſicut Romæ. {Peregrinatio} quaſi nauigatio quædā per aliena loca. {Obſcura} ſine luce alicuius laudis. {Sordida} ex ſuſpicione lucri & auaritiæ. {In ſnīa permanſiſſem} vt nunq̄ Romæ diſceſſiſſem, ſicut ab adoleſcentia iudicaui. {Confero} in cōparationē pono pluris n. minimam voluptatē faciebat, quam cum amicis Romæ capere poterat, q̄ quoſq; ampliſſimos fructus, quos ex prouincia colligere potuiſſet. {Integritatis} vt oēs me laudēt innocenter, & ſine auaritia prouinciam gubernaſſe. Leguntur hæc lib. 5. epiſto. ad Att. {Ex con.} cum in meo ſit arbitrio, & voluntate in prouincia remanendi, ſpero nō minorē triumphum ex contēnenda, & dimittenda q̄ ex cōſeruata prouincia me habiturum. {Triumpharem} lætarer: vt Teren. Id vero ſerio triumphat. & alluſit vero triumpho, qui dabatur victori pro re bene geſta. & eſt ſenſus, Lætarer ergo plurimum in hac prouincia, niſi tanto deſiderio tenerer vrbis, & incredibili meorum. {Rerū car.} has res cariſſimas intelligit eſſe vrbem, remp. amicos, domeſticos ſuos. {Propediem} accentū pone in antepenultima aduerb. eſt, quaſi prope ſit dies appellatum, vt propemodum quaſi propè menſura dictum. {Te dignas} tui dignas non dicimus.

ASCAN.

SOLICITVS, &c.} rurſus miratur ſe nihil literarum à Cœlio accepiſſe, cum tñ quinquatrijs nouæ inciderint cōciones, dicitq; vrbem, cuius deſiderio teneretur, Cœlio colendam. Ordo eſt. Equidem.i. ego certe, eram ſolicitus de rebus vrbanis.i. quæ in vrbe tranſactæ eſſent, ita.i. vſq; adeo tumultuoſæ, ita.i. tñ moleſtæ conciones.i. orationes habitæ ad populum conuocatum, afferebantur.i. annunciabantur mihi. Quinquatrijs.i. ludis & feſtis Mineruæ, habitis ex more, quinto die poſt idus, dico, inquit, quinquatrijs, nam nōdum audiebamus citeriora.i. quæ facta eſſent citra quinquatria, aut tpe viciniore nobis quia minus præterito, q̄ ſint quinquatria. Sed tñ nihil ſolicitabat me magis.i. vehementius, q̄ me nō ridere tecū in his moleſtijs.ſ. quas patior in prouincia, ſi qua.i. aliqua eſſent ridenda. Sunt.n. multa ſup. ridēda. Videtur contrariū, quod dixit ſi qua eſſent, & poſtea dicit, ſunt.n. multa, ſed nō eſt. Nā ſcuſus eſt. priuſquàm certior eſſem factus per alios, nil ſolicitabat me magis, q̄ me nō poſſe ridere tecum, ſi qua eſſent ridenda, vbi aūt certior factus ſum, ſcio multa fuiſſe ridenda. Sed ego non audeo ſcribere ea, ne forte incidant in manus eorum, quos rideat. Ego fero moleſte illud.ſ. me nihil habere adhuc literarū tuarum de his rebus.ſ. quæ tūc contigerunt. Quare etſi.i. q̄q̄ cum tu leges hæc, ego cōfecero.i. finiero iam munus.i. officiū annuum, tñ velim vt ſup. literę tuę ſint obuiā mihi, quæ.ſ. literę erudiant me de omni.i. tota rep. ne veniam planè.i. omnino, hoſpes.i. vt hoſpes & peregrinus, ignarus omnium rerum vrbanarum. Nemo pōt facere melius hoc.ſ. ne planè hoſpes veniam, q̄ tu. Diogenes tuus.ſ. procurator rerū tuarum, homo modeſtus, diſceſſit à me cū Philone, Peſſinunte.i. ab eo loco inſigni in Phrygia, qđ inde Cybele Romam tranſuecta ſit, quę Peſſinuntia dici ſolet, declinatur aūt Peſſinus Peſſinuntis, vt, Opus opūtis, Amathus amathuntis, Hiericus hiericuntis, &c. Ipſi.ſ. ambo Diogenes & Philo habebant iter.i. ire debebant ad Laicum regem.ſ. Aſię.

Margin notes (left column): Solicitum. Solicitudo. Solicitatio. — Concio. — Quinquatrus. Sexatrus. Septimatrus. Decimatrus. Quinquatria. Saturnalia. Bacchanalia. Munera. Munerarius. — Totum. Cunctum.

Margin notes (right column): Obuices. — Peſsimons. — Vrbs. Ciuitas. — Propediem. Propemodum. Te dignas.

Alij legunt ad Deiotarum, alij ad Hyacton, quanquam ipsi cognorant oīa.ſ.quæ eſſent agenda cū rege, nec benigna, nec copioſa.i.magni fructus. O mi Ruſe cole.i.inhabita, vrbem.ſ.Romam, quæ cum vrbs per ſe ponitur, ſemper intelligitur, & viue in iſta luce.ſ.clarorum virorum. Omnis.n.peregrinatio eſt obſcura, & ſordida. quod ego iudicaui ab adoleſcentia, ijs, quorum induſtria pōt eſſe illuſtris Romæ. Quod cum ego ſcirem probe.i.decenter, & probabiliter, vtinam permāſiſſem in ſnīa. Mehercule.ſ.ita tractante, vt verum dico, ego non cōfero.i.non cōparo in valore & iucunditate, oēs fructus prouinciæ, cum vna ambulatiuncula, ſup. noſtra, atq; vno ſermone noſtro, quam & quem ſimul habere ſolemus. Ego ſpero me conſecutum laudē integritatis.i.ꝙ integram & minime auaram geſſerim in prouincia vitam, ſpes triumphi non erat minor ex prouincia contemnenda.i.quam contemnerem amplius tenere, q̄ ex prouincia conſeruata, ſup. fuiſſet, ſi eam conſeruare.i.diutius cum imperio ſeruare voluiſſem, aut minor ſpes triumphi.i.magnæ gloriæ erat ex prouincia, ſi eam contemnere voluiſſem q̄ ex conſeruata i.per curam meam. In qua.ſ.prouincia conſeruata, ego triumpharem glorioſe quidem.i.certe, ſi non eſſem tandiu in deſiderio rerum cariſſimarum mihi.i.amicorum & familiariū, Sed, vt ſpero, ego videbo te propediem.i.tempore mox futuro: tu mitte obuiam mihi epiſtolas dignas te.i.quæ cenſeantur à te miſſæ & ſcriptæ.

PAVLVS MANVTIVS.

QVINQVATRVS} dictum opinor nominandi potius, q̄, vt alij crediderunt, generandi caſu. nam hanc vocem tantum multitudinis numero memini me legiſſe. forte etiam legi poſſit, quinquatribus, vt intelligatur dies, quo geſtæ ſunt res, non quo allatæ, cum inferat, citeriora non dum audiebamus. nam in libro ſcripto, quem habet vir doctiſſimus, Hieronymus Ferrarius Corrigienſis, legitur, quinquat. vt etiam pro gladiatoribus, gladiat. vetuſtis in libris quandoque ſcriptum videas.

DOCT. ANT.

SPERO me integritatis laudem conſecutum, non erit minor ex contemnenda, quàm ex conſeruāda prouincia ſpes triumphi, in qua ſatis glorioſe triumpharem, ſi non eſſem tandiu quidem in deſiderio rerum mihi cariſſimarum, &c. Legendum. {Spes triumphi inquis} vt ſit quaſi ὑποφορὰ Cœlij, per occupationem à Cice. poſita, dein ſubiungatur ἀνθυποφορὰ, {Satis glorioſe triumpharem, &c} Nam in illo, quod anteceſſit, Non erit minor } ſubaudi Laus: quod eſt ex ſententia ſuperiori repetendum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Officioſa eſt epiſtola, qua ſe conſilio Cœlij acquieſcere velle oſtendit.

CIC. IMP. S. D. COELIO,

AEDILI CVR. 13

*RARAS tuas quidem, (fortaſſe enim non perferuntur) ſed ſuaues accipio literas. uel quas proxime acceperam, quàm prudentes, quàm multi & officij, & conſilij. etſi omnia ſic conſtitueram mihi agenda, ut tu admonebas: tamen confirmantur noſtra conſilia, cum ſentimus prudentibus, fideliterq́; ſuadentibus idem uideri. Ego Appium, ut ſępe tecum locutus ſum, ualde diligo: meq́; ab eo diligi ſtatim cœptam eſſe, ut ſimultatem depoſuimus, ſenſi. nam & honorificus in me conſul fuit, & ſuauis amicus, & ſtudioſus ſtudiorum etiam meorum mea uero officia ei non defuiſſe, tute es teſtis: quoniam κωμικὸς μάρτυς, ut opinor, accidit Phania. & mehercule etiam pluris eum feci, quòd te amari ab eo ſenſi. iam, me Pompeij totū eſſe ſcis: Brutum à me amari intelligis. quid eſt cauſæ, cur mihi non ſit in optatis, complecti hominem florentem ætate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, affinibus, amicis? collegam meum præſertim, & in ipſa collegij laude, & ſcientia ſtudioſum mei? Hæc eo pluribus ſcripſi quòd *mibi ſignificabant tuæ literæ ſubdubitare, qua* non nihil *eſſem erga illum uoluntate. credo te audiſſe aliquid falſum eſt, mihi crede, ſi quid audiſti. genus inſtitutorum, & rationum mearum diſſimilitudinem non nullam habet cum illius adminiſtratione prouinciæ. ex eo quidam ſuſpicati fortaſſe ſunt animorum contentione, non *opi-* voluntatū *nionum diſſenſione, me ab eo diſcrepare. nihil autem feci unquam, neq; dixi, quod contra illius exiſtimationem eſſe uellem. poſt hoc negotium autem, & temeritatem noſtri Dolabellæ, deprecatorem me pro illius periculo præbeo. erat in eadem epiſtola ueternus ciuitatis. gaudebam ſanè, & eō gelaſſe noſtrum amicum lætabar otio. Extrema pagella pupugit me tuo chirographo, quid ais? Cæſarem nunc defendit Curio? quis hoc putaret præter me? nam ita * uiuam, putaui. Dij immortales, quàm ego* in via *riſum noſtrum deſidero? Mihi erat in animo, quoniam iuriſdictionem confeceram, ciuitates locupletaram, publicanis etiam ſuperioris luſtri reliqua ſine ſociorum ulla querela conſeruaram; priuatis, ſummis, infimis fueram iucundus. proficiſci in Ciliciam nonis Maij, & cum primum æſtiua attigiſſem, militaremq́; rem collocaſſem, decedere ex S.C. Cupio te ædilem uidere: miroq́; deſiderio me urbs afficit, & omnes mei, tuq́ue in primis. Vale.*

HVBER.

RARAS tuas} oſtendit Cic. quanti faciat literas Cœlij. quas etſi raras, ſuaues tamē ſibi eſſe dicit, præſertim quaſdā, quibus dicit ſe admonitū fuiſſe à Cœlio, vt concorditer ageret cū Appio: quod tn̄ ſe ita facere conſtituiſſet dicit. & adducit rationes & cauſas multas, quare debeat amare Appium, oſtenditq́; quæ fuerit cauſa, quare quidam falſo ſuſpicati ſint eos diſſentire. Poſtremo optat Cic. eſſe Romę, tum vt poſſit ridere cum Cœlio & alijs amicis, tum vt poſſit eū ędilē videre. {Fortaſſe} parentheſis, & excuſat Cœlium, quod fortaſſe ille ſcribat, ſed eius literæ nō perferantur. {Suaues} dulces, iucundas. {Vel} etiam, aut præcipue. {Proxime} nouiſſime. {Quam prudentes} ſ.officij & conſilij. {Quàm multi} quàm magni. {Officij} humanitatis. {Conſilij} quia conſulebas vt fugerem omniū inimicitias, & præcipuè Appij. {Conſtitueram} decreueram. {Vt tu admonebas} ſ.mihi eſſe agenda. {Confirmantur} deliberatiora fiunt, & certiora {Sentimus} cognoſcimus. {Prudentibus} qualis tu es. {Fideliter} ſincere, ſine dolo. {Idem videri} idē iudicari, eādem ſniam haberi. {Ego iam ſe.} oſtendit ſe nullā cauſam habere, quare oderit Appiū. ſed potius eām diligendi. {Cœptum} inceptum. {Me diligi ab eo}.i.inceptum eſſe vt ego ab illo diligerer. {Vt} poſtq̄. {Simultatē} odiū quoddā occultū, quod ante erat inter nos: & dicta eſt ſimultas à ſimulatione. {Depoſuimus} quia fuerant reconciliati App. & Cic. cū ante fuiſſet inter eos ſimultas, propterea ꝙ in cauſa, quā Cic. egit apud pōtifices de domo ſua, Ap. vehementer eū oppugnauit. vnde Cic. lib. 3. ad Ap. Reditus illuſtris in gratia, in quo ne per imprudentiā quidem errari pōt ſine ſuſpicione perfidiæ. {Nā honorificus} arguit à cauſis probabilibus, quare debuerit eū diligere. {Honorificus in me}.i.cū eſſet cōſul, proſecutus eſt me honore. {Studioſus} fautor. {Studiorū} volūtatū, quia quod volui, ille cōfirmauit. {Mea vero} dicit ſe idē feciſſe cōtra App. vt i nullis ſtudijs, & officijs ei defuerit, teſte Cœl. {Tu ſcis} tu es teſtis, qm̄ κωμικὸς ſnia ex aliqua vetere comędia, in qua Phania aliquis teſtis alicuius rei introduceretur nā de Phania Terent. nō ſatis placet, nec vr̄ cōuenire. ſenſus aūt eſt, tu ſcis mea officia ei non defuiſſe, quia Phania comicus teſtis accidit.i.qm̄ tu accidiſti tanq̄ Phania comicus teſtis: loquitur.n. de Cœl. tanquā de tertia perſona, hoc eſt ſicut Phania teſtis eſt in comœdia, ita tu teſtis es quid ꝓ eo egerim. {μάρτυς} teſtis. dr̄ aūt & μάρτυς attice, & μάρτυς lingua cōi. κωμικὸς Comicus, qui in comędia introducitur, Phania aliquis, qui in comędia de aliqua re certiſſime teſtificaſ. Et ideo dixit, vt opinor. {Eū} Appiū. {Quod} q̄ ꝗ. {Te amari ab eo}.i.cauſa tua, q̄ ſcio eū tibi eſſe carū {Iā me} alia rō ꝙ cauſa Pōp. & Bruti, quos habet amiciſſimos, diligat et App. ijs neceſſitudine cōiunctū. ſi.n. diligit Pomp. & Brut. debet etiā diligere, qui cū eis ſunt affinitate & neceſſitudine cōiuncti. erat aūt Appius ſocer Bruti, & filij Pōp. vt oſtēdit Cic. ad App. lib. 3. epiſt. 4. his verbis: Duos.n. duarū ætatū plurimi facio, Cn. Pōp. ſi. tuæ ſocerū, & M. Brutū generum tuū. & in epiſtola, quæ incipit, Cū eſt ad nos allatū, circa fin. Quis vnq̄ tanti quēquam fecit,

fecit, quanti ego Cn. Pomp. socerum tuæ filiæ, & in epistola sequenti quæ incipit. Cum essem in castris, sic inquit: Lętor, virtute, & officio cum tuorum necessariorum, meorũ amicissimorum, &c. Ergo cum dixit. {Iam me totũ Pomp. esse scis} voluit quasi innuere necesse esse App. qui sit socer filij Põp. à te amari, qui totus sit Pomp. Brutum, eius generũ. {Quid causæ} quæ causa. {In optatis} inter optata mea, inter ea, quæ maxime sũt mihi cara, & optata. {Complecti} amare. {Hominem} Appiũ. {Florentem ętate} adhuc viridi ętate, quia senes ideo facilius contẽnuntur, qm̃ non pñt diutius aut prodesse, aut obesse, cum sint propinqui morti. dicit igitur hunc fuisse amandũ, quia florebat ętate. {Opibus} erat. n. App. opulentissimus. vel opibus potẽtia, qua valet in vrbe nostra, vnde & lib. 3. ad App. Quid cõmodis meis aptius q̃ hominis nobilissimi, atq; honoratissimi coniunctio: cuius opes, ingeniũ, liberi, affines, propinqui mihi magno vel ornamento, vel pręsidio esse possent. {Honoribus} quibus affluxerat App. {Liberis} habebat. n. multos filios & filias, & clarissimis familijs collocatas: est aũt in his dictionibus articulus. {Collegam} in auguratu, vt ostendit Cic. inferius ad ipsum Ap. amplissimi sacerdotij collegium, in quo non modo amicitiã violari, apud maiores nostros fas nõ erat, sed ne optari quidem sacerdotẽ licebat, qui cuiq̃ ex collegio esset inimicus. fuerunt igitur collegæ Cic. & Ap. {Ipsa laude} sua. {Et sciẽtia} hoc est, cum ex sacerdotio magnam laudem assequeretur, & esset peritissimus, mei tñ semper studiosus fuit. {Eo} pp id. {Significabant} tacite demonstrabant. {Subdubitare} paululũ dubitare. {Voluntate} animo. {Erga illum} App. {Credo} quia subdubitas de voluntate mea erga illum. {Falsum est} quod audisti. {Genus} dicit pp quid homines existimauerint Cic. non esse bono animo erga Ap. quia cum successisset ei Cic. in prouincia, & mutasset quædam, quæ App. ante instituisset: alterq; administraret prouinciam, q̃ ipse administrasset: existimauerunt quidam hoc fieri, quia essent inimici, quod nõ ita erat, sed quia plerunq; accidit, vt in eadem re varia sit opinio, sed tamen vtraq; bona, sicut erat Ap. & Cic. in administratione pũinciæ, & ideo nunc dicit, {Genus} modus, forma quædam. {Institutorum} decretorum, ordinationum mearum quas fecisti prouincia post discessum Appij. {Illius} App. {Dissimilitudinem} differentiam: quædam. n. mutauit Cice. vt plenius apparet lib. 3. ex omnibus epistolis, quas ad App. scribit. {Ex eo} ꝙ mea instituta habent quandam dissimilitudinem cũ illius administratione. {Quidam} maleuoli, & qui, vt infra dicetur, nos, quo animo inter nos sumus, esse nollent. {Suspicati sunt} existimauerunt. {Contentione} controuersia. {Animorum} in quibus stat beneuolentia, & maleuolentia. {Dissensione vol.} quæ etiã inter eos, qui non sint inimici, esse potest, vt in eadem re diuersam habeant voluntatem: nam dissensio est sententiarum diuersitas. {Discrepare} disconuenire, discordare. {Feci} re. {Dixi} verbo {Existimationem} auctoritatem, reputationem. {Post hoc negotium} Hoc est, præter hoc, ꝙ aliter sensit de administrãda prouincia q̃ ipse. {Et temeritatem nostri Dol.} h. d. cum Dolabella gener Cic. quædam temere egisset cõtra Ap. accusando eum ambitus, oppugnabatur ab App. Cic. quia erat gener suus, eum defendit, & ideo dicit, post temeritatẽ defensam à me. temeritatem autẽ attribuit Dol. quia erat audacissimus, quod & Ap. Alexandr. lib. 3. confirmat. {Nostri} vel generi, vel nostri vtriusq; amici, & mei, & tui. {Deprecatorem} rogatorẽ, supplicatorem, plusquam si diceret defensorem. {Illius} non Dolabellæ, sed Ap. {Periculo} quia præter ambitum etiã maiestatis fuerat accusatus: vt lib. 3. patebit. defendebatur aũt à Cic. absente per literas, deprecãte multos pro eo. {Erat veteranus ciuitatis} sunt verba Cœlij, quibus, vt quibusdam placet, latenter pulsat Pomp. nam Cœlius eum veteranum ciuitatis appellauerat. {Gaudebam. s.} ꝙ ad me scripsisti de veterano ciuitatis: quod quid, aut quale esset, non satis intelligere possumus. {Congelasse} refrixisse, cessasse. {Nostrũ amicum} non ausim affirmare, quẽ intelligit, nam & ipse intelligi noluisse demonstrat, cum dicit nostrum: ita. n. loquimur, cũ ab eo tm̃ intelligi volumus, cum quo loquimur. {Lætabor otio} quia dixit cõgelasse, siue. n. Pomp. siue alium quempiam intelligit. fortasse ille aliquantulum dimiserat animum ab aliquo cœpto: in his autẽ epistolis satis sit, ꝙ ex verbis capiamus fructum, & ex sententijs, quæ mores respiciunt, nam in sensibus occultis, qui nihil afferunt ad cõmoditatẽ dicendi, nihil refert, si minus sagittã ipsam in meta figere possumus. {Extrema pagella} in fine epist. quæ erat, aut liberti, aut alicuius scribæ sui manu ex arata, addiderat Cęl. manu propria hæc verba: Cæs. nõ defendit Curio. qd̃ Cic. quasi ridens ostẽdit se credere, q̃a sciebat Cur. corruptũ esse à Cæs. qui, vt supra diximus, eũ grãdi ęre alieno liberauerat. de corruptione aũt Cur. visus est suspicari Cic. in epist. quæ incipit, Sero gratulatio, in qua tam multis verbis eum hortatus est ad defensionem reip. {Pagella extrema} i. extrema pars pagellæ tuæ, hoc est epistolæ, siue chartæ. paginæ aũt dictæ sunt, vt voluit Festus, ꝙ suam quæq; obtineant regionẽ, vt pagi: vel à pagendo, ꝙ in illis versus pagũtur. i. infinguntur. {Pupugit} percussit. {Tuo chirographo} tuo scripto, quod manu tua exarasti. nã solebant interdum dictare alijs scribentibus. {Qui ais} admiratiue. {Cæsarem} cũ admiratione ẽt pronuntiandũ, & subauditur ais. {Quis hoc putaret} ironice, q. d. nõ credo. {Præter me} qui noui Cur. {Io via putaui} modus est dicendi, ita putarã in itinere. {Risum vestrũ} quẽ scio vos habere pp huiuscemodi mutationes rerũ. {Mihi} dicit Cic. quid cõstituerit facere. {Mihi erat in animo} constitueram. proposuerã. {Locupletare} ditare ciuitates Ciliciæ. {In pub.} quibus erã daturus modũ exigẽdi vectigalia. nam ij sunt, qui maxime spoliant ciuitates, genus, vt voluit iurisc. audax. {Qm̃ cõfeceram} finieram. {Iurisdictionem} lustrationem iurisdictionis meæ. {Etiã super.} sensus est, etiã cũ ante lustraui prouinciã, reliqua quæ ad publicanos nõ pertinebãt, cõseruata sunt sine vlla querela. {Sociorũ} i. ita, vt nullus ex socijs nostris hoc est ex ijs, qui nobis cũ fędere essent iuncti, queri possent. Solebant aũt magistratus lustrare, hoc est circuire totã iurisdictionem suã, & prouidere. vbi opus esset. quod dicit se fecisse Cic. & nunc, & ante, sine vlla querela sociorũ ergo, In superioribus lustris. i. cũ ante lustraui prouinciam. {Conseruata} subaudi sunt. {Iucũdus} quidã cod. hñt iustus, {In priuatis} sensus est, fui iucundus in omni ordine & genere hoium. quod declarat dicens. {In priuatis} sine magistratu. {Sũmis} principibus, infimis, plebeis. {Proficisci} subaudi, erat in aio. {In Ciliciã} erat. n. in locis finitimis prouinciæ, q̃a lustrauerat eã. {Aestiua} loca vbi milites æstate sunt, sicut hyberna vbi habitãt hyeme. {Attigissem} aduenissem. {Nonis Maij} vij. die Maij. Nec videatur cuiq̃ inconueniẽs, ꝙ dixerit æstiua, cũ tunc nõdum videatur esse tẽpus æstatis: qm̃, vt voluit Vlp. iuriscõsultus, Aestas, vt peritiores voluerunt, incipit ab ęquinoctio vernali. & desinit ęquinoctio autumnali: ita æstas sex mensiũ, & hyems totidem generaliter dr̄. {Collocassem} in ęstiuis. {Decedere} subaudi, erat in aio. {Ex sen.} quo erat decretum, vt finito annuo magistratu Cic. posset discedere, vt ostendit supra ad Cur. vt senatuscõ. & leges defendas, &c. {Te ędilem} qui erat factus ędilis absente Cic.

ASCEN. RARAS, &c. {Dicit literas Cœlij raras quidẽ, sed iucundas se dati & gratas, & præsertim eas, quibus hortatus erat Cœlius vt ipse Cic. cum Appio gratiã ineat. ad q̃ ineundam idẽ Cic. dicit multas sibi causas esse. rursusq; desiderio vrbis se teneri, vt cum amicis rideat, scribit. Ordo est. Ego accipio tuas literas quidẽ. i. certe raras, licet multas forte scripseris. fortasse. n. nõ perferuntur, sed suaues. i. iucundas, vel. i. etiam, eas quas acceperam proxime, q̃. i. quantum prudentis, & quãm. i. quantum multi, & officij, & consilij, q. d. plurimi. Etsi. i. quanquam, ego constituerã. s. priusquã admoneres, omnia agenda mihi sic vt tu admonebas, tñ nostra consilia confirmantur. i. stabiliuntur, cum sentimus idẽ videri prudẽtibus & suadẽtibus videlicet, sup. quod nobis. Ego valde diligo Appium vt̃ locutus sum sæpe tecũ, & sensi me cœptũ diligi ab eo statim, vt. i. postq̃, deposuimus simultatẽ. i. latens odium & ęmulationem simulatam. Nã ipse fuit, &. i. simul honorificus. i. honorem faciens, consul in. i. erga me, & amicus suauis, & studiosus, ẽt studiorũ meorum, vero pro sed, tu es testis, mea officia. i. debita obsequia non defuisse ei. Qm̃ μάρτυρ. i. martyr, hoc ẽ testis, κωμικὸς comicus, hoc est qualis inducitur in comœdia vtriq; nota, ex comędo. s. Phania libertus, accidit, vt opinor, mihi, hoc est sicut in comœdia aliquis qui rẽ optime norat, eo ꝙ iam ferè gesserat, aut viderat, ita Phania libertus eius, de quo in. 1. epist. 3. lib. ꝙ rem optimè nouit, mihi certissimus est testis, martys dr̄ Attice, & cõmuni græcorũ lingua martyr testis. Et mehercule, ego feci. i. ęstimaui sup. Appiũ etiã pluris, ꝙ. i. quia ego sensi te amari ab eo. Tu iam scis, me totũ. Põp. & intelligis Brutũ amari à me. quid igitur causę est, cur nõ sit mihi in optatis. i. inter cętera optata, cõplecti hoiem florentẽ ętate. i. qui est in flore ętatis videlicet Appiũ, & florentẽ opibus, honoribus, ingenio, liberis. i. legitima prole, propinquis s. cõsanguinitate, affinitate. i. propinquis vxoris, amicis. s. acquisitis præsertim collegã meũ. s. in collegio augurũ, & studiosum mei in ipsa laude, & sciẽtia collegij. Ego scripsi hæc pluribus. i. cõpluribus sup. verbis, aut pluribus q̃ alioqui fecissem, ꝙ literæ tuæ significabãt mihi, te subdubitare. i. occul-

Pagina

Dissensio

te.aut aliquantulũ dubitare, qua volũtate ego essem erga illum videlicet App. Credo te audisse aliq d.i.simultatis, aut odij mei in eum. Crede mihi Rufe, si audisti.i.aliquid.s.tale: sup. id esse falsum. Genus.i.ratio, & forma institutorũ.i.morum, & rationũ mearum.s.viuendi, habet nonnullam.i.quandam dissimilitudinem, cum administratione prouinciæ illius. Nam Cice. Appio successerat in prouinciam. quidã suspicati sunt fortasse ex eo.i. ex ea dissimilitudine regẽdi, me discrepare ab eo, cõtentione.i. pertinaci pugna, animorum.i.voluntatum, non dissensione opinionum. Aut.i.sed, ego nihil feci, aut dixi vnq̃, q̄ vellẽ esse contra existimationem.i.iudicium illius. Alij legunt æstimationẽ.i. reputationem, & auctoritatẽ illius. Autem.i.sed, post hoc negotium.s.q̄ in forma gubernandæ prouinciæ ab eo dissenserim. & post temeritatem Dolabellæ nostri.s.generi. nam post mortẽ Crassipedis, Tulliam duxit Cic. filiam, præbeo me deprecatorem.i.intercessorem & supplicatorem, vt ignoscatur pro periculo illius.s.App. In eadem epistola.s.tua, erat Veteranus ciuitatis.i.scripsisti de veterano quodam ciuitatis, qui cum molestiã inferret cõi amico, repulsus est. vnde ait Cice. Gaudebã sanè.i. multum, & lætabar amicum nostrũ cõgelasse.i.torpuisse otio.i. sic illo Veterano cessante ab infestatione, refrixisse, vt congelati censeatur. Extrema pagella.i.tabella, in qua scripta erant superiora à manu secretarij Cœlij pupugit.i.stimulauit, me tuo chirographo.i.scripto tua manu. nã qui dictant epistolas, priusquam claudantur, & obsignentur, pars solent interdum quædã ascribere manu propria, quæ nolũt scribas suos scire. scripserat autẽ Cœlius Cur. nõ defendisse causam Cæs. vnde Cice. Quid ais? Curio nõ defendit Cæsarem. Quis putaret hæc præter me, q.d. nemo. Ego tñ debebam putare, vt qui Cur. ad hoc induxerim, vt nullis consilijs præterquam suis acquiesceret, postea tñ nimium Cæsari adhæsit. Affert tñ Cic. aliam rationem de industria dicens, nam ego putaui ita.s.q̄ non defenderet Cæsarem, in via. O dij immortales, q̃.i.quantum, ego desidero risum nostrum. Hactenus ad epistolã Cœlij. In animo erat mihi.s.cum hæc scriberem, qm̃ confeceram.i.finieram, iurisdictionem.i.tẽpus, quos ius prouincialibus dicerem, locupletare.i.ditare ciuitates.s. Ciliciæ, etiam in publicanis.i.in publicanorum exactione refrenanda. Reliqua, præter publicanorum negotia, conseruata sunt superioribus lustris.i.lustrationibus, & censuris sine vlla querela sociorum. Iucũdus, aut iustus fueram in priuatis.i. non gerentibus magistratum in summis, & infimis, & repete. In animo erat proficisci in Ciliciam forte ex Cypro, nã vtranque partem tenebant proconsules in Ciliciam missi, aut ab ea parte, quæ est iuxta Amanũ montem, Nonis Maijs.s.tunc proxime futuris. Et in animo erat decedere ex senatusc.i.sicut senatus decreuerat, cum attigissem prima æstiua.i.tempora apta militiæ, & bello gerendo, & collocassem.i.deposuissem rem militarem. Ego cupio videre te, & vrbs.s.Roma affecit me miro desiderio, & oẽs mei sup. afficiunt, & tu in primis sup. afficis me miro desiderio. Sunt qui superiora sic ordinent. Sine querela sociorum in priuatis, summis, & infimis iucundus.i.lætus fueram proficisci in Cil. &c. sed sequar priorem sensum.

Alexander ab Alex. loco supra citato

MEA vero officia ei non defuisse, tu es testis, quoniam κωμικὸς μάρτυς, vt opinor, accidit Phania} quod interpres in Terentiano Phania non posse accommodari aiebat, sed aliũ quendam fuisse Phaniam, de quo sentiret Cic. qui in notitiam nomenq; non venit. Quæ verba si pensitare quis volet, atq; ingenij acia non obtusa rimari, etiam ad Terent. Phaniam saluo sensu accommodabit. Cum.n. Phania ille Terentianus Chremetis frater fuerit, & Crito Andrius inopino aduentu oportune introducatur aduenisse, quo significante de Phania Cremetis fratre, & filia Glycerio in notitiam venit, ipsamq; filiam esse compertum habuit: pariter Cic. peroportune Comicum Phaniam aduenisse dicit.i.aliquid secreti consilij, quod nondum emerserat, prodijsse in lucem: quo sicut in Phania Terẽt. Glycerium Chremetis filia, & Phaniæ neptis apparuit, sic ipsius opera oportune fit intellectum, Cice. officia illi non defuisse, & se de Ap. benemeritum significari.

Cal. Rho. antiq. lect. lib. 3. c. 31.

LOCVS est ex secundo familiarium epist. nõ enarratus ad hanc diem, sed omnino exculcatus, & offusa caligine, inscitiæ tenebris, ita obuolutus, vt in Cicerone Cic. subinde quæratur. Verum oratoris verba iam subsignemus. {Mea vero officia ei nõ defuisse, tu es testis, qm̃ κωμικὸς μάρτυς, vt opinor, accidit Phania} male feriati Comicum testem Phaniam augurantur, ex vetere comœdia repetitum, in qua Phania testis introduceretur: referuntq; ad Cœlium. qui sensus, vt male conceptus, mire friget, Cic. elegantia indignus. immo nec coit, etiam si violenter omni pede consabricatis inuentis nugalibus ad eũ verba retorqueas, pensitent modo legentes. Et quidem frequentissimi M. Tullio moris, ex veteribus pleraq; aduocare obscurius, cuius ferè modi est ad Cœlium illud. Repente vero incessi omnibus lætitijs. In quo Latinæ quidem rei literatores, quid afferant, minus constitutum habẽt. Et Cœlio vero esse ea liquet ex Cic. 2. de Fin. vt scias non esse hic Arietini oraculi ambagiosam historiam. Inibi aduocatur & Trabea, de quo arbitror itidem sensisse Familiarium nono Cic. etiãsi grãmaticis inscita, inauditaq; est nomenclatura. Verum, vt à diuerticulo fabulã repetamus, ego in Menandri comœdia fuisse Phaniam, obseruasse videor apud Plut. in commentatione, quæ est de Tranquillitate. Cæterum id ad propositam modo quæstionem nihil. nam Phaniam hunc Ciceronianum non alium accĩpio, quàm Appij, de quo ibi intelligit orator, libertum, sicuti cõprobant Cice. verba, epist. 1. iij. lib. quem hic comicum testem dicit, non, vti opinor, quia vetus comœdia Phaniam habeat, veluti fidei inuiolatæ numen sanctius: (id.n. proculdubio commentum est vanissimum, & ad libidinem concepta diuinatio) sed q̄ libertus is ingenio esset lætiore, facetoq; minime subdolo, aut inuido, & proinde iucundo admodum, & amœno. Expende Cic. verba ex ea, quam modo aduocauimus, epistola: in nostram sñiam remis velisq; eundum censueris. Is ergo apud Cœlium æquissime Appij naturam, Cice. in eum studia & merita suauissime & verissime aperuerat: quod vltro citroq; creberrime, sicuti mos fuit tẽporum illorũ, & nil est notius, cõmearet.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Fabium de meliore nota commendat, nempe animi virtutibus & ingenio: &, quo pactu res Romana habeat, requirit.

CICERO IMP. S. D. COELIO AEDILI CVR. 14

MARCO Fabio, uiro optimo, & homine doctissimo, familiarissime utor: mirificeq; eum diligo, cum propter summum eius ingenium summamq; doctrinam, tum propter singularem, modestiam. eius negotium sic uelim suscipias, ut si esset res mea. noui ego uos magnos patronos. hominem occidat oportet, qui uestra opera uti uelit. sed in hoc homine nullam accipio excusationem. omnia relinques, si me amabis, cum tua opera Fabius uti uolet. Ego res Romanas uehementer expecto, & desidero: in primisq; quid agas, scire cupio: nam iandiu propter hiemis magnitudinem nihil noui ad nos afferebatur. Vale.

MARCO Fabio} commendat Cic. Fabium Cœlio ea ferè forma, qua solet vti in commendandis amicis: rogatq;, vt eum in omnibus rebus commendatũ habeat. {Fabio} laudat Fabium à bonitate & doctrina. {Mirifice} vehementer, mirabiliter. {Cum propter} dicit, propter quæ eum maxime amet. {Modestiam} probitatem. {Negotium} causam, quam fortasse ille habebat Romæ: in qua ei opus erat auxilio Cœlij. {Suscipias} defendendum capias. {Vt} sicut. {Si esset res mea} quam non dubito tibi esse commendatissimam. {Noui} iocatur cum Cœlio, & fortasse etiam serio loquitur. {Vos}.i. similes tui. {Patronos} causidicos. {Hominem} hoc dicit: adeo estis magni patroni, quòd non suscipitis causas nisi magnas, & in quibus agatur de capite alicuius, ex quibus plus emolumenti consequimini. {Hominem} Ordó est. Oportet vt is occidat hominem, qui velit vti nostra opera.i. vestro patrocinio, & defensione. {Occidat hominem} habeat causam capitalem, & magnam, qualis est de cæde hominis. {Sed} quasi dicat, quamuis non nisi magnas causas suscipere soleas. {In hoc homine} Fabio. {Accipio} admitto. {Relinques} non solum postpones, sed omittes. {Res Romanas} quid Romæ agatur. {Hiemis} tempestatis, quæ prohibeat quempiam ex Roma huic nauigare. Hyems autem interdum pro tempore ponitur, vt Virg. Georg. Hyems ignaua colono. Interdum pro tempestate, & viuenti: vt idem in 1. Aeneid. Vicit hyems. Item, Sæpe illos aspera ponti interclusit hyems. {Nil noui} de rebus Romanis. {Ad nos} huc in Cil. {Afferebatur} nunciabatur.

Hyems.

Marco

PHIL.

MARCO Fabio, viro} multæ in hac snia reperiuntur epistolæ Cic. imitatione dignissimæ. vult Cœlio amici causam commendare: & initio, quanta eum beneuolentia prosequatur, ostendit. Inde causam eius cõmendat, & hominem. Postremum, quanto cognoscẽdarum rerum Romanarum desiderio teneatur, adiungit. {Viro optimo, & homine doctissimo} laus est à bonitate, & doctrina, sed contra rationem dicendi, quod minus est, secundo loco posuit, crescere. n. debet oratio. Vir aũt maiorem vim habet, quàm homo, vt ad Marcellum, Neq; monere te audeo præstanti prudentia virum, neq; confirmare maximi animi hominem virumq; fortissimum. Et ad Seatium, Hortarer, vt & hominem & virũ esse meminisses. Præterea plus est bonũ esse, q̃ doctum. Et Cic. primũ dixit optimo, inde doctissimo. eodẽ ordine est vsus in epist. ad Thermũ, vt A. Manilio iam pridẽ vtor familiarissime optimo viro, atq; homine grauissimo. Et ad eundẽ alibi dixit. Hoc ipso vincit viros optimos, hominesq; innocentissimos legatos tuos. Sed animaduertendũ est, q in omni compositione, vt ait Fabius, tria sunt necessaria. Ordo, iunctura, numerus. In ordine cauendũ, ne decrescat oratio, & fortiori subiungatur aliquid infirmius, vt sacrilegio fur. augeri. n. debent snię, vt ibi Cic. Tu, inquit, istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate. Est & alius naturalis ordo, vt viros ac fęminas, diẽ ac noctẽ, ortũ & occasum dicas q̃ retrorsum, quo ordine & hic est vsus Cic. & alibi, vt diximus. {Vtor} cõe quod antiquos verbum erat, vt hortor. Eodẽ modo consolor, & vereor. lege A. G. lib. 15. {Suspicias} supra te capias ad defendẽdũ. Antiqui susum pro sursum dicebant, & succipio pro suspicio, & sic Virg. posuit, vt succepit ignẽ folijs, & suscipere & capere ita vtimur, vt ad curas, sumptus, inimicitias suscipere potius referamus. Capere vero ad labores, molestias, & dolores potius accõmodemus. {Vt} tanq. multis. n. modis hæc particula in oratione colligitur, interdũ pro postq̃. Virg. Vt belli signũ. Aliqñ pro sicut, hoc modo, Ita Põp remp. oppressit, vt Cæs. Plerũq; significat quo modo. Virg. Vt vidi, vt perij, hoc est postquã vidi, quo modo perij. Alias pro q. Interdum cãm amplectitur superioris sensus, vt do operã literis, vt doctus euadam. Interdum ad exornandũ orationem accipiturus, Fabius, Quis credat me fecisse, vt stipitem filio negarem? hoc est quis credat stipẽ me negasse filio. {Nouι vos magnos patronos} confutatio est, & patronos causarũ defensores dicimus, vt Terent. Huic opus est patrono, quẽ defensorem paro. Et eos, qui seruos manumiserunt suos, vt Mar. Caussinus, & dũi ius oẽ, emittimus ęgro, Munere dignus erat cõualuisse meo. Sensit deficiens sua præmia, meiq; patronũ. Dixit ad infernas liber iturus aquas. {Vos} ac si dixisset te, & tui similes. {Hominẽ occidat oportet}. i. vt habeat causam capitalẽ & arduam, qualis est de homicidio. qm parua causa non est digna patrocinio vestro, & eloquentia: qui res graues defendere possitis, & soleatis, nõ leues, vt hæc ipsa est Fabij, quam tibi commẽdo. Est aũt loquendi modus, ad ostendendam magnam viri auctoritatem: qui rebus vilibus, & abiectis non se miseret, sed magnis & grauibus: qualis esset, siquis hominem occidisset, & eum iste defenderet, vt Cic. Milonem. {Sed in hoc homine} Fab. hoc est tametsi non nisi arduas causas suscipiatis: tamen in Fabio meo nullam excusationem, vt vel parum, vel magnum sit negotiũ eius. {Tua opera} patrocinio, & defensione. opera est actio, opus est finis, & fructus. Sed interdum opus pro opera sumitur, Virg Mollibus ẽ stratis opera ad fabrilia surgit. {Hiemis} Varro latinum facit ab hiando appellatum. at ego magis gręcũ puto: ab ὕω, quod est pluo, denominatum, & anni partem significat, & tempestatem, nunc anni.

Vtor
Hortor
Consolor
Vereor

Vt

Patronus

Opera
Opus
Hiems

ASCEN.

FABIO, &c.} commendat Cœlio Fabium dicens, Ego vtor familiarissime Fabio viro optimo, & homine doctissimo, & diligo eum mirifice, cum. s. ita sit, q p p summum ingenium eius, & summam doctrinam, tũ sup. multo magis propter singularem modestiam eius. Ego velim sup. vt suscipias. s. adiuuandum negotium eius sic, vt si esset res mea. Ego noui vos, hoc est te, & tui similes, magnos pa. i. defensores magnorum reorũ. oportet sup. vt is, qui velit vti opera vestra, occidat hominem. iocose id dictum est. Sed ego nullam accipio. i. admitto, excusationem in hoc homine. tu relinques omnia, si amabis me, cum. i. quando, Fabius volet vti opera. i. diligentia, & labore tuo. Ego expecto vehementer, & desidero res Romanas. i. vt res Romanæ scribantur ad me, & cupio in primis scire quid agas. Nam propter magnitudinem hiemis nihil noui afferebatur, scilicet cum hæc scriberem, iandiu. i. multis diebus, ad nos.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Missa est hæc epistola. nam & diligẽtiam amicorum agnoscit, & quid de Dolabellæ, & Tulliæ nuptijs sentiat, scribit. & cur Cœlium prouinciæ præfecerit, rationes reddit.

CICERO IMP. S. D. COELIO
AB OLLI CVR. 15



*ON potuit accuratius agi, neq; prudentius, quàm actum est à te cum Curione de supplicatione. & mehercule confecta res est ex mea sententia, cum celeritate, tum quòd is, qui erat iratus, competitor tuus, & idem meus, assensus est ei, qui ornauit res nostras diuinis laudibus, quare scito me sperare ea, quę sequuntur: ad quæ tu te para. Dolabellam à te gaudeo primum laudari, deinde etiam amari. nam ea, quæ speras Tulliæ meæ prudentia temperari posse, scio cui epistolæ tuæ respondeant. quid, si meam legas, quam ego tum ex tuis literis misi ad Appium? sed quid agas? sic uiuitur. quod actum est, dij approbent. spero fore iucundum generum nobis. multum in eo tua nos humanitas adiuuabit. Resp. me ualde solicitat. faueo Curioni: Cæsarem honestum esse cupio: pro Pompeio emori possum. sed tamen ipsa rep. nihil mihi est carius. in qua tu non ualde te iactas. districtus enim mihi uideris esse, quòd & bonus ciuis, & bonus amicus es. Ego, de prouincia decedens, quæstorem Cœlium pręposui prouinciæ. puerum, inquis? at quæstorem, at nobilem adolescentem, at omnium ferè exemplo. neq; erat superiore honore * usus, quem præficerem. Pontinus multo ante discesserat à Q. fratre impetrari non poterat: quem tamen si reliquissem, dicerent iniqui, non me plane post annum, ut senatus uoluisset, ex prouincia decessisse, quoniam alterum me reliquissem. fortasse & illud adderent, senatum eos uoluisse prouincijs præesse, qui antea non pręfuissent, fratrem meum triennium Asiæ præfuisse. denique nunc solicitus non sum: si fratrem reliquissem, omnia timerẽ. postremo non tã mea sponte, quàm potentissimorum * uirorum exemplo, qui * omnes Cassios, Antoniosq; complexi sunt. hominem adolescentem non tam allicere uolui, quàm alienare nolui. hoc tu meum consilium laudes necesse est: mutari enim non potest. De Ocella parum planè ad me scripseras, & in actis non erat. Tuæ res gestæ ita notæ sunt, ut trans montem Taurum etiam de * Matrinio sit auditum. Ego, nisi quid me Ethesiæ morabuntur, celeriter, ut spero, uos uidebo. Vale.*

vsus

duorum
iuuenes

matrimonio

NON potuit} re bene gesta in Cilicia à Cic. procurauerant Cęlius, & Curio ei supplicationem decerni. quod cum obtinuisset, laudat Cic eorũ in hac re & diligentiã & prudentiam, dicitq; se sperare triũphum. deinde scribit de Dolabella genero, & Tullia filia, quæ Dolabellæ absente Cic. locata fuerat, vt ipse Cic. scribit lib. 3. ad App. postea ostendit se esse solicitum de rep. & excusat se, q de prouincia decedẽs Cœlium quendã adolescentem ei præfecerit, ostenditq; se id tũ optima ratione, tum exẽplo, & imitatione excellentiũ virorum hoc fecisse. {Accuratius} diligẽtius, studiosius. {Supplicatione} mihi decernenda ob rẽ bene in Cilicia gesta. Nam supra dixit: Hæc æstas habuit exitum satis felicẽ. {Confecta res} impetrata supplicatio, & decreta mihi. {Ex snia} vt volebam. {Tum celeritate} p p celeritatẽ dicit duplici de causa esse confectam rẽ ex snia sua: primum quia celeriter, deinde quia Attil. cõpetitor ipsius Cœlij assensus est huic rei. {Quòd is} Attil. innuit. de quo diximus supra. {Cõpetitor tu. & idem me} hic. n. Attilius, qui paulo ante fuerat cõpetitor Cœlij in ædilitate, vt etiã fuisse cõpetitor Cic. in petitione prouinciæ Cil. ideo dicit. {Iratus} quia nõ potuit obtinere qđ volebat. {Est assensus} fauit, dedit suffragium. {Ei} innuit Cur. cũ quo Cœlius egerat de suppli-

HVBER.

catione. {Ornauit} commendauit. {Res meas} gestas à me in prouincia. {Diuinis} maximis, immortalibus. habuerat. n. Curio oratione de laudibus rerum gestarum Cic. {Sperare} expectare. {Quæ sequuntur} triumphum dicit se sperare, cum iam obtinuerit supplicationem. {Ad quæ} ad quem triũphum. {Para} vt ita mihi adsis, sicut affuisti in supplicatione. {Dolabella} locata erat Tullia Cic. filia matrimonio Dolabellæ eo t pe, quo Cic. præerat Ciliciæ. Itaq; scripserat Cœlius honorifice de Dolabella, & laudauerat eum apud Ciceronem: quare dicit, se gaudere, optareq;, vt sibi & filiæ suæ hæc affinitas sit felix. {Laudari à te} placere tibi, cõmendari. {Amari} carum esse. Nã ea scripserat Cœlius, Dolabellam esse temerarium, sicut eũ appellauit supra Cic. sed sperare posse aliqñ ad meliora reduci. {Tulliæ} vxoris eius prudentia. quod Cic. affirmat ita fore dicens. {Scio} cõfido, quia noui filiam meã. {Posse temperari} mitigari, minui, quia vitia naturæ, aut etiã longi habitus minui quidẽ pñt, tolli aũt minime. {Ea quæ speras} .s. posse temperari. intelligit autẽ prodigalitatem & temeritatẽ. alij tñ accipiunt, speras times, vt sit acyrologia, vt illud Virg. Hunc ego si tñ potui sperare dolorem. placet tñ magis prior sensus. {Cui} Tulliæ meæ. {Respondeant} ad eã dirigantur. i. cui fac vt tuæ literæ respondeant, hoc est ad eam, non ad me mittantur de Dolabella. {Quid si} dicit se etiã scripsisse de Dolabella ad Appium, oportere eum ferre, quẽ fortuna sibi generum dederit, non ipse elegerit: erat. n. absens Cic. {Meam} epistolam {Ad Appium} puto esse illã epist. 3. lib. quæ incipit, Gratulor tibi prius. {Ex tuis literis} pp tuas literas. i. nactus materiam ex tuis literis, quibus ad me de Dolabella scripseras multa. {Sed quid agas} prouerbialis dicendi modus, cum irreuocabile est quod semel actum. {Sic vi.} q. d. non eum perfectis, sed qui aliqua ex parte pñt reprehendi. Sic Pers. Sic viuitur illa subter Cæcum vulnus habes. {Dij app.} dij fortunent, & felix faciant. {Quod actum est} hoc matrimoniũ. {Fore Dol.} iucundum, ex quo etiã possim aliqñ voluptatẽ & iucunditatem capere. {Nã spero} eum mutaturũ mores prudẽtia filiæ meæ: vxorũ. n. prudentia multũ solet mederi vitijs maritorum {Io tu} vt sit nobis iucundus gener. {Humanitas} doctrina, sapientia, vel ingenij mansuetudo & facilitas. {Adiuuabit} si eum tuis cõsilijs moderatus fueris. {Respub.} dicit Cice. se esse valde solicitũ de rep. & maxime quia quãuis amet Põp. Cæs. & Cur. qui vñr eam perturbare, tñ magis amat ipsam rẽp. {Cupio Cæs. honestum} subaudi esse. i. opto, vt Cæs. valde honoretur. Terent. in And. Vel quod ipsi bene cupio Glycerio. {Emori} vitam effundere, quod plus est, q̃ vel fauere, vel honestissime cupere. {Iactas} exerces, immisces, laboras, tractũ à nauigãtibus qui in mari tẽpestate iactantur. nã, vt supra diximus, perturbatio rei tempestati cõparatur. {Districtus} illigatus, in neutram partẽ declinans .i. neq; ad istorum quos supra nominaui, neq; ad reip fauorẽ inclinatus. {Quod} quia: reddit rationem, quare Cœlius in neutrã pendeat partẽ: quia neq; remp. neq; amicos vellet deserere. {Bonus c.} cuius officium est rẽp. non oppugnare, si nõ possis tueri. {Bonus amicus} quia nõ vis etiam pp defensionẽ reip. amicitiã deserere: ergo dixit, {Videris districtus} quod vulgo dicimus, videris mihi tenere pedẽ in vtroq; calceo. & latenter eũ carpit, q pp amicitiam rẽp. deserat. {Ego} nunc dicit se discedentẽ ex prouincia reliquisse loco sui Cœlium quendã adolescentem. quod ne videatur temere fecisse: excusat multis rationibus factũ suum. {Quæstorẽ} meũ. {Præposui} præfeci .s. loco mei. {Puerum} obiectio, q̃ sibi posset facere hic Cœlius, ad quẽ scribit. {Inquis} tu ò Cœli. {Puerum} subaudi præposuisti ò Cic. non q esset puer, sed adolescens. Sed ita solet nobis obijci, vt pro adolescente puer quispiã dicatur. {Ad quæstorem} respõsio Cic. & h. d. puerũ quidẽ Cœliũ præposui, sed tñ quæstorẽ meũ, & nobilissimum adolescentẽ, & qui cõpositis moribus omniũ ferè possit esse exẽplum. {Neq; erat} subaudi quispiã. {Vsus} functus. {Superiore} q̃ hic Cœl. {Quẽ præficerem} .i. quẽ possem præficere prouinciæ. & est sensus, non erat alius qui fuisset in maiore honore, aut dignitate, q̃ Cœlius, quẽ præponerẽ. præponebantur. n. qui essent vsi maioribus honoribus vt ostendet in epist. penult. huius 2. lib. ad Thermũ, cũ dicit. Habes. n. neminẽ honoris gradu superiorem {Pontinius} anthypophora est: quia occurrebat Cœl rñsurum Pontinium potuisse præfici: dicit eũ è prouincia discessisse, neq; Q. F. voluisse remanere, neq; etiã sine reprehensione sua eũ relinqui potuisse. {Imperari} obtineri, vt præesset prouinciæ me discedẽte. Alterũ me} dr̃. n. frater ferè alter. ergo nõ visus fuissem discedere, si reliquissem fratrem: quia reliquissem alterũ me. {Vt sen. vol.} .s. me discedere. {Fortasse} alia causa, quia frater eius ante

trienniũ Asiæ præposuisset, senatũ autẽ voluisse eũ præesse prouinciæ: qui antea nõ præfuisset. {Deniq;} cõcludit se lõge melius præfecisse Cœl. adolescentẽ prouinciæ, q̃ fratrẽ. {Omnia} infamiã, reprehensionẽ & reliqua, quæ de fratre pñt timeri. postremo excusat factũ suũ imitatione aliorũ, & maxime Põp. & Cæs. {Cõplexi} .s. amauerũt, caros habuerũt. {Cassios} ad Põp. refertur, qui plurimũ amauit Cassiũ. {Antonios} pp M. Ant. quẽ Cæs. carũ habuit. {Hoiem adol.} Cœliũ. {Nõ tã allicere} hoc est, nõ tã feci, vt hunc Cœl. allicerẽ hoc beneficio, q̃ alienarem negãdo ei quod merito possem præstare. {Hoc tu} familiariter cũ amico loq̃tur: de re. n. actu deliberare stultũ est. {Cõsilium meũ} quia maluerim præficere prouinciæ Cœliũ, q̃ aliũ. {Necesse est} q̃a mutari nõ põt qđ ipse declarat. {De Ocella} quidã voluñt blandimenti causa appellatã vxorẽ Cœlij: ego vero puto esse nomen propriũ non vxoris, sed cuiusdã viri, qui aliquid in vrbe egisset, quod esset dignũ referri in acta, quãuis relatum nõ esset: & de eo à Cœlio nõ satis plane ad se scriptum. & hic posterior sensus magis probabilis vr̃. nã si de vxore intellexisset, dixisset de Ocella tua. {In actis} in gestis publicis, quæ acta dicebãtur. Iuuen. Fient ista palã, cupient & in acta referri. {Nõ erat} ex hoc patet, q nõ intelligit de vxore, quia in actis nõ ponebãtur nisi ea, quæ ad reip. rõnes pertinebant. {Res tuæ gestæ} oĩa, quæ agis. {Notæ} celebres, clarè. {De Matrioio} qđ inter Dolabellã, & Tulliã filiã tuis auspicijs est factũ. } Trãs Taurum montẽ} Taurus mõs Ciliciæ, qui, vt inquit Solinus, ab Indico primũ mari surgit, deinde à scopulis Chelidonis inter Aegyptũ & Pãphyliũ pelagus obiectus septẽtrioni dextero latere, læuo meridianæ plagæ, occidẽti obuersus frõte profusa. Is quoquo versus mari alluitur, procedit in prominẽtias, & pro gẽtiũ & linguarũ varietate plurifariã nominãtur. eius noĩa videãtur apud ipsum Solinũ. vbi de Cilicia scribit, & de hoc mõte longe multa. {Ethesiæ} vẽti, quos Strab. lib. 3. eosdẽ subsolanos .i. euros appellat, hos vẽtos, lib. 17. Idẽ dicit incipiẽte æstate flare è borealibus plagis, & à pelago apud Alexãdriã Aegypti vrbem, quare Alexãdrini optimã æstatẽ agunt. Diodorus idẽ vr̃ sentire dicẽs, Nilũ crescere incipere solstitio æstiuali, nõdũ ethesijs flantibus, cũ decrescat æquinoctio autũnali eisdẽ ethesijs quiescẽtibus. Idẽ affirmat Põp. Mella lib. 1. vbi de icremẽto Nili tractat.

Frater.

Acta.

Taurus.

Ethesiæ.

ASCEN.

NON potuit, &c.} re bene gesta à Cic in Cilicia, procurauerũt Cœlius, & Cur. supplicationẽ ei decernendam, pro qua eis gratias agit, dicit.q; se sperare triũphum, demum nõnihil de Dolabella genero suo meminit. Ordo est. O cœli, nõ potuit agi accuratius .i. cũ maiori cura, q̃ actũ est à te cũ Cur. de supplicatione .s. mihi pro re bene gesta decernenda. Est aũt supplicatio, quã rogationem, ac processionẽ generalẽ vulgo appellant, quæ pro summa victoria decerni solet, vnde magna oritur illi gloria, qui eam pepererit. & mehercule res est cõfecta, ex sñia mea, cũ .s. itẽ sit, q confecta est celeritate, tũ q is cõpetitor tuus .s. in ædilitate .i. qui tecũ petiuerat ædilitatem, iratus .s. q repulsam acciperet, & idem meus .s. cõpetitor in obtinẽda prouincia, assensus est ei .s. aut Põp aut Cæs. aut alteri amico, q ornauit .i. decorauit res nostras diuinis laudibus. Quare scito sperare ea, quæ sequuntur .i. quæ sequi solẽt supplicatione, videlicet triumphũ, ad quæ .s. obtinenda mihi tu para te. Ego gaudeo primum Dolabella generum meum laudari abs te, deinde etiã amari. Nã ea, quæ tu speras, posse tẽperari i. moderari prudentia Tulliæ meæ .s. filiæ, vxoris Dolabellæ, scio cui epistolæ tuæ rñdeant. i. vnde id te sperare significas. Quid, sup. scriberes, aut diceres, si legas meam epistola? quam ego misi, tũ .i. tũc, ex literis tuis .s. exceptã ad Ap. Et cum per imaginationẽ Cice. ad hæc Cœlius miraretur, q. d. nõ debuisse ex literis suis epistolam mitti, rñdet Cic. Sed quid agas? viuitur .s. nũc fere ab omnibus sic. i. vt talia faciant. Dij immortales approbẽt .i. secũdẽt, quod actum est. Ego spero Dolabellã sup. fore .i. futurum esse generum iucundum nobis. Tua humanitas iuuabit nos multũ in eo. Resp. i. status reip. solicitat me valde. Faueo Cur. qui Cæs. oppugnat. Ego cupio honestissime. i. vt honestissima contingãt Cæs. possum .i. eo animo sum, vt possim emori pro Pomp. sed tñ nihil est mihi carius rep. in qua tu non iactas .i. ostentas, te valde. Tu. n. videris mihi esse districtus .i. arctatus ne libere agas, q .i. quia tu es & .i. simul bonus ciuis, & ita nihil vis contra rẽp. agere, & bonus amicus .s. eorum, qui cum rep. contendunt, & ita nihil vis cõtra eos agere. Ego decedẽs prouincia .s. Cilicia præposui prouinciæ Cœliũ .s. alterum quæstorẽ .i. qui erat quæstor, quem receptorẽ vulgo dicunt. Tu inquis .i. dicis mihi sup. præposuisti prouinciæ puerum, sup. præposui, fateor. at .i. sed quæstorem, at .i. sed nobilem adolescentem, at exẽplo ferè omnium.

Neq;

Neq; erat sup. alter in exercitu vsus superiore.i.altiore honore, quem præficerem.s.prouinciæ. Nam Pontinius discesserat multo ante, & non poterat impetrari à Q.F.s.meo, vt præficeretur. quem tamen si reliquissem, iniqui dicerent me nõ decessisse ex prouincia planè post annũ, vt senatus voluisset, qm reliquissem.s.in prouincia alterum me, quia frater dr̃ q.ferè alter. Et sup.iniqui adderent fortasse illud senatum voluisse eos præesse prouincijs, qui nõ præfuissent antea, & sup.fratrem meum fuisse Asiæ triennium.i.per spatium trium annorum. Denique ego non sum nunc solicitus, & si reliquissem pro me in prouincia fratrem, ego timerem omnia. Postremo non tam sponte.i.propria voluntate, & inclinatione mea, q̃ exemplo duorum potentissimorum.i.Cæs.& Pomp.qui cõplexi sunt.i.caros habuerunt, & fouerũt oẽs Cassios, vt Pomp.& Antonius, vt Cæs.ego non tam volui allicere.s.in amicitiam meam hominem adolescentem.s.Cœlium, q̃ volui sup.eum alienare à me. Necesse est sup. vt tu laudes hoc consilium meum, non.n.potest mutari.i.aliter se habere, quia iam factum est. Tu scripseras ad me parũ.i.non satis plane.i.plene, de Ocella.i.de actis Ocellæ, & nõ erat.s.factum eius in actis.s.ad me missis. Res tuæ gestæ, ita sunt notæ, vt sit auditum etiã de matrimonio.s.tuo, trans Taurũ montem.s.maximum in confinio Cil. Ego videbo vos celeriter, vt spero, nisi Ethesię.i.venti illi subsolani.i.Euri, æstate tñ à Boreali parte flantes, morabuntur.i.destinebunt in mora me.

PAVLVS MAN. EXEMPLO} antea, exemplum. nos ex vetustis libris, exemplo, olim correximus, & impressimus. {Põtinius} nam is quidẽ superiore honore vsus erat: fuerat.n.prætor Cicerone cos.itaq; dixit ad Att.epist. 2.lib.6. Fratrẽ solum habeo prætorium: Pontinius.n.iam à me discesserat. {De Matrinio} locus obscurus, cuiusmodi in ipsius Ciceronis scriptis alij quoq; sunt. quare etsi sensum non percipio, tamen veterem lectionem libenter cõseruo. omnino & libri sunt, in quibus legitur, De matrimonio, sed vetustiores habent, De Matrinio. quæ vox quid sibi vellet, cum minus constaret: fuisse opinor, qui Matrinio delerint, & matrimonio ex ingenio reposuerint. forte autem, cum ad Cœlium ædilem scribat, de Matrinio scriba ædilicio, cuius meminit in orat. pro Cluentio, quidpiam significauit: sed nihil affirmamus.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Excusat se à falsa suspicione Cœlij, quam in contrariam voluntatem detorquet: tantum scilicet se à Cæsaris & Pompeij dissidijs dissidere, vt nihil pace & tranquillitate reip. carius habeat.

CICERO IMP. S. D. COELIO AEDILI CVR. 16



*AGNO dolore me affecissent tuæ literæ, nisi iam & ratio ipsa depulisset omnes molestias, & diuturna desperatione rerum obduruisset animus ad dolorem nouum. sed tamen, quare acciderit, ut ex meis superioribus literis id suspicarere, quod scribis, nescio. quid enim fuit in illis præter querelam temporum, quæ non animum meum magis solicitum haberent, quàm tuum? nam non eam cognoui aciem ingenij tui; quod ipse uideam, te id ut non putem uidere. illud miror, adduci potuisse te, qui me penitus nosse deberes, ut me existimares aut tam improuidum, qui ab excitata fortuna ad inclinatam, & prope iacentem * desciscerem; aut tam inconstantem, ut collectam gratiam florentissimi hominis effunderem, à meq; ipse deficerem, &, quod initio, semperq; fugi, ciuili bello interessem. Quod est igitur meum triste consilium? ut discederem fortasse in aliquas solitudines. nosti enim non modo stomachi mei, cuius tu similem quondam habebas, sed etiam oculorum in hominum insolentium * indignitate fastidium. Accedit etiam molesta hæc pompa lictorum meorum, nomenq; imperij, quo appellor. eo si onere carerem, quamuis paruis Italiæ latebris contentus essem. sed incurrit hæc nostra laus non solum in oculos, sed iam etiam in uoculas maleuolorum. quod cum ita esset, nihil tamen unquam de profectione, nisi uobis approbantibus, cogitaui. sed mea prædiola tibi nota sunt. in his mihi necesse est esse, ne amicis molestus sim. Quòd autem in maritimis facillime sum, moueo non nullis suspicionem, uelle me nauigare. quod tamen fortasse nõ nollem, si possem ad otium. nam ad bellum quidem qui conuenit? præsertim contra eum, cui spero me satisfecisse; ab eo, cui tamen satisfieri nullo modo potest. Deinde sententiam meam tu facillime perspicere potuisti iam ab illo tempore, cum in Cumanum mihi obuiam uenisti: non enim te celaui. sed non ne tum prouidisti, quàm abhorrerem ab urbe relinquenda? quod cum audissem, non ne tibi affirmaui, quiduis me potius perpessurum, quàm ex Italia ad bellum ciuile exiturum? quid ergo accidit, cur consilium mutarem? non ne omnia potius, ut in sententia permanerem? credas hoc mihi uelim, quod puto te existimare, ex his miserijs nihil aliud me quærere, nisi ut homines aliquando intelligant, me nihil maluisse, quàm pacem, ea desperata, nihil tam fugisse, quàm arma ciuilia. huius me constantiæ, puto fore, ut nunquam peniteat. etenim memini in hoc genere gloriari solitum esse familiarem nostrum Q. Hortensium, quòd nunquàm bello ciuili interfuisset. hoc nostra laus erit illustrior, quod illi tribuebatur ignauiæ: de nobis id existimari posse non arbitror. Nec me ista terrent, quæ mihi à te ad timorem fidissime, atq; amantissime proponuntur. nulla est enim acerbitas, quæ non omnibus hac orbis terrarum perturbatione impendere uideatur: quam quidem ego à rep. meis priuatis, & domesticis incommodis libentissime uel istis ipsis, quæ tu me mones, ut caueam, redemissem. Filio meo, quem tibi carum esse gaudeo, si erit ulla resp. satis amplum patrimonium relinquam memoriã nominis mei: sin autem nulla erit, nihil accidet ei separatim à reliquis ciuibus. Nam quod rogas, ut respiciã generum meum, adolescentem optimum, mihiq; carissimum: an dubitas, cum scias quanti cum illum, tum uero Tulliam meam faciam, quin ea me cura uehementissime solicitet? & eo magis, quòd in communibus miserijs hac tantum oblectabar specula, Dolabellã meum, uel potius nostrum fore ab ijs * molestijs, quas liberalitate sua contraxerat, liberum uelim quæras, quos ille dies sustinuerit, in urbe dum fuit, quàm acerbos sibi, quàm mihi ipsi socero non honestos. itaque neque ego hunc Hispaniensem casum expecto; de quo mihi exploratum est, ita esse, ut tu scribis: nec quidquam astute cogito. si quando erit ciuitas; erit profecto nobis locus. sin autem non erit; in easdem solitudines tu ipse, ut arbitror, uenies, in quibus nos consedisse audies. sed ego fortasse * uaticinor: & hæc omnia meliores habebunt exitus. recordor enim desperationes eorum, qui senes erant adolescente me. eos ego fortasse nunc imitor, & utor ætatis uitio. uelim, ita sit: sed tamen togam * prætextam texi Oppio, puto te audisse. nam Curtius noster dibaphum cogitat: sed eũ infector moratur. Hæc aspersi, ut scires, me tamen in * stomacho solere ridere. De Dolabella quod scripsi, suadeo uideas, tanquam si res tua agatur. Extremum illud erit: nos nihil turbulenter. nihil temere faciemus. te tamen oramus, quibuscunq; erimus in terris, ut nos liberosq; nostros ita tueare, ut amicitia nostra, & tua fides postulabit. Vale.*

Marginal glosses: desciscerem — "desisterem"; indignitate — "dignitate"; molestijs — "Id est, ab ære alieno"; uaticinor — "alucinor, insanio, vt in orat. pro Sex. Ro."; togam prætextam — "magistratũ paraui."; stomacho — "ridere cum iracundia."

MAGNO dolore} functus Cic. magistratu prouinciæ cum in Italiã venisset, ostendissetq; iam bella ciuilia exardere inter Cæs. & Pompeium, in Cumanũ se receperat: quia cũ nõ esset locus in vrbe auctoritati virorum: quia pudebat eũ esse in vrbe cũ cõtemptu: qui in prouincia triumphum meruisset: quem tñ noluit: quia existimauit indignũ patria lugente triũphare: scripserat aũt ad M. Cœlium literas, quibus cõquerebatur de tẽporibus ita turbulentis, quibus lectis existimauit Cœlius Cic. contra Cæs. esse animatũ pro Põp. deinde quia erat in locis maritimis, suspicatus est eum elegisse illa loca, vt cõmodius posset ad castra Põpeiani nauigare: quare hortatus fuerat ipsum Cœlius, ne immisceret se his bellis ciuilibus: maxime contra Cæs. idq; faceret sui ipsius, & filij sui M. Cic. & generi Dolabellæ, & filiæ causa, ad quæ oĩa ita rñdet Cic. plene, vt ostendat Cœliũ falso oĩa de se suspicatum: seq; nihil vnquã magis cupiuisset, q̃ pacem. q̃ etiam si consequi non possit, vult tñ vt oẽs intelligant se fugisse bella ciuilia. Reliqua videbũtur in textu epistolæ. {Tuæ literæ} quibus declarasti mihi magnas discordias ciuiles, & pericula reip. {Ratio} prudens & cõsiderata cogitatio: ratione. n. docemur, nõ esse inconsolabiliter dolenda, quæ necesse est pati. {Depulisset} amouisset ex animo meo. {Obduruisset} induratus esset, & assuefactus, & iam quodãmodo vt ita dixerim} callum fecisset. {Ad dolorem} tolerandum. {Diutum a} longi tẽporis, quod. n. desperatur, necesse est ęquo animo ferre. Nam (vt ait Seneca) stultũ est timere, quod vitare non possis. {Desperatione} quia videbã nullam esse de rep. spem, ideo indurucrat animus meus ad dolorẽ. {Sed tñ} nunc ostendit eum falso suspicatum esse Cic. studere partibus Pompeianis vel profecturũ ad bellum. {Literis superioribus} non puto eas literas esse in hoc volumine, quidquid alij dicant. {In illis} literis meis, {Querelam temporum} quęrebar. n. de tẽporibus, quibus ciues ita essent inter se discordes, vt nullam haberent rationẽ reip. {Quæ} querela. {Haberet solicitum} prẽmeret solicitudine. {Quã tuum} à quo scio amari remp. vel legatur, Habereut: & tunc intelligemus, quæ tẽpora non magis afferrent mihi solicitudinem q̃ tibi. Nam non probat animũ eius non minus solicitum, q̃ suum & est sensus, ergo non noui ingeniũ tuum tale, vt non putem te videre, & cognoscere id, quod ego ipse videam. {Eam aciem} id acumen. {Eã}. i. talem, & tam hebetẽ. {Videre} cognoscere. {Illud} accusat eũ, ꝙ facile crediderit Cic. deserturum Cæs. vt faueret Pomp. {Adduci} persuaderi tibi. {Penitus} intus & incute, vt dr̃. {Nosse}. prudentem & consideratum. {Improuidum} inconsideratum. {Desisterem} deficerem, discederem. {Excitata} erecta. s. Cæsa. qui iam cogerat Pomp. ex Italia discedere. {Incliuatam} pendentem & ruinæ proximam, &, vt diximus supra, tractũ ab ędibus minantibus ruinam. {Iacentem} quasi prostratam & sine spe, & intelligit fortunam Pomp quæ iam fuerat multis cladibus afflicta. {Aut tam inconstantem} subaudi existimares. {Inconstantem} instabilem, mutabilem. {Vt effunderem} abijcerẽ. Translatio à rebus liquidis, quæ effundi solent. {Gratiam} beneuolentiam, amicitiam. {Collectam} comparatam, acquisitã. {Hominis florentissimi} non Pomp. intelligit, sed Cæsã. cuius gratiam sibi collegerat, vt visum est in. j. lib. in epist. longa. ergo h. d. Cic. Miror ꝙ cum penitus nosse debeas qualis sim: potueris tibi persuadere me esse vel improuidũ, vel inconstantẽ. {Improuidum} vt desererem victorem, & hærerem quasi victo. {Inconstantem} vt amitterem gratiam Cæs. clarissimi & florentissimi victoris: q̃ ipse mihi collegi, & cõparaui ei fauendo. {Deficerem me} relinquerẽ me, ille dr̃ deficere se, qui abijcit vel spernit ea, quæ ad tuendum sunt necessaria, nec perstat in proposito. {Initio} quod bellum est inceptũ. {Semperq;} in toto processu bellorũ. {Interessem} id. n. vr̃ incõstantię, vt nunc interessem bello: quod semper effugi & damnaui. {Quod est} facit interrogationẽ quæ sibi fieri posset, & ad eum rñdet. {Cõsilium} deliberatio. {Triste} quia his tẽporibus nihil põt deliberari, nisi triste. {Vt disce. subiectio interrogationis. {Solitudines} in loca sola, & deserta. {Nosti enim} reddit rationem huius subiectionis. {Stomachi mei} hoc est animi, & est translatio: quia vt stomachus facile mouetur, cũ sentit aliquid, à quo abhorret, ita & animus delicatus. {Cuius} stomachi. {Similẽ} qui ita facile indignabaris, cũ videbas aliquid, quod tibi displiceret, sicut ego nũc. {Quondam} nam assuefecisti. {Fastidium} molestia. tędiũ, indignatio {Insolentium} arrogantium. Fastidium oculorum, indignatio visus. {In ind.} hoc est cum video homines insolẽtes esse in indignitare. i. cum nullã habeant indignitatem. {Accedit} ad supradictas causas. {Hæc põpa lictorum} quos habeo ꝑ dignitatem imperatoriam. Pompa omne spectaculum dr̃ in lętis, & aduersis à Græco πέμπω. i. mitto dr̃. n. pompa nuptiarum, sacrorum pompa funerum. lictores vero dñr ministri consulis, proconsulis, prælidis, prætoris, siue imperatoris. consuli aũt dantur duodeni, alijs tantum seni. dicti, vt voluit A. G. ex auctoritate Valgi, à ligando: ꝙ cum magistratus P. R. quempiam verberari iussisset, crura eius & manus ligari vincirią; à viatore solita sint. ijsq; qui è collegio viatorum officium ligandi haberet, lictor sit appellatus. Sed idem dicit Tironem Tullium M. C. libertum scripsisse lictores a lino vel a licio dictos. nam qui magistratibus, inquit, præministrabant, cincti erant. addit alia multa A. G. quæ licet apud eum videre. Nonius etiam à ligando lictorem dictum voluit. Festus Pomp. ꝙ fasces virgarum ligatos ferunt, & parentes magistratibus delinquentibus plagas inferunt. {Molesta} grauis mihi. alij codices, & quidem vetusti habent, accedit huic molestiæ. {Quo appellor} quia ab omnibus dicor imperator. {Eo honore} vt non nominarer imperator. {Quibuluis}. q. d. etiam incommodis & minus claris. {Latebris} recessu aliquo, & loco vbi possem latere. {Laurus nostra} gloria triumphi, quem merui ob res præclare gestas in Cilici. Lauro autem coronabantur triũphantes & victores. {Incurrit} obijcitur, hoc est non solum clare videtur à maleuolis me. s. sed etiam de ea loquuntur ipsi maleuoli, vt volunt. {Voculas} detractiones, oblocutiones. {Quod} nostram laurum incurrere in oculos, & voculas maleuolorũ {Cum ita esset}. i. quamuis ita esse scirem. {De profectione} discessu meo ex Italia. {Nisi vobis approbantibus} nisi vobis assentientibus, & laudãtibus me ita facere. {Prædiola} meæ possessiunculæ. {In ijs} prædiolis. {Molestus amicus} si sim in vrbe. {Maritimis} vicinia mari. {Mouet} facit, inijcit. {Enauigare} naui discedere. {Quod} enauigare. {Non nollem} vellem. {Ad otium} ad pacem, & ad tranquillitatem vitæ. {Qui} qũo. {Conuenit} consentaneum est. q. d. nullo modo, præsertim cum sim cupidior otij, quàm belli. {Præsertim} probat quare non sit verisimile eũ discedere. {Contra eum} Cæs. {Satisfecisse} significasse me ei esse amicum, cum feci pro eo, quod volebat. {Ab eo} Pomp. i. enauigare à Pomp. i. à partibus. Põpeianis contra ipsum Cæs. {Nullo modo} ꝑ incredibilia eius in me merita, vt diximus in t. lib. super epist. longa. {Sententiam meam} quam tibi exposui. {Iam ab illo tpe} post illud tẽpus. {In Cumanum} vbi habeo prædia mea. {Venisti} obuiam mihi redeunti à Cil. {Celaui te}. s. quid animi haberem. i. aperte oĩa tibi exposui. dicimus autem cęlo te hanc rem. Ouid. in Heroi. Hoc te celauimus vnũ. Et de hac re. Cic. ad Metellum lib. 5. Scien te à fratre magnis de rebus fuisse celatum. {Prouidisti} prospexisti, & cognouisti. {Quam} quantũ. {Abhorrerem ab} alienus essem à discedẽdo ab vrbe, ex quo nunc debuisti suspicari me esse nauigaturũ aliquo. {Quod cum audissem} te prouidisse me esse alienũ ab vrbe relinquenda. {Affirmaui} certo promisi. {Quiduis} quodcunq; malum. {Quid ergo} infert ex supradictis nullam habendam fuisse suspicionem de discessu suo. {Quid ergo accidit} cum interrogatione legẽdum est. {Consilium} deliberationem nõ discedendi ex Italia ad bellum ciuile. {Omnia} subaudi acciderunt. {Miserijs} malis {Aliquando} tandem. {Ea desperata}. i. paucis spe amissa. {Puto} s. spero futurum. {Nunquam pœniteat} vt semper lętet me fuisse in hoc proposito, & in eo perseuerasse. {Etenim} exẽplo extollit factum suum, & consiliũ fugiendi bellũ ciuile. Nã si Hortensius gloriabatur non interfuisse bello, à quo ꝑ ignauiam abstinuerat, quanto magis gloriari põt Cic. qui voluntate ipsa bello non interfuerit. {Hortensiũ} oratorem optimum: eum, cui Cato vxorem ad procreandam sobolem concessit, familiarem Cic. vt ipse testatur. {In hoc gñe} in hac causa, in simili conditione. {Illustrior} clarior, maior. {Ignauiæ} timiditati: est. n. ignauia cõtraria fortitudini. {Id} quod simus ignaui, quia multa ostendi documenta fortitudinis & cõsulatu meo & in administratione ꝓuinciæ. {Nec me ista} respondet ad ea, quæ Cœlius dixerat esse respicienda ꝑ suos: quibus Cic. dicit se nõ terreri. {Proponuntur} commemorantur, & quasi ante oculos mihi ponuntur. {Fidiss. atq; am.} quia scio te hoc & fideliter & amanter facere, quia nolles incõmoda mea. {Ad timorem} mihi faciendum, vt terreas me. {Nulla est enim}. h. d. siquid mali ex hoc bello accidet, omnibus accidet, & hoc malum si possem meis incõmodis, & damnis à rep. remouere, libẽter facerem. {Acerbitas} calamitas. {Perturbatione} tumultu ciuili. {Impẽdere} imminere. {Priuatis} proprijs. {Incõmodis} dãnis, iacturis. {Vel istis}. i. etiã istis, & significat amissionem fortunarum, infelicitatẽ liberorũ, & generi Dolabellæ.

Deficio me

Pompa. Lictor.

Voculas.

{Redemissem}

Redemo. §Redemissem§ redimissem, quasi pādo mea priuata, vt resp. careret illis incōmodis, illud.n. proprie est redimere: vt captiuitatem tuā meis fortunis redemi.i. dedi fortunas meas pro captiuitate tua. §Memoriam nominis mei§ quia nullū pulchrius, & præstātius relinqui patrimoniū à parētibus pōt suis filijs, quàm rerum præclare gestarū gloria, & memoria: vnde & ipse Cice. lib. 1. off. Licet.n. mihi M. fili apud te gloriari, ad quē & hæreditas huius gloriæ & factorum imitatio pertinet. §Nulla erit§ .s. resp. hoc est si perdita & oppressa fuerit. §Separatim§ seorsum.i. nihil ei accidet, quod nō accidat cæteris. §Cum scias§ hoc est cū duplici de causa scias eū mihi esse carissimum, & pp eum, quem semper amaui, & pp filiam meā, quæ cum sit mihi carissimā, necesse est eius maritū mihi carū esse, nam generi maxime amantur pp filias. §Respiciā§ tuear, & ipsius respectū habeam. §An dubitas§ ordo est, quod rogas, vt respiciam, &c an dubitas, quin ea cura me vehementissime solicitet. §Eo magis§ solicitet. §Specula, nō pro loco edito & eminēti in hoc accipitur, vnde aliquid

Specula Recula

videre & speculari possumus: vt apud Virg. in Buc. Specula de montis in altū Deferat · sed blandimenti gratia vsus est diminutiuo à spe, vt sit. Hac specula, hac vna parua spe, vt.n.à res recula, ita à spes specula. Speculam aūt intelligit filiam Tulliam, in cuius sermone, & suauitate, vt ipse ad Ser. Sulpicium lib. 4. ait oēs curas, & molestias deponere cōsueuerat. nā vt ita ordinetur textus. hac tñ oblectabar specula, Dolabellam meū ab his molestijs vacuum fore, non placet, neq; conuenit, cum de filia fecerit mentionē dicens an dubitas, cum scias quāti cum illū, tum vero Tulliam meā faciam, quin ea cura me solicitet, deinde subdit, & eo magis ꝙ in cūsbus molestijs, hac tñ oblectabar specula, q̄ sine dubio intellexit de filia sua, sequentem aūt textum ita ordinari: Dolabellā meū velim esse vacuū ab his molestijs, &c. ostendit inferius, vbi dicit de Dolabella: ꝙ scripsi suadeo videas, tanq̄ si tua res agatur, nam significat velle, vt opera Cœlij liberetur. §Dolabellā§ ordo est, velim Dolabellā fore vacuum, &c. §Velim§ cupio & quasi te rogo. §Fore vacuum§ cariturum per te & opera tua. §cōmunibus§ quæ nō ad me solum, sed ad alios quoq; pertinent. §Liberalitate sua§ ad excusationem Dolabellæ dixit liberalitatem, cum melius prodigalitatem dixisset: pōt legi libertate, vt sit audacia quadam & quasi temeritate, nam liber dr̄ qui nullius habito respectu, qđ sentit, dicit & facit. §Con

Liber Sestuneo

traxerat§ sibi fecerat. §In vrbe§ dū fuit. nam tunc cum Cic. scribebat, erat in castris cum Cæs. §Sustinuerit§ tolerauerit, nā sustinemus quæ sunt oneri & molestiæ. §Acerbos§ graues. §Non honestos mihi§ quia multa oportuit me facere pro eo, quæ non erant satis conuenientia dignitati meæ. §Hispaniēsem casum§ hoc bellum. quod in Hispania nūc geritur à Cæs. cōtra Petreiū & Afranium, quos apud Ilerdam obsederat. §Expecto§ vt multi existimant, qui credunt me expectare, vt pro euentu illius belli nouum capiam cōsilium, & deliberē quid mihi sit agendum. Hi

Hispanus Hispaniēsis

spanum dicimus hominem ex Hispania, Hispaniēsem vero, qui licet sit in Hispania, tñ nō est ex Hispania: vnde dicimus Romanum exercitum Hispaniensem.i. qui in Hispania militat. §Exploratum§ certū, manifestum. §Vt tu scribis§ ꝙ Cæsa. omnino sit futurus victor. sic.n. conijcimus à Cœlio scriptū fuisse. §Astute§ callide, vt mearū rerum rationem habeam, & non dignitatis publicæ. §Locus§ in ipsa ciuitate, sicut cæteris. §Non erit§ ciuitas. §Tu ipse§ quia perdita ciuitate & rep. non magis erit tibi locus q̄ mihi. §Solitudines§ recessus, loca remota. §Conse-

Solitudo

disse§ constitisse, cōmoratos esse. §Sed ego§ ꝙ fortasse oia erunt meliora q̄ dicit, quia vaticinatur, & non ex certa ratione dicit. §Vaticinor§ diuino. §Et hæc omnia§ quæ tñ timoris nobis afferunt. §Exitus§ fines. §Meliores§ quā vaticinamur & putamus. §Recordor§ argumētum ab ætate, se.n. senem nunc desperare dicit, sicut olim adolescens vidit alios senes desperasse, quæ tñ meliora euenerunt. ex defectu.n. sanguinis senes sunt timidiores, & ideo vt plurimū desperant, cū adolescentes cōtra ex abundantia sanguinis multū audeant & sperent. §Me adolescēte§ cū ego essem adolescens. §Imitor§ eos, & facio sicut illi faciebant. §Aetatis vitio§ nā senes semper solent prædicere multa futura, &, vt diximus, prōptiores sunt ad desperationem & timorem, q̄ ad spem §Velim ita sit§ vtinam ita sit, ꝙ vaticiner more senū, ꝙ hæc oia meliores habeant exitus. §Sed tñ§ hic locus est difficillimus pp deprauationē textus: nam alij legunt togam prætextam texi apio, alij Appio places tñ melius, apio: vt sit sensus coniunctus cum superiori: hæc oia fortasse meliores habebunt exitus, sed tñ texi togam prætextam apio, hoc est imperatoriā vestem meam texi amaritudine. Toga.n. vestis cōis omniū Ro-

Toga Prætexta

manorum tā mulierum q̄ virorum. Prætexta vero erat insigne magistratuū: ab Ethruscis à Tullo Hostilio rege Romanorum tertio ad R. translatum: quem habitum eo tpe pueri nō vsurpabāt, sed postea à Tarquinio Prisco, cum de Sabinis triūphasset, data est prætexta cū bulla aurea filio annorū quatuordecim, ꝙ hostem manu percussisset, & inde vsurpatū, vt pueri quoq; ea vterentur. qm igitur erat insigne magistratuum, & Cic. proconsul & imperator in Cil. fuerat: ideo facit. §Texi§ ornaui. §Togā prætextam§ imperatoriam dignitate. §Apio§ amaritudine, q.d. quam magis decebat tegi & ornari lauro. nam, vt supradiximus licet metuisset triūphum Cic. non tñ existimauit triumphandum lugēte patria. Apium.n. pro amaritudine & dolore posuit. Apium

est.n. herba amara. Virg. Floribus atq; apio crines ornatus amaro. Licet Seruius in eo loco exponat amaro.i. viridi. §Puto te aud.§ me texisse togā prætextam apio. §Curtius noster§ is erat vtriusq; amicus. §Dibaphum§ purpuram bis tinctam significat. Dibaphum

nam δὶς bis, βάπτω tingo significat. ponitur etiā pro veste duplicis coloris, vt puto hic intelligi, vt dicat C. Curtius cogitat vestem duplicis coloris, sed eum tinctor expectat, qui faciet eā vnius: metaphorice.n. loquitur Curtium vtriusq; partibus & Cæsarianis & Pōp. studere, sed necesse fore vt vnius tm̄ sit. §Infector§ βάπτης tinctor. §Moratur§ expectat. §Aspersi§ leuiter tetigi, & iocatus sum. §In stomacho§ in molestia, in indignatione. §Quod scripsi§ vt sit liber à molestijs suis. §Extremū ep.§ .i. hæc erit conclusio. §Turbulenter§ iracunde, impetuose, temere, inconsiderate. §Liberos§ Filios.

MAGNO dolore, &c. §quia rediens è prouincia intellexerat bella ciuilia inter Cæs. & Pomp. orta, noluit in vrbē redire, sed in Cumanum agrū se recepit, quæstus per literas ad Cœlium missas de calamitatibus temporum suorū, quibus prohibebatur triūphare, immo locū se dignū in rep. recipere. Intellexerat aūt Cœlius eo cōsilio in Cumano mansisse, vt facilius posset ad Pomp. transire contra Cæs. quod ne faciat, dehortatus erat idem Cœlius per salutem filij & generi. Vnde nūc se purgat Cic. nihilominus adhæsurus Pōp. Ordo est. Literæ tuæ affecissent me magno dolore, nisi iam cū allatæ sunt, &.i. simul ratio ipse depulisset oēs molestias. Et.i. simul animus .s. meus obduruisset.i. obduratus fuisset, diuturna desperatione rerū, ad.i. cōtra, dolorē nouum. Sed tñ nescio quare acciderit, vt suspicareris ex superioribus literis meis, id quod scribis .s. me in Cumano mansisse, vt ad Pomp. contra Cæs. trāsirem. Quid.n. fuit in illis .s. superioribus literis meis præterquā querelā temporū.i. de temporibus nostris, quæ .s. querela, nō haberet animum magis solicitum q̄ tuum. Nam ego nō cognoui aciē.i. acumen ingenij tui, eā.i. talē, aut tale, vt non putē te videre, id quod ipse.i. ego videā Ego miror illud videlicet te potuisse adduci, qui deberes nosse penitus me, vt existimares, aut me tam improuidū, qui.i. vt desisterē.i. transirem, ab fortuna .s. Cæs. excitata.i. vigēte, & exurgēte, ad fortunā sup. Pōp. inclinatā .s. ad casum, & prope.i. quasi iacentē, aut tā cōstantē, vt effunderem.i. penitus perderē, gratiā hois florentissimi, videlicet Cæs. collectā .s. lōga manu, & deficerē à me.i. à salute, & bono meo, & interessem bello ciuili, qđ fugi in initio & semper. Igitur quod triste cōsiliū meū .s. qđ mihi obijcis, fortasse, vt discederē in aliquas solitudines.i. desertas terras. Tu.n. nosti nō solū fastidiū.i. aspernationē superbā stomachi mei. Cuius.i. stomachi mei similē tu quondā habebas, sed etiā fastidiū oculorū in indignitate.i. indignis honoribus hoium insolentiū.i. superborū, & petulāter agētium. Etiā hæc pōpa molesta .s. mihi, lictorū meorū, quos procōsul, ac imperator nondū remiserat, accidit .s. ad fastidiū, & nomē imperij, quo appellor. si ego carerē eo onere.i. suscepti honoris, & nominis, cōtentus essem latebris Italiæ, quāuis.i. quātumuis paruis. Sed hæc nostra laurus.i. hic triumphus noster incurrit.i. obijcit, non solū in oculos, sed ēt in voculas.i. obtrectatiunculas maleuolorū. Quod cū esset ita, tñ nihil cogitaui vnq̄ de profectione.i. discessione ab Italia, aut vrbe, nisi vobis approbātibus. Sed prædiola mea sunt nota tibi: oportet me esse in his .s. prædiolis, hoc est paruis prædijs meis. ne sim molestus amicis sup. meis. q̄a si Romæ essem, alterutri fauere cogerer. vterq; aūt amicus erat, & dū alteri faueret, alterū sibi, & suis inimicū haberet. Qđ aūt sū in maritimis, sup. locis.i. vicinis mari, mouet facilè nōnullis.i. quibusdā suspicionē, me velle enauigare.i. excedere Italia nauibus, qđ nō nollē, quod minus est q̄ vellē, q̄a coactus quædā sunt, q̄ neq; volūt, neq; nolūt, quia nolle nō pñt, & velle nō debēt, si possem .s. enauigare ad otiū .s. alibi obtinēdū. nā quidē.i. certe. qui.i. quō cōuenit.i. cōueniēs, & vtile sit, sup. nauigare ad bellū: p̄sertim cōtra eū .s. Cæs. cui spero me satisfecisse, & ita nullā illi esse occasionē belli i me, & enauigare ad bellū, ab eo.i.

ARGVM.

discedendo ab eo.s.Pomp.cui tñ nullo modo pôt satisfieri,quia salutem suã Cic.illi debebat.Deinde.i.secundo loco,tu potuisti perspicere facillime sniam meã iam ab illo tpe,eum.i.quo venisti obuiã mihi in Cumanũ.s.agrum. Non.n.celaui te sermonem.s.de ea re.Sed nõne,q.d.maxime,tu prouidisti.i.prouidentia tua cognouisti,tũ.i.tunc,q̃.i.quantũ ego abhorrerẽ.i.alienus essem,& repugnarẽ ab vrbe relinquenda? Quod.s.te prouidisse me abhorrere ab vrbe relinquẽda, cũ audissem.s.ex te,aut tuis, nõne affirmaui tibi me perpessurũ potius quid vis.i.quodlibet incõmodum,q̃ exiturũ sup.esse ex Italia,ad bellũ ciuile? Quid ergo accidit cur mutarem consiliũ.s.meũ?q.d.nihil.vnde addit. Nõne oĩa sup.acciderũt potius,vt permanerẽ in sñia?q.d.maxime. Ego velim sup.vt credas mihi hoc,quod puto te existimare.i.iudicare de me,sup.me nihil quærere aliud ex his miserijs.s. quas patiebatur in agro, nisi vt hoies intelligãt aliqñ me nihil maluisse.i.magis voluisse, q̃ pacẽ. Et ea desperata.i.cũ esset desperata à me,nihil fugisse tã.i.tãtopere,q̃.i.quãtopere,bella ciuilia.Ego puto me fore.i.futurũ esse huius cõstãtiæ,vt nunq̃ pœniteat sup.huius sñiæ. Etenim ego memini Hort.familiarẽ nřm solitũ esse gloriari in hoc genere.s.viuendi, ꝙ nunq̃ interfuisset bello ciuili.Hæc laus nřa,ꝙ abstinebimus à bello ciuili,erit illustrior.i.clarior,& nobilior,q̃ Hortẽsio, & non interfuisse bello ciuili tribuebat illi.s.Hortẽsio ignauiæ.i.ad ignauiã,& imbecillitatẽ,& arbitror id.s.ꝙ ꝑp ignauiã abstinuerimus nos,nõ posse existimari.i.iudicari de nobis,quia prouinciã impacatã petierat,vnde vix dũ reuersus erat cũ merito triũphi. Nec.i.& non, ista,quæ proponunt mihi fidissime,atq; amãtissime.i.vt ab amico fidissimo,vt pote à te ad timorẽ.i.vt deterreat à susceptione belli ciuilis,ne videlicet filio & filiæ,ac genero grauẽ inimicum parẽ,terrent me. Nulla.n.acerbitas est, quæ nõ videat impẽdere.i.imminere hac perturbatione terrarũ, omnibus.s.viuẽtibus siue bello intersint,siue nõ,quã.s.perturbationẽ ego quidẽ redemissem libẽtissime à repub.meis incõmodis priuatis, & domesticis.vel.i.ẽt illis ipsis,quæ tu moues me,vt caueã. Hoc est libẽter passus essem,vt liberi mei paterẽtur, quæ illis impẽdere mones incõmoda, vt resp.his malis sit libera. Qui.n.aliquid redimit,vnũ pro alio dat.& ita Cic.vellet redemisse perturbationẽ reip.perturbatione domus suę.i.effecisse per incõmoda domus suæ,vt resp.nulla acciperet incõmoda.vnde addit,ego relinquã filio meo.s.M.Cic.satis amplũ patrimoniũ videlicet memoriã nois mei,si vlla resp.erit.s.futura finito bello sin aũt.i.sed si nulla erit, nihil accidet ei separatim à cæteris ciuibus.i.quod non idẽ acciderit cæteris ciuibus. & ita dilẽmate cõcludit frustra timeri pro filio. Nã quod rogas,vt respiciã.s.miserãter generum meũ,videlicet Dolabellã adolescentem optimũ & mihi carissimum,an dubitas quin ea cura solicitet me vehemẽter, cũ scias quãti faciã.i.ęstimẽ, cũ.s.ita sit ꝙ plurimi faciã illũ.s.generum meũ Dolabellã,tũ vero multo apertius est ꝙ plurimi faciã Tulliam meã.s.filiã,& eo magis sup.soliciter me, ꝙ ego oblectabar in cõibus malis tm̃.i.duntaxat hac specula.i.parua spe, de filia mihi reliqua. Notũ est diminutiua in quinta declinatione fieri deponendo.s.& addẽdo cula,vt dies diecula,spes specula,res recula.verũtamẽ ego hoc loco nõ dãnem eos,qui sic exponũt.hac specula.i.speculatione, aut loco ad spectandũ apto, sup.qua,videbã Dolabellã meũ.s.generũ, vel potius nostrũ.s.amicũ cõem fore vacuũ.i.immunẽ.alij legũt liberũ ab ijs molestijs, quas cõtraxerat,liberalitate.i.largitate sua. alij tñ prodigũ dñr,& sunt qui hic libertate legendũ censeant,vt sit,quas contraxerat liberius in loquẽdo in Põp.eius aũt tunc vacuus fore videbatur, ꝙ in castris Cæs.militãs ab eo tutandus esset.si liberalitate legendum est,sensus est.eum suspectũ fuisse Cæs. ꝑp liberalitatẽ forte in Põp.aut aliquẽ amicorũ eius. qui sensus difficilis est in rehmõi,q̃ satis erat,& scribẽtẽ,& cũ,ad quẽ scribebat, intelligere: præsertim cũ ex industria sæpe mentẽ suã alios, si forte in eorũ manus inciderint literæ,celet. Velim quæras.i.disquiras,quos.i. quales dies,ille.s.Dolabella sustinuerit.i.passus sit,dũ fuit in vrbe,q̃.i.quantũ acerbos,q̃.i.quantũ non honestos mihi socero.s. illius.q.d.acerbissimos,& minime honestos,forte indigna contumelia ꝑp Cæs.à Põpeianis affectum dicit.non tñ palam ꝑp Cic.& liberalitatẽ suam,læsum.vnde tacite laudat ꝙ ad Cæs.in castra profectus est.id tñ facit, quia ita Cœlio placere videt, cũ tñ Dolabellam retrahere à Cæs.aliqñ conatus sit. Itaq; neque ego expecto hunc casum Hispanien.i.qui continget in Hispania,quo cõtra Petreium & Afranium Pompeianos duces Cæs. exercitũ suum duxerat, hoc est non simulo me alterius amicũ, donec de casu Hispaniensi certior fiam.casum aũt dicit, aut dubium euẽtum belli,aut potius cladis reip.vter vicerit, de quo.s. casu exploratũ.i.perspectum, & clarum est mihi ita esse,sicut tu scribis,hoc est quod meliores pro Cæs.militẽt,nec cogito quidquam astute.i.callide,& dissimulãter,si ciuitas.i.communicatio & libertas ciuiũ erit, qñ.i.aliquãdo sup. Romæ, profecto locus erit nobis,sup.in ea.sin aũt.i.sed si ciuitas nõ erit,sed sup.dñium alicuius in vrbe: non.n.vř ciuitas,nisi vbi ciuilia iura.i.ex sñia ciuium dominantur.tu ipse,vt arbitror,venies.s.tandẽ, in easdẽ solitudines.i.desolationes,& vacuitates ciuiũ, in quibus audies nos.s.seniores cõsedisse,q.d licet pro tpe forsan speres tibi aliquam remp.& ita aliquã ciuitatẽ fore, tñ tu videbis solitudinẽ ciuium in vrbe,etiã si plena sit hoium,propheticum illud,Quõ sedet sola ciuitas plena populo: ad intelligentiã huius loci facit.Sed ego vaticinior.i.diuino fortassis.i. vt diuinantes vana coniectura futura hæc dico, & hæc oĩa habebunt meliores exitus.Recordor.n.desperationes eorũ, qui erant senes me adolescente.i.cum essem adolescens, tpe forte Syllano, & Mariano, ego imitor fortasse nũc eos,& vtor vitio ætatis.s.senilis,quæ ꝙ parũ habet sanguinis,meticulosa est,Velim ita sit,vt.s.vitio ętatis hæc licet nõ euentura,metuãt.Sed tñ,&c.locus hic sane obscurus est,& per metaphorã intelligẽdus,intelligitur aũt dupliciter: nã alij texi à tergo deducunt,alij à texto, & priores apio legũt,posteriores Appio.priorũ sensus est.Sed ego texi.i.operui togam prætextam.i.vestem triumphalẽ, apio.i.herba illa, qua triumphantes olim vtebãtur.vnde ille, Est apium dictũ ꝙ apex hoc ferre solebat Victoris,veterũ fieret dũ more triũphans,q.d. Cic.ego paro iam mihi apparatum triumphalẽ,prius.n.dixerat se sperare triumphum. Hubert.quidem legit.apio, & texi à tego præteritum,sed in alio sensu, vt sit apio.i.amaritudine.est.n. herba amara.sed id nõ placet,quia se ridere cũ hæc diceret,fatetur,puto te audisse.s.ꝙ texerim prætextã apio. Posteriorũ sensus est:Sed puto te audisse togam prætextam.i.vestem triũphalem texi.i.operi textorio fieri, Appio.s.Pulchro.i.sperandũ est, ꝙ ille triumphum obtinebit in ea calamitate tẽporum. ꝙ per irrisionem dicit,cum sciat illum id frustra sperare. Nã Curtius noster cogitat.i.prætendit obtinere dibaphũ.i.vestem purpuræ bis tinctã.nam δὶς dř bis,& βάπτω tingo. Hubertinus tñ intelligit ꝙ Curtius vtriusq; partis esse velit,& ita ab vtraq; purpurã expectet.ego mallẽ de vtriusq; vana spe in obtinẽdo triũpho intelligere,sed infector.i.tinctor Græce βάπτος, moratẽ.i.tenet in mora eũ.s.Curtiũ,quo minus haberet dibaphũ. Ego aspersi hic.s.de Ap.& Curtio, vt scires me tñ.i.tametsi in stomacho.i. cum bili,& indignatione summa,solere ridere. Quod scripsi de Dolabella,suadeo videas.i.prospicias,tãquam si tua res agatur. Illud erit extremum.s.huius epistolæ, videlicet ꝙ nos nihil faciemus turbulenter, nihil temere: tñ nos oramus te,in quibuscunq; terris erimus,vt tueare nos & liberos nostros, ita vt amicitia nostra & fides tua postulabit. Vale.

NON enim te cęlaui sermonẽ. sed nõ ne tũ prouidisti§ sic antea.postea alij aliter emẽdarunt.nos, cũ in vetere libro scriptũ videremus,nõ.n.te cęlaui, sed nomẽ tuum prouidisti: coniecturã secuti correximus: non.n.te cęlaui,sed nõ ne tum prouidisti, &c. §Sed ego fortasse vaticinor§ nõ est hic vaticinor pro diuino,sed pro ariolor, & quasi deliro, vt ẽt in oratione pro Sexti. Vaticinari eos,atq; insanire dicebat. PAVLVS MAN.

VTOR ętatis vitio,velim ita sit.sed tñ togam prætextã texi apio,puto te audisse§ quid verba, signarent, haud perspicue capere interpres visus fuit.Dicebat.n.his verbis id notari,quasi meã togam mœrore circũdedi,cum apium amarum esse cõstet, ꝙ animo afflicto & iacenti esset. Id tñ aliter intelligi conuenire,qui sensum eruere volet, haud dubie animaduerterit.Cum.n.apium funeralis herba fuerit, exq; apij corona defunctorum tumulos ornari,atq; in ludis funebribus apio coronari victores proditum sit,merito,inquit,cum tot calamitatibus resp.opprimatẽ, ob immodicas simultates & ingruentia bella,cũ in atrocissimo fluctus reip.inciderim,ipsiq; cadenti nihil opis afferre valeã,meam,inquit,togam prætextam, quę magistratum decet,texi apio,hoc est funere, quasi eo indignationis venerit,vt cũ vlterius labantem remp.ferre nequeat, deq; illius interitu crucietur & solicitus sit, sibi iam in extremo vitę curriculo mortem proposuerit, q̃ pro rep.libenter subiturus fuit.quod est dicere,si resp.morietur, se nolle viuere. Sicut Asinius Pollio ad Cice. Nã nec reip.deesse volo, nec superesse, inquit.Ideo togam pręextam,quæ Prætoria & consularis est, apio,hoc est,funere texuerit.quod etiam Græco est prouerbio vsurpatum, vt in mala valetudine,& rebus accisis,& deploratis, apio opus esse dicant. Quos intellectus,qui rem assequi volet, ex verborum contextu planè redundare perspiciet. Alexander ab Alex:lo co prius signato:

Giberti

GIBERTI LONGOLLI LEMMA.

Duo agit in hac epistola Cicero. Primo respondet mistæ epistolæ Caninij, deinde purgat se, adiectis causis uarijs, quare Bibulo neminem commendari possit, aut debeat.

CICERO IMP. S. D. CANINIO SALVSTIO PROQVAE. 17



ITERAS à te mihi stator tuus reddidit Tarsi ad vij. Kal. Sex. his ego ordine, ut uideris uelle, respondebo. De successore meo nihil audiui: nec quemquã fore arbitror. quin ad diem decedã, nulla causa est, præsertim sublato metu Parthico. cõmoraturum me nusquam sane arbitror. Rhodum, Ciceronem causa puerorum, accessurum puto. neq; id tamẽ certum est. ad urbem uelim quamprimum uenire: sed tamẽ iter meum reip. & rerum urbanarũ ratio gubernabit. successor tuus non potest ita maturare ullo modo, ut tu me in Asia possis conuenire. De rationibus referendis, non erat, incõmodum te nullam referre: quam tibi scribis à Bibulo fieri potestatem: sed id uix mihi uideris per legem Iuliam facere posse: quã Bibulus certa quadam ratione nõ seruat, tibi magnopere seruandã censeo. Quod scribis, Appamea præsidium deduci non oportuisse: uidebam idem ceteros existimare: molesteq; ferebam, de ea re minus cõmodos sermones maleuolorũ fuisse. Parthi transierint, nec ne, præter te, uideo dubitare neminem: itaq; omnia præsidia, quæ magna, et firma parauerãm, cõmotus hominum non dubio sermone dimisi. Rationes mei quæstoris nec uerum fuit me tibi mittere; nec tum erant confecta. eas nos Apameæ deponere cogitabamus. De præda mea præter quæstores vrb. i. populum Rom. teruncium nec attigit, nec tacturus est quisquã. Laodiceæ me prædes accepturum arbitror omnis pecuniæ publicæ; ut et mihi, & populo cautũ sit sine uecturæ periculo. Quod scribis ad me de drachmis CCCIↃↃↃ: nihil est quod in isto genere cuiquam possim cõmodare. omnis enim pecunia ita tractatur, ut præda à præfectis, quæ autem mihi attributa est, à quæstore curetur. Quod quæris, quid existimem de legionibus, quæ decretæ sunt in Syriã: antea dubitabam, uenturæ ne essent; nunc mihi non est dubium, quin, si antea auditum erit, otium esse in Syria, uenturæ non sint. Marium quidem successorem tarde uideo esse uenturum; propterea quòd senatus ita decreuit, ut cum legionibus iret. Vni epistolæ respondi. uenio ad alteram. Petis à me, ut Bibulo te quam diligentissime cõmendem. in quo mihi uoluntas non deest: sed locus uidetur esse tecum expostulandi. solus enim tu ex omnibus, qui cũ Bibulo sunt, certiorem me nunquam fecisti, quàm ualde Bibuli uoluntas à me sine causa abhorreret. permulti enim ad me detulerunt; cum magnus Antiochiæ* metus esset, & magna spes in me, atque in exercitu meo, solitum dicere, quiduis se perpeti malle, quàm uideri eguisse auxilio meo. quod ego officio quæstorio te adductũ reticere de prætore tuo non moleste ferebam: quanquam, quemadmodũ tractaretur, audiebam. ille autem, cum ad Thermũ de Parthico bello scriberet, ad me* literam nunquã misit, ad quem intelligebat eius belli periculum pertinere. tantum de auguratu filij sui scripsit ad me. in quo ego misericordia cõmotus, et quòd semper amicissimus Bibulo fui, dedi operam, ut ei quam humanissime scriberem. ille si omnibus est maleuolus, quod nunquam existimaui: minus offendor in me. sin à me est alienor: nihil tibi literæ meæ proderunt. nam, ad senatũ quas Bibulus literas misit, in ijs, quod mihi cum illo erat cõmune, sibi soli attribuit. se ait curasse, ut cum quæstu populi pecunia permutaretur. quod autẽ meum erat proprium, ut alarijs transpadanis uti negarem; id etiã populo se remisisse scribit. quod uero illius erat solius, id mecum cõmunicat. equitibus auxiliarijs, inquit, cum amplius frumenti postularemus. Illud uero pusilli animi, & ipsa maleuolentia ieiuni, atque inanis, quòd Ariobarzanẽ, quem senatus per me regem appellauit, mihiq; cõmendauit, iste in literis non regem, sed regis Ariobarzanis filium appellat. hoc animo qui sunt, deteriores fiunt rogati: sed tibi morem gessi: literas ad eum scripsi: quas cum acceperis, facies quod uoles. Vale.*

literas

LITERAS A TE } Caninius Salustius quæstor erat Bibuli, qui præerat Antiochiæ: is ad Cic. duas epistolas scripserat: vnã plenã varijs petitionibus & interrogationibus: quibus oĩbus respõdet Cic. vt ex prima parte epist. colligitur. nã superfluũ est numerare partes. In altera epistola petiuerat Caninius à Cic. vt eũ Bibulo prętori diligenter per literas suas cõmendaret. quod quãuis se facere dicat Cicero: adducit tñ quasdã rationes, quibus ostendit cõmendationem suã parum ponderis apud Bibulũ habiturã. { Literas } epistolã. { A te } nomine tuo, vel literas a te. i. literas tuas, vt si dicã, hæc sñia est ab Aristotele, pro est sententia Arist. { Stator } is dicitur, q apud magistratũ assidue est a crebra statione, ponitur pro satellite, & apparitore, qui reos in ius, vel in carcerẽ ducit. quispiã igitur stator Caninij reddiderat eius literas Cic. { Tarsi } Ciliciæ metropolis, quã Perseus Danaes proles nobilissima locauit. hanc Cydnus fluuius interfluit, fuitque PAVLI apostoli patria. { His } literis tuis. { Ordine } particulatim, vt oĩa soluam, quæ à me petiuisti. { De successore } prima responsio. cupiebat. n. scire Caninius, vtrũ esset venturus successor Cic. { Quin decedã } vt non discedã. { Ad diem } statutam. s. mihi hanc prouincialem administrationẽ ad finem anni. { Metu Parthico } quẽ de Parthis habebamus. { Sublato } amoto q a trãsierunt in prouinciã, postquam a nobis multas acceperunt clades. { Cõmoraturum } cessaturũ, facturũ, moram. { Nusquã } nullo loco, signat autẽ in loco, & ad locũ, vt nusquã fui, & nusquam vado. Horat. in Serm. Quæ nusquã prorepit. { Rhodũ } ibi. n. erat filius Cic. & nepos, ideo dixit, causa Cic. puerorũ. Est autẽ Rhodos insula in mari Pamphylio una ex Cycladibus dicta, vt quidã volunt, q augurio capuli rosæ illic inuentæ sit condita. nam ῥόδον, græcæ rosa dicitur. Diod. tñ placet dictã à Rhodo filia Neptuni à Ioue dilecta, vt Hom. cecinit. dicitur aũt & vrbs & insula eodẽ noĩe, sicut & Chios. { Certum est mihi } constitutũ, & deliberatũ, vt accedam Rhodũ. { Vrbem } Romã per antonomasiam. { Ratio } reip. { Gubernabit iter } hoc est licet dixerim me nusquã cõmoraturum, & venturũ quamprimũ ad vrbem: tñ regam iter meũ, vt videbitur interesse reip. { Maturare } accelerare aduentũ suũ. { Vt possis conuenire me } quia ante discessero ex Asia, q̃ tuus successor venerit. cupiebat. n. Caninius loqui cũ Cic. sed non licebat ei discedere, nisi successor eius prius venisset, quem in dies expectabat. { De rationibus } ad aliã partẽ respondet, quia consulerat Caninius Cic. vtrũ consuleret reddendã rationẽ pecunię, quia erat quæstor, cum Bibulus prætor faceret ei potestatem, vellet ne referre an non. Itaq; cõsulit Cic. ne redderet rationem vllam, si possit, licet dicat eum cogi ad referendũ per legem Iuliam, quã & si Bib. non vult seruare, dicit tñ seruandã esse Caninio. { Referendis } reddẽdis rationibus pecuniæ, & administrationis prouinciæ. { Incõmodum tibi } liptote. i. tibi erat valde vtile. { Quam potestatẽ } arbitriũ. s. non reddendi. { A Bibulo prætore tuo } id. s. vt nullã referas rationẽ. { Legem Iuliã } quã tulerat Iul. Cæsar, quæ quæstores & ceteros magistratus rationem administratæ prouinciæ reddere iubet. { Quam legẽ } Iuliam. { Bibulus } quasi per contemptũ eum sæpius nominat. { Certa ratione } propter veteres inimicitias, quæ sibi fuerant, olim cũ Cæs. in cõsulatu, vt declarauimus lib. 1. in epist. longa. { Tibi } qui es quæstor, & qui fortasse non habebis eã executionem, quã habebit Bibulus. { Apamea } vrbs est Asiæ, in quã Antiochus Soter hoĩes transtulit ex Celinis, & vrbem appellauit de noĩe matris Apameæ, auct. est Strab. lib. 12. & Solin. Ex ea vrbe remouerat Cic. pręsidia sublato iam, vt supra dixit, metu

HVBAR.

Nusquam.

Rhodos.

Apamea.

Parthico,

Parthico, quod Caninius nõ ꝓbauit, & multi alij ea de re Cic.
imprudẽtiæ arguebãt, qđ vrbẽ immunitã reliquisset. quos ser-
mones sibi molestos esse dicit. {Præsidiũ} milites, quos ad tute-
lã loci in ea vrbe posuerã. nã subsidiũ dicitur qđ datur laborãti
bus, & post periculũ {Deduci} remoueri. {Nõ oportuisse} nõ de
cuisse, neq; vtile fuisse. {Idẽ} quod tu. s. non oportuisse. {Minus
cõmodos} .i. honestos, nec mites. {Et de re} de deductione præ-
sidij. {Trãsierint} in prouinciã suã. {Præter te} q a ceteris oibus
est certissimũ {Oia præsidia} quæ non solũ Apameæ, sed vbiq;
erãt. {Cõmotus} adductus. {Nõ dubio} certissimo. {Firma} va
Dimittere. lida, & robusta. {Dimisi} deduxi e a locis vbi erãt, & a me dimi-
si. Dimittere, n. ad multitudinẽ, & maxime ad milites pertinet.
Ter. in Eun. Iã iube exercitum dimitti. {Rõnes} scripserat Ca
nin. q intellexerat Cic. ad se mittere rõoes sui quæstoris, quod
Cic. negat esse verũ quia nec misit, nec potuisset mittere, cũ nõ-
dum essent cõfectæ. {Eas} rõnes. {Deponere} reliquere apud ali
quẽ. {De præda} quã de Parthis victis sum adeptus. volebat
aũt Caninius scire quid de ea actũ esset. Itaq; dicit Cic. nihil ã
quoquã esse de ea tactũ, nisi a quæstoribus P.R. {Vrbanos quia
erãt & alij quæstores ꝓuinciales, sicut quæstor Cic. & Can. quæ
stor Bibuli. Hi autẽ vrbani quæstores remissi ã populo accepe-
rãt partẽ prædæ. id declarat. {Præter quæstores} .i. P.R. nã qđ
Triunciũ. isti acceperãt, noie P.R. acceperãt. Triunciũ} triũcius dr a tribus
vncijs, vt voluit Varro, eundẽ Fest. appellat triunciũ, eadẽ rõne
q sit triũ vnciarum. est. n. genus nummi. {Laodiceæ} vrbs est An
Præs. tioch. {Prædes} fideiussores dñr: tñ ꝓpter sm Asconiũ Ped. præ
des satisdatores locupletes ꝓ re, de qua apud iudices lis est, ne
interea q tenet diffidens cãæ, possessionẽ deteriorẽ faciat, tecta
dissipet, excidat arbores, & culta deserat. Festus autem dicit q
præs est is q populo se obligat. & interrogatus ã magistratu si
præs sit, ille rñdet præs. Cautũ sit mihi vt tutus sim per ipsos fi
deiussores de pecunia publica. {Sine periculo vecturæ} vt possit
tuto aduehi in Italiã sine periculo meo, & P.R. quia prædes te
nẽtur ad oia pericula. {Qđ .s.} cõijcimus Caniniũ petiisse mu
tuo ã Cic. quingẽtas drachmas, cui rñdet, se nõ posse mutuare,
Drachmas. q a illa præda nõ sit in ptãte sua, sed eorũ, qui ã P.R. essent præ
fecti illi pecuniæ. {Drachmi} δραχμὴ ꝓ põdere ponitur, & cõ-
stat ex decẽ & octo siliq s, vel trib. scrupulis. Idẽ ẽt sentit Prisc.
& dicit octo drachmas vnciã cõfici. signat ẽt genus monetæ ea-
dẽ rõne, quã diximus de põdere, quia oẽs monetæ põderabãtur
ã plerisq; latinis scribitur per g. drachma. {In isto gñe} pecunia
Commodo. rũ publicarũ. {Cõmodare} notandũ verbũ impropriæ positũ. nã
Mutuo cõmodãtur, quæ reddũtur eadẽ numero & spẽ, vt vestis, equus, li
Incõmodo. ber. Mutuãtur ea, quæ non reddũtur eadẽ numero, sed spẽ, vt vi
nũ, frumentũ, numi. Interdũ tñ cõmodare ponitur simpliciter
ꝓ eo qđ est cõmodũ & vtile facere & gratificari, sicut cõtra in-
cõmodare ꝓ molestũ esse & nocere. Ter. in And. Magis adeo vt
mihi incõmodet, quã vt obsequatur Gnato. Itaq; forsan nõ ab
surde hoc in loco accipietur cõmodare ꝓ cõmodũ facere, grati-
ficari & inseruire. {Vt præda} tãquã præda quæ nõ mea est, sed
publica. {A præfectis} ab ijs, q præsunt ipsi pecuniæ. Attributa
est mihi pro portione mea mihi assignata & data. {Curatur}
administratur. {A quæstore} q est mihi datus ã P.R. {Qđ quæ
ris} ad aliã partẽ {Decretæ in Syriã} quæ in Syriã mitti debe-
bãt. {Antea} superioribus diebus priusquam Parthi transirent.
{Nũc} sensus est, nũc certus sum q oino nõ veniẽt, si modo an
tequã discedãt ex Italia, audiuerint Syriã esse pacatã, & sine
periculo ꝓpter discessum Parthorũ. {Quin nõ sint venturæ} q n
oino nõ veniãt. {Si ante} .s. quã discedãt ex Italia. {Otiũ} pacẽ.
{Successor ẽ} tuũ. {Iret} veniret. {Cũ legionibus} quas si duxe-
rit, non ita properare potent sicut si solus veniret, solutus cura
exercitus regẽdi. {Petis} incipit respondere secũdæ epist. {Bibu
lo} prætori Syriæ, siue Antioch. nã vtroq; noie eadẽ prouincia
appellatur. {In quo} vt commẽdẽte. {Volũtas} quia libẽter fa-
cio. {Expostulãdi} querẽdi de te, & te accusãndi. {Locus} occa-
sio, tps. {Ex oibus} qui erant apud Bib. a quibus factus sum cer
tior de eius erga me aio, ã te solo nihil vnquã mihi scriptũ est.
{Abhorreret ã me} alienata & disiuncta esset. {Sine cã} q a nul
la re ei ostẽderam. {Permulu} ꝓbat apertissimo & certissimo
multorũ testimonio, q Bibulus ã se abhorreret. nã imminente
magno periculo Antiochiæ, cũ multi dicerent virtute, & exerci
tu Cic. posse ei prouinciæ facile subueniri, solebat dicere Bibu-
lus se potius passurũ quoduis malũ & periculũ, q̃ videri eguisse
auxilio Cic. qđ est argũ magnæ alienationis animi & pessime
voluntatis. nã in magnis periculis nisi simus oino animo ꝑuer
sissimo, solemus ab oibus, vel inimicissimis auxilia libẽter acci
pere, & neminẽ prorsus aspernari. {Solitũ} .s. Bibulũ. solitũ aũt
quia nõ semel, sed sæpius id dixisset. {Quiduis} quodcũq; malũ
& incõmodũ. {Qđ} .s. dictũ Bibuli. {Nõ moleste} nõ grauiter,
indulgebã. n. tibi. {Adductũ} motũ. {Officio quæstorio} qđ sub
eo prætore gerebas, ꝑ ꝑ quod nõ ausus es id ad me scribere, ne
fortasse tibi illud officium eriperet. {Tractarere} ab ipso Bib. ã
quo te male tractari audiebã, licet tu nõ auderes dicere quæ il-
le de me dixisset. {Ad Thermũ} is etiã in Asia ꝓprætor erat, vt
ea sequẽti epist. cognoscetur. Præerat aũt ei parti Asiæ, quæ dr
Bithynia. {Lrãm} nõ epistolã dicit, sed lrãm pro elemento po-
nit, vt est a, b, c, d. q. d. Cũ ad Thermũ, q erat remotior, scribe-
ret de bello, qđ Parthi inferrent Ciliciæ, ne vnã quidẽ lrãm ad
me misit, ad quẽ sciebat ꝑtinere illud bellũ, q a erã vicinior Par
this. {Tm̃} hoc dicit solũ scripsit ad me de auguratu filij sui, q a
res sua erat. filius. n. Bibuli voluerat fieri augur, in quo quære-
bat fauorẽ Cic. qui auguratũ eũ summa gloria gesserat, & in eo
magnam habebat auctoritatẽ. {In quo} in qua re. {Misericor-
dia} ꝑ ꝑ filiũ eius, qui fortasse erat vir bonus, & oppugnabatur
iniuste ã quibusdã, ne auguratũ assequeretur. {Ei} nõ ad eũ, vt ple
riq; oẽs male arbitrãtur, sed ꝓ eo dicimus. n. scripsi tibi lras ꝓ
prætura tua. hic. n. tibi signat pro re. {Scriberẽ} cõmendaticias
lras. {Offendor} lædor. i. nõ moleste fero. {In me} esse maleuo
lũ, quia puto esse ferẽdũ in me qđ facit in alios oẽs. {A me} so-
lũ, & nõ ab alijs. {Proderunt} quas accipiet ab eo, ã quo sic alie-
nus. {Nã ad senatũ} altas ꝓbationes eius, seu maleuolẽtiæ. seu
alienationis animi adducit. q a cũ scripsisset Bibulus ad senatũ,
quæ sibi cõia essent cũ Cic. sibi soli attribuebat, quæ erãt ad lau
dẽ: quæ vero erãt sua solius, cõicabat cũ Cic. q a ea eis aliqd re-
prehẽsionis merebatur. quæ aũt ea sint Cic. declarat. {Se ait cũ
rasse} .i. qđ sibi soli attribuit, cũ id esset sibi cõe cum Cic. {Pecu
nia} quã ex præda cõtraxi. {Quæstu} lucro. {Permutaretur} vel
in aliã pecuniam, quæ redderetur postea Romæ, vel in aliquas
merces, quibus aliqđ lucrũ haberetur, vt interdũ fieri solet. qđ
cũ fuisset cõsilium tã Cic q̃ Bibuli, Bibulus tñ sibi soli attribue
bat. {Quod aũt} ecce peruersi animi iudiciũ, qui sibi soli attri-
buebat, quod erat ei cõe cũ Cicerone, & quod esset ꝓpriũ ipsius
Ciceronis, sibi quoq; ascriberet. Id aũt hoc erat: nã cũ haberet
Cicero in Cilicia milites Italos ad tuendã prouinciã missos, ea
pacata discessu Parthorũ, Cic. milites dimittendos cẽsuit, vt P.
R. eius stipendij impẽsa leuaret. cuius rei cũ Bibulus ne cõscius
quidẽ fuisset, scripsit ad senatũ se quoque milites illos censuisse
dimittẽdos, vt vsurparet Cic. de ea re cõmẽdationis partẽ. {Pro
prium} qđ alius cuiusquã. s. vt {Negarẽ vti} vt dicerẽ me nolle
vti. {Alarijs} equitibus, qui alarij dicuntur q vice alarũ pedites Alarijs
tegant. Militaria aũt vocabula, vt voluit A. Gellius, tradita sunt
ab ipsis rebus, q̃ ita nominãtur ꝓprie, quarũ rerũ in acie instruẽ
da sui cuiusq; vocabuli imagines ostẽduntur. Sunt aũt fere hæc
quibus instructa certo modo acies appellari solet. Frons, subsi-
dia, cuneus, orbis, globus, forfices, serra, alæ, turres, cornu. Et idẽ
quędã alia inuenire est in libris eorũ, qui de militari disciplina
scripserunt. {Trãspadanis} Lõgobardia vltra Padũ habitãtibus.
{Id etiã} sicut ego, cũ nihil oino sciret. {Populo} vt eius grãm
hoc facto quærat. {Quod vero erat solius} quod ipsẽ solus fece
rat me insciente, mecũ cõicat. & qđ hoc sit, declarat. s. equitibus
auxiliarijs. hæc sunt verba Bibuli, quæ scripserat ad senatum, &
P.R. cũ. n. peteret plus frumẽti ã P.R. pro victu equitũ, q erant
in Asia ã socijs in auxiliũ missi, immiscuit Cic. q nihil petebat
qm̃ satis prouiderat suis. Bibulus aũt scribebat in plurali nume
ro, Postularemus, q. d. ego & Cic. est aũt oratio imperfecta, cu-
ius tãtummodo posita est ad indicandã maleuolẽtiam Bibuli,
qui Ciceronẽ admisceret ei rei. cuius oino esset ignarus. debue
rat. n. dicere, cũ postularẽ. {Illud vero} aliud euidẽtissimũ argũ
maioris maleuolẽtiæ, q Ariobarzãtẽ literis suis dedignatus est
appellare regẽ, quia senatus cũ opera & suffragio Cic. regẽ ap-
pellasset, & ipsum Ciceroni cõmendasset. {Ariobarzanem} rex
Cappadocũ quẽ senatus Romanus regẽ appellauit, cõmenda-
uitq; Cic. vt eius regnũ salutemque defenderet, vt optime appa
ret lib. 15. huius voluminis in epistolis ad M. Catonẽ & senatũ
hunc Bibulus ob maleuolẽtiam in Cicerone in literis, quas se
natũ scripsit, vbi opus erat eũ nominare, noluit regẽ appellare,
ne videretur Cic. honorare, cuius causa fuerat ã senatu Rex ap
pellatus {Pusilli animi} parui, & minuti, & vilis animi. id. n. fa-
ciebat, vt vlcisceretur odiũ & maleuolentiã suã in Cic. vindicta
autẽ delectari pusilli animi est. Iuuen. Quippe minuti semper
& infirmi est animi exiguiq; voluptas Vitio. {Ieiuni, & inanis}
insatiabilis, inexplicabilis, tractũ ã ieiuno, & ã vacuo, & esuriẽte
stomacho, qui nõ facile satiatur cibo, ita & animus iniquus nõ
facile expletur maleuolentia. Iuu. Sat. penul. Hic ieiunũ odiũ.
{Per

§Per me§ opera mea.§Cômendauit§vt eius quasi patronus esſem,& ſalutẽ regnumq; tueret.§Iſte Bib.§ad contemptũ aũt dixit iſte.quaſi iniquus & maleuolus, qui dedignatus eſt qđ ſenatus eſt dignatus.ſ.appellare eũ regẽ.§Ariobarzanis§nã & pater eodẽ noĩe appellabatur.§Hoc aio§ tali,tam malo & peruerſo.§Fiũt deteriores§fiũt peiores.§Rogati§.ſ.ab aliquo, cũ quiſpiã rogauerit eos.ordo,q̃ ſunt hoc aio,quo eſt Bibulus, rogati fiũt deteriores.§Sed§q.d.licet ſit tã malo animo,vt rogatus à me videatur futurus deterior.§Sed tibi morẽ geſſi§ obſecutus ſum tibi,quia te ei cõmendaui.§Literas§cõmẽdaticias pro te.§Quas literas§ miſit enim eas Cic.ad ipſum Canintum .§Quod voles§ vel reddes ei,vel omittes,vt tibi faciendum videbitur.

ASCEN. Literas &c.§ſcribit hæc ep.ad Caniniũ Salluſtiũ è Cilicia,vñ in epiſtolarũ collectione nõ habitus eſt reſpectus tpum,ſed pſonarũ,ad quos miſſæ ſint,cũ loco vñ miſſæ. Quia ergo è Cilicia ferè miſſæ sũt huius ſecũdi libri epiſtolæ,prius collegit Tiro, quæ ad Curionẽ datæ ſunt, deinde q̃ ad Cœliũ,tũ tres ad alios datas:quæ tñ prius ſcriptæ erãt q̃ ſuperior. Nã ſuperiorẽ à Cumano miſit.Erat autẽ Caninius iſte q̃ſtor Bibuli,q̃ præerat Antiochiæ,qui ad Cic.duas miſerat epiſtolas,vnã plenã variarũ petitionum,ad quas Cic.rñdet, alterã qua petijt à Cic.Bibulo p̃tori ſuo cõmẽdari. qđ Cic.ſe facturũ dicit,ſed vereri,vt lr̃æ ſuæ parũ ſint habituræ ponderis apud Bibulũ.Ordo eſt. Stator.i.miniſter, ſtare ſolitus, paratus ire quò eũ miſeris,reddidit mihi Tarſi.i.cũ eſſem Tarſi ad 16.cal.Sextilis.i.Auguſti,lr̃as,ſup.datas,vel ſcriptas à te.Ego rñdebo his ordine.i.ad ſingulas particulas, quo ordine ſcriptæ ſunt, vt.i.quẽadmodũ,tu videris velle. De ſucceſſore meo.i.qđ petijſti de ſucceſſore meo,an haberẽ,& quis eſſet,ego nihil audiui,neq; arbitror quẽquã fore.i.futurũ eſſe, & tñ nulla cã eſt, quin decedam ad diẽ.ſ.cõſtitutã à ſenatu præſertim metu Parthico.i. bello cũ Parthis gerẽdo ſublato.i.de medio lato,& amoto.Ego arbitror ſanè.i.multũ me cõmemoraturum.i.tracturũ morã,nuſquã.i.in nullo loco.Puto ſup.me acceſſurũ Rhodũ ad vrbẽ, aut inſulã illã in mari Pãphylio,vnã ex Cycladibus, cã Cic. puerorũ.ſ.filij, & nepotis q̃ illic erãt.Neq; tñ certum.ſup.eſt id.volo venire q̃ primũ.i.valde cito,ad vrbẽ.i.Romã. Sed tñ rõ.i.qualitas,& ſtatus reip. & rerũ vrbanarũ gubernabit iter meũ . Succeſſor tuus .i.q̃ tibi ſuccedet,nõ põt vllo modo maturare.i.accelerare, ſup. iter ſuũ,ita vt tu poſſis cõuenire me in Aſia. De rõnibus.i.cõputis(vt dñt) referẽdis.i.reddendis de quæſtura corã deputatis, & prætore nõ erat incõmodũ.ſ.tibi nulla.ſ.rõnem referre. quã poteſtatẽ.ſ.nõ referẽdi rõnem,tu ſcribis fieri tibi à Bibulo.ſ.prætore tuo.Sed tu vix videris poſſe id facere,p legẽ Iuliã, quæ iubet vnũquenq; legẽ,rõnem,magiſtratus à ſe geſti, & p̃cipue quæſturæ referre debere,quã.ſ.legẽ, Bibulus nõ ſeruat quadã rõne certa.ſ.ſibi,ego cẽſeo ſeruãdã tibi magnopere.Qđ ſcribis nõ oportuiſſe præſidiũ.i.illud militũ,qđ erat impoſitũ,vt vrbẽ defendat ab hoſtibus,& in fide teneat, deduci Apamea, ab ea vrbe Aſię, ego videbã ceteros exiſtimare.i.cẽſere,idẽ & ferebã moleſte ſermones maleuolorũ fuiſſe minus commodos de ea re.i.de abductionẽ præſidij.Ne.i.an,Parthi trãſierint.ſ.in p̃uinciã noſtram nec ne.i.an nõ,video neminẽ dubitare præter te,q̃a oẽs ſciunt, q̃ nõ. Itaq; ego cõmotus nõ dubio ſermone hoium dimiſi oia præſidia.ſ.vrbiũ,q̃ parauerã,magna & firma,nec fuit verum me mittere.i.q̃ mitterem tibi rõnes.i.cõputos, quæſtoris mei: nec erãt cõfectæ tũ.i.tũc, cũ eas decerer mittere. Nos cogitabamus deponere.i. relinquere quaſi depoſito apud aliquem Apameæ. Quiſquã p̃ter quæſtores vrbanos.i.vrbis Romę.i.populũ Romanũ,nec attigit,nec tacturus eſt de præda mea,triunciũ.i.valorẽ trium unciarũ æris. Ego arbitror me accepturũ Laodiceæ, q̃ vrbs Antiochiæ eſt,prædes.id eſt fideiuſſores ois pecuniæ publicæ : hoc eſt quæ ad ærariũ Rom.pertinet, vt cautũ.i.caute proſpectũ ſit,& mihi,& populo.ſ.Rom. ſine periculo vecturę.i.qđ eſt in vehẽdo p regiones, vñ inuẽti ſunt quos bãcarios vocant. Quod tu ſcribis ad me de D.i.qngẽtis,alij tñ CCCLIII.hñt drachmis.i.põderibus æris cõſtãtibus octodecim ſiliquis,vel tribus ſcrupulis.ſ.tibi mutuo dãdis,nihil eſt,qđ poſſim cõmodare id eſt commodũ facere,aut præſtare cuiquã in iſto gñe.ſ.officij. Ois.n.pecunia tractatur ita à præfectis, vt p̃tę̃da:aũt.i.ea pecunia,quæ eſt attributa mihi curæ à quæſtore.i. in manu eſt quæſtoris.Qđ quæris,q̃d exiſtimẽ de legionibus,quæ decretæ ſunt in Syriã,ego dubitabã antea,ne pro an, vẽturæ ſint,nunc nõ eſt dubiũ mihi quin ſi auditũ erit antea otiũ .i. ceſſionẽ à bello eo q̃ Parthi abierũt eſſe in Syria , legiones ſupple vẽturę nõ ſint. Ego video quidẽ Mariũ,hoiem illius ætatis, ſucceſſorẽ,id eſt q̃ debeat ſuccedere,aut pr̄ętori,aut tibi,eſſe vẽturũ tarde propterea q̃ ſenatus decreuit ita , vt iret.ſ.in prouinciã cũ legionibus, id eſt certorũ numerorũ copijs.Ego rñdi vni epiſtolæ.ſ.tuæ:venio ad alterã.Petis à me, vt cõmendẽ q̃ diligẽtiſſime Bibulo.ſ. prętori tuo,te.in quo.ſ.negotio,voluntas nõ deeſt mihi: ſed locus expoſtulãdi.ſ.agẽdi de iniurijs, aut quærelandi tecũ vr̃ eſſe, ſup.mihi. Tu.n.ſolus ex oibus,qui ſunt cũ Bibulo,nunquã feciſti me certiorẽ,q̃.i.quãtum valde, volũtas Bibuli abhorreret.i. aliena eſſet,& aduerſa à me ſine cã.Permulti.n.detulerunt.i.occulte nunciauerunt mihi,cũ magnus metus eſſet Antiochiæ,de aduẽtu Parthorũ,atque magna ſpes in me,& in exercitu meo. Bibulũ.ſupple ſolitũ dicere,ſe malle p̃peti quiduis.i. quodlibet incõmodũ,aut malum,q̃ videri eguiſſe auxilio meo.Quod.ſ.dictum Bibuli,ferebã nõ moleſte te adductũ.i.ad hoc inductũ,officio quæſtorio.i.eo q̃ eſſes quęſtor Bibuli, & ita illi deuinctus reticere de prætore tuo,quanquã audiebã,quẽadmodũ.i.ad quẽ modũ & formã tu tractarere.i.tractareris,à Bibulo,q.d.miſeris modis.Autẽ.i.ſed,ille.ſ.Bibulus,cũ ſcriberet ad Thermũ, p̃prætorẽ Aſiæ,ſeu Bithyniæ,de bello Parthico,nunquã miſit literas ad me,ad quẽ intelligebat periculũ eius belli.ſ.Parthici,pertinere,eo q̃ Cilicia Antiochiæ p̃pinquior eſt,q̃ Aſia.Supple Bibulus ſcripſit tñ ad me de auguratu filij ſui.i. vt filius ſuus adoptaretur in collegiũ augurũ,quod ſine Cic.aſſenſu facere nõ poterat,cum Cic.augur eſſet,in quo.ſ.facto,aut filio eius,ego cõmotus miſericordia,& q̃ fui ſemp amiciſſimus Bibulo dedi operã, vt ſcriberem ei q̃ humaniſſime.Si ille.ſ.Bibulus eſt maleuolus oibus,qđ nunquã exiſtimaui.i.iudicaui de eo, ego minus offendor in me.i.ſi eſt maleuolus in me.Sin aũt.i.ſed ſup. eſt alienor à me,q̃ à ceteris, literæ meæ.ſ.cõmendaticiæ, nihil proderunt . Nam in ijs literis,quas Bibulus miſit ad ſenatũ, ipſe ſup. attribuit ſibi ſoli, quod erat mihi cõmune cũ illo . Nã ait ſe curaſſe, vt pecunia populi.ſ.R.permutaretur.i.daretur negotiatoribus in prouincia,& reciperetur alia Romæ cũ quæſtu.i.cum lucro: Autẽ.i. ſed ipſe ſcribit ſe remiſiſſe i.relaxaſſe, tanquã onus, populo.ſ.R.id,quod erat meũ propriũ.i.meo ſolius cõſilio,& adiutorio factum,vt.ſ.negarẽ vti alarijs.ſ.militibus in alijs.i. cornibus aciei locãdis,tranſpadanis.i.ſumẽdis à populo trãs Padum incolenti:vt ſunt Patauini, Veneti &c.Vero pro ſed·ipſe cõmunicat mecũ.i.mihi etiã attribuit id,quod erat illius ſolius.ſ.conſilio aut opera factũ. inquit.n.in epiſtola ad ſenatũ,cũ poſtularemus equitibus.i.pro equitibus auxiliarijs, amplius.i.pluſquã frumẽti &c.id aũt Cic.pro ſuis nõ poſtulauerat.Illud vero, qđ ſequitur , ſup. fuit animi puſilli, & ieiuni.i.ſterilis & infecundi, quãtũ ad liberale facinus.ipſa maleuolẽtia.i.p̃pter maleuolentiã ipſam. q̃ q̃a ſenatus appellauit Ariobarzanẽ, p me.i.ſuaſu meo regẽ.ſ.Cappadocũ, cõmendauit mihi eũ.ſ.tuiãdũ, iſte.ſ.vilis,quia maleuolus & turpiter agẽs,videlicet Bibulus, appellat in literis ſuis nõ regẽ,ſed filiũ regis,q̃a pater eius etiã Ariobarzanes noie rex fuerat Ij,ſup.qu ſunt hoc.i.hmõi aio.ſ.tã maleuolo,fiũt deteriores.i.adhue minus boni,rogati.i.ſi rogẽtur ſed ego geſſi morẽ.i. obſecutus ſum tibi, ſcripſi literas ad eũ, quas cum acceperis, facias quod voles.i aut dabis ,aut retinebis eas.

PAVLVS MANVTIVS. DRACHMIS§ Græci ſcriptores drachmã vſurpãt p denario Romano,ſubtilioris cõputationis moleſtiã vitãtes.vere autẽ drachma denario nõ rñdet,ſed ſuperatur ſeptima parte;quod è Celſo & Plinio colligitur.Denariũ autẽ intelligo eũ,qui poſtremis reip.tpibus in vſu fuit, pondere vnius drachmę,& ſeptimę partis,vt eſſent ſeptẽ in uncia, & ſinguli æſtimarentur quattuor ſeſtertijs.i. aſſibus duodecim. Drachma vero non eadẽ fuit Atticis, Babylonijs,Æginetis.Atticis.n. p ſex obolis fuit,Babylonijs p ſeptẽ, Æginetis p decẽ. CCCIↃↃↃ§cẽtũ millibus.hec porro sũma duodecim ſcutatorũ millia nr̃atis pecunię conficiet. q̃ Salluſt.mutua petierat.

VETERIS numerorũ notas variarũt, primam quincto loco,deinde decimo,mox quinquageſimo,tũ cẽteſimo,eodẽ in reliqs ordine cõſeruato, mutato numeri ſigno quoties numerus à quinario ad duplũ, & à duplo rurſus ad quinariũ perueniſſet.

Prima nota fuit I vnus,vſque ad quattuor iterata.

Secunda nota,V,quinq;,in quinario primum numero variata,

Tertia,X, decem, in duplo quinario, vt iam dixi, mutationem recipiens .

Quarta , L, quinquaginta , aucto poſt tertiam notam , id eſt poſt x, in quincupulum numero.

Quincta, C, centum, duplicato quinquagenario.

Sexta, IↃ, quinquaginta, & hic quincupli ratione ſeruata.

Septima, CIↃ, mille habita dupli ratione.

Octaua mutatio fuit,cũ ad quinq; millia p̃ueniſſent.nã,ne toties iterarent, CIↃ, his notis vſi ſunt, IↃↃ, quinq; millia.

Nona

Nona mutatio, à quincuplo, in duplum recipit has notas, CCIↃↃ, millia.

Decima, à duplo in quincuplum, IↃↃↃ, quinquaginta millia.

Vndecima, & vltima, à quincuplo in duplum, CCCIↃↃↃ, centum millia.

Nec vltra notarum mutatio progressa est. ita sunt omnino vndecim variæ, deinceps à nobis demonstratæ, tamē iterandæ.

I, vnus:
V, quinque:
X, decem:
L, quinquaginta:
C, centum:
IↃ, quingenta:
CIↃ, mille:
IↃↃ, quinque millia:
CCIↃↃ, decem millia:
IↃↃↃ, quinquaginta millia:
CCCIↃↃↃ, centum millia.

Quam cognitionem legentibus non iniocundam fore, sum arbitratus.

Hoc ETIAM adiungam, à prima nota I, ceteras oēs fluxisse. nam, V, duæ primæ notę sunt, infima parte coniunctæ. Item x, est quinarij numeri nota duplicata, cū duæ, V, in acuto angulo coniungantur. At, L, quid est, nisi prima illa nota, I, recta, & altera prostrata, simul iunctæ? quo si addideris in summa parte aliam primam notam, item prostratam, fiet centum. non enim priscis temporibus, pro centum, scribebant, C, quod ad ętatem nostram permansit: sed, [, quę erant tres primæ notæ consociatæ, vna recta, duæ prostratæ, cum recta coniunctæ, vna in superiore parte, altera in inferiore. Quingenta vero fecerunt, addita ad tres notas, quas proxime nominaui, quarta recta, cū duabus prostratis coniuncta, hoc modo [ ] . qua figura duplicata, fecerunt mille, hoc modo, [ ]] . vnde postea, librariorum arbitrio, variæ notæ, quæ, mille, significarent factæ sunt, quarum non nullas ostendemus. nam ex [ ]], fieri cœptum est, ∞, & ∞, & CIↃ, & CIↃ vnde M deriuatum, quo pro mille hodie quoque vtimur, cum olim nota fuerit, non litera.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petit, ut curam quæstoris habeat, nec huic præferat legatos: & quo id facilius consequatur, exquisitis argumentis, ex suasoria locis depromptis, aggreditur.

M. CICERO IMP. S. D. Q. THERMO PROPRAET. 18



*OFFICIVM meum erga Rhodonem, ceteraq; mea studia, quæ tibi, ac tuis præstiti, tibi homini gratissimo grata esse uehementer gaudeo: mihiq; scito in dies maiori curæ esse dignitatem tuam quæ quidē à te ipso integritate, & clementia tua: sic amplificata est, ut nihil addi posse uideatur. sed mihi magis, magisq; quotidie de rationibus tuis cogitanti placet illud meum consilium, quod initio Aristoni nostro, ut ad me uenit, ostendi; graues te suscepturum inimicitias, si adolescens potens, & nobilis à te ignominia affectus esset. & hercle sine dubio erit ignominia. habes enim nemine honoris gradu superiorem. ille autem, ut omittam nobilitatem, hoc ipso uincit uiros optimos, hominesq; innocētissimo legatos tuos, quòd & quæstor est, & quæstor tuus. nocere tibi iratum neminem posse perspicio: sed tamen tres fratres, summo loco natos, promptos, non indesertos, te nolo habere * iratos, præsertim iure: quos uideo deinceps tribunos pl. per triennium fore. tempora autem reip. qualia futura sint, quis scit? mihi quidem turbulenta uidentur fore. cur ego te uelim incidere in terrores tribunicios? præsertim cum sine cuiusquam reprehensione legatis quæstorem possis anteferre. qui si dignum se maioribus suis præbueris, ut spero, & opto; tua laus ex aliqua parte fuerit: sin quid offenderit; sibi totum, nihil tibi offenderit. Quæ mihi ueniebant in mentem, quę ad te pertinere arbitrabar; quòd in Ciliciam proficiscebat, existimaui me ad te oportere scribere. tu quod egeris, id uelim dij approbent: sed, si me audies, uitabis inimicitias, & posteritatis otio consules. Vale.*

* inimicos

OFFICIVM} scribit Cic. ad Thermū prætorē siue proconsulē Bithyniæ, qui scripserat ad Cic. si gr̄a fuisse officia, quę in Rhodonem cōtulisset, & ea etiā, quæ in ipsum Thermū & ceteros præstitisset. quare dicit se vehemēter gaudere. Deinde quia discessuro Thermo ex prouincia cōtēdebat quæstor eius cū legatis, vt potius ipse pręponeretur q̄ ipsi legati, & Thermus magis videbatur inclinari ad legatos pręficiendos, hortatur Cic. ne hoc faciat, ne irritet aīum ipsius quęstoris nobilissimi. probatq; interesse & vtilitatis & honoris Thermi proponere ipsum quæstorē legatis. quis aūt fuerit hic quæstor, neq; Cic. hic dicit, neq; adhuc mihi est cōpertū. {Rhodonem} hunc intelligimus fuisse amicū quempiā, aut forte etiā necessariū Thermi. {Officiū} beneficiū, & promptā humanitatē. {Studia} fauores. {In dies} dietim, sed hoc minus est in usu, non incongruū tñ. {Dignitatē} auctoritatē. {Integritate} continentia, cōtra auaritiā. {Clementia} mansuetudine, & est cōtraria iræ, remittit aūt clementia de eo quod posset quispiā de iure persequi & punire. {Sed mihi} dat ei cōsiliū, vt pręponat potius quæstorē prouincię, q̄ legatos, & reddit rōnem sui consilij. {Rationibus} negotijs & vtilitatibus tuis. {Aristoni} is à Thermo ad Cic. missus fuerat de hac re, cui Cic. dedit hoc idē consilium, quod nunc dat Thermo per literas, q̄ graues esset suscepturus inimicitias, si legatis quæstorē præponeret. {Quod ostēdi} quod declaraui. {Vt} postquā. {Ignominia} iniuria, dedecore. Ignominia, auct. Nonio, dicuntur nois nota. {Potens} rebus & amicis. {Et hercle} affirmatio sniæ suę. {Habet.n.} ratio quare erit ignominia. {Superiorē} maiorē. {Gradu honoris} quia apud prætorem maior dignitas erat quęstura: æquum aūt erat eum pręponi, qui honore esset superior, vt visum est supra in epist. quæ incipit. Non potuit accuratius. {Ille aūt} ostēdit quare pręponendus sit legatis, quia præter nobilitatē familiæ suæ maximam, est etiam quæstor, neq; quæstore alterius, sed ipsius Thermi, ex quo magis adduci debet Thermus, vt ei faueat, & pręponat prouinciæ. {Viros optimos} laudat legatos, vt magis laudet ipsum quæstorē, quē in omnibus eis anteponit. {Hoc ipso} hac ipsa re pręcipue. {Quòd} quia. {Et quęstor tuus} nam si quæstor cuiusuis esset, deberes tñ eum pręponere, nunc multo magis, q̄ quæstor tuus est. {Nocere} αἰτιπορφορα vtitur: dicit n. quæ à thermo posset obijci, quòd paruifacit inimicitias ipsius quæstoris, quia nihil à quoquā ei nocere potest. ad quod sapienter respōdet Cic. & cautę innuit, q̄ si nunc non posset nocere, posset tñ in futurū. {Sed tñ} .s. licet videam neminem tibi posse nocere. {Tres frates} habebat .n. ille quæstor duos alios fratres viros pręstantissimos, quos nunc Cic. metuēdos esse dicit. {Summo loco} illustri prosapia. extollit.n. animū, & audaciorem facit originis nobilitas. {Promptos} intrepidos, fortes. {Non indisertos} liptote, eloquentissimos. Prodest aūt multū eloquentia ad conciliandū fauorē populi. & hæc omnia posuit, vt deterreat Thermum ab eorū inimicitijs. {Inimicos} quia si vnum ex ipsius læseris. {Iure} quia plerunq; aliqui fiunt nobis inimici nullo iure, nulla nostra culpa. quod nō est magnopere curandū sed tunc timendū est, cū iure facimus nobis inimicos. {Quos} fratres. {Deinceps} per ordinē. {Per trienniū} per tres annos, quia alius succederet alij. Nā simul & eodē tēpore tres fratres tribuni esse non poterant. {Fore} futuros. {Tribuni} vt habetur digestis de origine iuris, à plebe creati sunt, qui essent plebei magistratus, ijsdē temporibus cum plebs secessisset, anno vero 17 post reges exactos dicti tribuni, quia tūc in tres partes populus diuisus erat, & ex singulis creabantur. partes autē in quas populus esset diuisus, erāt Rhamnenses, luceres, & Tatienses. Tribuni aūt plebei ex tribunis militū, vt voluit Varro, primum facti sunt, qui plebem defenderēt in secessione crustumerina: acceperunt aūt nomen tribuni militū, q̄ terni tribus tribubus Rhamniū, Lucerum, Tatiensiū olim ad exercitū mittebantur. horum officiū q̄n tribunorū mentio incepta admonet, non videtur esse absurdū referre, vt & alijs locis possit hęc cognitio succurrere. Tribunorū igitur militarū officiū, vt est digestis de re militari, vel eorum, qui exercitui præsunt, erāt milites in castris cōtinere, ad exercitationē producere, claues portarū suscipere,

HVBER. — Clementia. — Ignominia. — Tribuni

pere, vigilias interdũ circuire, frumentationibus commilitonũ interesse, frumentũ præbere, mẽsurę fraudẽ coercere, delicta secundũ suam auctoritatẽ his modis castigare, principijs frequenter interesse, querelas cõmmilitonũ audire, valetudinarios inspicere, officiũ regentis exercitũ non tñ in dãda, sed etiã obseruanda disciplina consistere. {Quis sit} q.d. nemo, quia quotidie aliqua innouantur. {Mihi} dicit iudicium suũ. {Vnr} putantur. {Turbulenta} tristia, plena perturbationis. {Incidere} deuenire, incurrere. {Terrores} vt meas illos tres fratres futuros tribunos, qm̃ magna erat auctoritas & potestas trib. pl. qui plerunque populũ, quo vellẽt, flecterẽt. {Cur velim} quare deboo velle, q.d. oolla est causã, cũ & te diligã, & tu facile prouidere possis. {Præsertim} ostendit quomodo possit prouidere. {Pręsertim} q.d. hac præcipue existẽte causa. {Cũ possis ante f.} cum possis pręponere quęstorẽ legatis sine reprehẽsione cuiusquã, quia quisq; scit id esse iustũ & honestũ. {Qui} quęstor. {Dignũ maioribus} si imitatus fuerit maiores suos, & se pro fama illorum gesserit. {Ex aliqua parte} quia ex vna parte erit laus eius, qui se bene gesserit, ex altera tua, qui cũ ad aliã prouinciã erexeris. {Sin offenderit} peccauerit. {Quid} aliquid. {Sibi} contra se, in dedecus suũ. {Nihil tibi} in dedecus tuũ, & ita arguit, qđ vtcunque sit ille administraturus prouinciã, ipsi Thermo nulla oĩno futura est reprehẽsio. {Quæ} .n. ostẽdit Cic. se adductũ iure amicitię hęc scripsisse. {Quę veniebãt in mentẽ} quę cogitatione ipsã comprehendebã. Nã venire in mentẽ interdũ est recordari, interdũ cogitare. {Pertinere ad te} spęctare ad tuũ cõmodum. {Oportere} decere propter amicitiã nostrã. {Quòd} q a. {Proficiscebar in Ciliciã} fuerat .n. in Cappadocia cũ Ariabarzane rege. {Tu quod} senius est. Dij bene vertant quod egeris, & id tibi bene succedat. {Audies me} mihi credes, mihi auscultabis, & obtemperabis. {Consules} prospicies, prouidebis. {Ocio posteritatis} quieti etiam tuorũ, qui post te futuri sunt.

Venio in mentem.

PHIL.

OFFICIVM meum} valde iucundũ est, cũ quis officiũ in quempiã cõfert, vt illud accipiẽti gratũ esse cognoscat. Hinc est illud Ter. Sosię dictũ Gaudeo siquid feci aut faciã quod placeat Simo, & id gratũ fuisse aduersum te habeo gratiã. Eodẽ modo tunc Cic. qui in Thermum, & Rhodonẽ eius beneficia contulit, illa Thermo grata fuisse vehementer gaudet. erat aũt Thermus proprætor in Hellespõto, & de prouincia discessurus, & quẽnnã in prouincia sua loco dimitteret agitabat. Cõtẽtio erat inter quæstorẽ eius & legatos maxima, cũ quisque ipsorum Thermi loco relinqui conaretur. Thermus aũt magis assentiri legatis, q̃ quęstori videbatur. vnde has Cic. ad eũ literas perferẽdas curauit, quibus eũ vehemẽter hortatus, & multis rationibus probat, vt velit quęstorẽ suũ legatis anteferre. Sed priusquã hanc epistolã explicemus: pauca de hoc magistratu dicamus. Pręctorũ tria esse gñã diximus, cum de honoribus publicis tractaremus, vrbanum, peregrinũ, & prouincialẽ. Prouinciales aũt ad gubernãdas, tutandasq; prouincias cũ exercitu legebantur, qui & proprętores dicebantur: quęstoresq; secũ ducebant, & legatos: & tot proprętores creabantur, quot vrbes in deditionẽ P.R. deuenerant. Vrbani vero pręctores ibi pręsidebant, apud quos ius omne publicũ, & priuatum erat. Et eorũ quidẽ tanta erat auctoritas, vt ob honorum ius, quod ab ipsis ferebatur, honorariũ diceretur: ac nouum ius cõdere, & vetera abrogare poterant: & consularẽ propemodum dignitatẽ obtinebãt. Lictores tñ sex duntaxat habebãt. Sed cũ Paulus Aemilius in Hispaniã pręctor proficisceretur, 12. lictores secum duxisse à P. R. cõcessos inuenio. Trabea item ipsius erat & curulis sella, & cũ ipsi abessent, pręfectus vrbis cõstituebatur eorũ loco, & post tribunorũ militũ dignitatẽ fuerũt belli ea tempestate instituti propter grauissimũ onus, quod cõsules sustinebant. Peregrini postremũ additi vrbanis pręctoribus fuerant, cum admodũ impediti essent, rebusq; gerundis satisfacere nequiuissent, qui peregrinos audirẽt. Pręctores vero ideo appellati, q; populo pręirent. Id Lucil. quẽ Varro testatur, ait. Ergo pręctorem est ante & pęire, & eodẽ aspicio creabãtur, quo consules: hinc & consulum collegas fuisse dicebant. {Officiũ} nunc beneficium. {Rhodonẽ} sororium Thermi. {Pręstiti} accõmodaui ad id faciendum, quod petitur. Sed huius verbi significatio peculiaris est melius esse. Item excellere, vnde dicitur pręstantia excellentia. Hi vero loci pleni sunt oẽs beneuolẽtia, vt auditorem alliciant. {Indies} hoc est quotidie. Verum indies, & in diem, & quotidie differunt. Indies .n. vt plurimum cum comparatiuo iungimus, & αὔξησιν habet, vt hoc loco, indies maiori curę. Etiã sine comparatiuo, sed sua cum αὔξησι. Indiẽ vero multi duntaxat in pręsenti die rationem accipiunt, & cũ hoc verbo

Prætores.

Ius honorarium.

Præsto, Præstantia

In dies
In diem
Quotidie

viuo, vt plurimũ coniungi volunt. Sic Fab. nõ vt feræ, volucres præsenti modo temporis memores indiem viuunt. Verum ego in longi temporis rationẽ Terentianã Pythiã accepisse intelligo, cum ait: Credo, sed indiem illud Parmeno fortasse quod minitaris, tu iam pendebis. Eodem modo in horas, & in horam dicimus. Quotidie vero tam cum αὔξησι, q̃ sine αὔξησι, dici potest vnde elegantia sermonis quotidie lego dicimus, indies lego nõ dicimus, & cum cõparatiuo, vt paulo post. Mihi magis, magisq; quotidie de rationibus tuis cogitãti. {Dignitatem} præturam in Hellesponto. Quod autem ibi magistratũ gessisset, aliæ nobis ad eum literæ significauerunt. Omnia, inquit, tibi commendo negotia eius, quæ sunt in Hellesponto & alibi. Si quid habebit cum aliquo Hellesponto controuersiæ, vt in illam administrationem reijcias. {Integritate & clementia} de his etiã alia in epistola: Sed tñ cum non fugiat quanta sit in pręctore auctoritas, præsertim illa integritate, grauitate & clemẽtia, qua te esse in omnibus constat. Sed mihi cõsilium summa petit, vt quæstorem relinquat in prouincia sua loco, non legatos. {Rationibus} de rebus ad remp. pertinentibus, & honorem, & salutẽ tuã. {Aristoni} is .n. ad Cic. pro hoc negotio à Thermo missus fuit. & idem dedit illi consilium, quod nunc dat Thermo. Grauissimas .f. inimicitias suscepturum, si legatos quęstori præponeret. {Inimicitias} caue dicat inimicitiam numero singulari. nusquam .n. inimicitiam leges, nisi apud Ennũ, qui sic habet: Ego eo ingenio natus sum, amicitiam, atque inimicitiam in fronte promptam gero. {Adolescens} quæstorẽ dicit. {Ignominia affectus} si tu de prouincia discessurus alterum reliqueris, quàm quæstorem tuum. {Ignominia} iniuria est .n. hæc nominis nota, atq; macula. {Habes} argumentum ab auctoritate. Et est ratio quare sit ignominia. {Honoris gradu superiorem} qm̃ quæstura pluris apud prætorem erat q̃ legatio. Thermis .n. quæstorem habebat & legatos. Nam vice imperatoria quæstores in exercitu ex decreto P.R. fungebantur. {Nobilitatem} raro fine adiuncto ponimus. Meson est. In laudem vergit, & in vituperationem, dicta quidem quasi noscibilitas, & nobilis quasi noscibilis, vnde nobile scortum, nobilem latronẽ dicimus. Eiusdẽ sunt naturæ eximius & insignis, vnde meretricem insignem & eximiã appellamus. {Hoc ipso} hac re quod est quæstor. {Nocere} antipophora est. Respondit enim tacitæ obiectioni, quã Thermus facere potuisset, & dat ei consilium, vt euitet inimicitias. {Perspicio} antiqui spicio sine compositione dicebant, hoc tempore sine compositione non vtimur, & pro qualitate coniuncti significationẽ amplectitur. {Tres fratres} habebat enim quæstor eius fratres duos. Dictus frater, quasi ferè alter, vnde Cic. de Q. fratre dixit q; alterum me reliquissem. Siue à lingua Græcorum antiquissima ἀρετὸς qui ἀδελφὸς hodie nuncupatur. {Summo loco natos} dat his auctoritatem & locũ pro nobilitate generis capimus, alias argumẽtũ significat extra notã eius nominis significationẽ. {Prõptos} diligentes & strenuos. {Non indisertos} eloquẽtes. maximam .n. vim habet ad concitandum populum eloquentia. Dnt .n. hęc omnia ad perterrendum Thermũ, ne quæstori suo legatos anteferat. {Per trienniũ fore} qm̃ tres erant fratres, & quisq; per se trib. pl. futurus erat. Triplex est .n. in his, quæ tempus signãt, dicendi modus. Aut in accusatiuos sine prępositione. Ter. Tandem non ego illa caream si sit opus, vel totum triduum. Aut in ablatiuo sine pręposition e. Cic. Paucis .n. diebus erã missurus domesticos tabellarios. Aut in accusatiuo cum pręposition e. Quintil. Post impetratam studijs meis quietẽ quam per 20. annos erudiendis iuuenibus impenderã. {Turbulenta} metaphora: videbat .n. Cęsarem, & Pomp. velle remp. occupare. {Tribunitios terrores} ex quo tres fratres dixit per triennium trib. pleb. futuros. & bene terrores dixit. maxima .n. erat tribunorũ auctoritas. omnia .n. decreta senatus irrita habebantur, nisi per eos approbata fuissent. Adde q; q. t. p. licet vocationem non haberent, vt inquit Varro, non modo priuatum, sed etiam consulem in rostra vocari iusserunt. Sed quare ius vocandi nõ haberent, cũ summam coercendi potestatem habuissent, A. Gellius explicauit. Et alibi nos de tribunis locuti sumus. {Præsertim} hac potissimum ratione. {Sine re} qm̃ iustum & honestũ. {Offenderit} in aliquo errauerit. {Nihil tibi offenderit} in nullum detrimẽtum tuum, siue dedecus cadet. Sed siquid mali & dedecoris erit, sibi erit. {Proficiscebar in Ciliciam} nã cum, Ariobarzane rege ibi steterat. {Oportere} conuenire, iure amicitiæ nostrę, qua motus hęc omnia ad te scribenda putaui. {Dij approbent} q; tibi succedat. Dij bene vertant, apud antiquos dici solebãt, qđ aliquid pręter spẽ veniebat, cũ aliter euenire timuissent: quibus rebus

In horas
In horam.

Nobilitas
Nobilis
Eximius
Insignis.

Perspicio.

Frater.

Bene vertat.

ita se in vtranq; partem vertētibus, Vertumnū deū pręesse putabat antiquitas. {Si me adies} mihi auscultabis, & si meis verbis audiens fueris. Nec ausim dicere, Si meis verbis audies: licet in captiui duo Plaut. dixerit, Haud audiebat facto, dicimus.n. audiens sum tibi, pro obedio tibi, & audiens sum te, pro audio te. {Posteritatis otio cōsules} vt tu & posteri tui oēs tranquille & quiete viuatis hoc cōsequi poteris, si quęstorem iustū beneficijs tuis affecies. Est.n. tibi cōsulere tibi prouidere. Lucan. Consulite extremis augusto in tēpore rebus. Sed ad corporis & rerum extremarum magis q̄ ad animi bona pertinere videtur.

ASCEN. OFFICIVM &c. {Thermus proprætor, seu proconsul Bithyniæ scripserat ad Cic. sibi eius officium in Rhodonem gratū fuisse: de quo se gaudere nunc dixit Cic. monetq; ne legatos quæstori, præsertim tam nobili & potenti præferat. Ordo est. Ego gaudeo vehementer officium meum erga Rhodonē, & cetera studia mea, quæ præstiti tibi, ac tuis.s. amicis, esse grata tibi homini gratissimo Et scito dignitatem tuā esse mihi curæ in dies maiori. quæ quidē dignitas tua amplificata est à te ipso, integritate & clementia tua, sic vt nihil videatur posse addi.s. ad eam. Sed illud meū cōsilium, quod ostendi Aristoni nostro.s. cōmuni amico, initio, vt.i. postquam venit ad me, placet mihi quotidie magis magisque, videlicet te suscepturū esse graues.i. molestas tibi inimicitias, si adolescens .s. quæstor tuus} quē non nominat {potens & nobilis, affectus esset à te ignominia.s. in præferendis illi legatis, & hercle erit ignominia sine dubio. Enim, pro quia, tu neminem habes superiorē gradu honoris. Autē.i. sed, ille.s. quæstor tuus, vt omittā.i. taceā nobilitatē eius, vincit hoc ipso, legatos tuos optimos, & homines innocentissimos, q̄ est, &.i. simul quæstor, &.i. simul quæstor tuus. Quæstor autē à conquirendo, & colligēdo dictus est, qui publica vectigalia recipiat, & stipendiū militibus ponit. Ego perspicio, ne forte id dicat, aut cogitet. hoc addit, neminē iratum.i. licet sit iratus, posse nocere tibi, sed tm̄ nolo, te habere inimicos tres fratres, natos summo loco.i. clarissimis natalibus promptos.i. expeditos ad dicendū & faciendū, non indisertos.i. nō imperitos artis dicēdi, quos video, id est animaduerto, fore deincep.i. per ordinē trib. pl. per trienniū. Autem, id est sed, licet nemo tibi his rebus stantibus nocere possit, quis scit qualia tēpora sint reip. futura? q.d. nemo. Quidē.i. certe, ea videntur mihi fore turbulenta, sicut maxime fuerint, vt ex vltima epist. ad Cœliū ædilē patuit. igitur, cur.i. qua de causa, q.d. nulla iusta. Ego velim te incidere in terrores tribunitios. q.d. licet nocere forte non poterunt, terrere tn̄ poterunt. Præsertim cum possis anteferre legatis, quæstorem sine reprehensione cuiusquam, qui.s. quæstor, si prębuerit se dignū maioribus suis, vt spero, & opto, sup. cum se præbiturū esse, fuerit sup. id laus tua ex aliqua parte, quia tu primus eū ad dignitatem promoueris. sin.i. sed si, ipse offenderit, idest peccauerit totū sibi.i. detrimentum & dedecus suum, nihil tibi, quia tu eū, quem debes, prætuleris. Ego existimaui me oportere scribere ad te ea, quæ veniebāt mihi in mentē, quæ arbitrabar pertinere ad te, quod.s. hęc scribens proficiscebar in Ciliciam, ego velim dij approbent id, quod tu egeris. Si audies me.i. obedies mihi, tu vitabis inimicitias, & consules.i. prospicies, otio.i. paci, posteritatis.i. post te futurorum, quia ex simultate iacta longa surgere solet discordia.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Gaudet ob quæstorem sibi datum, quem maxime cupiebat; & ut ad se ueniat ante, quam e prouincia decedas, hortatur.

CICERO IMP. S. D. C. COELIO L. F. Q V AE S. 19.

CVM optissimum nuntium accepissem, te mihi quæstorem obtigisse; eo iucundiorem mihi eam sortem sperabā fore, quo diutius in prouincia mecum fuisses. magni enim uidebatur interesse, ad eam necessitudinem, quam nobis sors tribuisset, consuetudinem quoq; accedere. postea, cū mihi nihil neq; a te ipso, neq; ab ullo alio de aduentu tuo scriberetur; uerebar, ne id ita caderet, quod etiam nunc uereor, ne ante, quàm tu in prouinciam uenisses, ego de prouincia decederem. accepi autem a te missas literas in Cilicia, cum essem in castris ad x. kal. Quint. scriptas humanissime: quibus facile & officium, & ingenium tuum perspici possit: sed neq; unde, neq; quo die datę essent, aut quo tempore te expectarem, significabant: nec is, qui attulerat, a te acceperat; ut ex eo scirem, quo ex loco, aut quo tempore essent datæ. quę cū essent incerta; existimaui tamen esse faciundum, ut ad te statores meos, & lictores cū literis mitterem: quas si satis oportuno tempore accepisti; gratissimū mihi feceris, si ad me in Ciliciam quamprimum ueneris. Nam quod ad me Curius, consobrinus tuus, mihi, ut scis, maxime necessarius, quod item C. Virginius, propinquus tuus, familiarissimus noster, de te accuratissime scripsit, ualet id quidem apud me multum, sicuti debet hominum amicissimorum diligens commendatio: sed tuæ literæ, de tua præsertim dignitate, & de nostra coniunctione, maximi sunt apud me ponderis. mihi quæstor optatior obtingere nemo potuit. quamobrem quæcunq; a me ornamenta in te proficiscentur; elaborabo, ut omnes intelligant, a me habitam esse rationem tuæ, maiorumq; tuorum dignitatis. sed id iam facilius cōsequar, si ad me in Ciliciam ueneris, quod ego & mea, & reip. & maxime tua interesse arbitror. Vale.

HVBER. CVM &c. {C. Cœlius adolescens nobilissimus, & optimus designatus fuerat quæstor Cice. in Cilicia: quare primum Cicero se valde gaudere ostēdit. Deinde quia tandiu neque à Cœlio, neque à quoquam alio literas acceperat de eius aduentu in Ciliciam, & appropinquabat finis magistratus Cic. dicit se vereri, ne Cœliu. tantum differat aduentum suum, vt ipse Cice. ante discesserit ex prouincia. Ex quibusdam autem literis eius dicit se nihil percipere potuisse, quia in his neque dies, neque locus erat scriptus, vnde essent datæ. deniq; ostendit Cic. quòd licet Cœlius à quibusdā sibi amicissimis fuerit commendatus, nulla tamen commendatio, maior apud se esse potest de eius dignitate, q̄ literæ ipsius. Quamobrem rogat ipsum, vt veniat quàm primum. pollicetur enim se omnia in eum collaturum. quod facilius efficere potuerit, si fuerit in Cilicia apud eum. {Optatissimum} gratissimum, iucundissimum. {Te obtigisse} te venisse. electum esse. {Eam sortem} eam fortunam, quòd obtigisses mihi quæstor. nam sorte eligebantur. {Eo} tanto. {Quo} quanto. {Diutius} longiori tempore, quia multum temporis fuerat hic Cœlius cum Cic. in prouincia, antequam factus esset quæstor. {Magni interesse} plurimi referre, magni esse ponderis & momenti. {Consuetudinem} conuersationem, quam habuissemus ante simul in prouincia. {Necessitudinem} cōiunctione.s. quæsturæ. {Sors} fortuna. {Accedere} addi, adiungi.i. videbatur mihi esse maximū quiddā: quòd ad conuersationē, quæ antea inter nos fuisset in prouincia, adiungeretur etiam ista necessitudo quæsturæ; quàm fortuna, quæ te quęstorem meum esse voluit, nobis dedisset. {Scriberetur} pro scribebatur, eleganter apud Cic. sæpe ita legitur. {De aduentu tuo} quando esset futurus. {Verebar} timebam, vel dubitabam. {Caderet} accederet, simplex pro composito. {Decederem} abirem de prouincia ante tuum aduentum. {Accepi} dixit ex eius literis cognouisse eius ingeniū optimum: sed non quo tēpore esset venturus. {Humanissime} eruditissime. {Officium} erga me. {Ingeniū} eruditissimum. {Perspici} cognosci. {Sed neq; significabant} non indicabant. {Vnde} ex quo loco: an Roma an aliunde. {Quo tempore} an sero an cito. {Nec is} nec ille. {Attulerat} ad me literas tuas. {Acceperat à te} sed ab alio: cui fortasse tu ante dedisses ferendas. {Ex eo} quia qui accipit literas ab eo, qui scripsit aut misit, scit quo loco, & quo tempore sint datę. quod, scire nō possunt, qui interdū per iter ab alijs accipiunt. {Quę} de aduentu tuo. {Statores} vt diximus supra, satellites. {Lictores} ministros meos, vt dictum est supra, existimaui faciēdum, vt miterem. eleganter vtitur Cic. pro existimaui mittendo, existimaui faciendum, vt te admonerem, pro existimaui te admonendum, & sic de reliquis. {Oportuno} idoneo, vt possis accelerare, antequā ego finito magistratu discedam. {Quamprimum} raptissime, celerrime. {Nam q̄} dicit nullius literas commendaticias de Cœlio plus apud se valere, quam literas ipsius Cœlij, licet istorum, quos nominat, literas plurimū valere dicat. {Necessarius} amicus.

amicus.}Propinquus}sanguine,non habitatione. }Valet} potest,& habet magnum pondus . }Sicuti debet commendatio} quia commendatio amicissimorum nostrorum multum apud nos valere debet.}De tua}q.d.si multum valerent pro dignitate alterius, quanto magis pro tua. }De nostra} coniunctione, de nostra beneuolentia , & necessitudine huius tuæ quęsturæ . } Maximi ponderis } maxime auctoritatis , maximi effectus . }Quæcunq; ornamenta}omnes honores. ponitur.n.hic quæcunq; simpliciter pro omnia: neq; habet aliquam vim relatiui in hoc loco.}Proficiscentur in te}venient ad te,in te conferentur.}Habitam rationem}habitum respectum, habitam consideratioñe.}Tuorum maiorumq;} qui homines clarissimi fuerunt.}Coosequar} efficiam.} Interesse} vtile esse: hunc antem Cœlium eum sine dubio esse puto,quem Cic.de prouincia discedens,prouinciæ præposuit,vt visum est in epistola,quæ incipit,Non potuit accuratius . vnde apparet nõ esse obseruatum, vt epistolæ in hoc volumine eo ordine ponerentur , quo essent scriptæ.nam hanc scriptam ante memoratam ad Cœlium ædilem omnibus sanè intelligentibus facillime constat.Itemq; est de multis alijs in alijs libris dispositis & maxime quæ sunt in sequenti lib. ad Appium scriptæ,qui fuit proconsul,& imperator in Cilicia ante Ciceronem,cum in pręcedẽtibus appareat eum iam fuisse in prouincia & succesisse Appio.debuerat igitur hic tertius liber, qui sequitur,præponi secundo .

PHIL. CVM optatissimum} voluptatem ostendit, quam ceperat, quòd Cœlius sibi quęstor obtigisset,& molestiam quòd nimis tardare videbatur.timebat enim, ne antequam Cœlius in prouinciam veniret , ipse de prouincia decessisset.Demum omnia pro eo se facturum pollicetur,& maxime hortatur,maturet accessum.& id reip.ac vtriusq; ipsorum plurimum interesse commemorat.Is est ille Cœlius, quẽ Cicero de prouincia decedens prouinciæ præposuit, vt in superiori dixit epistola.ex quo apparet has epist.nõ esse ordine collocatas.Inquit enim ego de prouincia decedens, quæstorẽ Cœlium pręposui prouinciæ.} Nuntium}tam pro eo qui nuntiat, quàm pro re ipsa quæ nuntiatur , masc. gñe dicimus . }Eam} sortem,fortunam,quæ.s.mihi quæstor obtigisset . }Eo & quo} tanto & quanto. Magni enim acta propositione rationem adiungit pro qua maxime has dictiones locare solemus . nam.n. nanq;.}Magni}.i.plurimæ vtilitatis & magni momenti. }Necessitudinem}coniunctionem & amicitiam. Est enim necessi-

Necessitudo Necessitas Necessarii. tudo,vt inquit Gellius , ius quoddã & vinculum religiosæ coniunctionis.& eiusdem significationis dicit esse necessitas,à qua necessarij aliquo iure affinitatis,atque familiaritatis coniuncti appellantur.Altera vtriusq; vocabuli significantia nota est omnibus.Quòd autem necessitas pro iure amicitię , ac affinitatis vinculo posita sit,Cæsar in Plancia rogatione ostendit his verbis : Equidem mihi videor pro nostra necessitate , non labore, non opera,non industria defuisse.Est autem sensus , mihi quid præstantissimum esse videatur,quod ad nostram consuetudinẽ quæ diu inter nos fuit , etiã ista necessitudo & coniunctio quæsturæ accederet,quam sors ipsa,& fortuna nobis, dedit,vt quæstor meus esset.}Consuetudinem}Cic.nunquam dixit conuersationem. }Accedere} adiungi in Cilicia huius prouinciæ ini-

Coracesium Celederum. tium dñt esse Coracesium oppidum,sed Artemidorus Celederum ciuitatẽ.}Ad X.cal. Quin. }circiter 20.diem Iunij. }Sed} animaduerte,cum dicimus decimo calẽdas,& ad decimũ calendas dies certus ostẽditur: qui est decimus à calendis futuri mensis.sed cum dicimus,ad decimum calendas, nõ ipsum decimum diem accipimus,qui est ante calendas futuri mensis, sed aliquẽ diem illis proximum . Itaque ad pro circiter accipiendum est.

Quintilis. Quintilis vero mensis à numero appellatus est, qui erat quintus à Martio,à quo annus cepit initium. Inde quoniam Cæsar eo mense natus est , in eius honorem Iulius nominatus est, & qui sequitur,sextilis dicebatur.nunc Augustus ab Octauio Augusto dictus est . September Germanici nomen accepit. Inde Octobrem Domitianus iussit suo nomine appellari.Sed vbi infaustum, vt ait Macrobius , vocabulum visum est:ex omni ære vel saxo placuit eradi.Menses quoq; vsurpatione tyrannicę appellationis exuti sunt.Cautio postea principium diri omnis infausta uiuentium mensibus à septem vsque ad decem prisca no-

Statores mina reseruauit.}Faciundum}caue dicas fiendum. }Statores} hos, vernaculo sermone prouisionatos dicimus , à sistendo vel stando appellatos : vnde Iupiter stator , quòd stare fecerit fugientes Romanos, & qui apparitores magistratuum nuntij tabellarij' ue fuerint, statores appellati sunt. } Lictores} à ligan- Lictor.

do appellatos vult Gel. ex opinione Valgi. Ruf. Tiro tamen Propinquus.

Ciceronis libertus à linio,à vel à litio, quo cincti erant,& ma- Vicinus

gistratibus ministrabant, lictores dictos refert . }Propinquus} Consobrinus.

ad genus & sanguinem : vicinus ad loca. }Consobrinus}quasi Sororius.

sororius dictus est . Sobrini enim sunt ex duabus sororibus ex fratre . Coosobrini vero ex fratre ac sorore , cum alter ex fratre, alter ex sorore natus sit . Ac ex duobus fratribus patrueles nominantur.}Necessarius} amicus.}Maxime}Pom.quod plurimum facio pro cuiuscunque commendatione, sed præsertim dignitate & honore tuo. } Proficiscentur} conferentur. }Or- Habere rationem.

namenta } honores & commoda . } Habitam esse rationem } habere tationem , cum genitiuo positum significat respectum habere , sed quando ablatiuum ponimus cum hac præpositione cum, significamus habere commercium , atque negotium. Cic.in Catone maiore , Rationem habet cum terra,quæ nunquam recusat imperium .

ASCEN. CVM optatissimum &c. } gratulatur Cœlio Lucij filio,noo quidem superiori, sed alteri, quòd sibi quæstor sit designatus . Ordo est . Cum ego accepissem nuntiũ optatissimum, vt pote te obtigisse, id est, sorte quadam euenisse,quæstorem mihi,id est,in prouincia mea,mecum sperabam eam sortem, id est, sortionẽ fore mihi iucundiorem eo,id est,tanto,quo,id est,quanto, fuisse diutius mecum in prouincia . non enim solebant quæstores assidue aut statim esse in prouincia,sed cum pecunia publica recipienda,& militibus persoluenda esset. enim,id est,quia,videbatur,scilicet mihi interesse,id est,referre magni ad eam necessitudinem,id est,vinculum amoris, quam sors attribuisset nobis;quoque,id est,etiam,consuetudinem, id est,familiarem conuersationẽ accedere,id est,addi . Sed sup. Posteaquam nihil scriberetur mihi neque à teipso , neque ab ullo alio de aduentu tuo , verebar , quod & nunc vereor,ne id caderet,id est,eueniret ita.ne,prout,priusquam venisses in prouincia , decederem de prouincia . Accepi autem , cum essem in castris , ad.i. circiter , decimum.s.diem, calendas .i.ante,aut inter calendas,Quintiles.i.Iulias,literas missas à te scriptas humanissime . quibus & officium & ingenium tuum possit perspici facile . Sed literæ illæ neque significabant,id est, neque exprimebatur, vnde.i.de quo loco,neque quo die essent datæ , aut quo tempore ego expectarem te . Nec is , qui acceperat eas, attulerat, sup. eas, à te, vt scirem ex eo,ex quo loco, & quo tempore essent datæ Quæ,scilicet, loco, & quo tempore &c. cum essent incerta,tamesi,id est,nihilominus ego existimaui esse faciendum , vt mitterem ad te statores meos.i.satellites, & nuntios, ad hoc paratos, quales sunt , quos postos dñt Galli , & lictores.i. ministros publicos , cum insignibus suis , cum literis meis , quas si accepisti tempore satis oportuno, vt, scilicet,ea,quæ mandarem,exequi posses,tu feceris mihi gratissimum, si veneris quam primum.i.valde cito ad me in Ciliciã. Nam quòd Curtius consobrinus tuus.i.sororis patris tui filius necessarius mihi maxime .i. maxima necessitudine deuinctus mihi , vt scis , it quod Virginius propinquus.i. consanguineus tuus familiaris noster scripsit accuratissime de te,id quidem valet multum apud me . Tantum enim valuit, quod eum postea vicarium reliquerit , sicut diligens commendatio hominum amicissimorum debet.s. multum valere, sed literæ tuæ præsertim de tua dignitate & de nostra coniunctione.s.per vinculum amicitiæ,sunt apud me maximi ponderis. Nemo potuit obtingere.i.sorte euenire mihi , quæstor optatior, scilicet, quàm tu. quamobrem quæcunque ornamenta proficiscentur à me in te, hoc est quibuscunque te ornabo , ego laborabo , vt omnes intelligant rationem .i. respectum & curam dignitatis tuæ , & maiorum tuorum esse habitam à me.s.in te ornando . Sed ego consequar iam facilius, id.s.vt te ornem pro dignitate tua,si veneris ad me in prouinciam, quod, scilicet, te venire in prouinciam priusquam discessero,ego arbitror interesse.i.in re,& vtilitate esse,& mea,& reip.& maxime.i.præcipue tua. Quia decreuerat eum derelinquere vicarium , donec successor adueniret . quod etiam ex superioribus fecisse constat .

FINIS SECVNDI LIBRI.

M. T. CI-

M. T. CICERONIS EPIST. FAMILIARIVM, LIBER TERTIVS.

ARGVMENTVM.

Tertius ferè liber scribitur ad Appium Pulchrum. Sed norit lector nõ seruatum esse ordinem temporum in epistolarum libris. nam argumenta secundi libri erant ante argumenta tertij Appius enim erat ante Ciceronem in Cilicia prouincia; & tamen epistolæ secundi ex Cilicia a Cicerone ferè missæ sunt.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Principium epistolæ apodioxis est, De republica nihil scribo, quamuis tu petieris. nam Phania tibi rem omnem aperiet. Deinde animum suum erga Appium declaret. Sunt & aliquot cõmendationes personarũ, sed præcipue L. Valerij iurecõsulti.

M. CICERO S. D. APPIO PVLCHRO IMP.



*I IPSA Resp. tibi narrare posset, quomodo sese haberet; non facilius ex ea cognoscere posses, quàm ex liberto tuo Phania: ita est homo non modo prudẽs, uerumetiã, quo uidi, curiosus. quapropter ille tibi omnia * explanabit. id enim mihi & ad breuitatem est aptius, & ad reliquas res prouidentius. De mea autem beneuolẽtia erga te etsi potes ex eodem Phania cognoscere, tamen uidentur etiam aliquæ meæ partes. sic enim tibi persuade, carissimum te mihi esse cum propter multis suauitates ingenij, officij, humanitatis tuæ; tum quòd ex literis tuis, & ex multorum sermonibus intelligo, omnia, quæ a me profecta sunt in te, tibi accidisse gratissima. quod cum ita sit; perficiam profecto, ut longi temporis usuram, qua caruimus, intermissa nostra consuetudine, & gratia, crebritate, & magnitudine officiorum meorum sarciam. idq; me, quoniam tu ita uis, puto non inuita Minerua esse facturum: quam quidẽ ego si forte de tuis sumpsero, non solũ Palladã, sed etiã Appiada nominabo. Cilix libertus tuus antea mihi minus fuit notus; sed, ut mihi reddidit à te literas, plenas & amoris, & officij, mirifice ipse suo sermone subsecutus est humanitatem literarum tuarum. iucunda mihi eius oratio fuit, cum de animo tuo, cum de sermonibus, quos de me haberes, quotidie mihi narraret. quid quæris? biduo factus est mihi familiaris, ita tamen, ut Phaniam ualde sim desideraturus. quem cum Romam remittes, quod, ut putabamus, celeriter eras facturus; omnibus ei de rebus, quas agi, quas curari à me uoles, mandata des uelim. L. Valerium iurisconsultum ualde tibi commendo, sed ita etiam, si non est iurisconsultus. melius enim ei cauere uolo, quam ipse alijs solet. ualde hominem diligo. est ex meis domesticis, atque intimis familiaribus. omnino tibi agit gratias: sed idem scribit, meas literas maximum apud te pondus habituras. id eum ne fallat, te etiam atque etiam rogo. Vale.*

* explicabit.

SI ipsa resp. } rogatus Cic. ab Appio Pulchro imperatore in Cilicia, vt sæpe ad eum scriberet, quid in rep. ageretur, dicit, se breuius scribere, quia Phania eius libertus, vir curiosissimus, omnia diligentissime explanabit. quẽ summopere laudat. Itaq; hac causa de rep. parcius scribit: de amore autem suo erga eum ita summatim scribit, vt dicat eum sibi carissimum & propter humanitatem eius, & propter gratitudinem. Itaque pollicetur se esse resarturum quidquid intermissum est & officijs, & literis. Postea laudat etiam Cilicem libertum Appij ita tamen vt ei videatur anteponere Phaniã, de quo in principio epistolæ dixit. Postremo commendat ei L. Val. quendam iuris professorem, quem & gratum erga Lent. esse ostendit, & maximam habere fiduciam in literis Cice. de se cõmendaticijs ad Lent. } Ipsa } quæ optime se nouit. } Narrare posset } haberet linguam, vt posset ipsa statum suum exprimere. } Quo modo } in quo statu. } Facilius } clarius. } Liberto } libertus is dicitur, qui cum esset seruus, manumissus est, & libertate donatus. } Ita est non modo prudens } intelligẽs, memor eorum, quæ vidit, aut audiuit. Nam prudentiæ tres sunt partes, intelligentia præsentium, memoria præteritorum, prouidentia futurorum. } Coriosus } solicitus, diligens in inuestigandis rebus } Quòd vidi } .i. quantum vidi, & cognoui. } Explanabit } planè declarabit. Id enim dicit dupliciter sibi prodesse, quod Phania omnia App. explanabit. } Id } .s. q̃ omnia tibi explanabit. } Ad breuitatem lit. } vt breuius scribam: prima cõmoditas. } Et ad reliquas res } .i. ceteras in rep. tractandas: secunda commoditas. } Prouidentius } aptius & vtilius. } De mea } dicit sua interesse aliquid scribere de suo erga Appium amore, licet Phania possit etiam aliquid referre. } Aliquæ meæ partes } aliquantulum mea interesse, & esse ex aliqua parte officium meum. } Persuade tibi } certissimum habe, confide. } Suauitates } delectationes ingenij, quo plurimum polles: ego autẽ valde delector ingeniosis. } Humanitatis } doctrinæ, officij, quod assidue præstas in seruanda amicitia nostra. } Tum } alia causa, quare habet ipsum amicissimũ: quia nouerit ipsum gratissimum acceptorum à se beneficiorũ. } Accidisse } euenisse. } Quæ profecta } .s. quæ collata sunt à me in te. } Quòd } quæres .i. quod omnia, quæ in te contulit, tibi acciderint gratissima. } Perficiam } consequar re ipsa, & affectu faciam. } Sarciam } reficiam, emendem. Translatio sumpta à vestibus, quæ scissæ & ruptæ, dicuntur resarciri. Terent. Adelph. Vestes scindit, resarcientur. ita per translationem dicuntur resarciri res, quæ sunt interruptæ & intermissæ. } Vsuram } vsum, fructum. } Qua } vsura. } Intermissa } interrupta, cessante. } Et gratia } beneuolentia. & hæc sunt, quibus vult resarcire usurã temporis .s. gratia ad amorẽ crebritate, & magnitudine, vt frequentiora, crebriora, & maiora fiant, quàm consueuerunt. } Id } vt resarciam & gratia, & crebritate, & magnitudine officiorũ. } Non inuita Minerua } non repugnante natura, & ingenio meo nam Minerua plerunque apud Cic. pro ingenio ponitur. Item Horat. Tu nihil inuita facies, dices ue Minerua. } Quoniam tu ita vis } quoniam ita tibi placet, & sentis, quòd non inuita Minerua omnia faciam. } Quam quidem } Mineruam .i. promptitudinem ingenij. } De tuis } scriptis, & officijs sumpsero .i. si sumpsero idem ingenij officium, quod præsto, non solum appellabo illam Mineruam tuam. } Pallida } hoc est suo nomine. } Sed Appiada } vt à te accipiat nomen, quasi dicat ingenium, & magnitudinem quandam Appianam. Appias autem habet formam patronymici ab Appio: hæc Appias Appiadis. } Cilix } laudat hunc libertũ. Serui enim plerunque à prouincijs accipiunt nomina, vt à Cilicia Cilix, à Syria Syrus, eadem nomina retinent facti liberti. } Minus notus } incognitus. } Sed vt } sed postquã. } Amoris } tui erga me, illis literis demonstrat. } Mirifice } valde. } Subsecutus } imitatus, nam sicut tu humane scripseras, ita & ipse humane mecum locutus est. } Suo sermone } quem mecum habuit de te. } Iucunda } grata. } Oratio } sermo. } Cum de } hoc est, cum maxime mecũ loqueretur, & quòd me amas, & q̃ de me quotidie honorifice loquaris. } Quos } sermones. } Haberes } diceres. } De me } de mea commendatione honorifice. } Biduo } duobus diebus, quasi dicat breui spatio temporis. } Ita tamen } subaudi est factis familiaris. & præponit Phaniam huic Cilici. } Sim desideraturus } expectaturus. } Quem } Phaniam. } Cum remittes } ex Cilicia. } Quod } remittere ipsum Romam. } Celeriter } breui. } Vt putabamus } quia sciebamus multa esse, quæ Romæ esses missurus. } Des mandata } ei mandes & committas. } Agi tractari. } L. Valerium } commendat ei amicum & familiarem suum. } Iurisconsultũ } iurisperitum & sapientem. Ita enim se appellabat, vt dictum est in vltima epi-

Liberius. Tres partes.

ftola

pistolæ primi libri. {Sed ita etiam} subaudi commendo. {Si} quamuis. {Non est} nam arrogabat sibi id nomen dicit ergo Cic. eum tibi commendo, etiam si non est is, quem profitetur. {Cauere} consulere, prouidere. {Quam ipse alijs} quia propter imperitiam iuris plerunque amittit causas quas suscipit defendendas. {Hominem} Valerium. {Intimis} propinquioribus, ab intra enim deducitur intimus. {Omnino} ostendit eum esse gratum erga Appium, quia gratias agit Appio de ijs, quæ erga eum fecit. {Idem} Lentulo. {Scribit} ad me ex Cilicia. {Literas} commendatitias. {Id} quòd meæ literę habebant magnum pondus apud te. {Ne eum fallat} ne hoc opinione decipiatur.

Intimus.

PHIL.

SI IPSA resp.} fuerat olim inter Cic. & App singularis beneuolentia, & iucundissima consuetudo, quæ aliquantulum intermissa, hic nunc literis reuocatur in gratiam. Meminit veteris inter se consuetudinis, & ita narrat omnia, vt simultatis oblitus esse videatur. App. in Cil. procons. & imperator erat exercitus. ad eum Phania se cōfert, cui dat Cic. ad Apppium literas breuiores, quàm instituerat, quoniam relaturum esse Phaniam omnia diligentius putabat, quæ in rep. gerebantur. Tangit adhuc quædam de amore suo in App. quem dicit esse sibi carissimum, & longi temporis vsurum, qua caruerunt literarum crebritate resarturum. Laudatur & item Phania, & in calce literarum ei L. Valerium commendat. Respub. Romu. apud Dion. inquit se audire multas esse apud Græcos, & Barbaros rerum publicarum formas, tres vero ex omnibus esse ab eis, qui vtantur, summe laudatas, nec vllam tamen earum esse sinceram, verum pestes adesse quasdam vnicuique ingenitas ita, ut difficilis fieret optima electio, videbatque eoa per otium consultantes dicere vtrum se ab uno gubernari, an à paucis vel lent, an constitutis legibus populo permittere reip. patrociniū. {Narrare} tanquam res animata. {Quo modo} quo in statu & fortuna. {Prudens} vt meminit omnia quæ vidit & audiuit in rep. Prudentiæ partes sunt memoria, intelligentia, & prouidentia. {Curiosus} diligens & accuratus ad indagandas, & perscrutandas res. {Id enim} quòd Phania sit ita prudens, & quòd facilius omnia explicabit. {Ad reliquas res} prouidentius. cum ea quæ sunt secreta eorum in repub. tractanda, quæ tuis literis committi non possint, ipse tibi omnia explicabit. {De mea autem beneuolentia} id nunc ipse non diceret, nisi simultas inter eos fuisset exorta intermissa amicitia. {Meæ partes} officia & effectus. partis enim numero pluratiuo, idem significant quod officium, vt meæ partes sunt, hoc est meum officium, & ad me attinet, ad me pertinet, mei muneris est. {Persuade} certissimum puta. Suademus facilia, persuademus difficilia. Et suadere facientis est, persuadere perficientis. {Ingenijs} optimæ naturæ. & est ἐπιχλιτόν. {Officij} quo me prosequeris. {Humanitatis} nunc mansuetudinem, quam Græci φιλανθρωπίαν dicunt, alias eruditionem significat. in qua significatione nunc etiam capere possemus, vnde humanitatis studia nuncupatur .s. eruditionis, quam παιδείαν Græci vocant, quod in Cat. maiore videtur accepisse, cum ait. Non solum Athenis cognomen deportasse se, sed prudentiam & humanitatem intelligo. Quod tamen aptius Varro demonstrauit. Praxiteles, inquit, qui propter artificium egregium nemini est paulum modo humaniori ignotus. {Vsuram} commercium illius temporis, quo simul vsi non sumus. Et vti ponitur pro viuere. Terent. dederis vnde vtatur. i. viuat. sic vsura dicitur etiam vita, vt est illud, Vnius vsura more gladiatoris isti vim dedisset. {Sarciam} reficiam, à scissis vestibus ducta metaphora, quæ resarciri dicuntur, quando scissę sunt. {Quoniam tu ita vis} ita videris petere à me. {Non inuita Minerua} non repugnante natura. Sic Maro: Quid faciam? crassa Minerua mea est. & Horat. Tu nihil inuita facies, dicesue Minerua. {Quam} Mineruam, & promptam naturā. {Non solum Pallada sed App.} allusit vtrique nomini Mineruæ: quæ etiam Pallas nominatur, & Appium: vnde à Minerua dixit Pallada, ab Appio Appiada, vt, q.d. ingenium quoddam Appianum, & Minerua à verbo, πάλλω, quod est quatio, Pallas nominata, & ab Appio Appias. Quod autem vim minuat Minerua nuncupatur. {Cilix} Phania. Errant qui alium credunt. Seruorum nomina multis sumebantur modis. Aut à nationibus, vt Cilix Mysiæ Syrus: aut à moribus, vt Pseudulus Dauus: aut à negotio, vt Dromo: aut ab accidentibus, vt Lesbia aut ex spē formæ, vt Pinatius. nec mutabant nomina, & si liberti fiebant. {Literarum tuarum} nota quòd sicut verba bene in fine adaurescunt, sic etiam pronomina. {Iucunda} quæ mihi lætitiam, & voluptatem attulit. {Quotidie} non semel, sed

Humanitas
Suadeo,
Persuadeo.

Vti,
Vsura.

assidue. {Quid quæris} quid opus pluribus. {Sed ita} s. tibi cōmendo. {Si non est iurisconsultus} quamuis non sit iureconsultus. id. n. sibi nominis arrogabat. {Cauere} prouidere, consulere. iocatur Tullius commēdando Vale. App. Erat homo fortasse non multum eruditus, ideo sic de ipso loquitur. Solet interdum cum amicis iocari, cum esset admodū facetus. in Lent. enim generum suum inquit. Quis generum meum gladio alligauit? Et in Vatin. consulem, Magnum, inquit, ostentum anno Vatinij factum est quod illo consule nec bruma, nec ver, nec æstas, nec autumnus fuit. Item in eundem, Volui in consulatu tuo venire, sed nox me comprehendit. Item semel interrogatus post Cæsaris victoriam, cur in electione partis errasset: respondit iocatus in Cęs. Præcinctura me decepit. Et item ad Cassium de Cæs. morte, Vellem idibus Martijs me ad cœnam inuitasses, profecto reliquiarum nihil fuisset: nunc me reliquię vestræ exercent. Plurimum his iocis Cic. delectatus est, ex quibus Tiro libertus libros fecit. Dicitur autem iureconsultus, & iurisc. à consultando appellatus, vnde etiam consultor. Sed consultus est, qui doctus, & sapiens dignus quidem à quo petatur consilium, tam participio quam nomine. Consultor vero, qui consilium dat alijs, & qui ab alijs consilium capit. {Hominem} illum L. Valerium. {Etiam atque etiam} pro vehementer: interdum etiam significat adhuc. Terent. Non satis me pernosti, etiam qualis sim Simo. Et alibi, Nil suspicans etiam mali.

De Cic. facetijs.

Iureconsf.
Consultor,
Consultus.
Etiam.

SI IPSA respub. &c.} hæc est prima 3. libri epist. ad App. Pulch. ad quem reliquæ fere scribentur. Est autem amicitiæ reconciliatiua, & imitatione digna. Primum commendat Phaniæ prudentiam, deinde amorem suum in Appiū modeste commemorat, & App. mirifice laudat: tum Cilicem, libertum eius, extollit, & demum Val. laudat. Sanè, quia Cic. Appio in Ciliciam successit, vnde 2. lib. epist. missæ sunt, constat argumenta tertij libri ante secunda argumēta euenisse. Vnde non contexitur hæc historia in epistolarum serie. Ordo autem verborū hic est. Si ipsa resp. posset narrare tibi o Appi quo modo ipsa haberet sese, tu posses facilius cognoscere. s. id ex ea, quàm ex Phania liberto tuo, ita. i. vsq; adeo, est ipse homo, non modo. i. non solum prudens, verum etiam, quod. i. quantum vidi, vir æquus. i. iustus, & curiosus. i. solers scrutator rerum. quapropter ille explanabit tibi omnia. s. negotia reipub. id enim est mihi, &. i. simul aptius ad breuitatem, & prouidentius. i. consultius ad reliquas res. Etsi. i. quanquam, tu potes cognoscere ex eodem Phania de beneuolentia mea erga te, tamen etiam aliquæ partes videntur meæ. i. ad me spectare, vt insinuem tibi. Enim. i. quia persuade tibi, sic te esse carissimum mihi, cum, scilicet, ita sit, quod propter multas suauitates ingenij, officij, humanitatis tuæ, tum, id est, multo magis, quòd intelligo ex literis tuis, & ex sermonibus multorum omnia quæ profecta sunt à me, in re. i. omnia beneficia, quæ in te contulerim, accidisse gratissima tibi. Quod. i. quæ res. s. omnia à me perfecta tibi gratissima accidisse, cum sit ita, ego perficiam profecto, vt sarciam .i. reficiam, hoc est reficiam profecto vsuram. i. vsumfructū, commercium, & mutuum nostri vsum longi temporis. s. quo, & qua vis potuissemus, & non sumus vsi per longum tempus, vtpote quo caruimus consuetudine. i. familiari conuersatione intermissa. i. ad tempus omissa, sarciam, inquit, & gratia, & crebritate. i. fauore eorum, & frequentia, & magnitudine officiorum. s. in re collocatorum, & ego puto me facturum id, quoniam tu vis. ita. s. vt id putem, Minerua. i. naturali industria mea, ac vi ingenij mei, non inuita. i. astipulante. Vnde Flaccus, Tu nihil inuita facies, dicesue Minerua. quam. s. Mineruam, si ego forte sumpsero de tuis. s. rebus ornandis, ego nominabo non solum Palada, vt vulgo dicitur, sed etiam Appiada, hoc est nomine à te ducto, vt sit Minerua Appias, aut quasi Appij filia, aut quòd ad Appium pertinens, nam forma patronymici fœminei sæpe pro possessiuo vtimur. Cilix. i. homo è Cilicia, non Phania, sed alter, libertus tuus, fuit mihi minus notus antea. sed vt reddidit mihi literas à te. s. missas, plenas, & amoris, & officij. i. honorifici obsequij, ipse subsecutus est. i. comprobauit sermone suo mirifice humanitatem literarum tuarū. Oratio eius fuit iucunda mihi, cum narraret mihi quotidie de animo tuo. s. in me, de sermonibus, quos haberes de me. Quid quæris. s. exitum rei ipse factus est mihi familiaris biduo, id est, spatio duorū dierum, ita tamen vt sim valde desideraturus Phaniam. ergo non idem est, quod Phileticus tamē asserit. quem, scilicet Phaniam, cum tu remittes Romam, quod facturus eras. s. cum hæc scriberemus, celeriter, vt putabamus, velim, sup. vt des ei mandata. i.

ASCEN.

vt dicunt, commissiones de omnibus rebus quas velles curari à me. Ego commendo tibi L. Valerium iurisconſ. quo nomine eum irrisit io vltima epist. t. libro quæ ideo forte ad finem huius erat ponenda, quòd non ſub Lentulo, ſed ſub Appio in Cilicia eſſet. vnde nunc addit. Sed ita ſup. commẽdo eum, etiã ſi non eſt iuriſconſultus. ego. n. volo cauere. i. conſulere, & prouidere melius ei, hoc addendo. poſſet. n. dicere Appius ſe nullũ Valerium iuriſconſultum illic noſſe. quàm ipſe ſolet. ſ. cauere alijs. ſ. quos defendit. Ego diligo hominem valde. ipſe eſt ex meis domeſticis, atque intimis familiaribus. Ipſe agit omnino tibi gratias. ſ. de impenſis beneficijs, ſed idem ſcribit meas literas habituras maximum pondus apud te. rogo te etiam, atque etiam ne id, quod ſcribit, fallas eum. Vale.

PAVLVA MAN. Voniam tu ita vis ʒ tibi placet officijs coli amicitiam noſtram: quod, ſi tibi nõ placeret, facerem inuita Minerua. qui ſi efficies, vt idem tuis quoque propinquis placeant, (tacite Appium hortatur, vt reliquos Clodios, ob veteres cum P. Clodio inimicitias infenſos, ſibi reconciliet) eandemq; Mineruam, quam abs te non inuitam habeo, ab ipſis accipiam: ego plane hoc non Mineruæ magis, quàm tibi referam acceptum, & iure eam non tam Pallada, vocatur quàm Appiada, de tuo nomine nuncupabo. Iocum autem Cicero quæſiuit in nominibus ſimiliter deſinentibus. ideo, quã Mineruam, dixerat, Pallada poſtea, cum Appiada vellet ſubiungere, appellauit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Veritus Cicero, ne Appij animum a ſe alienaret, quòd ei in prouincia ſuccederet, callide lenimenta quædam excogitat, quibus animũ illius, ut alibi ſcire licet, irritabilem placet, & ſibi conciliet. Deinde petit, ut prouinciam ei ita tradat, ut quam facillima ratione eam adminiſtrare poſſit.

CICERO PROCOS. S. D. APPIO PVLCHRO IMPER. 2

*CVM & contra uoluntatem meam, & præter opinionem accidiſſet, ut mihi cũ imperio in prouinciam proficiſci neceſſe eſſet: in multis, & uarijs moleſtijs, cogitationibusq; meis hæc una conſolatio occurrebat, quòd neq; tibi amicior, quàm ego ſum, quiſquam poſſet ſuccedere; neq; ego ab ullo prouinciam accipere, qui mallet eam mihi quam maxime *aptam explicatamq; tradere, quòd ſi tu quoq; eandem de mea uoluntate erga te ſpem habes: ea te profecto nunquam fallet. A te maximopere pro noſtra ſumma coniunctione, tuaq; ſingulari humanitate etiam atque etiam peto, & quæſo, ut, quibuſcunque rebus potes, (potes autem plurimis) proſpicias, & conſulas rationibus meis. uides ex S. C. prouinciam eſſe habendam. ſi eam, quoad eius facere potueris, quem expeditiſſimam mihi tradideris: facilior erit mihi quaſi decurſus mei temporis. quid in eo genere efficere poſſis, tui conſilij eſt. ego te, quod tibi ueniet in mentem mea intereſſe, ualde rogo. Pluribus uerbis ad te ſcriberem, ſi aut tua humanitas longiorem orationem *expectaret; aut id fieri noſtra amicitia pateretur; aut res uerba deſiderares, ac non* pro ſe ipſa loqueretur. hoc uelim tibi perſuadeas; ſi rationibus meis à te prouiſum eſſe intellexero, magnam te ex eo, & perpetuam uoluptatem eſſe capturum. Vale.*

apertam

expeteret

per

NVBE 2. Locus deprauatus, & nunquã ab alijs, vt in cæteris fecere, correptus. nec ui ſus tali.

CVM &c. ʒ ne quæras ordinem epiſtolarum. non. n. extat: nam ſupra Cic. in prouincia proconſulem fuiſſe legimus. nunc vero nondum profectum videmus. Succeſſit Appio, & illi priuſquam in prouinciam ſe contuliſſet, hac epiſtola blandiendum putauit. Sciebat enim Appium moleſte laturũ dari ſibi in prouincia ſucceſſorem, maxime Cic. cuius adminiſtratione eius laudes & bene geſta facile obſcurari poſſent. optabat etiam Appius in prouincia diutius permanere. Quapropter nunc Cic. contra voluntatem ſuam ſibi accidiſſe conatur oſtendere, vt in prouinciam proficiſcatur: ſed ad conſolationem ſuam hoc duntaxat, vnum, inquit, accedere, q nemo vnquam Appio ſuccedere potuiſſet, qui eſſet ei amicior, quã Cic. nec Cic. quiſpiam tradere prouinciam quam expeditiſſimam maluiſſet, quàm Appius. & ad id faciendum, & ad mutuum inter ſe amorem conſeruandum vehementer hortatur. Hanc ob cauſam Cic. in Ciliciam mittebatur, quoniam maximus Parthici belli timor inſtabat. ʒ Contra voluntatem ʒ inuitus enim ab vrbe diſcedebat. ʒ Cum imperio ʒ præeſſem exercitui, contra Parthos. * ʒ Hæc vna ʒ præcipua, & quaſi ſola. ʒ Occurrebat ʒ eueniebat, mihi veniebat in mentem. ʒ Quòd neq; ʒ hæc eſt illa cõſolatio. ʒ Qui mallet ʒ magis vellet quam tu. ʒ Explicatam ʒ liberam, omnibus controuerſijs ſolutam. ʒ Ab ullo ʒ à quoquam alio. Quod dixit quid ſperet ab Appio, nunc dicit quod ſi Ap. eãdem habuerit ſpem de eo, minime falletur. ʒ Ea ʒ ſpes. ʒ Nunquam ʒ pro non: vt, Nunquam hodie effugies, &, Nunquam hodie omnes moriemur inulti. poſſumus tamen intelligere nunquam. nullo tempore ʒ A te ʒ adiutat nunc ipſum App. vt ei tradat prouinciam explicatam. ʒ Quæſo ʒ rogo. ʒ Peto ʒ gratis exigo. ʒ Coniunctione ʒ amicitia. ʒ Proſpicias ʒ prouideas quod declarauit, cũ dixit, conſules. nã cõſulere hoc in loco pro prouidere accipitur. ʒ Rationibus ʒ vtilitatibus, & negotijs. ʒ Potes autem pl. ʒ parentheſis eſt. ʒ Ex. S. C. ʒ non mea voluntate, ſed quia ita ſenatus decreuit. ʒ Si eam ʒ ordo eſt, Si tradideris eam mihi quam expeditiſſimam, quod quidem facere poteris, quaſi decurſus mei temporis erit facilior. ʒ Quaſi d. ʒ adminiſtratio, tranſlatio eſt, ideo dixit quaſi. ʒ Quod q. ʒ quam rem ſ. tradere eam mihi expeditiſſimam. ʒ Tui conſilij ʒ tuæ deliberationis. i. tuum eſt conſulere & deliberare. ʒ In eo genere ʒ in hoc negotio componendæ, & expediendæ prouinciæ, quam mihi tradas. ʒ Ego ʒ ſenſus, & ordo eſt. Ego valde rogo te id, quod veniet tibi in mentem intereſſe mea, hoc eſt mihi eſſe vtile, & ad me pertinere. ʒ Veniet in mentem ʒ cogitabis. ʒ Pluribus ʒ dicit tribus de cauſis ſe nõ pluribus ad eum ſcribere. ʒ Si autem ʒ prima cauſa, humani enim viri non expectant longam orationem. ʒ Aut noſtra amicitia ʒ amico. n. ſatis eſt ſignificare, quid ab amico velit. ʒ Pateretur ʒ ſineret, permitteret. ʒ Id ʒ ſcribere ad te pluribus. ʒ Aut re ʒ tertia cauſa. i. ſi res egeret verbis, honeſta. n. res non eget multitudine verborũ, quia ſponte ſua ipſa ſe commendat. ʒ Ac non ʒ ſubaudi ſi. ʒ Ipſa ʒ res. ʒ Non loqueretur ʒ pro ſe, pro commendatione ſua: videtur autem honeſta res loqui pro ſe. quia inuitat, & quodammodo cogit homines ad ſe ſuſcipiendam aut faciendam. ʒ Hoc velim ʒ pollicetur remunerationem huius petitionis, ſi eam impetrauerit, quia Appius capitet magnam, & perpetuam voluptatem ex eo, quod fecerit: quia cognoſcet ſe præſtitiſſe officium grato viro.

PHIL. CVM &c. ʒ deſignatus Cic. imperator in Cilicia, & ſucceſſor App. cum eius ingenium noſſet, quòd ægre laturus eſſet dari ſibi ſucceſſorem, quia voluiſſet diutius eſſe in prouincia, & maxime Cic. qui ſingulari prouidentia potuiſſet laudes Appij, ſi quas eſſet adeptus in adminiſtratione prouinciæ, obſcurare: exiſtimauit Cic. hac epiſt. App. eſſe leniendum, & ſibi conciliandum. Itaque ad excuſationem ſuã oſtendit, quòd contra voluntatem ſuam & opinionem accidiſſet ei, vt imperator in Ciliciam proficiſceretur, ſuccederet Appio. in multis, & varijs moleſtijs ſuis hanc conſolationem accipit, quòd neque quiſquam poſſet ſuccedere Appio, qui eſſet ei amicitior quàm ipſe Cic. nec Cic. poſſet ſuccedere alij qui mallet ei tradere prouinciam liberam, & expeditam, quàm Appius quod quidem ita de ſe affirmat eſſe. hortaturque Appium, vt eodem modo erga eum ſit affectus, vt ei prouinciam tradat liberam, & expeditam, vt facilior ſit ei adminiſtratio. quod ſi fecerit, pollicetur, & affirmat fore, vt Appius magnam ex hac re capiat volupeatem. ʒ Contra voluntatem ʒ quia nolebam hoc negotium prouinciæ adminiſtrandæ, cum multo libentius eſſem Romæ. ʒ Opinionem ʒ quia nunquam opinatus eſſem, vt qui ſolitus ſum gerere conſulatum ad proconſulatum & minorem magiſtratum eligeret. ʒ Accid. ʒ eueniſſet. ʒ Cum imperio ʒ cum dignitare imperiali, & exercitu. ʒ In prouinciam ʒ Ciliciam, cui tu præes. ʒ Neceſſe eſſet ʒ cogeret ex S. C. ʒ In multis ʒ ad numerum, quia multas habebat moleſtias. ʒ Varijs ʒ diuerſis ad qualitatem. ʒ Neceſſe eſt ʒ quaſi cogeretur à ſenatu. Solatio
ʒ Conſolatio ʒ ſolatium & ſolamen in re eſt, conſolatio in verbis. Solamen
ʒ Occurrebat ʒ in mentem veniebat: alias obuiare ſignificat. Iuu. Occurrit matrona potens. Conſolatio Occurro.
ʒ Amicior ʒ ab eo, quod eſt amicus amicior, errant qui amicior dicunt. Quæſo.
ʒ Quæſo ʒ nunc rogantis eſt, alias obiurgantis. ʒ Quoad eius ʒ hoc eſt inquantum. Sic ini rhetor. Cum aſſenſione adiutorum, quoad eius fieri poterit.

ri poterit. {Coniunctione} familiaritate. {Rationibus} vtilitatibus, & negotijs. {Decursus} administratio prouinciæ μεταφορικῶς. {Tui consilij} ad te pertinet consilio tuo decernere. {Genere} expediendæ prouinciæ. {Pluribus} tres enim causas adducit non plura scribere oportere. {Rationibus} negotij, & est remuneratio beneficij, si hoc quod petit Cic. faciet Appius. magnæ enim voluptati est se cognoscere grato, & bono viro beneficium præstitisse, & sic à sensu contrario, magno dolori est ingrato, & malò viro beneficium præstitisse. {Magnam voluptatem} remuneratio, quæ secuta est, si quod petitum est, conferetur.

ACCEN.

CVM & contra &c.} argutissime significat Appium gaudere debere se illi successorem esse designatum, cum sciat Appium id minime velle, vel quod prouinciam sibi prorogari mallet, vel minorem successorem dari, ne Cice. sui nominis splendore & vitæ integritate, famam ac gloriam Appij deprimat. dicit ergo contra voluntatem suam accidisset: sed quia accidit, se curaturum, vt Appio gratum sit. Ordo est. Cum accidisset, &.i. pariter contra voluntatem meã, &.i. pariter præter opinionem, vt necesse esset mihi proficisci in prouinciam supp. tuam, quod tamen non dicis, cum imperio.i. tanquam imperatori, hæc vna consolatio, quam dicturus est, occurrebat mihi in multis, & varijs molestijs, & cogitationibus meis, videlicet quòd neque quisquam amicior. Errant ergo qui amicitior dicunt. tibi, quam ego sum: posset succedere tibi, neque ego, sup. possem accipere prouinciam ab vllo, qui mallet, id est, vellet magis.s. quam tu, tradere mihi eam, quammaxime.i. summe aptam & explicatam, id est, euacuam, & expeditam omnibus curis & impedimentis. Quod si tu quoque habes eandem spem de voluntate mea erga te, profecto ea.s. spes, nunquam fallet te. Ego peto à te, & quæso.i. quæro, maximopere.i. maxima diligentia, & opera, etiam atque etiam.i. iterum atque iterum, pro summa nostra coniunctione, & tua singulari humanitate.i. propter vel per summam coniunctionem nostram, & singularem humanitatem tuam, vt prospicias & consulas rationibus.i. rebus meis in prouincia obeundis quibuscunque rebus tu poteris, poteris autem plurimis. Tu vides, quia scit ei scriptum esse prouinciam esse habendam.i. oportere haberi à me, ex S.C. si tradideris mihi eam expeditissimam .i. minime implicatam, quod quidem poteris facere, facilior erit mihi quasi decursus, id est, leuis transitus, mei temporis. Est tui consilij.i. pertinet ad consilium tuum prospicere, quod possis efficere in eo genere. Ego rogo valde te.s. vt facias id. quod veniet tibi in mentem.i. quod considerabis interesse.i. an vtilitate esse mea. Ego scriberem ad te pluribus verbis, si aut humanitas tua expectaret orationem longiorem, aut nostra amicitia pateretur id fieri, aut res desideraret verba, ac ipsa.s. res non loqueretur pro se. Ego velim supp. vt persuadeas tibi, hoc, si intellexero esse prouisum.i. consultum, rationibus.i. rebus meis à te, te capturum ex eo.i. ex ea re voluptatem magnam, & perpetuam.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petit, ut si quos milites Appius nondum dimiserat, eos uero ne nunc dimittat, ne uacuam prouinciam obtineat. senatum enim negare ullam conscriptionem militum.

CICERO PROCOS. S. D. APPIO PVLCHRO IMP.



AD XI. kalē. Iun. Brundusium cum uenissem, Q. Fabius, legatus tuus, mihi præsto fuit, eaq; me ex tuis mandatis monuit, quæ non modo mihi, ad quem pertinebant, sed uniuerso senatui uenerant in mentem, præsidio firmiori opus esse ad istam prouinciam. censebant enim omnes ferè, ut, in Italia supplimentum meis, & Bibuli legionibus scriberetur. id cum Supplicius consul passurum se negaret, multa nos quidē questi sumus; sed tantus consensus senatus fuit, ut mature proficisceremur, parendum ut fuerit: itaq; fecimus. Nunc, quod a te petij literis ijs, quas Romæ tabellarijs tuis dedi, uelim tibi curæ sit, qua successori coniunctissimo, & amicissimo commodare potest is, qui prouinciam tradit, ut ea, pro nostra constantissima uoluntate erga te, cura, ac diligentia tua complectare: ut omnes intelligant, nec me beneuolentiori cuiquam succedere, nec te amiciori potuisse prouinciā tradere. Ex ijs literis, quarum exemplum ad me misisti, quas in senatu recitati uoluisti, sic intellexeram, permultos a te milites esse dimissos: sed mihi Fabius idem demonstrauit, id te cogitasse facere, sed, cum ipse a te discederet, integrum militum numerum fuisse. id si ita est; pergratum mihi feceris, si istas exiguas copias quas habuisti, quam minimum imminueris. qua de re S.C. quæ facta sunt, ad te missa esse arbitror. equidem pro eo, quanti te facio, quidquid feceris, approbabo: sed te quoq; confido ea esse facturū, quæ mihi intelliges maxime esse accōmodata. Ego C. Pōtinium, legatū meum, Brundusij expectabā: eumq; ante kal. Iun. Brundusium uenturum arbitror. qui cū uenerit; * quæ primum nauigandi nobis facultas data erit. ea utemur. Vale.*

* consociatissima

* cum

HVBER.

AD XI. cal.} electus imperator, vt diximus, Cic. proficiscens in Ciliciam, cum esset Brundusij, dicit se edoctum à Q. Fabio legato Appij ex eius mandatis, opus esse pluribus militibus ad tuendam prouinciam: rogabaturque, vt daret operam, vt hi milites mitterentur. Itaque scribit hoc venisse in mentem non sibi, ad quem pertineret, sed vniuerso senatui, seque id diligenter agitasse antequam discederet Roma, sed nihil potuisse confici ante discessum, quia omnes instabant vt celeriter discederet. Postea vero rogat App. sicut in præcedenti epistola, vt studeat ei tradere prouinciam quam expeditissimam. Deinde quia scripserat App. ad senatum se dimisisse multos milites, Fab. autem dixerat ei nondum dimisisse, sed tantummodo cogitasse dimitteret, rogat eum, vt si nondum dimisit, nolit vllo pacto dimittere, nec velit imminuere vllas paruas copias, quas habet, ne Cic. inueniat postea prouinciam vacuam, & spoliatam militibus. quod à senatu ita decretum esse dicit. Postremo dicit se nauigaturum Ciliciam versus, cum primum C. Pontinius legatus suus venerit Brundusium. {Brund.} oppidum est, auctor Pomp. Mela, in Calabria. {Mihi præsto fuit} mihi præsto se obtulit. {Ex mandatis tuis} secundum mandata tua, ita enim ei mandaueras. {Ad quem pertinebant} qui debuerant hæc multo magis, quàm alij cogitare. {Firmiori} validiori. {Præsidio} militum munitione. nam, vt supra diximus, quę ad tutelam locorum ponuntur præsidia appellamus à præsidendo, quod ante ponantur, quàm periculum adueniat. Nam subsidia dicuntur, quę laborantibus periculo mittuntur, ergo firmiori præsidio, maiori copia militum. {Istam} vbi tu es, & subaudi, tuendam. {Censebant} dicit quo pacto venerat in mentem senatui: quia ferè omnes iudicabant vt milites conscriberentur in Italia, qui supplerent legiones & Bibuli, & Cic. {Censebant} iudicabant. {Scriberetur} verbum militare, scribi enim & conscribi dicuntur milites, qui ad militiæ stipendium capiuntur. {Supplementum} quia cum legiones cōtinerent sex millia sexcentos sexaginta sex milites, interdum deerat legitimus numerus: & qui conscribebantur ad supplendas illas legiones, dicebantur supplementum. {Meis} quas habeo in Cilicia. {Bibuli} qui præest Syriæ, quæ est meæ prouinciæ finitima. {Se passurum} se permissurum, vt scriberetur supplementum. {Nos} ego Cic. {Multa} multum. {Sed consensus} communis voluntas, & concors sententia. {Vt proficisceremur} vt discederemus Rom. & veniremus in Ciliciam. {Parendum vt,} id est, vt obediendum, & obsequendum fuerit. {Itaque} duæ sunt dictiones, id est, & ita fecimus, quia celeriter discessimus facta nulla conclusione de hoc supplemento conscribendo. {Literis} superiorem epist. significat, in qua idem petiuit. {Commodare} commodum facere, vt notauimus supra in epist. quæ incipit, Literas à testatore. {Tradit} finito magistratu, qui potest, si vult facere multa commoda successori. {Ea} quæ potest accommodare. {Complectare} conficias. {Pro nostra} adiurat eum. {Exemplum} copiam, vt vulgo dicitur, literarum enim quas ad senatum App. scripserat, miserat etiam exemplum ad Cice. {Recitari} pronuntiari.

Præsidia. Subsidia.

Scribo. Conscribo. Lego. Supplementum.

§Dimissos§ licẽtiatos.gratia.n.declarationis vtor verbis minus vsitatis. §Demonstrauit§ significauit, narrauit. §Cogitasse§ deliberasse,in animo dimittere. §Integrum§ nulla ex parte diminutum, nullis adhuc militibus dimissis. §Cum discederet à te§ nam quid post eius discessum feceris, non satis sciri potest. §Id si ita est§ vt adhuc sit integer numerus militum. §Istas copias exiguas§ istum tuum paruum exercitum. §Quamminimum§.i.nulla omnino ex parte. §Imminueris§ pro imminues,dimittendo aliquos. §Qua de re§.s.vt non diminuas istas copias. §Quæ facta.s.§ quæ senatus decreuerit. §Pro eo,quanti te facio§ pro tanto,quãti te facio.i.pro meo erga te amore,pro tanto quanti te existimo. §Approbabo§ laudabo,affirmabo,ratum habebo. §Quicquid§ siue bene,siue male factum. §Accommodata§ vtilia. §Facultas§ potestas. §Ea§ facultate.

ASCEN.

AD xj. &c. § significat se solicitasse sicut Appij legatus monuerat, vt supplementum præsidij firmioris pro tuenda prouincia scriberetur. Deinde rogat Appium ea curet, quæ sibi conducibilia norit. Demum tacite innuit,ideo supplemento opus esse,quòd intellexerat Appium multos dimisisse. Ordo est. Cum ego venissem Brundusium.i. in eam vrbem maritimam Italiæ,ad xj.cal.Iunias, Q. Fab.legatus fuit mihi præsto.i.præsens,& monuit me ex tuis mandatis,ea quæ venerant in mentẽ,non mihi,ad quem pertinebant sed vniuerso senatui,videlicet opus esse ad istam prouinciam.s. quam regis,vtpote Ciliciam curandam,præsidio.i.protectione & custodia militum fidelium, firmiori.s.quàm habes: Enim.i. quia,omnes fere.s.patres conscripti,censebant.i.iudicabant, vt supplementum scriberetur in Italia,legionibus meis.i.mihi decretis,& legionibus Bibuli.i.Bibulo,vt Antiochiam ducat,assignatis. Idque.i.& id,cum Sulpicius consul.s.anni illius,negaret se passurum id.i.talem descriptionem militum, nos quidem.i. certe,questi.i.conquesti sumus multa, sed tantum consensus senatus fuit,vt proficisceremur.s.in prouinciam, mature,i.celeriter,vt fuerit parendum.i.vt necesse fuerit parere senatui, & nos fecimus ita.i.statim profecti sumus. Nunc velim id sit tibi curæ,quod petij à te ijs literis,quas dedi Romæ tuis tabellarijs,vt complectare.i.suscipias pro nostra constantissima voluntate, erga te cura & diligentia tua,ea,quæ is, qui prouinciam tradit, potest commodare.i.commode facere, successori sup.sibi coniunctissimo.s.necessitudine amicitiæ,vt omnes intelligant, nec me potuisse succedere cuiquam beneuolentiori,nec te potuisse tradere prouinciam amiciori.i.magis amico homini. Ego intellexeram ex ijs literis, quarum exemplum.i. quod dñt duplũ, & imperiti copiã misisti ad me, & sup. quas voluisti recitari in senatu sic, videlicet per multos milites esse dimissos à te. Sed idem Fab.s.legatus tuus demonstrauit mihi, te cogitasse facere id,sed integrum numerum militum fuisse,cum ipse discederet à te. Sed.i.ita,si dimiseris multos,tu feceris mihi pergratũ, si imminueris quàm minimum.i.valde parum,& quàm minime potes istas.s.tuas copias.s.militum exiguas.de qua re ego arbitror missa esse ad te ea,quæ facta sunt S. C.i. per decretum senatus, super ea re consulti. Equidem,ego quidem, approbo quicquid feceris pro eo.i.tanto,quanti te facio, sed ego confido te quoq; facturum sup. esse ea quæ tu intelliges esse accommodata mihi maxime. Ego expectabam Brundusij C. Pontinum legatum meum.i.ad Ciliciam regendam mihi datum, & arbitror eum venturum Brundusium ante cal.Iun.q.d.intra decem dies.qui cum venerit,cum.i.vbi primum facultas nauigandi erit data.s. à Deo,& natura nobis,nos vtemur ea.

PAVLVS MANVTIVS.

PRo nostra constantissima voluntate erga te§ nihil muto. Cicero enim id agit,vt ostendat, etsi Appij consuetudine propter inimicitias P. Clodij nõ sit vsus, nunquam tamen ei se fuisse inimicum, neque suam in illum pristinam voluntatem unquam fuisse immutatam.epistola etiã huius lib. 9 ita scribit, Conscientiam meæ constantis erga te voluntatis.itaque de hac lectione non arbitror esse dubitandum. §C.Pontinium legatum§ Ciceronis Ciliciæ proconsulis quæstores fuere L.Messinius,C.Cœlius;legati Q.Cicero,eius frater,C.Pontinius,M.Anneius,L.Tullius:tribunus mil.Q.Fufidius: prefectus euocatorũ Antonius:præfectus fabrũ Q.Lepta: scriba M.Tullius. accẽsus Pausanias:interpres M.Marcilius.de quæstoribus legitur in his ep.l.2.13.16.de legatis.l.15.de tribuno mil.l.13.epi.12.de prefecto euocatorũ l.3.de præfecto fabrũ l.3.de scriba l.5.& ad Atticum.de accẽso l.3.de interprete l.13.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

De mutuo Ciceronis & Appij amore extant in hac epist. testimonia.

CICERO PROCOS. S. D. APPIO PVLCHRO IMP. 4

*PRidie non.Iun.cũ essem Brundusij,literas tuas accepi: quibus erat scriptum, te L.Clodio mãdasse, quæ illum mecum loqui uelles. cum sane expectabã, ut ea, quæ a te afferret, quamprimum cognoscerem. Meum studium erga te,& officium,tametsi multis iam rebus spero tibi esse cognitum, tamen in ijs maxime declarabo, quibus plurimum significare potuero, tuam mihi existimationem, & dignitatem carissimam esse.mihi & Q.Fabius Virgilianus,& C.Flaccus L.F.& diligẽtissime M.Octauius Cn.F.demonstrauit, me a te plurimi fieri: quod egomet multis argumentis iam antea iudicaram, maximeq; illo libro augurali, quem ad me,amantissime scriptum, suauissimum misisti. mea in te omnia summæ necessitudinis officia constabunt. nam cum te ipsum, ex quo tempore tu me diligere cœpisti, quotidie pluris feci: tum accesserunt etiam coniunctiones necessariorum tuorum duos enim duarum ætatum plurimi facio, Cn.Pompeium, filiæ tuæ socerum,& M.Brutum,generum tuum. collegij quoq; coniunctio, præsertim tam honorifice a te approbata, non mediocre uinculum mihi quidem attulisse uidetur ad uoluntates nostras copulandas. Sed,si Clodiũ conuenero ex illius sermone ad te scribam plura:& ipse operam dabo,ut te quamprimum uideam. Quod scribis, manendi tibi causam eam fuisse, ut me conuenires: id mihi, * ne mentiar, gratum est. Vale.*

HVBER.

PRIDIE§ cum Cic. adhuc esset Brundusij, dicit se expectare Lent. Clod quem App. scripserat se ad eum mittere cum multis mandatis suis,vt intelligat quid afferat ab ipso App.& quamuis existimet animum amoremq; suum in App. esse ei satis cognitum: tamen dicit se declaraturum in ijs, in quibus poterit maxime sibi esse curæ,eius auctoritatem, & dignitatem. Addit etiam intellexisse à quibusdam, quos nominat in epistola, se plurimi fieri ab App. quod etiam multis signis dicit se intellexisse,sed præcipue quia App.ad eum Auguralem librum scripsisset. Itaque pollicetur se omnia pro eo facturum,quem vt amet, dicit multas esse causas, quas commemorat. §Pridie non.§ quarto die Iunij. §Mandasse§ mandata dedisse, commisisse. §Quæ§ subaudi ea. §Illum§ Clod. §A te afferret§ quæ nomine tuo esset mihi narraturus. §Studium§ promptam voluntatem,animum. §Maxime§ præcipue. §Significare§ ostendere. §Existimacionem§ auctoritatem. §Egomet§ etiam sine demonstratione eorum. §Argumentis§ signis. §Augurali§ in quo de iure augurali tractasti.nã in eo erat App. peritissimus. §Amantissime§ cũ summo amore. §Necessitudinis§ amicitiæ. §Cõstabunt§ apparebunt.nã dicit quare oĩa necessitudinis officia debeãt in eũ cõstare, quia ex quo incepta est inter eos beneuolẽtia,Cic. non solũ eũ propter ipsum semper pluris fecit,sed etiã propter Põp.& Brutũ, qui essent ipsi Appio affinitate cõiuncti. §Accesserũt§ additæ sunt. §Duos.n.§ declarat qui sint hi necessarij. §Duarũ ætatũ.§ Põp.n.iam senex, Brutus aũt iuuenis erat. §Socerũ§ nã filio Põp.nupserat filia Appij,altera Bruto §Collegij cõiunctio§ quia Cic.& Ap. fuerant collegæ in collegio augurũ. §Honorifice§ quia super me honorasti,vt supra in epist.quæ incipit. Raras tuas,vbi dicit de App.præsertim in ipsa collegij & laude & scientia studiosum mei. §Non mediocre§ maximum. §Copulidas§ coniungẽdas. §Ex sermone§ s.in sermonẽ illius i.s.in ea,quæ mihi retulerit nomine tuo. §Manẽdi§ in Cil.diutius q̃ fueras facturus. §Eam causam§ eũ respectũ, vt conuenires,alloquereris me priusquã istinc discederes. §Ne mentiar§ vt verum dicã. Scripserat App.se fuisse discessurum citius ex prouincia,nisi expectasset Cic.cũ quo loqui volebat,eaq; causa se mansisse diutius.quod Cic.scribit sibi gratum fuisse.

ASCEN.

PRIDIE no.&c.§ rursus indicat bñuolentiã suã in App. Pulchrũ,cõmemoratque se grauiũ virorũ testimonio cõprobatũ habere App.in se amorẽ.quapropter multas cãs affert,cur App.nõ vulgariter colat. Ordo est. Ego accepi

lr̃as tuas pridie.i.die immediate præcedēte no. Iunij, quæ sunt V. eiusdem mēsis die, cum essem Brundusij. ergo nondū discesserat illinc. quibus erat scriptum te mandasse L. Clodio sup. ea quæ velles illum loqui mecum. Ego expectabam sanè.i. multum eum.s. Clodium, vt cognoscerem quam primum.i. valde celeriter, ea quæ afferret.s. in mandatis à te. Tametsi ego spero meum studium erga te & officium esse iam cognitum tibi multis rebus tamen ego declarabo.s. studium & officiū meum erga te. Maxime in rebus, quibus potero significare, plurimum.i. abundantissime, existimationem.i. iudicium, & auctoritatem tuam, & dignitatem tuam, esse carissimam mihi. Q. Fab. Virgilianus, & C. Flaccus filius Lucij, sup. demonstrauerunt, & M. Octauius filius Cnæi.s. Octauij monstrauit diligentissime, me fieri.i. æstimari, plurimi.i. maximo prætio, aut virum maximi pretij à te. Quod.i. quam rem egomet, hoc est ego per me ipsum iudicaram pro iudicaueram ante multis argumentis.i. approbationibus, aut medijs approbandi, & maxime illo libro augurali.i. de arte augurandi. quem scriptum amantissime ad me.i. ad illustrationem nominis mei, tu misisti mihi suauissimum.i. iucundissimum. Omnia mea officia necessitudinis.i. coniunctionis necessariæ tecum constabunt.i. euidentia erunt in te, summa.i. maxima. Vnde licet nō apte dixeris omnia summa officia, quod cum non penitus absurdum sit, tamen aptissime dicere licet omnia officia mea constant, aut sunt in te summa. Nam cum.s. ita sit, quòd ego feci quotidie pluris te ipsum, ex sup. eo tempore.i. post id tempus, quo tempore tu cœpisti diligere me, tum.i. multo manifestius, accesserunt etiam coniunctiones.i. deuinctiones necessariorum tuorum. Ego enim facio plurimi, duos.s. viros, aut proceres duarum ætatum.s. Cn. Pompeium socerum filiæ tuæ, quia filia tua nupsit filio eius, & ita Pomp. iam seniorem, & M. Brutum generum tuum.i. cui filia tua nupsit, & ita iunior est. Vnde eos duarum ætatum dixit. coniunctio.i. commercium aut societas, collegij.s. auguralis, præsertim approbata à te.s. in lib. tuo aut scientia, & vita tua, tam honorifice, videtur mihi quidem attulisse non mediocre, immo ingens vinculum, ad copulandas voluntates nostra. Sed si ego conuenero.i. adiero Clodium.s. Lent. non Publium qui summus inimicus Cic. erat. ego scribam plura ad te ex sermone illius, & ipse.i. ego dabo operam, vt videam te quamprimū.i. valde cito. Quod scribis eam fuisse tibi causam manendi.s. in prouincia, vt conuenires me.i. loquereris mecum, id mihi gratum est, ne mentiar, si aliter dixero.

GIBERTI LONGOLLI LEMMA.

Collaudat Appij uoluntatem, quòd eius rationem in prouincia accipienda habuisset. nam id superioribus literis petierat. Deinde se iter ad Appium directurum, quocunque ille uellet, scribit.

CICERO PROCOS. S. D. APPIO PVLCHRO IMP. 5

*TRALLES ueni ad vi. kal. Sext. ibi mihi præsto fuit L. Lucilius cū literis, mandatisq; tuis: quo quidem homine neminem potuisti nec mihi amiciorem, nec, ut arbitror, ad ea conoscenda, quæ scire uolebam, aptiorē, prudentioremue mittere. ego autem & tuas literas legi libenter, & audiui Lucilium diligenter. Nunc, quoniam & tu ita sentis; (scribis.n. quæ de nostris officijs ego ad te scripserim, etsi ea iucunda fuerunt, tamen, quoniam ex alto repetita sint, non necessaria te putasse) & reuera, confirmata amicitia, & perspecta fide, cōmemoratio officiorū supernacanea est: eam partem orationis prætermittam. tibi tamen agam, ut debeo; gratias. animaduerti enim & didici ex tuis literis, te omnibus in rebus habuisse rationem, ut mihi consuleres, restitueresq;, & præparares quodam modo omnia, quo mea ratio facilior & solutior esse posset. hoc tuum officium cum mihi gratissimum esse dicam; sequitur illud, ut te existimare uelim, mihi magnæ curæ fore, atq; esse iam, primū ut ipse tu, tuiq; omnes, deinde etiam ut reliqui scire possint, me tibi esse amicissimū. quod quibus adhuc non satis est *perspectum, ij mihi nolle magis hoc animo nos esse, quàm non intelligere uidentur. sed profecto intelligent. neque enim obscuris personis, nec paruis in causis res agetur. sed hoc fieri melius, quàm dici, aut scribi, uolo. Quod itinerum meorū ratio te non nullam in dubitationē uidetur adducere, uisurus ne me sis in prouincia: ea res sic habet. Brundusij cum loquerer cum Phania liberto tuo, ueni in eum sermonem, ut dicerem, me libenter ad eam partem prouinciæ primum esse uenturū, quò te maxime uelle arbitrarer. tunc mihi ille dixit, classe te uelle decedere: per fore accommodatum tibi, si ad Sidam, maritimam partem prouinciæ, nauibus accessissem. dixi me esse facturum: itaq; fecissem, nisi mihi L. Clodius noster Curcyre dixisset, minime id esse faciendum: te Laodiceæ fore ad meum aduentum. erat id mihi multo breuius, multoq; cōmodius, cum præsertim te ita malle arbitrarer. tua ratio postea est commutata. nunc, quid fieri possit, tu facillime statues. ego tibi meum cōsilium exponam. *Prid. kal. Sext. puto me Laodiceæ fore: ubi perpaucos dies, dum pecunia accipitur, quæ mihi ex publica permutatione debetur, cōmorabor. deinde iter faciam ad exercitum: ut circiter idib. Sext. putē me ad Iconium fore. sed, si quid nunc me fallit in scribendo, (procul.n. aberam ab re ipsa, & locis) simul ac progredi cœpero, quàm celerrimis potero, & quàm creberrimis literis faciam, ut tibi nota sit omnis ratio dierū, atq; itinerum meorum. oneris tibi imponere nec audeo quidquam, nec debeo: sed quod tuo commodo fieri possit, utriusq; nostrum magni interest, prius ut te conueniam, quàm decedas. quam facultatem si quis casus eripuerit; mea tamen in te omnia officia constabunt, non secus, ac si te uidissem. Tibi de nostris rebus nihil sum ante mandaturus per literas, quàm desperaro coram me tecum agere posse. Quod te a Scæuola petijsse dicis, ut, dum tu abesses, ante aduētum meum prouinciæ præesset: eum ego Ephesi uidi; fuitq; mecum familiariter triduum illud, quod ego Ephesi commoratus sum: nec ex eo quidquam audiui, quod sibi a te mandatum diceret. sane uellem potuisset obsequi uoluntati tuæ: non enim arbitror noluisse. Vale.*

perspicuū. propter

TRALLES} significat Cic. se accepisse App. lr̃as, quas libenter legerit, & audiuisse diligenter L. Lucilium, quē App. ad se misisset, cum multis mandatis. quem hominem plurimum laudat, agitque gratias App. de officijs inter se collatis. Deinde ostendit quanti faciat, quòd cognouerit App. consuluisse eius rationibus administrandæ prouinciæ, sicut ab eo petiuisse duabus epistolis superius declaratis. Et quoniam scripserat in præcedenti epistola se ea causa remansisse in prouincia, vt conueniret Cic. & literis, quibus nunc respondet, dicebat se nunc dubitare, quod iter esset facturus: Cic. profecturus in prouinciam dicit se accommodaturum iter suum ad voluntatem Appij. paucis tamen ostendit, quod iter facere instituerit, seq; secundū processum facturum certiorem ipsum App. de omni ratione suorum itinerū. magniq; interesse dicit prius, vt colloquātur, quàm ipse discedat. Postremo quoniam scripserat Ap. & rogauerat Sceuolam quendam, vt vellet præesse prouinciæ se absente, donec Cic. venisset, caute, & honeste ostendit Cic. id non esse verum, quia inuenit hunc Sceuolam Ephesi, neque ei aliquid de ea re dixit, quod fecisset, si fuisset verum, quòd App. ab eo id petiuisset. {Trallis} vrbs Asiæ sita est in vertice quodam plano, qui promontorium natura munitum habet: cuius circuitus satis bene septus est ea optime habitatur, & ab omnibus opulentis, si qua alia Asiaticarum vrbium. hanc autem ab Argiuis conditam dicunt, & à Thracibus quibusdam. Hæc Strab. libro 14. quo etiam auctore sunt aliæ Trallis in Phrygia Meandrum fluuium transeunti, in medio ferè itinere, vbi sunt Cariæ fines. Declinatur autem tantum pluratiuo numero, & mittit tam nominatiuo quam accusatiuo in is tantum, sicut Alphis, Syrtis, Sardis, auct. Prisc. {Quo homine}

HVBER. Trallis.

ne} laudat hunc L. Lucillum. }Aptiorem} magis idoneum. }Cognoscenda} .s.mihi. }Scire} intelligere ex mandatis tuis. }Prudentiorem} quem vulgo dicimus magis discretum. }Nũc autem} scripserat Cic. de officijs inter se & App. mutuo collatis antea, quæ App. super vacanea esse dicebat, quia confirmata amicitia non est opus hac cõmemoratione officiorum. Itaque nunc Cic. confirmat ita esse, & ideo nullam facit amplius de eis mentionem, tantum agit ei gratias. }Nunc} ordo est, Nunc eam partem orationis prætermittam, quoniam tu ita sentis, scribis.n. &c. }Sentis} iudicas, ita tibi videtur. }Scribis enim} per parenthesim omnia dicta sunt vsque ad eum locum eam partem orationis. }Ex alto} ex remoto, longe. }Repetita} inchoata. }Et re vera} ex persona sua confirmat sententiã Ap. dicit enim re vera ita est, inter eos, qui habent inter se firmam amicitiam, & qui fidem mutuam perspexerunt, superuacaneum est commemorare præterita officia. }Eam partem orationis} de commemoratione officiorum. }Animaduerti} perspexi, didici, intellexi. }Rationem} considerationem. }Consuleres} prospiceres, prodesses. }Restitueres} ordinares. }Ratio} via, modus administrandæ prouinciæ. Solutior, liberior, expeditior. }Officiũ} præparationis & ordinationis rationum prouinciæ. }Sequitur} consequẽs est. nam si est mihi gratissimum, quod fecisti pro me, consequenter debes existimare te esse mihi magnæ curæ. }Primum} duplici ratione dicit eum sibi magnæ curæ esse, primum vt ipse Ap. & eius propinqui: secũdo vt & ceteri omnes intelligant; quòd sit ei amicissimus. }Quod} me esse amicissimum tibi. }Quibus} antecedens est ij, vt sit ij, quibus non est. }Satis perspectum} bene cognitum. }Magis nol.} magis dolere, & non esse contenti. }Hoc animo} ita amico & coniuncto. }Quàm non intelligere} quia re vera intelligunt, quo animo simus, sed quia dolent, nolunt clare intelligere. }Intelligunt} etiam inuiti. }Res agetur} ostendetur beneuolentia. }Obscurus} ignobilibus: in quibus minus apparent beneficia collata. }Paruis} parui põderis, sed in maximis. }Sed hoc} .i.malo hæc rebus & effectu ostendere, quam verbis. }Fieri} à me, quod respõdet alij parti epistolæ Appi. }Ratio} dispositio, institutio. }Adducere in dubitationem} facere te dubitare. }Sis visurus me} antequam discedas. }Ea res} .s.ratio meorum itinerum. }Brundusij} dicit nũc nõ satis esse certum, quod iter faciat, vt conueniat Appium: quoniam Phania eius libertus dixerat eum discessurum naui. Itaq; fore accommodatum si Cic. ad illam maritimam partem accessisset & nauigasset ex qua esset discessurus Ap. quod cum ita instituisset Cic. facere, ostendit se postea aliter se intellexisse à Lent. Clod. qui fuerat ab Ap. ad Cic. cum multis mandatis missus. ab eo enim intellexit Cic. Appium fore Corcyræ ad aduentum suum. quod quidem erat commodum Cic. quia iter erat breuius. Postea vero dicit Appium mutasse propositum itineris prius instituti, permittit tamẽ ei, vt statuat quid fieri possit. }Quò} ad quam partem. }Te velle} .s.me venire. }Classe} nauibus. }Perfore} futurum, subaudi dixit. }Accommodatum} vtile, & commodum .s. tibi. }Maritimam} vicinam mari. }Partem} vnde eras discessurus. }Itaque} duæ partes, hoc est & ita fecissem. }Corcyræ} aduerbialiter ponitur .i.cum esset Corcyræ, quæ insula est in mari Ionio olim Phæacum patria Alcinoi regis. }Minime} nullo pacto. }Id esse faciendum} vt accederem ad illam partem maritimam. }Te Laodiceæ fore} .i.te futurum Laodiceæ, subaudi nisi dixisset. est autem Laodicea vrbs Syriæ, teste Pomp. Mela, in ea parte, cui Antiochiæ cognomen est. }Id} venire Laodiceam. }Cõmodius} aptius. }Te ita malle} .i.potius velle, q̃ id, quod dixisset Phania. }Arbitrarer} quia mihi ita dixerat Lent. vir prudentissimus, cui mandata dederas. }Tua ratio} tuũ propositum }Statues} iudicabis. }Possit fieri} an possis me videre an non, quia id erit secundum rationem tui discessus. }Consilium} deliberationem. }Accipitur} à me. }Ex publica permutatione} quia illic erat accepturus pecuniam, quæ postea Romæ erat reddenda ei, qui mutasset. ita.n. iusserat senatus. ideo dixit, ex publica permutatione, quod vulgo dicimus per literas cambitionis. }Deinde} postquam accepero dictam pecuniam. }Iconium} oppidum Cappadociæ, optime oĩm habitatum, fortunatiorem regionem habens. alterum est in Asiæ in Ponti ca regione apud Trogetem lacum, auctor Strab. }Si quid fallit me} si quid erro. }In scribendo} .s.itinere, quod sum facturus. }Procul} parenthesis. }Simul ac} postquam, vt primum. }Progredi} procedere vlterius prouinciam versus. }Quàm creberrimus} pluribus }Oneris} significat Cic. latenter Appium fugere, ne conueniatur. ideo dicit magni interesse, vt conueniat, &

Corcyræ.

Iconium,

colloquantur, sed non audere tamen ei instare, *nisi quantum* commodo eius fieri possit. }Nec debeo} quia non sum ita de te meritus, vt liceat tibi aliquid oneris imponere. }Quod} quæ res .s.vt conueniamus. }Tuo commodo} tua commoditate. }Quam facultatem} quam possibilitatem. }Constabunt} apparebunt .i.faciam tamen omnia quę pro te debuero. }Secus} aliter minus. }Ac} quam vt non secus ac iussi faciunt. }Mandaturus} commissurus. }Desperaro} spem amisero. }Agere} loqui }Coram} in præsentia. }Quod re} latenter innuit falsum esse quod scripserat de successore prouinciæ. }Eũ} Scæuolã. }Ephesi} quę vrbs est Ionię celeberrimo Dianæ templo clara. }Mecum} apud me. }Triduum} totos tres dies. }Illud} .s.triduum. }Quod} quia tantum triduum cõmoratus sum Ephesi. }Nec ex eo} Scæuola. }Quidquam} quod ab eo petiuisses, vt tibi succederet quod declarat dicens. }Quod mandatum .s.} vt tibi succederet. quod quidem dixisset mihi, si esset verum. & ita latenter, & callide conuincit eum mendacij. }Potuisse} subaudi Scæuolam. }Voluntati tuæ} in succedendo tibi.

Ephesi.

A a C a x.

TRALLES veni &c.} primum dicit se Trallibus conuentum ab Lucilio cum literis & mandatis Appij. Deinde eundem aptissimum fuisse ad indicãda ea, quę maximopere scire volebat. Tum gratias agit Appio de beneficijs eius, ac demum quod Appio de Scęuola scripserat, refellit. Ordo autem est. Ego veni Trallis .i.in eam vrbem Asiæ ad 13 cal. Sext .i. August. ibi L. Lucilius fuit præstò .i.præsens, & paratus mihi ad expedienda ea, quæ vellet mecum agere, cum literis & mandatis tuis. Quo quidem homine, neminem .i.nõ aliquem hominem, non potuisti mittere aliquem nec amiciorem mihi, nec, vt arbitror, aptiorem ad cognoscenda .s.ex eo, ea quæ volebam scire, ve, pro vel, prudentiorem. Ego autem & legi literas tuas libenter, & audiui Luciliũ diligenter. Nunc quoniam tu sentis ita, (scribis enim ea, quæ ego scripserim ad te de officijs nostris, etsi ea fuerunt iucunda tibi, tamen, quoniam repetita sunt ex alto .i. ex primordijs causarum, non necessaria te putasse) amicitia confirmata .i.postquam amicitia est confirmata, & fide facta, aut potius perfecta .i.perfecte cognita, commemoratio officiorum est superuacanea .i. superflua, ego prætermittam eam partem orationis .s.quæ esset de commemoratione beneficiorum. Tamen .i.nihilominus ego agam tibi gratias, vt debeo. Animaduerti .n. & didici ex literis tuis, te habuisse in omnibus rebus rationem .i. considerationem & propositum, vt consuleres .i.quasi consulendo prodesses, mihi, & vt restitueres .s.ablata, & præparares quodam modò omnia tam vetera, quàm restituta, quo .i.ideo, vt mea ratio .i.meum negotiũ in prouincia, possit esse facilior & solutior .i. liberior & expeditior. Cum ego dicam hoc officium tuum esse gratissimum mihi, illud sequitur, vt velim te existimare, fore .i.futurum esse, atque esse .s.nunc, mihi magnæ curæ, iam primum .i.illud primũ, vt tu ipse, & omnes tui, deinde etiam vt reliqui possint scire, me esse amicissimum tibi, quod .s.me esse amicissimum tibi, ij, quibus non est adhuc perspectum satis, videntur mihi nolle magis non esse hoc .s.tam beneuolo animo, quàm nõ intelligere, quia licet intelligant, tamen quia inuident nobis, & nolint nós esse concordes, & dissimulant se perspicere amicitiam nostram. Sed profecto ipsi intelligent. neque.n. res agetur personis obscuris, nec causis paruis. Sed ego volo hoc fieri melius, quàm dici, aut scribi. Quòd ratio itinerum meorum videtur te adducere in non nullam dubitationem, ne .i.an, sis visurus me in prouincia ea res habet sic. Cum ego loquerer Brundusij cum Phania liberto tuo, veni in eum sermonem, vt dicerem me libenter venturum esse primum ad eam partẽ prouinciæ, quo .i.in quã, ego arbitrarer te velle maxime .s.me venire, tũc ille .s. Phania dixit mihi perfore, id est, multum fore accommodatum tibi, si accessissem nauibus ad illam partem maritimam prouinciæ, quo .i. ad quam, velles decedere classe, ego dixi me esse facturum sup. id. Et ita fecissem, nisi Lent. Clodius noster, scilicet, communis amicus dixisset Corcyræ .i.in Corcyræ insula, id minime, id est, nequaquam faciendum, & nisi dixisset, sup. te fore, ad .i.usq; ad meum aduentum Laodiceæ, quæ est vrbs Syriæ, teste Pomp. Mela, in parte, cui Anthiochiæ cognomen est. Id, scilicet, iter, erat mihi breuius multo, & multo commodius præsertim cum arbitrarer te malle .i.magis velle ita .s.me facere. Sequentia statim explanabo. Sane Corcyra est insula in mari Ionio, vnde mirandum est, quod nomen insulæ in genitiuo posuit, quasi aduerbialiter: nisi dixerimus in ea insula vrbem esse eiusdem nominis, quod sæpe contingit, vt de Rhodo supra diximus. 160
Tua ratio, id est, propositum tuum cum ratione, est mutata

i.mutatum postea, nunc tu statues.i.constitues, & ordinabis facillime, quid posset fieri, ego exponam.i. declarabo tibi meũ consilium. Ego puto me fore Laodiceæ prid. calend. Sext.i. ad primum diem Augusti, per dies paucos dum.i. donec pecunia, quę debetur mihi ex permutatione publica, vulgo cambium dicunt, alij bancam, accipitur.s.a trapezitis, aut negotiatoribus quam restituendam acceperant. deinde iter faciam.i. iterabo ad exercitum, vt putem me fore ad Iconium, oppidum Cappadociæ, optime habitatum olim, circiter idus Sextiles.i. decimumtertium diem Augusti. Sed si quid fallit.i. decepit me nunc in scribendo.i.dum hæc scribo. ego enim absum procul à re ipsa, & locis, faciam, quàm.i.quantum, potero celerrime, & quàm creberrimis.i plurimum crebris literis, vt omnis ratio dierum atque itinerum meorum sit nota tibi: simul ac.i.statim postquam.i.aut potius eodem tempore, quo cœpero progredi. Ego nec audeo, nec debeo imponere tibi quicquam oneris, sed quo possit fieri supp. commodo tuo, interest.i.refert magni, vtriusq; nostrum.s.& tua & mea, vt conueniam prius te quàm decedas.s. de prouincia. Quam facultatem.s. conueniendi, si quis casus eripuerit, tum.i.nihilominus, omnia officia mea constabunt.s.cõstanter fient in te, non secus.i. nõ aliter, ac.i.quàm, si vidissem te. Ego nihil sum mandaturus tibi de negotijs nostris per literas ante, quàm desperaro pro desperauero me posse agere tecum coram.i.in præsentia. Quod dicis te petisse à Scæuola, vt præesset prouinciæ, dum.i.donec, tu abesses ante aduentum meum, sup. non est sperandum. quia ego vidi eum Ephesi, quæ vrbs est Ioniæ, olim propter templum Dianæ clarissima, & fuit mecum familiariter triduũ illud, quod ego commoratus sum Ephesi, nec audiui ab eo quidquam, quod diceret mandatum sup. esse sibi à te. Autem.i. sed ego vellem sane .i.multum, aut sano consilio, supp. cum potuisse obsequi voluntati tuæ. non enim arbitror supp. eum noluisse obsequi.i. obtemperare voluntati tuæ. Vale.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Expostulat cum Appio, quòd promissi fidem non seruet.

CICERO PROCOS. S. D.
APPIO PVLCHRO IMP. 6

CVM meum factum cum tuo comparo; etsi non magis mihi sanio in nostra amicitia tuenda, quàm tibi: tamen multo magis meo facto delector, quàm tuo. ego enim Brundisij. *Brundusii quæsiui ex Phania, cuius mihi uidebar & fidelitatem erga te perspexisse, & nosse locũ, quem apud te is teneret, quam in partem prouinciæ maxime putaret te uelle, ut in succedendo primũ uenirẽ. cũ ille mihi respondisset, nihil me tibi gratius facere, posse quàm si ad Sidam nauigassem: etsi minus dignitatis habebat ille aduentus, & ad multas res mihi minus erat aptus; tamẽ me ita dixi esse facturū. idem ego cum L. Clodium Corcyræ conuenißem, hominem ita tibi coniunctum, ut mihi, cum illo cum loquerer, tecum loqui uiderer: dixi ei, me ita facturũ esse, ut in eam partem, quam Phania rogasset, primum uenirem. tunc mihi ille cum gratias egisset, magnopere a me petiuit, ut Laodiceam protinus irem: te in prima prouincia uelle esse, ut quamprimum decederes: quin, nisi ego successor essem, quem tu cuperes uidere, te antea, quàm tibi successum esset, decessurum fuisse. quod quidem erat consentaneum cum ijs literis, quas ego Romæ acceperam; ex quibus perspexisse mihi uidebar, quã festinares decedere. respondi Clodio, me ita esse facturum, ac multum quidem libentius, quàm si illud esset faciendũ quod promiseram Phaniæ. itaq; & consilium mutaui; & ad te statim mea manu scriptas literas misi: quas quidem ex tuis literis intellexi satis mature ad te esse perlatas. Hoc ego meo facto ualde delector: nihil enim potuit fieri amantius. considera nunc uicissim tuum. Non modo ibi non fuisti, ubi me quamprimum uidere posses; sed eò discessisti, quò ego te ne persequi quidem possem triginta diebus, qui tibi ad decedendum lege, ut opinor, Cornelia constituti essent. ut tuum factum illis, qui, quo animo inter nos simus, ignorãt, alieni hominis, ut leuissime dicam, & fugientis cõgressum, meum uero coniunctissimi, et amicissimi esse uideatur. Ac mihi tamen ante, quàm in prouinciam uenirem, redditæ sunt a te literæ: quibus etsi te Tarsum proficisci demonstrabas; tamen mihi non dubiam spem mei conueniendi afferebas: cum interea, credo equidem, maleuoli homines, (late enim patet hoc uitium, & est in multis) sed tamen probabilem materiam nacti sermonis, ignari meæ constantiæ, conabantur alienare a te uoluntatem meam; qui te forum Tarsi agere, statuere multa, decernere, iudicare dicerent; cũ posses iam suspicari, tibi esse successum: quæ ne ab ijs quidem fieri solerent, qui breui tẽpore sibi successum iri putarent. Horum ego sermone non mouebar: quin etiam (credas mihi uelim) si quid tu ageres, leuari me putabã molestia: & ex annua prouincia, quę mihi longa uideretur, prope iam undecim mensium prouinciam factam esse gaudebam, si absenti mihi unius mensis labor detractus esset. Illud (uere dicam) me mouet, in tanta militũ paucitate abesse tres cohortes, quæ sint plenissimæ, nec me scire ubi sint. Molestissime autem fero, quòd, te ubi uisurus sim, nescio: eoque ad te tardius scripsi, quòd quotidie te ipsum expectabam: cum interea ne literas quidem ullas accepi, quæ me docerent, quid ageres, aut ubi te uisurus essem. itaque uirum fortem, mihiq; in primis probatum Antonium, præfectum euocatorum, misi ad te, cui, si tibi uideretur, cohortes traderes: ut, dum tempus anni esset idoneum, aliquid negotij gerere possem in quo tuo consilio, ut me sperarem esse usurum, & amicitia nostra, & literæ tuæ fecerant: quod ego ne nunc quidem despero. sed plane, quando, aut ubi te uisurus sim, nisi ad me scripseris, ne suspicari quidem possum. ego, ut me tibi amicissimũ esse & æqui, & iniqui intelligãt, curabo. de tuo in me animo iniquis secus existimandi uideris non nihil loci dedisse. id si correxeris, mihi ualde gratum erit. & ut habere rationem possis, quo loco me, salua legge Cornelia, conuenias: ego in prouinciam ueni pridie kal Sext. iter in Ciliciam facio per Cappadociam. castra moui ab Iconio pridie kal. Septemb. nunc tu & ex diebus, & ex ratione itineris, si putabis me esse conueniendum, constitues, quo loco id commodissime fieri possit, & quo die. Vale.*

CVM meum] maxima pars huius epistolæ ex præcedenti epist. aperitur, in qua cum videretur dubitare Appius visurus ne esset Cic. ante discessum suum ex prouincia, exposuit Cic. rationem & propositum itineris sui, & commemorat omnem institutionem, & disputationem factam inter se & Appium, & literis & nuntijs de ratione itineris in quo & officium suum laudat, quòd quantum potuit intelligere voluntatem Appij, studuit ei satisfacere, vt eum conueniret, cum eũ longe aliter fecisse queratur, qui, ne cõueniretur à Cic. nõ expectauit eũ Laodiceæ, veluti constituerat, quæ erat, in finibus prouinciæ, sed in interiorem prouinciã se recepit itinere multorum dierum, vbi quãuis esset iam functus magistratu, reddebat iura, & prouinciam tractabat, quasi ad se pertineret: cum id nõ liceret facere iam dato sibi successore. quod tamẽ Cic. ostendit se nõ modo nõ moleste tulisse, verũ etiã gauisum esse, quia videret se leuatũ molestia administrationis prouincię vnius mensis, quo ille administrasset, quasi adhuc esset proconsul. Deinde accusat eum, quòd dimiserit tres cohortes, cum esset rogatus à Cic. per literas, vt visum est superius, ne id faceret, & HVBER.

grauissime cōqueritur q̃ nullo pacto scire possit, vbi eum conueniat. dicit tamen se facturum, vt omnes intelligāt se bonum amicum fuisse, cum Appius aliter fecerit. quod erratum rogat eum, vt velit corrigere. Postremò ostendit vbi sit, & quod iter faciat. {Cum meum factum} id, quod ego feci. {Comparo} ad comparationem adduco, vtrum sit magis ex officio. {Non faueo m.} non magis tueor partē meam, quàm tuam, quod vulgo dicimus nō magis do ius mihi, q̃ tibi, & est ornate dictum. {Delector m. facto} laudo quod ego feci, q̃ id, quod tu fecisti. {Ego.n.} repetit nunc omnem disputationem itineris factam per nuntios & literas, & primum quæ dixerat Phania libertus eius, & Lent. Clodius, quem ille miserat cū mandatis, vt visum est plene in præcedentibus epistolis. deinde quod scripserat ipse Appius ad Cic. cum adhuc esset Romę, in quibus omnibus dicit se studuisse quantum potuit satisfacere eius voluntati. {Et nosse locum} scire, quem locum ille haberet apud te. quia erat ex intimis Appij, cuius consilio maxime vtebatur. laudat autē eum Cic. vt probet fuisse credēdum quod ille dixisset. {Quam in partem} textus hic est facilis, & in superiore epist. declaratos.

Sidas

{Sidam} Sida vrbs Lyciæ portū habens, auctor Pomp. Mela lib. 1. {Minus dignitatis} minus honoris. i. etsi non erat mihi satis honestus aduentus meus in Sidā. {Minime aptus} i. etiā incommodus ad multa faciēda. {Tamen} quia intellexeram te ita velle. {Ita facturum} i. venturum Sidam. {Idem ego} q. d. in eo, quod Phania dixisset, officium amicitiæ & beneuolentię erga te declarare cōstitueram. {Corcyræ} vt in superiore epist. {Tecum} i. vt viderer audire alterum te, vel potius te ipsum, ita videbar nosse mentem tuam, & quicquid in pectore habes. {Te velle esse} subaudi dixit. {In prima prouincia} in prima parte prouinciæ Italiam versus.

Quin.

{Quin} pro quinetiam. i. insuper, præter id. {Te fuisse decessurū} subaudi dixit, nisi ego essem tibi successor, quem præcipue cuperes. {Quod quidem} re cuperes. {Quod quidem} te cupere me videre, neque velle aliter discedere, nisi me conuenisses. {Erat consentaneū} conueniebat, concordabat. {Festinares} properares. {Ita} s. vt Laodiceam irem. {Quod promiseram Phaniæ} i. vt irem Sidam, sicut ille dixerat te velle. {Consiliū} sententiam, ne irem Sidam. {Mea} q. d. propria, vt ostenderem tibi promptum animum meum in obsequendo tibi, quocunq; iuberes me venire.

Mature.

{Satis mature} satis in tempore. Nam maturæ dicitur fieri, teste A. G. auct. Nigidio, quod neq; citius, neq; serius fit, sed medium est quiddam temperatum, vnde scite Virg. 1. Aen. dixit, Maturare fugam. i. non celeriter, sed temperate facite, ne ex celeritate euersæ forēt naues Troianorū. {Ex tuis} quas ad me scripsisti ex argumento mearum. {Hoc ego} repetit commendationem & officium sui facti. {Amantius} cum maiori amore, amorosius. {Considera} inspice. {Vicissim} contra, sicut meum aperui. {Tuum} factum. {Non modo} ostendit q̃ non solum fefellit fidem in eo, quod promiserat, quia non venit ad loca constituta, sed etiam ita abijt longe, vt Cic. non possit eū persequi 30. diebus. nam, vt diximus, in interiorem prouinciam se receperat, quæ quidē erat maxima. {Lege cornelia} qua permittebatur, vt finito anno magistratu, liceret tantum esse in prouincia 30. dies. {Cōstituti} decreti. {Ad. s.} vt tibi succederetur: nā aliter nō essent tibi constituti. {Vt} subauditur, ita discessisti, vt diximus lōge, vt illi, qui nesciunt animum nostrum inter nos cōiunctissimū, dicant factum tuum fuisse hominis alieni à beneuolentia. {Leuissimi} nullius existimationis, vel etiam inconstantissimi. {Et fugientis congressum} collocutionem amici & conuentionem. {Meum} factum, subaudi vt. {Videatur} putetur. {Coniunctissimi} contra id, quod dixit alieni. {Ac mihi} adhuc conuincit eū inconstātiæ ex promissione literarum suarum, quibus ille promittebat fore, vt conueniret Cic. licet iret. Tharsum, quam vrbem diximus esse Ciliciæ, erat autem in interiore parte. {Non dubiam} q. d. certam. {Cum interea} laudat Cic. constantiam suam aduersus inconstantiam Appij, q̃ cū multi tentarent alienare eum ab Appio, dicentes Appium Tarsi ita statuere, iudicare, decernere, quemadmodum antea, cum esset proconsul, quod videretur, præiudicare dignitati Cic. dicit tamen se nunquam moleste tulisse, sed potius gauisum esse. {Late.n.} parenthesis. {Hoc vitium} maleuolentię, & detractionis. {Late patet} in multis locis regnat. {Nacti} adepti. {Probabilem} verisimilem. & ita latenter mordet App. quem licet maleuoli, tamē ob aliquam iustā causam accusarent. {Ignari meæ constātiæ} qui nesciebant, me ita esse constantem, vt non facile eorum detractionibus mouerer, nec verbis ab amicis alienaret. {Conabantur} frustra tentabant, & volebant. {Qui} maleuoli. {Agere forum} forum multa significat, vt scribit Festus Pomp. at agere forum dicitur præfectus prouinciæ, cum ciuitatibus conuocatis de earum negotijs, & controuersijs cognoscit. ergo forum agere, iura reddere, & causas audire. {Statuere} facere statuta. Forum.

{Decernere} firmiter deliberare, sancire: vnde & decreta dicuntur sanctiones quædam eorū, qui habent auctoritatem, vt principium, consulum, senatus. Decernere Decretum.

{Iudicare} de causis & cōtrouersijs ferre iudicia, quæ non debuisses facere cum posses. {Suspicari} opinari. {Esse successum} datum tibi successorem: ad quem pertinet supradicta facere. {Quæ} supradicta. s. forum agere, statuere, &c. {Ne ab ijs quidem} q. d. hæc non facerent, qui breui expectarent successorem, quanto minus tu facere debuisti, qui poteras existimare iam tibi essem successum. {Non mouebar} nō irascebar tibi. {Credas velim} h. d. quia vix est credibile, vt magistratu successuro placeat prædecessorem suum agere, quæ ad se pertineant. {Si quid ageres} si quid statueres & iudicares, vt audiebam à te fieri. {Leuari} exonerari. {Molestia} labore. {Et ex annua} sensus, & ex administratione vnius anni, quod tempus videtur mihi longum, gaudebam iam vnum mensem esse confectum te administrante, remanereq; mihi tempus breuius, & molestiam, quæ erat annua, redactam esse in xj. mēses. {Prouinciam vndecim mensium} i. administrationem xj. mēsium. {Esse factam m.} quia iam vnum mēsem administrasses. {Longa} quia contra voluntatem meam mittor in prouinciam. {Labor} administrationis. {Detractus} diminutus tua administratione. {Illud} eum accusat de tribus cohortibus dimissis. {Mouet} turbat, molestum est. {Paucitate militum} in tam exiguis copijs militū, vt in superioribus epistolis dixit. {Abesse} à prouincia. {Nec me scire} subaudi mouet me. {Nec scire} i. quod nesciam vbi sint. {Plenissime} integerrime, conscripto ab ipsis cohortibus supplemēto. {Molestissime} q. d. licet quod dixi moleste feram, tamen hoc molestissime fero q̃ &c. {Eo} propter. {Te ipsum} te præsentem, non amplius literas tuas, aut nuntios. {Interea} dum te expecto. {Ne literas quidē} quod minus est, quam teipsum. {Docerent} instruerent, informarent. {Fortē} magni animi hominem. {Probatum} spectatum & mihi gratum. {Præfectum euocatorum} qui præest euocatis militibus.

Tria autem erant militiæ genera, vt Ser. in 1. & in 7. Aen. declarauit. legitima eorum, qui singuli iurabāt pro rep. esse facturos, nec discedebant nisi completis militiæ temporibus. Tumultus vero eorum, qui ad vnum bellum militabant, vtputa si fuissent bellum Gallicum, vel Italicum, in quibus ex periculi vicinitate erat timor multus. Euocatió vero fiebat, cū ad diuersa loca diuersi propter cogendos mittebantur exercitus. Tria militiæ genera.

{Cui} Antonio. {Traderes} cōmitteres meo nomine. {Si tibi videretur} si putares tradendas. mansuete. n. cum eo loquitur tanquam cū homine superbo, ne irritet eum ad irā, aut indignationē. quod fortasse fecisset, si dixisset, cui traderes cohortes sicut debes. {Tēpus anni} quia erat æstiuū tempus aptum bellis gerendis. Erat. n. Augustus mensis, vt in superiori epistola visum est, & in fine huius. {Aliquid negotij} aliquid belli. {In quo} in qua re. s. vt possem gerere aliquid negotij. {Amicitia} quæ mihi dabat spē de te optima. {Et literæ} quibus multa mihi pollicebaris. {Fecerant} persuaserant mihi. {Tuo consilio} vt etiam mihi consuleres quomodo mihi esset agendum. {Quod} s. me visurum tuo consilio. {Ne despero} nō sum sine spe. {Quādo} quo tempore. {Aut vbi} quo in loco. {Suspicari} opinari, existimare, multo minus scire. {Aequi} boni, & amici. {Iniqui} maleuoli, & inimici. {De tuo} accusat eum, quòd dederit materiam maleuolis suspicādi de animo suo erga Cic. aliter quàm sit, quia existimauerunt eum esse alienatum. Ordo est. Videris dedisse nō nihil loci iniquis existimandi secus de tuo animo in me. {Non nihil loci} i. aliquid occasionis. {Secus} aliter, vel quàm ego dederim, vel quàm sit, quia existimant te esse alienatum à me cū non sit. {Id} s. quòd dedisti occasionem &c. {Si correxeris} si emendaueris, vt nunc des occasionem existimandi bene. {Erit} s. subaudi gratum erit. {Habere rationem} constituere. {Salua lege Cor.} quę non plures, quàm trigiota dies constituebat ei, postquam venisset successor. {In prouinciam} in Asiā. {Per Cappadociam} quæ est Asiæ regio, regnum Ariobarzanis.

Castra.

{Castra} exercitum. milites interdum enim pro loco, vbi stant milites, interdum pro militibus ipsis ponuntur castra: vt nos castra mouemus. {Iconio} oppido, vt diximus Cappadociæ. Iconium

{Ex diebus} quibus dixi me mouisse castra. & est sensus, cōputatis diebus mei itineris, & diebus, quib. per legē Corneliā licet tibi esse in prouincia, si existimabis q̃ possis me cōuenire, cōstitues quo loco & quo die id commodissime fieri possit. s. vt me cōuenias.

Cum

ASCEN. CVM meum, &c.] conqueritur Cic. quod Appius visus sit occasionem quæsiisse ne conueniatur à se, & nolle magistratu ab ire, cũ illo adhuc fungatur in prouincia. quod tñ Cic. in ęquiorem parem accipit: accusat tñ Appiũ, quod tres cohortes dimiserit, & rursus quod Appium conuenire non pôt, pollicetur tñ se amicitiæ in illũ partibus functurum. Ordo est. Cum.i.qñ, ego comparo factum meum cum tuo, etsi.i. quanquam, ego oon faueo magis in amicitia nostra tuenda.i. protegẽda mihi q̃ tibi, tñ ego delector multo magis meo facto quàm tuo. Ego.n.quæsiui ex Phania.s.liberto tuo. cuius.s.Phaniæ ego videbar mihi, &.i.simul perspexisse fidelitatem erga te, &.i.simul nosse.i. cognoscere, locum.i.gradũ æstimationis, qué is teneret erga te, in quam parté prouinciæ ipse putaret te velle maxime, vt ego venire primum io succedendo.s. tibi, cum ille.s. Phania, respondisset mihi, me nihil gratius posse facere tibi, q̃ si nauigassem ad Sidam.i.vrbem illã Lyciæ, aut portũ eius. habet.n.portũ vrbs ea, etsi.i.quanquam, ille aduentus.s.in Sidã, habebat mious dignitatis, & erat minus aptus.s.q̃ cæteri, mihi ad multas res.s. honeste gerendas, tñ ego dixi me esse facturum ita.s. vt ille consueuerat. Ego cum cõuenissem Corcyræ.i.in ea insula aut vrbe eius Lentulum Clod. hoiem ita coniunctũ tibi, vt cum loquerer cum illo, viderer mihi loqui tecũ, dixi me facturum esse idem.i.eandem rem, aut idem dixi ita, vt venirem primum in eam partem, quam Phania rogasset, tũc ille cum egisset gratias mihi, petiuit à me magnopere, vt iré protinus Laodiceam, & sup. dixit, te velle esse in prima prouincia.i.in prima parte Romam versus, vt decederes quamprimum.i.valde cito, quin.i.insuper dixit, te fuisse decessurum, nisi ego essem successor, quem tu cuperes videre antea quam successum esset tibi. Quod.s.dictum Lentuli, erat quidé.i.certe consentaneum.i.cõsonum, & eiusdem sniæ cum ijs literis.s.tuis, quas ego acceperã Romæ. Ex quibus.s.literis ego videbar mihi perspexisse.i.clarè vidisse, & intellexisse, q̃.i.quantũ, festinares decedere.s.è prouincia. vnde decedere nõ est per se mori, sed de loco, aut officio, aut prouincia cedere, sicut nec defungi est mori, sed à rerũ functione abire, quod morientes faciunt. Ego respondi Clodio.s.Lentulo me facturum esse ita, ac quidem multo libentius, q̃ si illud, quod promiseram Phaniæ, esset faciendum. Itaque.i.& ita, ego, &.i.simul, mutaui consilium & misi statim ad te literas scriptas manu mea, quas quidem ego intellexi ex literis tuis esse perlatas ad te satis mature.i.tempestiue, aut cito. Hoc, &c. Ego delector valde hoc facto meo, quod prænarratũ est. Enim pro quia, nihil potuit fieri amantius.i.magis amanter, aut cum maiore amore meo in te Considera nunc vicissim tuum.s.factum. Tu non modo.i.non solum nõ fuisti.s.Laodiceæ, vbi posses videre me quamprimum.i.valde cito, sed discessisti eò quò ego ne quidem.i.non etiã, triginta diebus i.spatio trigiota dierum possem persequi.i.ad cõsummationé sequi, hoc est sequendo attingere te. Qui.s.triginta dies essent constituti tibi, vt opinor, ad succedendum tibi.i.quibus lege Corn. decedendũ tibi erat prouincia. Hoc ant vt, factum tuum, videatur illis qui ignorãt quo animo sumus inter nos.i.qui ignorant beneuolentiam nostrã mutuam, esse hominis alieni, vt dicam leuissime.i.cum leuissima nota simultatis, aot hominis fugientis congressum meum non coniunctissimi & amantissimi mei. Attamen literæ sunt redditæ mihi à te.s.scriptæ antequàm venirẽ io prouinciã, quibus.s. literis, etsi.i.q̃q̃ demonstrabas te proficisci Tarsum.i.ad vrbem Ciliciæ, tñ afferebas mihi oõ dubiam.i.certã spem, conueniendi mei.i. quod conuenires me, cum interea, credo equidem homines maleuoli, (nam hoc vitium.s.maleuolentiæ & inuidiæ patet.i. extenditur late, & est in multis) sed tñ.i.nihilominus, quamuis maleuoli suspicari possent, nacti materiam probabilem sermonis.s.de nobis faciendi, aut quem de nobis habuerunt, ignari cõstantiæ meæ, conabantur alienare volnntatem meam à te, qui dicerent te agere Tarsi Forum.s.iudiciale, statuere.i.statuta cõdere, decernere, & iudicare multa, cũ posses suspicari successum esse iam tibi. Quæ.s.iam dicta officia, forum agere, statuere, &c. solerent quidem.i.certe, fieri ab ijs, qui putarent succedi.i.successioné fieri sibi breui tpe.i.vt Hubertinus intelligit, post breue tempus. nam qñ decedendum est, solent diligentissime reliqua munera prouinciæ explere, sed Appius sero id tunc fecisset, cũ sibi successum esse suspicari debebat. Alijs vr̃ hoc dicere, Appium eo animo id faceret, quod putaret successionem Cice. breui tempore fore.i.parum duraturam, & ita noluisse intermittere munera prouinciæ. Ego non mouebar.s.i constanti amore, sermone horum.i.huiusmodi hominum, quinetiam (velim credas mihi) ego putabam me leuari.i.deonerari, molestia.i.molesto negotio, si to ageres quid.i.aliquid in prouincia.s. Et gaudebam prouinciam esse factam mihi propè.i.quasi xj. mẽsium ex prouincia annua.i.12.mensium, quæ videretur mihi longa, gaudebam, inquam, si labor vnius mensis esset detractus mihi absenti. Illud dicã vere, mouet.i.afficit dolore me tres cohortes quæ sint plenissimæ.i.perfectissimæ abesse.i.dimissas à te in tanta paucitate militum, nec me scire vbi sint, & videlicet eas reuocé. At.i.sed, ego fero molestissime, quod nescio vbi visurus sum te, & eo.i.idcirco, scripsi ad te tardius quod expectabã quotidie teipsum, cum ioterea ne quidem.i.non saltem, accepi vllas literas.s.à te quæ.s.literæ docerent me quid ageres, aut vbi visurus essem te. Itaq;.i.& ita, ego misi ad te virum fortem & probatum mihi in primis, videlicet Antonium præfectum.s.militum euocatorũ.i. qui per euocationem militant. Tria.n. vt Seruius docet, erãt militum genera, legitimum vnum, eorum, qui singuli iurabãt pro rep. se esse facturos, & ij nou discedebant nisi completo militiæ tempore: alterum tumultus, eorum videlicet, qui orto tumultu ad vnum bellum militabant, vt in Bel. Gall. & Italico: tertium euocationis, cum ad diuersa loca diuersi pp cogẽdos mittebantur exercitus. Cui.s.præfecto euocatorum tu traderes cohortes, si videretur tibi.i.ita faciẽdum, vt possem gerere aliquid negotij, dum.i.donec tempus anni esset idoneum.s.ad bellũ gerendum. In quo.s.negotio gerendo, & amicitia nostra, & literæ tuæ fecerant, vt sperarem me esse vsurum consilio tuo. Sed plaòè.i.omnino, ne quidem.i.oon saltem suspicari possum, vbi ante qñ sim visurus te. Ego curabo, vt ęqui & iniqui intelligant me esse amicissimum tibi. tu videris dedisse iniquis non nihil loci.i. occasionis, & quasi ansam, existimandi.i.iudicandi, secus.i.aliter de aĩo tuo in me. si tu correxeris id, erit valde gratum mihi. Et vt possis habere rationem.i.modum, quo loco cõuenias me, lege Cornel. salua.i.intra trigesimum diem, ego veni in prouinciam prid. cal. Sext.i.vltimo die Iulij, & facio iter in Ciliciam per Cappadociam. Ego moui castra ab Iconio oppido illo Cappadociæ, prid. cal. Septemb.i.vltimo die Augusti: nunc tu constitues, & ex diebus & ex ratione itineris, si putabis me esse conueniendum, quo loco & quo die, is.s.conuentus noster possit fieri commodissime. Vale.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Appius tumens nobilitate sua, (erat enim hoc gentilitium illi, & ob id Ciceronem propemodum contemnens) multa indignitatis aduersum se exempla à Cicerone perpetrata callide confingit, cum non haberet aliud, quod ad Ciceronis expostulationem responderet. Hæc Cicero ita eleganter confutat, vt superbiam omnem, quam illi adscribebat, in eundem retorqueat.

CICERO IMP. S. D. APPIO PVLCHRO. 7

PLVRIBVS uerbis ad te scribam, cum plus otij nactus ero. hæc scripsi subito, cum Bruti pueri Laodiceæ me conuenissent, & se Romam properare dixissent. itaq; nullas ijs, præterquam ad te, & ad Brutum, dedi literas. Legati Appiani mihi uolumen à te plenum querelæ iniquissimæ reddiderunt, quòd eorum ædificationem literis meis impedissem. eadem epistola petebas, ut eos quamprimum, ne in hiemem inciderent, ad facultatem ædificandi liberarem: & simul peracute quærebare, quòd eos tributa exigere uetarem prius, quàm ego re cognita, permisissem: genus enim quoddam fuisse impediendi, cum ego cognoscere non possem, nisi cũ ad hiemem me ex Cilicia recepissem, ad omnia accipe: & cognosce æquitatem expostulationis tuæ. Primum, cum ad me aditum esset ab ijs, qui dicerent à se intolerabilia tributa exigi: quid habuit iniquitatis, me scribere, ne facerent ante, quàm ego rem, causámq; cognoscerem? Non poterã, credo ante hiemem. sic enim scribis. Quasi uero ad cognoscendum ego ad illos, non illi ad me uenire debuerint. tam longe, inquis? quid? cum dabas* ijs literas, per quas mecum agebas, ne eos impedirem, quo minus ante hiemem ædificarent, non eos ad me uenturos arbitrabare? tametsi id quidem fecerunt ridicule. quæ*

[margin: Ibgissima: literas, episto, 3. lib. 11] [margin: has]

enim

*enim literas afferebãt, ut opus æstate facere possent; eas mihi post brumam reddiderunt. Sed scito, & multo plures esse, qui de tributis recusent, quàm qui exigi uelint, & me tamen, quod te uelle existimem, esse facturum. De Appianis hactenus. A Pausania, Lentuli liberto, * accenso meo audiui, cum diceret, te secum esse questũ, quòd tibi obuiam non prodissem. scilicet contempsi te: nec potest fieri me quidquam superbius. Cum puer tuus ad me secunda fere uigilia uenisset, isq; te ante lucem Iconium mihi uenturum nuntiasset, incertumq;, utra uia, cum essent duæ, altera Varronem, tuum familiarissimum, altera Q. Leptam, præfectum fabrum meum tibi obuiam misi: mandaui utriq; eorum, ut ante ad me excurrerent, ut tibi obuiam prodire possem currens Lepta uenit, mihiq; nuntiauit, te iam castra prætergressum esse. confestim Iconium ueni. cetera iam tibi nota sunt. An ego tibi obuiam non prodirem? primum App. Claudio? deinde imperatori? deinde more maiorum? deinde, quod caput est, amico? presertim cum in isto genere multo etiam ambitiosius facere soleam, quàm honos meus, & dignitas postulet. Sed hæc hactenus. Illud idem Pausania dicebat te dixisse: Quid? Appius Lentulo, Lentulus Appio processit obuiam, Cicero Appio noluit? Quæso, etiãne tu has ineptias, homo, mea sententia, summa prudentia, multa etiam doctrina, plurimo rerum usu, addo urbanitatem, quæ est uirtus, ut Stoici rectissime putãt, ullam Appietatem, aut Lentulitatem ualere apud me plus, quàm ornamenta uirtutis, existimas? cum ea consecutus nondum eram, quæ sunt hominum opinionibus amplissima: tamen ista uestra nomina nunquam sum admiratus: uiros eos, qui ea uobis reliquissent, magnos arbitrabar. postea uero quàm ita & accepi, & gessi maxima imperia, ut mihi nihil neq; ad * honorem, neq; ad gloriam acquirendum putarem: superiorem quidem nunquam, sed parem uobis me speraui esse factum. nec mehercule aliter uidi existimare uel Cn. Pompeium, quem omnibus, qui unquam fuerunt, uel P. Lentulum, quem mihi ipsi antepono. tu si aliter existimas, nihil errabis, si paulo diligentius, (ut, quid sit ἐξοχὴ, quid sit εὐγένεια, intelligas) Athenodorus, Sandonis filius, quid de his rebus dicat, attẽderis. Sed, ut ad rem redeam, me tibi non amicum modo, uerum etiam amicissimum existimes uelim. profecto omnibus meis officiis efficiam, ut ita esse, uere possis iudicare. tu autem si id agis, ut minus mea causa, dum ego absum, debere uidearis, quàm ego tua laborarim: libero te ista cura.*

& à Cæsorio audiui, vel, in accessu meo audiui

honorem enim ad gratiam

id est, excellentia. id est, nobilitas

πὰρ ἐμοί γε καὶ ἄλλοι
Οἵ κέ με τιμήσουσι μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς.

id est, apud me quidem & alij, qui me colent maxime vero consiliarius Iupiter. id est, querulus.

Sin autem natura es φιλαίτιος: illud non perficies, quo minus tua causa uelim; hoc assequere, ut, quam in partem accipias, minus laborem. Hæc ad te scripsi liberius, fretus conscientia officij mei, beneuolentiaq;, quàm à me certo iudicio susceptã, quoad tu uoles, conseruabo. Vale.

MVBER.

PLVRIBVS} discesserat Appius ex prouincia, & iam Romam se receperat, vnde ad Cic. legatos cum literis plenis querimoniæ miserat, quod Cic. edicto impedisset eorum ædificatiooem, quam facerent in memoriam & gloriam Appij, exactis tributis ex prouintia: ad quod respondet Cice. plene, & se excusat, callide accusans Appium, quod prouinciã ita oppresserit, vt plures sint, qui recusent soluere tributa pro hac ædificatione, quàm qui velint. Deinde quia questus erat Appius, quod Cic. venienti ex prouincia obuiam non exisset: diceretq; id fecisse, quod se contemnere: primum Cic. se excusat diligenter ostẽditq; se vsum omni diligentia, ut in hoc satisfaceret officio suo: sed culpam fuisse Appij, qui nõ reddiderit eum certiorem, qua via esset venturus ostenditq; multas fuisse causas quibus ei obuiam prodire debuerit, quas commemorat; ipsum tñ Appium quodammodo irridẽs. & quoniam commemorauerat Appius Lent. exisse sibi obuiam, Cic. aut noluisse, quasi comparatione Lent. nobilissimi deprimeret Cic. irritatus Cice. comparatione eius superbiam aperta reprehensione retundit, ostendens se nulla re essem inferiorem vel Appio, vel Lentulo, quia vera nobilitas non consistit in vetustate, & splẽdore generis, sed in virtutibus, & recte factis. quibus dicit se ei parem esse, idq; opinione clarissimorum virorum ita esse affirmat. Postremo dicit, quod si contemnetur ab ipso Appio habebit tñ alios, nõ eo inferiores, à quibus honorabitur: se tñ seruaturum beneuolentiam suam in eum quandiu ille volet. {Plus otij} plus cõmoditatis, temporis. {Nactus ero} habuero. {Cito} raptim, properanter. {Pueri} serui. {Præter} .i. ad alium neminem præterquam ad te. postponenda est enim dictio, quod: nam nisi postponatur: dicetur præter te, & non præter ad te. {Legati} hi enim ab Apamea ad Cic. missi fuerãt propter ædificationem, quam essent facturi in honorem Appij. {Volumen} studiose dixit, quod non literas, sed volumẽ .i. verbosissimam epistolam. {Plenum querelæ} tuæ querimoniæ. {Eorum} legatorum. {Literis meis} quibus scripseram, ne quid facerent priusquam ego rem cognouissem. {Eadem epistola} quam supra appellauit volumẽ. {Liberarem} liberos facerem, darem eis licentiam, quia impediebantur mandato Cice. {Ne hiemem} cum incommodissime fiunt ædificationes pp frigora. {Inciderent} deuenirent. s. tẽpore ædificationis. {Et simul} .i. etiam. {Peracute} callide, astute quasi innueres tibi iniuriã fieri. {Tributa} quæ imposita erant pp illam ædificationem. {Exigere} reposcere. {Vetarem} prohiberem. {Permisissem} concessissem. s. exigere tributa. {Recognita} honestate intellecta. {Genus} .i. quod acute dixit eum esse questum; cum enim Cic. vetaret ædificationem priusquã rem cognouisset, dicebat Appius hunc esse quendam prohibendi modum. quia cum non posset Cic. cognoscere rem pp remotionem locorum: vetebat tamẽ ædificationem fieri, donec cognosceret. quod quidẽ quid aliud est, quàm quodammodo aperte dicere se nolle fieri. {Quoddam genus} quandam rationem, quendam modum. {Me recepissem} redijssem. {Ad hiemem} ad hyberna tẽpore. n. hiemis recipiunt se milites in hyberna. {Accipe} audi, vt Accipe nunc Danaum insidias. {Ad omnia} quæ tu scribis. {Aequitatem} ironice, q. d. quæ nulla est, sed potius iniquitas. {Expostulationis} querimoniæ. {Additum ad me} ventum ad me. Dicimus. n. adeo te, & ad te {Intolerabilia} nimis grauia. {Exigi} pp istam ædificationem. {Quid iniquitatis} quid iniustitiæ, q. d. nihil. {Habuit} .s. hoc. {Me scribere} ad eos, qui exigebant tributa. {Ne facerent} ne exigerent ea. {Rem causamq;} .i. causam rei. {Non poterã} obiectio. {Quasi vero} verba ironica confutatiooi apta. {Ad me} qui essem proconsul, cuius opera agebant. {Tam longe} obiectio, quæ posset ab Appio fieri. {Quid} cõfutatio obiectionis. {Quid} subaudi dices. {Num.} an. {Arbitrabare} existimabas, q. d. immo existimabas. Hoc ergo infert Cic. quare non ita poterant venire ad me longe, vt hæc causa cognosceretur, sicut erant venturi, allaturi ad me literas tuas. {Tametsi} quãquam. {Ridicule} .i. irrisorie. {Post br.} cum iam esset præteritũ tempus æstatis. quo tempore petebatur in literis, vt possent ædificare. {Bruma} breuior pars hiemis, à breuitate dierum dicta, quasi βραχὺ ἦμαρ. {Recusent} renuant, vt exigatur. {Hactenus} .s. dictum sit. {A Pausania} accusat nunc arrogantiæ Appium, & se excusat. {Lentuli} is. n. præfuerat Ciliciæ ante Appium, nam ei Appius successerat. {Secum} cum ipso Pausania. {Prodijssem} exissem. {Obuiam} cum discederet ex prouincia, & ego venirẽ. {Scilicet} dictio apta ad ironiã. vt, Scilicet in superis labor est. {Contempsi te} ita. n. dicis. {Nec põt fieri} dicis nihil omnino me esse superbius, qui dedignatus sim tibi obuiam prodire. {Cũ puer} incipit Cic. se excusare, quod vsus sit omni diligentia, vt exiret obuiam, sed nesciuisse viam, qua ille esset venturus. {Puer} seruus. {Secunda vigilia} nox. n. apud milites in vigilias diuiditur. quia seruant castra vicissim per vigilias. & dicebatur prima, secunda, & tertia vigilia: & ipsi custodes dicebãtur vigiles. {Incertumq;} vel nontiasset, vel etiam mihi incertum. {Vtra} qua {Ambæ} tñ duæ. nam ambo non dr, nisi cum præcesserint duæ dictiones, vt Cic. & Virg. ambo docti. vel hæc dictio duo: vt vidi duos homines, ambos mihi amicissimos: vel postremo cum de his loquimur, quæ tantũmodo sunt duo, vt ambos perdidit ille oculos, & ambas aures, & ambas manus. {Præfectum fabrum} qui præ-

Noctem in vigilias diuidi, prima secunda, & tertia vigilia.

qui præesset fabris, hoc est architectis meis, vel fabris lignarijs, qui in castris haberi solent ad faciendas machinas. {Fabrum} pro fabrorum per syncopã. {Vtriq;} & Leptę, & Varroni. {Excurrerent} approperarent. {Prodirem} prodire possem. {Prætergressum} transijssem. {Cætera} quæ a me facta sunt pro officio amicitiæ. {An obuiam} nunc ostẽdit multas sibi fuisse causas, qua re ei obuiam prodiret. irridet tñ eum. {An non prodirem} .i. nonne debueram prodire obuiam. {Primum Ap. Claudio} .q.d. nobilissimo ciui. {Deinde imperatori} gerenti dignitatem & magistratum amplissimum. {More maiorum} instituto maiorum nostrorum, qui voluerunt, vt successores discedẽtibus magistratibus obuiam prodirent. {Quod caput est} quod est summum omnium. nam vis amicitiæ omnibus ante dictis præstat. {In isto genere} præstandum officium meum honorandi magistratus. {Ambitiosius} quia interdum plus facio q̃ debeo. quod solent facere ambitiosi, vt sibi postea reddantur vicissim pares honores. {Hactenus de.sint} .i. satis. {Quidni} .s. certe. exprimit aũt affectum animi indignantis. {Appius Lentulo} .q.d. nobilissimi non indignati sunt se vicissim honorare procedẽdo obuiam alter alteri. {Et Cic. noluit} .q.d. ignobilis, & nouus ciuis. {Quæso} interrogãtis est cũ reprehensione. {Has inept.} .i. subaudi dixisti. {Vsu} experientia, qua deberes esse sapientior. {Vrbanitatem} quæ græce dr̃ ἀστεϊσμὸς morum facilitas & honestas, media inter scurrilitatem & austeritatẽ. {Stoici} vt ostẽditur in ethicis. {Putant} opinantur. {Appietatem} cum cõtemptu dicit gentem vel nobilitatem Appiorum, & Lentulorum, quia dixerat Appius Lent. Lentulus Appio processit obuiam. {Valere apud me} pluris à me fieri. {Ornamenta virtutis} virtutem ipsam: quæ vere ornat hominem. {Amplissima} maxima .s. honores & dignitates. {Opinione} quia ſm Stoicos non sunt bona. {Ista vestra nomina} Appiorum, & Lentulorũ: quæ ita iactatis. {Viros magnos} excellentes: qui virtute sua nobilitassent familiam suam. {Ea} nomina. {Postea .q.d. ante nõ admirabar} sed postquam administraui magna imperia & magistratus amplissimos, ita vt nihil de esset ad honorem & ad gratiem populi acquirendam; non putaui me superiorem vobis .i. vobis anteponẽdum, qui habuistis vestros maiores claros. {Sed parem} ęqualem, nec omnino inferiorem. {Nec mehercule} locus ab auctoritate, ne videatur ipse temere de se præsumpsisse, & iudicasse. {Lentulum} eum, qui præfuerat Ciliciæ antequam Appius, ad quem scriptæ sunt epistolæ primi lib. {Aliter} quàm Pomp. & Lent. qui iudicant me esse vobis parem. Paulo d. {acutiore iudicio.} {ὑπεροχὴ} .i. excellentia. {εὐγένεια} .i. nobilitas, quæ differt ab excellentia quæ est generis & maiorum. Nobilitas vero est generis, & sui ipsius, vt ostendit Iuuen. Tota licet veteres exornent vndiq; ceræ Atria nobilitas sola est, atq; vnica virtus. {Athenodorus} Athenodori, vt scribit Strab. lib. 14 duo fuerũt: quorum vnus Cordilion dictus est: alter Sandonis filius à vico quodam Cananita dictus. Cæsaris prætor fuit, & in summo honore apud illum habitus. is nobilitatem sola virtute metiebatur. {Vt ad rẽ} quia inter multas causas, quas dixerat sibi fuisse. vt ei obuiam prodiret, dixerat deinde q̄ caput est, amico, postea diuertetat ad eum reprehendendum. {Ita} .s. me tibi esse amicissimum. {Tu autem} ego, inquit, omnibus officijs faciã, vt intelligas me tibi esse amicissimum. {Tu autem} si agis id, vt in absentia mea videaris minus debere, & esse obligatus mea causa, quàm ego laboraui tua causa, nõ curo. nolebat .n. Appius videri debere Cic. qui multum antea eius causa laborauerat, & dedignabatur eum laudare, à quo fuerat & multum & sæpe laudatus. {Laborauerim} curauerim, effecerim. {Tua} .s. causa Libero} absoluo. {Ista cura} ne videaris debere mihi, hoc est non curo, qui si nõ honorabor ab Appio, honorabor ab alijs. quod declarat verbis Agamemnonis apud Homer. in 1 Iliad. sic loquentis aduersus Achillem, πάρ' ἔμοιγε καὶ ἄλλοι, οἵ κέ με τιμήσουσι, μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς .i. apud me quidem & alij, qui me honorabunt: maxime autem consiliarius Iuppiter. {φιλαίτιος} querulus, vel litiũ cupidus, & amator. φίλος amicus, αἰτία causa & accusatio. {Illud non perficies} hoc est non assequeris, non obtinebis. {Quo minus} duæ sunt partes. {Quo} .i. vt velim. minus tua causa .i. minorem pro te, & vtilitate tua habeam voluntatem. {Assequere} perficies. {Vt minus} laborem, vt minus curem. {In quam partem} an in bonam, an in malã. {Accipias} .s. id quod tua causa velim. {Liberius} apertioribus & pluribus verbis. {Fretus} tutus, confisus. {Officij mei erga te} quo in nulla re tibi defuit. {Beneuolentiæque} meæ erga te. {Certo iudicio} nõ temere. {Susceptam} inceptam. {Quoad} quousque, quandiu.

Ambitiosus.

Excellentia Nobilitas

Quoad.

ASCEN.

PLVRIBVS verbis, &c.} discedendo Appius ex prouincia, cum Apameæ esset, inde ad Cic. legatos, miserat cum literis plenis querelarum, q̄ Cic. edicto impediuisset ædificationem, quam Apameani cœperãt, in gloriosam memoriam Appij exactis tributis ex prouincia. Ad quod respõdet Cic. se purgans, & Appium callide accusans, q̄ prouinciam oppresserit. Deinde purgat, q̄ Appio non ierit obuiam, refellitq;, q̄ Lentuli nobilitatem suæ nouitati tantopere prætulerit Appius. Ordo est. Ego scribam ad te pluribus verbis .s. quàm nunc, cum nactus ero plus otij. Ego scripsi hæc subito, cum pueri .i. serui Bruti conuenissent .i. venissent ad me Laodiceæ .i. in ea vrbe Antiochiæ, & dixissent se properare .i. properanter iter parare Romam. Itaq; .i. & ita, ego nullas .i. non vllas, non dedi ijs .i. eis vllas literas præterquam ad te, & ad Brutum. Legati Apameani .i. ab Apamea vrbe Antiochiæ. Sunt tñ qui Appiani legunt, sed errant, vt patebit in epistola, quæ incipit. Vix tandem reddiderunt mihi à te .s. missum, volumen .i. bellum, plenum querelę iniquissimæ .i. iniustissimæ, q̄ .i. quia ego impediuissem literis meis ædificationem eorum .s. legatorum. vr̃ potuisse dicere suã. Tu petebas eadem epistola, vt liberarem .i. liberos facerem, & potestatem eis facerem ad facultatem ædificandi .i. vt possint ædificare, quamprimum .i. valde cito, statim visis literis tuis. ne inciderent in hyemem, quia magna ędificia fieri non solent. & quærebare .i. quærebaris simul peracute .i. multum subtiliter, q̄ ego vetarem eos exigere tributa .s. ad ædificationem perficiendam (erat autem in honorem Appij cœpta) prius .i. antequã ego permisissem te cognita, hoc est q̄ non prius exigerem, quã permisissem & nollem permittere nisi re cognita. Autem .i. sed quærebare .i. quærendo dicebat, fuisse quoddam genus .i. formã, aut rationem impediendi .i. me non aliud quæsiuisse, quàm vt impedirem ædificationẽ, cum ego nõ possem cognoscere .s. rem nisi cum ad hyemem recepissem me ex Cilicia. in hyeme autẽ, vt dixi, ædificatio minus apte fieret. Accipe, sup. responsum ad omnia, & cognosce equitatem, quam nullam putas, expostulationis tuæ .i. manifestæ postulationis iniuriarum de me primũ cum aditum .i. accessum esset ad me, ab ijs .s. Cilicibus, qui dicerent tributa intolerabilia .i. grauissima exigi à se, quid iniquitatis habuit me scribere .i. q̄ scriberem, ne .i. vt non facerent antequam cognoscerem rem & causam? Credo, sic .n. scribis, nõ poteram sup. cognoscere rem, & causam ante hyemem: & est per ironiam dictum, vnde addit. Quasi vero ego debuerim ire ad illos .s. legatis, qui pecuniam exigebant, & illi non debuerint venire ad me. Loquis .i. scio, q̄ iam dicis, venirent illi ad te, tã longe? Quid? modus interrogandi, cum dabas ijs literas, per quas mecum agebas, ne impedirem eos, quo minus .i. vt nõ, aut quia ædificarent ante hyemem, nõ arbitrabare eos venturos ad me? Tametsi .i. nihilominus tñ, etiam si nõ arbitratus esses, ipsi fecerunt quidẽ .i. venerunt ad me, ridicule .i. stulte, ita vt rideri possent. Enim .i. quia, ipsi reddiderunt mihi post brumam .i. breuissimum tempus lucis, hoc est post medium hyemis, eas literas, quas afferebant, vt possent facere opus æstate .s. durante. Sed scito, & .i. simul, plures multo esse, qui recusent .s. exactionẽ de tributis, q̃ qui velint sup. ea exigi, & tñ .i. nihilominus, me esse facturum quod existimem te velle. Hactenus sup. respõdi, aut scripsi de Apameanis .s. legatis. Ego audiui à Pausania liberto Lentuli, ac à Cęsonio, cum dicerent .i. audiui eos dicentes, te quęstum .i. conquęstũ esse secum, q̄ non prodijssem obuiam tibi .s. redeunti è prouincia. Scilicet .i. scire licet, quamobrem quia cõtempsi te, nec quidquam potest fieri superbius me. Cum puer .i. seruus tuus, venisset ad me secunda vigilia noctis, & is nũtiasset te venturum Iconium .i. in eam vrbem Cappadociæ, ante lucẽ, & incertum sup. esset vtra via .i. qua duarum viarum .s. venturus esses, cũ duæ .s. viæ essent, ego misi altera via obuiam tibi Varronem familiarissimũ tuum. & altera .s. via Leptam præfectũ meũ fabrum, pro fabrorum, & mãdaui vtriq; eorum, vt excurrerẽt .i. extra ordinẽ, ac põpam præcurrerent ad me, vt possem prodire obuiam tibi. Lepta currens venit, & nuntiauit mihi, te iam prętergressum esse castra .s. Romana. Ego veni confestim .i. cum festinatione Iconium .i. in eam vrbem Cappadociæ. Cętera sunt iam nota tibi, q.d. scis q̄ per te steterit, quo minus te conuenirem. An .i. vtrum verisimile est q̄ non prodirem obuiam, primum Ap. Claudio, .s. Pulchro? q.d. homini nobilissimo, deinde imperatori? deinde more maiorum .i. ex vetere instituto, deinde, quod est caput .i. pręcipuum momentum rei, amico, prętertim cum soleam facere in isto genere .s. officiorum, etiam multo ambitiosius .i. copiosius & curiosius, q̃ honor meus & dignitas sup. mea postulat. Sed hęc hactenus sup. sint dicta. Illud, &c.

Idem

Idem Pausania.s.libertus Lentuli dicebat te dixisse illud. Quidni? id est, cur non ita fieret. est ironia. Appius sup. processit obuiam Lentulo redeunti è prouincia, cum ille succederet, Lentulus processit obuiam Appio.s.ex eadem redeunti, hoc est nobilissimus nobilissimo, Cice.homo nouus nouit.s.procedere obuiã Appio. Quæso.i.quæro ex te tu'ne, sup effutiuisti has.i.huiusmodi ineptias, homo, cum sis, homo, mea sñia.i.quantũ ego de te sentio, summa prudentia.i.habens summã prudentiam, et multa doctrina.i.habens multã doctrinã, & plurimo vsu rerum, addo vrbanitatem.i.asteismon, hoc est morum honestatẽ, quæ in vrbibus potius q̃ in agro est: quæ.s.vrbanitas est virtus, vt Stoici putant.i.censent rectissime, existimas.i.iudicas tu vllam Appietatem.i.nobilitatẽ & gentilitatẽ Appiorum. aut Lentulitatem.i.nobilitatem Lentulorum, valere plus.i.esse maioris æstimationis apud me q̃ ornamenta virtutis. q.d.longe erras, nam cum nondũ consecutus eram ea, quæ sunt amplissima opinionibus.i.ẽm opiniones hoĩum, videlicet consulatum & triũphos, tñ.i.nihilominus, ego nunquã sum admiratus.s.tanq̃ rem admiratione dignam, ista.s.quæ iactatis, nomina vestra, sed sup. arbitrabar viros, qui reliquissent vobis ea.s.nomina præclara, magnos. nam nisi illi magni fuissent, non reliquissent posteris suis nomina præclara. Vero.i.sed posteaquam ego accepi.i.audiui, & gessi imperia maxima, ita vt putarem nihil deesse mihi neq; ad honorem sup. acquirendum, neq; ad gloriã acquirendã, speraui me esse factum nunquam quidẽ superiorem, sed parem vobis. Nec mehercule ego vidi vel Cn. Pompeium, quẽ antepono omnibus, qui vnquam fuerũt, vel Lentulũ quem antepono mihi ipsi existimare.i.censere & iudicare aliter.s.q̃ ꝙ par vobis factus essem. Tu ô Appi si existimas.i.iudicas aliter, nihil errabis, si vt intelligas quod sit ἐξοχὴ exoche.i.excellentia, quid sup. sit εὐγένεια.i.nobilitas & bona natiuitas, attẽderis.i.animaduerteris, quid Athenodorus filius Sandonis (additur aũt id, quia, vt Strab. refert, fuit etiam alter Cordilion dictus: hic aũt Sandonis filius fuit præceptor Cæsaris) dicat de his rebus, quia nobilitatẽ virtute metiebatur, dicebatq; quod Iuuen. Tota licet veteres exornẽt vndiq; ceræ Atria nobilitas sola est, atq; vnica virtus. sed vt redeam ad rem.i.quod ad vtilitatem faciat: ego velim sup. vt existimes, me non modo.i.non tm̃, amicum tibi, verum etiam amicissimum. Profecto ego efficiam omnibus officijs meis, vt tu possis iudicare ita esse vere. Tu aũt si agis.i.prætendis id, vt tu videaris debere minus sup. laborare mea causa. dum.i.donec ego absum, q̃ ego laborarim pro laborauerim tua sup. causa, ego libero te ista cura.i.sum contentus, vt mea causa non labores: nam, vt inquit Agamemnon Homericus ad Achillem iratum in 1. Iliad. παρ' ἐμοί γε.i.apud me καὶ ἄλλοι.i.& alij sup. sunt, οἵ κέ με τιμήσουσι qui me honorabunt μάλιστα δὲ, maximè aũt μητίετα consiliarius Ζεύς Iupiter. q.d. Cice. si tu minus honorabis, me honorabunt alij. si aũt es natura.i.per naturam φιλαίτιος.i.querulus, tu non perficies quo minus.i.vt non velim.s.laborare, aut prodesse in causa tua, aut sic quo.i.vt velim minus sup propterea in causa tua, sed sup. tu assequere.i.obtinebis hoc, vt laborem.i.curem minus in quam partem accipias.s. hæc à me scripta, siue in bonam, siue in malam. Ego scripsi has ad te liberius.i.multum libere, aut liberius, q̃ par est, fretus conscientia officij mei, & beneuolentiæ sup. meæ, quam susceptam certo iudicio à me conseruabo quoad.i.quandiu tu voles.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Et hæc epistola in refutandis Appij falsis insimulationibus, vtpote de suspicione taciturnitatis, de legatis prohibitis, de fama imminuta consistit. sed ita tamen refutat, vt non tã Appio mendacium impingat, quàm falsis delatoribus, quibus citius, quam decebat virum probum, aures cõcessisset, monet tamen sub finem, vt amicitiam tueatur, & defendat.

CICERO PROCOS. S. D.

APPIO PVLCHRO. 8

ETSI, quantum ex literis tuis intelligere potui, uidebam te hanc epistolam, cum ad urbem esses, esse lecturum, refrigerato iam leuissimo sermone hominum prouincialium: tamen, cum tu tam multis uerbis ad me de improborum oratione scripsisses, faciendum mihi putaui, ut tuis literis breui responderem. Sed prima duo capita epistolæ tuæ tacita mihi quodam modo relinquenda sunt nihil enim habent, quod aut definitum sit, aut certum; nisi, me uultu, & taciturnitate significasse, tibi non esse amicum; idq; pro tribunali, cum aliquid ageretur, & non nullis in conuiuijs intelligi potuisse. Hoc totum nihil esse, possum intelligere. sed, cum sit nihil, ne quid dicatur quidem intelligo. illud quidem scio, meos multos, & illustres, & ex superiore, & ex æquo loco sermones habitos cum tua summa laude, et cũ magna significatione nostræ familiaritatis, ad te uere potuisse deferri. Nam quod ad legatos attinet, quod à me fieri potuit aut elegantius, aut iustius, quàm ut sumptus egentissimarum ciuitatum minuerem sine ulla imminutione dignitatis tuæ, præsertim ipsis ciuitatibus postulantibus? nam mihi totum genus legationum tuo nomine proficiscentium notum non erat. Apameæ cum essem, multarum ciuitatum principes ad me detulerunt, sumptus decerni legatis nimis magnos, cum soluendo ciuitates non essent. hic ego multa simul cogitaui. primum, te, hominem non solum sapientem, uerum etiam, ut nunc loquimur, urbanum, non arbitrabar genere isto legationũ delectari. idq; me arbitror Synnadis pro tribunali multis uerbis disputauisse: primum, Ap. Claudium senatui, populoq; R. non Myndensium testimonio (de ea enim ciuitate mentio facta est) sed sua sponte esse laudatum: deinde me ista uidisse multis accidere, ut eorum causa legationes Romã uenirent, sed his legationibus non meminisse ullum tempus laudandi, aut locum dari: studia mihi eorum placere, quòd in te bene merito grati essent; consilium totum uideri minime necessarium: si autẽ uellent declarare in eo officium suum; laudaturum me, si quis suo sumptu functus esset officio; cõcessurum, si legitimo, non permissurum, si infinito quid enim reprehendi potest? nisi quod addis, uisum esse quibusdam, edictum meum, quasi consulto ad istas legationes impediendas esse accommodatum. iam non tam mihi uidentur iniuriã facere ij, qui hæc disputant, quàm, si cuius aures ad hãc disputationem patent Romę composui edictum. nibil addidi, nisi quod publicani me rogarũt, cum Samum ad me uenissent, ut de tuo edicto totidem uerbis transferrem in meum. diligentissime scriptum caput est, quod pertinet ad minuendos sumptus ciuitatum: quo in capite sunt quædam noua. salutaria ciuitatibus, quibus ego magnopere delector. Hoc uero, ex quo suspicio nata est, me exquisiuisse aliquid, in quo te offenderem, tralaticium est. neq; enim eram tam desipiens, ut priuatæ rei causa legari putarem, qui & tibi non priuato, & pro re non priuata sua, sed publica, nõ in priuato, sed in publico orbis terræ *consilio.i.in senatu, ut gratias agerent, mittebãtur. * Neq;, cum edixi, ne quis iniussu meo proficisceretur, exclusi eos, qui me in castra, & qui trans Taurum persequi non possent. nam.i. maximè in tuis literis ridendũ. quid enim erat, quòd me persequerentur in castra, Taurum ue transirent; cum ego Laodicea usq; ad Iconium iter ita fecerim, ut me omnium illarum diœcesium, quæ cis Taurum sunt, omniumq; earum ciuitatũ magistratus, legationesq; conuenirent? Nisi forte postea cœperunt legare, quàm ego Taurum transgressus sum. quod certe non ita est. cum enim Laodiceæ, cum Apameæ, cũ Synnadis, cum Philomeli, cum Iconij essem; quibus in oppidis omnibus commoratus sum: omnes iam istius generis legationes erant constitutę. Atq; hoc tamen te scire uolo, me de isto sumptu legationum aut minuẽdo, aut remittendo decreuisse nihil, nisi quod principes ciuitatũ à me*

quàm si

concilio

neq; & ci

indictionē

*à me postulassent, ne * in uenditionem tributorum, & illam acerbissimam exactionem, quam tu non ignoras capitum, atq; hostiorum inducerentur sumptus minime necessarij. Ego autem, cum hoc suscepissem, non solum iustitia, sed etiam misericordia adductus, ut leuarem miserijs perditas ciuitates, & perditas maximè per magistratus suos, non potui in illo sumptu non necessario negligens esse. Tu, cum istiusmodi sermones ad te delati de me sunt, non debuisti credere. sin autem eo genere delectaris, ut, quæ tibi in mentem ueniant, alijs attribuas: genus sermonis inducis in amicitiã minime liberale. Ego, si in prouincia de tua fama detrahere unquam cogitassem, non ad generum tuum Lentulum, neq; ad libertum tuum Brundusij, neque ad præfectum fabrum Corcyræ, quem in locum me uenire uelles, retulissem. Quare potes doctissimis hominibus auctoribus, quorũ sunt de amicitia gerenda præclarissime scripti libri, genus hoc totũ orationis tollere: * Disputabant; ego cõtra disserebam: Dicebant; ego negabam. an mihi de te nihil esse dictum unquam putas? ne hoc quidem, quòd, cum me Laodiceã uenire uoluisses, Taurum ipse transisti? quòd ijsdem diebus meus conuentus erat Apameæ, Synnadis, Philomeli, tuus Tarsi? nam dicam plura; ne, in quo te obiurgem, id ipsum uidear imitari. illud dicam, ut sentio: si ista, quę alios loqui dicis, ipse sentis; tua summa culpa est: sin alij tecum hac loquuntur; tua tamen, quòd audis, culpa non nulla est. mea ratio in tota amicitia nostra constans, & grauis reperietur. quòd si quis me astutiorẽ fingit: quid potest esse callidius, quàm, cum te absentem semper defenderim, cum præsertim mihi usu uenturum non arbitrarer, ut ego quoq; absens à te defendendus essem, nunc committere, ut tu iure optimo me absentẽ deserere posses? unum genus excipio sermonis, in quo persæpe aliquid dicitur, quod te putem nolle dici: si aut legatorum tuorum cuipiam, aut præfectorum, aut tribunorum mil. male dicitur: quod tamen ipsum non mehercule adhuc accidit me audiente, ut aut grauius diceretur, * aut in plures, quàm mecum Corcyræ Clodius est locutus; cum in eo genere maxime quæreretur te aliorum improbitate minus felicem fuisse. hos ego sermones, quòd & multi sunt, & tuam existimationem, ut ego sentio, non offendunt, lacessiui nunquam. sed nõ ualde repressi. si quis est, qui neminem bona fide in gratiam putet redire posse, non nostram is perfidiam coarguit, sed indicat suam: simulq; non de me is peius, quàm de te, existimat. sin autẽ quem mea instituta in prouincia non delectant, & quadã dissimilitudine institutorum meorum, ac tuorum lædi se putat, cum uterq; nostrũ rectè fecerit, sed non idem uterq; secutus sit: hunc ego amicum habere non curo. liberalitas tua, ut hominis nobilissimi, latius in prouincia patuit: nostra si angustior, etsi de tua prolixa, beneficaq; natura * limauit aliquid posterior annus, propter quandam tristitiam temporum; non debent mirari homines, cum & natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior, & temporibus, quibus alij mouentur, ijsdem ego mouear, me esse acerbum sibi, ut sim dulcis mihi. De rebus urbanis quòd me certiorem fecisti, cum per se mihi gratum fuit, tũ quòd significasti tibi omnia mea mandata curæ fore. in quibus unum illud te præcipue rogo, ut cures, ne quid mihi ad hoc negotij aut oneris accedat, aut temporis, Hortensiumq; nostrum collegam, & familiarem, roges, ut, si unquam mea causa quidquam aut senserit, aut fecerit, de hac quoque sententia bima decedat: qua mihi nihil potest esse inimicius. De nostris rebus quod scire uis: Tarso non. Oct. Amanum uersus profecti sumus. hæc scripsi postridie eius diei, cum castra haberẽ in agro Mopsubestiæ. si quid egero, scribam ad te: neq; domum unquam ad meos literas mittam, quin adiungã eas, quas tibi reddi uelim. De Parthis quod quæris, fuisse nullos puto. Arabes qui fuerunt, admisto Parthico ornatu, dicuntur omnes reuertisse. hostem esse in Syria negant ullũ. Tu uelim ad me quã sæpissime, et de tuis rebus scribas, & de meis, & de omni reip. statu de quo sum solicitus eo magis quòd ex tuis literis cognoui, Põpeium nostrum in Hispaniam iturum. Vale.*

videntur esse verba ex Attici literis. Ad Att. lib.5.ep.16

aut impu- tius

climabis

HVBER.

ET s t { hæc epistola ferè tota est responsiua epistolæ Appij, nisi in fine. Conquestus .n. fuerat primum, quod Cic. vultu, & taciturnitate significasset se non esse amicũ Appij. quod Cic. dicit se non intelligere, quia nihil fuit. Deinde conquestus erat, ꝙ cum ciuitates prouinciæq; decreuissent mittere publico sumptu legationes Romam ad laudandũ Appium in senatu, Cic. edicto suo, & decreto prohibuisset ipsas legationes. de qua re se excusat diligenter. Addiderat Appius ꝙ Cic. de eius fama in prouincia detraxisset. quod omnino negat Cic. & dicit Appium aut hoc improbe finxisse, aut si audiuit ab aliquo, eum errasse tñ, ꝙ nimis temere, & leuiter crediderit. Postremo ostendit sibi gratum esse, ꝙ admonitus fuerit de rebus vrbanis ab Appio: quem rogat, vt agat cum Hortensio familiari suo, vt omnino, non approbet ꝙ Cic. remaneat in prouincia per duos annos. breuius demum admonet Appium, vbi nũc sit, & quid noui sit in Cilicia. {Videbam} intelligebam. {Hãc} meam. {Ad vrbem} in vrbe. Significat .n. nunc in loco, vt Prima quod ad Troiam pro caris gesserat argis. {Refrigerato} remisso, diminuto, cessante, sicut contra feruere ponitur pro crescere & frequentari. {Leuissimo sermone} .i. leuissimorum hominũ sermone. {Prouincialium} illius prouinciæ .i. Cilicum, qui gaudent inter nos dissidium ponere. {Multis verbis} longiore epistola. {Faciendum putaui} .i. visum est mihi. {Breui} .i. paucis verbis. {Capita} capitula, primæ partes, vel clausulæ primæ. {Tacita} sine vlla mentione & responsione {Diffinitum} determinatum. {Certum} expressum: vsr. n. esse somnia quæ in principio epistolæ scribis. {Vultu} faciei qualitate, qua possumus significare animum nostrum, vt puta si rideamus, cum quispiam detrahit de honore alterius: significamus nos non esse ei amicos, quia non rideremus. Cum vero ꝑꝑ illas detractiones obducimus, aut rogamus frontem, ostendimus nos amicos, qui nolumus audire eius detractiones. deprehendi autem vultu animi qualitatem ostendit Iuuen. Deprehendas animi tormenta latentis in ęgro Corpore, deprehendas & gaudia sumit vtrunq; Inde habitum facies. {Taciturnitate} quia si detrahentibus nihil contra respondemus, videmur confirmare. ergo. {Vultu} ostendendo lętitiã cum tibi detrahebatur. {Taciturnitate} tacendo, & quodammodo affirmando quæ de te dicebãtur. {Id} me non esse tibi amicum. {Pro tribunali} .i. tribunali. Nã pro hic pro in ponitur. In tribunali aũt .i. cum ius redderem. {In cõuiuijs} quibus interfueram. {Hoc totum} quod dicis me significasse vultu & taciturnitate in tribunali & in conuiuijs me non esse amicum tibi. {Nihil esse à me} nunquam à me esse factum. {Nequid dicatur} quia ex nihilo nihil põt elici. {Illud} dixit se nulla te ostendisse se esse inimicũ Appio, nec vnquam ei detraxisse, nũc dicit se ẽt sæpe laudasse. {Illud} quod sequitur .i. meos sermones. {Habitos} dictos à me. {Illustres} claros, honorificos. {Ex superiore loco} in tribunali. {Ex æquo} inferiore, vt in conuiuijs & cęteris locis. {Laude tua} cum magna tua cõmendatione. {Ex significatione} demõstratione, testificatione. {Qđ ad leg.} respondet alij parti epistolæ de impeditione legationũ. {Elegantius} dignius. {Aut iust.} cum maiori iustitia. {Egẽtissimarum} paupertimarum. {Sumptus} qui imponebantur pro mittendis legationibus. {Postulantibus} à me, vt imminuerem sumptus earum. neq; .n. mea sponte motus sum, vt id facerem. {Genus leg.} .i. quales essent oẽs legati, qui proficiscuntur Romam. {Tuo no.} tua causa, vt te laudarent. {Principes} primates. {Detulerunt ad me} renuntiauerunt mihi. {Decerni} statui in prouincia. {Soluendo non essent} soluere non possent, soluẽdi facultatem non haberent. {Hic} tunc, est .n. aduerb. tẽporis.

Ad vrbem significare nunc in loco.

soluendo non essent Hic

vt Hic

vt Hic Regina grauem gemmis, auroq; popoſcit, Impleuitq; mero pateram. alias loci, vt, Hic illius arma, hic currus fuit. }Vrbanum} ciuilé, cultis moribus. Vt nunc loquimur, quia verbum erat tẽporibus Cic. nouũ. vt oſtendi, Quint. lib. 8. vbi tractat de ornatu orationis, & adducit hũc locũ Cic. }Iſto genere legationum} .i. talibus legationibus, quæ nulla neceſſitate proficiſcerẽtur, ſed tñ vt te laudarẽt. }Synnadis} quod eſt oppidũ Phrygiæ ad Cariæ fines: vnde marmora effodiũtur, quæ Synnadica dñr. }Id} .ſ. te non delectari hoc genere legationũ. }Primum} .ſ. dicebam. }Ap. Claudium} .ſ. te. }Myndenſium} Myndũ oppidũ Cariæ. }Sponte} per ſe ipſum .i. ſua cauſa & nõ teſtimonio legationum. In ea .n. dicit quare potius dixerit Mydenſium q̃ aliorum populorũ, quia in ciuitate mentio facta eſt de hac re. }Senatu} à ſenatu: datiuus pro ablatiuo. }Deinde} .ſ. dicebã. }Accidiſſe} contra eorum voluntatẽ eueniſſe. }Borum cauſa} vt eos laudarent. }Tẽpus} occaſionẽ dari. }Laudandi} eos quorum cauſa veniſſent. }Studia} dicebã mihi placere volũtatẽ eorum, q̃ eſſent grati erga te, p̃p merita tua bene adminiſtratæ prouinciæ, ſed }Conſilium} deliberationẽ proficiſcendi Romã tua cauſa. }Minime nec} quia, vt dixi, tua ſponte ſatis eſt laudatus ſenatus & P.R. }Officium ſuum} .i. ſi vellent demõſtrare ſe eſſe gratos, ſicut eos eſſe decet. }Laudaturum} ſubaudi dixi. }Eſſet functus off.} veniſſet Romã ad laudandũ te. }Sumptu ſuo pr.} non autẽ ſumptu publico, qui exigitur cõtra voluntatẽ multorum. }Cõceſſurum} permiſſurũ, vt fungeretur officio. }Legitimo} .ſ. ſumptu .i. honeſto, moderato. }Infinito} nimio, & imoderato. }Eſſe viſ. q.} quoſdã exiſtimaſſe. }Quaſi conſultu} .q.d. dedita opera & tantũmodo ad hoc, vt impedirẽ legationem, & nõ prodeſſem prouinciæ. }Accõmodatum} adaptatũ, factum. }Iam} inceptiua particula in hoc loco. }Diſputant} proferũt. }Hæc tal.} .ſ. me feciſſe edictũ de induſtria, vt impedirẽ legationes tua cauſa profecturas. }Cuius} alicuius. }Patent} ſunt expoſitæ, quod eſt ſignũ inconſtantiæ, & amoris nõ veri. Nã inquit Cic. in Lælio, Addẽdum eod. vt nec criminibus inferẽdis delectetur amicus, nec credat oblatis, quæ pertinent oĩa ad incõſtantiã. Idẽ in eod. lib. paulo inferius, Iam deinde non ſolũ ab alio oblatus criminationes repellere, ſed neq; ipſum quidẽ eſſe ſuſpicioſum ſemper aliquid exiſtimantẽ ab amico eſſe violatũ. }Edictum} decretum. }Publicani} qui publica tractant & conducunt. }Samum} Samos tantummodo dr̃ pro inſula. Same vero & Samus pro vrbe dr̃, auctor Strab. lib. 10. }Romæ} cũ eſſem Romæ, vbi nihil ſuſpicabar de hmõi legationibus. }Addidi} occurrit obiectioni, ne diceret eum forte poſtea cõſulto id addidiſſe. }Caput} capitulum, quod ego tranſtuli de tuo edicto in meũ. }In caput} de minuẽdis ſumptibus. }Noua} à te non cogitata. }Salutaria} vtilia. }Quibus} ſalutaribus. }Delector} quia cũ præſim prouinciæ, oĩa refero ad eius vtilitatẽ. }Offenderẽ te} facerẽ contra te. }Tranſlatitiũ} fictitium, in me falſo tranſlatum. }Neq; .n.} reddit rõnem quare hoc ſit tranſlatitiũ. }Priuatæ rei} ſed potius cauſa publica. }Legari} mitti ſubaudi eos. }Qui mit.} .ſ. Romã. }Tibi non priuato} qui geſſeras magiſtratũ. }Non priuata ſna} nõ ipſorum tñ prouincialium. }Edixi} decreui, ſtatui. }Iniuſſu} ſine meo mandato. }Excluſi} excepi. }Perſequi me} venire ad me, qui erã admodum longe. }Taurum} montẽ quem Cic. tranſierat. }Ridiculum} dignũ riſu, quia ſine ratione dictum. }Quid .n. erat} .h.d. nullam fuiſſe cãm, quare eum perſequerẽtur trans Taurũ, quia ante q̃ tranſiret Taurum, ita egerat iter ſuum, vt nõ modo illæ legationes: verum etiã legationes omniũ ciuitatum potuerint eum cõuenire. }Ad Iconium} vnde paulo ante mouerat caſtra, vt in ſuperioribus epiſtolis oſtendit. }Diœceſium} diœceſis ſcribitur per œ diphthongum: & ſignificat gubernationẽ adminiſtrationem. nam διοικέω ſignificat guberno. ergo diœceſium, iuriſdictionum, gubernationũ prouinciæ. }Cis} citra. }Magiſtratus} officiales. }Philomeli} quod eſt oppidũ Phrygiæ in magna planicie à ſeptẽtrione, auctor Strabo. }Iſtius generis} huiuſmodi quæ mitterentur cauſa laudandi te. }Atq;} dicit ſe nihil decreuiſſe ſua ſpõte de hmõi legationibus, niſi quod poſtulationibus principium ciuitatis coactus eſt facere. }Remittẽdo} pro dimittendo. }Poſtulaſſent} rogaſſent. }In venditionem tributorum} quia plerunq; venduntur tributa iis, qui poſtea ea exigunt ſine vlla clementia. }Acerbiſſimam} crudeliſſimam, accipiendo pignora, & ſubhaſtando bona eorum, qui debent tributa. }Capitum, atq; hoſtiorum} quæ per capita & per oſtia fit, & imponitur. }Inducerentur} imponerentur, & quaſi in malã conſuetudinem reducerentur. }Minime neceſſarii} & ideo nõ tolerabiles: nã ſumptus neceſſarii ẽt ſi ſint graues, æquius tolerantur. }Ego aũt cum hoc ſuſcepiſſem} aggreſſus eſſem, vt defenderem. }Adductus} motus. }Miſeriis} calamitatibus. }Perditas} afflictas, cõſumptas. }Per ſuos magiſtratus} latenter pulſat Appium. }Nõ negligens} liptote .i. diligentiſſimus. }Non debuiſti} vt oſtendimus ſupra eſſe officiũ boni amici & conſtantis. }Aliis} multi .n. ſunt qui multa fingunt, & ea falſa tribuunt amicis quos peſſimos eſſe oſtendit. Horat. in ſermonibus his verbis, Fingere qui non viſa põt, ſecreta tacere Qui nequit, hic niger eſt, hunc tu Romane caueto. }Minime liberale} minime honeſtum. }Ego} probat q̃ nunquã detraxerit de fama Ap. neq; .n. conſequẽs eſt, vt qui ſtudeat aliũ honorare, detrahat de eius fama: ſe aũt dicit ſtuduiſſe honorare Appium, cũ retulerit ad generũ eius, ad Phaniam libertum, & Leptam præfectũ fabrum ſuorum, in quẽ locum Appius vellet eum venire: ſe .n. venturum quocũq; veniſſet. Ergo non eſt veriſimile q̃ cogitauerit ei detrahere. }Ad libertum} ad Phaniam, vt ſupra in aliis epiſtolis. }Præfectum fabrum} Leptam, vt ſupra. }Venire} vt mecũ loqui poſſes. }Quare} concludit hmõi ſermones delatos, q̃ Cic. ei detraxiſſet, omnino non fuiſſe credendos auctoritate eorum, qui de amicitia ſcripſerunt: vt probauimus ſupra ex Lælio Ciceronis. }Auctoribus} doctoribus, ſuaſoribus .i. doctiſſimorũ virorum ſnia. }Gerenda} colenda, ſeruanda. }Orationis} detractoriæ, & transferẽdi criminationes falſas in amicum. }Tollere} remouere, nõ credere. }Diſputabant} oſtendit quid debuerit facere Appius, quia debuerat refellere criminationes, quæ ad ſe deferebãtur de Cic. ſicut ipſe refellebat ad ſe delatas. }Differebam} diſputabam. credo eſſe verba ſumpta ab aliquo, qui dicat in amicitia ita eſſe faciendum. }Contra} ea quæ mihi deferebantur, ita tu facere debueras. }De te} quod faceres cõtra honorem meum. }Nec hoc quidem} .ſ. putas eſſe dictũ. }Venire me} ſicut indicauerat mihi Lent. Clod. vt in præcedentibus eſt viſum. }Conuentus} .i. iuriſdictio, quia illuc cõueniebant populi, vbi erat procõſul. }Apamea, & Laodicea} Phrygiarum vrbium maximæ ſunt. }Tuus Tharſi} quia illic quotidie decernebas, ſtatuebas, iudicabas, forum habebas, vt ſupra in epiſtola, quæ incipit, Cum meum factum. Tunc .n. maleuoli homines detulerant Cic. Appium præiudicare eius honori, quia adhuc ita prouinciã adminiſtraret quaſi Cic. pro nullo eſſet. }Id ipſum} quod attribuã tibi, quod in mentem venerit. }Obiurgem} accuſem te: quia te accuſo q̃ id feceris. }Si iſta} dilemma argumentum, quod ex vtraq; parte cõcludit. }Ipſe ſentis} ipſe iudicas & credis. }Culpa} quia temere credis. }Sin autem} altera pars argumẽti. }Quòd audias} q̃ is patefacias aures: quia nõ deberent aures tuæ patere delationibus iſtorum. }Nõnulla} aliqua, ſed maior quàm ſuperior. Quod ſi quis} argumẽtatur aliis rationibus, q̃ nulla fuerit cauſa, quare debuerit ei detrahere. & occurrit obiectioni: ſi quiſpiã fortaſſe diceret eum eſſe calidũ & verſutum, quod quidem eſſe non poſſet, ſi ei detraheret; quẽ ante laudaſſet eo t̃pe non ſperabat euẽturum, vt in aliqua re poſſet poſtea laudari ab Appio: nunc aũt cum egeat huius fauore qũo veriſimile eſt quod egiſſet, vt mereretur ab eo deſeri? }Fingit} putat. }Aſtutiorem} cõparatiuum pro poſitiuo. }Quid põt} oſtendit quod hæc eſſent contra aſtutiã, quæ dr̃ feciſſe. }Incallidius} ſtolidius, ſimplicius. }Ve} ordo eſt: quid põt eſſe incallidius, quam committere vt tu optimo iure me deſerere poſſes, cum te abſentem defenderim, eum præſertim non arbitrarer, &c. }Defenderim} olim Romæ. }Te abſentem} ab vrbe, cum eſſes in prouincia. }Præſertim} ne fortaſſe dicatur feciſſe vt idẽ ab eo poſtea acciperet. }Vſu venturum} euenturum. Nã vſu venire, euenire, & contingere ſignificat. }Abſens} nunc cum ſim in prouincia. }Quoque} ſicut te defenderam. }Committere} facere. }Iure op.} merito ipſo, iuſtiſſima cauſa: quia ſi tibi detraherẽ, nunc merito me deſerere poſſes. }Vnũ g.} in vno tñ dicit Cic. ſe fortaſſe offendiſſe App. ſi fortaſſe audiuit aliquos ex tribunis vel præfectis Appii minus honorifice de eo loquẽtes: quod tñ etiam dicit ratũ fuiſſe. }Excipio} quia dixi me nũquam cogitaſſe detrahere tibi. }Excipio vnum genus ſer.} quendam loquendi modum. }Nolle dici} quia nõ videatur eſſe tibi honorificum: & declarat quod ſit illud. }Si aut qui} .i. aliquis. }Maledicit} male loquitur de te. }Quod ipſum} vt male diceret de te. }Me aud.} corã me. }Grauius} aſperius. }Impurius} inhoneſtius. }In eo genere} in eiuſmodi ſermone. }Minus fel.} moderate eum reprehendit. noluit dicere, te male tractaſſe prouinciam: ſed fuiſſe infelicem, nõ tua culpa, ſed aliorum improbitate, iniquitate aliorũ, qui eſſent ſub te in adminiſtratione prouinciæ, quorum improbitate dedecus ad te redundauit. }Hos} tales. dicit quare hos ſermones audierit, & eos non repreſſerit, ne audiret. }Tuã exiſtimationem} tuã auctoritatem, & dignitatem, quia nõ tua, ſed aliorum culpa diceris

Vrbanus

Synnadis. Synnadica marmora

Iam

Diœceſis

Philomelũ

Apamea. Laodicea

Dilemma

ceris minus felix fuisse.{Non lacessiui}.i.nō captaui, non prouocaui,nō quæsiui,aut inuitaui.{Repressi}.i.vetui dici. {Si qx est}dilemmate quodā ostendit omnino contēnendos esse eos, qui ista deferunt Appio de Cic.Dicit.n.se recōciliatum esse Appio bona fide.quod si qnis fortasse nō credit,dicit p p hoc se nō probari perfidū: sed potius eum,qui nō credat.& est prima pars argumenti. {Coarguit}cōprobat. redierat.n.in gratiā vt visum est superius,reditus in gratiā illustris, &c. {Indicat suam} quia qui perfidus est, credit & existimat alios esse perfidos. {De te} quem eodē modo existimat non bona fide esse recōciliatum,sicut nec me.{Sin aūt}altera pars argumenti dissimilitudine, q a alia sunt meam, alia fuerunt tua instituta.{Recte fecerit} quia vterq; nostrū habuit rōnem iustitiæ & honestatis in ijs, quæ à nobis statuta sunt.{Non idem}quia ego aliter , & tu aliter statuisti.{Hunc talē virum}cui nō placent mea instituta,cum sint recta,quia dissentiunt à tuis : quia mea magis restrinxerunt impensas,q̄ tua.{Liberalitas}latenter & caute mordet Ap.q̄ puinciam nimis magnis simplicibus onerasset : qm̄, cū large expenderet,large etiā pecuniā exigebat. quod se facere nolle dicit & p p asperitatē temporū , & quia natura est restrictior, ad largiendū de alieno.quod latenter significat fecisse Appiū. {Liberalitas} noluit dicere largitas,aut prodigentia , q̄ tñ intelligit. {Patuit}apparuit.{Vt}tanq̄.{Nobilissimi} cui à natura sit ingenita liberalitas,quia nobiles solēt esse liberaliores. {Nostra} liberalitas.{Angustior}tenuior.{Prolixa}larga:vt Ter.Accipit nemo melius neque prolixius.i.largius. {Limitabit} moderabitur,minuet,præscribet.{Posterior}sequens post tuum magistratum.{Tristitiam}infelicitatē,quia sunt aliqui anni asperiores,qui non pñt ferre sumptus solitos. {Natura} ingenio meo naturaliter.quod officium est iustitiæ : neq;.n.vt ipse in j.offic. inquit,eripiendum est alij quod alijs largiamur.{Tēporibus}.s. tristibus.{Mouentur}efficiūtur.& est alia ratio quare sit restrictior.est aūt sensus,& ordo,& cū ijsdē tēporibus tristibus & malis,quibus alij mouentur.{Ijsdē ego}moueor me non esse acerbum eis.{Vt sim dulcis mihi}.i.vt mouear non velle quærere cōmodum meum cum incommodo aliorum.quod qui facit,est acerbus alijs,vt sit dulcis sibi.{Acerbum} iniquum.{Sibi}.i.ipsis.s.alijs nō esse.legendum est,& non me esse, qm̄ ita in emendatis codicibus legitur,& aliter sensus stare nō pōt. {De rebus} ostendit duplici de causa sibi gratum fuisse q̄ ab eo redditus sit certior de rebus R.quæ ratione fierēt.& quia intellexit ea,quę cupiebat de rebus vrbanis,& quia cognouit mandata sua fuisse curæ Appio,cui mandauerat vt sæpe ad se scriberet.{Per se}spōte sua.{Tum}alia causa.{In quibus}mandatis.{negotij} administrandæ prouinciæ.{Oneris} onerosi officij.i.ne aliud onus addatur mihi,vt faciam plura,q̄ facio,aut feci.{Accedat}addatur.{Aut tēporis}.i.plus tpis maneā in prouincia , q̄ erat mihi statutum.i.vltra annū.{Aut sensit} iudicauit sñiam, & opinionem habuit p p me.{Decedat de hac sñia bima} omittat oīno etiā hanc sñiam duorum annorum de commemoratione mea in prouincia.{Bima}duorum annorum senserat.n.Hortensius cum multis alijs vt Cic.per duos annos remaneret in prouincia · de qua sñia vt recedat,vult eū rogari ab Appio.{Quo}qua sñia bima.{Inimicius}magis aduersum : quia nihil est qđ minus vellem.{Amanum versus}Hæc præpositio versus,elegāter nominibus locorū postponitur,vt Italiā versus, Romā versus. Amanus aūt mons est,vt supra docuimus , inter Ciliciā & Antiochiam.Pōp.Mela : prima est reliqua pars Syriæ ,cui Antiochiæ cognomē addit,& in ora eius vrbs Seleucia, Hippatos,&c. Tū mons Amanus,& ab eo statim Miriandros,& Cilices.{Postridie eius diei}.i.qui est post nonas Octob.{Mopsuhestię}nomen est loci in Asia.{Adiungam}illis quas mitto ad meos{De Par.}quæsierat.n.App.à Cic.an Parthi ingressi essent prouinciam,quia audiuerat tumultū in ea fuisset.itaq; rescribit Cic.se arbitrari nullos fuisse. {Qui fuerunt} in prouincia. {Admisto ornatu Parthico} quia Arabes acceperunt habitum armaturæ Parthorum,qui oēs dicebantur reuertisse in prouinciam suam. {Hostem} pro hostes.{De quo} statu reip.{Solicitus} anxius. {Nostrum}mihi amicū,tibi etiam affinitate coniunctum, quia filius Pompeij erat gener Appij,vt supra visum est.

Prolixum
Limitare

Versus
Amanus

ASCEN.

ETSI { respondet epistolæ Appij, qua multa obiecerat, quæ purgat, vti legēti facilè patebit. Ordo aūt est.etsi.i. quanquam ego videbam,quantum potui intelligere ex literis tuis,te lecturū sup.esse hanc epistolā,cum venisses ad vrbem.s.Romā,sermone leuissimo.i.incōstantissimo,hominum prouincialium,qui inique cōquesti fuerant de Cic.refrigerato.i.tēperato & sedato iam , & tñ cum tu scripsisses ad me tā multis verbis,de oratione.i.locutione hoīum improborū , ego putaui faciendū mihi.i.me debere facere , vt responderem breui i.breuiter,vel breui sup.epistola,vel responsione, literis tuis. Sed duo prima capita.i.principales sñię epistolæ tuæ relinquēda sunt mihi quodāmodo tacita.enim.i.quia nihil habēt , quod sit aut diffinitum.i.determinatū,aut certum,nisi me significasse vultu & taciturnitate.i.eo q̄ vultum iratum haberē & nihil dicerem, me sup.non esse amicū tibi.id q;.i.& id potuisse intelligi pro tribunali.i.ante tribunal, cū aliquid ageretur, & nōnullis.i. quibusdā cōuiuijs.Ego,inquit Cic.possum intelligere hoc totū nihil esse.i.ex vana suspicione esse ortum.sed cū sit nihil.s.in te, nec quidem.i. non etiam,aut non saltē intelligo , quid dicatur. Quidem.i.certe,ego scio illud multos sermones meos habitos & illustres.i.claros, & ex superiore loco.i.cū in sede magistrali sederem,& in loco ęquo.i.plano , cū vt priuatus loquerer cum summa laude tua & cum magna solicitudine.i.anxietate , & significatione familiaritatis nostræ , potuisse deferri.i.delatione afferri ad te,vere.i.veraciter. Nā quod attinet ad legatos,qui cōmunibus sumptibus volebant Romā proficisci, vt Appium publice laudarent,quid potuit fieri à me aut elegātius.i.decētius, aut iustius,q̄ vt minuerē sumptus i.expensas ciuitatū egentissimarum,sine vlla imminutione dignitatis tuæ , præsertim ipsis ciuitatibus postulantibus sup.illud,q.d.nihil . Nā totum genus legationum.i.legatorum proficiscentium.i.abeuntium tuo nomine,nō erat notū mihi.i.non erat approbatū à me , cū nescirē iustam rōnem earum, cum ego essem Apameæ.i.in ea vrbe Antiochiæ,aut,vt alij dñt,Phrygię.sed Strab.dicit sic: Antiochensibus ad Austrū Apamea est in mediterraneo sita. Et paulo ante de Antiochensi prouincia,quæ est pars Syriæ , loquens dicit, Vocatur etiā tetrapolis ex insignibus vrbibus quæ ibi sunt,& si plures sint, maxime tñ 4. sunt Antiochia apud Daphnē , & Seleucia in Pieria,& Apamea,& Laodicea, quæ p p cōcordiā sorores dicebantur.Eas Seleucus cōdidit.Maxima ab eius patre Antiochio Antiochia dicta est , munitissima ab eo , Apamea vero ab eius vxore , Laodicea aūt à matre nominata est.Alibi tñ dicit Apameam,& Laodiceā Phrygiarum vrbium maximas.Sed Phrygia generaliter ea quoq; pars dr.Principes multarū ciuitatum detulerunt ad me.i.clam insinuauerunt mihi, sumptus nimis magnos decerni.i.decreto adiudicari , legatis.s.Romā ituris,cū ciuitates non essent soluendo.i.vt soluant . Ego cogitaui multa simul hic.i.in hac re aut hoc re tpe : primū arbitrabar te hoiem,non solū sapientē , verūetiam, vt nunc loquimur,vrbanum.i.politū sermone & moribus non delectari isto gñe legationum.s.quæ in vanū exhauriret egētissimas ciuitates . Et ego arbitror me disputasse ad multis verbis pro tribunali.i.in tribunali Synnadis.i.in eo oppido Cariæ, vbi vis est marmorū , quæ Synnadica inde dñr. Alij Phrygiæ quoq; eam addicunt,quia vicina sunt loca.Phrygiaq; maior ea complectitur.Est aūt forma ablatiui pluralis . Primum sup.dixi disputando Ap.Claud.esse laudatū senatui & P.R.i.à senatu & P. R.aut coram sen.& P. R.non testimonio Myndēsium i.legatorum è Myndo oppido Cariæ.mentio.n.legationis mittēdæ facta est in eo oppido, sed sua sponte.i.sine alicuius intercessione. Nam senatus de rep.benemeritos spōte laudare solebat.deinde sup.dixi,me vidisse ista accidere multis,vt legationes venirēt Romam, causa eorum.s. laudandorum,sed dixi,me nō meminisse,vllum tempus aut locum laudādi dari his.i.huiusmodi legationibus. Sicut Agrecius dicit,memini exigit præsens tempus vt memini videre,non vidisse,& hic dari,nō datum esse.Idq; Cic.ferè obseruat. Valla tñ in Raudensem improbat.Certum aūt est,Virg.in Georg.dixisse.Memini Corycium vidisse senem.& Persium , memini somniasse.sed frequētior est per præsens locutio.Dixi sup.studia eorum,qui ire,aut mittere volebant,placere , q̄ essent grati in te benemerito , sed sup.dixi consilium totum.s.de mittendis legatis,videri minime necessarium . Si aūt vellent declarare officiū suum in eo.s.consilio,aut incepto,dixi sup.me laudaturū,si quis functus essēt officio.s.legationis Romam tui laudandi gratia suo.i.proprio sumptu,nō ciuitatum egentium.& dixi concessurum,si sup.functus esset suo sumptu legitimo.i.rationabili,qualem leges permittunt,& sup.dixi me nō permissurum si infinito.s.sumptu quia cēderet in detrimentum reip.cui expedit , vt vnusquisq; re sua bene vtatur. Disputaui aūt publice, aut fateor me disputasse publ.quid.n.pōt reprehendi.s.in meo facto , nisi q̄ addas visum esse quibusdam edictum meum,esse accommodatum.i.applicatum , quasi consulto.i.consilio præuio ad istas legationes impediendas.Iam vero ij,qui hæc disputant.i.varijs sermonibus agitant non videntur mihi facere iniuriam,tātum,

id est,

id est, in tantum, qui .i. quātum, supp. is, si cuius .i. si quis talis sit, q eius aures patent ad hāc disputationem, tacite notat Appiū, qui detractores libenter audit, modestius tñ dicit si cuius, q si diceret, vt multi legunt, q̄ ij quorum, &c. aut, Is cuius, &c. Ego cōposui edictum Romæ .i. cū adhuc Romæ essem, nec quidquam de legationibus istis suspicaret, & nihil addidi, nisi id quod publicani .i. qui publica vectigalia conducunt & tractant, rogarūt me cum venissent ad me Samum .i. in eam vrbem insulæ eiusdē nominis, sed vrbs etiam Samæ dr insula tñ Samos, vt transferrē .i. transmutarem, de edicto in meum .s. edictum, scriptum diligentissime, totidem verbis, quot esset scriptū in tuo edicto, hoc est, vt quod erat in tuo edicto, ponerem aliter, in quo capite sunt quædā noua salutaria ciuitatibus quibus ego delector magnopere. Vero pro sed, hoc ex quo suspicio nata est me exquisiuisse .i. cogitasse aliquid, in quo offenderem te, est translatitium .i. ceu translatitium .i. fictitium & falsò in me translatum, ex malitia eorum qui talia cogitant & faciunt. Neq; .n. eram tam desipiens, vt putarem sup. eos legari causa rei priuatæ, qui mittebātur vt gratias agerent, & ibi non priuato, sed publico magistratu functo, & nō pro re priuata sua .i. tibi propria, sed sup. & nō .s. gratias agerent, in priuato .s. loco, sed in publico consilio orbis terræ .i. in senatu .s. R. Neq; .n. cum edixi .i. in pub. mādato iussi, nequis proficisceretur .s. Romā iniussu .i. sine iussu meo, exclusi eos, qui non possent persequi .i. ad finem vsq; sequi (non .n. semper in malum accipitur) me in castra, & qui non possent persequi me trans Taurum .s. montem. quia qui nequis dicit oēs includit sub vetatione sua. Nam .i. maxime ridendū in literis tuis. Scripserat .n. Appius mordendo Cic q cum prohibuisset quenquam iniussu suu proficisci Romam, non prohibuerit proficisci secum in castra, & trans Taurum. immo dicit Cice. generalem se fecisse prohibitionem, neq; opus fuisset, vt legationes mitterentur secum aut in castra, aut trans Taurū. Quid .n. erat, quod id est, p p quod persequerentur in castra, ve, pro vel, transirent Taurum, nomen est maximi montis, Armeniam à Cilicia dirimentis. cū ego fecerim iter à Laodicea .i. ab ea vrbe Antiochiæ, aut Syriæ, seu Phrygiæ maioris, vsq; ad Iconium oppidum Cappadociæ, ita vt magistratus & legationes omnium diœcesium .i. iurisdictionum, ac gubernationum, à verbo διοικῶ, quod est guberno, vnde secunda per œ scribitur, & tertia à Græcis per η, & ita ambæ sunt longæ: est διοίκησις, diœcesis, dispositio, gubernatio, iurisdictio quæ sunt cis .i. citra Taurum, & omnium illarum ciuitatum, conuenirent me .s. agendi mecum de rebus suis gratia, nisi forte legati sup. cœperunt legari .i. mitti posteaquā ego transgressus sum Taurum, quod certe nō est ita. Cum .n. essem Laodiceæ, cum essem Apameæ, cū repete essem, Synnadis, cū .s. essem Philomeli, cum essem Iconij, quæ sunt oppida iam nota in prouincia sita: Iconium quidem in Cappadocia, Philomelum in Phrygia .s. maiore quod situm est in magna planicie à Septētrione: cętera prius dicta sunt. Synnada quidem vrbs est Asiatica ad Cariæ fines, vt Strabo dicit, non magna est, ad quā planicies iacet oleis consita lx. fere stadiorū. Vlterius est. Dorci vicus & Synna dici lapidis fodina. De declinatione autē nequid hæsites, quia Cic. Synnadis aduerbialiter dicit: credā vti ablatiuo plurali, vt sit nominatiuus Synnada synnadorum. Calepinus tñ dicit apud Sidonium declinari Synnas Synnadis, quod hoc dici non posset, nam ab eo nominatiuo diceretur hoc Synnade, aut Synnadi, non Synnadis, in quibus omnibus oppidis ego commoratus sum .i. moram traxi, omnes legationes istius generis .s. quæ mitterentur tui laudandi gratia, erant constitutæ .i. translatæ. Atq; ego volo te tñ scire, hoc me nihil decreuisse .i. decreto constituisse, de isto sumptu legationum, aut mouēdo, aut remittendo .s. illis, qui eo onerabantur, nisi quod principes ciuitatum postulassent mane .i. matutino tpe eius diei qđ decreueram, ne sumptus minime .i. omnino non necessarij ducerentur in venditionem tributorum: interdum .n. tributa venduntur, & qui ea emunt, acerbissime exigunt, & illa acerbissimam ex actionem capitum, atq; ostiorum .i. de singulis capitibus atq; ostijs domus, quam tu non ignoras, quia eius tpe vigebar, aut ab eo, aut eius gratia instituta erat. Ego aūt cum suscepissem .i. faciendum recepissem hoc .s. ne fierent sumptus non necessarij, adductus .s. ad hoc non solum iustitia, quæ nimiā exactionem prohibet, sed etiam misericordia, vt leuarem .i. deonerarem miserijs ciuitates perditas .i. pereuntes, & perditas maxime per magistratus suos, non potui negligens esse in illo sumptu non necessario .s. vetando. Tu cum sermone istiusmodi .s. detractorij & inimicitiam generatiui, essent delati ad te me, nō debuisti credere. Si autem delectaris hoc genere .i. fictionū, aut sermonum, vt attribuas alijs .i. dicas tibi dicta esse ab alijs, quæ veniant tibi in mentē .i. quæ putaris dicta, aut facta esse potuisse: tu inducis in amicitiam genus sermonis minime .i. nequaquam liberale .i. libero homine dignum. Si ego cogitassem nunquam detrahere de tua fama in prouincia, non tulissem ad Lētulum generum tuum .i. ad iudicium & voluntatem generi tui Cn. Lentuli, neq; ad Libertum tuum .s. Phaniam Brundusij, cū adhuc essem Brundusij, quæ est vrbs Italiæ, neq; ad præfectum fabrum pro fabrorum, Corcyræ .i. cum essem Corcyræ, aut in Corcyra insula, in quem locum velles me venire .s. ad conueniēdum te, aut, vt conueniar à te. quare tu potes doctissimis hominibus auctoribus .i. id approbantibus, quorum .s. auctorum libri sunt .i. extant scripti præclarissime de amicicia gerenda, tollere hoc totum genus orationis .s. quale est dicentium. Supple homines, aut inimici disputabant .s. de alicuius perfidia. Ego differebam .i. diuersa ab eis asserebam contra. ipsi dicebāt .s. aliquid mali de te, aut de alio, ego negabam. Talia .n. solent dicere, qui volunt videri amici, cum non sint, quia fingunt se refellisse ea quæ nunquam dicta sunt, vt non ipsi, sed alij ea dixisse putentur. sic tñ, vt licet, dicant se contradixisse, putent inimicos illorum, de quibus talia dicta narrant, vere censere. non oēs intelligunt hūc locum. An ô Appi, putas nihil vnquam esse dictum mihi de te? ne quidem .i. non saltem hoc? quod cū voluisses me venire Laodiceam, ipse transisses Taurum, & q meus conuentus .i. iurisdictio erat Apameæ, Synnadis, Philomeli, & tuus conuentus erat Tarsi ijsdem diebus, quod argumentum erat te nolle prouincia decedere. Non dicam plura, ne videar imitari id ipsum, in quo ego obiurgem te. Ego dicam illud, vt sentio, si ipse .i. tu, sentis .i. ex snia tua asseris ista quæ dicis alios loqui, est tua summa culpa. sin autem .i. sed si, alij loquuntur hæc tecum, tñ tua culpa est nonnulla .i. ex aliqua parte, quod audis .s. tales. Mea ratio .i. forma faciendi & dicendi reperietur constans & grauis in tota amicitia nostra. Quòd si quis fingit me astutiorē .i. callidiorē, quid potest esse in callidius .i. magis non callidum, hoc est stultius & simplicius, quam cum ego defenderim semper te absentem, prǣsertim cum ego non arbitrabar vsu venturum .i. euenturū mihi, vt ego essem defendendus à te absens, ego committerem nūc vt tu possis optimo iure .i. æquissimis rationibus deserere me absentem .i. existentem in prouincia. Ego excipio vnum genus sermonis .i. nihil dico de eo in quo aliquid dr persępe, quod putem te nolle dici .i. vt dicatur, si aut quispiam legatorum tuorum .i. qui tui in prouincia legati fuerant, aut tribunorum militū, male dicit .s. de te. Quod ipsum .i. male dicere de te mehercule, non accidit adhuc me audiente, vt sup. quidquam diceretur, aut grauius .i. molestius, aut impurius .i. obscœnius .s. de te, q̄ Clodius .i. Lentulus est locutus mecum Corcyræ, cum quæreretur .i. conquęreretur, maxime in eo genere .s. sermonis te fuisse minus felicem .s. in gubernanda prouincia improbitate .i. p p improbitatem aliorum. hoc autem dicendo significauit non bene rexisse prouinciam. non infelix est, qui bene regit. Ego nūquam lacessiui .i. prouocaui hos .i. huiusmodi sermones de te, q ipsi sunt & simul multi, & ita non erant lacessendi .i. captandi, aut prouocādi, cum gratis fierent, & q non offendunt existimationem .i. auctoritatem tuam. nescio an rectius legatur æstimationem tui, vt ego sentio. sed ego nō repressi valde .i. permisi eos fieri. Si qs est qui putat neminem posse redire in gratiam bona fide .i. sine deceptione, is non coarguit perfidiam nostram, quia nō sumus tales aut non scit nos tales etiam si sumus, sed indicat suam .s. perfidiam. simulq; .i. & simulis .i. talis non existimat .i. iudicat, peius de me q̄ de te. Sin autem .i. sed si mea instituta .i. mores mei in prouincia, non delectant quē .i. aliquem, ac putat se lædi quadam dissimilitudine institutorum meorum .i. morum meorū, aut rerum institutarum à me. Cum vterq; nostrum fecerit recte, sed vterq; nostrum non sit secutus idem, ego non curo habere hunc .i. huiusmodi amicum. Liberalitas tua patuit latius in prouincia, vt hominis nobilissimi, si nostra sup. liberalitas erit aut patebit angustior .i. strictior, & minus lata, & si annus posterior .i. qui tum annum secutus est. Tacite autē taxat profusionē Appij. quia sicut agricolis raro sunt duæ messes fertiles continuæ, eo q prioris abundantia fœcunditatem terræ exhaurit. ita cum Ap. anno suo, quem fertilem censet, tñ pecuniæ exhauserit, non est mirandum si posterior sit sterilis, limitabit .i. arctabit & restringet aliquid de tua natura .i. tuo ingenio, prolixa .i. larga. Vnde Comicus, Accipit nemo prolixus. quod tñ ad tempus referri potest, & benefica .i. inclinata, ad benefaciendum, limitabit dicit p p quandam tristitiam .i. infelicitatem & infęcunditatem temporum, quia sicut læta dicimus quæ fœcunda sunt, ita

tristitia

tristitia quæ sterilia. Sanè argute vitia Appiana in ep̃a trãsfert. homines nõ debent mirari, cũ ego fuerim semper restrictior. i. parcior &. i. simul natura. i. per naturã & indolem meam ad largiendum ex alieno, quod Ap. fecit. Et. i. simul moueat. i. cõmoueat ijsdẽ temporibus. s. tristibus, quibus alij mouentur, me esse acerbum sibi, vt sim dulcis mihi. i. vt nõ lædam conscientiam meam largiendo de alieno. Vnde quia nõ largior, quibus App. largitus est, sum illis acerbus, aut mihi quia rectæ sniæ conscius sum, dulcis sum. Sunt qui in emendatis codicibus scriptũ asserant, nõ esse acerbum, vbi nos legimus me esse acerbũ, dicantq; sensum aliter stare nõ posse, sed ego contra sentio, q̃ fecisti me certiorem de rebus vrbanis. Cũ. s. ita sit q̃ fuit gratũ mihi per se, tum sup. magis fuit gratũ q̃. i. q̃ significasti oĩa mãdata mea fore tibi curæ. In quibus. s. mandatis, ego rogo te illud vnũ præcipue, vt cures nequid aut oneris aut tẽporis. i. prorogationis, accedat. i. addatur mihi, ad negotij. s. prouincialis. & sup. vt roges Hortensiũ collegã nostrum in auguratu, & familiarem, vt si vnquã aut sensit, aut fecit quidquã mea causa decedat quoq;. i. etiam de hac snia bima. i. biennij mihi prorogandi, qua s. sña nihil põt esse mihi inimicius. i. magis contrarium. Quod vis scire de rebus nostris: Nos sumus profecti Amanũ versus. semper postponitur versus, & est Amanus mons inter Ciliciã & Antiochiã. Tarso, ex ea vrbe Ciliciæ, nonis Octobris. Ego scripsi hæc postridie eius diei. i. die sequente nonas Octobris, cũ haberem castra in agro Mopsuhestiæ, quæ in Asia est. Scribã ad te, si egero quid. i. aliquid. neq; mittã vnquã literas domũ ad meos, quin adiungam. sup. literas quas velim reddi tibi. Id quod quæris de Parthis, an. s. venerint contra Romanos, ego puto nullos. s. Parthos fuisse. & Arabes, qui fuerunt, Parthico ornatu admisto, q. a. partim vestiti erãt more Parthico, dĩt oẽs reuertisse sup. in patriam. Negãt. s. hoĩes aut exploratores, vllũ hostẽ esse in Syria. Ego velim, sup. vt tu scribas ad me q̃ sæpissime. i. valde sæpe, & de tuis rebus. s. priuatis, & de meis, & de omni statu reip. de quo sum solicitus, eo magis q̃ cognoui ex literis tuis Põpeium nostrum. s. communem amicum, iturum in Hispaniam.

PAVL. MAN. CVM ad vrbem esses} antea, isses. nos, esses, ex libris manu scriptis, & ex alijs ipsius Cic. locis. inquit. n. ad eundem App. scribens, Ad vrbem te otiosissimum esse arbitrabar. & ad Attic. lib. 8. Trebatius quidem scripsit, se ab illo ix. Kal. Feb. rogatum esse, vt scriberet ad me, vt essem ad vrbem. & alibi. dicebatur autem de ijs, qui cum potestate prouinciali reuersi, aut in prouinciam profecti non dum essent. Pedianus. {Lædi se putat} q̃ ex meis institutis nõ eos fructus capiat, quos capere solitus erat ex tuis. Hoc spectat id, quod sequitur, Liberalitas tua: & illud paulo post, Non debent mirari homines, me esse acerbum sibi, vt sim dulcis mihi.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Redit quasi in gratiam cum Appio, posteaquam intellexit, quo animo erga se ille esset.

CICERO IMPER. S D.

APPIO PVLCHRO. 9

*VIx tandem legi literas dignas App. Clodio, plenas humanitatis, officij, diligentiæ. aspectus uidelicet urbis tibi tuã pristinam urbanitatem reddidit. nam quas ex itinere ante, quàm ex Asia egressus es, ad me literas misisti, unas de legatis à me prohibitis proficisci, alteras de * Appianorum ædificatione impedita, legi permuitus. itaque conscientia meæ constantis erga te uoluntatis rescripsi tibi subiratus. ijs uero literis lectis, quas Philotimo, liberto meo, dedisti, cognoui intellexiq; in prouincia multos fuisse, qui nos, quo animo inter nos sumus, esse nollẽt; ad urbem uero ut accesseris, uel potius ut primum tuos uideris, cognosse te ex ijs, qua in te absentem fide, qua in omnibus officijs tuendis erga te obseruantia, & constantia fuissem. itaq; quanti illud me æstimare putas, quod est in tuis literis scriptum? si quid acciderit, quod ad meam dignitatem pertineat, etsi uix fieri possit, tamen te parem mihi gratiam relaturum. tu uero facile facies:*

epist. 7. huius lib.

A

*NIHIL est enim quod studio, & beneuolentia, uel amore * potius effici non possit. Ego, etsi & ipse ita iudicabam, & fiebam crebro à meis per literas certior, tamen maximum lætitiam cepi ex tuis literis de spe minime dubia, et plane explorata triumphi tui: neq; uero ob eam causam, quo ipse facilius consequerer, (nam id quidem * ἐπικούρειον est) sed mehercule, quòd tua dignitas, atq; amplitudo mihi est ipsa cara per se. quare, quoniam plures tu habes, quàm cæteri, quos scias in hanc prouinciam proficisci, quòd te adeunt ferè omnes, siquid uelis: gratissimum mihi feceris, si ad me, simul atque adeptus eris, quod & tu confidis, & ego opto, literas miseris. longi subsellij, ut noster Pompeius appellat, iudicatio, & mora si quem tibi item unum, alterumúe diem abstulerit; (quid enim potest amplius?) tua tamen dignitas suum locũ obtinebit. sed, si me diligis, si à me diligi uis, ad me literas, ut quamprimum lætitia afficiar, mittito. Et uelim reliquum quod est promissi, ac muneris tui, mihi persoluas cum ipsam cognitionem iuris auguralis consequi cupio: tum mehercule tuis incredibiliter studijs erga me, muneribusq́; delector. quòd autem à me tale quiddam desideras: sane mihi considerandũ est, quonam te remunerer potissimum genere. nam profecto non est meum, qui in scribendo, ut tu soles admirari, tantum industriæ ponam, committere, ut scribendo negligens fuisse uidear; præsertim cum id non modo negligentis, sed etiam ingrati animi crimen futurum sit. uerum hæc uidebimus. Illud, quod polliceris, uelim pro tua fide, diligentiaq́;, & pro nostra non instituta, sed iam inueterata amicitia cures, enitare ut supplicatio nobis quàm honorificẽtissime, quamprimumq́; decernatur. Omnino serius misi literas, quàm uellem. in quo cum difficultas nauigandi fuit odiosa: tum ipsum discessum senatus incidisse credo meas literas. sed id feci adductus auctoritate, & consilio tuo idq́; à me recte factum puto, quòd non statim, ut imperator appellatus sim, sed alijs rebus additis, æstiuisq́; confectis, literas miserim. Hæc igitur tibi erunt curæ, quemadmodum ostendis: meq́; totum, & mea, & meos commendatos habebis. Vale.*

eodem modo, diligere, minus est, quàm amare.

epist 14. lib 9. & et ad Brut. Id est, Epicureum.

VIx tandem} vt ex superioribus epistolis cognitũ est conquestus fuerat Appius, q̃ Cic. ędificationem quandam, quæ in honorem Appij fieret, impedisset, & quod, legationes, quæ Romã ad eum laudandũ erant profecturæ, prohibuisset. Ita. n. maleuoli quidã retulerant Appio ante, q̃ ex Asia discederet, sed postea quàm Romã aduenit, intellexit à suis, qua obseruantia & cõstantia in tuẽdis omnibus officijs erga Appiũ fuisset Cic. itaq; scripserat ad eũ humanissime, ostenderatq; se falsum intellexisse. Quãobrem Cic. nunc cũ eo iocatur dicens se nunc tandẽ accepisse ab eo humanitatis plenas literas: quia postq̃ venit ad vrbẽ, vrbanitatẽ pristinã recuperauit, cũ ante ex itinere scripsisset aliq̃ rusticius & asperius. Deinde ei gratulatur, q̃ scripserat se sperare triumphũ: quem cum primum cõsecutus fuerit, rogat vt eũ longa epistola certiorem reddat. Postea uero rogat eũ, vt absoluat libros augurales, quos ei promiserat: pro quorũ remuneratione dicit sibi diligẽter cõsiderandũ, quid dignum afferre possit. Eũ postremo rogat, vt det operam, vt supplicationes ei decernãtur pro re bene gesta in prouincia: de qua dicit quare serius ad senatum scripserit. {Vix tandem} post multum tẽporis, vt Vix tãdem magnis Ithaci clamoribus actus, Cõposito rumpit vocem, neq; tñ tam refertur ad diuturnitatẽ tẽporis, q̃ ad effectum expectantis. {Dignas Ap.} q. d. homine nobilissimo, quem quidẽ humaniorem esse decet. {Aspectus videlicet} ostendit magni interesse quibus in locis versemur, quia ex alijs rusticitatẽ, ex alijs vrbanitatem trahimus. {Vrbis} Romæ. {Pristinã} consuetam, solitam. nos non aũt recte diceremus priscã, quia priscus alienæ & remotæ ætatis est, pristinus aũt ante actæ, sed tñ nostræ ætatis, neq; valde remotæ.

Prisc: Pristinus,

HVBER.

motæ.{Reddidit}restituit,quia eā amiseras,cum esses inter barbaras gentes in prouincia.{Nam quas}dicit quare nunc tandē acceperit ab eo literas plenas humanitatis : quia superiores fuerant plenæ querelæ.{Ex itinere}ex via · cū Romā versus proficiscereris.{Egressus} exiuisti. {Vnas} distinguit quæ sunt illæ literæ : vnas quibus rñdit in præcedenti epist. {Altera de ædificatione}quibus Cic.rñdit in epist.quæ incipit,Pluribus verbis. {Perinuitus}valde,nō libenter.{Cōscientia} quia sciebam me nihil egisse contra dignitatem & honorē tuum. {Subiratus}aliquantulum iratus,vt in præcedentibus epistolis responsiuis videre licet.{Multos}maleuolos.{Nollent}dolerēt.{Quo q.}.s. fido & concordi.{Vt}postquā.{Vel potius}correctio est. {Cognosse}subaudi intellexi.{Ea his}.s.tuis{Obseruantia} reuerētia.{Omnibus officijs}oibus,quæ à me effici deberēt.{Quanti æstimare}quāti facere,q.d.maximi.{Etsi quid} snia est sumpta ex epist.Appi : quia ita scripserat ad Cic.in hanc sniam : q̄ ponit hic Cic.sed vbi ille dixerat dignitatē tuā, Cic.quia de se loquitur,dicit dignitatē meam.{Etsi}quanquā.{Vix fieri possit} vix sit possibile,vt mihi parē referas gratiā.{Relaturum}redditurum: vt tu pro me faceres,sicut ego pro te fecerā.{Tu vero} quia Ap.dixerat vix fieri posse, vt parem ei gratiā referre posset : Cic.refutat,& dicit id facile fieri posse,quia nihil est tā difficile,quod nō facile sit volenti {Facies}.i.referes mihi parē gratiam.{Facile}q.a ille dixerat via.{Nihil}ratio facilitatis.{Studio} prōpta voluntate.{Vel amore potius} correctio est : quia plus est amor,q̄ beneuolentia.quia ex eo beneuolētia nascitur: vt ostendit Cic.in Lælio his verbis : Amor.n.ex quo nominata est, princeps est ad beneuolentiam cōiungendā. {Ego} nunc ei gratulatur,q̄ scripserat se sperare triūphum . quod etsi à suis se ante intellexisse dicit : tñ ostendit sibi gratissimum fuisse se eius literis cognouisse.{Ita}.s.te nō dubiā habere spem triūphi tui. {De spe}tua.{Triūphi}tibi decernendi,p̄ p̄ res in prouincia gestas.{Explorata}certa.{Neq; vero}occurrit obiectioni : ne dicatur cepisse lætitiā de hac spe triūphi causa sua,vt si triumphus decerneretur Appio,etiā ipse,qui multo plura egisset,honestius posset petere.{Ipse}ego.{Cōsequerer} obtinerē.s.triūphum,si tu obtinuisses. {Id}.s.optarē triumphum tibi mea causa. {Est

Epicurei

φιλαύτιον}.i.Epicureum.Epicurei.n.vt Cic.multis in locis, oia ad suā voluptatē,& ad suum cōmodum referunt. {Sed mehercule}aduerbiū est iurantis , & subaudi cepi maximā lætitiam.s. Ideo.{Quòd}quia,{Per se}sua spōte,propria causa sua. {Quare}infert ex supradictis sibi gratissimū fore,si,vt primū adeptus fuerit triūphū , eū literis suis admonuerit.{Plures}accusatiuus est casus pluralis numeri.plures aūt intellige ipsos nuntios vel tabellarios:{Quàm cæteri}qui sunt Romæ : ne fortasse diceret App.eū posse admoneri aliorū literis.{Quos} nūtios.{Quod}ratio quare sciat plures proficisci in prouinciam q̄ alij,quia nemo fere ibat in prouinciam,qui nō adiret ipsum Appium & peteret si quid vellet scribere: quia cum fuisset ante imperator in prouincia, existimabāt oēs cū aliquid ē͂r hr͂e, de quo vellet scribere.{Velis}aut scribere,aut agi p̄ eos pro te in prouincia.{Simulatq;}dictio cōposita,& significat cū primū , vel postquam.

Simulatq;

{Quod tu cōfidis}quod certo credis te adepturum.& intelligit triūphum.{Longi subsellij}subsellia dñr sedes & pulpita, in q̄bus spectabātur ludi à subsedendo . Pers.Trossulus exultat tibi per subsellia leuis.hic aūt per cōtemptū rostra senatorū appellauit subsellia.dixit ergo literas longi subsellij.i.longe cōsultationis & iudicationis . quia in subsellijs longo tp̄e morātur, q̄ delectātur spectaculis.hmōi aūt loquendi modū vsurpauit Pōp.in contēptū senatorū,qui tādiu in rostris morarētur deliberaturi, quādiu morarētur in subsellijs,hoc est pulpitis qui spectarēt ludos : est aūt sensus : mihi rē gratissimā feceris , si cum primum adeptus fueris triumphū,quē cōfidis te adepturū,miseris ad me literas illius longæ deliberationis senatus.quia quotidie differebat senatus hāc deliberationē decernēdi triūphū ipsi Ap.{Iudicatio, & mora} endiadis est.i.iudicationis mora.iudicatio autē hoc loco significat deliberationē.{Quem vnum}aliquē vnum. {Alterum} s̄m.i.vnum,duos,aut tres dies. prouerbialiter locutus est,intelligens aliquot dies,sic Terent.in Andr.Postq̄ amator accessit vnus,atq; itē alter,&c.i.aliquot amatores. {Abstulerit} eripuerit , ne tā cito decernatur tibi triūphus.{Quid.n.} parenthesis. {Amplius q̄}.s.auferre aliquot dies. {Locū} statū suum.i.tñ obtinebit triumphū.{Sed}ostendit q̄ sit cupidus audiendi & intelligendi,ab eo triūphū esse impetratū.{Vt afficiar lætitia}vt læter tua causa nō mea: vt supra dixi.{Et velim}nūc rogat ipsum,vt perficiat libros augurales, quos Cic.p̄miserat. {Reliquū muneris}quod restat de munere promisso : nā partē iam ad Cic.miserat.{Persoluas}p̄ficias,cōpleas.{Cū}dicit duabus de causis se expectare hos libros. Primū q.a cupidus sit auguralis disciplinæ q̄ in illis libris optime explicabaẽ ab Appio, sed multo magis,q.a incredibiliter delectetur oibus muneribus & studijs, quæ ab Appio proficiscūtur. & ita vr̄ magnificare ingeniū eius . Sed qm̄ posuit cū & tum : plus pōderis ostendit esse in secūda causa : nā tum (vt sæpe diximus) magis signat q̄ cū.

Endiadis

Cū & tum.

{Cognitionē} sciam.{Iuris}erat ius augurū,sicut hodie ius pōtificū.{Quòd aūt}excusat se apud App.qui aliquid tale ab ipso Cic.petiuerat.i.vt Cic.ēt aliquid cōponeret,quod ad se inscriberet.ad qd̄ rñdet Cic.diligenter sibi cōsiderādū esse, quo munere eum remuneret, vt aliquid tale faciat, nec videatur fuisse negligens erga eū,in quē etiā posset videri ingratus,nisi aliq̄d magnum redderet.{Tale quiddā}aliquid tale,quod ex studijs meis proficiscat̃ {Nō est meū}nō decet me,nō est officij mei.{Qui} ego.{Industriæ}diligētiæ.{Cōmittere}facere. & vt plurimū in malā partē accipitur : significat.n.peccare,vñ & cōmissum peccatam dr̃.est aūt ordo,nō est meū qui ponā tm̄ industriæ in scribendo,vt tu soles admirari,cōmittere : vt negligens in scribēdo fuisse videar,præsertim,&c. {Admirari} admirabatur.n.Appius scripta Cic.ita esse tersa & emēdata,vt nihil addi,aut reprehēdi posse videretur.de quo nūc se Cic.latēter laudat. {Videar negligens}quod qdē mihi accideret,nisi pro tali & pro tāto tuo munere aliq̄d egrēgiū excogitarē, quo te remunerē. {Præsertim} addit vnā vehementissimā cām huius diligentiæ adhibēdæ quia nō solū videretur negligēs, sed ēt ingratus erga talē virū. {Crimen}culpa,imputatio.{Videbimus}cōsiderabimus. {Illud}rogat Cic.Appiū,vt det operā supplicationes ei decerni, sicut spōte promiserat.{Polliceris}spōte promittis : pollicemur.n.spōte,promittimus rogati,licet interdū hæc cōfundātur. {Fide}q.a dicis esse facturū,vt fiat,quod polliceris.{Pro fide} erga tua mihi s.promissa.{Nō instituta} nō noua,& nūc incepta. {Inueterata}iādiu inter nos apta,& quodāmodo facta vetera. {Euitate}re ipsa p̄ficias.{Supplicatio}q̄ præcedebat triūphū. Iam.n. multa in prouincia feliciter gesserat Cic.pro q̄bus petebat supplicationē sibi decerni. {Quā honorificentissime}q.a supplicationes poterāt fieri interdū cū maiore honore,interdū cū minore.{Quāprimū}petit.n.vt cito decernaẽ.{Oino}excusat tarditatem suarū literarū ad senatū de rebus à se gestis.{Serius} tardius.{In quo} in qua re : vt serius mitterē literas. {Difficultas nauigādi}ostēdit duo incōmoda sibi fuisse in his literis, & q̄ nō facile possent nauigare qui venirēt ex Cilicia,& q̄ credit literas suas in discessum senatus incidisse,sed hāc vltimā cām,q̄ literæ suæ in discessu senatus inciderint,dicit non fuisse sine rōne,quia App.eū hortatus fuerat,vt ita faceret. {Odiosa} molesta & ingrata mihi.{Incidisse}deuenisse,allatas & redditas esse. {In ipsum discessum sen.}qdā volūt intelligi,cū senatus faceret sententiarū discessionē,de qua satis multa in 1.lib.diximus,cū exponeremus illū locū in scd̄a epist.Ante oportere se facere discessionem,q̄ cōsules.Alij discessum legendū putāt à discedēdo,vt intelligamus in ipsum discessum.i.in cōtentionē & discordiā senatus.Harū duarū sniarū prima esset fortasse p̄babilior, sed vtraque nequaq̄ vera : q.a neq; discessus vsquā legiẽ pro discessione, de qua diximus ex auctoritate A.G.neq; Cic. absens potuerat scire,qn̄ senatores facerēt sniarū discessionē.i.expeditionē.ergo melius est intelligere discessum , cū senatus ab vrbe discederet: quia in maximis caloribus solebāt senatores rus secedere valetudinis cā.qd̄ quidē,qn̄ esset,Cic.satis scire poterat ex cōsuetudine.nam hoc maxime Augusto mense fiebat . Horat.in epist. Quinq; dies tibi pollicitus me rure futurū, Sextilē totū mēdax desideror,atqui,Si me viuere vis sanū recteq; valentē,Quā mihi das ægro,dabis ægrotare timēti Mecœnas veniā,&c.{Feci id} vt meæ literæ inciderēt in discessū senatus.{Adductus} motus, {Auctoritate}grauitate,q̄ talis es,qui facile potueris mihi persuadere.{Et cōsilio}ita.n.cōsuluisti,vt facerē. {Statim} repēte, subito.{Vt}postq̄.{Appellatus imp.}.i.quia nō statim, cū datū est mihi nomen imperatoris.nolui scribere ad senatū.{Alijs de rebus}vtputa prouincia bene cōstituta,multis ēt victorijs partis.{Additis}.s.ad nomē imperatoris. {Cōfectis æstiuisq;} finitis æstiuis.i.educto exercitu ab æstiuis ad hyberna.nā,vt sup. diximus,æstiua dñr loca militū in æstate,hyberna vero in hyeme. {Hæc} & de libris auguralibus absoluēdis , & de supplicatione mihi decernēda.{Ostēdis}.i.literis & p̄missionibus tuis significas te esse facturū.{Me totū}hoc satis poterat esse ad declarāda quæ infra dicet.nā me,totū significabat personā,meā dignitatē & rem, & meos omnes.sed à genere,vt plerunq; facit,descendit ad speciem,& declarauit quid sit me totum.s.& mea & meos .

Cōmitter.
Cōmissum.

Pollicemur.
Promittimus.

Aestiua,
Hyberna.

Vix

ASCEN. VIx tandemq; multa questus fuerat de Cic. Appius, vt supra vidimus: sed postq̃ in vrbẽ redierat, & fauorem Cic. in se intellexerat: amicas scripsit literas. vnde nũc familiarius omissa simultate ad eum scribit dicẽs: Ego vix .i. cũ difficultate, legi tandẽ literas dignas Ap. Clodio .i. quæ scriberẽtur ab Ap. Clodio, vt pote plenas humanitatis, officij, diligẽtiæ. Videlicet .i. videre licet, vnde id euenerit, quia aspectus vrbis .s. Romæ reddidit tibi vrbanitatẽ .i. comitatẽ & ciuilitatẽ pristinã .i. q̃ habueras prius q̃ vrbe exiueras. Nã ego legi perinuitus .i. valde inuitus literas .s. binas, quas misisti ad me, ex itinere priusq̃ã egressus es ex Asia, vnas de legatis prohibitis à me, proficisci .s. Romã, alteras, de ędificatione Apamęorũ impedita .s. vt q̃rebaris, à me. Ex hoc loco patet supra legendũ esse Apameã legati, nõ Appiani. Itaq; .i. & ita, ego subiratus .i. aliquãtulũ iratus tibi, cõsciẽtia mea .i. p̃ p̃ cõsciẽtiã meã voluntatis cõstantis erga te .i. q̃a mihi cõscius erã nihil in te peccasse, vero .i. sed, his literis quas dedisti Philotimo liberto meo lectis, cognoui intellexiq; multos fuisse in prouincia q̃ nollẽt nos esse .i. vellẽt nos nõ esse eo aĩo .i. ea beneuolẽtia inter nos, quo & qua sumus. Vero pro sed, vbi accesseris ad vrbẽ vel potius vt primũ videris tuos .s. amicos & necessarios intellexi sup. te cognosse, p̃ cognouisse: alij, legũt cognoscere, ex ijs .s. tuis, qua fide .i. fidelitate fuissem in te abientẽ, qua obseruãtia & cõstantia fuissem erga te in tuendis .i. protegẽdis & cõseruandis oĩbus officijs quæ .s. amicus amico debet. Itaq; .i. & ita, quãti putas me ęstimare .i. appreciare illud q̃d est scriptũ in literis tuis. Si quid inciderit q̃d pertineat ad meã dignitatẽ .i. quod noris ad meã dignitatẽ pertinẽs: te posse facere: etsi .i. q̃q̃ vix posset fieri .s. vt referas mihi parẽ grãm, tñ .i. nihilominus, te relaturũ sup. eẽ mihi parẽ grãm, q. d. nimirũ maximi. Verũ .i. sed tu facies facile .s. id q̃d vix fieri posse dixeras enim .i. q̃a, nihil est q̃d nõ possit effici studio & beneuolẽtia, vel potius amore. Etsi ipse .i. ego p̃ me iudicabã ita, & fiebã crebro .i. frequẽter certior p̃ literas à meis .s. datas ad me, tñ ego cepi maximã lætitiã ex literis tuis de spe triũphi tui minime dubia & explorata .i. tanq̃ explorata & p̃fecta. Neq; vero sup. cepi maximã lętitiã de spe triumphi tui, ob eã cãm, quo .i. vt, ipse .i. ego cõsequerer .i. obtinerẽ facilius .s. triũphum in cõsimili negotio. Nã quidẽ .i. certe, id .s. lętari de bonis amici, quatenus ad suũ cõmodũ faciãt, est ἐπικούρειον .i. epicureum & ad Epicureos pertinens. q̃ oĩa ad suã voluptatẽ & cõmoda propria metiunt bona. sed mehercule, ob eã, sup. cãm lætabar, q̃ dignitas tua atq; amplitudo ipsa est cara mihi p̃ se .i. ẽt sine respectu cõmodi mei. Dixi prius raro Cic. cõponere pronomẽ ipse & se, vnde nõ dixit p̃ seipsam, sed ipsa p̃ se. Quare q̃m tu habes plures q̃ cęteri, quos scias proficisci in hãc, vbi ego sum, p̃uinciã, videlicet in Ciliciã, q̃ .i. q̃a ferẽ oẽs veniẽtes .s. in Ciliciã adeũt te .s. sciscitãtes siq̃d velis. tu feceris mihi gratissimũ, si miseris ad me lr̃as, simulatq; id est, statim postq̃ aut eodẽ tp̃e, q̃d adeptus eris id q̃d & tu cõfidis .s. te adepturũ esse, & ego opto, videlicet triũphũ. Iudicario & mora lõgi subsellij .i. plurimorũ q̃ in subsellijs sunt, q̃ & multi sunt, & diu cõsultãt, cũ si perperã iudicẽt, facilẽ reprehẽdãtur, vt Põp. noster .s. cõis amicus appellat, si abstulerit tibi quẽ .i. aliquẽ diẽ .s. priusquã triũphus, itẽ .i. fit, adhuc vnũ diẽ, ve, pro vel, alterũ .i. tertiũ: quid. n. põt amplius .s. auferre, q. d. nihil, tñ dignitas tua tenebit suũ .i. sibi debitũ locũ .i. statutũ triũphũ. Sed si tu diligis me, & vis diligi à me mittito ad me literas, vt afficiar lætitia .i. lęter, quãprimũ .i. valde cito. Etiã velim p̃soluas mihi reliquũ quod est promissi ac muneris tui .i. q̃d de augurali scia te perfecturũ promisisti, q̃d tñ quia priusq̃ promitteret, nõ debebat, addit ac muneris. In superioribus aũt cõstat librũ de augurali scia Appiũ Cic. dicatũ misisse. Nã sup. cũ ita sit, q̃ cupio cõsequi ipsam cognitionẽ iuris augurij, tũ mehercule, sup. multo magis est q̃ delector incredibiliter studijs tuis erga me & nuncupationibus tuis, q̃ aũt desideras à me quiddã tale .i. literariũ munus tibi nũcupatũ, sanẽ .i. valde cõsiderãdũ est mihi quonã gñe potissimũ .i. ẽ plurimis, ego remunerer .i. referẽdo munus donẽ te. Nã profecto nõ est meũ .i. officij mei, q̃ ponã (vt soles admirari) tm̃ industriæ .i. studiosę operæ, i scribẽdo, cõmittere .i. pati, vt videar fuisse negligẽs in scribẽdo, pręsertim cũ id futurũ sit crimen, nõ modo .i. nõ solũ, animi negligentis, sed ẽt ingrati, verũ .i. sed, nos videbimur hoc .i. qui de hoc agemus. Illud quod polliceris, &c. Sũt qui putẽt è augurali adhuc libro, p̃ficiẽdo loqui, & ita legũt. Enitare vtẽ, &c. quasi duo pręcet. alij vtrũq; ad supplicationem referunt sic: Ego velim cures & sup. enitare, illud quod polliceris .s. te curaturũ, pro fide & diligẽtia tua, & pro nostra amicitia, nõ instituta .i. incepta sup. nuper, sed iam inueterata .i. lõga consuetudine firmãta. Vt supplicatio .i. vt dñt, totius populi, vt nũc fit in processione gñali, gratiarũ actio pro te bene gesta, decernatur .s. p̃ senatusc. nobis. q̃ honorificẽtissime, quãprimũ ego misi .s. ad senatũ de victoria oĩno serius .i. tardius, q̃ vellẽ literas. In quo .s. in mittẽdis literis, cum .s. ita fuerit q̃ difficultas nauigandi fuit odiosa .i. molesta nobis, tũ sup. magis odiosum fuit, q̃ credo literas meas incidisse in ipsum discessum senatus .i. cum vacationes fierẽt in senatu. nõ. n. semper senatus cogebatur. alij aliter intelligunt. Sed feci id .i. serius misi literas meas, adductus .i. persuasus & adhoc inductus auctoritate, & consilio tuo, & puto id factũ à me rectũ, q̃ non miserim statim, vt sum appellatus .s. ab exercitu pro iusta victoria imperator. Obtẽta. n. legitima victoria solebat exercitus ducẽ suũ salutare imperatorẽ, & nõ aliter literas .s. ad senatũ alijs rebus additis & ęstiuis cõfectis .i. eo q̃ aliæ res ẽt honore dignæ sint additæ, & æstiua iã sint cõfecta, vt nõ sit timor de nouo bello. Igitur hie erunt tibi curæ .i. ad curam, quẽadmodum ostendis, & habebis me totũ & mea .s. negotia aut bona, & meos .s. amicos & necessarios cõmẽdatos .s. tibi.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Et hac epistola plenum testimonium de sua erga Appium voluntate dedit, cum significat sibi illius dignitatem non aliter curæ fore, ac sui ipsius. Hortatur idem Appium, vt improborum conatus fortiter ferat. Postremo excusat se de falsa illa suspicione legationis prohibitæ.

CICERO IMP. S. D. APPIO PVLCHRO. 10

*CVm est ad nos allatum de temeritate eorum, qui tibi negotium facerent; etsi grauiter primo nuntio commotus sum, quòd nihil tam pręter opinionem meam accidere potuit; tamen, ut me collegi, cætera mihi facillima uidebantur, quòd & in te ipso maximam spem, et in tuis magnam habebã, multaq; mihi ueniebant in mentem, quamobrem istum laborem tibi etiam honori putarem fore: illud planè moleste tuli, quòd certissimum et iustissimum triumphũ hoc inuidorum consilio esse tibi * ereptum uidebam. Quod tu si tanti facies, quanti ego semper iudicaui faciundum esse: facies sapienter, & ages uictor ex inimicorum dolore triumphum iustissimum. ego enim plane uideo fore * neruis, opibus, sapientiaq; tua, uehemẽter ut inimicos tuos pœniteat intemperantiæ suæ. De me tibi sic, contestans omnes deos, promitto, atq; confirmo: me pro tua dignitate (malo enim dicere, quàm pro salute) in hac prouincia, cui tu præfuisti, rogando deprecatoris; laborando, propinqui; auctoritate, cari hominis, ut spero, apud ciuitates; grauitate, imperatoris suscepturum officia, atq; partes. omnia uolo à me & postules, & expectes. uincam meis officijs cogitationes tuas. Q. Seruilius perbreues à te mihi literas reddidit: quæ mihi tamen nimis longæ uisæ sunt. iniuriam enim mihi fieri putabã, cum rogabar. nollem accidisset tempus, in quo perspicere posses, quanti ego te, quanti Pompeium, quem unum ex omnibus facio, ut debeo, plurimi, quanti Brutum facerẽ: quanquam in consuetudine quotidiana prospexisses, sicuti perspicies: sed quoniam accidit; si quid à me prætermissum fuerit, commissum facinus, et admissum dedecus confitebor. Pontinius, qui à te tractatus est præstanti, ac singulari fide, cuius tui beneficij sum ego testis, præstat tibi memoriam, beneuolentiamq;, quam debet. qui cum, maximis rebus suis coactus, à me inuitissimo decessisset; tamen, ut uidit tua interesse, conscẽdens iam nauẽ Epheso Laodiceam reuertit. talia cum te studia uideam habiturum esse innumerabilia, planè dubitare non possum, quin tibi amplitudini ista solicitudo futura sit. si uero effeceris, ut * censor creeris; etsi ita gesseris censuram, ut debes, & potes: nõ tibi solum, sed tuis omnibus uideo in perpetuum summo te præsidio futurum. Illud pugna,*

vide epist. 6. lib. 8.

neruis opus,

censore creentur

& enitere, ne quid nobis temporis prorogetur: ut, cum hic tibi satisfecerimus, istic quoq; nostram in te beneuolentiam nauare possimus. Quæ de hominum, atq; ordinu omnium erga te studijs scribis ad me,* minime mihi miranda, & maxime iucunda acciderunt: eademq; ad me perscripta sunt à familiaribus meis. itaq; capio magnã uoluptatem, cum tibi, cuius mihi amicitia non solum ampla, sed etiam iucunda est, ea * tribui, quæ debeãtur, tum uero etiam unum remanere in ciuitate nostra studia prope omnium cõsensu erga fortes, & industrios uiros: quæ mihi ipsi una semper tributa merces est laborum, & uigiliarum mearum. Illud uero mihi permirũ accidit, tantam temeritatem fuisse in eo adolescente, cuius ego salutem duobus capitis iudicijs summa contentione defendi, ut, tuis inimicitijs suscipiẽdis obliuisceretur patroni omnium fortunarum, ac rationum suarum, præsertim cũ tu omnibus uel ornamentis, uel præsidijs redundares; illi, ut leuissime dicam, multa deessent: cuius sermo stultus, & puerilis erat iam antea ad me à M. Cælio, familiari nostro, perscriptus: de quo item sermone multa scripta sunt abs te. ego autem citius * cũ eo, qui tuas inimicitias suscepisset, ueterem coniunctionem diremissem, quàm nouam conciliassem. neq; enim de meo erga te studio dubitare debes; neq; id est obscurum cuiquam in prouincia, nec Romæ fuit. sed tamen significatur in tuis literis suspicio quædam, & dubitatio tua: de qua alienum tempus est mihi tecum expostulandi, purgandi autem mei necessarium. Vbi enim ego cuiquã legationi fui impedimento, quo minus Romam ad laudem tuam mitteretur? aut in quo potui, si te palam odissem, minus quod tibi obesset, facere; si clã magis aperte inimicus esse? Quòd si essem ea perfidia, qua sunt ij, qui in nos hæc conferunt: tamen ea stultitia certe non fuissem, ut, aut in obscuro odio apertas inimicitias, aut, in quo tibi nihil nocerem, summam ostenderem uoluntatem nocendi. Ad me adire quosdam memini qui dicerent, nimis magnos sumptus legatis decerni. quibus ego non tã imperaui, quàm censui, sumptus legatis quammaxime ad legem Corneliam decernendos. atq; in eo ipso me nõ perseuerasse, testes sunt rationes ciuitatum: in quibus quantum quæq; uoluit legatis tuis datum, induxit. Te autem quibus mẽdacijs homines leuissimi onerarunt? non modo sublatos sumptus, sed etiã à procuratoribus eorum, qui iam profecti essent, repetitos, & ablatos; eamq; causam multis omnino non eundi fuisse. quererer tecum, atq; expostularem, nisi, ut supra scripsi, purgare me tibi hoc * tuo tempore, quàm accusare te, mallem, idq; putarem esse rectius. itaq; nihil de te, quòd crediderim de me; quamobrem non debueris credere, pauca dicam. nam si me uirum bonum, si dignum ijs studijs, eaq; doctrina, cui me à pueritia dedi, si satis magni animi, non minimi consilij in maximis rebus perspectum habes: nihil in me non modo perfidiosum, & insidiosum, & fallax in amicitia, sed ne humile quidem, aut ieiunum debes agnoscere. sin autem me astutum, & occultũ lubet fingere: quid est, quod minus cadere in eiusmodi naturã possit, quàm aut florentissimi hominis aspernari beneuolentiam; aut eius existimationem oppugnare in prouincia, cuius laudem domi defenderis; aut in ea re animum ostendere inimicum, in qua nihil obsis; aut id eligere ad perfidiam, quod ad indicandum odium apertissimum sit, ad nocendum leuissimum? Quid erat autẽ, cur ego in te tam implacabilis essem; cum te ex fratre meo ne tunc quidem, cum tibi prope necesse esset eas agere partes, inimicum mihi fuisse cognouissem? cũ uero reditum nostrum in gratiam uterq; expetisset: quid in consulatu tuo frustra mecum egisti, quod me aut facere, aut sentire uoluisses? quid mihi mandasti, cum te Puteolis prosequerer, in quo non expectationem tuam diligentia mea uicerim? Quòd si id est maximè astuti, omnia ad suam utilitatem referre: quid mihi tandẽ erat utilius, quid commodis meis aptius, quàm hominis nobiliss. atq; honoratissimi coniunctio, cuius opes, ingenium, liberi, affines, propinqui mihi magno uel ornamento, uel præsidio esse possent? quæ tamen ego omnia in expetenda amicitia tua, non astutia quadam, sed aliqua potius sapientia secutus sum. Quid illa uincula, quibus quidem libentissime astringor, quanta sunt? studiorum similitudo, suauitas consuetudinis, delectatio uitæ, atq; uictus, sermonis societas, literæ interiores. Atq; hæc domestica. Quid illa tandem popularia? reditus illustris in gratiã: in quo ne per imprudẽtiam quidem errari potest sine suspicione perfidiæ, amplissimi sacerdotij collegiũ, in quo non modo amicitiam uiolari apud maiores nostros fas nõ erat, sed ne cooptare quidem sacerdotem licebat, qui cuiquam ex collegio esset inimicus. Quæ ut omittam tam multa, atq; tanta; quis unquam tanti quenquam fecit, aut facere potuit, aut debuit, quanti ego Cn. Pompeium, socerum filiæ tuæ? etenim si merita ualent: patriam, liberos, salutem, dignitatem, memetipsum mihi per illum restitutum puto. si consuetudinis iucunditas: quæ fuit unquam amicitia consularibus in nostra ciuitate coniunctior? si ulla amoris, atq; officij signa: quid mihi ille non commisit? quid non mecum communicauit? quid de se in senatu, cũ ipse abesset, per quenquam agi maluit? quibus ille me rebus non ornatissimum uoluit amplissime? qua deniq; ille facilitate, qua humanitate tulit contentionem meam pro Milone, aduersantem interdum actionibus suis? quo studio prouidit, ne qua me illius temporis inuidia attingeret, cum me consilio, cum auctoritate, cum armis deniq; texit suis? quibus quidem temporibus hæc in eo grauitas, hæc animi altitudo fuit, non modo ut Phrygi alicui, aut Lycaoni, quod tu in legatis fecisti, sed ne summorum quidem hominũ maleuolis de me sermonibus crederet. Huius igitur filius cum sit gener tuus; cumq;, præter hãc coniunctionem affinitatis, quàm sis Cn. Pompeio carus, quamq; iucundus, intelligam: quo tandem animo in te esse debeo? cum præsertim eas ad me is literas miserit, quibus, etiam si tibi, cuius sum amicissimus, hostis essem, placarer tamen, totumq; me ad eius uiri, ita de me meriti, uoluntatem, nutumq; conuerterem. Sed hæc hactenus: pluribus enim etiam fortasse uerbis, quàm necesse fuit, scripta sunt. Nũc ea, quæ à me * perfecta, quæq; instituta sunt, cognosce. atq; hæc agimus, et agemus magis pro dignitate, quàm pro periculo tuo. te enim ut spero, propediem censorem audiemus: cuius magistratus officia, quæ sunt maximi animi, summiq; consilij, tibi diligentius, & accuratius, quàm hæc, quæ nos de te agimus, cogitanda esse censeo. Vale.

ad Plancũ, Nec mirer, & gaudeo epist. 3. lib. 10. tribui, quæ

ab eo

toto

præfecta, quæq; constituta.

HVBER.

CVm esset cum intellexisset Cic. Ap. ambitus accusatum esse, cum hac epist. cõsulatus est, dicens se ita confidere & in eius innocentia, & in præsidio amicorum eius, vt non dubitet illum laborem & vexationem accusationis fore ei honori. & quia inuidorum quoq; maleuolentia triumphum obtinere Ap. non poterat, quem scripserat se confidere adepturum

adepturum esse, hortatur etiã Cic. vt equo aĩo id ferat, se autẽ pollicere oĩno defensurũ eius nomen & dignitatẽ in prouincia: neq; de h.d. se posse rogari sine iniuria. Rogat deinde Ap. vt det operã, ne quid temporis sibi prorogetur in prouincia, vt possit Romæ suũ fauorẽ ei præstare. & qm̃ scripserat Ap. se cognouisse incredibilẽ beneuolentiã omniũ ordinũ erga se: rñdet Cic. se minime mirari, cũ talis sit, qui mereatur fauorẽ omniũ bonorũ virorum. Multis postremo verbis se excusat Cic. q̃ nõ impediuisset legationẽ, quæ Romæ mittebatur ad laudes ipsius Appij. & adducis rõnes, quare id facere nec voluerit, nec debuerit vsq; ad finẽ epist. {Alatum} nuntiatũ. {De temeritate} de audacia, & impudentia {Facesserent negotium} darent tibi laborem & impedimentũ. nam negotiũ pro labore plerunq; ponitur. {Grauiter cõmotus} vehementer perturbatus. {Primo nuntio} statim, vt primũ audiui. {Quod} quia, & est ratio quare primo nũtio sit grauiter cõmotus. {Præter meã opinionẽ} .i. tam præter meã spẽ: oĩa.n. existimassem, potius tibi euentura q̃ hoc vt accusareris. {Vt} postq̃ {Collegi me} diligentius cõsideraui. {Cætera} reliqua, quæ pertinẽt ad defensione tuã. Cætera aũt dixit, quia accusationẽ non poterat vitare, quæ iam facta erat. {In te ipso} .i. quẽ sciebã & sapientissimũ & innocentẽ. {In tuis amicis} & p. qui defensionẽ tuã fortissime susciperẽt. {Multaq;} subaudi & quod multa. {Veniebant in mentem} cogitabantur à me.

Negotium.

Quãobrem

{Quãobrem} .i. p p quæ multa. nã quãobrem cũ ponitur causatiue, tã plurali rñdet q̃ singulari. Singulari sic: vnũ est quamobrem oẽs te amandũ putent. i. p p quod vnũ. Plurali sic: quatuor sunt quamobrem imperator maxime laudetur. i. p p quæ quatuor. {Istũ laborem} istã vexationẽ. {Honori} ad honorẽ. {Fore} futurũ {Illud} dicit se multũ doluisse, cũ videret Ap. inuidorum maleuolentia triũphum, vt sperauerat, obtinere nõ posse. {Illud} q.d. præ cæteris omnibus incõmodis tuis. {Inuidorũ consilio} non aũt tua culpa, quia eũ optime merueras. {Quod} hoc relatiuũ refert sensum totius clausulæ, vt sit quod .i. triumphum tibi ereptũ esse inuidorũ consilio. {Quanti ego iudicaui faciendũ} qui nunq̃ in talibus felicitatẽ esse existimaui, neq; in maxime expetendis esse duxi. {Facies sap.} quia si nõ magnificeris, nõ multũ etiã cruciaberis, q̃ eis priueris: nã ijs, quæ expetenda existimãtur, moleste caremus. Horat. in epist. Si quid mirabere pones inuitus. {Ages triumphũ ex dolore inimicorũ} .i. triumphabis de dolore inimicorũ, qui nollent te triũphare. neq; intelligit eũ esse re vera triũphum, quẽ meruerat actũrũ: sed tantummodo habiturũ triũphũ de dolore inimicorũ, si ipse æquo animo tulerit hanc iniuriã, & de ereptione triũphalis. {Neruis} robore, viribus. Terent. vbi tu neruos intẽdas tuos. qui locus nõ est, vt quidã existimãt, obscæne intelligendus, sed neruos robur & vires. {Sapientiaq; tua} vt sapienter re geras, vt facias inimicos tuos pœnitere temeritatis suæ. {Intẽperãtiæ} temeritatis, qua vsi sunt in te. {Cõtestans} adiurans, & in testimoniũ adducens. {Confirmo} certifico. {Malo.n.} parenthesis. {Malo} est sensus, sum magis cõtentus promittere tibi pro dignitate q̃ pro salute quæ pluris solet fieri quã dignitas. quia illa semel amissa nunquã recuperatur, dignitas vero põt recuperari. {In hac prouincia} Cilicia {Præfuisti} q̃ administrasti ante me. {Deprecatoris} .s. me suscepturũ officia atq; partes deprecatoris q a pro te præcabor quæcunq; videbo esse necesse. {Laborãdo} quia ꝓpinqui maxime solẽt suscipere laborẽ pro nobis. {Auctoritate cari} quia qui carus est, plurimũ valet auctoritate, quã plurima & maxima plerunq; efficiuntur. {Grauitate} venerationẽ quæ mihi habetur p p nomẽ imperatoris, quo appellor, & est ordo, cõtestãs oẽs deos, sic promitto atq; confirmo de me, me in hac prouincia, cui præfuisti, suscepturum officia atq; partes deprecatoris rogando propinqui, laborãdo hominis, vt spero, cari apud ciuitates auctoritate, imperatoris grauitate. horũ aũt genitiuorum cuiuslibet subaudiendũ est officia atq; partes. & est distributio, exornatio rhetorica: quia negotia quædam certa in plures personas distribuuntur & articulos, qm̃ singula verba interuallis distinguuntur, cæsa oratione. {Cari} dilecti. {Vt spero} vitat arrogantiã, ne affirmet se esse carũ ciuitatibus. dicit autẽ Cic. se nihil prætermissurũ esse quod pro Ap. efficere possit. {Et postules} possis familiariter & iure quodam amicitiæ petere. {Expectes} speres, credas oĩo te imperaturũ. {Vincam} sensus, plura in te beneficia conferam, q̃ tu cogitare possis. {A re} noĩe tuo. {Nimis magnæ} p p cãm sequentẽ, quia existimabã mihi iniuriam fieri, cũ à te rogabar. qui potius vel petere familiariter, vel iubere debuisses. {Põpeiũ} filiæ tuæ socerũ. {Brutũ g.t.} hos.n. duos cũ magnificaret Cic. p p eos oñdit necesse esse, vt & Ap. q eis affinitate cõiunctus erat, in oĩ re tueretur. {Quanquã in cõsuetudine quot.} q.d. ẽt si nõ accidisset, vt nũc in prouincia ostẽderem tibi meũ erga Põp. & Brutũ amorẽ & obseruantia, tñ ẽt rõne in cõsuetudine, hoc est cõuersatione quotidiana tibi declarassem. {Sicuti perspicies} quia cũ ero Romæ, faciam, q̃ cognosces quanti faciã & Põp. & Brut. q a eorũ causa nihil erit, quod pro te nõ suscipiã. {Sed qñ} .i. sed qm̃: nã qñ hoc loco causatiuũ est, nõ tẽporale. {Ita ac.} ita euenit, vt p p negotia tua, & hic in prouincia & Romæ p p accusationẽ vel ereptionẽ triũphi perspiceres, quanti facerẽ Põp. Brut. & te. {Facinus & ad.} .i. confiteor me & male fecisse, & fecisse cõtra decus & honorẽ meũ: si quid prætermisero, quod pro te à me fieri debeat. {Pontinius} hic fuerat cũ Appio in Cil. & postea remãserat cũ Cic. hunc aũt ab Ap. optime tractatũ dicit Cic. esse in eũ & gratũ & beneuolum. {Tui beneficij} erga ipsum Pontinium. {Præstat} exhibet, ostendit. {Quã debet propter} singulare beneficiũ à te acceptũ. {Coactus maximis suis re} .i. nõ libẽter, sed cõpulsus negotijs suis magni ponderis & momẽti. {A me inuit} .i. qui oĩno noluissem ipsum discedere. {Vt vidit} .i. postq̃ cognouit. {Interesse tua} esse tuũ cõmodũ, ad rẽ tuã pertinere. {Reuertit} redit, dicimus aũt reuerti & reuersus sum, reuerto aũt raro legimus. Reuertor.n. vtimur frequẽtius. {Talia} sensus est satis clarus talis, cum videã te habiturum talia studia, hoc est tales voluntates & animos prõptos taliũ virorũ, qualis est Põtinus. qui oĩa diligenter facit, quæ ad tuã vtilitatẽ pertinere existimat. {Nõ possum dubitare} .i. oĩno cõfido, quod hæc. {Solicitudo} .i. anxietas quã nũc tibi præbẽt inuidi tui, erit tibi. {Amplitudo} .i. incremẽtum dignitatis, & cõuertetur in honorẽ tuũ. {Sin vero} ꝓcurabat.n. Appius vt cẽsores crearentur, inter quos & ipse creari volebat. {Gesseris} administraueris. {Vt debes} p p imitationẽ illius ꝓaui tui clarissimi censoris Appij Cæci. {Et potes} quia es sapiẽtissimus & doctissimus. {Præsidio} adiumẽto plurimũ.n. ꝓdest posteris virtus & gloria maiorũ suorũ: quorũ causa & memoria multa assequũtur. quæ aliter assequi non possent. {Pugna} contende cõtra eorũ sñiam: qui in alterũ annũ administrationem prouinciæ mihi prorogari volũt. {Hic} in prouincia. {Istic quoq;} ẽt Romæ vbi tu es: nã, vt supra diximus, hic ad personã loquentis refert, istic ad personã secundã, illic ad personã absentem. {Satisfecerimus pro re, q̃ debuerimus & potuerimus. {Nauare} diligẽter præstare. {Volũtare} .s. bona & prõpta. {Minime mi.} minime digna admiratione. {Et} pro sed ponitur. {Eadẽ} quæ tu scripsisti. {Cũ tibi} .i. & tribui. {Tum} .i. & sed magis significat q̃ cũ, vt sæpius diximus. {Studia} volũtates promptas. {Quæm.} qd premiũ .s. studiorũ. {Oium prope cõsensu} quia semper habuisti studia propè oĩum bonorũ virorũ. Dicit aũt se dupliciter de ea gaudere, & quia ea tribuũtur Ap. q̃ debentur, & q a videat adhuc prõptas volũtates erga viros bonos remanere ferẽ oĩum cõsensu. {Laborũ} quos ꝓ tuẽda rep. suscepi. {Vigiliarum} p p studia literarum, quæ maxime vigilijs cõsecutus sum, vel vigiliarũ .s. cũ diligẽtia mea & vigilãtia oppressi cõiurationẽ Catil. Iuuen. Sed vigilat consul, vexillaq; vestra coercet. {In eo adol.} quidã intelligunt Dolabellã à quo Ap. fuisset accusatus. Alij malũt Vatiniũ: quod magis probo, licet & Dolabella fuerit acerrimus inimicus & oppugnator Ap. {Salutem} vitam. {Duobus capitis iudicijs} quia bis accusatus est capitis Vatinius, & bis à Cic. defensus. {Obliuisceretur} q cũ sciret te à me amari, debuerat rõne mei, qui fuerã eius patronus, & defensor, desistere à te accusando, & oppugnãdo, & à suscipiẽdis inimicis tuis. {Ornamẽtis} p p honores à te administratos optime. {Vel præsidijs} p p nobilitatẽ familiæ, & multitudinẽ propinquorũ & amicorum tuorũ: quæ oĩa solẽt esse præsidio. maior.n. respectus solet haberi eorũ, qui ijs oĩbus prædictis abũdant. {Redundares} abũdares, plenus esses. {Illi} Vatinio accusatori tuo. {Vt leuissime dicã} .i. ne iniuriose dicam & acerbe. {Multa deessent} ecce q̃uo leuissime dixit: noluit.n. dicere, cũ ille nihil eorũ haberet, qd fuisset acerbius & iniuriosius. {Stultus} insipiẽs, sine cõsideratione. {Puerilis} sine rõne, quia puerorũ loquacitas est sine rõne. {De quo} .s. sermone. {Itẽ} etiã. {Ego autẽ} sensus est. Si ille, qui tuas inimicitias suscepisset, fuisset mihi coniunctissimus, potius diremissem & dimisissem veterẽ cõiunctionẽ cum eo causa tui, q̃ cõciliassem nouã, vt intelligeret quãti te facerẽ. {Diremissem} diuisissem, abstulissem. {Cõciliassem} cõiunxissem. {Studio} volũtate. {Id} studiũ meũ. {Obscurũ} incognitũ. {In prouincia & Rom.} vbi ostendi oĩbus quo aĩo in te essem. {Dubitatio} de meo studio erga te. {Alienũ} non aptũ, nec congruũ, quia alia sunt mihi faciẽda. {Expostulãdi} cõquirẽdi. {Purgandi} excusandi. {Necessariũ} ne tacendo videar esse in culpa. {Vbi.n.} incipit excusare, qd obiecerat Ap. q impedisset legationes,

Quando

Reuerto, & reuertor

Hic Iste Illic

Et Cum Tum

tiones,quæ pro laudibus eius Romā mittebātur: quod probat
optimis rōnibus,& argumētis oino esse falsum. {Quo minus}
vt nō.{Ad tuā laudē} vt te laudaret in senatu R.{Aut} ratio à
probabili.si,inquit,palā te odissem, in quo potui tibi minus no
cere q̄ impediendo hmōi legationes.{Palam}aperte.{Sic} im-
pediēdo ea,quæ pertinerēt ad laudē tuā.{Magis aperte} magis
clare,cū deberē quærere potius esse occulte inimicus,quia te pa
lam nō oderā.{Quod si}cōfutat rōne aduersariorū,q cū essent
perfidi,nō erubescebant hæc dicere de Cic. & h.d.si ēt essem ita
perfidus sicut sunt ubi q in me hæc cōferūt: tñ nō essem ita stul
tus & demēs,vt cū odiū meū sit in te occultum, vellē in occulto
odio sumere inimicitias apertas.illud.n.esset stulti.nec ēt essem
ita stultus, vt vellē ostēdere me hře summā volūtatē nocēdi in
eo quo nihil tibi nocerē.{Sapiēs.n.} si videt se nō posse nocere,
dissimulat ēt volūtatē nocēdi.qđ ego etiā fecissem, quē scis nō
esse stultū.{Nocerē nihil}quia si ēt impediuissem legationē, tu
tñ nihil amisisses de dignitate tua,& ita nihil tibi nocuisset.{Ad
me} has ferè snias etiā dixit supra in epistola, quæ incipit, Etsi
quantū.{Adire memini}notādū est elegātissime iungi huic ver
bo memini pñs tēpus infinitiui.vt hic,& memini audire,memi
ni legere. Rarissime autē meminī audiuisse, memini legisse, nisi
necessitate carminis,vt apud Virg.in.Georg. Nāq; sub œbaliæ
memini me turribus altis Corycium vidisse senē. {Imperaui}
iussi: qđ si fecissem,fortasse posses me accusare.{Cēsui}proba-
ui,iudicaui.{Ad legē Cor.}.i.ſm legē Cor.quæ sumptū legatis
diffiniebat.{In eo ipso}.i.in ea snia.i.vt sumptus ad legē Cor.
decernerēt.{Nō perseuerasse} nō permāsisse.{Rōnes} cōputa-
tiones.{In qbus}ciuitatibus.{Quantū vol.}nō aūt quantū de-
cernebat lex Cor. sicut ego cōsueuerā prius.& ita apparet q nō
perseueraui i ea snia.{Quibus} qualibus, q.d.perfide cōfictis &
cōpositis,& cū admiratione legēdū est.{Onerarūt}impleuerūt.
{Leuissimi}vilissimi,nullo honore digni. {Sublatos} remotos
ipsis legatis.{Repetitos}exactos,reuocatos.{Procuratoribus}
gestoribus negotiorū, quos vulgus factores appellat.{Profecti

Expostulo

essent}venissent Romā.{Ablatos}ceptos. {Eamq; cām} quia

Quid sit dilemma.

viderēt me vel tollere sumptus legatis profecturis,vel repetere
à procuratoribus eorū,qui iam essent profecti, multos voluisse
proficisci Romā ad te laudandū.{Atq;}pro & ponitur,nā expo
stulare quæri significat.{Id.s.pugnare me potius q̄ quæri tecū.
{Rectius}honestius.{Nā si}vtitur argō quod græce dilēma dr,
latine vero diuisio,cū rē se mouentes à re vtrāq; absoluimus,rō-
ne subiecta.Dicit.n.qđ siue bonus vir & sincerus, siue malus &
astutus ab Ap.est existimatus, nihil tale tñ oino fuisse facturus
existimādus est.{Nā si}prima pars argumēti. {Studijs} huma-
nitatis eloquētiæ,q̄ non pñt nisi in virū bonū cadere: quia ora-
torē virū bonū esse oportet.& ad iustitiā hoc retulit, pp q̄ ma-
xime,vt ipse in officijs inqt,viri boni noiantur.{Magni animi}
fatis fortē in grauitate cōstātiaq; seruāda. qđ ad fortitudinē &
magnificentiā pertinet.{Nō minimi} vitauit arrogātiā ne dice-
ret de se maximi cōsilij.{In maximis reb.}in qbus maxime co-
gnoscit hominis prudētia.maximis aūt dixit præcipue pp op-
pressam cōiurationē.{Perspectū} cognitū.qđ plus est q̄ exsti-
mare.{Nihil}subijcit rōnem primæ partis.{Perfidiosum & in-
sidiosum}cū perfidia & insidijs factū.quod esset cōtra iustitiā &
fortitudinē.quia quē fortē dicimus,eundē bonū & iustū philo-
sophi ēt volūt.{Ne humile}quod esset simplr cōtra fortitudinē
& magnificentiā,cuius est vt res magnas & excelsas expetere &
gerere,ita res humiles oino cōtēnere. ergo humile retulit ad id
quod dixerat magni animi,aut ieiunū.{Insatiabile} vt sup.dixi-
mus. Iuuen.Hinc ieiunū odiū.{Sin aūt}altera pars.{Astutum}
simulatorē.{Occultū}dissimulatorē.{Fingere}facere, mētiri,
cū nō sim.{Quid est} subiectio rōnis huius ij.partis, quia deluit
propōnem. i.te nō astutū nec occultū.{Eiusmodi n.}.i.in hoies
talis naturæ,quia astuti & occulti nō aspernātur beneuolētiam
hoium potētū & florētissimorū,sed potius eā captāt etiā,si eos
oderint.{Aspernari}respuere,cōtēnere,fastidire. {Existimatio-
nē}auctoritatē,reputationē.{In puincia} vbi minus possem ti
bi nocere.{Domi} Romæ.{Defenderis}secūda psona pro ter-
tia pro defenderis aliqs,hoc est defenderim ego. {Aut} alia rō.
{Nihil obsis}nihil nocere possis,qa hoc esset contrā astutiam.
{Aut} alia rō. {Indicandū odiū} qđ astutus potius occultaret.
{Leuissimū}minimū,qa si hoc fecissem,indicassem apertissime
odiū meū in te,neq; tñ tibi multū nocere potuissē.{Quid erat}
postq̄ Cic.arguit ex igenio & natura sua hoc nō fuisse faciēdū,
qđ Ap.ei obijciebat,nūc arguit ex partibus & causis Appij,cō-
tra quē oppugnandū ostēdit nullā fuisse cām, cū cognouerit eū
nō fuisse sibi inimicū: tūc cū maxime eē posset eo tpe,quo Cic.
oppugnabat Clodiū: qui erat de familia Appij.{Implacabilis}
iratus,inimicus.{In te}cōtra te.{Fratre meo tūc} cui oino cre
do.{Propè}fere {Necesse esset}quia sine reprehēsione nō pos-
sumus deserere propinquū, cū agitur de eius salute.{Eas partes
agere}.i.id facere, vt.s.esses mihi inimicus,quia oppugnabā Cl.
gentilē tuū,cuius cā erat ferè necesse te mihi inimicū esse. {Cū
vero}alia potior causa. {Vterq; expetisset} vterq; desiderasse
& quæsisset,tūc.n.maxime firma debet esse recōciliatio,cum ex
vtriusq; volūtate puenit.{Quid}.q.d.nihil,oia.n.feci, quæ me
rogasti. {Egisti}rogasti.{Frustra}sine affectu.{Sancire}indica-
re,ex snia mea in senatu dicere.{Mādasti}dixisti faciēdū,cōmi- Mandasti
sisti.mandamus.n.verbis.{Puteolis}ciuitas Cāpaniæ,& ſm Fe Puteolis.
stum dicta est ab aquæ calidæ putore,licet alij putēt à multitu-
dine puteorū earundē aquarū gřa factorū.dicta est aūt Dicæar-
chia à iustitia administrationis & gubernationis: & cōdita est à
Samijs,vt voluit Euseb.eo tpe.quo Tarquinij à Bruto ab vrbe
expulsi sunt.{Prosequerer}assidue sequerer, tecum venirē.{In
quo}qđ mihi mādasses. {Nō vicerim expectationē}.i.nō face-
rē plusq̄ sperasses,& putasses me esse facturū. {Quod si}cōmo-
ratio est exornatio.permanet.n.in hoc, vt probet cōtra astutiā
fuisse,vt eū oppugnaret.{Si est}.i.qa est.affirmatiue.n.ponitur
hæc dictio si.{Maxime}qa cū alios curet,aut curare videat astu
tus,maxime tñ vtilitatē suā quærit.{Tādē}cōpendiosam signat
cōclusionē.{Aptius}cōueniētius.{Hominis}tui Appij.s.{No-
bilissimi}ex familia.{Honoratissimi} pp doctrinam,vel pp di
gnitates administratas.{Cuius opes}hæc oia, quæ sequūtur in
Ap.esse signat.{Opes}ingeniū,articulus est,exornatio.{Orna
mēto}honori.{Præsidio}adiumēto ad cōsequēda ea,quæ vellē.
{Quæ tñ}occurrit obiectioni,qa negauerat se esse astutū.ne re
spectus & enumeratio supradictorū videatur eū mouisse,dicit se
esse facturū supradicta oia nō astutia, sed sapiētia,qa sapientis
est ea cōsiderare in amico. {Quid} subaudi dicā. {Vincula} vr-
gētissimæ & strictiss.causæ.{Quāta}q.d. maxima.s.{Studiorū}
humanitatis & philosophiæ.{Similitudo}qa itē tu eis delecta-
ris,sicut ego.{Cōsuetudinis}conuersationis,quæ,vt Cic.in Lę-
lio inquit,auget beneuolentiā. {Vitæ, ac victus} vita cū multa Vita.
alia signat,eū vero teste Donato fortunā accidentē viuētibus:& Victus.
accipitur pro moribus viuēdi,vt hic. Victus aūt verbo.vt est di-
gestis de verb.sign.cōtinetur: quæ esui, potui,cultuiq; corporis
atq; homini necessaria sunt.vtrunq; igitur dicit sibi fuisse cum
App.s.vitæ & victus cōsuetudinē {Sermonis}collocutionis q̄
maxime vel cōtingit,vel cōiungit,vel auget beneuolentiā.{Li-
teræ interiores}secretiores.{Hæc} supradicta. {Domestica}.s.
sunt.{Popularia}magis nota populo.& quæ sint,declarat.{Re
ditus}restitutio in gratiam,cū inter eos,vt supra visum est, fuis-
sent magnæ simultates.{Illustris}clarus,omnibus notus. {Per
imp} per ignorantiā.& est sensus,in quo ēt si quidq̄ errarē per
imprudentiā,possum putari potius errasse perfidia q̄ impruden-
tia.{Sacerdotij}auguralis dignitatis,quæ apud antiquos sacer-
dotiū erat.{Amplissimi}maximi & dignissimi.{Violari}offen-
di.{Fas} licitū. {Sed ne o.}.i.nec eligi quidem,quod minus est.
{Sacerdotē}augurē.{Ex collegio aug.} quia erat horū sacerdo-
tum collegiū.{Quæ} antedicta oia.{Omittā} prætereā.{Tam
multa}tot numero.{Tanta}tā magna,tanti ponderis, quæ me
poterāt prohibere ab inferēda tibi iniuria.{Quis vnquā} addit
alias causas,quibus ostēdit sibi nullo pacto fuisse ostendendum
App.s.respectu Pōp.& Bruti: quos Cic.ostēdit sibi esse carissi-
mos,quorū causa innuit oportuisse etiā Ap.esse sibi carum, qui
esset ei affinitate cōiunctus.{Etenim, si mer.} beneficia maxi-
ma.{Valent}ad obſonem amoris.{Patriā,lib.} articulus quia
cum opera Pōp.sit hæc oia cōsecutus: pp restitutionē.Dicit se
existimare hęc oia sibi à Pōp.restituta. {Si cons.}alia rō de be-
neuolentia sua erga Pōp.s.iucūda cōsuetudo, quia fuerūt oium
ciuium Rom.cōiunctissimi.{Iucūditas}suæ vitæ & subaudi va-
let.{Signa}indicia.{Cōmisit}credidit,meæ fidei tradidit, quod
est signū amoris.{Cōicauit}.s.mecū.i.quid est cuius me partici
pem nō fecerit: quod non fecisset,nisi me,summopere amasset.
{Agi}tractari.{Maluit}potius voluit.s q̄ per me.{Cū abesset}
cū nō esset in vrbe.{Quibus rebus}.q.d.oibus. {Ornatissimū}
honoratissimū.{Amplissime}cū magna dignitate.{Qua}qua-
li,admiratiue,q.d.incredibili.{Facilitate}māsuetudine.{Tulit}
passus est.{Contentionem}orationem vehementissimam pro
defensione Milonis, qui Clodiū interfecerat.{Actionibus} in-
stitutionibus, gestis illius Pomp.{Quo studio}qua diligentia,
q.d.maxima.{Inuidia}hoies inuidi.{Illius tēporis, quo defen
debā homicidam Milonē.{Attingeret}læderet, quia disposuit
armatos ad defensionem meā,vt tuto possem dicere. hoc idem
ostendit

ostendit in exordio orationis Milonianæ.{Consilio}sapientia.{Armis}quæ pro tẽplis disposuerat,vt diximus.{Texit}defendit.Virg.Nec Apollinis insula texit.{Quibus tẽporibus} Clodianis.{Phrygi aut Lyc.al.}.i.alicui leui homini & mendaci, quales sunt Phryges,& Lycaones: nam Phrygia & Lycaonia regiones sunt Asiæ.{Quod} q̃ rẽ.s.credere leuissimis hominibus.{In legatis}qui dicebãtur à me esse impediti.{Fecisti} credidisti.{Summorũ}quorũ dignitas potuisset excusare Pomp.si eis de me credidisset.{Maleuolis ser.}sermonibus maleuolorũ. qui apud eũ de me detrahebant,quibus quidem ille non credidit.{Huius}Põp.{Quo}.q.d.optimo & amicissimo.{Debeo} propter supradictas causas oẽs.{Cũ præsertim} addit aliã cãm, quia Põp.miserat literas ad Cic vt eius causa haberet commendatam dignitatẽ Appij.{Is}Pomp.{Placarer}rediẽm amicus.{Cõuerterem}traducerẽ.{De me meriti} qui tot & tantis me affecit beneficijs.{Nutum}signũ & significationem, q̃ mihi solo nutu faceret.{Hactenus}dicta sint.{Perfecta}peracta,ad exitum deducta.{Inchoata}incepta.{Pro dig.} p honore tuo amplificando.{Quàm pro periculo}.i.q̃ vt tibi noceamus,& periculum aliquod afferamus.{Propediem}cito.{Censorem}.s.factum & creatũ.{Cuius mag.}.i.censuræ.{Officia}administrationem.{Quæ sunt maximi animi} quia censuræ officiũ ad viros maximi animi pertinet,quia censores dñr magistri morũ, dicti à censendo.i.arbitrãdo, quia illis summum erat arbitrium aliorũ morũ,licet Festus dicat dictos,ꝙ quisq; tanti suã existimare soleret, quantum illi censuisset: quod quidẽ non est absurdum.nam & rerum erant censores & morum {Agimus} facimus.{Accuratius} maiori cura,quia hoc magis pertinebit ad laudem tuam,si diligenter cogitaueris, quomodo geras officia censuræ potius quàm quæ me contra te fecisse dicis.

ASCEN. CVM est ad nos} cum intellexisset Cic. Appium ambitus accusari,cõsolatur eũ dicens, se confidere eã curam & iniuriã aliqñ ad honorẽ eius facturũ. Et quia triumphum sibi inuidorũ obtrectatione ereptũ questus, erat, hortatur, magno id aio ferat,pollicetur se eius nomẽ in prouincia protecturũ.Rogat deinde Appiũ,vt det operã,ne quid sibi tẽpus ad prouinciã prorogetur.Dicitq; se non mirari fauorẽ omnium ordinũ in Appiũ,cũ eo dignissimus sit. Postremo accuratissime attestatur se non impediuisse legationẽ prouincialiũ ad laudandũ Ap.in senatu mittendã,vt cũ ordine patebit. Ordo est.Cũ.i.qñ allatum est ad nos.Sunt qui legant cũ nobis allatũ est,cuius eadẽ est sñia,sed forma dicẽdi minus Ciceroniana, de temeritate eorũ qui facesserint.i.fecerint tibi negotiũ.i.curã & molestiã purgandi te de crimine ambitus,quo accusabãtur, qui largitionibus,precibus,minis,promissis, alijsq; corruptionibus magistratum petebant,cuius conuicti de saxo Tarpeio, vt Mãlius Capitolinus olim,præcipitabãtur. Etsi.i.q̃q̃ cõmotus sum grauiter primo nuntio,ꝙ.i.quia, nihil potuit accidere tã.i.tñ, contra opinionẽ meam,q̃ sup.illud: tñ,vt.i.postq̃ collegi me.i. vires animi mei ex ea cõmotione. Cætera.i.quæ restarent.s.vt absoluaris,videbantur mihi facillima,ꝙ habebã maximã spem in te ipso.i.innocẽtia ac dignitate tua,& magnã spem in tuis.s. amicis & necessarijs.& multa veniebãt mihi in mentẽ.i.occurrebant cogitationi meæ,quãobrẽ.i.ob quæ putarẽ istũ laborẽ.s. purgandi, fore.i.futurum esse tibi etiã.i.insuper, honori.i.ad honorẽ.Ego tuli.i. passus sum,illud plane.i.omnino moleste, ꝙ videbam triũphũ certissimũ & iustissimũ esse ereptũ tibi, hoc cõsilio inuidorũ.Quod.i.q̃ ereptionẽ triumphi factã esse tibi, si tu facies i.æstimabis tanti,quãti ego iudicaui semper faciendũ esse,hoc est minimi. Quia Cic.nunq̃ in talibus felicitatẽ constituit,nec triũphum inter expetenda locauit,tu facies sapienter: & tu victor.i. voti cõpos spernẽdo,sicut Christiani boni vincũt mundũ, ages triumphũ iustissimũ ex dolore inimicorũ.s.tuorũ, quibus dolebit ꝙ tibi non doleat,& ꝙ tã constanter contumeliam erepti triũphi feras.Ego.n.video fore opus planè.i. omnino,neruis.i.viribus,constantia,& sapientia tua vehementer,vt pœniteat inimicos tuos intẽperãtiæ.i.immodestiæ, aut potius petulantiæ & insolentiæ.Ego obtestans.i.in testimoniũ vocans oẽs deos,promitto atq; confirmo tibi de me suscepturũ pro dignitate tua (malo.n.dicere sic, q̃ pro salute.s.tua.i.q̃ dicere me suscepturũ pro salute tua)nõ.n.putat salutẽ in periculo esse,aut si putat,euitandi mali hominis gratia dicere nõ vult.hac in prouincia,cui tu pfuisti,officia atq; partes.i.munera & debita obsequia deprecatoris.i.præcantis,ne culpæ detur, rogãdo.s.pro te, officia propinqui.s.cõsanguinitate,laborãdo.s.pro te,officia hominis cari,vt spero.s.me esse apud ciuitates, auctoritate.i.p auctoritatẽ meã intercedẽdo,& officia,ac partes imperatoris,grauitate.s.per grauitatẽ,qua vtar in te laudando.Ego volo sup. vt postules,& expectes oia.s.officia à me.ego vincam.i.superabo, cogitationes tuas officijs meis.i.plus faciã pro te q̃ cogitare poteris Q.Seruilius reddidit mihi à te.s.datas perbreues literas, q̃ tñ visæ sunt mihi nimis lõgæ.ego.n.putabã iniuriã fieri,cum rogabar.s.à te.Ego nollẽ: sup.vt tẽpus accidisset, in quo posses pspicere.i.clare videre,quanti ego facerẽ te, quanti ego facerem Pomp.s.socerũ filiæ tuæ,quẽ vnum præ omnibus ego facio, vt debeo,plurimi,quanti facerẽ Brutum,q̃q̃ perspexisses,in quotidiana cõsuetudine.i.cõuersatione.s.cũ in vrbe fuissem, & perspicies.s.qñ adero.sed qñ,sup.tale tẽpus accidit,si q.d.s.officij,fuerit prætermissum à me,ego cõfitebor facinus.i.factũ turpe commissum, & dedecus admissum.s.à me.i.me incurrisse in ipsum. Pontinus.Argumẽto à beneuolẽtia Põtini sumpto argumẽtatur multorũ studijs rem Appij adiutũ iri.Fuerat is Pontinus cũ Appio in Cilicia,& cũ discedere pararet, quia intellexit Appij interesse,vt illic diutius eius nomen defensurus maneret,ab itinere reuersus est. Ordo est. Pontinus (opinor publicanũ esse) qui tractatus est à te in Cilicia.s.præstanti,& singulari fide, cuius beneficij tui.i in eum ego sum testis,præstat.i.exhibet tibi memoriã.i.gratitudinẽ,sicut memores gratos dicimus,& beneuolẽtiam,q̃ debet,qui cũ coactus maximis rebus suis descessisset à me inuitissimo,quia voluissem eũ retinere: tñ, vt.i.postq̃, vidit.i.cognouit,interesse tua.i.in re,& vtilitate tua, esse reditũ suum in prouinciã,conscendens iam nauem.s.vt in Italiã trãsfretaret,reuertit.i.redijt Epheso Laodiceã Cum ego videam te habiturũ esse innumerabilia talia studia.i.fauores in te, ego nõ possum planè.i.omnino dubitare,quin ista solicitudo sit futura tibi amplitudini.i.ad amplitudinẽ,& maiorẽ dignitatẽ. Si vero efficis,vt censores creentur,etsi tu gesseris censorã: ergo vr̃ consequens esse,si cẽsores creentur, Appiũ censorẽ fore.quod ex eo forte argumẽtatur Cic. ꝙ nouit Appiũ id maximopere cõtendere,aut quia qui anno præterito prouinciã laudabiliter rexerit,censurã fere adeptus sit.ita vt debes,ne à maioribus tuis,pręcipue ab Appio Cæco,degeneres,& potes,quia vir prudẽs, ego video id futurũ summo præsidio,non solũ tibi, sed supple etiam omnibus tuis.Sunt qui legant summo te præsidio,vt sit: Video te futurum summo præsidio,&c.sed decẽtius dr̃ questuram laudabiliter gessisse,futurũ Appio præsidio, q̃ ipsum Appium sibi. Pugna.i.quasi pugnando contende,& enitere illud,videlicet ne quid temporis prorogetur nobis.s.in prouincia, vt cũ satis fecerimus tibi hic,vbi nunc sumus,possimus nauare.i.grauiter exercere,nostrã beneuolentiã in te quoq;.i.etiam istic.i.Romæ,vbi tu es.Ex hoc loco potuit Valla facile agnoscere,quod de hic, & istic præcipit.Et quæ tu scribis ad me de studijs omnium hominum,atq; ordinũ erga te,acciderunt mihi minime mirãda,quia miramur quorum cãm ignoramus, aut quæ tam magna sunt, vt vix agnoscamus,aut tam bona, vt imitemur.& acciderũt maxime iucũda,& eadẽ sunt perscripta ad me à familiaribus meis. Itaq; capio magnam voluptatẽ,cum.s.ita sit, ꝙ capiã voluptatem,ea tribui,quæ debeantur tibi,cuius amicitia est mihi nõ solum ampla.i.honorifica,sed etiã iucũda. tũ vero.i tũc magis verum est,ꝙ voluptatẽ capiam,studia.s.hominũ, remanere etiam nunc,q.d.in perditissimus tẽporibus,in ciuitate nostra,erga fortes & industrios.i.solertes viros, propè.i.quasi,cõsensu omniũ, quæ merces.s.ꝙ studia hominum ferè sint erga fortes & industrios,est tributa semper mihi ipsi,vna.i.sola,laborũ & vigiliarũ mearũ.Vero.i.sed,illud accidit mihi permirum.i.valde mirum, tantã temeritatem fuisse in eo adolescente,cuius salutem.i.vitã ego defendi summa cõtentione in duobus iudicijs capitis.i.in quibus agebatr̃ de periculo capitis eius, videlicet Vatinij,vt ipse obliuisceretur tuis inimicitijs suscipiendis.i.dũ tuas inimicitias susciperet,patroni.i.protectoris omniũ fortunarũ & rationum, videlicet mei.q.d.Cice.si ad me respexisset, cum sciret me tibi summum esse amicũ,non suscepisset tecum inimicitias,præsertim eum tu redundares omnibus vel ornamẽtis,vel præsidijs,& sup.multa deessent illi, vt dicam leuissime.i.minime grauiter in eum: quia si verũ vellet aperte dicere, diceret illi oia deesse. Cuius.s.adolescentis, vtpote Vatinij, sermo stultus & puerilis erat iam antea perscriptus ad me à M.Cœlio familiari nr̃o, de quo itẽ sermone multa scripta sunt abs te.i.à te.sed abs venuste præponitur q,& t.Ego aũt sup.si Romæ fuissem,citius diremissem.i.soluissem & dirupissem,veterẽ cõiunctione cũ eo,q suscepisset tuas inimicitias,citius,inquam,q̃ cõciliassem nouã.s.cum eo,si non fuisset cõiunctus.neq;.n.debes dubitare de studio meo erga te,neq; :d.s.studiũ meum in te est oscurum cuiquã in prouincia,nec fuit.s.cũ illic essem,obscurũ cuiquam Romæ. Sed tñ

suspicio quadã significatur tuis literis, & dubitatio tua, de qua tẽpus est alienum.i.importunũ, expostulãdi tecũ.i.arguendi te iniuriarum quod inique suspiceris, ac dubites: tẽpus aũt purgandi mei.i.vt me purgem, est necessarium. Nam quæ obiecit, vera non erant. Vnde dicit: Enim i.quia vbi fui ego impedimento cuiquã legationi, quo minus.i.vt non mitteretur Romã ad tuã laudem? Aut si ego odissem te palàm, in quo potui minus facere, ꝙ obesset.i.noceret tibi si essem tã magis aperte inimicus? ꝙ si essem ea perfidia, qua sunt ij, qui conferunt hæc in nos, tñ ego certe non fuissem ea stultitia, vt aut ostenderem in odiu obscuro, si obscure te odissem, inimicitias apertas, aut ostenderẽ summam voluntatẽ nocendi, sup. in eo, in quo nihil nocerẽ tibi, vt in impedienda legatione. Ad me & cętera. Memini, hoc verbũ, vt dixi, præsente gaudet.i.memoriã teneo quosdã adire.i.ꝙ q-dam adirent me qui dicerent nimis magnos sumptus decerni.i. decreto prætorio, attribui legatis.s. Romã mittẽdis quibus ego non tam imperaui.i.iussi auctoritate imperatoria, q̃.i.quãtum, censui.i.probaui & iudicaui tanq̃ cõsilij dator, sumptus decernẽdos q̃ maxime.s.fieri posset, aut proxime ad legẽ Corn.i.sẽm legem Corneliam, quæ diffinierat sumptus legatis decernendos. Atq; me non perseuerasse.i.permãsisse, in eo ipso.s.iudicio, aut consilio meo, testes sunt rationes.i.supputationes ciuitatum, in quibus.s.rationibus, quæq; ciuitas indixit.i.inscripsit sup. tantũ quantum voluit gratum sup. esse legatis, nõ quantũ lex Corn. velit. Aũt pro sed, quibus.i.qualibus mendacijs homines leuissimi.i.vanissimi onerarunt te, videlicet sumptus legatorum non modo.i non solum sublatos.i.subductos & immunitos, sed etiã repetitos, & ablatos à procuratoribus eorum, qui iam profecti essent.i.discessissent, & eam cãm fuisse multis omnino nõ eundi? Quærerer tecũ.i.de te, atq; expostularem tecum.i.agerem de iniurijs nisi, vt supra scripsi, nollem purgare me tibi hoc tẽpe tuo.s.aduerso, & periculoso, cum potius iuuandus ab amico, quã accusandus sis, q̃ accusare te, & nisi putarẽ id.s.vt me purgẽ, esse rectius, q̃ vt te accusem. Itaq; nihil sup. dicam de te, ꝙ credideris.s.non credenda de me, & sup. dicam pauca, quamobrem non debueris credere.s.talia de me. Nam si tu habes perspectum.i. euidenter cognitum & exploratum in maximis rebus, me, sup. virum bonum, & dignum ijs studijs & ea doctrina, cui dedi, aut dedidi.i.addixi me à pueritia, sit, sup. perspectum habes me esse virũ satis magni animi, & non minimi consilij in maximis rebus, quod superiori quadrat, videlicet particulæ perspectum, tu nihil debes agnoscere in me, non modo.i.non solum perfidiosum.i.plenũ perfidiæ, & insidiosum, & fallaã in amicitia, sed ne quidem.i.nõ saltem humile.i.vile, & abiectũ. Nunquam.n.humile laudatur à veteribus, aut ieiunum.i.timide & dissimulãter dictum, aut factum, vt viri minus integri solent. Sin aũt.i.sed si libet.s. tibi fingere, non.n.id vere dicere posset, me sup. virũ etiã astutum.i.versipellem, & perniciose callidum & occultum.i.tectum & fraudulentum. quid est quod minus posset cadere in naturam huiusmodi.s.tam astutam & duplicem, q̃ aut aspernari beneuolentiã hominis florentissimi, qualis erat Appius, aut oppugnare in prouincia existimationẽ.i.auctoritatem, aut ęstimationem.i.famam eius cuius laudem defenderis domi, aut ostendere animum inimicum in ea re, in qua nihil.i.in nullo obsis.i. noceas? Id Cic. callide nõ semel asserit, vt saltẽ id credidisse putetur. nam Appius credidit plurimũ obfuisse, si.n.legati ipsum laudaturi Romã venissent, forte ambitus accusatus nõ fuisset. Aut eligere id ad perfidiam.s.exercendã, quod sit apertissimum, aut potius apertissimum ad iudicandũ.i.prodendum odium, latens.s.prius in animo, & sop. leuissimũ.i.minimi momẽti & valoris ad nocendum? Aũt.i.sed quid erat, cur.i.quamobrẽ ego essem tam implacabilis in te? cũ cognouissem ex fratre me.s.Q. Cicerone, te ne quidem.i.non saltẽ tunc fuisse inimicum mihi cum esset tibi prope i.quasi necesse agere eas partes.s.inimici, hoc est cũ agere reũ P. Clodium propinquum tuum. nam hic Appius dictus est Clodius, cognomẽto Pulcher. Cũ vero vterq; nostrum expetisset reditũ in gratiã.i.recõciliationem, quid egisti mecũ, modestius dicit, q̃ quid petisti à me in cõsulatu tuo.i. cum consul esses frustra.i. sine obtentione eius, quod voluisses me facere, aut sentire? q.d. nihil. Quod mandasti mihi cũ prosequerer.i.honorifice sequerer te, Puteolis.i.cum essemus Puteolis vrbe Italiæ, in quo ego nõ vicerim.i.superauerim diligentia mea expectationẽ tuam, q.d. nihil quod sit.i. sup. hominis astuti, maxime referre oĩa ad vtilitatem suã, quid tandẽ erat mihi vtilius, quid aptius cõmodis meis, q̃ coniunctio hominis nibilissimi, atq; honoratissimi, cuius opes, ingenium, liberi, affines, propinqui, possent esse mihi magno, vel ornamento, vel præsidio? q.d. nihil. Quæ tñ oĩa ego secutus sum in expetenda amicitia tua, nõ astutia quadã i.malitiosa calliditate, sed potius sapiẽtia. Quid illa vincula s.necessitudinis, quibus ego astringor libentissime, quanta sunt? q.d. maxima nimirũ, videlicet, similitudo studiorũ, suauitas cõsuetudinis, delectatio vitæ, atq; victus.i. coniunctus, societas sermonis, literæ interiores.i.secretiores: vt de te augurali, aut alia quęuis arcana. atq; hæc domestica.s.negotia. Quid tandẽ sup. sunt dicenda aut cẽsenda, illa populari.i. populo nota, & plausibilia, videlicet reditus in gratiã.i.reconciliatio nostra, illustris.i.clara & perspicua omnibus. in quo.s.reditu, ne quidẽ.i.nõ etiã aut saltem, põt errari.s.ab aliquo.i.error aliquis cõmitti per imprudentiam.i.licet esset per imprudentiã & nõ per malitiam, sine suspicione perfidiæ: quia siquid peccetur post recõciliationem, licet per ignorantiã factũ fuerit, putabitur per perfidiam factũ: item collegium.i cõpar munus & societas sacerdotij amplissimi.i.auguralis, in quo.s.collegio, non modo.i.non solũ, fas nõ erat apud maiores nostros amicitiam violari.i.vt violetur, sed ne quidẽ.i.non saltẽ, aut non etiã licebat, optari.i.eligi sacerdotẽ, qui esset inimicus cuiq̃ ex collegio. ⁊ otũ est eleganter inter ne, & quidẽ id poni, cui quid cõuenire maxime vr, & tñ non conuenit, vt ne Deus quidẽ facta infecta facere põt, ne optare quidẽ licebat, &c. hac aũt Cic. frequẽter, & eleganter vtitur. Quæ.s. popularia, aut necessitudinũ vincula, ut omittã tam multa, atq; tanta.i.tã magna.s.alia: quis vnquã fecit aut facere potuit, aut debuit vnquã tanti quenquã, quanti sup. feci Cn. Põp. socerũ.i.patrẽ mariti filiæ tuæ. Etenim si merita valẽt.i.ad aliquẽ magni faciendũ, vt certe valere debent, ego puto patriã, qua donatus erat, liberos, salutẽ, dignitatẽ, memetipsum restitutũ mihi per illũ. Si iucunditas cõsuetudinis sup. valet ad hoc, quæ amicitia cõsulariũ sup. virorũ.i.eorum, qui aliqñ consulatũ gesserunt, fuit vnq̃ in nostra.i.Romana ciuitate coniunctior, q̃.s.nr̃a.i.mea, & Põpeij? q.d. nulla. Si vlla signa amoris atq; officij, repete valẽt ad hoc, quid ille.s.Põp. nõ cõmisit.i.credidit, ac mãdauit mihi? q.d. nihil, & ita oĩa cõmisit. quid nõ cõmunicauit mecũ? q.d. ẽt nihil, & ita oĩa cõicauit mecũ. quid maluit agi per quenquã aliũ.s.q̃ per me, de se in senatu, cũ ipse abesset? q.d. nihil per quẽcunq; in quibus rebus, ille.s.Põp. nõ voluit me ornatũ amplissime? q.d. in nullis nõ voluit, & ita in omnibus voluit. Legi põt sine negatione in eadẽ tñ sñia sic. In q-bus rebus ille voluit me ornatũ amplissime, q.d. in oĩbus. Et sic quadrat cũ sequenti particula, priore modo quẽ magis sequor cũ præcedentibus. Deniq;.i.vt simul multa dicã, ac tandẽ cõcludam, qua felicitate, q.d. maxima, qua humanitate.i.mansuetudine, ille tulit.i.passus est cõtentionẽ meã pro Mil. aduersantẽ interdũ actionibus suis? q.d. ẽt maxima. Põpeius aũt, ꝑꝑ affinitatem cũ Clodianis interdũ ꝓ Clodio egerat. Quo studio.i.qua diligentia, sup. Põp. prouidit.i.ꝓspexit & cauit, ne qua inuidia.i. molestia illius tp̃is, attingeret me, cũ texit.i.protexit me cõsilio.s.suo, cũ texit me auctoritate.s.sua, deniq; cũ texit me armis sup. suis: nõ est igitur ordo, texit cũ armis suis, sed cum.i.qñ. pro quo etiã com scribitur, texis armis suis, &c. q.d. maximo nimirũ studio. Quibus quidẽ tẽporibus.s.ꝑꝑ factiones multorũ periculosas hæc.i.hmõi grauitas, & hæc altitudo animi fuit in eo, non modo vt non crederet de me alicui Phrygi, aut Lycaoni.i.nato in Phrygia, aut Lycaonia, qđ tu fecisti in legatis.s.quos illi credidisti à me ꝓhibitos. sane Phrygia, & Lycaonia regiones sunt Asiæ, & plurimæ vrbes in quibus se Cice. egisse in superioribus cõmemorauit, sunt Phrygiæ. sed nec quidẽ, quod tñ magis debuisset, credidit maleuolis sermonibus hominũ summorum de me. Priusquã cætera prosequar, aperiẽdus est mihi locus de vsu negationũ: nam cum Laurẽtius Valla argutissime doceat has particolas nõ solum, non tñ affirmatiuam constituere orationem, nisi altera subditur negatio: dum.n.dico, non modo te diligo, sed etiam amo, non nego me diligere te, sed tãtum diligere, & ita negatio non cadit in verbum, sed in particulam restrictiuam. Gulielmus tñ Budæus vir acutissimo ingenio, & multa exercitatione præditus, quamplurimis exẽplis probat summos viros dictis particulis tanquam negatiuis vsos. vt videre est in annotationibus Pandectarum. id aũt mirum est aut Vallã non animaduertisse, aut illos cõmisisse, nisi dicamus Vallam putasse errore imperitorũ librariorũ negationem sublatam, quæ tñ repetenda nõ est, vbi principali verbo negatio præponitur, vt hoc loco, sed ne summorũ quidẽ, tunc.n. negatio pro vtraq; clausula agere censebitur: quapropter cum repetij, & pũtẽ sic loqui potuisse si voluisset, non modo, vt Phrygi alicui aut Lycaoni, &c. Phryges aũt & Lycaones, vt Cretes, & cęteri ferè Græci mẽdaces sunt. vñ Græca fide mercari apud comicos est pñti pecuniæ

Græcis

Græcis.n.propter mendacia & perfidiam non creditur. Igitur .i.vt ad rem redeam, filius huius Pompeij, cui tantum tribuo, cum sit gener tuus.i. maritus filiæ tuæ, cumque intelligam, q̃.i. quantum carus, quamq;.i.& quantũ iucundus sit Cn. Pompeio præter hanc coniunctionem affinitatis, quia filius eius tibi gener, est quo tandẽ aio debeo esse in te præsertim, cum is.s. Pompeius miserit ad me eas.i.huiusmodi literas, quibus. i.cuiusmodi, etiam si essem hostis tibi, cui sum amicissimus, tamen.i.nihilominus placarer.i.fierem amicus & tranquillo in eum animo & conuerterem me totum ad voluntatem, & nutum.i.signum volũtatis eius.i.talis viri meriti, ita.i.taliter de me. Sed hæc sup. scripta sunt hactenus.i.in haoc vsq; partem, & in hunc locum, aut hoc tempus. Sunt n.scripta fortasse pluribus verbis, q̃ fuit necesse. Nunc.i.deinceps cognosce ea, quæ sint perfecta.i.consummata à me, quæq;.i.& ea, quæ sint institututa.i.incepta. Atque nos agimus, & agemus hæc magis pro dignitate.s. tua.i.vt nihil detrahatur de dignitate tua, q̃ pro periculo tuo.i.vt euites periculum salutis tuæ, quod nullum putamus tibi impẽdere.n. pro quia, nos audiemus propediem.i.statim, quia prope est dies (vt spero) te censorem, cuius.s.censuræ magistratus.s.magistralis honoris & potestatis, officia quæ sunt maximi animi, ne.s. formidet potentes notare, & summi consilij, ne in meritos notet, ego censeo esse cogitãda tibi.i.à te diligentius.i. maiore opera, & accuratius.i. maiore cura, q̃ hæc quæ nos agimus de te.i. vt accusationem, ambitus expugnes, aut quàm hæc, quæ nos in prouincia agimus.i. disputamus de te, de quibus supra conquestus erat quod non amice agerentur à Cic. Censor dicitur arbiter morum, & rerum, quia officij erat mores taxare, & ab ordine pristino, si meruerint, amouere, & ornamenta, vt equos & phaleras, adimere, præterea quantum aliquis licite possideret, æstimare, & pro eo censum imponere.

PAVLVS MANVTIVS. SI CLAM, magis aperte inimicus esse ❡ cum antea legeretur, sic iam magis aperte inimicus essem: Petrus Danelius Parrisiensis, vir doctrinæ singularis, cuius ego iudicium, vt debeo, plurimi facio, animaduertit, corruptum esse locum, & sententiã secutus, nihil adiuuantibus vetustis libris, ex ingenio felicissime correxit. ❡ Ad me adire quosdam memini, nimirum, ex Epicteto, qui dicerent ❡ licet alij credant quod cuique lubet ego tres illas dictiones, nimirum ex Epicteto, Ciceronis esse non existimo, neque hactenus in vetustis libris inueni, quanquam & multos, & vetustissimos inspexerim. ❡ Quæ à me perfecta, quæque instituta sint, cognosce ❡ alij, quæ à me profecta. placet, perfecta, consentientibus antiquis libris, vt hoc dicat, exponere se velle non solum quæ pro Appio iam perfecerit, sed etiam quæ instituerit. exposuit autem, opinor, in commentario, quem literis adscriptum mittebat.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Principium est gratulatorium, quòd accusatione aduersariorum non succubuerit. deinde laudat Appium, & confirmat quòd bene de repub. sentiat, & erga eam optime sit affectus. postremo ueniam petit, si forte quid stomacho maiore ad Appium scripserit.

CICERO IMP. S. D. APPIO PVLCHRO VT SPERO, CENSORI. 11



*Vm essem in castris ad fluuium Pyramum, redditæ mihi sunt uno tempore à te epistolæ duæ, quas ad me Q. Seruilius Tarso miserat. earum in altera dies erat adscripta non. Apr. in altera, quæ mihi recentior uidebatur, dies non erat. respondebo igitur superiori prius: in qua scribis ad me de absolutione maiestatis. de qua etsi permultum ante certior factus eram literis, nuntijs, fama denique ipsa: (nihil enim fuit clarius: non quo quisquam aliter putasset: sed nihil de insignibus ad laudem uiris obscure nuntiari solet) tamen eadem illa lætiora fecerunt mihi tuæ literæ: non solum, quia planius loquebantur, & uberius, quàm uulgi sermo: sed etiã, quia magis tibi uidebar gratulari, cum de te ex te ipso audiebam. complexus igitur sum cogitatione te absentem, epistolam uero osculatus, etiam ipse mihi gratulatus sum. quæ enim à cuncto populo, à senatu, à iudicibus ingenio, industriæ, uirtuti tribuuntur; quia mihi ipse assentior fortasse, cum ea esse in me fingo; mihi quoque ipsi tribui puto: nec tam gloriosum exitum tui iudicijs extitisse, sed, tam prauam inimicorum tuorum mentem fuisse, mirabar. De * ambitu uero quid interest, inquies, an de maiestate? ad rem nihil: alterum enim non attigisti, alterã auxisti. uerumtamen est maiestas, ut Sylla uoluit, ne in quemuis impune declamare liceret. ambitus uero ita apertã uim habet, ut aut accusetur improbe, aut defendatur. qui enim facta, aut nõ facta largitio ignorari potest? tuorum autem honorum cursus cui suspectus unquam fuit? me miserum, qui non affuerim. quos ego risus excitassem. Sed de maiestatis iudicio duo mihi illa ex tuis literis iucundissima fuerunt: unum, quòd te ab ipsa rep. defensum scribis; quæ quidem etiam in summa bonorum, & fortium ciuium copia tueri tales uiros deberet; nunc uero eo magis, quòd tanta penuria est in omni uel honoris, uel ætatis gradu, ut tam orba ciuitas tales tutores complecti debeat. alterum, quòd * Pompeij, & Bruti fidem, beneuolẽtiamq; mirifice laudas. lætor uirtute, & officio cum tuorũ necessariorum, meorum amicissimorum, tum maxime alterius omnium sæculorum, & gentium principis, alterius iampridem iuuentutis, celeriter, ut spero, ciuitatis. De mercenarijs testibus a suis ciuitatibus notandis, nisi iam aliquid factum est per Flaccum, fiet a me, cum per Asiam decedam. nunc ad alteram epistolã uenio. Quòd ad me quasi formam communium temporum, & totius reip. misisti expressam: prudentia literarum tuarũ ualde est mihi grata. uideo enim & pericula leuiora, quàm timebam, & maiora præsidia; siquidem, ut scribis, omnes uires ciuitatis se ad Pompeij ductũ applicauerunt: tuumq; simul promptum animum, & alacrem perspexi ad defendendam remp. mirificeamq; cepi uoluptatem ex hac tua diligentia, quòd in summis tuis occupationibus mihi tamen reip. statũ per te notum esse uoluisti. Nam augurales * libros ad commune utriusq; nostrum otium serua. ego enim à te cum tua promissa per literas flagitabam, ad urbem te otiosissimum esse arbitrabar. nunc tamen, ut ipse polliceris, pro auguralibus libris rationes tuas confectas omnes expectabo. Tullius, cui mandata ad me dederas, non conuenerat me: nec erat iam quisquam mecum tuorum, præter omnes meos, qui sunt omnes tui. Stomachosiores meas literas quas dicas esse, non intelligo. bis ad te scripsi, me purgãs diligenter, te leuiter accusans in eo, quòd de me cito * credidisses. quod genus querelæ mihi quidem uidebatur esse amici: sin tibi displicet, non utar eo posthac. sed si, ut scribis, eæ literæ non fuerunt disertæ, scito meas non fuisse. ut enim Aristarchus Homeri uersum negat, quem non probat: sic tu, (libet enim mihi iocari) quod disertum non erit, ne putaris meum. Vale, & in censura, si iam es censor, ut spero, de proauo multum cogitato tuo.*

de quo nondum erat absolutus.

epist. 4. huius lib.

epist 9. l. 10 ad Att.

epist. 8. huius lib.

HVBER. CVm essem ❡ Cic. primũ dicit sibi gratissimũ iucundissimumq; fuisse, q ex literis Apij intellexit, quod tamen antea nũtijs & fama cognouerat eum absolutum esse maiestatis, cuius, vt supra vidimus, fuerat accusatus, & eo magis se esse lætatum, q intellexit eum ab vniuersa rep. esse defensum, & q Pomp. & Bruti singularem fidem & beneuolentiam laudauit. Deinde alteris eius literis respondens significat gratissimum quoq; sibi fuisse, q Appius formam reip. ita ad eũ misisset epist. sua expressam, vt facile potuerit cognoscere, quo in statu esset resp. & quo animo esset Appius erga eam. Postea vero dicit se nunc in eis magnis negotijs nõ expectare ab eo libros augurales, quos se missurũ promiserat, quorũ loco expectat

ctat eius orationem. Postremo quia App. scripserat se accepisse à Cic. quasdam stomachosas literas, quas cognouerat cum animi perturbatione à Cic. scriptas, quia essent minus elegantes. Primo Cic. Excusat illam indignationem qua scripserat, & petit ab eo veniam. Deinde iocans dixit eum existimare debere quascunq; literas viderit minus disertas & elegantes, non esse Cic.

Castra.

{In castris} apud milites. nam castra in plurali numero dicuntur loca, vbi stant milites, quasi castrata, vel quod ibi castretur libido, quia mulieres inde disciplina militaris abesse iubebat.

Ad.

{Ad} apud, vt Virg. 1. Aeneid. Prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis. Idem, Phrygij Simeontis ad vndam. {Pyramum} fluuium Ciliciæ ad Aminodé promontorium, qui auct. Pomp. Mela vrbem malosen præterfluit. {Tarso} ex Tarso, de qua diximus supra fuisse, auct. Sol. à Perseo conditam, licet Euseb. à Sardanapalo malit. {Dies} qua data erat. {Adscripta} subscripta, notata. {Nonarum} quæ sunt die quinto. {Recétior} posterior, magis noua. {Nō erat} s. adscripta. {Superiori} priori. s. epistolę. {Permultum antea} .i. valde antea, hoc est multo tempore ante. {Literis} quia ad me fuerat hoc scriptū te fuisse absolutum. {Nuntijs} qui verbis id mihi retulerunt. {Fama} publico rumore, quia vbique ferebatur. {Nihil enim} parenthesis est vsque ad tamen. {Clarius} magis notum. {Non quo} non quia. {Aliter} quàm est factum .i. quod non absolueretis, quia omnes putabant te absolutum iri, quia nulla re maiestatem læseras. {Insignibus} præclaris, egregijs. {Ad laudem} nam ea, quæ nuntiantur ad vituperationem, timidius nuntiantur & obscurius: quæ vero ad commendationem insignum virorum spectant, ea apertissime efferuntur. {Tamen} quamuis literis & nuntijs intellexissem. {Non solum} duplici de causa ostendit ea sibi fuisse lætiora ex eius literis quàm ex nuntijs, & quia Appius apertius & abundantius scripserat, quàm alij nuntiassent, & quia videbatur ei magis gratulari, cum de eius rebus ab eodem ipso intellexisset. {Planius} apertius. {Vberius} copiosius absolutione tua. {Sermo vulgi} .i. fama ipsa. s. loquebatur. {Complexus sum} visu sum te amplecti cogitatio, & imaginatione ipsa. est. n. voluptas quædam imaginaria, vt ostēdit Seru. in Buc. Virg. qua etiam absentibus fruimur, vt patet in 2. ecl. de Corydone & Alexi. ea autem est & de rebus honestis, vt cum amicum absenté cogitatione ipsa alloquimur, osculamur, complectimur. & de rebus turpibus, vt de Biblide, quæ cū Chauno fratre cogitatione, & imaginatione ipsa cócumbebat. {Cogitatione} animo. {Osculatur} quod solemus facere causa magni amoris, cum literæ ab amicis de rebus lętis nobis redduntur. {Gratulatus} gauisus etiam mea causa. {Ingenio} ingeniosis viris, & virtute præditis, qualis tu es. {A populo} à senatu. horum enim cósensu absolutus fuerat Appius. {Assentior} blandior mihi, placeo mihi. melius. n. assentior, quàm assentio legitur. {Fingo} puto. {Ea} s. ingenium, industriam, virtutem. {Mihi quoque} sicut tibi, quia ea, quæ tribuuntur similibus nostris, videntur tribui nobis. Ordo est, quę enim tribuuntur ingenio, &c. à cuncto populo, à senatu, & iudicibus, puto ea quoque tribui mihi, quia ipse fortasse assentor mihi, cum fingo ea esse in me. Ille vero sibiipsi dicitur assentari qui sibi persuadet ea in se esse quæ non sunt. quod plerunq; faciunt assentatores alijs.

Gloriosus

{Gloriosum} splendidum, cum tanto tuo honore, & gloria. Et notandum gloriosum hic in bonam partem accipi, cum alias iactabundum significet. {Iudicij} quo maiestatis absolutus es.

Exitus.

{Exitum} finem quia quanto maior fuit oppugnatio, tanto gloriosior fuit absolutio. {Tam prauam} tam iniquam, vt te innocentem & immeritum oppugnarent. De ambitu vero quia quidam dicebant Appium non solum maiestatis, sed etiam ambitus accusandum fuisse: ideo nunc Cic. ostendit nihil interesse verum ambitus an maiestatis fuisset accusatus, quia vtriusque æque fuisset absolutus. {Inquies} dices mihi o Appi. {Quid interest} quid refert, quæ differentia. {De ambitu} s. fueris accu-

Ambitus.

satus, qui erat crimen affectati honoris largitionibus, & corruptionibus. {Nihil interest} quantū ad te pertinet, quia in neutro peccasti. nihil. n. interest verū aliquis accusetur furti, an homicidij, cum vtriusque est innocens. {Alterum} ambitum, quia honores potius merere studuisti quàm petere. {Alteram} maiestatem P. R. {Veruntamen} ponit quandam differentiam inter ambitum & maiestatem. {Veruntamen} quamuis dixerim nihil interesse de maiestate, an de ambitu, &c. {Vt Sylla voluit} .i. legibus cauit. {In quemuis} in quemlibet nisi omnino posset probari maiestatem esse læsam. {Declamare} dici exhortationis causa. Solebant. n. Romani adolescétes eloquentię studiosi exercendi ingenij gratia inuehi orationibus suis in eos, quos scirent aliquo crimine posse notari: accusabant. n. eos, vt dicit Q. & Cic. 1. off. Sylla vero lege cauit, quod si quispiam accusat alium maiestatis, qui non posset probare crimen, teneretur ad pœnam talionis. & ideo dixit, {Impune} sine pœna. {Declamari} dici nam declamare est in ficto themate se exercere, vnde declamationes Quint. & Senecæ. {Declamari in quemuis}

Declamare. Declamationes.

.i. quemuis sub prætextu exercitationis & declamationis accusari. {Apertam vim} manifestam. nam ita aperte cognoscitur. {Aut accusetur improbe} .i. aut iniuste fiat accusatio, ita vt prima facie ab omnibus cognoscatur esse improba. {Aut defendatur} si etiam non accusetur improbe. {Qui} quomodo. Ratio, quare accusetur improbe, quia si quisquam largitionibus corrumpit senatum, aut populum non possunt illæ largitiones esse occultę. ergo si nullis apparentibus largitionibus quispiam accusetur, improbe accusatur, sicut App. accusabatur. {Largitio} corruptio, quæ fit pecunia, aut ceteris muneribus. de ea dictum est in 1. epist. 1. libri. {Ignorari} nesciri, q. d. nullo modo. {Cursus} continua administratio. dicitur. n. cursus honorum

Honor

gradus, cum honor honori succedit, vt ædilitati prætura, consulatui censura. {Suspectus} .i. æstimatus, male quæsitus. {Cui} q. d. nemini. {Me miserum} ex magno affectu amoris hoc dixit. {Affuerim} Romæ tunc, cū es accusatus maiestatis. {Quos risus} q. d. magnos. {Excitassem} commouissem. s. de accusatoribus tuis, quos ostendissem ridicule fecisse, cum te immerito accusarunt. {Illa duo} illæ duę partes. {Vnū} s. fuit mihi iucundissimum. & est prima pars. {Ab ipsa rep.} quod fuit maximi honoris, quod resp. susciperet defensionem tuam. {Quæ} resp. {In summa ciuium c.} .i. quæ etiam si abundaret viris bonis & fortibus, deberet tamen tueri tales viros, qualis tu es. ergo multo magis cum magna sit penuria similium tui. {Penuria} inopia.

Suspectus.

Penuria.

{Honoris} dignitatis, vt puta in ordine ædilitio, vel prætorio, vel senatorio, vel aliorum honorum. {Vel ætatis} .i. & iuuenū, & senum. {Complecti} amore, fauore. {Alterum} subaudi fuit mihi iucundissimum in literis tuis. {Fidem} erga te. {Virtute} quantum ad fidem. {Officio} quātum ad beneuolentiam, quæ & amicis, & affinibus ex officio præstanda est. {Cum tuorum} .i. & quia sunt tui necessarij & affines. {Tū maxime} .i. & præcipue, quia sunt viri clarissimi. {Alterius} Pompeij. {Principis} omnium sęculorū & gentium .i. qui antecellit omnes, qui omnibus sęculis vnquā fuerunt, aut qui nunc in omnibus gentibus vsquam sunt. {Alterius} bruti. {Iuuentutis} subaudi principis .i. qui excellit iampridem omnes iuuenes Romanos. erat enim & ipse iuuenis. {Celeriter} .i. mox cum erit paulo maturior. {Ciuitatis} omnium ciuium R. {De testibus} quidam testes mercede compulsi falsum testificati erant contra Appium, quos puniendos curauerat Appius, rogaueratq; Cic. vt hoc faceret, cui Cic. respondet, quod si Flaccus, cui mandauit, de hoc nihil egit, omnino ipse faciet, cum per Asiam decedet. {Notādis} ignominia & probro afficiendis, notabātur autem ignominia, & probro, quoties probabantur fuisse falsi, & cauetur publice, ne amplius testes esse possint tanquam infames & falsi conuicti. Nota. n. vt inquit Festus, nunc signum in pecoribus significat. Virg. in Georg. Continuoq; notas, & nomina gentis inurunt. Nunc literas singulas aut binas, nunc ignominiam. Item, Nonius inquit: Nota dicitur probrū. Lucil. lib. 30. Quem scis scire tuas omnes maculasq; notasq;: inde notare dicitur. Iuue. Sed quæ Fabricius censor notet. Horat. Magna cum libertate notabant. {Mercenarijs} mercede conductis, non veritatis tuendæ gratia. {A suis ciuitatibus} volebat. n. à singulis ciuitatibus, de quibus fuissent hi testes, eos notari & puniri. {Aliquid} .i. nisi iam sunt cœpti notari. {Fiet à me} notabuntur à me. {Decedam} iter faciam decedens. {Quòd ad me} ad aliam partē epistolæ respondet, quia Appius scripserat ad Cic. formam status reip. {Quasi} translatiue. {Formam} designationem, vt supra, vt cum formam reip. cognouero, quale sit futurum reliquum ædificium intelligam. {Expressam} aperte figuratam, repræsentatam, quasi viderim ipsam remp. prudētia, qua mihi ipsam formam reip. expressisti. {Leuiora} mora {Præsidia} pro defensione reip. {Maiora} s. quàm putabam. {Si quidem} quoniam, & est ratio leuiorum periculorum, & maiorum præsidiorū. {Omnes vires} .i. omnes, qui in ciuitate aliquid possunt. {Adductū} ad imperium, ad voluntatem. {Applicauerunt} adiunxerunt. {Promptum} expositum, paratum. {Alacrem} erectum, atque sublimem. {Diligentia} qua vsus es in scribendo. {In summis occupationibus} quibus nisi fuisses diligens, potueras reuocari à scribédos. {Augurales libros} quos te missurum promiseras. {Ad commune otium} cum vterq; nostrum nimis erit negotijs implicitus.

Celeriter.

Nota. Quid.

Notare.

Forma.

Expressa.

Siquidem.

Applicare. Promptus.

Serua Flagitare.

implicitus.{Tu}Romæ,ego in prouincia. {Serua}differ,reserua.{Flagitabã}instanter poscebã.{Ad vrbem}.i.in vrbe. {Tuorum} quos ad me misisses.existimabat.n. Appius Tulliũ quendam ex suis esse apud Cic.{Qui}.s.mei.{Sunt tui}quia amicorum omnia cõmunia.{Stomachosiores}iracundas,plenas indignationis.{Literas}.s.meas.{Bis}vt visum est in præcedẽtibus epist.{Purgãs} excusans: quia querebaris ꝙ ego impediuissem legationem,quæ ad laudes tuas Romam erat profectura. {Leuiter}non acerbe.{Accusans}in proxima præcedenti epistola: {Amici} quibus interdum licet reprehendere alium amicũ beneuole.{Eo}genere quærelæ.i.non vlterius,vt amplius querar de te. {Vt scribis} quia scripserat Appius eas literas non fuisse elegantes:quia erant cũ stomacho scriptæ.{Disertæ} eloquentes,elegãtes.{Meas}qui nescio scribere nisi eloquẽter.& quantis videatur Cic.iocari,tñ se laudat. {Aristarchus}is fuit optimus grammaticus, qui Homerum interpretatus est. {Homeri versum}.s.esse.{Quẽ} versum.{Non probat}non approbat iudicio suo.i.qui ei nõ placet:multa.n.carmina creduntur esse inserta Raspodiæ Homeri, quæ ab eo poeta nunquã fuerunt condita.Dicit igitur quemadmodũ Aristarchus versum,qui in Homero minus ei placet,negabat esse Homeri : ita tu quodcunq; scriptũ minus disertũ & elegans videris,ne putes esse mecũ.{Libet.n.iocari}parẽthesis.qua vtitur,vt vitet arrogãtiã. {Quod}.s.scriptũ.{Ne putaris}pro ne putes.{In cẽsura}in administratione cẽsuræ.{Si es censor}si iam creatus es censor.{Vt spero} quia scripserat Appius se laborare,vt cẽsor crearetur. {Cogitato de proauo tuo}habeto proauũ tuũ clarissimũ censorẽ in animo,vt eũ moribus & re ipsa imiteris.is aũt fuit Appius Cæcus.

ASCEN.

CVM essem &c.} gratulatur primũ ꝙ absolutus sit maiestatis vniuersæ penè reipu.suffragio. Deinde alterius eius literis respondens gratias agit formã reip. ab Appio sibi expressam.Et quia in magno negotio fuit Appius non petit ab eo libros,augurales, quos supra perficiendos monebat,sed orationes eius,purgans deinde quod visus est scripsisse ad Appiũ literas stomachosas. Ordo est cũ ego essem in castris apud fluuiũ Pyramum,qui est in Cilicia,duæ epistolæ tuæ sunt redditæ mihi vno tempore,quas Q.Seruilius miserat Tarso.i.ex ea vrbe Asiæ.Dies.s.qua data, erat adscripta in altera earum,videlicet nonarum Aprilium in altera, quæ videbatur mihi recentior,dies non erat.s.adscripta. Respondebo igitur prius superiori .s. in qua dies adscripta erat . In qua scribis ad me de absolutione maiestatis.s.affectatę De qua.s.absolutione, etsi.i. quanquã certior factus eram permultũ.s. temporis ante literis .i.per literas,nuntijs.i.per nuntios,deniq;.i.tandẽ, fama ipsa.i. per famã ipsam. Nihil.n.fuit clarius.i.euidentius, aut illustrius nuntiatũ,non sup.ita fuit clare nuntiatũ,ꝙ quisquam putasset aliter.s.futurum, sed ꝙ nihil solet nuntiari obscure de viris insignibus.i.insignitis laude, aut non segnibus ad laudẽ, quia sunt etiã insignes ad vitia. tñ literæ tuæ fecerunt mihi eadẽ illa.s.à te nuntiata,lætiora.i.iucundiora nõ solũ,quia.s.literæ tuæ loquebantur planius.i.manifestius, eo ꝙ in plano sita melius videntur q̃ inter colles,vberius.i.abundantius q̃ sermo vulgi,sed etiã quia ego videbar magis gratulari tibi,cum.i.qñ, ego audiebam.s.tam læta de te ex te ipso. Igitur ego cõplexus sum cogitatione.i.per imaginationẽ,te absente.Vero pro sed,ego osculatus sum epistolã,& ipse.i.egomet, gratulatus sum mihi.i.felicitati quæ mihi tua felicitate speranda erat . Quæ.n.tribuuntur ingenio.i.bonę indoli,& in nobis ingenitæ,industriæ.i.solertię exercitatione acquisitæ,aut auctæ,& virtuti iam ratione stabilitæ,à cuncto populo,à senatu,à iudicibus qui omnium suffragijs absolutus fuerat,ego puto tribui quoq;.i.etiã mihi ipsi, quia ipse.i.ego assentior.i.blandior fortasse mihi,cũ ego fingo.i.imaginor ea.s.iam dicta ingeniũ,industriã, & virtutẽ esse in me . Nec mirabar tam gloriosum exitum iudicij.s.de te habiti fuisse, sed sup.mirabar mentem tuorũ inimicorũ fuisse tam prauã,iniquã & peruersam . tu vero quia ego prius dixi, ꝙ in epistola ad me scribis de absolutione maiestatis inquies,quid interest de ambitu.s.sim accusatus & absolutus,ac.i.q̃,aut an de maiestate, q.d. nihil. vnde & Cic.respõdet. Nihil sup. interest ad rem.i.ad litẽ & negotiũ tuũ,cum vtriusq; sis innocens. Enim.i.quia tu nõ attigisti alterũ.s. ambitũ, & auxisti alterũ.s.maiestatem, quã tam gloriose gessisti.alij exponunt ad rem.i.molem criminis : quia conuictus maiestatis,non minus punitur,quàm ambitus,sed facilius est cõuincere ambitus q̃ maiestatis. Maiestatis.n.reus est, qui arguitur ambitione quadã affectasse maiestatem, aut decerni sibi aut prorogari indecenter. Ambitus vero, qui largitionibus,precibus,minis pollicitationibus, & corruptionibus ad magistratum viã affectabat. Vnde ambitio & crimen maiestatis in animo,est ambitus in opere ipso & rebus exterioribus . & ideo quia de occultis non est agendũ sine testibus,Sylla noluit declamationes fieri in rerũ maiestatis.reũ autẽ ambitus licebat unicuique agere dum in probationibus non deficeret. Vnde addit. Veruntamen maiestati est supp.talis , vt Sylla voluit.i.lege cauit & sanciuit,ne.i.vt non liceret declamari.i.declamationẽ fieri de crimine maiestatis,in quemuis.i.quemlibet,impune.i.passim sine punitione Declamatio aũt est ad vtranq; partẽ de crimine & absolutione alicuius,& de faciendo,aut nõ faciendo aliquo negotio disputatio.quã exercitationis gratia rhetorũ discipuli facere solebant,non sine clamore,vt inducerent animo, & formã in veris causis agendis.vero.i.sed,ambitus habet vim ita apertam.i.manifestam,vt aut censeatur improbe,vtpote qñ accusatur innocens,aut defendatur improbe.s. à patrono manifesti criminis. Enim.i.quia quid.i. quomodo potest largitio facta, & nõ facta.i.an facta,an non facta sit ignotari?q.d.nullo modo cum fiat publice,nec paucis.imperiũ.n.aut dominatio non potest à paucis dari.Sed dubiũ est,dum largitiones fiunt quo animo fiant. quod coniectura quadã ex verbis & cęteris factis largientis perspicitur. Autẽ pro sed,cursus.i.continuatio, honorũ .i.magistratuũ tuorũ,cui fuit vnquã suspectus?q.d.nulli. Me miserũ.Modeste,ne excãdescere videatur,subijcet particulã, ô,qui non affuerim.s.in absolutione tui.Quos risus ego excitassem.s. in accusatores tã temerarios? q d.maximos. Sed de iudicio maiestatis, quo.s.absolutus erat, illã duo fuerunt mihi iucundissima ex literis tuis. Vnum quod scribis te defensum ab ipsa rep. quæ resp.hoc est oẽs eius gubernatores,deberet tueri.i.protegere tales viros.s.qualis tu es , quidẽ.i. certe etiã in summa copia ciuiũ bonorũ,& fortium,nunc vero sup.debet eo magis, ꝙ tãta penuria.i.paucitas & difficulta inueniẽdi tales viros,est in omni gradu, vel honoris.i.tam magistratuũ,q̃ priuatorum,vel ætatis.i.tam senum,q̃ iuuenũ, vt ciuitas tam orba.i.priuata patronis,debeat complecti.i.fouere tales tutores. Alterum.s.mihi iucundum fuit ꝙ laudas mirifice fidem & beneuolentiam Pompeij & Bruti.lætor virtute & officio.i.propter virtutem & officiũ,cum.s.ita sit ꝙ tuorũ necessariorũ.s. Pompeij & Bruti . qui sunt tibi affines,& ita necessarij,& amicissimorum meorũ,tum maxime.s.lætor & virtute & officio alterius.s.Põpeij principis oium sęculorum & gentiũ.i.omniũ hominũ , qui sunt aut fuerunt in quauis natione.& sup.virtute,& officio alterius.s.Bruti,iampridem.i.iam à plusculo tempore principis sup. iuuentutis s.Romanæ,& sup.futuri celeriter, vt spero, principis ciuitatis.s.totius,excepto tñ Pompeio, hoc est lætor primum tñ virtutis,& officij esse in viris tibi maxime necessarijs, & mihi amicissimis,deinde & multo magis in viris summis & principibus, altero totius mundi,& oium temporũ, altero nunc iuuentutis, & mox totius ciuitatis futuro. De testibus.i.quod scribis,de testibus mercenarijs.i.mercede conductis ad dandũ contra te falsum testimonium, notãdis.s.nota infamiæ à ciuitatibus suis nisi aliquid factum est iam per Flaccum.s.præsidẽ illis à me constitutum,fiet à me,cum decedam.s.de prouincia per Asiam. Venio nunc ad alterã epistolam. Quòd misisti.s.in altera illa epistola,ad me quasi formam.i.designationem,& speciem temporum communiũ, & totius reip. expressam.i.expresse descriptã, prudentia literarum tuarũ est mihi valde grata. Video.n.& pericula leuiora,q̃ timebam,maiora præsidia.s.reip. sup. q̃ sperabam.siquidem.i.qñ,aut si duæ sunt particulæ, quidem.s.certe, si,vt scribis,oẽs vires ciuitatis applicauerunt se ad ductum.i.auspicium,felicitatem,& prudẽtiam ducendi Pompeij,& prospexi simul tuum animum promptum,& alacrem.i.acrem, & strenuum,vt sumus in rebus,quas alacres facimus , ad defendendã remp.& cepi mirificam voluptatem ex hac diligentia tua.Si dicas,ergo hic ad secundã quoque personã respicit : dicã vnã rem. à duobus possideri posse , & ita ad diuersos fieri respectũ . vnde Cic.ad diligentiam Appij quia ab eo profecta est,dicit,hac q.d. quæ in his literis,quas teneo,scripta est.ꝙ in summis occupationibus tuis,voluisti tñ.i.nihilominus , statum reip. esse notũ mihi per te . Nam serua.i.concedo vt serues libros augurales, quos supra perfici petijt , ad otium commune vtriusq;.i. donec & tibi scribendi,& mihi legendi eos dabitur otium. Ego.n.flagitabam.i. exigebã per literas à te tua promissa.s.de perficiendis libris auguralibus,arbitrabar tę esse otiosissimum ad vrbem .i.in vrbe. Raro tñ ad pro in ponitur,sæpius pro apud: quo circa posset dici ad vrbem.i.circa res vrbanas . Nunc tñ expectabo,vt ipse.i.tu polliceris, orationes tuas omnes confectas.i.absolutas,pro libris auguralibus.i.loco auguralium . Tullius, cui

dedisti

dedisti mandata ad me.i.quæ mihi diceret,non conuenerat me .i.non venerat allocuturus mecũ,nec quisquam tuorum.s.familiarium erat iam mecum,præter omnes meos,qui sunt oẽs tui. Ego non intelligo quas lras meas dicas esse stomachosiores.i. ex nimis magno stomacho.i.indignatione scriptas. Ego scripsi ad te bis, purgans diligenter.s.de crimine perfidiæ ac læsæ amicitiæ,accusans leuiter te in eo qđ credidisses cito de me. Quod genus querelæ videbatur quidem.i.certe mihi esse amici.i.pertinere ad amicum hominẽ,quia recõciliatoria est amicitiæ potius,q̃ offensiua talis querela. Sin.i.sed si, id genus querelæ displicet tibi,non vtar eo amplius posthac.i.post hoc tẽpus. Sed si,vt scribis hæ literæ.s.stomachosiores non fuerunt disertæ, scito,non fuisse meas.hoc iocose & confidenter dicit. Vt.n.Aristarchus negat versum sup.esse Homeri, quem non probat.i.nõ approbat:sic tu, (libet n.mihi iocari) quod non erit disertũ,ne putaris.i.noli vt putes meũ sup. esse. Vale.& cogitato multum de proauo tuo.s.Appio Cæco,qui clarissimam gessit censuram,in censura.i.in gerenda censura si es iam censor, vt spero.s.te esse.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Grauiter ferens Appius Tulliolam Ciceronis Dolabellæ, infestissimo Appij inimico, desponsam, expostulauerat cum Cicerone, ob id excusationem parans, totam culpam in absentiam suam rejicit: & deinde Appij animum in amicitia confirmat.

CICERO IMPER. S D.
APPIO PVLCHRO. 12



Ratulabor tibi prius, (ita enim rerũ ordo postulat) deinde ad me conuertar. Ego uero uehementer gratulor de iudicio ambitus; neque id, quod nemini dubium fuit, absolutum te esse; sed illud, quòd,quò melior ciuis, quo uir clarior,quo fortior amicus es, quoq; plura uirtutis, & industriæ ornamenta in te sunt,eo mirandũ est magis, nullam ne in tabellæ quidem latebra fuisse absconditam maleuolentiam, quæ te te impugnare auderet. nõ horum temporum,non horum hominum,atq; morum negotium. nihil iam sum pridem admiratus magis. De me autem suscipe paulisper meas partes; & eum te esse finge, qui ego sum.si facile inueneris, quod dicas; noli ignoscere hæsitationi meæ. ego uero uelim mihi, Tulliæq; meæ,sicut tu amicissime, & suauissime optas,prospere euenire ea,quæ,me insciente, facta sunt a meis;sed ita cecidisse,ut agerentur eo tempore,spero omnino cum aliqua felicitate, & opto; uerũtamen plus me in hac spe, tua sapientia, & humanitas consolatur,quàm oportunitas temporis.itaq;,quemadmodum expediam exitum huius institutæ orationis,non i.de his au*reperio. neq; enim tristius dicere quidquam debeo* * *ea de re, quam tu ipse omnibus optimis prosequeris. neque non me tamen mordet aliquid: in quo unum non uereor,* a M. Cal. epist.6.l.8. *ne tu parum perspicias, ea, quæ gesta sunt, ab* * *illis esse gesta,quibus ego te mandaram,ut,cum tam longe absuturus essem,ad me ne referrẽt,agerent quod probassent. In hoc autem mihi illud occurrit: quid tu igitur, si affuisses? rem probassem:de tempore,nihil te inuito, nihil sine consilio egissem tuo. uides me suadere, iandudũ laborantem,quo modo ea tueat,quæ mihi tuenda sunt, & te non offendam. leua me igitur hoc onere: nunquã enim mihi uideor tractasse causam difficiliorem.sed tamen sic habeto:nisi iam tunc omnia negotia cum summa tua dignitate diligentissime confecissem: tametsi nihil uidebatur ad meum erga te pristinum studium addi posse; tamen,hac mihi affinitate renuntiata, non maiore equidem studio,sed acrius,apertius, significantius dignitatem tuam defendissem. decedenti mihi, & iam imperio annuo terminato, ante diem iij.no.Sext. cum ad Sidam nau i accederem, & mecum Q.Seruilium esset, literæ à meis sunt redditæ dixi statim Seruilio, (etenim uidebatur esse commotus) ut omnia à me maiora expectareo quid multa? beneuolentior tibi,quàm fui,nihilo sum factus, diligentior quidem ad declarandam beneuolentiam multo.nam ut uetus nostra simultas antea stimulabat me, ut cauerem, ne cui suspicionem fictæ reconciliatæ gratiæ darem: sic affinitas noua curam mihi affert cauendi, ne quid de summo meo erga te amore detractum esse uideatur. Vale.*

Gratvlabor {huius epistolæ argumentũ in duas partes diuiditur. nam primo Cic. gratulatur Appio de absolutione ambitus,cuius,vt supra vidimus,fuerat accusatus.deinde quia Cic. filia Tullia, eo absente,in prouincia locata fuerat Dolabellæ inimicissimo Appij,Appius vehementer questus erat de Cic. quod cõtraxisset affinitatem cũ eo,quem sciret sibi inimicissimũ.Itaq; Cic. se excusat ꝙ se absente id factum sit,ꝙ si fuisset domi, nihil fecisset sine cõsilio ipsius Appij. Et postremo affirmat ꝙ propter hanc affinitatem nihil omnino est alienatus ab Appio. Sed promittit se pro eo multo maiora esse facturum, q̃ antea fecisset. {Tibi} causa tui. {Ita} vt tibi gratuler prius. {Ordo rerum} prius enim de rebus amicorum,deinde de nostris dicere debemus. {Ad rem meam} ad excusationem meam. {Ambitus} quo es absolutus. {Neque id} subaudi mirandum fuit,quod paulo inferius ponit.s.te esse absolutum. {Nemini dubium} nemo enim dubitasset te absolutum iri,quia ambitum nunquã attigisti. {Quo} quãto {Melior vir} h.d.non est mirandum te fuisse absolutum,quia nemini hoc dubium erat. Sed quanto es melior vir,& clarior,eo magis est mirandum ꝙ in accusatione tua vbiq; apparuerit maleuolentia hominum in te. {Ne in tabellæ latebra} hoc est ne in occultissima quidem parte tabellæ, in qua est scripta accusatio tua. {Abscõditam} occultam,quia erat apertissima. {Auderet} quasi contra ius. {Impugnare te} te criminari, tibi esse aduersa. {Horum} talium,tam corruptorum. {Nõ negotium} s.fuisse absconditum in latebra tabellæ. {Negotium} quod tibi facesserent. {Nihil magis} quàm hoc.s.ꝙ ita aperte fueris impugnatus,cum sis vir clarus,fortis,cum habeas multa ornamenta industriæ & virtutis. {De me} nunc incipit de se dicere. {Suscipe meas partes} i.finge te esse me. Pone te loco mei. {Et eum} declaratio est superioris orationis,suscipe personã meã. {Quid dicas} contra id, quod factum esse quereris. {Noli ignoscere} quasi dicat,tunc non petam veniam. {Hæsitationi} i.dubitationi,vel melius ignorationi meæ. {Velim} pro volo i cupio. {Me insciente} quia eram,vt scis,in prouincia. {A meis} ab vxore,& amicis {Sed ita cecidisse} sensus est spero ꝙ feliciter euenerit, vt fieret hic cõtractus affinitatis eo tempore,quo eram absens. {Cecidisse} pro accidisse. {Cum aliqua felicitate} quasi dicat non sine nomine diuum. {Veruntamen} ostendit ꝙ plus consolationis potest ei afferre de hac affinitate contracta Appij sapientia,si non ægre tulerit,si considerauerit casum. {Quàm oportunitas temporis} i. commoditas. s. quod hoc factum sit me insciente,propter quod non est,quòd de me queraris. Itaq; demonstrat Cic. solicitudinem & anxietatem animi sui, quia propter perturbationem animi dicit se nescire inuenire conclusionem huius orationis. {Expediam} explicem, absoluam. {Exitum} finem,conclusionem {Institutæ} inceptæ. {Tristius} infelicius,quod protendat malum futurũ. nam quando est factũ, non debeo dicere mihi displicere hoc esse factum,quod fortasse esset signum infelicitatis futuræ,& præcipue putatur in matrimonijs,quoties altera pars dicit se pœnitere facti, habetur pro malo omine. {Eam rem} id matrimonium, eam affinitatem. {Quam} rem. {Prosequeris optimis ominibus} i.quam tu in lris tuis dicis optare felici auspicio esse confectã, cui optas optima oia.nulla.n.matrimonia fiebat,nisi prius captatis auspicijs.

Lucan. Contentique auspice Bruto.

Iuuen. Veniat cum signatoribus auspex. &

Signatæ tabulæ dictum feliciter. oibus.)

Vir.1.Aen. Cui pater intactã dederat,primisq; locarat Hominibus.

{Mordet} angit,cruciat. {In quo} in qua re. {Non vereor} i. in quo non dubito te parum perspicere ea esse gesta non à me, sed ab illis,quibus ita mandaram,vt me absente fecerent,quod eis videretur vtile. {Non vereor} non dubito,scio. {Ne} i.vt. {Parum perspicias} non consideres diligenter. {Tam longe} in Cilicia.

Impugnate.

Hæsitatio. Expedire.

in Cilicia, quæ est remotissima ad vrbe. {Ne referrem ad me} non nuntiarent mihi, non redderent me certiorem, nisi inuenissent, vbi commode locarent filiam meam. {Agerent} subauditur, sed mandaram vt agerent. {Quod probassent} quod eis placuissent, quod vtile putassent. {In hoc} respondet obiectioni, quæ posset sibi fieri ab Appio. In hoc, quod dixi esse factum me insciente, quia mandaueram, vt nihil referrent ad me propter longinquitatem locorum. {Occurrit} obijcitur, venit in mentē à te posse dici sic. {Quid igitur} obiectio Appij. {Quid} scilicet, fecisses ô Cic. {Si affuisses} si fuisses Romæ, dedisses ne eam Dolabellæ? {Rem} factum, conditionem. & est responsio obiectionis. {Probassem} laudassem .i. placuisset mihi conditio. Et notanda prudentia Cic. cui quamuis non multum placeret Dolabella, tamen post factum non de eo maledicit. {De tempore} .s. conficiendi illius negotij. {Te inuito} te nolente, quia distulissem quantum voluisses. {Sudare} h.d. vt ostendat hanc rem sibi magnæ esse solicitudini. sudamus .n. aut corporis defatigatione, aut calore, aut denique animi angore & solicitudine. Alij legunt sua de re, alij suadere: sed neutrum conuenit menti Cic. {Laborantem} curantem, quomodo defendam id, quod tuendum est mihi, hoc est id, quod iam est factum, & tamen nō faciam contra voluntatem tuam. quod quia est difficile, ideo dicit sudare. {Leua me hoc onere} aufer mihi hoc onus: poteris enim si acceperis excusationem meam, & existimaueris hoc à me dedita opera factum non esse. {Tractasse} egisse difficiliorem quàm hanc .s. tuear quæ tuenda sint mihi, & te non offendam. {Sic habeto} significat propter hanc affinitatem se nihil esse alienatū ab Appio. dicit .n. quòd si iam egisset omnia eius negotia, sicut debuit, nunc nuntiata sibi hac affinitate, ageret ea non maiore studio, quia non posset, sed saltē clarius & apertius, vt intelligeret App. ipsum Cic. nihil esse erga se immutatum.

Confecissem. {Confecissem} composuissem. {Negotia tua} quæ hic in prouincia habes, & de ædificatione tua, & de legatione ad laudes tuas Romam mittenda. {Pristinum studium} pristinam voluntatem & amorem. {Nihil addi} quia erat summū. {Maiore studio} quia non potuissem. quia, vt dixi, nihil videbatur posse addi. {Acrius} vehementius, instantius. {Significantius} cum maiori significatione & testificatione mei erga te animi. {Decedenti} dicit Cic. se non solum nunc polliceri hoc Appio verum etiam multo ante dixisse Seruilio, qui in prouincia agebat negotia Appij. {Terminato} finito. iam enim fere finierat animum Cic. in prouincia, cum redditæ sunt ei literæ de hac affinitate. quo quidem tempore dixit Seruilio, vt multo maiora beneficia à se expectare quàm ante. videbatur .n. esse perturbatus, & ęgre ferre illam affinitatem, quia sciebat Dolabellam esse inimicissimum Appio. {Sidam} vrbem Lyciæ quæ portum habet. {Commotus} perturbatus hoc nuntio. {Maiora} quàm ante præstitissem. {Expectaret} speraret me pro te facturum. {Nihilo beneuolentior} nihil actus in amore, quia nihil poterat ad meam erga te beneuolentiā addi. {Diligentior} promptior. {Vetus simultas} quæ aliquando inter nos fuerat. {Stimulabat} hortabatur. est autem sensus, sicut propter veterem simultatem, quæ inter nos fuerat, cogebar ita facere, ne darem suspicionem hominibus me esse tibi ficte & non vere reconciliatum: ita nūc noua affinitas facit, vt caueam, ne propter eam videatur aliquid de meo erga te amore esse diminutum. {Detractum} diminutum.

ASCAN. GRATVLOR &c. } gratulatur Appio de absolutione ambitus, purgatq; quod Tullia, se absente, data sit nuptum Dolabellę homini App. inimicissimo: & pollicetur propter illam se nihil de amicitia Appiana detractūrum. Ordo est. Ego gratulor, aut gratulabor tibi prius .i. priore parte epistolæ, deinde conuertar ad me .i. ad rem meam purgandam. ordo .n. rerum postulat ita: sic fieri vt prius de amicis, deinde de nobis agamus. Ego vero gratulor sup. tibi vehementer, te absolutum esse de iudicio ambitus .i. in quo causam dicebas de ambitu .i. maiestate malis artibus attentata. neq; id, quod nemini dubium fuit .s. futurum, videlicet te absolutum esse, mirandum, sed est illud, quòd quo .i. quanto melior ciuis es, quo .i. quanto vir clarior, quo .i. quanto amicus fortior .i. constātior es, eo est mirandum magis, nullam .i. non vllam beneuolentiam, quæ auderet .s. tam impudenter oppugnare te, nō fuisse absconditam, ne quidem .i. non saltem latebra .i. angulo aliquo, tabellæ .i. libelli accusatorij, hoc est quòd ipsa præ verecundia, si quam habuisset, se non absconderit in aliquo loco abdito tabellæ accusatoriæ & diffamatoriæ, sed palam te accusare ausa sit. Non enim negotium, quod factum est tibi, fuit horum temporum, in quibus virtuti adhuc locus & honos est, & boni florent, non horum hominū qui boni ferè sunt & tibi fere necessarij, atq; morum sup. horum hominum & temporum, & ita ego nihil sum admiratus magis iampridem .i. iam a plusculo tēpore .s. quàm quòd inuenti sint tam impudentes, vt auderent non modo per occultam delationem, sed etiam per manifestam accusationem in publico iudicio te ambitus postulare, quo Cic. satis assentam ter dicit præcipue, cum antea ei de eadem re gratulatus sit, sed videtur App. assentationis appetens, & potuerūt superiores literæ non esse perlatæ, idque Cic. vereri. De me autem: aggreditur secundam partem epistolæ dicens. Autem .i. sed de me .i. quantum ad nuptias filiæ meæ attinet, suscipe paulisper .i. per paulum temporis partes meas .s. purgatiuas, finge te esse eum, qui ego sum: si tu inueneris facile quid dicas .i. respondeas ad purgandum factum ipsum ad damnandum, noli ignoscere .i. parcere, aut veniā dare hæsitationi .i. perplexitati & tarditati meæ in loquendo. Ego vero .i. certe, velim ea, quæ facta sunt à meis me insciente, euenire prospere mihi & Tulliæ meæ .i. filiæ, hoc est nuptias eius cum Dolabella, sicut tu optas amicissime & suauissime. mos is .n. est, dum de nouis nuptijs aut loquimur aut scribimus, dicere feliciter. vnde Iuuen. dictum est, feliciter aut dij bene vertant, aut quas dij secundent. quod & Appius videtur scripsisse magis ex more, aut per ironiam quā ex animo. Cic. tamen callide interpretatur ex animo scriptum. sed cecidisse .i. casu euenisse ita vt agerentur eo tempore .s. quo abessem, aut quo dissensiones orirentur inter principes. Dolabella .n. Cęs. adhæsurus videbatur, App. & Brutus Pōpeio. spero omnino & opto, sup. cecidisse cum aliqua, sed incerta mihi felicitate, uerumtamen sapiētia & humanitas tua consolatur me plus hac in spe .s. de felicitate nuptiarum quàm opportunitas temporis, quia difficile est in dissensione principum ciuitatis feliciter viuere. Itaq; non reperio, quemadmodum expediam .i. expedite faciam exitum .i. finem huius orationis institutæ .i. inceptæ, de nuptijs filiæ. Neque enim debeo dicere quidquam tristius in eam rem .i. nuptij filiæ, quàm tu ipse prosequeris ominibus .i. precationibus, auspicijs, optationibus, votis optimis. nā dum boni & prudentes viri bona præcantur, & optant aliquibus cœptis omne est .i. indicium boni euentus neque non .i. at tamen aliquid mordet .i. tristitia afficit me, in quo nō vereor .i. non dubito, vnum, videlicet ne .i. aut quin. Notum est cum verbis vetandi timendique idem facere negationem & affirmationem, vt vereor ne facias, & vt facias. perspicias .i. cognoscas parum ea quæ gesta sunt de contractu matrimoniali, esse gesta ab illis .s. amicis & necessarijs meis quibus ego .s. descedens mandaram ita, cum essem absfuturus tam longe .s. ab eis ne referrēt ad me .i. ne consulerent me sup. illi agerent, quod probassent. In hoc autem .s. dicto, ad ostendendum meo consilio non esse factum occurrit .i. obijcitur, hoc obijci potest mihi illud, Igitur ô Cic. quid tu sup. fecisses si fuisses? respondet. Ego probassem .i. approbassem rem .i. contractum matrimonialem. Sed sup. quia dicis hoc tempore tam periculoso non debuisse fieri, ego nihil egissem te inuito, & nihil egissem sine consilio de tempore .s. nuptiarum celebrādarum. Vides me sudare .i. angore quodam opprimi, iandudum .i. ab eo tempore quo incepta est mentio de nuptijs filiæ, laborantem quomodo tuear .i. defendam ea quæ mihi sunt tuenda .i. defendenda, & non offendam .i. lædā te. Igitur leua .i. libera me hoc onere, q.d. quod portare vix possum. Ego enim nunquam .i. non vnquam, non videor mihi tractasse vnquam causam difficiliorem. Tamen habeto sic .i. pro certo teneto, nisi ego confecissem iam .i. perfecissem iam tunc .s. cum talia mihi nuntiata sunt diligentissime omnia negotia cum summa dignitate tua, tametsi nihil videbatur posse addi ad pristinū studium meum erga te, tamen hac affinitate .s. Cum Dolabella inimico tuo nuntiata mihi .i. si fuisset prius nuntiata, equidem .i. ego quidem defendissem dignitatem tuam .s. in prouincia, non maiore studio quia id fieri nō potuisset, sed acrius, apertius, significantius .i. cum maiore euidentia, eo quòd suspectus fuissem. Sed sup. literæ redditæ à meis, mihi decedenti .s. de prouincia, & annuo imperio iam terminato ante nonas Sext. i. Augusti mensis. quia venerat in prouinciam prid. cal. Sextiles, vt supra dixit, cum accederem naui .i. in naui, ad Sidam vrbem Lyciæ, aut portum eius. vnde hic & prius præpositionem posuit. & Quintus Seruilius esset mecum. Dixi statim Seruilio, ideo statim, etenim .i. quia ipse videbatur esse cōmotus, quòd talem nuntium accepissem, vt expectaret à me omnia .s. officia maiora .s. quam prius. Quid multa supp. dicam? ego nihilo .i. in illo sum factus beneuolentior tibi quam fui, quia putat id fieri non potuisse,

potuisse, sed sup. factus sum multo diligentior ad beneuolentiam declarandam. Nam vt.i.quemadmodum, vetus simultas nostra.i.latens odiū & æmulatio, stimulabat.i.vrgebat me antea, vt cauerem ne darem cui.alicui, suspicionem gratiæ reconciliatæ.i.iterum initæ & renouatæ ficte.i. simulanter & non vere: sic affinitas, scilicet, cum Dolabella, affert mihi nouam curam cauendi, nequid videatur esse detractum de summo amore meo erga te. Vale.

PAVL. MAN.

ANTE diem iiij.non. Sext.} perinde est, ac si dixisset, iiij.non. Sext.id ex libri xvj. Epistola v.ad Tironem intelligi facile potest. ante, diem iij.non. veteres dicebāt, id est, die tertio ante nonas. nam cum dicitur, iij.non. concisa locutio est: quæ integra esset, si diceres, iij. die ante nonas: qua non admodum vtebantur antiqui, sed eius loco, ante diem iij.nonas.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Officium suum Appio commendat; & id rursus ut faciat Appius, propter Dolabellæ inimicitias monet.

CICERO IMPER. S. D.
APPIO PVLCHRO. 13



Vasi diuinarem, tali in officio fore mihi aliquādo expectandum studium tuum; sic, cum de tuis rebus gestis agebatur, inseruiebam honori tuo. dicam tamen uere: plus, quàm acceperas, reddidisti. quis enim ad me non perscripsit, te non solum auctoritate orationis, sententia tua, quibus ego à tali uiro contentus eram, sed etiam opera, consilio, domum ueniendo, conueniendis meis, nullum onus officij cuiquam reliquum fecisse? hac mihi ampliora multo sunt, quàm illa ipsa, propter quæ hæc elaborantur. INSIGNIA enim uirtutis multi etiam sine uirtute assecuti sunt: talium uirorum tanta studia assequi sola uirtus potest. itaq; mihi propono fructum amicitiæ nostræ ipsam amicitiam, qua nihil est uberius, præsertim in ijs studijs, quibus uterq; nostrum deuinctus est. nam tibi me profiteor & in repub. socium, de qua idem sentimus; & in quotidiana uita coniunctum cum ijs artibus, studijsque, quæ colimus. uelim ita fortuna tulisset, ut quanti ego omnes tuos facio, tanti tu meos facere posses: quod tamen ipsum, nescio qua per motus animi diuinatione, non despero. sed hoc nihil ad te: nostrum est onus. illud uelim sic habeas, quod intelliges; hac re nouata, additum potius aliquid ad meum erga te studium, cui nihil uidebatur addi posse, quàm quidquam esse detractum. Cum hæc scribebam, censorem iam te esse sperabam eo breuior est hæc epistola, &, ut aduersus magistrum morum, modestior. Vale.

HVBAR.

QVASI} hac epistola ostendit Cic. quàm grata habuerit, quæ in absentia sua intellexit ab Appio sibi præstita fuisse: quę in nullo genere officij sibi defuisse fatetur. Deinde pollicetur se fore socium, & coniunctum ipsi Appio in administratione reipub. de qua dicit vtrunque idem sentire, nec minus etiam se fore coniunctum in uita quotidiana. postea videtur eum latenter rogare, vt tandem deponat inimicitias suas in Dolabellam. quod eum facturum se sperare dicit. Postremo pollicetur Cic. se facturum, vt intelligat Appius nihil esse detractum de amore suo erga eum. {Quasi} tanquam. {Diuinarem} præscirem, animo præuiderem. Et notandum hoc artificiose esse dictum à Cic. vt ostendat beneficia Appij erga se non tam sibi præstita, quàm reddita fuisse. & est sensus, ego antea, cum agebatur de rebus tuis, sic inseruiebā honori tuo, quasi præsagirem, & præuiderem fore aliquando opus, vt tu idem pro me facturus esses in tali officio. s. tuendi honoris. {Expectandum} rogandum, exigendum. {Studium} fauor tuus, prompta voluntas. {Sic} adaptatio similitudinis. refertur autem ad quasi. {Inseruiebam} præstabā operam meā. Inseruire autem est voluntatis & amoris. Seruire vero necessitatis & conditionis. {Honori tuo} vt eum euerer. {Dicam tamen} hoc subdit Cic. ne videatur obiecisse beneficium Appio. {Dicam vere} ingenue fatebor, dicam veritatem. {Plus} in quo laudat eum iustitia, in qua, vt iubet Hesiod. debemus imitari agros fertiles, qui plus reddunt quàm acceperint. {Quis} quasi dicat quilibet. {Auctoritate orationis} grauissima oratione tua pro me in senatu dicta. {Sententia} i. sentiēdo de me optime. {Quibus} s. auctoritate orationis & sententia. {A tali viro} qualis tu es, quia loco maximi muneris nobis esse debet, cum viri clarissimi & grauissimi nobis, vel orationis suæ auctoritatem, vel sententiam præstant. {Contentus eram} nihil vltra requirebam. {Sed etiam} i. sed quod plus est, & signum maioris humanitatis & beneuolentiæ. {Opera} pro me laborando. {Consilio} sapientibus suasionibus tuis domum veniendo propter id, quod dixit opera. {Conueniendis meis} alloquendis meis, & dando eis consilium, quidnam pro me agere deberent. {Nullum onus officij cuiquam reliquum fecisse?} hoc est nulli omnino reliquisse aliquod de me, quia totum suscepisti, & omnia pro me ita fecisti, vt nihil reliqueris alijs quod facerent. {Reliquum fecisse?} pro reliquisse, eleganter dictum, sicut missum facere pro dimittere. {Hæc} quæ à te præstita sunt. {Mihi} s. opera & consilium tuum. {Multo amp.} multo maiora & pluris æstimāda. {Illa ipsa} honores & dignitates meæ. {Propter quæ} s. illa ipsa. i. propter quos honores & dignitates {Hæc} quæ à te fiunt. {Elaborantur} cum labore fiunt. {Insignia} ratio est superioris propositionis. {Insignia virt.} i. honores & dignitatē. hæc. n. sunt insignia virtutis, quia honor præmiū est virtutis. {Assecuti} adepti. {Sine virtute} quia fortunæ fauore multi sine virtute magnas dignitates adepti sunt. {Talium} i. clarissimorum & optimorum, qualis tu es. {Sola virtus} quia boni non possunt cōciliari malis, quia sunt omnino diuersi. {Fructum} vtilitatem & voluptatē. {Ipsam amicitiam} non autem ea, quæ per te consecutus sum, quia nostra amicitia vulgaris esset. Nam, vt inquit Naso. Vulgus amicitias vtilitate probat. {Qua} amicitia. {Nihil vberius} quia parit innumerabiles fructus, quia vera est. {Ijs studijs} Philosophiæ, & artes dicendi. {Deuinctus} astrictus, omnino deditus. {Profiteor} aperte denuntio & polliceor. {Socium} adiutorem: quia socius in periculis aut rebus magnis dicitur. {Idem sentimus} quia ambo volumus eum opti me defendi, & conseruari. {Quotidiana} familiari in rebus priuatis. {Colimus} sequimur, seruamus. {Velim} latenter ab eo petit, vt tandem reconcilietur Dolabellæ genero suo, cui Appius erat inimicissimus. {Tulisset} voluisset, permisisset. {Omnes tuos} quos vementer amo, & plurimi facio. {Posses} omnibus odijs, & inimicitijs depositis. {Meos} propter Dolabellam, vt supra diximus. {Quod ipsum} s. posse te tanti facere meos, quanti ego facio tuos. {Non despero} immo pene confido. {Nescio qua} quasi dicat latenti quadam & non sine causa excitata. {Diuinatione} præsagio. animus enim meus videtur mihi dicere ita fore. {Nihil ad te nostrum est onus} s. pertinet, quia parum tibi obesse possunt inimicitiæ Dolabellæ, & parum prodesse eius amicitia. {Onus nostrum} i. ad me pertinet, hoc mihi faciendum est, vt tu eis reconcilieris. {Habeas} i. credas. {Quod intelliges} quod re ipsa cognosces. {Nouata hac re} facta hac noua affinitate. {Additum} i. adiunctum. {Ad studium} ad amorem erga te. {Cui} studio. {Addi} quia erat summum, vt in pręcedenti epistola dixit. {Detractum} diminutum. {Hæc} hanc epistolam. {Eo} propter hanc causam, quia sperabam te esse censorem. {Magistrum morum} censorem. nam censores apud Romanos præerant moribus corrigendis. {Modestior} ne me aut loquacitatis aut impudentiæ notes.

Seruio
Inseruio

PHIL.

QVASI diuinarem} cum adhuc Cic. in Cilicia cum imperio moraretur, multorū literis intellexerat Appium plura in Ciceronis familiam beneficia contulisse: quod quàm sibi gratum fuerit, hac epistola significauit: quæ tota plena est beneuolentiæ, & amoris. Inde profiteor, quod est amicorum proprium idē velle, & idem nolle cū Appio tam in rep. quàm in re priuata, in quibus omnibus se illi socium fore pollicetur. Tangit adhuc quædam obscurius de Dolabella genero suo, cum quo simultates Appius habere videretur. ad quas deponendas tacito quodā sensu ab eo Cic. videtur exposcere, & Appium confidere depositurum. Demum ostendit, cum hæc scriberet, eum creatum esse censorem. Quapro re censoriam dignitatē hic aliquantulum videamus. Censores eodem rogabātur auspicio, quo etiam consules, atq; prę- Censores.

tores,

tores,& magiſtri morum dicebantur:cenſui & moribus regen-

De cenſ.uide Gryph.ſ Calepinū.

dis caſtigandiſq́; luſtriſq́; condendis præerant,quibus ſub quinquennio tota ciuitas cum ſupplicijs publicis luſtrabatur. præcedebatq́; cenſoris ſcriba, & ſeculare carmen decantabat,vt dij remp.in annos redderent meliores: quotq́; Romani ciues in illo luſtro fuiſſent,cenſebantur.quod primo Seruius Tullius inſtituit,cum omnem exercitum perfecto cenſu ſuæ,tauris tribus

Luſtrum. Olympias.

luſtrauit.quo quidem luſtr.M.lxxx.ciuium cenſa dicuntur,qui arma ferre poſſent. hinc quinq; annorum ſpatium luſtrum appellatum,quod Olympias græce dicitur. Duo tātum cenſores erant,ad quorum cēſionem.i.iudicium tota ciuitas cenſeretur.

Cenſere.

Eſt.n.cenſere iudicare} arbitrari,& interdum ſuadere, & decernere:vnde cenſores nominati. Verum quid proprie fuerit cenſoris officium,Liu.24.lib. docet his verbis: Cenſores vacui ab operum locandorum cura propter inopiā ærarij,ad mores hominum regendos animaduertunt,caſtigandaq́; vita, quæ velut diurius morbis ægra corpora ex ſe gignunt. Nata bello erant, & quenq; à magiſtratu,ſenatuque abdicare poterant, ſi eo indignus videretur. Quod ex Catone maiore cenſorio,T.Flaminij frater expertus eſt,ex ſenatu eiectus, qui exhortatione meretricis quempiam reum ſecuri feriri iuſſit, & inde mortui cenſoris loco alius ſubrogari non poterat. Is autem primū in vrbe magiſtratus inſtiturus eſt à ſenatu,cum nulla permultos annos ciuium cenſura,nullum in vrbe luſtrum factum fuiſſet,vt inuenirentur,qui huic rei gerundæ præeſſent: duo tamē cenſures creati ſunt,Papirius,& Sempronius,Geganio Macrino,& T.Quintio Capitolino coſſ. per quinquennium id munus duraret, inſtitutum eſt. quod tandem Mam.Aemilius dictator ad annum

Diuinare.

redegit, Iulio Virg.& M. Appio coſſ. {Quaſi diuinarem} tanquam prænoſcerem,& præuiderem. eſt autem id artificioſe dictum à Cic. quo vult latenter intelligi Appium non tam beneficia in Cic.& eius familiam præſtitiſſe, quàm reddidiſſe. Et eſt ſenſus: Cum in te aliquando beneficia conferebam,quaſi diuinabam quod neceſſe eſſet aliquādo mihi itidem in me faceres, quod ego in te feci,& ipſa abs te beneficia acciperem. Sed dicit Appium longe maiora ac plura,quàm acceperat, reddidiſſe. Diuinare proprie eſt vera dicere de futuro, vnde prouerbium eſſe

Prouerbium.

veteres voluerunt,diuinare ſapientem. {Tali in officio} defendendi honoris. {Fore expectandum} flagitandum. omnes Cic. epiſtolæ,quas ipſe legerim, ſic habent. ſed fore cum participio futuri temporis iungi non ſatis dicam:licet quidam poſuerint, vt ante diximus. {Inſeruiebam} ſtudium meum præbebā. Ser-

Seruio Inſeruio

uimus dominis,inſeruimus amicis. illud.n.coacti facimus, hoc vero voluntate & beneuolentia. {Dicā tñ} hoc adduxit,ne Appio exprobraſſe beneficia videretur. {Plus} laus à gratitudine. {Orationis} quā in ſenatu egit Appius in tutādo honore Cic. {Sententia} bene de me ſentiendo. {Contentus} nil vltra requirendo. {Domum} nunc ipſum domicilium, & tam quartæ, quàm ſecundæ inflexionis eſt,ſed quartæ parietes, ſecundæ locum,quē quis tenet in domo,ſignificat. {Conueniendis} dando conſilium pro me ipſo. {Nullum onus officij cuiquam reliquum feciſſe} ꝙ nihil omnino reliquerit alijs faciendū, quod ad honorem & commodum Cic.pertineret.quid.n.faciendum erat? ipſe ſolus Appius diligenter obiuit. & ſic dictum eſt reliquum feciſſe pro reliquiſſe, vt ſæpiſſime apud Ter. miſſum facere pro dimittere. {Hęc} .ſ.quæ tu mihi præſtitiſti, & meis. {Ampliora} pluris facienda. {Quàm illa ipſa} .ſ.honores mei. {Hæc} .ſ.quæ tu mihi & meis præſtitiſti. {Inſignia} honores & dignitates.& eſt exornatio ſententiæ & ratio ſuperioris propoſitionis. {Sine virtute} vt M.Terentius Varro, qui ſine virtute virtutis inſignia,hoc eſt conſulatum, quem cum Paulo Aemilio geſſit,conſecutus eſt. {Talium virorum} qualē te ipſum eſſe cognoſci. {Sola virtus} quoniam virtute præditi non niſi cum præditis virtute conueniunt. {Itaque mihi propono fructum amicitiæ noſtræ ipſam amicitiā} hoc eſt quod pluris facio ipſam amicitiam, quàm illud quod à te conſecutus ſum, & fructum qui ex ipſa amicitia naſcitur, & ipſam amicitiam omnibus fructibus anteferendam puto. Non.n.propter vtilitatem amici eſſe debemus, ſed propter ipſam amicitiam: per ſe enim ipſa colenda eſt amicitia,non propter aliud. {Vberius} qm̄ etſi innumerabiles fructus ex ea naſcuntur,tñ nō propter illud colitur amicitia. {Nam tibi} aperit vim amicitiæ. {Rep.} duobus conſtat,publico,& priuato. {Profiteor} quaſi polliceor,atq; demonſtro. Idem Criſpus, Idem velle,atque idem nolle ea demū firma amicitia eſt. {In quotidiana vita coniunctam} in re priuata. Vterq; ſimilibus ſtudijs & moribus tenebatur. Amicus.n. mihi aliquis eſſe non poteſt,niſi mei ſimilis exiſtat. Eſt.n.amicus,vt ante diximus,qui mihi vſu vitæ ſimilis,pio ac fideli amore coniungitur. {Quæ colimus} oratoria dicit, & philoſophica

Studium.

ſtudia. Eſt.n. ſtudium ad aliquam rem aſſidua,& vehemens animi cum magna voluptate occupatio. {Velim} propter Dolabellam id dicere videtur, quem ſciebat ab Appio non amari. {Tanti facere} exiſtimare. {Quod tamen ipſum} .ſ. ꝙ tu tanti meos facere poſſis, quanti ego tuos facio. {Nihil ad te} q.d.parum refert, an Dolabella te amet,an nō amet,cum tibi parum eius amicitia prodeſſe & parū inimicitiæ obeſſe poſſint. {Onus noſtrum} ad ipſum attinet,qui rogo, illum abs te ob amorem noſtrum nō expellas. {Habeas} tibi perſuadeas. {Re nouata} facta affinitate cū Dolabella,q gener meus eſt factus. {Quàm quicquam eſſe detractum} licet Dolabellam non ames,non tñ diminutū eſt aliquid de amore meo erga te. {Eo breuior} ꝙ.ſ. te cenſorem eſſe ſperabam, ne caderem in cēſoriam notam, cū cenſorum ſit mores hominum iudicare:& ſi longior extitiſſet epiſtola,accuſatione digna videretur: nam vel leuiſſima ex cauſa cenſores nota afficere ſolebant homines. vnde equitē R.nimis comptum,& nitidum, & equum macilentum habentem,à cenſoribus interrogatū,Cur ipſe tam ſplendidus,& equus tam macilentus eſſet, reſpondentem, Quoniam ego me ipſum curo,equum vero Statius meus, ignominia affecerunt. {Aduerſus} pro apud: Ter. Et id gratum fuiſſe aduerſum te habeo gratiam.dicitur.n.& aduerſus,& aduerſum. {Magiſtrum morum} cenſorem. Eſt.n.mos tam bene, quàm male viuendi conſuetudo. ſignificat interdum ſimilitudinem,vt in morem apri genuinum fregit. Magiſtri ideo appellati, quòd magis quàm ceteri omnes poſſint:vnde magiſtratus, qui per imperia potentiores ſunt. Antiqui magiſtrare pro regere,& moderari dicebant.

ASCAN

QVASI diuinarem} gratias quodāmodo agit Appio, ꝙ ſe abſente plurima in familiam ſuā beneficia contulerat. quo circa profitetur ſe cū Appio in omnibus conaturum anniſurumq́;,vt Dolabellam in communes partes trahat. Et demum dicit ſe ſperare Appium cēſorem eſſe vnde epiſt. tota beneuolentiæ ſignificatiua eſt. Ordo autē eſt. Ego inſeruiebam honori tuo,cum agebatur.i.diſceptabatur de rebus tuis geſtis.ſ.in prouincia,ſic quaſi diuinarem ſtudium tuum fore aliquando expetendum mihi in tali.i.conſimili officio,vbi fore cū futuro videtur adhærere. Sed tu reddidiſti plus, quàm acceperas.ſ.beneficij. Quis.n.non perſcripſit? q.d.nemo hoc eſt vnuſquiſque perſcripſit ad me,te nullum onus officij feciſſe cuiquam reliquum.i. reliquiſſe cuiquam faciendum, cum tu vniuerſum ſolus obires.nam ſolum auctoritate orationis & ſententia. quibus eram.i fuiſſem,vt in Serm. decies centena dediſſes. Nil erat.i.fuiſſet in loculis. Virg.in Geor.laurus erat pro eſſet contentus à tali.i.tam excellenti viro,ſed etiā opera, conſilio,veniendo domum.ſ.meam,& ſupp. conueniendis.i.viſitandis colloquendi gratia, meis.ſ.familiaribus. Hæc.ſ. officia tua ſunt.i.reputantur,aut æſtimantur mihi ampliora multo,quàm illa. ipſa.ſ.ſupplicationes, aut triumphos, propter quæ laborabatur.i cum labore fiunt. Enim,pro quia multi aſſecuti ſunt inſignia virtutis,vt honores,ſeu magiſtratus, & triumphos. Sine virtute,quia alij vi, alij malis artibus, alij fortuna,ſed ſup. ſola virtus poteſt aſſequi tanta ſtudia taliū virorum, accurate loquitur,quia magni viri interdum indignis leuia ſtudia impendunt & tanta ſtudia interdū conferuntur,ſed non à talibus viris. Itaque ego propono.i. conſtituo mihi fructum.i. vltimum finem expetendæ amicitiæ, ipſam amicitiam.i.nihil amplius peto in amicitia, quàm ipſam amicitiam, qua ſ.amicitia nihil eſt vberius.i.abundātius,præſertim in ijs ſtudijs.ſ.auguralis, & legalis ſciētiæ,quibus vterq; noſtrum deuinctus.i.obligatus eſt. Nam ego profiteor me tibi,& i.ſimul ſocium in rep.de qua ſentimus coniunctum ſupp.fore in vita quotidiana cū ijs artibus, & ſtudijs,quæ colimus. Ego velim fortuna tuliſſet ita vt tu poſſis facere omnes meos tanti,quanti ego facio omnes tuos.hoc dicit propter Dolabellam generum ſuum Appio inimicū. quod ipſum.ſ.te poſſe omnes meos tanti facere, tamen.i.nihilominus non deſpero.ſ.aliquādo fore neſcio qua diuinatione.i.quo præſagio animi Sed hoc nihil ad te ſupp.pertinet,onus hoc eſt noſtrum.i.nobis id curandū eſt,vt ita fiat. Velim ſupp.vt habeas.i. certum teneas, illud.ſ.quod iam dicam, videlicet quod intelliges, hac re nouata.i.per hanc rem nouatam potius aliquid additum,quàm detractum eſſe ad meum ſtudiū erga te, cui.ſ.ſtudio,nihil videbatur poſſe addi. Ego ſperabam,cum ſcribebam hæc,te iam eſſe cenſorem,eo.i.& propterea hæc epiſtola eſt breuior,& modeſtior.i.temperatior in verbis,vt.ſ.eſſe debet,aduerſus.i.erga magiſtrum morum, hoc eſt cenſorem.

M. T. CICERONIS EPIST. FAMILIARIVM, LIBER QVARTVS.


ARGVMENTVM.

REuersus Cicero è prouincia, offendit motus ciuilis belli inter Cæsarem & Pompeium: qui utriusque amicos concilians sibi, Pompeium mitigare satagebat, ut, cõpositis rebus, triumpharet: qua spe deposita, in Campanum agrum secessit, raroq; in urbem rediit. cum incertus esset, utrius partes sequeretur. nam Pompeij opes in iustiore causa fractas uidebat, Cæsaris in minus iusta florentes. quocirca tandem a repub. & Pompeo contra Cæsarem stetit, et manifeste significans nihil sibi repub. carius. Itaque, cum abesses ab urbe, scripsit ad eum Trebatius, Seruium desiderare eum, ut de reipub. commodis inter se agerent: cui respondens nunc Cicero, innuit id sero futurum, se facturum tamen, ubi Seruio conueniens uidebitur.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Suasoria est epist. vt Seruius oẽm curã iuuandæ reip. deponat.

M. CICERO S.D. SER. SVLPITIO.



*AIVS Trebatius, familiaris meus, ad me scripsit, te ex se quæsisse, quibus in locis essem; molesteq; ferre, quòd me propter ualetudinem tuam, cum ad urbem accessissem, non uidisses; & hoc tempore uelle te mecum, si propius accessissem, de officio utriusq; nostrum communicare. Vtinam Serui saluis rebus (sic enim dicendum) colloqui potuissemus inter nos. profecto aliquid opis occidenti reip. tulissemus: cognoram enim iam absens, te hæc mala multo ante prouidentem, defensorem pacis & in consulatu tuo, & post consulatum fuisse. ego autem cum consilium tuum probarem, & idem ipse sentirem, nihil proficiebam. sero enim ueneram: solus eram: rudis esse uidebar in causa: incideram in hominum * pugnandi cupidorum insanias. nunc, quoniam nihil iam uidemur posse opitulari reip. si quid est, in quo nobismet ipsis consulere possimus, non ut aliquid ex pristino statu nostro retineamus, sed ut quam honestestissime lugeamus: nemo est omnium, quicum potius mihi, quàm tecum, communicandum putem. nec enim clarissimorum uirorum, quorum similes esse debemus, exempla, neque doctissimorum, quos semper coluisti, præcepta te fugiunt. atque ipse antea ad te scripsissem, te frustra in senatum, siue potius in conuentum senatorum esse uenturum, ni ueritus essem, ne eius animum offenderem, qui a me, ut te imitaret, petebat. cui quidem ego, cum me rogaret, ut adessem in senatu, eadem omnia, quæ a te de pace, & de * Hispanijs dicta sunt, ostendi me esse dicturum. * rem uides, quo modo se habeat; orbem terrarum, imperijs distributis, ardere bello; urbem sine legibus, sine iudicijs, sine iure, sine fide, * relictam direptioni, & incendijs. itaque mihi uenire in mentem nihil potest, non modo quod sperem, sed uix iam quod audeam optare. sin autem tibi, homini prudentissimo, uidetur utile esse, nos colloqui: quanquam longius etiam cogitabam ab urbe discedere, cuius iam etiam nomen inuitus audio; tamen*

epist. 14 h. lib. & 23. l. 6. & 6. l. 9. & 10. l. 16.

ad Att. epi. 18. l. 9 epi. 8. l. 8.

epist. 11. libro. 16.

propius accedam. Trebatio mandaui, si quid tu eum uelles ad me mittere ne recusaret: idq; ut facias, uelim: aut si quem tuorũ fidelium uoles, ad me mittas: ne aut tibi exire ex urbe necesse sit, aut mihi accedere. ego tibi tantum tribuo, quantum mihi fortasse arrogo: ut exploratum habeam, quidquid nos cõmuni sententia statuerimus, id omnes homines probaturos. Vale.

HVBER.

CAIVS Trebatius} reuersus Cic. Romam ex Cilicia, vbi cum maxima laude prouinciam gesserat, cû ostendisset ciuilium discordiarum motus, & Cæsaris atque Pompeij dissensionem, vtriusque amicos concilians, Pompeium mitigare non desistebat: sed cum nihil proficere videret, abiecta spe triumphi. in prædiola sua circa Campaniam, & oram maritimam cum fascibus & lictoribus, quos populus Rom. ei concesserat, vt esset remotus ab oculis vulgi, & à populari tumultu, se contulerat. Inde autem raro ad vrbem veniebat, quoniam incertum erat, quid sibi esset agendum: quòd in Pompeio fractas opes, & non probanda consilia, in Cæsare vero flagitiosam belli causam esse videbat. Itaque cum ad alterũ officio, ad alterum ratione salutis inclinandum esse videret, cupiditate pacis ab vtroque reuocabatur. Tandem tamen honestatem vtilitati anteposuit, & ita cum Cæsare post fugã Pompeij locutus est, vt aperte ostenderet nihil esse sibi ipsa rep. carius. Itaque cum iam orbis terrarum arderet bellis ciuilibus, & ad eum scripsisset C. Trebatius Ser. Sulpicium moleste tulisse, quòd eum, cum ad vrbem accessisset, videre non potuisset, quòd mala valetudine laborasset: cupere autem eum & videre, & alloqui de eo, quod vtrique esset agendum. respondet Cic. quòd si potuissent colloqui re integra, & salua, profuissent aliquid reip. quoniam eum semper cupidum pacis esse cognouit, sicut & ipse fuit. Sero autem nunc esse conuenturos pro rep. hortatur tamen conueniant, vt si reip. iam consulere nõ possunt, saltem rebus suis consulant. pollicetur que se esse venturum ad vrbem, si opus fuerit, etsi Seru. cum eo colloquendum existimauerit. {Trebatius} iurisconsultus fuit amicissimus Cic. à quo Cæs. cum esset in Gallia, diligentissime commendatus est, vt vidébimus inf. lib. 7. {Quæsisse} interrogasse. vnde & quæstio pro interrogatione ponitur. {Valetudinem} s. malam. nam valetudo bona dicitur. Horat. lib. 1. epist. Quid faueat dulci nutricula manus alumno, Quam sapere, & fari possit: quę sentiat, & cui gratia, fama, valetudo contingat abunde. Distinguitur autem vel epitheto: vt bona valetudo, vel mala: vel distinguitur locis, vt his duobus exemplis præcedẽtibus. nam in hac epistola necessario intelligimus malã valetudinem: apud Horat. vero bonam. {Ad vrbem} ex prædijs meis. Velle te, subaudi scripsit. Hoc tempore tam turbulento. {De officio} de eo quod vtrunque nostrum facere oporteat. {Vtinam} dolet Cicero perniciem publicam nimis progressam esse antequã colloqui potuerit. {Saluis} integris, nondum ita afflictis. {Occidenti} pereunti, ad exitũ labenti. occasus enim de rebus maioribus dicitur. Virg. 2. Aen. Testor in occasu Troiæ nec, tela nec vllas Vitauisse vices Danaum. {Absens} cum adhuc essem in Cilicia. {Hæc mala} bellorum ciuilium. {Prouidentem} à longe cognoscentem. {In consulatu} fuerat enim consul cum M. Marcello eo anno, quo Cic. fuerat in prouincia. {Probarem} audarem. {Consilium tuum} de pace quærenda. {Idem sentirem} idem vellem, quod tu. s. pacem. {Proficiebam} assequebar, nihil poteram facere. {Sero} quia iam erant inflammati animi ita vt non facile restringi possent. {Solus} alij enim erãt cupidiores belli quàm pacis. {Rudis} nouus, non instructus rerum, quæ Romæ geruntur, quia abfueram diu. {Incideram} incurreram, casu deueneram. {In insanias} insani enim sunt, qui bellum malunt quàm pacem. {Opitulari} opem ferre, subuenire. {Consulere} prouidere. {Ex pristino statu} ex solita dignitate, quia video ferè impossibile esse. {Quamhonestissime} quãto maiore honore fieri poterit. {Lugeamus} simus in mœrore propter calamitates reipub. {Nemo omnium} ad maiorem significationẽ addidit omnium, q. d. ne ex amicissimis quidem. {Qui cum} i. cum quo, est autem anastrophe. {Communicandum} conferendum, colloquendum. Ordo autem est: Nunc quoniam videmur nihil opitulari posse reip. nemo omnium qui cum potius communicandum putem, quàm tecum, si quid est, in quo &c. {Exempla} propositiones clarorum dictorum, aut factorum, quibus maxime excitantur animi hominum. {Quorum} clarorum virorum. {Similes} imitatores. similis

Trebatius. Quæstio. Valetudo.

Exempla.

Similis.

similis autem cum ad morum imitationem refertur, genitiuo iungitur: vt Pyrrhus non fuit similis Achillis. & versus Lucani non sunt similes versuum Vergilij. Horat. in Serm. Similesque meorum Mille die versus describi posse Trebati. Cum vero ad formam refertur, datiuo iungitur. Virg. 1. Aen. Os humerosque Deo similis. {Fugiunt} ignorantur à te. eleganter, enim dicimus, non fugiunt me præcepta Cice. pro eo, quod est, scio præcepta Cic. {Imo p.} correctio. {In conuentum} quia conueniebant, quidem senatores, sed nequaquam erat senatus, quia ibi non valebant sententiæ, quæ pro rep. dicerentur. {Frustra} quia non admitteretur quod sentires, & agendum esse diceres. {Ni veritus essem} nisi timuissem. {Eius} .s. Cæsaris. {De Hispanijs} quæ fuerant decretæ Pomp. & vniuersa Africa simul, quam per legatos administrabat. auctor est Plut. in vita Cæs. & idem in vita Cic. sic inquit: Cic. in prædijs commorantem Cæs. vidit, & nonnulla aduersus eum questus, tandem rogauit, vt ad vrbem adesset: cui Cic. nihil summisse, nihil nisi cum dignitate & magno animo respondit: ostendens quas sententias dicturus foret, si adesset, quas reip. calamitates ploraturus. nõ enim placere senatui exercitum P. R. contra alium mitti. Item P. R. exercitũ in Hispanias duci, non in Græciam transportari &c. {De Hispanijs} quas nolebat Cæsar administrari à Pomp. per legatos sed volebat, vt ipse proficisceretur. de quare, quod dixerat Seru. idem dicit Cic. se fuisse dicturum. quid autem dixisset, non exprimit sed possumus conijcere idem dictum fuisse à Seruio de Hispanijs, quod scribit Hirc. 1. comm. belli ciu. responsum à Põp. si Cæs. in Galliam reuertatur, si Arimino excedat, se in Hispanias profecturum. {Quo modo} q. d. pessime. {Ardere} comparatur enim frequenter bellum incendio. {Imperijs distributis}

Bellum incendio sæpe comparatum. in diuersas partes missas. nam, vt App. lib. 5. inquit. Cæs. Lep. Aemilium vrbi præfecerat, tribunũ autem M. Ant. Italiæ exercitibusque, qui circum eam essent, præsidere voluit, Curionem Catonis loco Siciliæ imperare. Quintum Sardiniæ, ad Illyricos Cæl. misit Antonium, Licinio Crasso Galliam, quæ intra alpes est, regendam tradidit, &c. Pomp. autem ex Capua Nuceriam, ex Nuceria deinde Brundusium se contulerat, vt Ionio mari superato in Epirum traijceret. in eum itaque locum delatus belli apparatum aggrediebatur, gentibus omnibus, prætoribus, dynastis, regibus, ac ciuitatibus per literas imperat, vt quammaxima quisque potest celeritate ad bellum se conferat, & hæc quidem magna gentium multitudine diligentiaque parabantur. Pomp. exercitus in Hiberia consederat, omnibus in promptu paratis, &c. Ideo nunc Cic. dixit orbem terrarum ardere bellis, imperijs distributis. {Vrbem} .s. Romam. {Relictam} quia Põp. & ceteri senatores fugerãt. {Direptioni} depopulationi. Nam, vt inquit App. thesauros vsque in illam diem à nemine contactos militibus Cæs. rapere concessio. {Sine legibus} quoniam voluntate, aut potius libidine victoris, non autem legibus omnia agebantur. Luc. lib. 3. Phœbea palatia complet Turba patrum nullo cogendi iure senatus E latebris educta suis, non consulæ sacræ Fulserunt sedes, non proxima lege potestas. Prætor adest, vacuæque loco cessere curules Oĩa Cæsar erat, &c. {Quod sperem} quia omnia videntur desperanda. {Optare} quod est

Optare. facilius quam sperare. speramus enim quæ videntur possibilia: optare autem etiã impossibilia licet. sed rem ad tantam calamitatem deductam dicit: vt non solum habeat quid speret, sed neque etiam quid audeat optare. quia quamuis optare possimus quod fieri non potest, stultum tamen est. {Colloqui} simul loqui. {Longius} .s. quàm nunc sum. {Inuitus} quia semper renouat mihi dolores. {Propius} ad vrbem. {Mandaui} commisi, vt ita dicam. {Ne recusaret} ne respueret. s. venire. {Quid} .i. propter aliquid. {Quem} aliquem. {Accedere} ad vrbem, ad quam inuitus venio. {Tribuo} do auctoritatem, & fidem. {Arrogo} .i. mihi temere attribuo. i. sicut fortasse arroganter de me præsumo, ita vere de te existimo & iudico. {Exploratum} certum. {Communi sententia} Tuo, & meo iudicio. {Probaturos} approbaturos & dicturos recte statutum.

SCIB. CAIVS Trebatius, &c.} reuersus e Cilicia offendit Cic. motus belli ciuilis inter Cæs. & Pomp. attamen, vtriusque amicos ad concordiam solicitans, Pompeium mitigare satagebat, vt compositis rebus triumpharet. qua spe deposita, in Campanum agrum secessit, raroque in vrbem redijt, cum incertus esset, vtrius partes sequeretur. nam Pompeij opes in iustiori causa fractas videbat, Cæsaris in minus iusta florentes. Quocirca tandem pro rep. cum Pompeio contra Cæs. stetit, ei manifeste significans nihil sibi rep. carius. Itaque cum abesset ab vrbe, scripsit ad eum Trebatius, Seru. Sulpicium desiderare eum, dum de reipub. commodis inter se agerent. cui respondens innuit id sero futurum, se facturum tamen, vbi Seruio conueniens videatur. Ordo est. Caius Trebatius familiaris meus, qui sub Augusto postea propter legalem scientiam in honore fuit, scripsit ad me, te quæsisse ex se in quibus locis essem. & supp. te ferre moleste, quòd non vidisses me, cum ad vrbem accessissem, propter valetudinem tuam, scilicet, malam, & scripsit te velle hoc tempore communicare mecum de officio vtriusque nostrum, scilicet circa reipu. curam, si accessissem, propius. s. ad vrbem aut ad te. O Serui vtinam potuissemus colloqui inter nos rebus, scilicet, publicis & nostris saluis. Sic. n. est dicendum, hoc est dixi rebus saluis, quia mihi saluæ non videntur: profecto nos tulissemus aliquid opis. i. auxilij, reipub. occidenti. i. tendenti ad interitum. Ego enim absens cognoram pro cognoueram, te prouidentem hæc mala, multo ante. s. quàm euenirent, fuissent defensorem. i. protectorem pacis, & .i. tum in consulatu tuo, & .i. tum post consulatum, scilicet, tuum. Ego autem cum probarem consilium tuum, & ipse. i. egomet aut per me sentirem idem, ego nihil proficiebam, id est, vtilitatis faciebam. Enim, pro quia, veneram, scilicet è prouincia, sero. i. nimis tarde, ego eram solus. s. in ea sententia, videbar esse rudis. i. minus expertus in causa, incideram. s. improuisus in insanias hominum. i. Cæsaris, & Pompeij, cupidorum pugnandi, alij legunt, rudis, etsi videbar, incideram tamen in hominum, &c. Sed id minus placet non enim illud tamen congruit cum propior particulas. non. n. adeo minus videbatur incidere posse in insanias illas, quòd rudis esset. vnde potius legam, incideramque, vel rudis, vt esse videbar, incideram, &c. Nunc quoniam nihil. i. non aliquid. Nos non videmur posse iam opitulari reipub. i. auxiliari aliquid. i. in aliquo, si quid est in quo possimus, aut possumus consulere, id est, consulto prodesse, & opitulari nõbismet ipsis, non sup. id dico, vt retineamus, id est, quasi sperem non posse retinere aliquid ex pristino. i. priore & prius à nobis habito, statu nostro, sed, vt lugeamus. s. statum nostrum, ac reipub. quàm honestissime. i. valde honeste, nemo est omnium. s. mortalium, qui cum. i. cum quo ego putem potius communicandum sup. esse mihi supp. consilium meum, quàm tecum. Nec enim exempla virorum clarissimorum, id est, nobilissimorum, quorum similes esse debemus. s. in motibus (vnde in genitiuo dixit) neque præcepta doctissimorum. i. nobilissimorum, quorum similes esse debemus. s. in scientiam tuam, hoc est te non latent, illis autem duobus maxime prudentes euadimus. Atque ipse. i. ego, scripsissem antea ad te, te venturum esse frustra in senatum, siue potius in conuentum senatorum. Non. n. senatum iam putat, cum libertas decernendi ablata sit. ni. i. nisi essem veritus, ne offenderem animum eius, scilicet. Cæsaris, qui petebat à me, vt inuitarem te. s. ad veniendum in senatum, cui, scilicet. Cæsari, quidem. i. certe, cum rogaret me, vt adessem in senatu, ostendi me esse dicturum. i. decreturum, omnia, quæ dicta sunt à te, de pace, & de Hispanijs. s. administrandis per legatos, non per Pomp. ipsum, vt volebat Cæsar. Tu vides rem. i. statum reipub. quomodo habet, aut habeat se, vtpote vides orbem terrarum ardere bello, imperijs distributis. s. Cæsarianis, & Pompeianis, & vides vrbem. s. Romam relictam direptioni & incendijs, sine legibus, sine iudicijs, sine iure, sine fide. Itaque nihil potest venire mihi in mentem. i. nihil possum cogitare, non modo. i. non solum, quid sperem. i. sperare debeam, sed iam vix sup. in mentem venit, quid audeam optare, vt supra dixi. cum in plus se extendat, minoris difficultatis est optare, quàm sperare. Optamus enim omnia, quæ vtilia sunt: speramus duntaxat ea, quæ ob merita nostra, aut ex benignitate eius, à quo ea speramus, nobis contingere posse confidimus. Sin autem, id est, sed si, nos colloqui, videtur tibi homini prudentissimo esse vtile, quanquam ego cogitabam discedere ab vrbe, etiam. i. adhuc longius, quàm sim, cuius, scilicet, vrbis ego audiam inuitus etiam nomen, tamen accedam propius. Ego mandaui Trebatio, si tu velles eum mittere, quid. i. aliquid, de me, ne recusaret, scilicet, mittere illud, & velim vt facias id. i. mittas ad me aliquid per Trebatium, aut si voles mittas ad me quem, id est, aliquem tuorum fidelium, ne necesse sit, aut tibi exire ex vrbe, aut mihi accedere, scilicet, vrbem. Ego tribuo tibi tantum s. prudentiæ & auctoritatis, quantum arrogo. i. arroganter sumo fortasse mihi, vt habeam exploratum. i. certissimum, quicquid nos statuerimus, sententia communi omnes homines probaturos id.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Consulit Seruio, ut ab urbe discedat.

CICERO S. D. SVLPICIO. 2

*AD III. kal. Maias, cum essem iu Cumano, accepi tuas literas: quibus lectis, cognoui non satis prudeuter fecisse Philotimum; qui, cum abs te mandata haberet, ut scribis, de omnibus rebus, ipse ad me non uenisset, literas tuas misisset: quas intellexi breuiores fuisse, quòd eum perlaturum putasses. sed tamen postquam literas tuas legi, Postumia tua me conuenit, & Seruius noster. his placuit, ut tu in Cumanum uenires: * quod etiam, mecum, ut ad te scriberem, egerunt. Quod meum consilium exquiris: id est tale, ut capere facilius ipse possim, quàm alteri dare. quid enim est quod audeam suadere tibi, homini summa auctoritate, summaq; prudentiae? si * quid rectissimum sit, quærimus perspicuum est. si quid maxime expediat: obscurum. sin ij sumus, qui profecto esse debemus, ut nihil arbitremur expedire, nisi quod rectum, honestumque sit: non potest esse dubium, quid faciendum nobis sit. Quod existimas meam causam coniunctam esse cum tua: certe similis iu utroque nostrum, cum * optime sentiremus, error fuit. nam omnia utriusque consilia ad concordiam spectauerunt. qua cum ipsi Cæsari nihil esset utilius; gratiam quoque nos mire ab eo, defendenda pace, arbitrabamur. quantum nos fefellerit, & quem in locum res deducta sit, uides: neque solum ea perspicias, quæ geruntur. quæque iam gesta sunt, sed etiam qui cursus rerum, qui exitus futurus sit. Ergo aut probare oportet ea, quæ fiunt; aut interesse, etiam si non probes. quorum altera mihi turpis, altera etiam periculosa ratio uidetur. Restat, ut discedendum putem: in quo reliqua uidetur esse deliberatio, quod consilium in discessu, quæ loca sequamur. omnino cum miserior res nunquam accidit, tum ne deliberatio quidem difficilior. nihil enim constitui potest, quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem. Tu, si uidebitur, ita censeo facias: ut, si habes iam statutum, quid tibi agendum putes, in quo non sit coniunctum consilium tuum cum meo, super sedeas hoc labore itineris. sin autem est, quod mecum communicare uelis: ego te expectabo. tu, quod tuo commodo fiat, quamprimum uelim uenias, sicut intellexi & Seruio, & Postumiæ placere. Vale.*

qui

idem epist. 19. lib. 5.

idem

HVBER.

AD iij. cal. {sicut in superiore epistola vidimus, Ser. Sulpicius cupiebat loqui cum Cic. de officio vtriusque ipsorum in tumultu bellorum ciuilium. & de hoc scripsetat ad Cic. per Philotimum quendam, sed eo breuius, quòd putauerat ipsum Philotimum allaturum literas ad Cic. eique reliqua expositurum coram. sed cum Philotimus misisset literas per alium, Cic. ostendit eum male fecisse. Deinde dicit, quemadmodũ Postumia vxor Seruij, & Seruius eius filius laudabãt, vt ipse Seruius veniret ad Cic. in Cumanum, vt cum eo loqueretur: rogarentque Cic. vt ad eum ita scriberet. Deinde respondens Ser. Sulpicio, qui quærebat, quod esset eius consilium his miseris temporibus, dicit id esse difficillimum, si vtilitati cõsulendum sit, si vero honestati, esse satis perspicuum. Et ita significat omnia esse suspicienda pro defensione reipu. & consuluit esse discedendum Roma, sed consultandum esse ad quæ loca maxime se conferre debeant. Quod si idem Seru. sentit, dicit non esse necesse, vt ad se veniat. sin vero habeat aliam sententiam, eum se expectare dicit. {Cumano} i. in agro Cumano. habebat. n. iuxta Cumas Cic. prædia sua. appellat autem locũ absolute Cumanum, eo quòd esset in agro Cumano, sicut Tusculanum à Tusculis oppido. Est autem Cumæ oppidum in litore Campano conditum ab ijs, qui ex Chalcide vrbe Euboeæ venerunt, quæ hodie dicitur Niger pons: Comum vero vrbs est iuxta lacum Larium, à qua fit deriuatiuum & Comanus, & Comensis: à Cumis autem possessiuum tum Cumæus, tum Cumanus. {Mandatum abs te} commissionem à te. i. cui tu dixisses omnia, quæ velles illum mihi referre. {Misisset} per alium, cum ipse deberet afferre. {Eum} Philotimum, qui suppleuisset id, quod tu minus scripseras, quia dederas ei de omnibus rebus mandata. {Conuenit me} locuta est mecum. {Tua} s. vxor, vt, Hanc tua Penelope. {Seruius} filius tuus. {Noster} tuus natura, meus amore. {His} Postumiæ & Seruio. {In Cumanum} vbi sum. {Egerunt mecũ} me rogarunt. {Scriberem} s. vt venires in Cumanũ. {Quod iam} incipit respondere ijs, quæ Seruius per literas à Cic. quæsiuerat. {Meum consilium} mea consultatio, mea deliberatio. {Id} s. consilium meum. {Capere} eligere. Virg. lib. 1. Aeneid. Aut capere, aut captas iam despectare videntur. Idem, Atque oculis capere ante locum. {Facilius} quia plerunq; necessitate coacti capimus consilium, quod alijs non daremus, præcipue viris, quos longe prudentiores nobis existimamus. {Quid est} q. d. nihil, cum tu non indigeas suasione mea & consilio, qui melius potes alijs consulere. {Suadere} consulere, hortari vt facias. {Si} vtitur diuisione, & concludit singula membra diuisionis. {Rectissimum} optimum cum virtute & officio. tetigit autem duas partes deliberationis. s. honestatem & vtilitatem. Rectum enim secundum Cice. dicitur, quod cum virtute & officio fit. {Perspicuum} clarum, apertum quia veritas ipsa per se elucet. perspicuum est. n. quòd non debemus deserere rempub. cui omnia debemus. {Quid maxime expediat} i. quid vtilissimum sit. & tangit secundam partem deliberationis. {Obscurum} s. est, hoc est non satis exploratum & manifestum. {Ij} tales. {Qui} quales. {Esse debemus} i. boni ciues, & boni viri. {Vt nihil} declarat quales esse debeant. s. vt nihil existiment esse vtile, nisi quod honestum sit. nam ita debent existimare viri boni, vt voluit Cic. in officijs, & in parad. {Quid faciendum sit} quia intelligemus, aut consulendum reipub. si poterimus, si non poterimus, saltem consulendum saluti nostræ quàm honestissime fieri poterit. {Coniunctam cum tua} i. esse in eadem conditione qua tu. {Similis error} quia ambo decepti sumus, qui credebamus Cæsarem posse deduci ad conuentionem pacis, cuius simulabat se esse cupidum, cum latenter bellum optaret. {Idem sentiremus} eandem haberemus sententiam. s. de pace. {Spectauerunt} respexerunt, directa sunt. {Inire gratiam ab eo} ei gratificari, & quasi beneficium præstare. quia sicut erat inferior iustitia & honestate causa, ita etiam putabatur futurus inferior victoria: sed fortuna ei fauit, &, vt inquit Lucan. Victrix causa deis placuit, sed victa Catoni. {Quantum fefellerit nos} quia longe aliter fuit: quia Cæsar malebat bellum, quàm pacem. {In quem locum} in quem statum, q. d. in pessimum, ita vt fere nulla sit amplius spes. {Geruntur} nunc. {Qui cursus} quæ dispositio. {Exitus} finis, quem potest videre, & perspicere tantummodo vir prudentissimus, qualis tu es. {Ergo} ex superioribus infert quid videatur esse faciendum. {Probare} laudare, affirmare, quæ fiunt voluntate Cæs. siue bona, siue mala. {Interesse} in senatu. {Etiam si non probes} secunda persona, pro prima, vel tertia. i. etiam si quibusdam non probetur quod fit, oportet tamen interesse, vt in superiori epistola ostendimus ex verbis Luc. {Turpis} non digna viro bono: quem non decet probare nisi quæ recta sunt. {Altera periculosa} interesse, si non probes: quia si affueris, & non probaueris quæ fiunt, offendes voluntatem Cæsaris, ita vt postea tibi noceri possit. ob hanc igitur causam, vt scribit Plut. non dubitauit Cic. magno animo Cæsari respondere, vt in præced. epistola ostendimus, & ostendere quas sententias dicturus esset, si adesset. quæ cum Cæs. dici nolle respondisset, ita putabam, inquit Cic. atque ego: ideo nolo adesse, quòd aut mihi dicenda sunt quæ sentio, & nullo modo silere possum: aut non veniendum. {Restat} ex sufficienti enumeratione, scilicet, cum sit turpe probare quæcunque fiunt etiam si sint mala, vel cum periculo interesse, si non probes. {Restat} sequitur. {In quo} In qua discedendi sententia. {Quæ loca sequamur} ad quæ loca nos conferamus. {Difficilior} durior: & alterum sequitur ex altero. in rebus enim miseris non potest esse nisi difficillima deliberatio. {Constitui} deliberari. {Incurrat} incidat. {Difficultatem} periculum, sequendo siue Pomp. siue Cæs & item siue manendo, siue discedendo: quia adhuc non satis exploratum habemus quid sit futurum. {Si habes statutum} si statuisti, & decreuisti. {In quo} s. quod putes agendum. {Tuum consilium} tua deliberatio. {Non sit coniunctum cum meo} s. consilio, id est, in quo non idem constituas quod ego dixi constituisse, scilicet, vt discedamus, & videamus quomodo, & ad quæ loca.

Cumæ

Comum

Comanus

Comensis

Cumæus

Comanus.

loca. {Supersedeas} abstineas, omittas. {Hoc labore itineris}.i. omittas ad me venire, quod non potes facere sine labore propter valetudinem tuam. Supersedeo autem cum ablatiuo iungitur, & significat omittere. {Sin autem est} .s. tibi.i. si habeas. {Communicare mecum} mecum conferre. {Quod} .s. venire ad me. {Fiat tuo commodo} vt venias, cum tibi fuerit commodius venire. {Sicut} .s. te venire quamprimum. {Placere} quia rogauerat Cic. vt ad Seru. scriberet, vt ad se veniret causa consulendi de officio vtriusque.

ASCEN. AD iij.cal.&c.} accusat Philotimum quòd ad se non venerat cum mandatis Sulpicianis: deinde dicit vxorem & filium Seruij consulere, vt in Cumanū ad se veniat. Tum de reipub. auxilio, quàm difficile sit, disputat: demum quo consilio ad se in Cumanum venire possit, explanat. Ordo est. Ego accepi literas tuas ad iij.cal. Maias.i. biduo ante primum diem Maij, cum essem in Cumano.s. agro, quibus lectis cognoui Philotimum fecisse non satis prudenter. Qui cum haberet mandatum abs te supp. loquendi mecum, de omnibus rebus, vt scribis, ipse.i. quod dicunt in persona, non venisset ad me, & supp. misisset literas tuas, quas intellexi fuisse breuiores, quòd putasses eum per laturum, & ita reliqua dicturum. Sed tamen postquam legi literas tuas, Postumia tua.s. vxor conuenit me.i. venit ad me, & Seruius noster, quia tuus filius & mihi carus, supp. conuenit me. placuit ijs.s. vxori, & filio, vt tu venires in Cumanum.s. agrum, qui etiam egerunt mecum.i. induxerunt me, vt scriberem ad te. Quòd tu exquiris.s. per literas tuas consilium meum, est id.s. consilium meum tale, vt ipse.i. ego, possim facilius capere.s. consilium, quàm dare alteri. Quid.n. est, quod audeam suadere homini summa auctoritate & summa prudentia, q.d. nihil. Si quærimus.i. disquirimus, quid sit rectissimum.s. factu id sup. est perspicuum.i. euidens, quia rectissimum est in repub. etiam vsque ad mortem stare. Si sup. quærimus, quid expediat.i. vtile sit, maxime obscurum sup. est. Sin.i. sed si, nos sumus, qui debemus profecto esse, vt potè ij.i. tales, vt arbitremur nihil expedire.i. vtile esse nisi quod sit rectum & honestum, nó potest esse dubium quid sit faciendum nobis, id est, quid facere debeamus, q.d. certum est, quòd debeamus pro rep. certare vsque ad mortem. Quod tu existimas meam causam esse coniunctam cum tua. Certe similis error fuit in vtroq; nostram, cum sentiremus idem. Nam omnia consilia vtriusque spectauerunt.i. attenderunt, ad concordiam.s. Cæsaris, & Pompeij. Quanquam nihil esset vtilius ipsi Cæs. bello, id est, quàm bellum, tamen supp. nos arbitramur nos inire quoque.i. etiam gratiam ab eo.s. Cæs. defendenda pace, id est, defendendo pacem. Vbi notabit grammaticus Cice. male loqui per ablatiuos plurales in designatione sequelæ positos, quàm per gerundium cum casu ab eo recto, sed frequentius per ablatiuos plurales, vt in præfat. offic. legendis nostris, pro legendo nostra &c. Tu vides quantum.s. opinio aut spes fefellerit nos, & in quem locum.i. statum res deducta sit. Neque perspicis solum, quæ geruntur, quæque.i. & quæ gesta sunt, sed etiam qui cursus, & quis exitus rerum sit futurus. Ergo oportet.s. te, qui es in vrbe, & quemlibet alium, aut probare.i. approbare, & consensu confirmare, ea quę fiunt.s. in vrbe, & præcipue in senatu, aut interesse.i. præsentem esse, etiam si non probes.i. non approbes ea quarum.s. rationum ac conditionum, altera ratio.s. probantis ea, quæ fiunt, cum non sit probanda, videtur mihi esse turpis, altera ratio.s. eius, qui interest ijs, quæ non probat, videtur etiam periculosa, quia iram prouocat eorum, qui probari cupiunt. Restat i. reliquum est, vt putem discedendum.s. à Roma, vbi sine turpitudine aut periculo vitæ esse non liceat, in quo.s. quod restat, hoc est in discedendo, videtur deliberatio esse reliqua.i. relicta, quod consilium & quæ loca sequamur in discessu.i. discedendo, cum.s. ita sit, quòd res miserior.i. quàm patriam fugere, & nescire quò te recipias, nunquam accidit nobis, tum.s. multo verius est, quòd ne quidem.i. non etiam deliberatio accidit supp. nunquã difficilior. Nihil enim potest constitui.i. deliberari, statui, quod non incurrat.i. celeriter incidat in aliquam magnam difficultatem. Si videbitur.s. consultum & vtile, ego censeo sup. vt facias ita, vt si habes iam statutum.i. decretum, quid putes agendum tibi, in quo.s. agendo consilium meum non sit coniunctum cum tuo, supersedeas.i. non vtare hoc labore itineris.s. veniendi ad me, sin autem.i. sed si, est sup. aliquid, quod velis communicare mecum, ego expectabo te.s. in Cumano. Ego velim tu venias quamprimum.i. valde cito, quod fiat tuo commodo, sicut intellexi placere, &.i. simul, Seruio, scilicet, filio tuo, &.i. simul, Postumiæ.s. vxori tuæ.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Conquestio de iniuria suorum temporum: mox consolatio a recta conscientia, & bonarum artium studio: postremo filij commendatio, quo pari uolupeate aliqua a doloribus afficiat.

CICERO S. D. SVLPITIO. 3



Ehementer te esse solicitum, & in communibus miserijs præcipuo quodam dolore angi, multi ad nos quotidie deferunt, quod quanquam minime miror, & * meum quodammodo agnosco: doleo tamen te, sapientia præditum prope singulari, non tuis bonis delectari potius, quàm alienis malis laborare. Mequidem, etsi nemini * concedo, qui maiorem ex pernicie, & peste reip. molestiam traxerit; tamen multa iam consolantur, maximeq; conscientiam consiliorum meorum. multo enim ante, tanquam ex aliqua specula, prospexi tempestatem futuram; neque id solum mea sponte, sed multo etiam magis monente, & denuntiante te. etsi enim absfui magnam partem consulatus tui: tamen & absens cognoscebam, quæ esset tua in hoc pestifero bello cauendo, & prædicendo sententia: & ipse affui primis temporibus tui consulatus, cum accuratissime monuisti senatum collectis omnibus bellis ciuilibus, ut & illa timerent, quæ meminissent; & scirent, cum superiores, nullo tali exemplo antea in repub. cognito, tam crudeles fuissent, quicunq; postea rempub. oppressisset armis, multo intolerabiliorem futurum. NAM quod exemplo fit, id etiam iure fieri putant, & aliquid, atque adeo multa addunt, & afferunt de suo. Quare meminisse debes, eos, qui auctoritatem, & consilium tuum non sunt secuti, sua stultitia occidisse, cum tua prudentia salui esse potuissent. Dices: Quid me ista res consolatur in tantis tenebris, & quasi parietinis reipub? est omnino uix consolabilis dolor: tanta est omnium rerum amissio, & desperatio recuperandi: sed tamen & Cæsar ipse ita de te iudicat, & omnes ciues sic existimant, quasi lumen aliquod, extinctis ceteris, elucere sanctitatem, & prudentiam, & & dignitatem tuam. Hæc tibi ad leuandas molestias magna esse debent. Quòd autem a tuis abes, id eo leuius ferendum est, quòd eodem tempore a multis, ac magnis molestijs abes: quas ad te omnes perscriberem, nisi uererer, ne ea cognosceres absens, quæ quia non uides, mihi uideris meliore esse conditione, quàm nos, qui uidemus. Hactenus existimo nostram consolationem recte adhibitam esse, quoad certior ab homine amicissimo fieres ijs de rebus, quibus leuari possent molestiæ tuæ. reliqua sunt in te ipso neque mihi ignota, nec minima solatia, &, ut quidem ego sentio, multo maxima: quæ ego ipse experiens quotidie sic probo, ut ea mihi salutem afferre uideantur. Te autem ab initio ætatis memoria teneo, summe omnium doctrinarum studiosum fuisse, omniaq;, quæ à sapientissimis ad bene uiuendum tradita essent, summo studio, curaq; didicisse: quæ quidem uel optimis rebus & usui, & delectationi esse possent: his uero temporibus habemus aliud nihil, in quo acquiescamus. Nihil faciam insolenter: nec te, tali uel scientia, uel natura præditum, hortabor, ut ad eas te referas artes, quibus a primis temporibus ætatis studium tuum dedisti. tantum dicam, quod te spero approbaturum; me, posteaquam illi arti, cui studueram, nihil esse loci neque in curia, neque in foro uiderim, omnem

reip. causa, epi.5.l.6.
.i.dolorem,
ep.19.l.10.

meam curam, atque operam ad philosophiam contulisse. tuæ scientiæ excellenti, ac singulari non multo plus, quàm nostræ, relictum est loci. Quare non equidem te moneo; sed mihi ita persuasi, te quoque in iisdem uersari rebus, quæ etiam si minus prodessent, animum tamen à solicitudine abducerent. Seruius quidem tuus, in omnibus ingenuis artibus, in primisq; in qua ego me scripsi acquiescere. ita uersatur, ut excellat; à me uero sic diligitur, ut tibi uni concedam, præterea nemini; mihiq; ab eo gratia refertur: in quo ille existimat, quod

ep.4.l.1.

*facile appareat, cum me * colat, & obseruet, tibi quoque in eo se facere gratissimum. Vale.*

HVBER.

VEHEMENTER} cũ præesset Ser. Sul. Achaiæ post bellum Pharsalicum, afflictis & cõcussis partibus Pompeianis, & Cæs. multa agente pro libidine sua, grauiter multumq; angebatur. quod cum Cic. multorũ sermone intellexisset, eum hac epistola consulandum duxit. affert igitur & enumerat multas causas consolationis, inter quas præcipue enumerat rectam conscientiam, & studia literarum quibus ostendit esse acquiescendum. Postremo ostẽdit Ser. eius filium, studiosum esse liberalium artium, seq; vehementer ab eo diligi. {Solicitum} anxium, commotum. {Communibus} quæ ad omnes pertinent. {Miserijs} calamitatibus. {Præcipuo} non vulgari, sed maximo. {Deferunt} renuntiant. {Quod} .s. te angi præcipuo dolore. {Minime miror} quia scio quantum ames ipsam remp. {Meum} .s. dolorem. {Quodãmodo} quasi quodam speculo. {Agnosco} recordor. quia quando videmus aliquem dolere ea re, qua nos dolemus, recognoscimus quodam modo dolorem nostrum, & reducimus in memoriã, & nobiscum dicimus, talis est dolor meus. {Præditum} ornatum. {Prope} ferè. {Singulari} egregia, quasi, quæ in te solo sit. {Tuis bonis} tua sapientia & honore, quem tibi præstat Cæs. qui & dignitatem tuam curat, & tuas res integras esse voluit. {Alienis malis} quæ alijs acciderunt. {Laborare} cruciari. {Me} ennmerat Cic. ea, ex quibus consolatio nem capit, vt ostendat ea posse etiam esse consolationi ipsi Seruio. {Nemini concedo} à nemine vincor, nemine sum inferior. {Traxerit} acceperit. {Maiore} quàm ego. {Pernicie} calamitate, excidio. {Consiliorum} quæ semper spectauerunt ad concordiam & vtilitatem reip. {Multo ante} quam mouerentur bella ciuilia. {Tempestatem futuram} .i. cladem belli ciuilis: quam comparauit tempestati. Virg. quanta per Ideos sæuis effusa Mycenis: Tempestas ierit campos, &c. {Tanquam ex aliqua specula} translatio sumpta vel à rusticis, vel à nautis, qui ex aliquo loco eminenti solent præuidere ventos, & tempestatem futuram.

Specula.

Specula non significat simpliciter fenestrã, vt vulgus imperitũ vsurpat, sed dicitur quilibet locus, vnde longe speculari possumus, siue sit mons, siue turris, siue quid aliud eminens. Virg. in Buc. Specula de montis in altum deferar. Idem in 2. Aeneid. Specula Misenus ab alta dat signum. Ouid. in Heroid. In speculis omnis Abidos erat, &c. {Mea sponte} per me ipsum solum, consilio meo. {Monente} cõsulente. {Denuntiante} aperte significãte ipsam cladem futuram. {Multo magis} .s. quàm mea sponte. {Etsi} probatio qua monente Sulpicio præuiderit tempestatem. & est sensus, licet. n. abfuerim maximam partem temporis, quo gessisti consulatum tuum: tamen semper cognoui, quæ esset sententia tua de hoc pernicioso & calamitoso bello, quod & prædixisti, & caueri posse demonstrasti.

Absfui magnam partem, magna parte.

{Absfui} quo tempore eram in Cilicia. {Magnam partem tui consulatus} .i. magnam partem temporis tui consulatus. dicimus autem absfui magnam partem, & magna parte. {Consulatus} quia eo tempore Sulpicius gerebat consulatum, quo Cic. profectus est in prouinciam. {Cognoscebam} vel opinione quam de tua prudentia habebam, vel relatione multorũ. {Cauendo} vitando. {Primis temporibus e.} quia in principio consulatus tui erã Romæ. {Accuratissime} diligentissime. {Collectis} connumeratis, ante oculos audientium positis. {Bellis} ciuilibus superiore tempore gestis. {Que meminissent} quæ tenerent memoria accidisse superioribus. {Et scirent} ordo est, cum collectis bellis ciuilibus monuisti, vt illa timerent quæ meminissent, & vt scirẽt, cum superiores fuissent tam crudeles in rep. nullo exemplo, postea futurum intolerabiliorem quicunq; oppressisset remp. armis. {Intolerabiliorem} crudeliorem. {Nam quod} ratio superioris propositionis, est autem sentẽtiæ exornatio. {Exemplu} imitatione. {Iure} siue reprehensione. {Adeo multa} valde multa, quia nemo repente fuit turpissimus. {Afferunt} de suo aliquid etiam ex se nouum addunt, quod ex imitatione nullum habent. {Quare} conclusio huius consolationis, quã ex conscientia consiliorum esse vult. {Occidisse} perijsse. {Sua stultitia} ignorantia. quia non cognouerunt quàm recte eis consuleres. {Salui} incolumes. {Tua prudentia} quæ eos monebat, quomodo possent periculum vitare, si modo parere voluissent. {Dices} ponit obiectionem, quam posset facere Seruius. {Quid} ecce obiectio. {Ista res} quòd qui non sunt secuti consilium meũ, sua stultitia perierunt, quia malum alterius nihil facit ad consolationem nostram. {Vix consolabilis} qui vix vllam possit recipere consolationem. {Et desperatio recuperãdi} quia quæ amissa aliquãdo recuperari posse sperãtur, tolerabiliora sunt, quàm ea, de quibus nulla spes est. {Sed tamen} hucusq; fuit obiectio: nunc ponit responsionem.

Ipse.

{Ipse} hoc pronomen habet maximam vim, q.d. cuius iudicio nullũ potest esse præstantius. {Quasi} tanquam. {Aliquod lumen} nam virtutes ipsæ & viri excellentes luminibus comparantur. i. tanquam aliquam splẽdidam facem & lucem. {Sanctitatem} integritatem, fortitudinem. {Extinctus} mortuus. & perseuerauit in translatione: dixerat. n. lumen. {Ceteris} .s. luminibus. & intelligit præstantissimos viros qui in bello ciuili perierunt. {Hæc} supradicta omnia & conscientia consiliorum tuorum, & iudicium, quod Cæs. & ceteri ciues de te habent. {Magna} efficacia. {Leuandas} minuendas. {Quòd autem} consolatus est Cic. Seruium de communibus miserijs, nunc vero cõsolatur eum de absentia eius à patria, quã molestissime ferebat. {Eodem tempore} .i. cum abes à tuis, ipso eodem tempore abes etiam à multis & magnis molestijs, quas necesse esset te habere, si Romæ esses. {Quas} molestias, à quibus abes. {Nisi vererer} nisi timerem, ne si scriberem, tu absens ea cognosceres, quæ quia nõ vides, existimo tibi magnæ esse felicitati, & esse in meliori cõditione, quàm nos sumus, qui ea videmus ergo vult significare Cic. nolo hæc ad te scribere, ne meis literis cogaris cognoscere ea, quæ prodest tibi non videre.

Hactenus.

{Hactenus} hucusq;. & est sensus, hucusq; existimo me adhibuisse omnem consolationem, vt tanquam amicissimus te certiorem facerem de rebus omnibus, quæ possent tibi molestias, & dolores auferre. {Adhibitam} adiunctam, appositam. {Certior fieres} admonereris, instruereris. {Recte} iure amicitiæ. {Quoad} quatenus, inquantum; vel vt. {Reliqua solatia} præter ea, de quibus factus es à me certior. {In te ipso} nõ in alio, quia non sunt externa bona, sed animi & tua. {Neq; ignota mihi} quia noui virtutes & doctrinam tuam. {Nec minima} .i. neque paruæ efficaciæ ad consolandum. {Et vt} est quasi correctio. quia dixerat neque, minima, ne putarentur etiam mediocria, subdit multo maxima. Et notandum multo tam superlatiuo, quam comparatiuo iungi.

Multo

{Vt ego sentio} vt ego iudico, vt est mea sententia. {Quæ} .s. quæ in te ipso sunt maxima. {Ego ipse} ne videatur alieno testimonio hæc dicere, dixit egomet. {Experiens} probans, cognoscens re ipsa. {Quotidie} quia Seru. assidue ad Cic. aliquid scribebat, & multo eum præmonebat. {Probo} laudo, sic mihi placet. {Salutem} conseruationem vitæ & fortunarum mearum. {teneo memoria} recordor. {Studiosum} cupidum, amatorem. {Omnium doctrinarum} omnium disciplinarum liberalium. {A sapientissimis} à philosophis, à quibus traduntur præcepta bene viuendi. Horat. in episto. Inter cuncta leges, & percunctabere doctos: qua ratione queas traducere leniter æuum, &c. Et paulo post, Quid minuat curas, & quid tibi reddat amicum. {Bene} laudabiliter, & honeste. {Quæ quidem} .s. tradita à sapientissimis viris. {vel optimis} .i. etiam fœcundissimis. {Vsui} vtilitati, quanto ergo magis potest esse vtilitati rebus. {His temporibus} q.d. miserrimis, & turbulentissimis. {Nihil aliud} præter illa præcepta. {Acquiescamus} recreemur, deponamus curas, & solicitudines. quantum autem prosit ad deponendis curas studium philosophiæ, ostendit Cice. in Tusculanis quæstionibus, & in procemio libro 2. offic. {Nihil faciam} cum dicat se audere hortari Seruium, latenter tamen eum hortatur, vt se ad philosophiam conferat. est autem occupatio, quia maxime dicit quod negat se dicturum.

Insolenter. Insolens.

{Insolenter} arroganter, audacter. nam insolens audacem significat, & arrogantem, & superbum, vt Cic. pro M. Marcello, Et victoria, quæ natura sui insolens est. significat etiam insuetum, & insolitum. Cic. pro Deiot. Moueor etiam insolentia loci. Sal. Insolens vera audiendi. Terent. Quid tu Athenas insolens. {Tali} tam excellenti. {Scientia} doctrina. {Vel natura} subaudi tali. i. tã bona. & duo

dixit,

dixit, naturam & sciẽtiam. } Quibus homines maxime d } quid in vita deceat, vt ipse in 1. Off. ostendit. } Referas te } recipias te redeas. } Studium } animũ, curam. } Tãtum } q.d. vnum solũ dicam. } Approbaturum } confirmaturum, à me dictum esse vere. } Illi arti } dicendi. } Cui studueram } cui dabam operam. } Nihil loci } nihil pretij, nihil æstimationis esse, neque admitti. } In curia } quantum ad genus deliberatiuum. } Neq; in foro } quantum ad iudiciale genus. quia in curia deliberabatur à senatu, quid reip. maxime conduceret: in foro vero agebantur causę iudiciales. quæ ideo & forenses dicuntur. } Curam } animi intentionem. } Operam } laborem. } Tuæ scientiæ } .i. cogitationi legum, quam sæpe Cic. scientiam appellat. erat autem Ser. Sulp. iurisconsl. optimus. } Singulari } egregiæ. } Non multo plus loci est relictum } .i. non multo plus sunt in pretio quàm ars mea oratoria, quia quod Cæs. placebat, pro legibus erat. } Quare } concludit huiuscemodi latentem exhortationem. } Non moneo te } qui es me sapientior. vtitur frequenter occupatione, & vt viret arrogantiam, & ne ægre ferat Seruius, si aperte admoneatur. } Ita persuasi mihi } ita induxi in animum. } Te quoq; } sicut me. } Versati } exerceri. } Quæ } res. } Si minus prodessent } si etiam nullam afferrent vtilitatem. } Abducerent } amouerent quanto ergo magis debes versari, cum & prosint, & animum à solicitudine abducere possint. } Seruius } vltima pars epistolæ, in qua commendat studium Seruij eius filij, & eius amorem erga se. } Seruius } filius tuus. } Ingenuis } liberalibus, quæ ingenuos .i. liberos homines decent } In hac } .s. philosophia morali. } Acquiescere } recreari, deponere curas. } Ita versatur } ita exercetur, ita incumbit. } Vt excellat } vt maxime emineat inter æquales. } Tibi vni concedam } te vno sim inferior, à te solo vincar in eo amando. } Præterea } .i. præter te. } Nemini } .s. concedam. & est sensus, ita eum amo, vt post te, qui es eius pater, nemo alius magis eum amet, quàm ego. } Refertur gratia } .i. refert mihi vicẽ. quia sicut ille à me amatur, ita ego ab illo amor. sic.n. refertur gratia amoris, cum ab ijs redamamur, quos amamus. } In quo } in qua re. s. referendo mihi gratiam. } Ille existimat } sensus est, in referenda mihi gratia amoris ille existimat se facere etiam tibi rem gratissimam, quod facile appareat, & cognoscatur quòd colat me. } Tibi quoque } sicut. } Gratissimũ } quia scit me à te amari, existimat se tibi gratissimum facere, si & ipse amet. } Facile } clare. } Appareat } intelligatur. } Obseruet } reuereatur. est autem ordo, in quo ille existimat se facere gratissimum, quod facile appareat, cum me colat & obseruet. } In eo } .s. quòd appareat quòd me colat:

ASCAN. VEMENIAE &c. } cum præesset Ser. Sul. Achaiæ post bellum Pharsalicũ, grauiter angebatur multa per Cæsarem imperiose geri in vrbe. quod cum Cic. ex multis intellexisset, eum hac epistola consolatur, adducens multas causas consolatorias, inter quas præcipue adducit rectam conscientiam & studia literarum, quibus ostendit acquiescendum esse. Postremo scribit Ser. Sulpicij filium studiosum liberalium artium, ipsumque à se, & se ab eo vehementer diligi. Ordo est. Multi deferunt ad nos quotidie .i. denuntiant nobis te esse solicitum vehementer, & angi .i. angustiari & premi, quodam dolore præcipue .i. singulari & præter ceterorum dolores magno, in miserijs communibus. Quod quanquam miror minime, & agnosco .s. in dolure tuo, quodammodo meum .s. dolorem, quia æqualis & de consimili causa est, doleo tamen te præditum sapientia, prope .i. quasi, singulari .i. tam magna vt tibi soli contingat, non delectari potius tuis bonis .s. animi, hoc est virtutibus & scientijs, quàm laborare .i. angi, malis .i. vitijs alienis, vt Cæsaris tyrannide. Quidem .i. certe, etsi .i. quanquam, nemini cõcedo, qui .i. vt is traxerit maiorem molestiam .i. cruciatum animi, ex pernicie .i. ærumna & peste .i. calamitate reipu. tamen multa consolantur iam me, & maxime conscientia cõsiliorum meorum, hoc est, quia mihi conscius sum nihil me consuluisse Pompeio, aut alteri, ob quod hæc mala subsecuta sint. Enim, pro quia ego prospexi tanquã ex aliqua specula .i. loco alto ad speculandum apto, multo ante .s. quàm veniret, tempestatem futuram. Neque sup. id .i. perspexi tempestatem futuram, solum .i. solum modo, mea sponte .i. propria natura, & instigatione, seu, vt dicunt, meo solius instinctu, sed etiam multo magis, te monente & denuntiante .i. significante futurum, quasi ex certo augurio vt pullarij denũtiare solebant. Enim .i. quia, etsi .i. quanquam absui .s. ab vrbe magnam partem .i. durante magna parte. (Vnde manifeste patet Ciceronem tempus continuum in accusatiuo libenter ponere } consulatus tui .i. temporis, quo consul eras, tamẽ, & .i. partim, absens .i. cum abessem, cognoscebam quæ .i. qualis sententia tua esset in cauendo .i. fugiendo, & prædicendo .i. denuntiando hoc bello pestifero .s. Cæsaris & Põp. quo resp. perijt, & .i. partim, affui primis temporibus consulatus tui, cum .i. quando, monuisti accuratissime .i. cum summa cura, & diligentia senatum .i. patres conscriptos, omnibus bellis ciuilibus collectis .i. simul commemoratis, in oratione, & admonitione tua monuisti, dico, vt .s. patres conscripti, & .i. simul, timerent illa .i. similia eorum, quæ meminissent .i. memoria tenerent iam transacta, & scirent, quicunque postea .i. temporibus futuris, oppressissent armis temp. futurum intolerabiliorẽ multo .s. quàm superiores, cum superiores .s. oppressiores reip. vt Sylla & Marius, fuissent tam crudeles, nullo tali exemplo cognito in rep. i. licet nullum haberent, cuius crudelitatem imitarẽtur, eo quòd primi libertatis oppressores erant, & ita magis debebant vereri violare tam atrociter remp. quàm qui aliorum exempla sectarentur. Nam supp. ferè omnes homines, putãt, id quod fit exemplo .i. ad exemplum fieri etiam iure, sed ipsi addunt & afferunt aliquid, atque adeo .i. ad hoc vsque quòd multa addunt de suo .i. proprio ingenio, atq; more. Quare tu debes meminisse eos, qui secuti auctoritatem & consilium tuum occidisse .i. perijsse stultitia sua, cum potuissent esse salui, prudentia tua .i. per prudẽtiam tuam. Dices .i. respondebis: quid .i. in quo, ista res consolatur me in tantis, & quasi perpetuis tenebris .i. obscurationibus, & oppressionibus reip. respondet Cic. Dolor de amissione reipu. est omnino vix consolabilis .i. consolatione mitigabilis: tanta est amissio omnium rerum, & desperatio recuperandi supp. earum aut eas, sed tamen .i. nihilominus, & .i. tamen, Cæsar ipse .s. caput omnium malorum, iudicat ita de te, & omnes ciues existimant sic sanctitatem .i. incorruptionem vitæ, & prudẽtiam, & dignitatem tuam elucere .i. manifeste lucere, tanquam aliquod lumẽ .s. magnum ceteris .s. luminibus, aut talibus viris extinctis. Hæc scilicet, quæ de te creduntur, debent esse tibi magna .i. magni momenti, ad molestias .s. animi tui leuandas .i. mitigandas & minuendas. Quod autem abes à tuis (erat enim in Achaia) supp. id ferendum .i. patiendum & tolerandũ est leuius .i. facilius. ideo quòd abes eodẽ tempore, à multis & magnis molestijs, quas .s. molestias, ego perscriberem ad te omnes, nisi vererer, ne .i. vt tu absens cognosceres ea .s. mala vrbis, quę quia non vides, videris mihi esse meliore conditione .i. statu vitæ, quàm nos, qui videmur sup. ea. Ego existimo nostrã consolationem esse adhibitã .s. recte .i. decenter .i. ad hunc finem, quoad .i. quatenus, aut quatinus fieres certior .i. scientior, ab homine amicissimo, de ijs rebus, quibus molestiæ tuæ possent leuari .i. minui. Reliqua solatia sunt in re ipso nec minima, nec ignota mihi. & quidem .i. certe, vt ego sentio, multo .i. longe maxima, quæ .s. solatia ipse .i. ego experiens quotidie probo .i. cõprobo sic, vt ea .i. consilia videantur afferre mihi salutem. Autem .i. sed, vt rẽ, de qua loquor, aperiam, ego teneo memoria, te fuisse ab initio ætatis, hoc est ab ineunte ætate studiosum summe .i. summopere, omnium doctrinarum .s. liberalium, & didicisse summo studio & cura .s. summa omnia quæ essent tradita à sapientissimis ad viuendũ bene, quę .s. tradita à sapientissimis, quidem .i. certe, possent esse, vel .i. etiã optimis .i. in lætissimis rebus, & .i. simul vsui .i. vtilitati, & .i. simul, delectationi .i. voluptati. vero pro sed, nos nihil habemus aliud, in quo acquiescamus .i. contenti simus, his temporibus .s. malis. Ego nihil faciam insolenter .i. supra modum & superbe, neque hortabor te præditum tali, vel scientia .s. acquisita, vel natura .i. naturali prudentia, vt referas te ad eas artes, quibus dedisti .i. addixisti, studium tuum à primis temporibus ætatis .s. tuæ. Ego dicam tantum .i. tantummodo, sup. id, quod spero te approbaturum, videlicet me contulisse omnem curam meam, atque operam ad philosophiam, postquam viderim nihil loci esse neque in curia .i. in senatu, neque in foro, scilicet, iudiciali, illi arti .s. oratoriæ, aut bene dicendi, cui studueram. Solebant autem orationes in tribus locis fieri, in senatu, ad patres conscriptos, in iudicio ad iudices, & in concione ad Quirities. vnde orantes sup. cõpellant, aut patres conscriptos, aut iudices aut quirites .i. pop. Rom. Non multo plus loci .i. expetitionis & vsus, relictum est scientiæ tuæ .s. legali, excellenti, ac singulari, q̃ nostræ .s. oratoriæ, & causidicæ. Quare equidem .i. ego quidẽ, non moneo te sed persuasi ita mihi .i. indico ita mihi visum esse, te quoq; versari .i. vtile esse, si etiam tu verseris in ijsdem rebus .s. philosophicis quæ .s. res etiam si prodessent minus .i. non satis, tamen abducerent animũ à solicitudine. Quidẽ .i. certe, q.d. quidquid tu facturus sis, Seruius tuus .s. filius, versatur in omnibus artibus ingenuis .i. ingenuo dignis, hoc est liberalibus, & in primis in hac sup. arte, hoc est in philosophia, in qua scripsi .s. paulo ante, me

aequiescere.i.contentum esse, & quietem animi inuenire. Vero, pro sed, ipse diligitur sic à me, vt concedam.i.locum dem, tibi vni.i.soli, praeterea.i.praeter te, nemini.hoc est, vt plus tamen diligatur à te, sed à nemine altero, & gratia refertur mihi ab eo.i.quantum amoris à me accipit, tantum refert, & ita non minus me diligit, quàm diligatur à me. In quo.s.facto, hoc est in gratia referenda, & in mutuo amore mihi praestando, ille existimam supple id, quod facile appareat.i. euidens satis est, se in eo, quòd colat, & obseruet, me facere quoque, id est etiam tibi gratissimum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Respondet excusationi Seruij, & illius negotiū prae suo extollit. Narrat item, qua ratione in pristinum locum per Caesaris beneficia Marcellum restituerit. Postremo & Seruij filijq; illius eruditionem, & probitatem laudat. itaque missa est epistola.

CICERO S. D. SVLPITIO. 4



Ccipio accusationem tuam, qua usus, cur saepius ad me literas uno exemplo dedisses; sed accipio ex ea parte, quatenus aut negligentia, aut improbitate eorum, qui epistolas accipiant, fieri scribis, ne ad nos perferantur. illam partem excusationis, qua te scribis orationis paupertate (sic enim appellas) iisdem uerbis epistolas saepius mittere, nec agnosco, nec probo. & ego ipse, quem tu per iocum (sic enim accipio) diuitias orationis habere dicis, me non esse uerborum admodum inopem agnosco.* εἰρωνεύεσθαι enim non necesse est. sed tamen idem, nec hoc* εἰρωνευόμενος, facile cedo tuorum scriptorum subtilitati, & elegantiae Consilium tuum, quo te usum scribis hoc Achaicum negotium non recusauisse, cum semper probauissem, tum multo magis probaui, lectis tuis proximis literis. omnes enim causae, quas cōmemoras, iustissimae sunt, tuaq; & auctoritate, & prudentia dignissimae. Quod aliter cecidisse rem existimas, atq; opinatus sis: id tibi nullo modo assentior. sed quia tanta perturbatio, & confusio est rerum, ita percussa, & prostrata foedissimo bello iacent omnia, ut is cuiq; locus, ubi ipse sit, miserrimus esse uideatur. propterea & tui te consilij poenitet, & nos, qui domi sumus, tibi beati uidemur. at contra nobis non tu quidem uacuus molestijs, sed prae nobis beatus. atq; hoc ipso melior est tua, quàm nostra conditio; quòd tu, quid doleas, scribere audes; nos ne id quidem tuto possumus; nec id uictoris uitio, quo nihil moderatius, sed ipsius* uictoriae, quae ciuilibus bellis semper est insolens. Vno te uicimus, quòd de Marcelli,* collega tui. salute paulo ante, quàm tu, & cognouimus; etiam mehercule, quòd, quemadmodum ea res ageretur, uidimus. nam sic fac existimes, post has miserias, id est, postquam armis disceptari coeptum est de iure publico, nihil esse actum aliud cum dignitate. nam & ipse Caesar, accusata acerbitate Marcelli, (sic enim appellabat) laudataq; honorificentissime & aequitate tua, & prudentia, repente praeter spem dixit, se senatui roganti de Marcello ne hominis quidem causa negaturum. fecerat autem hoc senatus, ut, cum L. Pisone mentio esset facta de Marcello, & cum C. Marcellus se ad Caesaris pedes abiecisset, cunctus consurgeret, & ad Caesarem supplex accederet. noli quaerere: ita mihi pulcher hic dies est, ut speciem aliquam uiderer uidere quasi reuiuiscentis reipub. itaque cum omnes ante me rogati gratias Caesari egissent, praeter Volcatium; (is enim, si eo loco esset, negauit se facturum fuisse) ego rogatus mutaui meum consilium. nam statueram, non mehercule inertia, sed desiderio pristinae dignitatis, in perpetuum tacere. fregit hoc meum consilium & Caesaris magnitudo animi, & senatus officium. itaq; pluribus uerbis egi Caesari gratias: meq;, metuo, ne etiam in ceteris rebus honesto otio priuarim: quod erat unicum solatium in malis. sed tamen, quando effugi eius offensionem, qui fortasse arbitraretur, me hanc rempublicam non putare, si perpetuo tacerem; modice hoc faciam, aut etiam intra modum; ut & illius uoluntati, & meis studijs seruiam. nam etsi a prima aetate me omnis ars, & doctrina liberalis, & maxime philosophia delectauit: tamen hoc studium quotidie ingrauescit, credo & aetatis maturitate ad prudentiam, & his temporum uitijs, ut nulla res alia leuare animum molestijs possit. a quo studio te abduci negotijs, intelligo ex tuis literis: sed tamen aliquid iam noctes te adiuuabunt. Seruius tuus, uel potius noster, summa me obseruantia colit: cuius ego cum omni probitate, summaque uirtute, tum studijs, doctrinaq; delector. is me cum saepe de tua mansione, aut decessione communicat. adhuc in hac sum sententia, nihil ut faciamus, nisi quod maxime Caesar uelle uideatur. res sunt eiusmodi, ut, si Romae sis, nihil te praeter tuos delectare possit. de reliquis, nihil melius ipso est. ceteri, & cetera eiusmodi, ut, si alterutrum necesse sit, audire ea malis, quàm uidere. hoc nostrum consilium nobis minime iucundum est, qui te uidere cupimus: sed consulimus tibi. Vale.

Margin notes: i.uerum esse non fateor. — i. dissimulare. — i. simulans. — epist. 9. huius lib. — in consulatu epist. 12. huius lib.

ACCIPIO} cum Ser. Sulp. Achaiae praefectus, saepius ad Cic. literas eodem exemplo scripsisset intellexissetque Cic. id admirari, se excusauerat, duplici de causa id fecisse. Primum propter negligentiam, & improbitatem eorum, qui cum epistolas accipiant ferendas, saepenumero non reddant. Se igitur scripsisse multas eodem exemplo, vt saltem aliquae redderentur. Deinde id fecisse inopia dicēdi & paupertate orationis, quia nesciret epistolas eiusdem fere argumenti varijs modis scribere, sicut potest facere Cice. quem dicebat posse idem vario modo dicere, quia haberet copiam magnam & diuitias orationis. Itaq; Cic. ei respondens dicit se accipere primam causam excusationis de improbitate eorum, qui non reddant literas: alteram vero minime, quòd propter inopiam orationis eodem argumēto saepe scribat, cum etiam ipse cedat eius scriptorum subtilitati & elegantiae. Deinde quia scripserat quo consilio & qua ratione motus Achaicum negotium suscepisset: respondet Cic. eum bene sensisse, nec rem aliter accidisse quàm ipse putasset. s. quòd non esset libenter in Achaia, dicit hoc non esse propter molestiam prouinciae, sed quoniam res ita perturbatae sunt & confusae & prostratae ciuilibus bellis, vt nullus locus etiam amoenissimus cuiquam gratus esse possit aut iucundus. Postea vero exponit, qua humanitate & liberalitate C. Caes. senatui roganti M. Marcellum restituerit. dicitque, quomodo se egerit erga Caes. pro hac restitutione. Postremo laudat plurimū & probitatē & doctrinam Seruij eius filij. } Accipio} acceptam habeo, & approbo. } Eodem exemplo} eadem forma eisdem verbis. } Ex ea parte} quia excusationem in duas partes diuiserat, vt diximus in argumento. } Quatenus} inquantum, alias vero significat quando. } Negligentia} incuria, cum non curant reddere. } Improbitate} perfidia, cum nolunt reddere, quia sint improbi. } Fieri} accidere. } Illam partem} secundā, quam notauimus in argumento. } Paupertate} inopia: quia nō sis copiosus in dicendo. } Sic enim scribis} vsus enim fuerat. Seru. hoc vocabulo, paupertate, quod magis est translatum quàm proprium. & ideo ne videretur Cic. abuti eo vocabulo, attribuit id Seru. } Nec agnosco} quia video te habere copiam orationis. } Nec probo} nec approbo, nec affirmo. } Per iocum} serio hoc dixerat Seru. Cic. habere diuitias orationis, sed ipse, vt arrogantiam vitet, dicit se accipere dictum ioco, non serio. } Diuitias} copiam translatiue, sicut etiam paupertatem posuit. sunt enim haec contraria diuitiae & paupertas. } Admodum inopem} cum non possit negare omnino quod est manifestum, attenuat, vt vitet arrogantiam. & assentatur aliquan-

tulum

tulum Seruio. {Non admodum} non valde εἰρωνεύεσθαι simulare, ironice loqui. {Non est necesse} quia me nosti. {Idem} ego ipse. {Nec εἰρωνευόμενος} nec simulās, sed vere & sincere loquēs. {Cedo subtilitati} sum inferior subtilitate tuorum scriptorū. {Atq; elegantiæ} ornatui. subtilitatem autem dixit quantum ad inuentionem spectat, elegantiam ad elocutionem. {Consilium} alia pars epistolæ. {Consiliū} ratio, cogitatio. {Te vsum non recusauisse} .i. te vsum, vt nō recusares. {Negotium Achaicum} prouinciam Achaicam, quā Cæs. tibi obtulit. {Semper} antequam scriberes aliquid. {Tuis literis} quibus reddit rationem, quare non recusaueris. {Dignissimæ tuæ auctoritate} .i. tales, quales deceat auferri à viro eius auctoritatis, & prudentiæ, cuius es & haberis. {Quod} ad aliam partem epistolæ. {Cecidisse} euenisse. {Atq;} .i. quàm. {Opinatus sis} cum scripsisti

Atque.

id negotium. scripserat.n. Seru. cum est profectus in prouinciā, se nunquam opinatum fore, vt sibi molestum esset commorari in Achaia: nunc vero esse sibi molestū, quia in ea inuitus moratur. ad quod respondet Cic. ꝙ si etiā esset Romæ, non minus inuitus esset. quia propter miseriam temporum quisq; inuitus est, vbicunq; sit. {Assentior} sum tuæ sententiæ. {Sed, quia} sed quia oīa ita sunt perculsa & prostrata fœdissimo bello, vt is locus videatur cuiq; miserrimus, vbi ipse sit: ideo pœnitet te suscepisse negotium Achaicum: & nos, qui sumus Romæ, videmur

Perculsa. Iacent.

tibi esse beati. {Perculsa} concussa, à percello, perculi, perculsum. {Prostrata} violenter deiecta. {Fœdissimo} crudelissimo, vt Sal. Fœdi oculi. {Iacent} in contemptu sunt. {Is locus} etiā optimus & amœnissimus. {Videatur} non autem re vera sit, quia infelicitas rerum facit nobis ingratum esse quemlibet locū. {Propterea} ideo, propter hanc causam, quia omnia iacent. {Tui consilij} ꝙ susceperis Achaicum negotium. est autem ordo, sed quia tanta est perturbatio & confusio omnium rerum, & quia omnia ita iacent perculsa & prostrata fœdissimo bello vt cuique videatur esse miserrimus is locus, vbi ipse sit, propterea pœnitet te cōsilij tui. {At contra} vicissim, & quod dicitur econuerso. {Nobis} qui sumus Romæ. {Non vacuus} non ca-

Præ nobis.

rens. {Præ nobis} comparatione & respectu nostrum. {Hoc ipso} hac ipsa re, si etiā nulla alia esset. {Quid doleas} .i. propter quid doleas .i. causam tuorum dolorum. {Audes} quia non habes qui te apud Cæs. accusent, aut qui moleste ferant. {Tuto} sine periculo. {Nec id} .s. ꝙ non audemus scribere. {Vitio} culpa. s. fit. {Victoris} Cæs. {Quo} Cæs. {Moderatius} humanius. {Insolens} superbe & arrogans, vt supra diximus. {Vno te vicimus} vna re sumus te beatiores. {Salute} restitutione. exulauerat. n. quia fuerat aduersarius Cæs. in cōsulatu suo, neq; postea poterat æquo animo ferre oppressionem reip. Tandem deprecante senatu & C. Marc. eius fratre, Cæsar liberaliter concessit, vt in patriam rediret: sed cum ille nollet, etiā literis Cic. vt infra videbimus, & suorum vehementer rogatus, differretq; reditum suū, à Magio Chilone, familiari suo, pugione interemptus est. {Collegæ} fuerat. n. consul vna cum Seru. Sul. {Vidimus} quia interfuimus, cum à Cæs. impetratus est eius reditus in patriam. {Cum dignitate} cum honore. {Aliud} quàm restitutionē Marcelli. {Disceptare armis de iure publico} .i. contendisse armis, cuius causa esset iustior. Luc. Iusq; datum sceleri canimus, &c. ius armis ciuilibus quæsitum. {Accusata acerbitate} .i. cum dixisset Marcellum fuisse nimis acerbum erga se, & esse æquum virum & prudētem. {Acerbitate} asperitate & pertinacia. Sic. n. dicit Cæs. formaliter vsum esse hoc verbo, acerbitate, quia Marcellus aduersabatur ei: dicebatq; se non posse ferre eius tyrannidem. {Prudentia} quia putasti esse cedendū temporibus, & cum tu vidisti te non posse ei resistere, non putasti aduersandum. {Repente.} subito. {Roganti} vt Marcellus restitueretur. {Præter spem} quia cum dixisset verba supradicta, omnes credebant eum nunquam esse induturum Marcello. {De Marcello} propter Marcellum. {Ne hominis quidem causa} .i. non solum non negaturum causa senatus rogantis, sed neque etiam causa ipsius Marcelli, à quo fuisset offensus. In quo ostenditur maxima clementia Cæs. & sapientia, qui vt faceret gratam restitutionē Marcello, dixit nō solum concedere eam causa senatus rogantis, sed etiam causa ipsius Marcelli. {Hominis} .i. Marcelli. {Fecerat} quia dixerat superius, quemadmodū ea res ageretur, vidimus: ideo nunc ostendit, quemadmodū acta sit. {Fecerat} constituerat hoc, quod sequitur. {Vt cum mentio} sensus est: ita ordinauerat senatus, vt L. Piso primo ita inijceret mētionem apud Cæs. de Marcello, & C. Marcell. eius frater abijceret se ad pedes Cæs. supplicaturus: deinde totus senatus assurgeret, & ipse etiam Cæsari supplicaret pro Marcello.

{Facta mentio} iniecta verba. {A L. Pisone} is in magna erat auctoritate apud Cæs. quippe erat eius socer, pater Calphurniæ, vxoris Cæs. {Marcellus} L. Marcellus. {Abiecisset} proiecisset, prostrasset. {Ad pedes} quod faciunt supplicantes, & petentes misericordiam. Ouid. Et iacet ante pedes Græcia mœsta tuos. {Cunctus} vniuersus. {Noli quærere} elegans dicendi modus, q.d. crede mihi. {Pulcher} honestus, lætus. {Viderer

Pulcher.

videre} q.d. licet resp. sit oppressa: tamen hoc egit Cæs. cum tanta dignitate, vt videretur resp. quodāmodo reuiuiscere & recuperare pristinam formā. {Reuiuiscentis} translatio est. Dixit enim in prima epist. huius quarti, Occidenti reip. i. pereunti. ergo nunc dixit reuiuiscentis. i. in vita reuertentis, hoc est in pristinum statum. {Speciem} apparentiam. {Rogati} quia, vt diximus in 1. lib. rogabantur singuli senatores sententiam suā. {Ante me} non in conspectu meo, sed antequam ergo rogatus essem. {Is} Volcatius. {Eo loco} in senatu. {Facturum} vt ageret gratias Cæs. dedignabatur. n. hoc facere in tali loco. {Consilium} propositum, deliberationē. {Nam statuerā} dicit quod esset suum cōsilium. s. nusquam amplius habere orationem in publico pro quoquam. {Nō inertia} .i. ignauia, quia nescirem:

Inertia

nam inertia contraria est industriæ, & ad animum refertur: potest tamen etiam hic accipi pro negligentia corporis, vt sit, Nō inertia. i. nō quia pigeret me. {Desiderio pristinæ dignitatis} .i.

Desiderium.

amissione pristinæ & præteritæ dignitatis. dicitur. n. desideriū proprie de rebus aut amissis, aut quibus caremus Cic. in Lælio, Ego si Scipionis desiderio me moueri negem &c. ergo dixit quia video amisisse pristinam dignitatem. {Tacere} nunquam amplius publice dicere. {Fregit} vicit, mutauit. {Et Cæsaris} duo dixit fregisse consilium suum, ne perpetuo taceret: magnitudinem animi Cæs. qui motus est, vt parceret inimico, & ei in patriam redeūdi potestatem daret: deinde & officium senatus, quem pro tali viro supplicare, & gratias agere Cæs. non puduerat. {Magnitudo an.} .i. magnanimitas, quæ maxime cernitur, in parcēdo inimicis, vt ipse lib. 1. off. Nec vero audiēdi sunt, qui grauiter inimicis irascendum putant idque magni animi & fortis viri esse censent. nihil. n. laudabilius, nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate & clementia. {Officium} humanitas in agendis gratijs, qui a pro restitutione tanti viri non putauit turpe agere gratias Cæs. {Pluribus verbis} vel multis vel pluribus quàm alij. nam habuit orationem, quæ hodie etiam extat, quæ pro M. Marcello inscribitur, quæ incipit, Diuturni silentij. {Priuarim honesto otio} existimabat. n. honestum otiū non ire in senatu, neque pro quoquam aliquid dicere, quo videbatur se priuasse, quia nunc inceperat. & qui semel incepit aliquid agere, non videtur habere honestam causam desinendi. {In ceteris rebus} quibus exigat, vt idem faciam, quod feci in restitutione Marcelli. {Quod} .s. honestū otium. i. tacere. {Erat vnicum solatium} erat mihi solum leuamen dolorum. nam & ipsa oratione Marcellina, dicit se vsum diuturno silentio, partim dolore, partim pudore. {Sed tamen} adducit rationē, quare adductus sit, vt priuaret se hoc otio, ne offenderet voluntatē Cæs. qui existimaret Cic. si perpetuo taceret, hoc facere, quia existimaret remp. Cæsare eam tenente, nullam esse. Ne ergo Cæsar hanc opinionē de se caperet, dicit se dixisse pro M. Marcello, & esse dicturum interdum pro alijs, sed non crebro. {Effugi} vitaui offensionem, ne offenderem voluntatem Cæs. & ei displicerem. {Non putare} hanc remp. .s. esse eo regnante, sed esse penitus perditam. {Modice} seruato modo, non frequentissime. {Hoc} vt veniam ad exercitationem dicendi. {Intra modum} .i. etiam minus quàm modice, q.d. rarissime. {Seruiam} obsequar, obtemperem, satisfaciam. {Et meis studijs} quæ sine exercitatione quodammodo exarescerent, & deficerēt, quia cum omnia alia studia, tum, vero studia eloquentiæ magnam exigunt exercitationem. vt ipse in 1. lib. ad Heren. & in Oratore dicit. {Ars, & doctrina} ars, quæ collectione præceptorū con-

Ars Doctrina.

stat, vt grammatica & rhetorica. doctrina vero exemplis & institutionibus perficitur, vt doctrina philosophiæ, & legum, licet & iurisconsultus artem appellet, largo modo quasi virtutem quandam. artes igitur intellexit, grammaticam, rhetoricam, geometriam, musicam, arithmeticam, quibus omnibus Cic. operam dedit. quia, vt ipse in Oratore ostendit, & Quint. affirmat, sunt necessariæ oratori. {Philosophia} .s. ethica. i. moralis. {Hoc studium} eloquentiæ, & agendi causas. {Ingrauescit} agetur, fit grauius, & magis perfectum. {Credo} duas sub-

Ingrauescit

dit rationes, quare hoc studium quotidie magis ingrauescat, & crescat. Primum, quia ætas eo fit prudentior, quo fit maturior. Deinde quia in his miseris temporibus nullum aliud

habet ſolatium & leuamen moleſtiarum ſuarum. {Credo} ſubaudi ingraueſcit magis quotidie. {Maturitate} perfectione, aptitudine, tractum à fructibus, qui eo ſunt perfectiores & meliores quo maturiores. Virg. Aen. Maturus Aceſtes {Aetatis} ſenilis. {Ad prudentiam} ſicut.n. maturitas fructuum eſt ad dulcedinem, ita ętatis maturitas ad prudentiam, quæ eſt ſenectutis, ſicut teneritas adoleſcentiæ. quanto autem quiſpiam prudentior eſt, tanto aptior eſt ſtudijs philoſophiæ: cuius, vt inquit Ariſt. in 1. ethic. Adoleſceus non eſt capax auditor, propterea ꝙ non eſt multa expertus. {Et his vitijs temporum} .ſ. credo hoc ſtudiũ ingraueſcere. {His vitijs} propter hæc vitia. {Tēporum} quibus nullus locus eſt relictus arti dicendi, neq; in foro neq; in curia, nec amplius retinemus noſtram priſtinam dignitatem. {Vt} ſubaudi ita ingraueſcit. {Vt nulla alia res} præter ſtudia literarum & maxime philoſophiæ. {Leuare} leuem facere. {Moleſtijs} angoribus quos capio de oppreſſione reipu. {A quo ſtudio} .ſ. philoſophiæ. {Abduci} abſtrahi, remoueri. {Negotijs} occupationibus, quæ ſunt tibi maxime in iſta prouincia. {Noctes} tēpora nocturna, quibus refarcies ſtudendo, quæ ſuberabuntur tibi negotijs diurnis: ita.n. facere ſolent ſtudioſi. {Iam noctes} quia incipiunt eſſe longiores. {Seruius} dicit quantũ colatur à Seruio eius filio. {Vel potius} correctio. {Noſter} vtriuſq; noſtrũ: tuus, vt ſupra diximus, natura: meus amore. {Omni probitate} omni bonitate. {Quæ} magis hic ponitur declaratiue, quàm copulatiue: vt ſit, {Quæ} hoc eſt, {Sũma virtute} præcipua & egregia ante omnes æquales ſuos. {Delector} capio voluptatem. {Tum maxime} & præcipue. {Is} Seruius tuus filius. {Manſione} commemoratione in prouincia Achaia. {Et deceſſione} .i. deceſſu, hoc eſt an ſis manſurus, an deceſſurus. {Mecum} quaſi cum patre, quod eſt ſignum maximæ beneuolentiæ. {Adhuc} hactenus, vſq; ad hunc diem. {Velle} cupere, vt regamus nos, ſicut volet. {Res} conditiones rerum. {Eiuſmodi} tales. {Nihil poſſit delectare te} nihil poſſit tibi afferre voluptatem & eſſe iucundum. {Præter tuos} exceptis tuis, quia de reliquis potius caperes moleſtiam quàm voluptatem. {De reliquis} quæ Romæ ſunt. {Ipſo} Cæſ. cui natura dedit ſingularem clementiam. {Ceteri} qui ſunt apud Cæſ. {Et cetera} quæ ab eis geruntur. {Eiuſmodi} talis conditionis. {Alterutrum} vel audire, vel videre. {Malis} potius velis. {Quàm videre} quia minor eſt dolor, vt inferius dicet, in ſenſu aurium, quàm in ſenſu oculorum, hoc eſt in audiendo, q̃ videndo. {Conſilium} quod damus tibi, vt malis audire q̃ videre. hoc eſt vt malis abeſſet, quàm venire Romam. {Minime eſt iucundum} minime eſt gratũ, quia do tibi intutus, quoniã vellem te videre. {Sed conſulimus tibi} .i. proſpicimus tibi, & vtilitatem tuã quærimus, quæ eſt vt abſis: non autem voluptatem noſtram, quæ eſſet, ſi Romam venires, & te videre poſſemus.

ASCEN. Accepto excuſationem} purgauerat ſe Seru. Sulpicius, quòd multas eiuſdē exempli literas miſiſſet, quia dubitaret, an priores eſſent perlatæ; & quòd inopia ſermonis alterius exempli ſcribere nequiret. quarum excuſationum priorem Cic. accipit, non poſteriorem. Laudat deinde conſilium Seruij, quo Achaicum negotium non recuſauerat. hortaturq; eum tacite Cæſ. clementiæ confidere. & filium rurſus laudat. Ordo eſt. Accipio.i. approbo excuſationem tuã, qua vſus es, cur dediſſes ad me ſæpius literas eodem exemplo.i. eadem forma verborum, ſed accipio.i. approbo eam ex ea parte, quatenus ſcribis fieri aut negligentia, aut improbitate eorũ qui epiſtolas accipiant .ſ. perferendas, ne perferantur ad nos. Ego nec noſco.i. deprehendo in ſcriptis tuis, nec probo illam partem excuſationis, quam tu ſcribis te mittere ſæpius epiſtolas iiſdem verbis, paupertate.i. inopia, (ſic.n. appellas) orationis.i. rationis dicendi. Ego ipſe, quem tu dicis per iocũ, ego.n. accipio.i. intelligo ſic .ſ. te id dicere, habere diuitias orationis, agnoſco me non eſſe admodũ.i. valde, inopem verborũ. Enim.i. quia, non eſt neceſſe. εἰρωνεύεσθαι.i. ironice, ac diſſimulanter loqui, ſed tamen id .ſ. ego, nec εἰρωνευόμενος.i. ironice loquens, ſed vere, & ex animo, hoc .ſ. quod dicam, cedo facile.i. fateor me ſuccumbere, ſubtilitati & elegantiæ tuorum ſcriptorum, q.d. ſincere loquens, nec te inopem ſermonis, nec ditiorem quàm ego ſim, æſtimo. Cum ego ſemper approbaſſem hoc conſilium tuũ quo vſum.i. cum ſis eo vſus, ſcribis te non recuſauiſſe hoc negotium Achaicum.i. quod publice geris in Achaia: tum probaui multo magis proximis literis tuis lectis. Omnes enim cauſæ, quas comemoras, ſunt iuſtiſſimæ & digniſſime tua auctoritate, & prudentia.i. quæ à te tal. viro approbarentur, aut quæ te tam prudentem & magnum virum ad hoc adducerent. Quod exiſtimas rem cecidiſſe aliter, atque.i. quàm ſis opinatus, ego nullo modo aſſentior.i. aſtipulor, & cōcedo tibi id, ſed quia tanta perturbatio & confuſio rerum eſt, omnia iacent ita perculſa & proſtrata fœdiſſimo, quia ciuili & inter affines, bello, vt is locus videatur cuique miſerrimus, vbi ipſe ſit propterea.i. & ideo tu & .i. ſimul pœnitet te conſilij tui, & .i. ſimul, nos qui ſumus domi, videmur tibi beati. At.i. ſed, ſup. tu videris nobis contra.i. econtrario, non quidem vacuus moleſtijs.i. omnino ſine moleſtijs, ſed beatus præ nobis.i. reſpectu noſtri.i. atque tua conditio.i. fortuna, aut forma viuēdi, eſt melior quàm noſtra, hoc ipſo.i. propter hoc ipſum, quod tu audes ſcribere quid doleas nos ne quidem.i. non ſaltem poſſumus id .ſ. ſcribere quid doleamus, tuto.i. ſine periculo nec id ſup. accidit vitio victoris .ſ. Cæſaris, quo nihil ſupp. eſt moderatius.i. temperantius, vtens victoria, ſed ſup. vitio ipſius victoriæ, quæ eſt ſemper inſolens i. immoderata & ſuperba ſup. in bellis ciuilibus eo quòd domi ſemper habet, qui victor eſt, occultos hoſtes reliquos. Nã vicimus te.i. beatitudinem tuam ſuperauimus, vno.i. vna re quòd cognouimus de ſalute Marcelli collegæ tui .ſ. in cōſulatu, cui Cæſ. ignouit paulo.i. modico ante quàm tu etiam, me hercle quod vidimus quemadmodum ea res.i. reconciliatio Marcelli agebatur. Nam exiſtimes.i. cenſeas ſic, nihil aliud actum eſſe cum dignitate, poſt has miſerias, id eſt poſtquam cœptum eſt diſceptari armis de iure publico, id eſt imperij Romani. vnde Luſi. Iuſq; datum ſceleri. Nam & ipſe Cæſar, acerbitate.i. pertinaci conſtantia Marcelli, ipſe.n. Cæſar appellabat ſup. conſtãtiam Marcelli, ſic, id eſt acerbitatem, caſtigata.i. reprehenſa, & æquitate & prudentia tua laudata honorificentiſſime, dixit repente præter ſpem ſe ne quidem.i. non ſaltem cauſa hominis.i. licet Marcellus nimis acerbus eſſet, ſe negaturum ſenatui rogãti de Marcello.i. reductione Marcelli in vrbem cum bona venia Cęſaris. Autem.i. ſed, ſenatus fecerat hoc .ſ. quod dicet, vt eum mentio facta eſſet de Marcello à L. Piſone. Et cum Marcellus .ſ. Lucius frater M. Marcelli abieciſſet ſe ad pedes Cæſaris .ſ. Iulij, ipſe .ſ. ſenatus, cōſurgeret cunctus.i. ſimul totus & accederet ſupplex ad Cæſ. Noli quęrere ſup. quomodo Cęſar ſenatum ad ſe accedētem acceperit, quia hic dies, quo hæc contigerunt, viſus eſt mihi ita pulcher, vt viderer .ſ. mihi, videre aliquam ſpeciem.i. repræſentationem & effigiem, quaſi reuiſcentis.i. iterum vitam capientis & renaſcentis reip. Itaque cum omnes rogati .ſ. ſententiam ante me.i. antequam ego, egiſſent gratias Cæſari, de reuocatione M. Marcelli præter Volcatium. Is.n. negauit ſe eſſe facturum.i. rediturum ad Cæſarem, aut eius gratiam, ſi eſſet eo loco .ſ. quo Marcellus .ſ. in eo ſtatu. ſunt qui intelligant in eũ locum.i. in ſenatu, & negauit ſe facturum, vt ageret gratias ſed turpiter errant: quomodo enim rogari poterat ſententiam, ſi non erat in ſenatu. Rogatum antè fuiſſe indicat particula præter. Ego rogatus .ſ. ſententiam de reditu Marcelli, mutaui conſilium meũ. Nam ſtatuerã tacere in perpetuũ .ſ. in ſenatu.i.n. illam ſeniam dicere. non mehercule .ſ. ita iudicante ac tractãte, vt verũdico ſup. id ſtatueram inertia.i. propter inertiã.i. carentiam artis & induſtrię, ſed deſiderio dignitatis priſtinæ.i. prius habite. Et.i. ſimul magnitudo animi Cęſaris, & .i. ſimul officiũ ſenatus, qui ita pro Marcello interceſſit, fregit hoc conſilium meum de perpetuo ſilentio in ſenatu habendo. itaq; egi Cæſari gratias pluribus verbis .ſ. q̃ conſtitueram, aut pluribus.i. verbis multis. Neq; propterea ꝙ ſemel ſeniam dixi metuo me priuari otio honeſto.i. vacatione à negotio reip. decenti etiam in ceteris rebus, quod .ſ. otium, erat vnum.i. ſolum ſolatium in malis. Sed tamen quoniam effugi offenſionem eius .ſ. Cæſaris qui arbitraretur fortaſſe me non putare.i. cenſere, hanc quæ nunc eſt, ſup. eſſe remp. ſi tacerem perpetuo, ego faciã hoc modice.i. parce loquar in ſenatu, aut etiam intra. alij legunt infra, aut citra.i. non vſq; ad modum.i. iuſtam mēſuram: ſed ſicut dicimus extra modum pro ſupra modum, ita intra modum pro infra modum, vt ſeruiam.i. vt ſeruiam & obſequar, & .i. ſimul, voluntati eius, & i. ſimul, ſtudijs meis. Nam etſi.i. quanquam, omnis ars & doctrina liberalis & maxime philoſophia .ſ. moralis, delectauit me à prima ætate, tamen hoc ſtudium .ſ. philoſophiæ, ingraueſcit.i. fit grauius & maioris auctoritatis quotidie, credo & .i. ſimul maturitate ætatis ad prudentiam: quia iuuenes auctore philoſopho ſunt philoſophię moralis inutiles auditores, eo quòd mores probati eis non ſapiunt. & his vitijs.i. propter hæc vitia temporum, quę tanta ſunt, vt nulla alia res præter philoſophiam poſſit leuare animum à moleſtijs. Conſulto in multis locis ab expoſitione Hubertini diſcedo. is.n. ita expoſuit, hoc ſtudiũ eloquentię & agendi gratias. Sed errat. nã ideo

intra

intra modum dicit se dicturum sententiam iam vt studijs suis inseruiat non quidē eloquentiæ, sed philosophiæ moralis. Quę studia licet illi in prima ætate iucunda fuerint: tñ eorum auctoritas & amor cum ętate crescit, præsertim ea malitia temporũ, qua non licebat in senatu & iudicijs eloquentiam exercere. A quo studio .s. philosophiæ, ego intelligo ex tuis literis, te abduci negotijs .i. per negotia: sed tñ noctes, quæ longiores tunc fiebāt, adiuuabunt te iam .i. deinceps, aliquid .i. in aliquo. Non ergo de eloquentiæ, sed philosophiæ studio locutus est. non .n. eloquentia noctu exercetur. Seruius tuus .s. filius, vel potius noster .s. cōmunis filius, tuus per naturam, meus per amorem paternum, colit .i. veneratur me summa obseruātia. Cuius .s. Seruij tui, ego delector eū .s. ita sit ꝙ delector, omni probitate, & summa virtute, tum sup. multo verius est ꝙ delector studijs & doctrina. Is .s. Ser. communicat .i. cum familiaritate loquitur mecum sæpe de māsione, aut discessione tua .s. in, aut de prouincia. Ego sum adhuc in hac snia, vt nihil faciamus nisi ꝙ Cæsar videatur velle maxime. Res sunt eiusmodi .i. ita se habent, vt si sis Romæ, nihil possit delectare te præter tuos. de reliquis .i. inter reliquos, qui nō sunt tui, nihil est melius ipso Cæsare, cæteri .i. hoĩes, &c. nēgotia sup. sunt, eiusmodi .i. talia, vt si sit necesse alterutrum .i. vnum duorum, aut videre, aut audire ea, tu malis .i. magis velis audire ea, quàm videre. Hoc consilium nostrum .s. quo deterremus te à videndis, quæ Romæ fiant, est minime .i. omnino non iucundum nobis, qui cupimus videre te, sed nos, consulimus .i. prospicimus, & vale consilium damus tibi. Vale.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Perfectum consolationis exemplum est ista epistola, eiuscemodi argumentis instructa, vt non solum dolores luctusq; quoslibet lenire, sed & plane tollere possit.

SVLPICIVS S. D. CICERONI. 5

POSTEAQVAM mihi renuntiatum est de obitu Tulliæ filiæ tuæ; sanequam pro eo, ac debui, grauiter, molesteq́; tuli, communemq́; eam calamitatem existimaui: qui si istic affuissem, neq; tibi defuissem, coramq́; meum dolorem tibi declarassem. etsi genus hoc consolationis miserum, atq; acerbum est; propterea quia per quos id fieri debet, propinquos, ac familiares, ipsi pari molestia afficiũtur, neque sine lachrimis multis id conari queunt; ut magis ipsi uideantur aliorum consolatione indigere, quàm alijs posse suum officium præstare: tamen, quæ in præsentia mihi in mentem uenerunt decreui breui ad te perscribere: non quòd ea te fugere existimē: sed quòd forsitan dolore impeditus, minus ea perspicias. Quid est, quòd tātopere te commoueat tuus dolor intestinus? cogita, quē admodum adhuc fortuna nobiscum egerit: ea nobis erepta esse, quæ hominibus non minus, quàm liberi, cara esse debent, patriam, honestatem, dignitatem, honores omnes. hoc uno incommodo addito quid ad dolorem adiungi potuit? aut qui non in illis rebus exercitatus animus callere iam debet, atq; omnia minoris æstimare? an illius uicem, credo, doles? quoties in eam cogitationem necesse est & tu ueneris, & nos sæpe incidimus, hisce temporibus non pessime cum ijs esse actum, quibus sine dolore licitum est mortem cum uita cōmutare. quid autem fuit, quod illam hoc tempore ad uiuendum magnopere inuitare posset? quæ res? quę spes? quod animi solatium? ut cum aliquo adolescente primario coniuncta ętatem ageret? licitum est tibi, credo, pro tua dignitate, ex hac iuuentute generum deligere, cuius fidei liberos tuos te tuto committere putares. an ut ea liberos ex sese pareret, quos cum florentes uideret, lætaretur? qui rem à parente traditam per se tenere possent, honores ordinatim petituri essent in rep. in amicorum negotijs liberalitate sua uterentur? quid horum fuit, quod non prius, quàm datum, ademptum sit? at uero malum est liberos amittere: malum, nisi hoc peius sit, hæc sufferre, et perpeti. Quæ res mihi non mediocrem consolationem attulit, uolo tibi commemorare; si forte eadem res tibi minuere dolorem possit. Ex Asia rediens, cum ab Aegina Megaram uersus nauigarem, cœpi regiones circuncirca prospicere. post me erat Aegina, ante Megara, dextra Piræeus, sinistra Corinthus; quæ oppida quodam tempore florentissima fuerunt, nunc prostrata, & diruta ante oculos iacent. cępi egomet mecum sic cogitares: Hem, nos homunculi indignamur, si quis nostrũ interijt, aut occisus est, quorum uita breuior esse debet, cum uno loco tot oppidum cadauera proiecta iaceant? uis ne tu te Serui cohibere, & meminisse hominē te esse natum? credi mihi, cogitatione ea nō mediocriter sum confirmatus. hoc idem, si tibi uidetur, fac ante oculos tibi proponas. modo uno tempore tot uiri clarissimi interierunt: de imperio præterea tanta diminutio facta est omnes prouinciæ conquassatæ sunt: in unius mulierculæ animula iactura facta sit, tantopere commoueris? quæ si hoc tempore nō suum diem obijsset; paucis post annis tamen ei moriendum fuit, quoniam homo nata fuerat. Etiam tu ab hisce rebus animum, ac cogitationē tuam auoca: atq; ea potius reminiscere, quæ digna tua persona sunt: illam, quandiu ei opus fuerat, uixisse: una cum rep. fuisse: te patrem suum prætorem, cōsulem, augurem uidisse: adolescentibus primarijs nuptam fuisse: omnibus bonis prope perfunctam esse: cum resp. occideret, uita excessisse. quid est, quod tu, aut illa cum fortuna hoc nomine queri possitis? Deniq; noli te obliuisci Ciceronē esse, & eum, qui alijs consueueris pręcipere, & dare consiliũ; neq; imitari malos medicos, qui in alienis morbis profitentur se tenere medicinæ scientiam, ipsi se curare non possunt: sed potius, quæ alijs tute præcipere soles, ea tute tibi subijce, atq; apud animum propone. NVLLVS dolor est, quem nō longinquitas temporis minuat, atq; molliat. hoc te expectare tempus tibi turpe est, ac non ei rei sapientia tua te* occurrere. quòd si quis etiam inferis sensus est: qui illius amor in te fuit, pietasq́; in omnes suos, hoc certe illa te facere non uult. da hoc illi mortuæ: da ceteris amicis, & familiaribus, qui tuo dolore mærent: da patriæ; ut, si qua in re opus sit, opera, & cōsilio tuo uti possit. Deniq;, quoniam in eam fortunam deuenimus, ut etiam huic rei nobis seruiendum sit, noli cōmittere, ut quisquam te putet nō tam filiam, quàm reip. tempora, & aliorum uictoriam lugere. Plura me ad te de hac re scribere pudet, ne uidear prudentiæ tuæ diffidere. quare, si hoc unum proposuero, finē faciam scribendi. Vidimus aliquoties secundam pulcherrime te ferre fortunam, magnamq́; ex ea re te laudem adipisci. fac aliquando intelligamus, aduersam quoq; te ęque ferre posse, neq; id maius, quàm debeat, tibi onus uideri; ne ex omnibus uirtutibus hęc una tibi uideatur deesse. Quod ad me attinet, cùm te tranquilliore esse animo cognouero, de ijs rebus, quę hic geruntur, quēadmodumq́; se prouincia habeat, certiorem faciat. Vale.*

epist. 18. lib. 7.

ad Attic: epist. 12. lib. 12.

POSTEAQVAM.] Tulliola, Cic. filia, quæ primo nupserat Pisoni Crassipedi: deinde Dolabellæ post mortē Pisonis, tanti fuit ingenij, & morum suauitatis, & elegātiæ, vt merito ita à patre amaretur, vt sæpe animulam suam appellaret, nunquam tantis molestijs augeretur, quin eas omnes in sermone filiæ deponeret. Ea mortua, iam tēp. occupata, & op-

NVBERE. immo tres fuere, Piso, Crassipedes, Dolabella.

& oppressa à Cæs. cum inconsolabiliter doleret Cic. Ser. Sulpicius, eius amicissimus, vir magno ingenio, & præstanti doctrina, hac epistola elegantissima eum consolandum duxit, adductus & collectis vndiq; & rationibus & exẽplis, quæ possent omnem dolorem non modo lenire, verum etiam ferè penitus tollere. arguit. n. & à necessitate generali moriendi, & ab auctoritate, & dignitate, & sapientia Cic. quem non decet lachrymis luctuiq; indulgere. Deinde ostendit hunc obitum eo tẽpore vtiliter filiæ suæ contigisse, vt magis quodammodo ei gratulãdum sit q̃ dolendum. {Renuntiatum} .i. nuntiatum, compositũ pro simplici. {Obitu} morte: obire. n. quod nunc simpliciter mori significat, apud antiquos cũ additione ponebatur, vt obijt mortem. Virg. Morte obita qualis fama est volitare figuras. Iuuen. Sine additione posuit: Magnus ciuis obit, & formidatus Othoni. Significat. n. adire, vnde obire mortem est ire ad mortẽ. {Sane quàm pro eo} ordo est, sanè tuli q̃ grauiter ac moleste pro eo ac debui. vñ aliquantulũ durus ordo, & durior adaptatio verborum: sed quamuis hic fuerit doctissimus, non tñ habuit eam facilitatem, quam Cice. {Quàm grauiter} notandũ hic, quàm iunctum cum positiuo, quod apud Cic. aut nusquam, aut rarissime reperitur. {Ac debui} qui exponũt sicut debui, nõ satis probant quod dñr, cum ac non id significet, sed potius dicendũ est, ac debui .i. & debui. s. ferre grauiter & moleste, q a sunt tibi amicissimus. {Communem} non generalem omnibus, vt quidam interpretatur, sed & meam, & tuam, vt supra in j. epist. huius 4. lib. quidquid cõmuni consilio statuerimus. Cõmunem autem, quia amicorum omnia sunt cõmunia. {Qui} s. ego. {Istic} Romæ. {Defuissem} consolando. {Coram} apud te, in conspectu tuo. {Meũ dolorem} vt intelligeres te à me amari, & tu æquius ferres tuũ. nam, vt inquit Cicero in Lælio, Aduersa quo pacto ferre possemus, nisi essent, qui grauius ac nos ferrent? {Hoc genus} quo ego vtor. {Durum} difficile. {Ipsũ} .i. propinqui & familiares. {Ea} quæ ad consolationem pertinent. {Pari} æquali ei, quem consulaturi sunt. {Id tu} .s. consolari. {Conari} tentare, efficere. {Vt} subauditur ita vt. {Suum officium} consolãdi. quod ideo dixit officiũ, quia ad amicos pertinet. {Tamen} quãuis durum sit hoc genus consolationis, quia pari molestia afficior. {Venerunt in mentem} quæ recordatione & cogitatione complexus sum. {Breui} .i. paucis verbis. & captat docilitatẽ .i. audiendi attentionem. {Non quòd} non quia. {Ea fugere} .i. ea à te ignorari. {Minus perspicias} minus nunc ea consideres q̃ ego. {Quid} .q. d. nihil. & est interrogatio. {Commoueat} cõmouere & perturbare debeat. {Dolor intestinus} dolor interior dolor animi: quia est etiam dolor exterior, vt est dolor capitis, & ceterorum membrorum. interdum est ex percussione aliqua. {Cogita} vult arguere sæpius hoc incommodum esse æquo animo ferẽdum, cum necesse fuerit ferre, quæ multo maiora fuerunt quæ quidem enumerat. {Quemadmodum} quàm male & acerbe. {Egerit nob.} nos tractauerit. {Esse} .s. cogita. {Quàm liberi} quos tu tantopere luges. nam liberorum, appellatione, etiam vna filia intelligitur, vt infra videbimus: & Terent. Cui tu liberos committas tuos. {Patriam} .s. ereptam nobis, quia occupata est à tyranno. {Honestatem} ratione honeste viuendi, quia nemini licet dicere quod sentit. {Dignitatem} auctoritatem, & locum, quem quisq; habeat pro cõditione sua. {Honores} administrationes magistratuum, qui honores dñr, vt consolatus & prætura: quæ propriæ honor dicitur, vnde ius honorarium .i. ius prætoris. Ouid. j. Fast. Verbaq; honoratus libera prætor habet. Reliqui tñ magistratus etiam largo modo honores dñr, vt paulo infra, Honores ordinatim petituri essent. Luc. Ille semel raptos nũquam dimittet honores. {Hoc vno} hoc solo de obitu filiæ tuæ. {Quid adiungi p.} quid addi ad dolorem, quẽ ex supradictis rebus capiebamus. q. d. nihil, quia tantus erat dolor ex amissione prædictarum rerum, vt addito hoc incõmodo filiæ tuæ nihil tñ potuerit addi ad illum tñ dolore, quia nihil est ferè in comparatione illius. {Aut qui} alia ratio, quia ab assuetis non est tanta passio. dicit ergo, animus illis incommodis ex doloribus de amissione patriæ honorũ & dignitatis nonne iam debet fecisse callum, & ita indurauisse, vt non iam sentiat hunc nouum dolorem? {Exercitatus} assuetus, versatus. {Tu in illis reb.} in incõmodis reip. & amissionibus prædictarum. {Qui} quo. aut cur. Horat. Qui fit Mecœnas, vt nemo quam sibi sorte. Seu ratio dederit, seu sors obiecerit vlla. Cõtentus viuat, qui. n. accipitur pro quo modo, aut cur. {Non debet callere} .i. iam fecisse callum & assuetudinem. & est translatio. Est. n. callus durities carnis, quæ fit p p assiduitatem laboris. {Omnia} quæ accidunt aduersa. {Minoris æstimare} .i. minoris facere q̃ si nunquam expertus esset mala. {An illius} *incipit confutare* singula, quæ Cic. obijcere posset. {Vicem} sortẽm, *fortunã* mori. {Quoties} .q. d. sæpissime. Est autem sensus cum interrogatione. quàm sæpe ò Cice. necesse fuit, vt tu deueneris, & ego inciderim in eam cogitationẽ. quod feliciter euenit ijs, qui potuerunt ijs temporibus mori sine dolore. {Veneris} sponte. {Et nos inc.} .i. casu deuenimus, cum non curaremus id cogitare. {Non esse actum pessime cum ijs} .i. non male. eleganter. n. dicimus, Bene est actum mecum, pro eo quod est, mihi bene euenit. {Quibus lic.} .i. qui potuerunt mortem cum vita commutare, id est, mori. {Sine dolore} .s. amissæ patriæ & dignitatis, &c. {Quid autem} occurrit alteri obiectioni, ostenditq; nihil fuisse ijs temporibus, quare valde debuisset optare vitam. & commemorat ferè, quæ solent homines ad vitæ cupiditatem inuitare. {Quid fuit} .q. d. nihil. {Inuitare} allicere, hortari. {Quæ res} præsentis temporis. {Quæ spes} futuri. {Quod solatium} quæ recreatio animi in multis malis. {Vt cum al.} quia dixit nihil esse, quod posset eam inuitare ad viuendũ, percurrit omnia, quę potuissent inuitare. & ostendit partim ei contigisse, partim talia esse, vt ne optanda quidem fuerint. {Ageret ætatem} viueret toto tempore vitæ suæ sine diuortio. {Licitum est tibi} respondet supradictæ obiectioni, & vt multi volunt, ostendit eam non debuisse optare vitam p p hoc, quia in tota iuuentute Romana, quæ erat valde corrupta, non potuisset eligi maritus Tullię, sicut exigebat dignitas ipsius Cic. dicit ergo, Licitum est tibi, cũ interrogatione .i. potuisti. {Deligere} optare, excerpere, q. d. nõ. {Ex hac iuuentute} q. d. tam mala & corrupta. placet tñ melius vt affirmatiue dicat .i. potuisti, credo, eligere ex iuuentute R. generum te dignum, vt si hoc debuerit ipsam inuitare ad vitam, ostendit, ei non primarijs defuisse, quia infra dicet, adolescentibus primarijs nuptam fuisse. & sic sentio dicendum. {Liberos tuos} tuam filiam, vt supradiximus. {An} subaudi hoc poterat eam inuitare ad viuendum. {Florentes} prospera fortuna vtentes {Lętaretur} quia nulla re magis lætantur parentes, quàm felicitate filiorum. Virgil. Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus. {Rem} patrimonium. {Honores} magistratus. {Ordinatim} gradatim: quia primo petuntur minores, deinde maiores. {Liber.} defendendo amicos, & adiuuando rempub. ex quibus duabus rebus maximam gloriam comparabant adolescentes Romani, vt docet Cic. in off. {Quid horũm} q. d. nihil. & ita ostendit, ea non fuisse optanda. {Ademptum} sublatum, ereptũ nobis. {Priusquam datum sit} hoc est impossibile, vt aliquid nobis adimatur priusquam detur, sed philosophice locutus est. Harum. n. rerum tam breuis est vsus, vt videãtur nobis eripi priusquam dari. {At vero} alia obiectio, quàm malum sit admittere filios. {Nisi} q. d. concederẽ, nisi etiam esset peius pati, quæ nunc fiunt in vrbe, quæ si patimur. quare non debemus pati amissionem filiorum. {Sufferre & perpeti} plus semper significant pati & perpeti, quàm sufferre. hoc. n. molestiam solum corporis, alia vero etiam animi significãt. Horat. in epist. Rure meo possum quiduis perferre patiq;. {Quæ res} ordo est, volo tibi commemorare, quæ res attulit mihi consolationem, &c. {Commemorare} exponere. {Eadem res} quæ mihi attulit consolationem. {Ego} ostendit Ser. omnia subiecta esse morti, & exitio necessitate naturæ vel casu. {Aegina} vrbs Aeaci, quam à nomine matris Aeginæ appellauit. in qua habitarunt Myrmidones, qui ex formicis s m fabulas facti sunt hoies. prius appellata est Oenopia, teste Ouid. lib. 7. Metam. Oenopiam veteres appellauere, sed ipse Aeacus Aeginam matris de nomine dixit. Ea autẽ fuit, teste Pomp. circa Peloponneson in ęgeo epidaurico litori proxima. Megara vero vrbs fuit olim in Attica, auctore Str. lib. 9. Pomp. dicit esse in Megaride, quæ est in Thessalia. hæc olim dicta est Alchatoe. nota est infortunio Nisi regis, à Sylla filia crine purpureo spoliati, vt scrib. Ouid. late circa principium lib. 8. Met. Sunt aũt in Europa. nec videatur inconueniens, quia dixerit, ex Asia rediens Potuerat. n. ex Asia rẽdiẽs ad has vrbes Europæ peruenisse: vt si quis dicat, ex Hispania rediens cum Mediolanum versus irem, non tñ sequitur, q Mediolanũ sit in Hispania. {Ab Aegina} ex Asia. n. redeunti prius occurrit Aegina. {Circuncirca} ab omni parte. {Post me} retro me, quia ab eo discesseram. {Piræeus} .i. in Attica. fuit vrbs portus Atheniensium. {Corinthus} fuit vrbs Achaiæ sub Isthmo medio maris Ionij & Aegei, aliqñ cognominata Corcyra. auctore Str. postea Ephyræ. deinde instaurata à Corintho Orestis filio, Corinthus est appellata. olim celeberrima & ditissima: frequentata à nautis & mercatoribus p p multitudinem meretricum, quæ illic habitabant. {Quæ oppida} .i. vrbs. nam & oppidũ pro vrbe ponitur.

Obeo

Quàm iunctum cũ positiuo. Ac.

Conari

Dignitas Honores

Callus

Bene est actum mecũ.

Sufferre Patior Perpetior

ponitur. Virg. lib. j. Georg. Ascræumq; cano Romana per oppida carmen. {Quodam tempore} q.d. remoto à memoria ætatis nostræ olim. {Prostrata} deiecta. {Diruta} ruinosa. {Hem} Interiectio corripientis seipsum, vel indignátis. {Homunculi} viles homines. est.n. dimin. Item & homuncio, & humulus, & homululus. {Indignamur} moleste ferimus. {Nostrum} hominum. {Interijt} morte naturali consumptus est. {Occisus} ab aliquo interemptus. {Quorum} hominum. {Breuior} quia vrbes comparatione hominum videntur habituræ æternitatem. {Cadauera} de vrbibus dixit translatiue ab hominibus. {Vise} adhuc sunt verba, quæ secum cogitauit. {Cohibere} reprimere, colligere te, & ad rationé reducere. {Hominem} q.d. mortalem & corruptibilem. {Crede} iam conuertit sermonem suũ ad Cic. {Confirmatus} corroboratus contra dolorem. {Idem} quod ego feci} vt tu similiter cogites. {Proponas ante oculos} fingas te videre. {Modo} paulo ante, cum gerebantur bella ciuilia. {Tot viri} Pomp. M. Cato & alij quamplurimi. {De imperio} nostro R. {Cóquassatæ} magna clade perculsæ. {Omnes} Luc. Totis pugnatum est viribus orbis. {Mulierculæ} consulationis gratia vsus est diminutiuo, & ad id refertur, quod dixit, tot viri clarissimi. {Animula} q.d. quæ non erat, si vixisset, res vllas magnas factura. {Iactura} amissio. dicimus autem feci iacturam in mortem patris, non autem habui, vel accepi iacturã. {Tantopere} tam vehementer, tam inconsolabiliter. {Fuit moriendum} necessario fuerat moritura. {Paucis post annis} q.d. igitur accessio paucorum annorum eam iuuare potuisset. {Nata homo} quòd animal ex parte diffinitionis suæ mortale est.

Etiam

{Etiam} non copulatiua est particula in hoc loco, sed hortãtis ponitur, etiam pro eia. {Hisce} talibus quibus doles. {Auoca} collige. {Reminiscere} recordare, reduc in memoriã. {Tua persona} conditione, & qualitate tua. Cic. in j. offic. Intelligendum est etiam duabus nos à natura indutos esse personis, alias significat laruam.

Persona

{Illam} s. reminiscere. {Vna cum rep.} i. vixisse, cum viueret resp. {Prætorem, cõsulem, augurem} his omnibus magistratibus functus est Cice. {Vidisse} quod potuit ei multũ satisfecisse ad uitam: quia non poterat te videre maiorem. {Primarijs} ex primis, & optimis vrbis nostræ, Pisoni, & Dolabellæ. {Bonis} commodis fortunæ. {Perfunctam} vsam. {Occideret} periret, quia amissa rep. quid solatij in vita habere potuerat? Quid est} q.d. nihil. {Hoc nomine} hac causa mortis. {Denique} post multas rationes deponendi doloris. {Ciceronem} q.d. tantum & talem virum, de quo tanta est apud omnes opinio. {Et eum} s. te esse. {Præcipere} præcepta dare fortitudinis, & constantiæ. quod maxime fecit in libris officiorum. {Neque imitare} sequere. & est modi imperatiui. imitamur autem mores, facta & dicta & gestus: sequimur vero corpus, & sequi interdum pro imitari ponitur, vt Tullij filius non est secutus patré: imitari vero nunquam pro sequi ponitur. neq;.n. recte dicimus, tu præcedis, ego te imitor: sed potius sequor dicédum est.

Imitari
Sequi

{Malos} imperitos. {Profitentur} aperte dicunt. {Tenere} habere. {Tute} tu ipse. {Nam te adiectio est. {Subijce} præpone ad cõsolationem. {Longinquitas} diuturnitas. {Molliat} mitiget, si penitus auferre non potest. {Hoc tempus} venturum. quod minuat dolorem. {Non occurrere ei rei} i. non præuenire, & anticipare eam rem. s. medicinam temporum. {Tua sapiẽtia} per tuam sapientiam, quæ debet tibi auferre eum dolorem, quem tempus auferret, {Si quis sensus inferis} i. si in morte est aliqs sensus, qui certe est. {Inferis} mortuis. quia ad inferos descedũt, vt credebant antiqui. vt Ouid. Tendimus huc omnes. Iuuen. Esse aliquos manes & subterranea regna. Et paulo post, Illuc heu miseri traducimur. {Qui} ordo est, illa non vult te facere: hoc pro illo amore, quia amor illius fuit in te, & pro illa pietate, quæ pietas illius fuit in omnes suos. {Da} concede, quia non vult te hoc facere.

Da

{Mœrens tuo dol.} mœrent quia doles. Virg. Et nostro doluisti sæpe dolore. {Consilio tuo} quo non posset vti, si premeteris luctu filiæ amissæ. {Deniq;} vltima ratio consolationis. & est sensus. Deniq; quoniam deuenimus in eã fortunam, vt ſm aliorum iudicium viuere oporteat, noli facere, vt quisquam existimet, si diusius fueris in luctu, te potius lugere, quia Cæs. occupauerit remp. & victor fuerit, quàm ꝙ filiã amiseris. {In eam fortunam} ſm hanc conditionem malam. nam cũ fortuna & bona & mala dicatur, pro locis intelligere debemus. {Seruiendum huic rei} obtemperandum huic rei, vt sequamur tempora. {Committere} efficere. {Tempora reip.} mutata & mala. {Aliorum} Cæsarianorum, quos fortasse offendemus, si existimabunt nos lugere, quia victores fuerint, & nobis nihil tamen proderimus. {Diffidere prudentiæ} nõ credere te satis prudentem, si plura præcepta subdidero. Nam intelligenti pauca sufficiunt. {Vnum} quod sequitur. {Pulcherrime} cum magna laude, sine elatione, & superbia. qđ ipse Cic. præcepit in 1. Offi. his verbis: Atq; etiam in rebus prosperis, & ad voluntatem nostram fluentibus, superbiam magnopere, fastidium arrogantiamq; fugiamus. {Aduersam} s. fortunam. vt idem sis in aduersis, qui fuisti in prosperis: qm̃ præclara est æqualitas in omni vita: idemq; semper vultus, eademq; frons. {Neq; videri} subaudi fac intelligamus nõ videri tibi maius onus quàm debeat. i. te non magis moleste ferre, quã postulat iactura tua. quod quidem fieri non debet. Iuuen. Flagrantior æquo. Non debet dolor esse viri, nec vulnere maior. {Ex omnibus virtutibus} quæ in te sunt. {Hæc vna} fortitudo & animi magnitudo in aduersis ferendis. {Trãquillore} quietiore magis sine dolore, qui perturbat ipsum animum. {Hic} in Achaia, cui præsum. {Habeas se} in quo statu sit.

PHIL.

POSTEAQVAM} habuit Cic. Terẽtiam vxorem: ex ea liberos Tulliolam, & Ciceronem procreasse, & illis parũ felix fuisse manifestum est. nam filius haudquaquam bonæ expectationis est habitus. filiam vero Tulliolam cum propter suauitatem vel animi, vel ingenij, & morum ipsius eã tantopere amaret, ꝙ & animulam, & corculum, & animæ suæ dimidium sæpenumero appellarit. Mors acerbissima eo tẽpore intercepit, quo Cæsar in Hispania contra Pompeij filios bellũ gerebat. cuius obitum Cic. grauissime tulit. In eius consolationem multi scripsére, vel ipse Cæsar, qui ex Hispania ad consolandum Cic. literas misit. Item Brutus, & Ser. Sulpicius has ad eum literas dedit, consolationis plenas, & multi consilij. Primo quantum ipse Sulpicius dolorem accepisset, ostendit. Inde seipsum ad consolationis genus accommodat. in quo multas rationes adducit: & argumentatur à necessitate naturæ, cum omnino moriendum sit omnibus: & ab auctoritate, & sapientia Cic. quem ita in luctu esse turpissimum videbatur: & quędam adhuc exempla commemoras, quibus non aliquorum morte dolendum esse demonstrat.

Renuncio
Retego
Refigo

{Renunciat} significatum, multa à re composita contrariam à simplici significationem accipiunt, vt te ego retego, quod est aperio. Figo, refigo, quod fixum erat, euello. Claudio recludo. Signo resigno. Vello reuello. Alia vero complura non sunt huiusmodi: vt est repeto, remaneo, reuello, rescisco: quod proprie est aliquid, postquam gestum scio, quod nesciebam, & renuntio aliquid postquam factum est, alicui significo vel dico, quod nesciebat.

Obire

{De obitu} morte. obire.n. mori significat etiam sine adiuncto. Sed solemus interdum addere mortem vel mortis diem: vt obit mortem, obit mortis dié, & obire diem suum. Quin etiam dicimus obire alias res, vt obire Romam, hoc est ire ad Romam. Enn. Ob Romã noctu legiones ducere cœpit. Obire legationem. fungi officio legationis.

Ob
Obitus

Et ob in compositione non modo significat ad, sed circum, vt obsidere vrbem: alias propter, vt obsides, quasi obsides appellati, qui ob fidem præstandam dantur. & obitus non modo mortem significat, sed occasum signorum: Virg. Nec frustra signorum obitus speculamur, & ortus. Et obitus pro aditu legimus.

Sanè quam

{Sanè quàm} hoc est multum, & valde aduerbia, vt oppido, q̃ q̃ positiuo iunguntur, vt sane q̃ grauiter, & moleste tuli. Et Cecil. ad Cic. sané qui literis Cęsaris sumus commoti. Et Brutus ad eũdem, Sanè q̃ gauisus sum. Liu. Oppido q̃ parua erant. In his sensus est: Postquam intellexi filiam tuam esse mortuam, valde grauiter, & moleste tuli. {Communem} quia amicus: nã amicorum omnia debent esse communia. Cic. in Lęl. {Aduersa} quo pacto ferre possemus, nisi essent, qui grauius ac nos ferrent? proprie dictum inter duos: à con, & munus, quasi munus duorum: his verbis beneuolentiam collegit. {Calamitatem} pro omni detrimento, & infęlicitate calamitas dici potest, sed proprie rustici calamitatem grãdinem dicunt, ꝙ καλαμὸν, hoc est stipulam & calamum, ac segetem comminuat. {Affuissem} pręsens fuissem. {Defuissem} in te consolando. {Genus} more suo pro qualitate. dicit.n. genus hoc consolationis, quod affertur à me tibi est quid minimum, & acerbum: eo ꝙ qui sunt familiares & propinqui, per quos ea consolatio fieri deberet, ipsi ęque dolent ac tu ipse. {Propterea} quia. Ordo est, Propterea, quia ipsi. s. familiares, & propinqui, per quos propinquos & familiares ea consolatio fieri deberet. Quod autem iungi videbatur ipsi, & sic dicere ipsi propinqui, ac familiares, iunxit relatiuo, quod est per quos, & ornatius inquit, per quos ea fieri debet propinquos ac familiares. est.n. hęc rectior, atq; ornatior in relatiuis locutio, qua multi sunt vsi poetę & oratores, vel in primis Cic. Sic.n. habet. de offic. j. Quorum autem officiorum pręce-

pta tra-

pta traditur ea quaquam pertinēt ad finem bonorum, & sic intelligendum non figurate apud Ter. Quas credis esse has, non sunt veræ nuptiæ: & populo quas fec. tiet tabulas. Eodem modo Virg. Vrbem quā statuo vestra est. {Id conari} consolationē afferre. {Lacrymis} Gellius aspirationem addēdam censet. Sed græci δάκρυα dicunt. {Vt} intellige ita vt. {Suum officium} consulandi munus.

In præsentia. In præsentiarum.

{In præsentia} dr & in præsentiarum & tā præteriti sunt temporis, q̄ futuri. Fabius, Quia pauci aderant, non putauit in præsenria differendum. Lucius Anneus Sed si calumniator aderit, differendum in præsentia erit. {In mentem mihi venerunt} quæ cogitaui. Non minus elegāter diceremus, si aut occurrere aut succurrere, aut subire in eadē significatione vteremur. {Decreui breui} paucis verbis huiusmodi desinentias fuge. inconcinnam. n. orationeco efficiunt. Hoc loco atteutum facit {Te fugere} multis id modis venuste dici potest: Te latere, nescire, ignorare, clam te esse, ignatum esse, te fallere, non te capere, te præterire. & à sensu contrario, non minus venuste dicimus. {Perspicias} mediteris {Quid est} consolationis initiū, & narratio earum rerum, quæ ad consolationem pertinent. {Intestinus} adeo magnus, q̄ intus in præcordijs fixus esse videatur, qui dolor est animi interior, quo fit etiam exterior corporis. {Cogita} argumentum à communi, & maiori iactura, quorum comparatione hæc, quæ minora sunt, ęquiore etiam animo ferenda suot. {Quemadmodū} q̄ pessime. {Fortunā} hanc dicit Crispus in omni re dominari. Verum Cicero dicit, Virtuti fortuna ipsa cedit. quod à Xenophonte accepisse videtur. inquit enim. Et alibi Crispus, Fortuna cum moribus immutatur: est. n. hæc inconstans, fragilis, perfida, lubrica, nec quos illustrat, perpetuo fouet, nec quos deserit, perpetuo premit. {Egerit} sese habuerit, nos tractauerit.

Liberi.

{Liberi} pro quibus tu tantopere lamentaris. Pro vno etiam filio, vel filia numero multitudinis liberos appellamus. vt arma, nuptiæ. Sed animaduerte, q̄ vnos, binos, ternos'ue liberos non dicimus, sed duos, tres, quatuor: vt duos habeo liberos, vnum ex concubina, alterum ex vxore. & intellige filium. {Patriam} articulus est. Sed in huiusmodi exornationibus adhibēdis seruandum est, ne nimis crebre collocentur. Inquit. n. ipse ad Heren. Exornationes, si raro disponentur, distinctum sicuti coloribus si crebro collocantur, obliquam reddunt orationem. Hæc autem quæ ipse cōmemorat, vel in primis patria, non minus nobis cara, q̄ liberi esse debent. {Patriam} à Cæsare occupatam. {Honestatem} bene & honeste viuendi rationem. {Et libertatem} libere loquendi. {Dignitatem} auctoritatem in senatu.

Honores

{Honores} magistratus, qui proprie honores appellātur. Luc. Ille semel raptos nunquam deponit honores. {Qui} quō: vt Terēt. Qui vocare. {Hoc vno incommodo} s. morte filiæ. {Quid ad dolorē adiungi potuit} quem ex honoribus amissis capiebam, q. d. nihil, cum is dolor comparatione nihil sit. {In illis rebus} erepta patria, & cæteris.

Exercitatus. Exercitus Callere

{Exercitatus} assuetus, exercitus vero fatigatus. Virg. Nate Iliacis exercita fatis. {Callere} quasi callum iam fecisse, & ita induruisse, vt nullum dolorem nouum sentire posset. Sanè dictum μεταφορικῶς, à callo pedum, vel manuū ex nimia exercitatione perueniente: inde callere etiam dicimus quod optimè nosse. {An illius} confutatio in ea, quæ Cic. potuisset obijcere. {Vicem} locum, & sortem, quæ est mortalis, & tu fortasse velles non viuere p p ista mala reipub. {Cogitationem} s. feliciter ijs euenisse, qui potuerunt sine dolore ex hac vita decedere his miseris temporibus. {Veneris} ex teipso. {Incidimus} casu ducti, cum nobis id cogitare curæ non esset.

Hisce

{Hisce} comicum est, quo etiam oratores, & poetæ vtuntur. Coosueuerunt antiqui de omnibus articularibus per omnes casus addere, vt hicce, huiusce, haecce, hocce. nunc vero his additur casibus, qui exeūt in s, vt huiusce, hisce, hosce, hasce. Et animaduerte vnū, q̄ etiam nominatiuum pluralem hisce antiqui soliti sunt dicere. quod in Eunucho legimus, vt hisce hoc munere arbitrantur suā Thaidē esse. {Non pessime actum} optime euenisse. modus loquēdi elegantissimus, vt bene est actum cū Philethico i. bene Philethico euenit. {Sine dolore} qui non viderunt perditam remp. {Licitū est} potuerunt.

Mori, quos modis dicimus.

{Mortem cum vita cōmutare} mori, quod multis dr modis, vt obire diem suum. Sulpicius: Nuntiatū est Marcellum diem suum obijsse, & oppetere. Virg. Cōtigit oppetere. Addimus & mortem. Cic. de Diuin. ęquius esse censuit se maturam oppetere mortē, q̄ P. Africani filiam migrare de vita. Sine apposito migrare pro mori non dicimus. Cic. Antequā ex hac vita migro, conspicio in meo regno: in his tectis P. Cornelium Scipionem alias excedere, discedere, & decedere dicimus è vita. Cicero, Antonius in ipsa cura, & meditatione adeundi sui muneris excessit è vita. Idem ad curionem: Si ei contigisset, vt ante videret q̄ à vita discederet. Et in Cat. maiore, Idem fieri de statione & præsidio vitæ decederet. Alias defunctum vita, quasi perfunctū vita viuendi munere. Virg. Defunctaq; corpora vita. Alibi, Neq; adhuc crudelibus occubat vmbris. Et nunc cassum lumine lugent. Quid, q̄ agere animā est mori? Cœlius ad Cic. Hortensis qn̄ has literas scripsit, animam agebat. Mart. Attale ne quid agas desis, agas animam. Item perire, interire, extinctū esse, expirare, animam effundere, vitam cum sanguine fundere, vitam fugere, animam linquere, animam exhalare. Virg. Animam exhalasset opinam. & alijs huiusmodi innumerabilibus modis {Hoc tempore} tam misero, & infelici. argumentum ab vtili. vtile fuit illi mori, ne videret infelicia tempora. {Quin autem fuit} altera confutatio obiectionis, quam ei Cic. facere potuisset, & multa commemorat quibus homines ad viuendū magnopere mouentur

Inuitare Spes

{Inuitare} nūc exhortari & trahere. {Quę res} ad præsens. {Spes} ad futurum tempus refertur. {Licitum est} potuisti. {Generum deligere} habuerat. n. duos ex Tulliola generos, primum Crassipedem Pisunein, quem priusquam in Ciliciam iret, extioctum vidit, alterum Cor. Dolabellam.

Committere, Commēdo

{Liberos tuos} Tulliolam dixit. {Committere} plus est q̄ commēdare. Committimus. n. magna, & quæ periculo subiecta sunt. {An} s. poterat illam ad videndum inuitare hoc quod sequitur. {Vt ea} Tulliola. {Florentes} in aliqua dignitate & honore. {Lætaretur} lætantur. n. matres bona filiorum fortuna maiorē in modum. {Rem} hæreditatem. {Ordinatim} ex ordioe senatorio, in quo ante quintum & decimum annum admittebatur nemo, nisi quispiam aliqua præcellenti virtute ornatus & primo minores petebantur magistratus, inde maiores. {In amicorum: negotijs} in defendendis amicis. {Quid horum fuit} nihil. {Prius, q̄ datum} dari. n. ex ijs, quæ diximus, aliquid nō poterat, qm̄ id omne prius à Cæs. ademptum fuerat. vnde datum à parentibus ademptum à Cæs.

Suffero, Patior, Perpetior.

{At vero} alia confutatio obiectionis. {Hæc sufferre, ac perpeti}. s. quæ fiunt in vrbe. & cum ista, quæ in vrbe fiunt, mala patimur, cur etiam filiorum amissionem non patimur? Sufferimus. n. corpore, patimur vero corpore, & animo. Itaq; plus est pati, & perpeti, q̄ sufferre. Terent. in Andr. Facile omnes perferre, ac pati, cū quibus erat. {Quæ res} melius vt cum inferiore sententia coniungamus, q̄ cum superiore, & sic exponamus vt dicat. {Volo tibi commemorare rem} quæ res mihi non mediocrem consolationē attulit si forte, &c.

Volo Asia

{Volo autem ab eo dictum} quod Græci βούλομαι. {Ex Asia} Asia Europæ cooiungitur ad Tanaim fluuium, eam diuidit Taurus mons bifariam, cuius partet ad Aquilonem, partem ad meridiem relinquit. Vnam interiorem Græci, alteram exteriorem appellant. bene ergo rediens ex Asia ingressus Europā vidit oppida, quæ dicit, & sunt in Europa.

Aegina Oenopeia Megara.

{Aegina} hæc vrbs & insula primo Oenopia dicebatur, tn̄ ab Aegina Aesopi filia, q̄ Iup. adamauit, & ex ea Rhadamanthum, & Aea cum filios suscepit, Aegina nominata. de qua Naso sic habet in Met. Oenopia veteres appellauere, sed ipse Aeacus Aeginam matris de nomine dixit. {Megara} Asiæ regionis pars, vt ait Strab. Megaricum solum extitit. sed vrbem ipsam Megaram Heraclidæ, cum fuissent prælio victi, & Megaricam terram tenuissent, mœnibus cinxere. & hæc Megarensium ciuitas, vt idem inquit, multa fortunæ varietate perfuncta est. Habuit & philosophorum studia, quos appellauere Megaricos, qui Euclidi Soc. auditori successere. Est autem Megarensis ager, sicut & Atticus, asper minimeq; ferax: cuius partem ampliorem continent montes, quos oneos. i. Asinarios vocant. Pomp. Mela nō Attica regione, sed in Megaride, quæ quidem etiā in Thessalia dicit esse, nota quidē est fabula regis Nisi & Syllę, quæ, Minois amore corrupta, aureum crinem abrupit patri.

Versus Piræeus

{Versus} semper postponitur dictioni, mutatq; accentum in penult. {Dextra Piræeus} portum & vrbem in Attica regione fuisse docent multi, vel in primis Strab. & Plin. hi. n. locum ipsum maximis laudibus extulerunt, & ibi ædem Iouis Seruatoris esse dixerunt, & Mineruæ templū. de quo loco qūo multa Strab. verba fecisset, tandem sic finem fecit: Pirçum quoq; portum in habitaculorum angustias contraxerunt, & ędem Iouis Seruatoris, porticus ipsa templi admirabiles habet tabulas clarissimorum artificum, in pluuium aūt spectabiles habet statuas. Cæterorum longi muri dissipati fuerunt. Primum quidem Lacedęmonijs emollentibus, postea vero Romanis. Qua tempestate Sylla & Pirçum, & oppidū per obsidionem expugnauit, vrbs ipsa saxum est in plano, quaquauersus habitato. quo in saxo vetustum Mineruæ templum surgit. in quo lucit extinctæ lichnus est, & virginis domus, quam

Ictinus

Corinthus

Ictinus cōdidit, vbi palladium est ex ebore perfectore perfectū opus Phidiæ.{Corinthus} in Achaia vrbs quondam florentissima: quæ Cercyra primo dicta, inde Ephyra, demum cum delata fuisset, & ab Orestis filio restituta, qui Corinthus vocabatur, Corinthi nomen accepit: quam deinde Romani funditus deleuerunt. L.Munio. Postremo iterum à diuo Cæsare restituta est. de quo Strab. sic ait: Corinthus vero deserta diutius manens, à D.Cæsare denuo restituta, p p bonum terræ ipsius ingenium, missis eo colonis frequentibus generis libertinorum, qui rudera solicitantes, & sepulchra refodientes plurima inueniebant fictilia, ostraceaq; toreumata, permulta etiam Aenæa, ornata subinde mirati opera tam fabrefacta nullum indiscussum dimisere sepulchrum. vnde inuētis talibus locupletati, multoq; disponentes pretio, vrbem Romam mortuis repleuere Corinthijs. Sic.n. de sepulchris exceptam prædam nominabant ostraceam.{Oppida florentissima} præsertim Pireus & Corinthus, de qua Corintho sic etiam Strab. loquitur: Ciuitas ipsa Corinthiorum amplissima vsq; fuit & opulentissima, seu viros innumerabiles ad ciuile regimen peritissimos, siue exuuias opificū artes animo vertis.

Met.

Egomet{illud met. assumptiue dicimus potiusquam compositiue, & paragoge est, & in prima persona omnibus casibus iungi præterito, secunda vero in nominatiuo nō ponimus, ne si tumet diceremus, verbum esse videretur, & sciendum, quod aut differentiæ, aut significantiæ causa adiungitur met.

Hem
Homunculus,
Homuncio
Homulus,
Homululus

{Hem}indignantis, & seipsum increpantis aduerb. Quidā vero en legunt, quod non probo.{Homunculi} quæ in o desinunt, si diminutiua sunt, o, in u, conuertunt, & culus accipiunt, vt homo homunculus. Plaut. in rude te, homunculi quāti estis eiecti dicitur homuncio, homulus, & homululus, Plaut. in eodem, homulus ex Argilla & luto factus.{Interijt} natura.{Occisus est}violentia.{Oppidorum} omnes vrbes præter Romā hoc nomine appellantur. Roma vero ab excellentia peculiare vrbis nomen accepit. Dictum sanè oppidum: q illuc opes conferantur.{Cadauera} μεταφορικῶς ab animantibus.{Breuior} comparatione oppidorum.{Vis ne tu te Serui cohibere} quæ secum dicebat Ser. illa cogitans.{Cohibere} ad rationem te ducere & colligere.{Hominem esse natum} & intelligit se moriturum. nam omnia orta occidūt: & Flac. Debemur morti nos nostraq;. Idem, Mortalia facta peribunt.{Confirmatus}ad omnia. s. æquo animo perferenda: quæ nobis affert necessitas naturæ, inter quæ mors in primis numerari potest; videtur ad euitandum arrogantiam, ne tanto viro præcipere videretur.{Tot viri}non modo de Rom. intelligendum esset, sed generaliter dictum.

Interire
Perire

{Interierunt}interire autem est rerum omnium finē habere. Vnde leuior est perire, q̄ interire. Plaut. in captiuis duo, q per virtutem perit, at non interit.{De imperio} non solum de Romano, sed generaliter de omnibus per totum orbem terrarum, sed magis de Romano.{Conquassatæ} nō tam à fortuna, quàm à natura & moribus agitatæ & percussæ magna strage.{Iactura}perditio: feci iacturam dicimus, habui vero, aut accepi iacturam non dicimus.{Mulierculæ animula} non ad displicentiam diminutione est vsus, sed ad comparationem tam præclarissimarum rerum quæ omnes interierunt, & ad consolationem eius, quo tot viri excellētissimi interijssent, interire etiam potuit ista.{Paucis post annis}quū vita nostra breuis est. hinc Naso, Cito pede labitur ætas. & Flac. Heu Postume, Postume labuntur anni. &, Nil est annis velocius.

Post
Clam
Ante
Etiam
Reminiscor.

Post, clam, ante tam accusatiuæ erant prępositiones, q̄ ablatiuæ: vt multis ante diebus, & longo post tempore venit, & sic dictum paucis post annis, quasi q nihil profuisset prorogatio paucorū annorū.{Quū homo nata f.} i. mortalis. omnia.n. quæ nascuntur, occidunt. & hac lege, inquit Cic. nati sumus, vt omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra, neq; esse recusandum, quo minus, quàm nati sumus conditione viuamus: ne ve tam grauiter eos casus feramus, quos nullo consilio vitare possum vt, euentuq; aliorū memoria repetēdo nihil accidisse nobis noui cogitemus.{Etiā} nunc est hortantis.{Ea reminiscere}Accusatiuum exigit: vt recordor.

Persona
Personatus

{Digna tua persona}conditione & qualitate, qui philosophus, qui orator, qui pater patriæ primus omnium appellatus fuisti. Alias persona significat laruam. Vt personati appellantur laruati.{Vixisse}similiter desinens: & articulus: vixit.n. tanto tēpore, quanto resp. in libertate, & pater in dignitate permansit, & ipsa in omni suauitate viuendi versari potuit: nam si diutius vixisset, pfecto vidisset multa, quæ noluisset. Itaq; vtile fuit mori.{Prætorem}primo quæstor fuit in Sicilia, & tūc Romæ penuria rei frumentariæ annonam mittēdam curauit: ædilis yi factus est, postea prætor vrbanus, inde consulatum consecutus, in quo Catilinam, Galbam, C.Ant. & Q.Cornificiū cōpetitores habuisse, Plut. ostendit. à Catilinaria coniuratione patriam liberauit, quo tempore pater patriæ primus omniū Romanorum nominatus est. Fuit etiam Augur post Crassi interitum. inde paulo post procōsul missus in Ciliciam

Augures.

Augures.n. vt de muneribus publicis diximus, captandis augurijs auspicijsq; faciundis ad ineundas res magnas præerant, & prudētissimi viri, & magnæ auctoritatis habebātur, à Numa primū quatuor ex gente patricia: quatuor & plebe cōstituti: nihil.n. quodāmodo moliebantur Romani, præsertim in euodis magistratibus, nisi prius sumptum fuisset augurium. His autē omnibus mirifica fides adhibebatur, quàm maxime L.Tarquin. Prisco Actius Næu. Cato, & nouacula confirmauit: qui vero ea spreuerunt, in maximas clades incidere. L.Crassus cum spretis auspicijs exercitum duxit in Parthos, & Claudius Pulcher, vt inquit Suet. apud Ciliciam non pascentibus in auspicando pullis per contemptum religionis in mari demersis, quasi vt biberēt qñ esse nollent, prælium nauale inijt, superatus, cum dictator dicere à senatu iuberetur, vel iterum deludens discrimini publico Hyliciam viatorem suum dixit. Mansit autē, vt Dionys. inquit, diu Romanis hic mos auspiciorum, nec sub regibus tantū, cum esset vrbs, sed post regum eiectionem in cōsulum, & prætorum creatione, obsoleuit autem ętate nostra, nisi quatenus imago eius quędam adhuc relicta est, quę fit huius causa. Collocantur.n. qui sunt magistratus accepturi exurgentes, q sub lucem precationes quasdam faciunt aperto coelo. præsentiumq; aliqui auspicium, qui mercedem de publico accipiunt, fulgur eis indicare à sinistris dicit etiam si nullum fuerit. Illi autem capto auspicio ex voce abeunt ad magistratibus capescendos, & ex auibus Caras primus, augurium reperit: Ait Plin.{Adolescentibus} Pisoni, & Dol.{Hoc mo.}mortis causa.{Præcipere}docere, vnde preceptor doctor in omni genere vitę. Cic. dare pręcepta & consilia consueui, vel in consistendis hominibus non pauca scripta reliquit, vnde de consolatione librum fecit, & in omni bene viuendi officio libros, quos de officijs appellauit.

Imitari.
Sequi.
Mali pro indocto.
Curare
Curatio.

{Imitari} ad facta, & dicta mortuisq; aliorum refertur. Sequi verò ad personā. Virg. Sequiturq; patrem non passibus ęquis. & Omnibus est magnum vates imitatus Homerum. nunquā.n. lectum est imitari pro sequi positum, vt si dicas prę imitabor, sed prę sequar.{Malos}indoctos & rudes.{Profitentur} denūciant.{Curare} mederi. Vnde curatio, quę proprie medicorum est. Medicinę scientiam hāc, Hieron. inquit, in tres partes esse diuisam, in doctrinam, rationem, & vsum, cuius inuentorem Apollinem fuisse dicunt: vt, Inuentum medicina meum est, opiferq; per orbem Dicor, & herbarum subiecta potentia nobis. Socrates, & multi alij apud Aegyptios inuentam esse commemorāt. Plato in partes quinq; diuisam esse confirmat Pharmaceutriam, Chirurgicam, Dieticam, Nisognomonicam, & Vetethicam. Hieron. inquit, medicinam vtilissimam esse mortalibus.

Tute.
Animus
Anima.

{Tute}assumptiue: vt egomet, sic Cic. pro Mur. quasi tute noris ita salutas.{Apud an.}intellectum, & mentem. Nam animo sapimus, anima viuimus. Iuuen. Principio indulsit communis cōditor illis. Tantum animas nobis animum quoq;, vt nos, Affectus petere auxilium, & prestare iuberet.{Nullus dolor}snia est. Quod.n. longinquitas temporis est allatura. i. nos ante capere prudentia, consilio, tolerantia, ratione debemus.{Si quis etiam inferis sensus est}q anima sit immortalis, & sentiat, quemadmodum Pherecides Syrus primus omnium tradidit. cuius opinionē Pithagoras, & item Plato, multiq; alij excellentes viri secuti sunt.{Inferis}qui ad inferos & Elysios campos descendunt: vt credidit antiquitas. Iuuen. Heu miseri traducimur. Et Ouid. Tendimus huc omnes. Verum vmbras mortuorum inferos petere, aut corpore interire, & earum loca esse simulacrum ante inferos, animas vero coelum ascendere existimabant.{Non vult} vt lacrymes, & doleas eius morte: quæ potius immortalitas appellāda est, q̄ interitus, & illuc est profecta, vbi ęuo fruatur sempiterno. Hęc autem vita mors est. Cum quis illuc peruenerit, tunc viuere incipiet. qua ratione adductus Socrates, cum sibi mortale iudiciū pararetur, Spes, inquit, me tenet haud mediocris bene mihi euenire: quod quamprimum mihi moriendum est. Nam videor coelum ascendere. Nolunt mortui nos eorum interitum deflere. Quod etiam Enn. dixit: Nemo me lacrymis decoret, neq; funera fletu Faxit. Hom. Nil prosunt lacrymę vitali luminę functis, Nec vitam reuocare valent, nec fata moueri.{Da}concede: nec amplius doleas.{Mœrent}quia vident te mœrere, & dolere. Sic Virg. Et nostro doluisti sępe dolore. Mœrere vero cum diphthongo dolere significat, à morte vel mala

parca

parca deductum. Virg. Sola domo mœret vacua. Sine diphthōgo autem idem est, quod mereor. vt si bene quid de te merui, alias significat militare, vt ęre merēt paruo. Aliqñ quęstum sordidissimum capere, vnde meretrix appellatur. {Fortunam} malam conditionem, vt consilio & iussu aliorum nos v uere oporteat. { obis ser.} obediendum. & id tu non aliter dicas, q̄ cum datiuo in huiusmodi sermone. vt mihi dicendum est, mihi legēdum, non à me dicendum, nec à me legendum. {Huic rei} ne aliquis putet, præsertim Cæsar, ad cuius voluntatem omnia erant accommodanda, te non tam filiæ mortem, q̄ aliorum victoriā lugere, vtputa Cæsar & suorum. {Lugere} quasi lucis egere dr̄. Cum.n. quis dolet, amat obscurū. Vnde luctus, qui differt à dolore: vultu.n. & habitu luctus ostēditur. Dolor vero animi est. Dolorem vetare non possum, luctum vetare possumus. {Secūdam for.} nō minus laboris est felicem ferre fortunam, ne quid committamus, quod accusandum sit, q̄ aduersam. Ex quo Cic. lib. 1. off. sic præcepit: Atq; etiam in rebus prosperis, & ad voluntatem nostram fluentibus, superbiam magnopere, fastigium, arrogantiamq; fugiamus. diu.n. est vsus secunda fortuna Tullius, vel præsertim cum consul esset. {Pulcherrime} maxima cū laude. {Aduersam} in prosperis & in aduersis eūdem esse oportet, & Socratem imitari: qui nunquā mutabat frontem: vt in isto casu filiæ: sed in omni aduersa fortuna se constantissimū fuisse ostendit: vel maxime qñ in exilium a Clodio deiectus est, & eius bona publicata sunt, domus euersa, villæ incensæ, de quo in paradoxis etiam meminit his verbis. At vide, q̄ ista tui latrocinij tela contempserim, iactatam, & emissam à te nefariā in me iniuriam semper duxi: peruenisse eam ad me nūquam putaui. & alia huiusmodi multa, quibus se cōtempsisse aduersam fortunam ostendit. {Neq; videris} vt Iuuen. Flagrantior æquo. Non debet dolor esse viri, nec vulnere maior. {Hæc vna} s. tolerantia doloris. {Quæ hic ger.} Græciam dicit: ibi.n. magistratum gerebat à Cæsare missus. de quo Cic. meminit ad Cec. Vt Cassium sibi legauit: Brutum Galliæ præfecit: Sulpic. Græciæ.

Lugeo Luctus Dolor

ARGVM.

P OSTEAQVAM, &c.} audita morte Tulliæ filiæ Cice. consolatur eum Ser. Sulpicius cuius est hæc consolatoria epistola, vsq; adeo Ciceronianis in stylo similis, vt, quod Valla ait, sublato nomine vix internoscas. Ordo est. Posteaquam renunciatū est mihi de obitu Tulliæ filiæ tuæ, ego tuli sup. eum sane q̄. i. perquam grauiter & moleste pro eo ac. i. quod debui, & existimaui. i. iudicaui eam. s. amissionem liberorum sup. esse communem calamitatē omnium parentū. Qui. s. ego, si affuissem istic. i. Romæ aut vbi tu es. neq; defuissem tibi. i. tibi affuissem auxilio, & consolationi, & declarassem tibi corā. i. in præsentia, meum dolorem. Etsi. i. quanquā genus hoc consolationis est minimum, atq; acerbum quia de grauissima iactura, propterea quia ipsi per quos ea. s. genera, aut officia consolationis debent fieri, vtpote per propinquos ac familiares. Respōdet eleganter præcedenti, nam in communi loquela diceretur, propinqui ac familiares afficiuntur pari. i. ęquali molestia, neq; possunt conari id. i. consolari propinquum in morte liberorum sine multis lacrymis, vt ipsi videantur magis indigere consolatione aliorum, q̄ præstare alijs officium suum. s. consolandi sibi caros, tn̄ ego decreui perscribere ad te breui. s. epistola, aut oratione ea, quæ venerunt sup. mihi in mentem, in præsentia. i. modo. nota q̄ alij legunt quo, sed minus placet. i. quia existimem sup. ea, quæ venerint mihi in mentem, fugere. i. latere te, sed q̄ impeditus dolore perspicias ea forte minus. i. non satis. aut minus. i. non perspicias ea, aut minus sup. q̄ ego. Quid est quod. i. propter quod dolor intestinus. i. intra viscera tua inhærens, cōmoueat. i. conturbet, & afficiat tantopere. i. tam vehemēter te? Cogita quemadmodum fortunam egerit adhuc nobiscum, videlicet ea erepta esse nobis, quæ debent esse cara hominibus nō minus, q̄ liberi, vtpote patriam, honestatem. s. vitæ, dignitatē. s. personæ, honores omnes ab alijs impendi solitos: hoc vno incommodo. s. de morte filiæ, quod respectu superiorum paruum censet addito, quid potest adiungi. i. addi ad dolorem, q. d. parū aut nihil, quia tantus esse debuit, vt nō admittat accessionem. aut qui. i. quis animus exercitatus in illis rebus. s. malis & multis ac diuturnis, non debet iam callere. i. obdurescere & callum contrahere, q. d. nullus non debet, & ita omnis debet, atq; debet ęstimari. i. appretiari omnia minoris sup. q̄ illa. An credo (quod per ironiam inserit) doles. i. dolenter fers, tu vicem. i. sortem, illius. s. filiæ tuæ defunctæ? Quoties necesse est, q. d. frequentissime, sup. vt tu veneris. s. ordinate p p obiecta tibi præsentia. Vt nos incidimus. s. casu, qū aduersa vrbis afferuntur, aut occurrūt nobis sæpe, in eam cogitationem. i. vt cogitemus non pessime, immo bene actum esse, hisce. i. huiusmodi tam malis tēporibus cum ijs, quibus licitum est commutare mortem cū vita. i. accipiendo mortem dare vitā sine dolore. s. alio, vtpote amissę patriæ, honoris, dignitatis, &c. Quid aūt fuit, quod posset inuitare. i. illicere, magnopere illam. i. filiam tuam ad viuendum? quę res? quæ spes? quod solatium animi? q. d. nulla, & nullū. An sup. vt ipsa coniuncta. s. matrimonio, duo.n. viri eius mortui fuerāt. Credo, inquit Seruius, licitū est tibi pro dignitate tua. i. quę est dignitas tua, deligere. i. de multis legere, generum. i. maritum filię, si adhuc viueret, cuius fidei tu putares committere tuto liberos tuos, & te. An sup. ideo vt ea pareret ex sese. s. ipsa, liberos quos cū videret florentes. s. in ciuitate libera, lętaretur? qui possent tenere per se. i. sine præsidio alterius, rem traditā à patre. i. patrimonium auitum, & qui essent petituri ordinatim. i. ex ordine, honores. i. magistratus, & sup. qui vterent̄ in negotijs amicorum libertate sua. i. libere suos defenderent. q. d. frustra hęc speres. vnde addit, Quid horum fuit. s. sperandum filię, quod nō sit prius ademptum. i. ablatum, quia impeditum ne daretur, q̄ datum? q. d. nihil. At vero, &c. Obijcit alia dolēda, quę mox purgat dicens: At. i. sed, vero. i. pro certo malum est amittere liberos. i. legitimam prolem, vnde hic, & in Teren. de vnica filia liberi dīr. Malū sup. sit, nisi hoc sit peius, videlicet sufferre & perpeti hæc. s. dicta incōmoda de amissione libertatis, & honoris. Ego volo commemorare tibi, quæ res attulit mihi non mediocrem. i. excellentem consolationem, si forte eadem res posset minuere tibi dolorem. Ego rediens ex Asia, cum nauigarem ab Aegina vrbe Aeaci in Aegeo mari circa Pelopōnesum, Epidaurico litori proxima, in qua habitasse dīr Mirmydones, ex formicis s̄m fabulas homines facti: dictaq; prius erat Oenopia. vnde Ouid. Oenopiā veteres appellauere, sed ipse Aeacus Aeginam matris de nomine dixit. Megaram versus. i. ad eam vrbē olim in Attica claram, cœpi circunspicere regiones circuncirca. s. quę iacebāt in circuitu. Aegina. s. vrbs erat post me, Megara erat ante me, Piręeus, vrbs, & porticus in Attica olim nō longe ab Athenis, erat sup. dextra sup. parte. Corinthus vrbs in Achaia olim florentissima, prius Corcyra, ac demum à Corintho Orestis filio, à quo erat instaurata, Corinthus dicta sup. erat sinistra. s. parte florentissima, nunc iacet ante oculos. s. hominū prostrata. Egomet cœpi cogitare mecum sic. Hēm, indignantis particula, nos homunculi, indignamur. i. ęgre patimur, si quis nostrum interijt. s. propria morte, aut occisus est, quę mors est violenta, quorum vita debet esse breuior, cum cadauera. i. reliquię, & ruinę, tot oppidorum, iaceāt proiecta vno loco, hoc est spatio parum distāte. O Serui, alloquitur seipsum, vis ne tu cohibere. i. continere intra terminos mortalitatis tuę, te, & meminisse te esse natum hominem. i. animal mortale? Crede mihi ò Cic. sup. ego sum confirmatus. i. firmior factus ad mortem meā aut meorum, ęquo animo ferendam, non mediocriter, immo summe aut excellenter ea. i. eiusmodi cogitatione de interitu oppidorum pręstātium. Hac, si videtur tibi. s. vtile, aut faciendū, sup. vt proponas tibi ante oculos. s. mentis, hoc idem. s. vrbium desolationē sup. & q̄, &c. aut hoc. s. qd̄ dicā, item. i. cōsimiliter, aut hoc idem. i. consimile, videlicet, Tot viri clarissimi interierunt modo. i. paulo ante vno tempore. s. conflictus Pharsalici, & ex illo etiam alij, vt Pompeius, & Cato, qui postea perierūt. Pręterea tanta diminutio facta est de imperio. s. Rom. Omnes prouincię sunt conquassatę. i. frequenter concussæ, commoueris. i. conturbaris, tu tantopere, si iactura. i. perditio facta est in animula. i. vita. vnius mulierculę. s. filię tuę. omnia diminuit ad leuādam dolorem iacturę. Quę. s. muliercula, hoc est filia tua, si non obijsset. i. consummasset, diem suum. i. tempus vitę suę, tn̄. i. nihilominus moriendum fuit. i. necesse fuit ei mori. post. i. post modum, paucis annis. i. intra paucos annos qñ fuerat nata homo. Vbi homo de muliere dicitur. Etiā tu auoca. i. adhuc cogitationem tuam ab hisce. i. huiusmodi rebus, quę te cruciāt, atq; reminiscere potius ea, quæ sunt digna persona tua. i. viri cōsularis, & oratoris clarissimi, philosophiq; præstātis, reminiscere itaq; illā vixisse quandiu fuerat opus. i. vtile ei fuisse. s. in vita vna. i. simul cum rep. s. Romana, vidisse te patrem suum consulem sup. & augurem. i. sacerdotem in collegio augurum: fuisse nuptam adolescentibus primarijs. s. in vrbe, vtpote Crassipedi, & Dolabellæ, esse prope. i. quasi perfunctam omnibus bonis, q. a bonis naturæ, cum esset elegans & facūda, bonis fortunæ, vt honoribus, diuitijsq; bonis animi, vt virtute & scientia, præterea bonis matrimonij, liberis & fide matrimoniali, excessisse vita cum resp. occideret. Quid est quod tu possis aut illa. i. filia tua, possit queri cum fortuna hoc nomine. i. causa talis mortis? q. d. nihil.

nihil. Deniq; noli obliuisci te esse Cic. & eum, qui consueueris præcipere alijs, & dare cõsiliũ, neq; imitare medicos malos, qui profitentur se tenere scientiam medicinæ in morbis alienis, & non ipsi possunt curare. Sed potius tute. i. tu ipse, subijce tibi ea quæ tute. i. tu ipse, soles pcipere alijs, atq; propone sup. ea apud animum s. tuũ. Nullus dolor est. i. tam magnus, quem non longinquitas temporis minuat, atq; molliat. i. mitiget. Turpe est tibi. s. viro prudenti expectare hoc tempus. s. longũ, ac te non occurrere ei rei. s. mitigationi doloris per longinquitatem temporis, hoc est præuenire illam rationẽ mitigandi doloris sapientia tua. i. per sapientiam tuam. Quòd si quis sensus i. perceptio rerum quæ hic fiant, est etiã inferis, qui amor. i. is. n. fuit amor illius. s. filiæ tuæ ĩ te, & sup. quæ pietas, hoc est ea pietas fuit illius in oẽs suos, illa certa non uult te facere hoc. i. expectare mitigationem doloris ex longinquitate temporis. Da. i. cõcede, hoc. s. vt dolorẽ mitiges illi. s. eã carę filiæ tuæ mortuæ, & cæteris amicis & familiaribus, qui męrent tuo dolore, da patriæ, vt si opus sit in qua. i. aliqua re, ipsa possit vti opera, & cõsilio tuo. Deniq; qm̃ deuenimus in eã fortunam. s. miseram ut etiam seruiẽdũ. i. prospiciendũ sit etiam huic rei: noli committere, ut quisquam putet, te lugere non tã filiam, q̃ tempora reip. s. calamitosa, & victoriam aliorum, præcipue Cæs. Plura, &c. pudet me scribere plura ad te de hac re. i. de cõsolatione tui ob mortẽ, filiæ ne videar diffidere prudentiæ tuæ. Quare ego faciã finem scribendi, si. i. postquã proposuero hoc vnum. Nos vidimus aliquoties te ferre pulcherrime fortunã secundam. i. prosperam, vt in consulatu, & reditu ab exilio, & te adipisci. i. acquirere magnam laudẽ ex ea re, fac sup. ne intelligamus aliqñ. i. tãdem te ferre ęque. i. æquo animo, aut ęqualiter, ac secũdam, aduersam sup. fortunã: neq;. i. & nõ fac, vt & intelligamus, id videri tibi onus maius, q̃ debeat, ne hæc vna virtus. s. magnanimæ patientiæ, videatur deesse tibi ex oĩbus virtutibus, hoc est cũ alias oẽs habeas. Quòd. i. quæres, aut, quantum, seu quatenus attinet ad me, ego faciã te certiorem de ijs rebus, quæ gerũtur hic, hoc est in prouincia, & quemadmodum prouincia. s. Achaia se habet, tunc sup. certiorem te faciam, cum cognouero te esse animo tranquilliore. i. habere animum tranquilliorem.

PAVL. MAN.

AN illius uicem (credo) doles} forte melior lectio, At illius nicem c. d. vt per ironiam sine interrogatione dicta sint. non. n. satis apte coniungi videntur, An credo.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Quanuis Seruij consolationem acceperit: reddit tamen alias caussas, ut doloribus cedat.

CICERO S. D. SVLPICIO. 6

Simile principium ep. 30. lib. 7.

*EGO uero Serui uellem, ut scribis, in meo grauissimo casu affuisses, quantum enim præsens me adiuuare potueris & consolando, & prope æque dolendo, facile ex eo intelligo, quòd, literis tuis lectis, aliquantulum acquieui: nam & ea scripsisti, quæ leuare luctum possent; & in me consolando non mediocrẽ ipse animi dolorem adhibuisti. Seruius tamen tuus omnibus officijs, quæ illi tempori tribui potuerunt, declarauit & quanti ipse me faceret, & quàm suum talem erga me animum tibi gratum putaret fore. cuius officia iucundiora, scilicet, sæpe mihi fuerunt, nunquam tamen gratiora. me autem non oratio tua solum, & societas pene ægritudinis, sed etiã auctoritas consolatur. turpe enim esse existimo, me non ita ferre casum meum, ut tu, tali sapientia præditus, ferendum putas. sed opprimor interdũ, & uix resisto dolori; quòd ea me solatia deficiunt, quæ ceteris, quorum mihi exempla propono, simili in fortuna nõ defuerunt. nam & Q. Maximus, qui filium consularem, clarum uirum, & magnis rebus gestis, amisit; & L. Paulus, qui duos septem diebus; & * uester Gallus, & M. Cato, qui summo ingenio, summa uirtute filium perdidit; ijs temporibus fuerunt, ut eos tum ipsorum dignitas cõsolaretur ea, quàm ex rep. consequebatur. mihi autem, amissis * ornamentis ijs, quæ ipse commemoras, quæque eram maximis laboribus adeptus, unum manebat illud solatium, quod ereptum est. non amicorum negocijs, non reip. procuratione impediebantur cogitationes meæ. nihil in foro agere licebat. aspicere curiam non poteram. existimabam id, quod erat, omnes me & industriæ meæ fructus, & fortunæ perdidisse. sed cum cogitarem hæc mihi tecum, & cum quibusdam esse communia; & cum frangerem iam ipse me, cogeremq; illa ferre toleranter, habebam quò confugerem, ubi conquiescerem, cuius in sermone, & suauitate omnes curas, doloresq; deponerẽ. nunc autem hoc tam graui uulnere etiam illa, * quæ consenuisse uidebantur, recrudescunt. non enim ut tum me à rep mæstum domus excipiebat, quæ leuaret; sic nunc domo mærens ad remp. confugere possum, ut in eius bonis acquiescam. itaq; & domo absum, & foro: quòd nec eum dolorem, quem à rep. capio, domus iam consolari potest, nec domesticum resp. quo magis te expecto, teq; uidere quam primũ cupio. maior mihi leuatio afferri nulla potest, quàm coniunctio consuetudinis, sermonumq; nostrorum. quanquam sperabam tuum aduentum (sic. n. audiebam) appropinquare. ego autem cum multis de caussis te exopto quamprimum uidere, tum etiam, ut ante commentemur inter nos. qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus, quod est totum ad unius uoluntatẽ accommodandum, & prudentis, & liberalis, &, ut perspexisse mihi uideor, nec à me alieni, et tibi * amicissimi. quod cum ita sit; magnæ tamen est deliberationis, quæ ratio sit ineunda nobis; non agendi aliquid, sed illius cõcessu, & beneficio quiescendi. Vale.*

quia fuit è Sulpicia familia.

ep. 5. huius libri.

cum eius filius Cæs. arma contra Pomp. secutus sit. ad Att. ep. vl. lib. 9. & 5. lib. 10.

HVBER.

EGo vero} respondet Cicero superiori epistolæ Seruij Sulpicij, quẽ non sine caussa dicit optasse in suo grauissimo casu: propterea q̄ si absens literis ei profuit, multo magis profuisset, si affuisset. Dicit tñ nullum officiũ consolationis, quæ posset in tali casu afferri, prætermissum esse à Seruio eius filio erga se. Deinde cõmemorat ea, quæ faciunt dolorem suum grauiorem, & intolerabiliorem de morte filiæ. Postremo multis de caussis dicit se cupere videre, & alloqui ipsum Seruium, & præcipue, vt inter se conferant, & constituant, quomodo vtriq; traducendum sit illud tempus, quo resp. erat in potestate Cæs. vt etiã scripsit in 1. epist. 3. lib. {Ego} vt supra notauimus, & veritatem, & grauitatem snię præ se fert in principio orationis. {Vt scribis} qui vt scripserat Seruius, q̄ si istic affuissem, &c. {Quantum} ratio quare vellet eum affuisse. {Præsentia} s. tua. i. si præsens fuisses. Est aũt argũ à minori ad maius, & est sensus, quantũ potueris me iuuare consolando, si præsens fuisses, clare ex hoc intellexi: q̄, lectis literis tuis, multum consolationis accepi. {Prope} æque, ferè, æqualiter. vt. n. in præcedẽti epistola notauimus, communicatio doloris solet eum facere leuiorem. {Ea eo} ex ea re. {Acquieui} mitigatus sum. {Ea} talia: adduxit. n. Seruius & exẽpla, & rationes efficacissimas, vt visum est supra. {Leuare} minuere, leuem facere. {Luctum} mœrorem. {Non mediocrem} . i. maximum: liptote est. {Adhibuisti} adiũxisti {Dolorem} dia erat. n. Seruius, Sane quam pro eo, ac debui, grauiter molesteq; tuli. Deinde paulo post, coramque meum dolorem tibi declarassem. {Tuus} filius. {Officijs} debitis. {Illi tẽpori} tam luctuoso & tristi. {Declarauit} aperte ostẽdit. {Quàm gratum} quia demonstrauit, q̄ si ita faceret erga me, faceret tibi rem gratissimam. {Fore} futurum. {Talem animum} tam officiosum & humanum. {Cuius} Seruij tui. {Iucũdiora} cum non erat de rebus lugubribus. {Nũquam gratiora} quia nunquam sunt gratiora beneficia, q̃ cũ in necessitate præstantur. {Oratio tua} prudentissima, abundans & exemplis & sententijs. {Et societas ægritudinis} . i. communicatio quædam doloris tui cum meo pp casum meum. {Auctoritas} existimatio & opinio, quæ de te optima habetur. {Turpe} nõ conueniẽs mihi, inhonestum. {Vt} sicut. {Tali} tam excellenti, quia auctoritas hominis plurimum valet ad persuadendum: vnde Virg.

Tum pietate grauem, ac meritis si forte virum quem
Conspexere, silent, arrectisq; auribus astant.
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.

{Oppri-

{Opprimor} deijcior, obruor ipso dolore. {Vix resisto dolori} vix fero & vinco dolorem. {Quòd} qui.i. {Deficiuot me} derelinquunt, absunt à me. {Cæteris} quos inferius nominat. {In simili fortuna} in obitu filiorum. {Q. Maximus}.i. Fabius qui Hannibalem mora fregit: de quo Eonins, Vnus qui nobis cunctando restituit rem De hoc & Liuius, & Plin. in viris illustr. plene scripsit, & Plut. plenius. {Consularem virum} qui consulatum aliqñ gesserat. {Magnis rebus gestis} qui magna & præclara gesserat, quo fuerat magis dolendum: nam quanto pluris

L.Paulus

sunt homines, tanto grauius ferri solent eorum obitus. {L. Paulus}.s. Aemilius. is qui de Perse rege Macedoniæ triũphauit. Is, vt inquit Val. Max. lib. 5. cap. vlt. cum ex quatuor filijs duos iure adoptionis in Corneliam Fabiam. q; gentẽ patris funere suo quartum ante diem præcessit: alter in triumphali curru cõspectus post diem tertium expirauit. Itaq; qui ad donandos vsque filios abundauerat, in orbitate subito destitutus est. quẽ casum quo robore animi sustinuerit, oratione, quam de rebus à se gestis apud populum habuit, hanc adijciendo clausulam, nulli ambiguum reliquit: Cum in maximo prouectu felicitatis nostræ, Quirites, timerem, ne quid mali fortuna moliretur, Iouẽ Opt. Max. Iunonemq; reginam, & Mineruã precatus sum, vt si quid aduersi populo immineret, totum in meam domum conuerteretur. quapropter bene habet. annuendo. n votis id egerunt: vt vos potius meum casum doleatis, q̃ ego vestrum ingemiscam.

M.Cato

Hæc Val. M.C. senior, qui, vt scr. Plut. in eius vita, ex duobus filijs, alterum maiorem natu cum imperator bella gereret, amisit. cuius mortem modice ac sapienter tulit, nec postea reip. minus intentus fuit, de quo Cic. in Lelio, qũo, vt alia omittã, mortem filij tulit. {Noster Gallus} vtriusq; amicus. {Ijs temporibus}.i. talibus temporibus. {Eorum tum ipsorum}.s. propria. {Consolaretur} quia compensabat amissionem filiorum honore dignitatis. {Ijs} eis, vel illis. {Commemoras} pro cõmemorasti in epistola tua.s. prima dignitate, honestate, &c. {Maximis laboribus} studijs & vigilijs. {Vnum} solum. {Quod ereptum est}.i. remanebat mihi filia, quæ erat mihi solatium vnum post ea ornamenta amissa. {Negotijs amicorum}.i. defendẽdis amicis, ideo in rhetor. ad Heren. Etsi negotijs familiaribus impediti.i. defensionibus familiarium & amicorum non aũt familiaribus.i. domesticis. quod declaratur ex hoc loco. {Impediebãtur} occupabantur, detinebantur. amouent. n. solicitudinem animi huiusmodi negotia. Ouid. in epist. Herus ad Leandrum:

Vos modo venando, modo rus geniale colendo
Ponitis in varia tempora longa mora.
Aut fora vos retinent, aut vnctæ dona palæstræ, &c.

{Procuratione} administratione. {In foro}.i. non me delectabant causæ iudiciales: in quibus antea multum versabar. {Aspicere curiam} quanto ergo minus adire eam, si etiam non poteram aspicere, quia videbã nihil libere in ea agi posse. & ita ostẽdit se omisisse genus deliberatiuũ, quod in curia agebatur. {Id, quod erat}.s. verũ. {Me perdidisse} amisisse. {Fructus industriæ & fortunæ}.i. omnes dignitates, & honores, quos partim mihi industria, & ingenio meo compararam, partim fortuna ipsa mihi dederat. {Ijs. n. duabus rebus} aut altera earum, honores & dignitates comparamus, sed vt plurimum plus valet fortuna sine industria, q̃ industria sine fortuna. {Sed} ostendit, quam cõsolationem de amissione harum rerũ acciperet. quod. s. videret hæc eadem alijs multis accidisse. nam, vt vulgo fertur, Solatium est miseris socios habere malorum. {Cum quibusdã alijs} quibus eadem essent erepta, quæ mihi, intelligit aũt M. Marcellũ, Brutum & Cassium, & reliquos, qui fuerant Pompeiani. {Frangerem me}.i animum meũ vincerem. {Quò confugerem}.i. in quo esset mihi profugium solatij. s. filiam meam. {Etiam} non solum noua. {Consenuisse} tempore debilitata: tractũ ab ætate, quæ senescens debilitatur. {Recrudescunt} renouantur: tra-

Recrudescunt.

ctum à vulneribus, quæ agitatione nimia interdũ recrudescũt. i. cruda & noua fiunt. {Non. n. ratio quare ẽt vetera recrudescãt, & grauius ferat nunc amissionem reip. q̃ ante amissam filiam. & est sensus, sicut tunc mœstus p p remp. habebam domi filiã, in cuius sermone omnem mæstitiam deponerem, ita nũc amissa filia non habeo remp. ad quam possim confugere, vt in ea deponam meos dolores. Ordo est: vt tum domus excipiebat me mæstum à rep. quæ leuaret me, sic nunc mœrens domo nõ possum cõfugere ad remp. vt acquiescam in eius bonis. {Non} adiungenda est hæc dictio non verbo possum, sicut notauimus in ordine. {Tum}.s. cum amisimus ea ornamenta, quæ cõmemoras, & amissa rep. {Quæ} domus. {Leuaret}.s. me mæstitia. {Sic nunc} amissa filia. {Domo} domestico incommodo obitus filiæ. {Confugere} auxilij & solatij causa venire. Virgil.

Ad te confugio, & supplex tua numina posco.

{Bonis eius}.s. reip. quia amissa sunt. {Itaque} refert ex supradictis, q neq; iuuat eũ esse domi, nec in foro. {Domo} propter mœrorem filiæ, cuius est necesse meminisse, cũ sum domi. {Et foro} propter incommodũ reip. {Quòd} quia. & est ratio quare absit domo. {Nec domesticum} ratio quare absit foro, quia nec in domo inuenit amplius cõsolationem de amissa rep. nec in foro habet consolationem amissæ filiæ: quia amissæ sunt dignitates, quæ potuissent ipsum cõsolari. {Quo} propter quam rem. {Magis} q̃ expectarent, si modo essem in hoc dolore. {Nulla ratio}.i. consolationis. {Maior} efficacior. {Consuetudinis} conuersationis. {Sermonum nostrorum} collocutionum. {Appropinquare} propinquum esse. Appropinquare non ad locum

Appropinquo.

hic, sed ad tempus refertur, vt supra notauimus alio loco. {De multis} propter multas. {Tum etiam} maxime. {Commentemur} conferamus, colloquamur, disputemus. Cic. in Lælio, Cũ

Commentarius.

in hortos Decij Bruti cõmentandi causa, vt assolet, venissemus. {Traducendum} agendum, prætereũdum. {Hoc tempore} quo respu. est in ptãte Cæsaris. {Vnius} Cæs. vt supra, Adhuc sum in hac sententia, nihil vt faciamus, nisi q maxime Cæsar velle videatur. {Et prudentis} Cæs. {Nec à me alieni} quia non me spernit, immo videtur amare, {Cum ita sit}.i. quãuis ita sit q Cæs. neq; à me sit alienus, & tibi sit amicissimus. {Magnæ} considerata, & prudenter, & diu cogitatæ. {Ineunda} aggrediendã, suscipienda. {Non agendi} quia facultas agendi aliquid nobis erepta est {Quiescendi} viuendi in otio. vt in j. lib. Otium nobis exoptandum est.

PHIL.

EGo vero} quanti apud Cice. ponderis fuit huiusmodi consolatio, quam exposuimus, his literis facile cognosci potest. Demonstrat in primis consolationis effectũ, qui lectis eius literis aliquantulum acquieuit, multo magis si ipse affuisset. Dicit præterea q Seruius, eius filius, omnia præstitit in illo acerbissimo casu, quæ ab homine amicissimo præstari potuissent. Inde doloris sui causa ostendit & quæ languorem suum acerbiorem esse faciunt. Demum reditum eius expectare se dicit, ac eum desiderare maxime multas ob causas quã primum venire, vel potissimũ, vt inter se cõstituant, quonã pacto illud tempus vtriq; ipsorum traducendum sit, quo ad manus Cæsaris omnia peruenerunt. {Ego} cum suo pondere: & in

Ego
Vere

principio orationis maiorem grauitatem in dicendo præsefert. {Vero} nunc consentientis est, vt apud Terent. Ego vero maneo. {Quantum. n.} ratio quare voluisset, vt Seruius affuisset. {Præsens} à minori ad maius est argm̃. {Aeque} à simili. nam cum quempiam similiter dolere, vt nos dolemus, dolor nobis omnino sit leuior. {Facile} caue dicas faciliter, quo antiqui vte-

Facul
Difficul
Leuare

bantur pro benigne. dicebant etiam facul, & difficul, pro facile, & difficile. {Leuare} leuẽ reddere. Virg. Nostrumq; leues quæcunq; laborem. rationes intellige, quibus Seruius est vsus {Dolorem} ex eo quod scripserat Seruius, Sanè q̃ grauiter & moleste tuli. Et item, coramq; meum dolorem tibi declarassem. {Seruius tamen tuus} ambo Seruij dicebantur pater, & filius. Quantam igitur iste Ciceroni consolationem præsens attulerit, non paucis exponit. {Illi tempori} calamitoso, inefficaci, & mœsto. {Quanti faceret}.i. existimaret tibi gratum. {Tibi gratum} nõ

Iucundum
Gratum

solum mihi, sed tibi gratum, cum ita se haberet in meo luctu. {Iucundiora sæpe} nunquam tamen gratiora. iucundum in rebus lætis dicimus, gratum in rebus aduersis. Quod in epistola ad Lucceium ostẽdit: Amor tuus ex omnibus partibus se ostẽdit in his literis, quas à te proxime accepi, sed ille quidem ignotus, sed tamen gratus, & optatus, dicerem iucundum, nisi id verbum in omne tempus perdidissem. inest etiam in iucundo gratia quædam oblectamenti: ingrato aũt quædam vtilitas & fructus. {Oratio tua} suauissimis, & sapientissimis sententijs plena, & exemplis {Societas} propè æque dolendo. {Auctoritas} existimatio tua, quæ profecto apud omnes homines est maxima. {Turpe} non mihi conueniens. {Præditus} tam virtute, q̃

Prædites

vitio præditum hominem dicimus. Itaq; non recte præditum pro ornato, sed pro habente exponemus: vt præditus sum virtute, habeo virtutem & præditus sum vitio, habeo vitium. Terent. Qui haberem filium tali ingenio præditum Et Cice. pro Sylla, Singulari in humanitate & crudelitate præditum. nec dicas, à te præditus sum virtute. id. n. latinitas non admittit. {Resisto dolori} obluctor, & vix dolorem perpeti possum. {Exem-

Exemplum

pla} est. n. exemplum, vt ait Cic. dicti aut facti certi auctoris nomine facta propositio. {Deficiunt} deficio te, & deficio à te primum significat relinquo te, absum tibi: alterum recedo à fide

tua, &

tua,& quasi rebello, vt Boi defecerunt à Romanis: vnde defectio pro rebellatione ponitur,& non deficiunt,pro relinquunt, quia post se tenet accusatiuum. §Simili fortuna§ mortem filiorum. §Q.Fab.Max.§ hic est ille de quo Ennius: Vnus homo nobis cunctando restituit rem. & multa de eo præclara leguntur,vel potissimum apud Liuium in Bel.Pun.contra Hannibalem Carthaginensium ducem.filium habuit,qui consul fuit, & magnis rebus gestis illustratus, & viuo patre extinctus est. in eius funere pater orauit in foro,& orationem inde,q̃ habuit,in lucem edidit. Lege Plut.in vita Q.Fabij Max. §L.Paulus§ P. Aemilium dicit,qui de Perse Macedoniæ rege triũphum egit. Audi quæ de hoc homine Val.inq̃t lib.5. Ex quatuor filijs formæ insignis, egregiæ indolis duos iure adoptionis in Corneliã Fabiamq; gentem tralatos, sibi ipse denegauit. duos ei fortuna abstulit. quorum alter triumphum patris funere suo quartum ante diem præcessit: alter in triumphali curru conspectus post diem tertiũ expirauit. Itaq; qui ad donandos vsq; liberos abundauerat,in orbitate subito destitutus est. quem casum quo robore animi sustinuerit. oratione, quã de rebus à se gestis apud populum habuit,hanc adijciendo clausulam, nulli ambiguum reliquit: Cum in maximo prouentu felicitatis vestræ, Quirites,timerem,ne quid mali fortuna moliretur, Iouẽ Opt.Max. Iunonemq; reginam,& Mineruam precatus sum,vt si quid aduersi P.R.immineret,totum in meam domum conuerteretur. Quapropter bene habet se res: annuendo.n. votis meis id egerunt,vt vos potius meum casum doleatis,q̃ ego vestrũ ingemiscerem. Sed vberioribus verbis hæc apud Plut.legimus in vita Pauli Aemilij.cuius sententiam ita traduximus: Cum quatuor essent Aemilio liberi,duos in adoptionẽ dedit alienæ familiæ, Scipionem & Fabium. duos vero,quos deinde ex altera vxore susceperat,in sua familia retineri duxit. sed eorum alter annos 16.natus quinq; duntaxat ante diebus q̃ triumphum ageret, extinctus est.alter vero 12.annum agẽs tertia die post triũphum obiuit mortis diem. Triumphauit autem quamprimũ post funus primi filij. Deinde vero post triumphum magnanimiẽ ductum altero extincto filio P.R.in cõcionem vocauit: vbi luculentissimam orationẽ habuisse dicitur: q̃ etiam Plut.suis verbis cõplexus est: vbi eam leges. §Noster Gallus§ ciuis Romanus iureconsultus. M.Cat.Censorium intelligit.duos hic filios habuit matribus diuersis, & ætatibus longe dispares, vt inquit Gellius.nã iam adolescente altero,matre eius amissa,ipse quoque multũ senex,Solonis clientis sui filiam virginem duxit in matrimonium, ex qua natus est ei M.Cato Solonianus. Alter eius filius natu maior,de cuius morte nunc agitur,prætor designatus patre viuo mortuus est egregios de iuris disciplina libros reliquit. At Plut.in vita Catonis ait: Ex duobus filijs alterum maiorẽ natu, cũ bella imperator gereret, amisit.de quo etiam meminit Cic.in Lelio suo.quẽ,vt alia omittam, mortẽ filij tulit.i.tam ęquo animo & sapienter tulit. §Ijs tẽporibus§ quibus resp. florentissima erat. §Amicorum negotijs§ in defendendis amicis,quorũ maximus numerus fuit. Inter quos defensus est L.Flaccus repetũdarũ opinione omniũ damnatus.& alij innumerabiles. §Reip.procuratione§ in administranda rep.in qua tñ gloriæ cõsecutus est. §In foro§ in genere iudiciali. §Aspicere curiã non poteram§ in genere deliberatiuo. Est.n.forũ quo

Forum
Forenses orationes

iura tractantur. vnde forenses Cice.orationes dictæ sunt illæ, quas egit in foro, vt pro Q.Ligario, pro Roscio Sext. pro A. Cluentio,proq; multis alijs,quos hic esset longũ dicere. In curia vero magna cũ laude versatus est,& quas habuit in curia, & ad populũ orationes,has publicas appellamus: vt de lege Manilia, de lege agraria,de proscriptorũ filijs, deq; multis alijs rebus & personis,quas in eius vita posuimus. §Industriæ§ exerci-

Industria

tationis in rebus honestis,ab indulgendo appellatã,hoc est operam dando siue abutendo, q maximũ habeat in rebus agendis ardorẽ. §Hæc§ quæ dixi §Fructus§ honores dicit & dignitates, quas tum industria Cic.dederat,tũ fortuna.his.n. ista cõparantur: sed maiorem vim habet in his fortuna q̃ industria. §Sed cũ cogitarem§ demonstrat, q̃ consolationem accepisset. §Et eum quibusdam§.q.d.cum omnibus,qui reip.statum & libertatem colunt,vt Brutus & Cassius. §Frãgerem§ vincerem me ipsum. §Habebam quò confugerem§ Tulliolam, apud quam omnem animi mei molestiam & mœrorẽ deponebam. §Graui vulnere§ morte filiæ. §Consenuisse§ iam debilitata esse: translatio à senibus. §Recrudescunt§ renouantur. Trãslatio à vulnere. §Nõ enim§ ratio est quare illa mala recrudescerent, & cur grauius nunc amissam remp.ferret,q̃ ante mortem filiæ. Sensus est, cũ eram aliqñ mœstus, à rep.confugiebã domũ ad filiã, quæ leuaret mihi męstitiã: at nunc domo filia mœrens nõ habeo q ad remp.cõfugere possim,quæ leuet luctũ mihi. Ordo,nõ possum sic nunc domo mœrens ad remp.confugere, vt tũ me à rep &c. §Domo absum & foro§ q nec domi, nec in rep.aliquid iam cõsolationis inuenio,& q filiam perdiderim,& remp. §Maior ratio§ cũ multas attuleris rationes, vt hunc dolorẽ ęquo animo feram,nulla vr̃ maior ratio afferri posse,q̃ q quamprimum venias,& coniunctionem consuetudinis & sermonũ nostrorũ habeamus. §Cõmentemur§ meditemur,& conferamus. §Traducendum§ percurrendum. §Hoc tempus§ s.reip.s.calamitosum, & in potestate Cæsaris positum. §Vnius§ Cæsarem dicit. §Videor§ exigit elegãtia sermonis latini,vt sic dicamus, videor tibi

Videor

benedicere, videris mihi bene scribere,& ille vr̃ mihi optime disputare,& videmur nobis errare, vos mihi videmini, illi mihi vñr ludere. caue dicas, vr̃ tibi,q ego benedicam, & videtur mihi q tu bene scribas,& vr̃ mihi q nos male agamus, & huiusmodi. §Nec à me alieni§ amabat eũ Cæs.atq; Cic.amicitiã habere vehementer optabat. Principio.n.belli ciuilis hortatus est eum Cæs.vt cum ipso sentiret.sed maluit cum Pomp.vinci, q̃ cum Cæsare victorem esse pulso ex Italia Pomp. Romã profectus.Cæsar multa de Cic.conquestus, tandẽ orauit, vt Romæ vellet esse: cui Cic.respondit,sibi adesse non posse, vbi quid dicendum esset,tacere oportere.respondit Cæsar, super hoc deliberandum: paulo post iterum scripsit se illi ignoscere,q nõ adfuisset,idq; in optimam partem accipere. Inde post victoriam in Pharsalia Cæsar in Italia redeũti Cic. apud Tarentũ factus est obuiã: quem Cæsar perhumaniter complexus est,& multa cum eo locutus.inde Romam se cõtulerunt. & qm̃ summa rerum arbitrio vnius tenebatur: Tullius otio literario sese tradidit,& in villa sua morabatur: in vrbem non veniebat nisi salutandi gratia, aut alicuius amici sui defendendi causa, vt pro Q. Ligario,pro Deiot.rege, pro M.Marcel.quos apud Cæs.valde iratum defendit. §Illius concessu & beneficio§ vt si quid concedit,aut donat nobis Cæs.in eo conquiescamus, nec aliud agamus.vt alibi dixit Tullius,adhuc sum in hac sententia, nihil vt faciamus,nisi quod maxime Cæs.velle videatur.

ASCEN.

EGO vero,&c.§ Respondet superiori epistolæ Ser.Sulpicij,eumq; præsentem sibi fieri mire exposcit, vt de ratione vitæ inter se consultent,vt cum ordine latius patebit. Ordo autem est. O Serui, ego vero.i.pro certo, & citra simulationem,vellem sup.vt affuisses, vt scribis, in meo dolore grauissimo.s.de morte filiæ. Enim ꝓ quia, ego facilè intelligo quantum potueris.i.potuisses me adiuuare præsens.i.si præsens fuisses. Alij legunt præsentia,sup.tua, quod quadrat cũ particula literis,& consolando,& dolẽdo propẽ.i.quasi, æque.i. æqualiter,atq; ego intelligo,inquam ex eo,q acquieui aliquantulum literis tuis. Nam tu,&.i.simul scripsisti ea,quæ possent leuare.i.diminuere luctũ,& ipse.i.tute adhibuisti, non mediocrẽ, sed ingentẽ dolorem animi in me consolando, Tamen.i.licet, præsens nõ fuisti & absens satisfecisti: Seruius tuus.s.filius, declarauit omnibus officijs.i.quæ potuerunt tribui illi tempori: &.i.simul,quanti ipse faceret me, & quàm.i.quantum, putaret talem animum suũ erga me,fore.i.futurum gratũ tibi. Cuius.s. filij tui officia fuerunt.s.id est,quod scire licet, cum sit euidens, sæpe iucundiora mihi,quia in re lęta,in qua est iucunditas, tamen nunquam fuerunt gratiora.i.acceptiora, & vtiliora mihi. Aũt.i.sed,non solum oratio tua penè.i.quasi, societas.i.ęqualitas ęgritudinis.s.animi ex dolore,sed etiam auctoritas tua consolatur me. Ego.n.existimo turpe me non ferre ita casum meũ, vt tu præditus.i.præ cęteris deo & natura, ac studio tuo donatus tali sapientia,putas ferendum,sup.esse. Sed ego opprimor.s. dolore interdum, & vix.i.cum difficultate resisto dolori, q ea solatia.i.eę res consolatoriæ,deficiunt.i.deserunt me, quæ non defuerunt in simili fortuna cęteris,quorũ propono mihi exempla. Nam & Quintus.s.Fabius Max.qui amisit filium consularem.i.qui cõsulatum gesserat,virum clarum.i.illustrem magnis rebus gestis.i.postquã magnas res gesserat. Et Lucius Paulus.s. Macedonicus,qui Persam regem in triũphum duxit, qui septẽ diebus.i.spatio septem dierũ,amisit duos.s.filios,precatus deos, vt si quid detrimenti reip.pararent,in domũ suam deflecterent. Et Gallus noster.s.familiaris, & M.Cato, qui perdidit filium, summo ingenio,& summa virtute.i.habentem summum ingenium,& summam virtutem,fuerunt.s.oẽs dicti, ijs.i.talibus tẽporibus,vt dignitas ipsorum,quam consequebantur ex rep.cõsolaretur,tum.i.tunc,eos. Aũt.i.sed vnum illud solatium, quod ereptum est, videlicet filia indulgentissima manebat.i.reliquũ, aut reliqua erat mihi,ijs ornamentis,quæ ipse.i.tu cõmemoras,

hoc est cōſulari,& augurali dignitate,& quæ eram adeptus maximis laboribus amiſſis.ſ.per occupationem reip. à Cæſare,cogitationes meæ non impediebantur negotijs amicorum, non impediebantur pro curatione reip.quia nihil libebat ſup.mihi agere in foro.ſ.iudiciali pro amicis,& non poterā præ indignatione aſpicere curiam.i. ſenatū,vbi pro rep.ſtare ſolebam. Ego exiſtimabam.i.iudicabam,id quod erat.ſ.me perdidiſſe omnes fructus,&.i.ſimul,induſtriæ.i.naturalis artis & fortunæ meæ.i. per fortunam,acquiſitos.Sed cum ego cogitarem hæc.ſ.incommoda,& damna,eſſe mihi communia tecū, & cum quibuſdā.ſ. alijs bonis,& cum ipſe.i.egomet,frangerem iam me.i.propoſitum meum dolendi de amiſſione honorum,& bonorum, nō filiæ,& cogerem me ferre toleranter.i.patienter, illa.i.tam inſignia aduerſa, videlicet amiſſionem fructuum induſtriæ, & fortunæ,ego habebam.ſ.ante mortem filiæ quò.i.ad quam,cōfugerem.ſ.ſolatium habiturus,& vbi.i.in qua conquieſcerem.i.trāquillitate animi inuenirem,& in cuius ſermone & ſuauitate.ſ. ſermonis & morum,ego deponerem.i.exuerem,& reijcerē omnēs curas & dolores. Autem.i.ſed,nūc.ſ.poſt mortem filiæ, etiā illa quæ videbantur conſenuiſſe.i.antiquata, & è memoria per longitudinem temporis deleta,recrudeſcunt.i.recentia, rurſus fiunt,& in priore ægritudine,hoc vulnere tam graui.ſ.de morte filiæ accepto. Non.n.&c. Ordo eſt. Enim.i.quia vt.i.quemadmodū,domus.i.familia,& præcipue filia excipiebat me, tum.i. tunc ante mortem filiæ,& ſtante rep.mœſtum.i.reuerſum mœſtum à rep,i.ſi quid aduerſi in rep. vidiſſem., excipiebat, inquit, quæ.i.talis quæ,aut,quæ.i.vt leuaret me.ſ ab ea ægritudine, ſic ego mœrens nunc domo propter mortem filiæ non poſſum cōfugere ad,remp. vt acquieſcam.i.trāquillitatem animi accipiā, in bonis eius. Itaque.i.& ita,ego abſum & domo, & foro, q.i. quia, nec domus poteſt iam conſolari.i.conſolādo leuare,eum dolorem,quem capio à rep.nec reſp.poteſt conſolari dolorem domeſticum.i.quem capio domi ob mortem filiæ.quo.i.quocirca,ego expecto te magis.ſ.q̃ expectarem,ſi aliunde conſolationem inuenirem, & cupio videre te quamprimum.i.valde cito. Maior,ratio.ſ.ad cōſolationem nulla poteſt afferri mihi, quàm coniunctio conſuetudinis.i.frequentis conuerſationis, ſup.tuæ & ſermonum tuorū,quanquam.i.tametſi,ſperabam aduentum tuum propinquare, audiebam enim ſic. Ego autem cum.ſ.ita ſit,q exopto te videre quamprimū, de multis cauſis.i.ob multas cauſas,tum.i.multo magis,etiam vt cōmentemur.i.communiſcendo diſquiramus inter nos ante.ſ.quàm tempus, aut opportunitas elabatur,qua ratione.i.via & modo,hoc tempus ſit traducendum.i. tranſigendum nobis,quod tempus eſt accommodandum.i.conformandum totum ad voluntatem vnius.ſ.hominis vtpote Cæſaris, & prudentis, quia modeſte & ſagaciter vſus eſt victoria,& liberalis. quia clementer multis etiam gratis ignouit,& vt videor perſpexiſſe,nec.i.non etiam alieni à me, quia Cæſar Cic.monuerat, vt à bellis ciuilibus abſtineret: & poſt victoriam eum ſæpe amice ad curiam inuitarat, & amiciſſimi tibi,quia ſæpe abſentem laudarat. Quod cum ſit ita, tamē eſt magnæ deliberationis, quæ ratio ſit ineunda.i.inceptanda nobis,non agendi aliquid ſed quieſcendi,conceſſu.i.per conceſſum & beneficio.i per beneficium illius.ſ.Cæſaris.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Suadet Marcello, vt,relicta ſua ſententia,qua perpetuum exilium ſibi decreuerat,Romam redeat,& Cæſaris humanitate fruatur.

CICERO S. D. MARCELLO. 7

*ETSI eo te adhuc conſilio uſum intelligo,ut id reprehendere non audeam, non quin ab eo ipſe diſſentiam,ſed quòd ea te ſapientia eſſe iudicem, ut meum conſilium non anteponam tuo: tamen & amicitiæ noſtræ uetuſtas, & tua ſumma erga me beneuolentia,qua mihi iam a pueritia tua cognita eſt,me hortata eſt,ut eam ſcriberem ad te,qua & ſaluti tuę conducere arbitrarer, & non alienu eſſe ducerem à dignitate. Ego eum te eſſe, qui horum malorum initia multo ante uideris,conſulatum magnificentiſſime, atq; optime geſſeris,praclare memini.ſed idem etiam illa uidi,neque te conſilium ciuilis belli ita gerendi,neq; copias Cn.Pompeij,nec genus exercitus probare, ſemperq́; ſumme diffidere.qua in ſententia me quoq; fuiſſe, memoria tenere te arbitror.itaq; neq; tu multum interfuiſti rebus gerendis: & ego id ſemper egi,ne intereſſem.non.n.ijs rebus pugnabamus,quibus * ualere poteramus, cōſilio,auctoritate,cauſa, quæ erant in nobis ſuperiora; ſed lacertis, & uiribus,quibus pares non eramus.uicti ſumus igitur,aut,ſi uinci dignitas non poteſt,fracti certe, & abiecti.in quo tuum conſilium nemo poteſt non maxime laudare, quod cum * ſpe uincendi ſimul abiecisti certandi etiam cupiditatem; oſtendiſtiq́;, ſapientem, & bonum ciuem initia belli ciuilis inuitum ſuſcipere, extrema libenter non perſequi. Qui non idem conſilium, quod tu, ſecuti ſunt; eos uideo in duo genera eſſe diſtractos. aut enim renouare bellum conati ſunt, hiq; ſe in Africam cōtulerunt; aut quemadmodum nos, uictori ſeſe crediderunt.medium quoddam tuum conſilium fuit,qui hoc fortaſſe humilis animi duceres, illud pertinacis. fateor, à pleriſq;,uel dicam ab omnibus ſapiens tuum conſilium, à multis etiam magni ac fortis animi iudicatum: ſed habet iſta ratio,ut mihi quidem uidetur,quēdam modum, præſertim cum tibi nihil deeſſe arbitrarer ad tuas fortunas omnes obtinendas, pręter uoluntatem. ſic enim intellexi,nihil aliud eſſe,quod dubitationem afferret ei, penes quem eſt poteſtas,niſi quòd uereretur,ne tu illud beneficium omnino non putares: de quo quid ſentiam, nihil attinet dicere; cum appareat ipſe quid fecerim.ſed tamen ſi iam ita conſtituiſſes,ut abeſſe perpetuo malles, quàm ea,quæ nolles,uidere: tamen id cogitare deberes, ubicunq; eſſes,te fore in eius ipſius,quem fugeres, poteſtate.qui ſi facile paſſurus eſſet,te carentem patria, & fortunis tuis,quiete, & libere uiuere: cogitandum tibi tamen eſſet,Romæ ne,& domi tuæ, cuiuſmodi res eſſet, an Mitylenis, aut Rhodi malles uiuere. ſed cum ita late pateat eius poteſtas,quem ueremur,ut terrarum orbem complexa ſit: non ne mauis ſine periculo tuæ domi eſſe, quàm cum periculo alienæ? equidem etiam ſi oppetenda mors eſſet,domi,atq; in patria mallem, quàm in externis,atq; alienis locis. hoc idem omnes, qui te diligunt, ſentiunt; quorum eſt magna pro tuis maximis,clariſſimisq́; uirtutibus multitudo. Habemus etiam rationem rei familiaris tuæ,quam diſſipari nolumus.nam,etſi nullam poteſt accipere iniuriam, quæ futura perpetua ſit; propterea quòd neq; is,qui * tenet remp.pateretur, neque ipſa reſp.tamen impetum prædonum in tuas fortunas fieri nolo.ij autem qui eſſent,auderem ſcribere, niſi te intelligere confiderē.Hic te unius ſolicitudines,unius etiā multæ, & aſſiduæ lacrymæ C.Marcelli, fratris optimi,deprecantur.nos cura, & dolore proximi ſumus.precibus tardiores,quòd ius adeundi, cum ipſi deprecatore egerimus, non habemus. gratia tantum poſſumus, quantum uicti ſed tamen conſilio, ſtudio Marcello non deſumus: à tuis * reliquis non adhibemur: ad omnia parati ſumus. Vale.*

Idem alter epiſt.1.lib.6

Idem aliter epiſt.6.lib.9

Idem aliter epiſt.8.9.11 huius lib.

vide ep.8. & 11.l.4

ETSI] M.Marcellus,qui collega S.Sulpic.fuerat in conſulatu initio bellorum ciuilium,cum partes Pomp.maxime ſecutus eſſet, & adiuuiſſet. poſtea victo Pomp. Pharſalico prœlio contulerat ſe Athenas: vbi conſtituerat agere exilium perpetuum. quia putabat ſe non poſſe eſſe tutum Romæ, quia Cæſari aduerſarius fuiſſet. Verum cū iam Cice.& plerique alij iam eſſent reſtituti in patriam concedente Cęſare,Cice.id agebat, vt M.quoque Marcel.reſtitueretur. quod quidem Cęſa iam promiſerat ſe conceſſurum: licet diceret ſe HVBER.

ret se adhuc habere suspectam voluntatem Marcelli. Marcel. vero perstabat in proposito velle omnino abesse Roma, & vt vitaret pericula, quæ sibi Romæ essent, & ne videret oppressionem reip. Itaque Cic. hac epist. nititur persuadere, vt omnino redeat in patriam, existimetq; vbicunque sit, se esse sub potestate Cæsa. & q; si non viderit oppressionem reipub. & tyrannidem Cæs. cogetur tamen audire: in quo non erit multo minor dolor Ne autem indignetur Mar. q; Cic. ei consulat, laudat Cice. in principio epist. & prudentiam & consilium eius. quod etsi hucusque honestum fuit: tamen nunc mutandum dicit. {Adhuc} hucusque. {Eo consilio} vt scilicet abesses à patria {Quin} vt non. {Dissentiam ab eo} quia re vera dissentio, neque mihi placet. {Sed quòd} ratio quare non audeat id reprehendere, cum ei non placeat. {Ea sapientia} tali sapientia. {Nõ anteponam tuo} non existimem esse melius tuo, quia puto te multo sapientiorem esse quàm me. & licet non probem tuum consilium, existimo tamen non sine causa à te sapientissimo viro esse susceptum. {Tamen} licet non audeam reprehendere tuum consilium. {Vetustas} antiquitas quia iam multis annis est inchoata. Cic. in Lęlio, maxima est enim vis vetustatis & consuetudinis. {Quæ} beneuolentia tua erga me. {Hortata est} induxit: quia tenemur quærere vtilitatem eius à quo amamur. {Cooducere} vtilia esse. conduco enim datiuo iunctum significat prodesse, & vtile esse. {Non aliena} non absurda. {A dignitate} .s. tua quam existimarem non esse contra dignitatem & honorem tuum. Nam consilia omnia debẽt respicere non solum vtilitatem amici, sed honestatem, quæ duo dicit Cice. à se seruata. {Ego} laudat Cice. prudentiam M. Marcel. & consilia quibus vsus est, & ante bella ciuilia & in ipsis bellis, vt facilius persuadeat quod ei faciendum sit post finem horum bellorum ciuilium. {Cõsulatum} in quo habet collegam, vt diximus, Ser. Sulp. {Præclare} optime. {Sed idem} .i. ego idẽ, qui memini supradicta. {Vidi illa} .s. quæ sequuntur. Ordo est, Sed ego idem vidi illa, te neq; probare cõsilium belli ciuilis ita gerendi, nec copias, &c. {Consilium} modum. {Ita} sicut gestũ. {Copias} exercitum. Sic enim significat in plurali. Salust. Ingentes hostium copias parua manu fusas. Virg. tamen metri causa dixit, Quæ sit me circum copia lustro. {Neque copias} scilicet quas haberet minores, quæ tanto bello essent necessariæ. {Genus exercitus} qui magis esset ex togatis imperitis belli, & ex Cappadocibus, & Asianis, & omnibus peregrinis, quàm ex militibus Italicis, cum Cæs. haberet robur militum exercitatissimorum. quod non placebat Marcel. {Te non p.} te nõ laudare, tibi non placere. {Diffidere} subaudi & memini te diffidere .i. nullam habere fiduciam victoriæ Pompeianæ propter supradicta. {Summe} valde. {In qua sententia} in opinione, quòd Pomp. non esset futurus victor. {Te tenere memoria} te meminisse, quia tecum communicabam. {Itaque} quia neq; probabamus exercitum Pomp. & semper diffidebamus. {Rebus gerendis} quia postquam vidisti male cedere Pomp. discessisti à bello. {Egi, ne interessem} non negat se interfuisse, sed egisse ne interesset, si potuisset. {Quibus} rebus. {Consilio, auctoritate} hæ sunt res, quibus dicit se potuisse valere, & contendere cum Cæs. si his rebus esset pugnatum, sed pugnabatur viribus corporis, quibus longe erant inferiores Cæsarianis exercitatis, & induratis multis & diuturnis bellis {Causa} honestate causæ, qua potuissemus esse superiores: quia nos pro rep. illi contra remp. pugnabant. {Lacer.} subaudi pugnabamus. {Pares} .s. nostris hostibus .i. ęquales, & apti ad resistendum. {Igitur} propter supradictam causam, quia pugnabamus viribus, & lacertis, quibus non eramus pares hostibus, non auctoritate & causa, quibus eramus superiores. {Aut si} quasi correctio est, quia occurrebat virtutem non posse vinci, ideo dixit. {Fracti} quassati, debilitati. Virg. Fracti bello fatisq; repulsi. Idẽ, Fractæ vires, auersa deæ mens. {Certe} saltem. {Abiecti} in contemptum deducti & humiliati. {In quo} in qua re. {Nemo potest non laudare} .i. impossibile est, quin omnes laudent. {Abiecisti} deposuisti. {Cupiditatem decertandi} voluntatem pugnæ: quia discessisti a bello. {Cum spe vincendi} cum non sperares victoriam posse amplius Pomp. contingere post eladem Pharsalicam. ergo sic intelligendum est, q; cum spe vincendi abiecisti decertandi cupiditatem: id enim est sapientis. quod declarat, cum dicit, Ostendisti sapientem, & bonum, &c. {Inuitum} non libenter, sed officio coactum. {Extrema} finem bellorum. {Non libenter} ne bellum videatur potius susceptum cupiditate quàm officio. {Idem quod tu} .s. non persequendi libenter extrema belli. {In duo genera} in duas conditiones. {Aut enim} primum genus. {Conati sunt} .i. frustra tentauerunt. Nam conari proprie est frustra aliquid tentare & aggredi. Virg. Ter. conata loqui. Niti autem cum effectu, licet interdum confundantur. Iuuen. Quid tam dextro pede concupis in te conatus non pœniteat votiq; peracti. {Renouare} instaurare. quod videbatur iam finitum morte Pomp. {In Africam} cum Catone ad Iubam regem apud quem reparatæ sunt vires & maximi exercitus. {Contulerunt se} receperunt se .i. iuerunt. {Aut} alterum genus. {Quemadmodum nos} sicut ego Cice. {Medium} quia noluisti renouare bellum nulla spe victoriæ, nec existimare te victum. {Qui} reddit rationem vtriusque. {Hoc} .s. existimare te victum. {Humilis} abiecti, vilis. {Illud} .s. renouare bellum nulla spe victoriæ. {Pertinacis} obstinati, sicut fecerunt Marcus Cato, & Scipio, socer Pomp. & pleriq; alij. {Duceres} existimares. {Fateor} descendit Cice. paulatim ad persuadendum, vt iam velit flecti & discedere ab eo proposito, & Romam reuerti, præsertim cum tempus adiuuet hanc mutationem consilij. {A plerisque} à multis. {Vel dicam} correctio sapiens quia existimasti sine spe victoriæ esse pugnandum. {Magni ac fortis} quia nunquam tamen existimasti te victum. {Ista ratio} ista via tui propositi, siue consilij supra dicti. {Quendam modum} quendam terminum, ne minus progrediatur. {Præsertim} ratio validissima ad mutandam rationem illius consilij. {Omnes fortunas} patrimonium & dignitates tuas. {Præter voluntatem} scilicet tuam .i. nihil deesset tibi vt tu velis, quia Cæsa. est paratissimus omnia tibi restituere. {Ei} Cæs. {Penes quem} in arbitrio & dominio cuius. Nam penes cum ad personam refertur, & dominium & laudem & vituperationem significat. Cice. penes quos laus adhuc fuit. Quint. Culpa videatur penes patrẽ. Ouid. j. Fast. Me penes est vnum vasti custodia mundi. seruit etiam loco Cice. Sed penes scenam & huiusmodi locos exercitatus sis .i. apud scenam. Apud tamẽ locis melius seruit, vt apud forum te vidi. Iuuen. Aut apud Isiacę potius sacraria lenæ. & cum ad personam refertur, familiaritatem significat, non dominum, vt fui apud te .i. tecum vel domi tuæ. {Quod vereretur} timeret. {Ne non putares} .i. vt non putares. {Illud beneficiũ} scilicet quòd te restituisset in patriam. {De quo} de qua re: vtrũ debeas putare illud esse beneficium vel non. {Nihil attinet} nil opus est. {Quid sentiam} quid iud cem. {Appareat} omnibus sit notum. {Quid fecerim} quia reuersus sum in patriã, & quod ipse feci, potes existimare me alijs esse suasurum. {Sed tamen} iam incipit confutare obiectiones, quas posset facere Marcel. & primum, quod constituerit abesse, ne videat R. ea quæ sine maximo dolore videre non posset, hoc est remp. quæ solebat esse libera, nunc esse in potestate tyranni. {Perpetuo} semper. {Malles} potius velles. {Quàm ea} seruitutem patriæ & esse Rom. sub potestate Cæs. & similia. {Tamen} aduertendum est alterũ tamen vacare in sensu. {Vbicunq; esses} quia iam ferè vniuersus orbis est ei subiectus. {Eius} ipsius Cæs. {Qui} Cæs. probat autem omnino eum debere reuerti hoc argumento, q; si etiam Cęs. daret ei optionem, vt ibi esset, vbi maxime vellet, deberet tamen Mar. cogitare melius esse Rom. viuere. {Passurus} permissurus. {Quiete} sine persecutione. {Cuiusmodi res} qualis res. {Esset} .s. viuere. {Et domi} & declaratiue ponitur pro .i. {Aut Mitylenis, aut Rhodi} posuit pro quibuscunq; locis externis. Mitylenę insula in Aegeo, quę & Lesbos dicitur. Vernacula lingua dicitur Metalinum. Rhodos vrbs, inquit Strabo, super orientali promontorio sita, & portubus & vijs & mœnibus, &c. fabricas tũ alias excellit, vt nullam ei ęqualem, ne dũ prę̨stantiorem proferre valeamus. mira est eius iustitia, & diligentia, cum circa reliquam reip. gubernationem, tum circa res venales, quibus multo tempore mari dominata est, & piratas sustulit, & Rom. amica fuit, & regibus Rom. ac Gręcorum amicissima. Nam per eos libera mansit, & multis donis fuit exornata. dicta autem Rhodos, q; capulo rosę illic inuento sit ædificata. Nam ῥόδος gręce rosa dicitur. {Complexa sit} comprehenderit, vt totus fere orbis sub eius imperio fuerit. {Quem veremur} quem timemus. {Malis} potius vis .i. potius debes velle. {Alienæ} .s. domi. {Equidem} alia suasio multo efficacior, q; si etiam esset certus, non posset viuere sine periculo, vellet tamen potius mori in patria sua quàm in aliena. {Oppetenda mors} obeunda .i. si mihi esset moriendũ. {Externis} peregrinis. {Sentiunt} idem quod ego nunc suadeo tibi. {Quorum} .s. qui te diligunt. {Rationem} respectum, cur tibi hęc suadeamus. {Rei famil.} patrimonij & bonorum tuorum. {Dissipari} dispergi. {Perpetua} quia si quidquam amitteres, statim recuperares. {Propterea} ratio quare eius rei familiaris non possit accipere

Conduco

Conati
Niti

Penes
Apud

iniuriam, quæ sit futura perpetua. {Is} s. Cæs. {Patitur} permittit, immo prohibet. {Prædonum} latronum, raptorum, qui in huiusmodi tumultibus & mutationibus rerum gaudent deripere domos diuitum, & maxime eorum, quos putant suspectos Cæsa. {Qui essent} hi prædones. {Confiderem} certus essem. {Hic} in huc, vt Romam venias. {Solicitudines} curæ. {Proximi} post Mar. quia post eũ nullus est qui maiore cura de te afficiatur, q̃ ego. {Tardiores} segniores ad precandũ Cæs. {Quod} ratio· non. n. satis cõmode possumus esse deprecatores alterius apud eũ, apud quem necesse fuit adhibere deprecationẽ pro nobis. quod se fecisse Cic. dicit. {Nõ habemus ius adeũdi} nõ possumus eum adire, cũ opus fuerit uobis deprecatore apud eum. {Gratia} fauore. {Quantũ victi} qui parum possunt. {Studio} prompta voluntate. {Consilio} quo possumus eũ iuuare. {Marcello} fratri tuo, qui sæpe cõmunicat mecũ de tuis rebus. {A reliquis} præter Marc. fratrẽ. {Non adhibemur} non vocamur ad res tuas, neq; consulimur. {Ad oia} quæ pro te fieri possunt.

PHIL

ETSI eo} Post victoriam Cæsa. è bello ciuili aduersus Pomp. Põpeiani diuersa consilia secuti sunt: quibusdã renouare bellũ, quibusdam pati sub Cæs. seruitutem visum est, quibusdam neutrũ placuit. In hac extrema sorte Marcellus numerari poterat, qui neq; Cæs. obedire, neq; aduersari decreuerat, sed omnino carere patria & domo, & quiete viuere, si posset in exilio. Quod cũ Cic. accepisset, has ad eũ literas misit, quibus vehementer hortatur domi, & in patria eum malle viuere, q̃ in externis locis, Athenas. n. se contulerat, & ibi perpetuo in exilio permanere decreuerat. putabat. n. Romæ s. non posse, p p Cæsaris concessum & beneficiũ cõquiescere. Nec amplius dubitabat Tulius de Cæsaris volũtate erga Marcellũ. nam ei ꝓmiserat velle Marcello parcere. Ex quo illi persuadere conatur, vt redeat, putetq; seipsum, vbicunq; fuerit, sub potestate Cæs. esse mansurũ. {Eo consilio} vt Romæ esse nolis. {Nõ audeam} p p auctoritatem & sapientiam tuam, cum tñ reprehendendum sit. Laudat. n. hanc ob cãm Marcelli consiliũ, ne indignum putet à Cic. sibi dari consilium, cum ipse maximi consilij atq; sapientiæ esse diceretur. {Quod te} ꝙ nõ à consilio tuo dissentiam, quia vere dissentio: vr̃. n. mihi te Romæ debere viuere cũ tuis. Et animaduerte, ꝙ in hoc exordio ad beneuolentiam, & attentionem colligendã multa dñr. {Sap.} sapientia est humanarum atq; diuinarũ rerum perfecta scientia, quã Græci σοφίαν dñt. {Non anteponam} præferam, qm̃ te longe sapientiorem existimo, q̃ me ipsum. & quamuis cõsiliũ tuũ non probem, tñ illud à te viro prudentissimo non sine causa susceptum puto. {Vetustas} hæc maxima in amicitia vim habet, & cariores esse dñr amici veteres q̃ noui: ex quo Satyrus inquit: Quãuis digressu veteris confisus amici. {Amicitiæ} inter amorem & amicitiã hoc interest, ꝙ amor in eos esse põt, quos etiam nescimus & nunq̃ vidimus. Amicitia vero non est nisi inter eos, qui se norunt. Est. o amicitia reciprocus quidam animorũ affectus, & vtrunq; nomen ab amando deductum est, & antiqui amicitiam per se dicebant, & amicũ & beneuolũ. {Saluti tuæ} attentum facit. {Conducere} vtile esse, datiuo iunctum. {Non alienã ducerem} cõtraria honori tuo. {Duo d.} vtile & honestum de quibus aliter philosophi sentiunt, aliter qui resp. student, & in ciuitate versantur. Socrates inquit, nihil esse vtile, quod nõ honestũ sit, & nihil honestum, quod non vtile est. & apud Stoicos disputatio. hoc est, quod honestum sit, id solum bonũ esse. id. n. per se solũ placet nulla adiuncta gratia. est aliud honestum, quod medium appellatur, quod est cum vtilitate coniunctum. Tertia est cõmoditas quædã, quæ solũ lucris studet, omni depulsa honestate philosophicũ, quod dicimus honestũ, soli virtuti intentũ est, omni abiecta vtilitate. hic ergo vult persuadere Marcello nõ illud honestũ, quod philosophicũ est, non commoditatẽ, quæ ad peritos homines pertinet, sed illud mediũ, quod diximus honestũ & vtile, quod in ciuitate versatur. Sunt autem quædam verba, quæ nec oino sunt personalia, nec oino impersonalia, vt iuuat, decet, oportet, & conducit pro vtile est. {Ducerem} existimarem. Virg. Tanto mecrimine dignũ Duxisti. Cic. in Ver. hoc sibi amplissimũ pulcherrimumq; ducebant. {Ego eũ te esse} laus à prudentia, cuius pars est prouidentia, per quã aliquid futurũ videmus antequam factũ sit. Laudat. n. Marcelli cõsilium atq; prudentia, quibus in bello ciuili est vsus, vt illi, quid post bella ciuilia faciendũ sit, facilius persuadere possit. {Cõsulatum} consul erat, qñ, vt ait Tranquillus in vita Cæs. retulit ad senatum, vt Cæsari ante tẽpus succederetur. præuiderat. n. Marcellus, quorsum illa renderent, quæ Cæsar faciebat. oẽs n. quos poterat, beneficijs astringebat, vel libertos & seruos, quibus palã palam bello ciuili opus esse dicebat: reges quoq; & prouincias per orbem alliciebat beneficijs, & exornabat præcipuis opibus. ex quo omnes cœperũt esse attoniti. Collegã habuit in eo consulatu Sulp. {Illa vidi} te. s. non probare ciuilis belli consilium, nõ Pompeij copias, non deniq; genus exercitus nostri, & in eadem ego sñia permanebam. Vidimus. n. multo ante quod nunc patimur. vnde factum est à nobis, vt tu non multũ interfuisses, & ego, ne interessem, semper fugissem. {Copias} ad bellum impares, ꝙ instabat. {Genus exercitus} ex barbaris nationibus coactũ, & ex tyronibus Romanis, apud Cæs. vero firmissimus militũ apparatus, & ex hoc merito diffidere. Exercitus vero istorum genera cuiusmodi fuerint, Luc. ostendit. {Summe} vehementer. {Qua in sentẽtia} ꝙ Põpeiani futuri nõ essent victores. {Memoria tenere} te meminisse, & in memoria habere, quod plus est quã scire. nã quæ scimus, obliuisci possumus: quæ vero memoria tenemus, nunq̃ amittimus. Sanè notandũ apud Cic. sic dici memoria teneo, nõ memoriter. quo tñ dicendi modo vsus est Plin. vt tu facillime iudicabis, q̃ tã memoriter tenes: & ecõtrario dico, narro, recito memoriter dicimus, non memoria, vt Cic. multa narrare de C. Lelio socero suo memoriter, & iucũde solebat. Repetere tñ & cõplecti memoria, & memoriter dicimus. Cice. si memoria repetere volumus, quæ & dicimus. & Lio. memoria oia cõplecti poterat. Caue dicas, aut menti, aut mẽte tenus, vt quidã inepti dñt, vt didici menti, & habeo mente tenus: quẽ sermonẽ omnino latinitas fugit. {Itaq;} tũ nõ probãdo nostrũ exercitum, tũ etiam diffidendo copijs nostris. {Interfuisti} id verbũ datiuo iunctũ præsentiã significat. {Rebus gerendis} bellis ciuilibus. {Egi} conatus sum. non penitus dicit se nõ interfuisse, sed se conatũ fuisse, vt nõ interesset. {Non. n.} ratio est cur Cic. nõ interfuit bello ciuili. {His rebus} s. consilio, auctoritate, & causa, quibus potẽtes eramus. & est articulus. Iustior. n. erat causa nostra q̃ Cæs. & maior auctoritas, & non minus consiliũ. {Sed lacertis, & viribus} armis. {Pares} Põpeiani. Cæsarianis. {Victi sumus} cũ pares Cæs. in bello nõ eramus, victi sumus, & in Pharsalia hmõi calamitatẽ duce Pomp. senatus accepit. Vbicunq; ponimus ergo vel igit̃ necessario cõclusionẽ ostẽdimus, & ad breuiores pertinẽt cõclusiones q̃ illa. {Quare} qua propter, quãobrem. {Fracti} debilitati: vt, Fracti bello, fatisq; repulsi. {Dignitas} Stoice magis q̃ ciuiliter dixit, vt in parad. de M. Regulo, qño corpus eius caperetur, certe ipse capi nõ potuit. & est correctio, cũ spe vincendi, cũ spem nõ haberes posse vincere, pugnãdi etiã cupiditatẽ abiecisti. non. n. multũ rebus gerendis interfuit. {Sapiẽti} qm̃ videbas nõ posse vincere. {Bonum ciuẽ} cui bella displiceret. {Inuitũ suscipere} aliquãtulum interfuit, sed inuitus & exẽplũ de se dedit sapiẽtis & boni ciuis. {Extrema} libẽter nõ prosequi. {Ad illud} quod ait certãdi cupiditatẽ cũ spe vincendi abiecisse. {Nõ idem con.} vt cupiditatem certãdi cũ spe vincendi amitterent, & quod erat mediũ, sequerẽtur vt tu. {Aut. n.} expositio duorũ generũ quæ dixit. {Conati sunt} frustra tentauerunt, vt Terent. sunt conati imponere Pelio Ossam. {Renouare bellũ} id vnũ est qđ dixit genus, quo in genere Scipionẽ & Iubã accipimus, & omnes, qui eos secuti sunt, quos in Africa, vt ait Trãquillus, renouẽtes Cæsar deuicit, & Põpeij liberos in Hispania, cũ quibus ancipiti fortuna dimicauit, adeo ꝙ desperatis rebus de asciscẽda sibi morte cogitauit. {In Africã} vt Scipio, Iuba, & Cato Vticensis. nã apud Iubã regem reparatæ sunt vires nõ parui exercitus cõtra Cæs. vt Põp. filij in Hispania, & an ipse Põp. in Alexandriam fugiens ab Ptolem ęo fuerat iussus occidi. {Aut se victos} alterũ genus. {Nos} ego Tullius & quidã alij. {Medium tuũ consilium} ꝙ nec te victum penitus, credidisti, nec bellũ cũ alijs renouasti. {Quid} ratio est. {Hoc} humilis animi, abiecti & vilis credere & fatere te victum. {Illud pertinacis} renouare bellum aduersus Cæs. {Fateor} laudat illud Marcelli consilium, quod medium fuisse diximus, & ei suadet, vt iam redeat, argumẽta sumẽs ab vtili & à tẽpore vel dicã. {Sapiens} ꝙ interesse noluisti. {Magni} ꝙ mediũ secutus. {Ista ratio} qua tu motus es, & vis supradicti consilij. {Modum} mensurã, ne protendat vlterius. {Præter voluntatẽ} ꝙ tu nõ vis: nam si velles, haberes omnia à Cæsare. {Ei} Cæsari. {Penes quem} circuitio ad Cæsa. significandũ. {Beneficium} vt teipsum in gratiã, & beneuolentiã acciperet. {Cũ appareat ipse quid fecerim} à cõsilio quod ipse secutus est. dãnat Marcelli consiliũ, qui non idem faciat. Consiliũ aũt Ciceronis. fuit nõ agendi aliquid in rep sed Cæsaris cõcessu & beneficio quiescẽdi & in patria permanẽdi. {Sed tñ} argm̃ à necessario. & est confutatio obiectionũ, quas M. facere potuisset, vel in primis ꝙ abesset, ne ea videret Romæ, quæ sine dolore videre non posset, &

Sapientia

Amor
Amicitia

Ducere

Memoria tenere.

iacentem

iacentem remp.{In eius ipsius potestate} dominatione Cæsaris,vt alibi,vbicunq; es,in eadem es naui : cum fermè totus orbis seruiret Cæsari.{Qui} Cæsar.argumentũ ab vtili, quo probat omnino Marcellum reuerti debere,etiam si Cæsar contentus esset,vt ibi viueret Marcellus vbi vellet : deberet tñ eligere Romæ velle viuere potius q̃ extra.{Fortunis tuis}numero pluratiuo diuitias & opes accipimus. {Cuiusmodi} vel perdita vel salua.{Mitylenis}has posuit pro omnibus locis externis. inter Metymnam & Maliam iacent ciuitates : maxima est insula in Aegeo,quæ & Lesbos dr̃,æolicarum vrbiũ metropolis, & duos, vt Strabo dicit,portus habet,quorũ australis clausus est 5.& triremium ac nauium capax,borealis vero magnus est,ac probus agere protectus.clarissimos viros habuit, inter quos Pyttacum fecit septẽ,& Alceus poeta & Antimenides Alcei frater & Sappho poetica,Diophanes orator, Potamon, Lesbos , Grenagoras,& Theophanes rerum scriptor,Pompeij familiaris,& ab eo ciuitate Romana donatus. {Rhodi} idem Strabo dicit vrbem esse super orientali promõtorio positã : & portubus,vijs,& mœnibus,& cætera fabrica tñ alias excellit,vt nulla ei ęqualem nedum præstantiorem proferre valeamus. mira est eius iustitia,& diligentia,cum circa reliquam reip.gubernationem , tum circa res nauales,quibus nullo tempore mari dominata est,& piratas sustulit, & Romanis amica fuit,& regibus Romanorũ,ac Græcorum amicissima.Nam per eos libera mansit, & multis donis fuit exornata,à græco vocabulo dicta ῥόδος,quæ rosam significat , quam in fundanda ciuitate conditores inuenerunt {Late pateat}per totum orbem terrarum,& vbicunq; es, in eadem es naui,& necubi securius esse poteris q̃ in patria.{Equidẽ} aliud ad suadendũ efficacius argm̃,quorum magna multitudo.ſ.illorum,qui te diligunt.{Rei fam.}rerum domesticarum. {Rationem}considerationem.{Nam etsi laus Cæs.}à benignitate, iustitia,clementia.& ait ꝙ Cæs.non pateretur ꝙ inimici tui res tuas caperent,vnde nulla vnquam iniuria in rebus tuis regnãte Cæs.posset esse perpetua,& longo tempore duratura.{Qui te} remp.circuitio Cæs.{Hoc te} vt Romam venias.& est argm̃ à pietate in suos,vt si rationibus moueri non posset,pietate moueretur & lacrymis.{Marcelli fratris sui} erant.n.duo germani fratres M.Cl.Marc.qui consul fuit, & C.Cl.Marcel.qui Octauiani neptẽ Cæs.duxerat vxorẽ proximi post C. Marcel. Nullius.n.post illũ tanta cura afficiebatur q̃ Cic.{Quòd ius ad nõ habemus} ratio est quare tardiores ad ornandũ Cæs.qñ opus fuit pro re sua apud Cæs.deprecatore. {Adeundi} conueniendi Cæs.{Gratia} beneuolentia & fauore Cæs.erga M.{Quãtum victi}hoc ait,tãtæ sumus auctoritatis & gratiæ apud Cæs.quãtæ esse solent qui victi sunt,q.d se paruæ admodũ auctoritatis esse.{Sed tamen}hoc est quamuis paruæ simus auctoritatis,tñ Marcello tuo non desumus. {A tuis reliquis non adhibemur} quasi dicas ꝙ adhiberemur.ſ.ad res tuas,quia non est qui ad illas me vocet præter Marcellum fratrem tuũ. {Ad omnia} quæ tuæ saluti conducunt,& ad honorem tuum pertinere putamus.

Fortun. 2.

ASCEN.

E T S I , &c.} Marcellus , collega S.Sulpicij in consulatu, Pompeianas partes secutus,post Pharsalicam cladem se Athenas contulit, vt ibi reliquum vitæ ageret : verum, cum Cic.& alij multi pro eo intercessissent, annuit Cæsar,modo ille redire vellet.quod vt velit,nunc agit Cic.hac epistola dicens . Etsi ò Marcelle, ego intelligo te vsum adhuc.i. in hoc vsq; tempus,eo.i.tali consilio,vt non audeam reprehendere id,non quin.i.ꝙ non ipse.i.ego dissentiam ab eo.ſ.consilio tuo,sed ꝙ iudicem te esse ea sapientia , vt non anteponam tuo consilio,meũ.ſ.cõsilium,tñ vetustas amicitiæ nostræ, & summa beneuolentia tua erga me , quæ cognita est mihi iam pueritia tua non dicit mea,quia minor erat Marcellus , hortata est me, vt scriberem ea ad te,quæ arbitrarer cõducere.i.vtilia esse,saluti tuæ, & quæ ducerem.i.existimarem , esse non aliena à dignitate tua i.nihil factura contra dignitatem tuam. Ego memini præclare.i.egregie te esse eum.i.talem , qui videris initia horũ malorum multo ante.ſ.q̃ euenerunt,& qui gesseris consulatũ magnificentissime, atq; optime . Sed sup.ego idem vidi.i.animaduerti etiam illa,videlicet,neq; probare.i.approbare, & laudare, consiliũ belli ciuilis gerendi ita, vt gestũ est,neq; copias.i.potentias exercitus,nec genus exercitus Cn.Põpeij, & diffidere semper summe.i.summopere.in qua sententia ego arbitror te tenere memoria,me quoq;.i.etiam me fuisse Itaque.i.& ita,neq; tu interfuisti multũ rebus gerendis,& ego egi semper id ne interessem.ſ.rebus bellicis gerendis.Enim.i.quia,nos non oppugnabamus.i.certabamus,ijs rebus,quibus poteramus valere,videlicet cõsilio,auctoritate,causa,quæ.ſ.tria dicta erant superiora.i.meliora, & priora,in nobis, sed sup.pugnabamus.i.pugnabatur,lacertis.i.robustis brachijs, & viribus , quibus non eramus pares. Igitur quia pares nõ eramus, victi sumus.aut si dignitas nõ potest vinci,nos certe sumus fracti.i.debilitati , & abiecti . In quo nemo põt non laudare.i.quisq; cogitur laudare maxime consilium tuum,ꝙ abiecisti cũ spe vincendi etiam cupiditatem certandi,& ostendisti.ſ.per factum tuũ ciuem sapiẽtem & bonum suscipere inuitũ initia belli ciuilis,& non persequi lubẽter extrema,in quibus est multorũ innocentũ trucidatio,vt victor securior viuat.Ego video eos , qui non sunt secuti idem consilium, quod tu.ſ.secutus es,esse distractos.i.diuisos in duo genera.Aut enim conati sunt renouare bellum.ſ.contra Cæsarem, vt Cato Vticensis.Ijq;.i.& ij,cõtulerunt se in Afticam ad Iubam regẽ, aut crediderũt se esse victos quemadmodũ nos sup.credidimus, hoc est ego credidi.Non.n.licet ad Marcellum loquatur Marcellum, demonstrat,quod nouũ videretur ignorantibus in prima persona licere pluraliter de vno loqui,in secũda non licere. ꝙ aũt Marcellũ non demonstret,paret ex eo,quod subdit,Consilium tuũ fuit quoddam medium,quia neq; se planè victũ fatebatur,neq; renouare bellũ probabat.vtpote qui duceres.i.existimares fortasse hoc.i.posterius dictũ.ſ.se victũ fateri sup.esse animi humilis.i.abiecti , illud.ſ.renouare bellũ pertinacis.ſ.animi esse. Fateor tuum consiliũ iudicatum sup.esse à plerisq;, vel dicã ab omnibus sapiens. i.sapientis hominis & à multis etiam.i.insuper,sup.iudicatũ esse,animi magni, ac fortis , quod ad eã rem plus facit. Nam sapiens inquantũ sapiens,sapit quid faciendum magnanimus & fortis,quod sapit,audet.Sed ista ratio.i.consideratio consilij tui,habet (vt quidem vr̃ mihi) quendam modũ.i. quandam mensuram,aut formam faciendi,præsertim cum arbitrer nihil deesse tibi,præter voluntatem ad obtinendas omnes fortunas.i.opes tuas.Ego.n.intellexi sic videlicet,nihil aliud esse,quod afferret dubitationem ei.ſ.Cæsari,penes quem est potestas,nisi ꝙ veretur ne.i.vt tu non putares.i.æstimares omnino, illud.ſ.recipere fortunas tuas,beneficiũ,sup.esse. De quo.ſ.consilio tuo quid sentiam, nihil attinet dicere,cũ appareat , quid ipse.i ego fecerim,q.d.nõ videar aliud consulturus q̃ ipse fecerim: recepi autẽ fortunas meas à Cæsare.Sed tñ si tu constituisses.i. proposuisses iam ita,vt malles abesse.ſ.ab vrbe,perpetuo , q̃ videre ea quæ nolles: tñ tu debes cogitare id vbicunq; es.quia tũc ferè mundi monarcha erat Cæs.te fore in potestate eius quem fugeres.i fugere velles. Qui.ſ.Cæsar, si.i.tametsi,passurus esset facile te carentẽ patria,& fortunis tuis viuere.ſ.extorrem,quiete & libere. i.sine persecutione: tñ cogitandum esset tibi,ne,pro an malles viuere Romæ & domi tuæ , cuiusmodi.i.qualis res.i. vtilitas tua esset.vr̃ tñ scribendũ cuiusmodi i.cuiuscunq; modi, hoc est qualiscunq; res esset siue perdita , siue salua.an Mitylenis.i.in ea vrbe in Mitylene insula in mari Aegeo , quæ & Lesbos dicitur clarissima,aut Rhodi. In ea vrbe Rhodi insulę,nũc quoq; præclara.Sed cũ potestas eius.ſ.Cæsaris quẽ veremur,pateat ita late,vt sit complexa orbem terrarũ,nonne mauis.i.magis vis esse domi tuæ sine periculo, q̃ sup.domi alienæ cũ periculo?Ex hoc loco reor Vallam sumpsisse genitiuũ domi admittere tñ adiectiua quæ loco congruant,vt meæ,tuæ,suæ, nostræ, vestræ,alienæ propriæ vbi est mauis,legendũ,credã malis.i.magis velis.equidẽ.i.ego equidẽ etiã si mors esset appetenda.i fortiter obeunda,mallem sup.oppetere mortem, aut viuere domi, atq; in patria, q̃ in locis externis,atq; alienis. Omnes, qui diligunt te,sentiunt hoc idem.ſ.faciendũ tibi.quorũ.ſ. te diligentiũ, est magna multitudo pro tuis maximis & clarissimis virtutibus.nos etiam habemus rõnem.i.bonũ respectũ rei tuæ familiaris,q̃ nolumus dissipari.Nam etsi,sup.res tua familiaris,nullam põt accipere.i.pati iniuriã,quæ sit perpetua , ꝑp ea ꝙ neq; is.ſ.Cæsar,quem tñ vt inuisum Marcello non nominat, qui tenet remp.patietur.ſ.iniuriã tibi perpetuam fieri,neq; ipsa resp. patietur,tñ nolo impetum prædonum , vt erant satellites Cęsariani,fieri in fortunas tuas . Autem.i.sed ego auderem scribere,qui essent ij.ſ prædones,nisi confiderem te intelligere.ſ.quę sint solicitudines vnius.i.solius,etiam si non essent pluriũ, etiã multę,& assiduę lacrymę vnius,videlicet C.Marcelli, fratris.ſ. tui optimi deprecãtur te hoc.i.ne patiaris fortunas tuas diripi. Nos sumus proximi.i.simillimi fratris tui, aut facto eius , cura & dolore.ſ.pro te susceptis : sed sup.sumus tardiores.ſ.q̃ frater tuus precibus.ſ.faciendis pro te Cęsa.ꝙ ipsi.i.nosmet , eguerimus.ſ.ante veniam obtentam,deprecatore.i.qui pro nobis intercedat,aut,vt alij legunt, deprecatione.i.intercessione alicuius pro nobis, non habemus ius adeundi.ſ.Cęsaris , aut Cęsã. Nos possumus erga Cęs.tãtum gratia.i.per gratiam nostram,

quantum,sup.possunt victi.Sed tñ non desumus Marcello.s.fratri tuo consilio & sup.studio.nos non adhibemus.s.ad consiliũ à reliquis tuis.s.amicis,sed sup.parati sumus ad omnia.i.etiam ad alijs consilia danda,si exposcerent.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Iterum suadet, vt,mutata sententia, in patriã reuertatur: idq; propter temporum & loci conditionem, & Cæsaris erga bonos viros voluntatẽ.

CICERO S. D. MARCELLO. 8

*EQVE monere te audeo,præstanti prudentia uirum, nec confirmare, maximi animi hominem, uirumq; fortissimum, consolari uero nullo modo.nã si ea, quæ acciderunt,ita fers,ut audio: gratulari magis uirtuti debeo, quàm consolari dolorem tuum.sin te tanta mala reip.frangunt: non ita abundo ingenio ut te consoler, cum ipse me non possim. Relinquum est igitur, ut tibi me in omni re eum præbeam,præstemq;,ut ad omnia,quæ tui uelint, ita ad sim prȩsto,ut me nõ solum omnia debere tua causa, quȩ possum,sed ea quoq;,quæ * non possum, putent. Illud tamen* Phil. 6. *uel tu me monuisse,uel censuisse puta, uel propter beneuolentiã tacere non potuisse: ut,quod ego facio,tu quoque animum inducas: si sit aliqua resp.in ea te esse oportere,iudicio omnium,req; principem,necessitate cedentem tempori: sin autem nulla sit,hunc tamen aptissimum esse etiam ad exulandum locum. si enim libertatem sequimur; qui locus hoc dominatu uacat? sin qualemcunque locum; quis est domestica sede iucundior? sed, mihi crede,etiam is,qui omnia tenet,fauet ingenijs, nobilitatem uero,& dignitatem hominum, quantum ei res, & ipsius causa concedit,amplectitur.Sed plura,quàm statueram.redeo ergo ad unum illud,me tuum fore cũ tuis, si modo erunt tui; sin minus, me certe in omnibus rebus satis nostræ coniunctioni, amoriq; facturum. Vale.*

HVBAR. NEQVE monere} huius epist.argumentum ex superiore colligitur.nam cum abesset M.Marcel.vt supra diximus,primum Cic.ostẽdit se neq; audere monere eum, neq; consolari: & adducit rationes. Postea vero pollicetur se præstaturum Mar.ac suis omnia,quæ pro eo possit.Postremo eum hortatur vt velit in patriam reuerti. & cur hoc facere debeat,adducit rationes validissimas. {Monere}consilium dare. {Præstanti prudentia}qua potes melius alijs cõsulere,qui aliorum expectare consilium. {Confirmare} corroborare ad ferenda aduersa. {Maximi animi}q. nullis perturbationibus succumbere debet. {Nam si ea}ratio quare non audeat eum consolari.& vtitur argumẽto dilemmate,quod concludit ex vtraq; parte.s.siue fortiter ferat aduersa,siue opprimatur dolore,se tamen non audere eum consolari. {Ita}.s.forti & magno animo. {Virtuti}fortitudini tuæ,quæ est virtus. {Sin}secũda pars. {Frãgunt,}& deijciunt & opprimunt te, & à statu rationis remouẽt. {Non ita ab.in.}non ita sum ingeniosus, non habeo tantũ ingenium. {Vt consoler} vt consolari possim. {Reliquum est}.i. restat.& sic concludit hanc particulam. {Igitur} quia te conso-
Præsto lari non possum. {Eum} talem. {Præstem} paratum me exhibeam.& plus est,quàm præbeo,vnde & præsto dicitur,vt præsto adsum. {Debere}obligatum esse,facere. {Ea quæ nõ possim}.i. etiam plura,q̃ possim præstare. {Illud tamen} quia supra dixit se non audere eum monere,ne videatur sibi contradicere,daturus consilium Marcel.dicit Cic.vt Mar.accipiat id quod est dicturus siue nomine monitionis, siue iudicij & opinionis suæ,siue quæ propter suam erga eum beneuolentiam tacere non potuerit.& hoc caute dicit ne videatur velle dare consilium sapiẽtiori. {Puta} finge, pone. {Monuisse} loco monitionis dixisse.
Censere {Censuisse}iudicasse,& pro opinione quadam dixisse. Vel reseruauit ad vltimum: quod volebat eum potius credere s.tacere non potuisse,quia amor cogit nos aperte dicere,quod putamus vtile fore amicis nostris. {Si sit} hoc est quod non potest tacere.Et est ordo: puta me non potuisse tacere illud.s.si sit aliquid resp. {Oportere iudicio hominum te in ea esse} est etiam hic dilemma.i.diuisio, cuius prima pars est, si sit aliqua resp. {Aliqua}aut parua,aut magna.i.si omnino non periere. {Iudicio hominum} vt homines iudicant. {Te principem}.i.oportere esse. {Cedentem tempori} sequentem tempus. {Necessitate} quia non possis aliter facere, & ita nihil facies contra tuam dignitatem,cum non voluntate,sed necessitate subijcias te Cæs. {Sin autem}altera pars dilemmatis. {Nulla sit} si penitus perierit. {Hunc locum}.i.Romam. {Ad exul.}per similitudinem dixit exulare eum, qui in patria rẽp.& fortunas suas amiserit, sicut exulant,qui extra patriam sunt. {Si.n.}probat multo melius esse Rom.viuere etiam cum aliquo incommodo, q̃ alibi & occurrit obiectioni Marcelli, qui potuisset dicere se velle libertatem,quam Cic.dicit nusquam inueniri posse, cum nullus locus sit,qui nõ sit in potestate Cæs. {Sequimur}quærimus. {Quis locus}.q.d.nullus. {Vacat} vacuus est,caret. {Hoc dominatu} hac dominatione Cæs. {Qualemcunq;}vel liberum, vel subditum,subaudit sequimur. {Sede domestica} habitatione domus suæ,& proprie patria. Ouid.in Tristibus. Nescio qua natale solum dulcedine cunctos. {Detinet} idem, Non dubia est Ithaci prudentia,sed tñ optat Fumũ de patrijs posse videre focis. {Sed mihi}q.d.est hæc potissima causa quare redeas, quia Cæs.delectatur viris ingeniosis,qualis tu es. {Is} Cæs. {Fauet ingenijs} amat ingenia,& ea tuetur. {Amplectitur}fouet amat. {Nobilitatem & dignitatem}.i.eos,qui & nobiles sunt,& aliqua dignitate ornati. {Res}vtilitas. {Et causa}.i.honestas causæ, quia nõ dicebat,vt eo modo amplecteretur, & adiuuaret eos, qui fuerãt aduersarij,quo eos, qui eius causam tutati erant. {Concedit} permittit,patitur. {Plura}.s.scripsi. {Quàm statueram} quàm proposueram,quia non putaueram te admonendum esse. {Redeo ad illud}quia supra dixerat, Reliquum est igitur,vt tibi,&c. {Si modo erunt tui}.i.si non deserent te, & si non discedent ab officio propinquitatis & amicitiæ. {Sin minus} hoc est si non, subaudi erunt tui. {Satisfacturum} fecit tmesin, quia diuisit dictionem de,compositam.dixit satis nostræ coniunctioni facturum. {Coniunctioni} amicitiæ.

NEQVA monere} idem propemodum in hac est argũ, PHIL. quod in superiori epist.monet.n.Marc.sententiam mutet,in vrbem veniat,cũ suis viuat,ad illud inducat animum,quod Cic.faciebat,vt quomodocunq; res sese haberent,ab vrbe non abiret.laudat n.Cæs.mirum in modum,vt animum Mar.ad redeũdum alliciat. Et tota hæc epist.plena est non modo consilijs,sed beneuolentia, & amore. {Monere} ad consilium suscipiendum cum prudens esset. {Cõfirmare} ad ferendam fortunã aduersam,cum esset animi excellentis. {Si ea} ratio est,cur eũ monere,& consolari non audeat, & duobus contrarijs id ostendit,vt quomodocũq; Marcellus se habeat, vel q̃ æquo animo incommoda fortunæ,vel quod non ferat, se tñ illum monere,& consolari non audeat. Est agitur diuisio & argumentum,quod dilẽma nuncupatur,q̃ accidere mala reip.vt audio. Intellexerat.n.Marcellum ȩquo animo ferre calamitatem reip.sed nõ ita esse credebat. {Frangunt}perturbant,opprimũt.
Adde Præsto. {Eum}talem. {Præstem}faueam.adesse & præsto esse significatione nõ differunt: significat.n.fauere & præsentem esse. Verũ adesse tam ablatiuo cũ ista præpositione in coniungitur, q̃ datiuo. Tullius, Vellẽ in meo grauissimo casu affuisses. Et in Philippicis, Omnibus his pugnis Dolabella affuit. Ita etiã præsto esse significat præsentem esse. Cicero pro Mur. Tu interea Romæ amicis præsto fuisti. Idem in epist. Statot tuus mihi cum literis præsto fuit. {Quocũq; etiam} bene iungũtur, qm̃ diuersa significant. Nam quoq; similiter etiam aliqñ adhuc significans.
Quoque Etiam. Terent. Nihil etiam suspicans mali. Et Virg. Idemq; etiã. {Illud tamen} paulatim accessit ad cõsilium suũ Marcello dandũ, & ne seipsum ostenderet Marcello prudentiorem esse,clanculũ id egit: & quod ipse faciendum censet, & ex beneuolẽtia tacere non potuisse cõmemorat. {Monuisse}loco cõsilij dedisse. {Censuisse}
Taceo Reticeo Obticeo Inducere animum. iudicij loco dixisse. {Tacere} tacemus consilia,reticemus dolores,obticemus pudenda. {Quod ego facio} obsequebatur Cæsari. {Animũ inducas}inducere animũ est animo suo desuadere. {Si sit}alterũ dilemma ex duobus contrarijs: vt aut si sit, aut si omnino non sit aliqua resp.concludit,q̃ omnino necesse sit in ea,qualiscunq; fuerit,permanere. {Iudicio hominũ}quod omnes ita iudicant. {Teq; principem}repete oportere esset . . . adhuc.n.oratio. {Necessitate} hac demonstrat Marcellũ nihil esse facturũ contra honorem suũ,si Cæsari seipsum dederit: qm̃ id non volũtate,sed necessitate coactus faciet. {Cedentẽ tempori}Omnia pro tẽpore facere sapientis est.hinc ait Socr.Omne intempe-

intempestiuum triste. & Naso, Tēporibus medicina valet. Cedere vero proprie superbiari significat: & tempori cedere est quasi necessitati obedire. {Nulla sit} plus est, q̃ si dixisset, perierit. & est altera pars argumenti. {Ad exulandum locum} etsi solum non mutassent, exules essent à rep. Exul. n. quasi extra solum dictus est. sed si libertate priuarentur, exulare etiam dicerentur. {Si. n. libertatem} confutatio obiectionis, quam facere potuisset Marcellus, & dicere se velle libertatem sequi. ad quod inquit Cicero, nec vbi libertatem inueniri posse, cũ omnia sint subiecta Cæsari. {Qui locus} quasi in tuto orbe terrarum nullus. {Qualemcunq; locum} sup. sequimur {Sede} domestica ad patriam & natalem terram referendum. hinc Naso, Nescio qua natale solum dulcedine cunctos Detinet. Idem, Non dubia est Ithaci prudentia, sed tñ optat Fumum de patrijs posse videre focis. {Sed mihi crede} laus Cæsaris à beneficentia & humanitate in viros doctos. Argumētum ab vtili: q̃ redire debeat. {Is qui omnia tenet} Cæs. circuitio est. {Fauet ingenijs} amat doctos. Idem in epist. ad Aul. Cæcinam: in Cæsare hæc sunt, mitis clemensq; natura: accedit q̃ mirifice ingenijs excellētibus, quale est tuum, delectatur. {Res} status & imperiũ. Tñ. n. amplectitur hominum dignitates, quantum sibi obesse non possit. Aut res: hoc est vtilitas & honesta causa: vt omnes pro qualitate personarum complecteretur, & amaret. Non. n. honestum fuisset, sic eis faueret, qui Pompeiani fuerant: vt eis, qui partes Cæs. secuti sunt. {Amplectitur} sine adiuncto etiam pro amare ponitur: vt si complecti hominem volueris. Cum adiuncto, ad alias res etiam refertur: vt mente & ratione complector. i. cōsidero, & amore complector, hoc est amo. {Statueram} non. n. enim monere statuerat, vt inquit: neque monere, &c. {Ad illud vnum} dixerat. n. reliquum est igitur. {Sin minus} si non erunt tui, vt dico, qui & amicitiæ, & ppinquitatis, non sequantur officia, & teipsum deserant.

Exul. — Res — Cōplector


ASCEN. NEQVE monere, &c.} argumentum quadrat cum superiore, vt cũ ordine patebit, qui talis est. Neq; audeo monere te virum prudentia præstanti, nec sup. audeo confirmare hominem maximi animi & virum fortissimum. indifferenter ergo dicimus virum præstanti prudentia, & præstantis prudentiæ. Nam postquã dixit virum præstanti prudentia, adiecit, hominē maximi animi. Vero pro sed, nullo modo, sup. audeo consolari. s. talem virum. Nam consolamur desolatos, & animi egentes. Nam si fers ea, quæ acciderunt, ita, vt audio. i. accipio, & intelligo te ea ferre, ego debeo magis gratulari virtuti singulari. s. tuæ, q̃ consolari dolorem tuum. Sin. i. sed si, tanta mala. i. incommoda reip. frangunt te, ego non abũdo ingenio, ita. i. vsq; adeo, vt consoler. i. possim consolari te, cũ ipse. i. egomet non possim. s. cōsolari me. Igitur cum neq; audeam te consolari, si consolationis non indiges, neq; possim, si indiges, reliquum. i. relictum est, vt præbeam, & præstem tibi me in omni re eum. i. talem, vt ita sim præsta ad omnia, quæ tui velint, vt putent (sunt qui putem legãt) me debere causa tua. i. pp te nõ solum omnia sup. quæ possum, sed etiam ea quoq;, quæ nõ possum. Illud tñ, &c. Tamē puta. i. existima, me monuisse, vel si monuere te non debuissem: censuisse. i. iudicasse pro opinione, multum. i. abundanter, vel si etiam censere non debuisse, nõ potuisse tacere, pp beneuolētiam vt quod ego facio, qui tempori cedo, tu quoq; inducas animum, vt facias sup. idem, monuisse, inquã, vel censuisse, vel non potuisse tacere illud, si aliqua. i. qualiscunque resp. sit, te oportere esse in ea, iudicio. i. s̃m iudicium hominum, teq;. i. & te, oportere esse in ea principem. i. præcipuum, & quod dicunt principalem, cedētem temporis necessitati. i. quia aliter nõ posset esse. Sin aũt. i. sed si, nulla sit. s. fortuna reip. tñ. i. nihilominus, hũc locum. s. in quo ego sum, hoc est Romam, esse locum aptissimum etiam ad exulandum, vt in ea sis tanquã in exilio, eo q̃ procul à rep. probat assumptum sũũ dicēs: Enim. i. quia, si nos sequimur. i. sectamur. i. quærimus libertatem, quis locus vacat hoc dominatu. s. Cæsaris? q. d. nullus. Sin. i. sed si sequimur sup. qualemcunq; locum, quis. s. locus, est iucũdior sede domestica. i. propriæ domus? q. d. nullus. Multi textus habent, qui locus & qui est, sed apertior locutio est quis. Scio tñ sequēte dictione incepta per, s, literam, venuste dici, qui pro quis, vt, nec, qui sim, quæris Alexi. Et, sed tñ ille Deus qui sit, da Tityre nobis. Sed ò Marcelle. crede mihi, etiam is. s. Cæsar, qui tenet omnia. s. in potestate sua, fauet ingenijs. Vero pro sed, amplectitur nobilitatem & dignitatem hominum quārum res. i. vtilitas, aut opportunitas, & causa ipsius rei, concedit. i. permittit. Sed plura sup. scripsi q̃ statueram sup. scribere. Ergo quia non sunt plura dicenda, aut scribenda ego redeo ad illud vnum, me fore tuum cum tuis. s. amicis & necessarijs, si modo. i. dummodo sup. aliqui erunt tui, si minus. i. si non supple aliqui erunt tui. i. si nunquam recuperabis res tuas, & ita nulli erunt tui, redeo sup. ad illud, me satisfacturum certe in omnibus rebus coniunctioni nostræ, & amori supple nostro.

DOCT. INT. LIBRO 4. epist. 8. cunctis in exemplaribus, quæ quidem ipse viderim, verba quædam desunt. Locum subijciam, vt est in manuscripto exemplari. {Vt ad omnia, quæ tui velint, ita adsim pręsta, vt me non solum omnia debere tua causa, quę possum, sed ea etiam, quæ non possum, putent} vbi sanè perperam in recētioribus omissa sunt illa verba, Quę possum, sine quibus sententia minus apte cohęret. Et mehercle miror, Aldum ista, hominem diligentissimum, non obseruasse, cum hosce epistolarum libros ederet, Quanquam, nequid hic dissimulem, multa ille quoq; perperam (pace viri dixerim) cũ in his, tum in illis ad Atticum epistolis excudit, quale est quod annotauimus, illud ad Plancũ: Vt hoc, quod te tua spōte facturum esse certo scio, honoris nostri causa libēter, nõ prolixe, sed celeriter facias cum legendũ sit: Libenter prolixe, celeriter facias. Qua de re diligenter in castigationibus nostris. Tale illud quoq;, Nemo doctos vnquam (multa aũt de hoc genere scripta sunt) mutationē consilij inconstantiam dixit esse. Hæc vera lęctio. Sed quàm sit apud illum hic locus male distinctus, constat.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Eiusdem est argumenti cum superioribus duabus: in hac tamen efficaciora & magis vrgentia argumenta sunt, vt propemodum M. Marcellum redire cogat.

CICERO S. D. MARCELLO. 9



*ETSI perpaucis ante diebus dederam Q. Mucio literas ad te pluribus uerbis scriptas, quibus declaraueram, quo te animo censerem esse oportere, & quid tibi faciendum arbitrarer: tamen, cum Theophilus, libertus tuus, proficisceretur, cuius ego fidem erga te, beneuolentiamq; perspexeram; sine meis literis eum ad te uenire nolui. Iisdem igitur de rebus etiam atq; etiam hortor, quibus superioribus literis hortatus sum, ut in ea rep. quacunq; est, quamprimum uelis esse. multa uidebis fortasse, quæ nolis; non plura tamen, quàm audis quotidie. non est porro tuum, uno sensu solum oculorum moueri; cum illud idem auribus percipias, quod etiam * maius uideri solet, minus laborare. At tibi ipsi dicendum erit aliquid, quod non sentias, aut faciendum, quod non probes. Primum, TEMPORI cedere, id est, * necessitati parere semper sapientis est habitum. deinde, nõ habet, ut nunc quidē est, id uitij res. dicere fortasse, quæ sentias, non licet: tacere planè licet. omnia enim delata ad unum sunt. is utitur consilio ne suorum quidem, sed suo. quod non multo secus fieret, si is remp. teneret, quem secuti sumus. an qui in bello, cum omnium nostrum coniunctum esse periculum suo cerneret, certorum hominũ minime prudentium consilio uteretur; eum magis communem censemus in uictoria futurum fuisse, quàm incertis in rebus fuisset? & qui nec, te consule, tuum sapientissimum consilium secutus esset; nec, fratre tuo consulatum ex auctoritate tua gerente, uobis auctoribus uti uoluerit; nunc omnia tenentem, nostras sententias desideraturum censes fuisse? OMNIA sunt misera in bellis ciuilibus: quæ maiores nostri ne semel quidem, nostra ætas sæpe iam sensit: sed MISERIVS nihil, quàm ipsa * uictoria: quæ, etiam si ad meliores uenit, tamē eos ipsos ferociores, impotentioresq; reddit; ut, etiam si natura tales nõ sint, necessitate esse cogãtur. * MVLTA enim uictori eorum arbitrio, per quos uicit, etiã inuito facienda sunt. An tu non uidebas mecum simul, quàm illa crudelis esset futura uictoria? igitur tunc quoq; patria ca-*

vide epist. 1. lib. 6. — epist. 50. lib. 12. ad Att. — epist. 4. h. lib. & Phil. 8. — vide epist. 14. h. lib.

reres, ne, quæ nolles, uideres? non, inquies: ego enim ipse tenerem opes, & dignitatem meam. at erat tuę uirtutis, in minimis res tuas ponere, de rep. uehementius laborare. Deinde, qui finis istius consilij est? nam adhuc & factum tuum probatur, & , ut in tali re, etiam fortuna laudatur: factum, quòd & initium belli necessario secutus sis, & extrema sapiēter persequi nolueris: fortuna, quòd honesto otio tenueris & statum, & famam dignitatis tuæ. nunc uero nec locus tibi ullus dulcior esse debet patria, nec eam diligere minus debes, quòd deformior est, sed misereri potius; nec eam, multis claris uiris orbatā, priuare etiā aspectu tuo. Deniq; si fuit magni animi non esse supplicem uictori: uide, ne superbi sit, aspernari eiusdem liberalitatem: & , si sapientis est carere patria, duri non desiderare: & , si rep. non possis frui, stultum est nolle priuata. Caput illud est, ut, si ista tibi uita commodior esse uideatur, cogitandum tamen sit, ne tutior non sit. magna gladiorum est licentia: sed in externis locis minor etiam ad facinus uerecundia. mihi salus tua tantæ curę est, ut Marcello fratri tuo aut par, aut certe proximus sim. Tuum est consulere temporibus, & incolumitati, & uitæ, & fortunis tuis. Vale.

RVBER. ETSI§ hortatur Cic. M. Marcel. sicut etiam superius fecit, vt omnino velit reuerti in patriam, nec tam moleste ferat oia ad solum Cæs. esse delata: cuius modestiam & clementiam in victoria laudat, ostenditq; vtilius esse, q̃ Cæsar fuerit victor, q̃ Pomp. quē dicit fuisse futurū multo crudeliorem Cæs. si adeptus fuisset victoriā, sicut Cæsar. deinde nititur excusare Cæs. si aliqd fecit, quod minus omnibus placeat: & validissimis rōibus arguit eū non solū debere reuerti Rom. verum etiam facturū contra officiū; si nō reuertatur. postremo dicit fugienda esse pericula vitæ: etsi vbicunq; sunt parata: ostēdit tñ paratiora esse in externis locis q̃ Rom. §Perpaucis diebus§ ante paucis diebus præteritis. ita aūt dixit ante diebus, sicut Virg. Longo post tēpore venit. §Ad te§. s. ferendas. sed magis intelligendum est, q̃ ponendum in oratione. §Pluribus verbis§ longiores. puto eam epistolā esse quæ incipit, Etsi eo adhuc te consilio: quāuis multas etiā scripserit, quæ nō sunt in hoc volumine, neq; vsquam reperiuntur. §Quid faciendū§ quia hortabar, vt redires in patriam. §Proficisceretur§ ad te iret. §Cuius§ Theophili. §Fidem§ fidelitatē. §Et beneuolentiā§ hæc duo maxime in libertis erga dominos esse debēt. §Etiā atq; etiam§ plurimum. §Quæcunq; est§ qualiscunq; est, etiam si nō sit ea, quæ ante esse solebat. §Multa§ ea ponit, quæ posset dicere Marcel. & eis rñdet, atq; cōfutat. §Quæ nolles§. s. remp. oppressam, multos viros bonos non tenere locum, & dignitatem suam, & similia, quæ tibi displicebunt. §Non plura§. s. videbis. §Audies§ quia rumor ad te multa deferet ex ijs, quæ Romæ fiunt, §Non est porrò§ sensus est, nō decet te moueri solo sensu oculorum, cum illud idem auribus percipias, quod etiā solet videri maius, q̃ id, quod oculis vr̃. §Porrò§ deinde. §Non est tuum§ non te decet. §Moueri vno sensu oculorum§. i. moueri, & perturbari solū ijs quæ vñr. nam per sensum oculorū intelligit visum. §Auribus§ auditu. §Quod§. s. auribus percipere. §Solet videri maius§ quia ea, quæ audimus, semper maiora existimamus q̃ sint. §Minus laborare§ subaudi solet. i. minus angi, & cruciari. quia quamuis maiora existimemus, q̃ audimus: tñ minus laboramus, quā ijs quæ videmus. §At tibi§ alia obiectio. §Quod nō sentias§ quod non habeas in animo. §Quod nō probes§ quod nō putes rectū. §Primum§ respōdet huic obiectioni. §Cedere tempori§ obsequi tempori. & est prima ratio. §Id est§ declarat quid sit cedere tempori. §Parere necessitati§. i. facere quod cogaris. §Habitum§ existimatum. §Deinde§ secunda ratio. §Res§ conditio rerum. §Vt nunc est§ qualis nunc. i. sm hæc tēpora. §Non habet id vitij§. i. non habet eam reprehensionem, si dicamus quæ non sentimus, vel faciamus quæ non probamus: quia tēpora ipsa nos excusant. §Dicere§ ostendit Cic. eū posse esse Romæ honeste, quia si nō licebit dicere quod sentiet, licebit tñ tacere. §Nō licet§. i. nō potes. quia Cæsar nō vult. Licet. n. per alios possumus per nos. §Omnia§ ratio quare liceat tacere. §Ad vnū§ Cæs. §Is§ Cæsar. §Ne suorum quidem§ quanto minus ergo volet consiliū tuū; si non vtitur consilio suorum. §Non multo secus§ non multo aliter. §Is§ Pōp. §An§ adducit rationes, quibus probat, quod Pōp. idem faceret, quod Cæs. si victoriā obtinuisset. & est sensus, cum Pomp. gereret bella cōi periculo omnium nostrum, & haberet causam coniunctam cū nostra: non tñ vtebatur cōsilio nostro, sed suo. quod si fecit tunc, quō speramus eū fuisse facturū, si obtinuisset victoriam? q. d. fuisset multo superbior, & minus vsus esset nostro cōsilio. §An§ primum argm̃, & prima ratio, q̃ Pōp. non esset vsus consilio suorum. §Coniunctum§. i. pertinere ad nos omnes, & ageretur causa omniū nostrū. §Minime prudentium§. i. qui etiam nō essent prudentes: quia id fuissent tolerabilius, si vsus consilio prudentiū. §Vteretur§ pro vtebatur. §Magis cōmunem§ magis cōmunicantem, & participantem nobiscum. §Consilia sua§ & est ordo, an censemus eum fuisse futurū magis cōem in victoria qui vteretur suo consilio, & cæterorum hominum minime prudentiū tunc, cum periculum omniū nostrum esset coniunctum? §Censemus§ arbitramur, q. d. nō. §Et qui§ iungitur sic cum superiore, qui veteretur cōsilio sup, & qui nec secutus esset consiliū tuum, &c. §Sapientissimum cō.§ quod dedisti Pomp. cū esses consul ante initium bellorum ciuilium. §Fratre tuo§ L. Mar. Et est ordo: neq; nobis auctoribus voluerit vti fratre tuo, gerente consulatū ex auctoritate tua. §Vti voluerit§. i. adhibere fratrem tuum ad res suas. §Gerente consulatū§ quia fuit cōsul vna cum Lent. §Nobis auctoribus§. i. nobis suadentibus, vteretur fratre tuo. §Ex auctoritate tua§ qui ita agebat, vt tu consulebas. §Nunc tenentem§ omnia s. Pomp. i. si oia teneret, & esset dñs. §Desideraturum§ quæsiturū. q. d. non desiderasset. §Ne semel quid.§. i. nunqnā. §Sæpe§ quia fuerunt bella Sertorij, Syllæ, & Marij, Carbonis, Catulli, Cinnæ: quæ licet ante fuissent, fuerant tñ Cic. ætate. Postremo bella Cæs. & Pōp. & mortuo Pōp. Catonis, & Scipionis aduersus Cæs. §Sed§ licet omnia sint misera. §Quæ§ victoria. §Ad mel.§ ad eos, qui sunt mites & iusti. §Ferociores§ crudeliores. §Impotentiores§ incontinentiores. qui nō possunt suis appetitibus imperare, impotentes dñr. §Tales§ crudeles. §Necessitate§ quia aliter facere non possunt. §Multa§ ratio quare necessitate cogantur. §Arbitrio§ iudicio & voluntate. §Eorūdem§ per quos vicit. i. eorum quorū auxilio, & fauore fuit victor. §An§ ostēdit hæc, quæ fiunt à Cęs. nunc non euenisse præter opinionem Mar. quia semper præuidit, & cognouit ea ita futura. §An non videbas§. i. an nō cognoscebas, q. d. immo apertissime videbas. §Illa§ siue Cæs. siue Pōp. §Igitur§ infert ex hac interrogatione q̃ non debeat carere patria nunc, quia videat multa, quæ nolit, cū non curauerit ea tūc, cum videbat q̃ crudelis esset futura hæc victoria. §Igitur careres§. i. carere debueras, quod non fecisti. §Ne videres quæ nolles§ quæ iam videbas vsque tunc saltem animo & cogitatione. §Non§ ponit rñsionem, q̃ posset facere Marcellus. §Inquies§ dices, respōdebis. §Non§ subaudi, debueram cauere patria. §Cū tenerem opes & dignitatem§. i. cum haberem omnia mea adhuc integra, & nihil diminuta. §At§ confutatio huius obiectionis. §Tuæ virtutis§. i. erat, pertinebat ad virtutem, & magnitudinem animi tui. §Ponere in minimis§ minimi facere, & æstimare. §Res tuas§. i. opes, quas dicis te retinuisse tūc, & dignitatem tuam. §Laborare§ curare, solicitū esse. §De rep.§. i. pp rēp. §Deinde§ alia ratio, quare debeat discedere à proposito. §Nā quod aliqn̄ est necesse, melius est deponere, & cito & sponte: dicit ergo. §Qui finis istius cōsilij§. i. qualis finis est illius tuæ deliberationis & propositi carēdi semper patria. §Adhuc§ hucusq;. §Factum§ quod fecisti ante hac. §Vt in tali re§. i. pro qualitate rei, vt in tali re, subaudi, laudari pōt. §Factum§ declarat ea duo, quę proposuit. §Necessario§ nō voluntate: vt supra in prima epist. ad M. ostendit. §Fortuna§ subaudi laudatur. §Statū, & famā§ q. a noluisti videri humilis, & abiecti animi supplicando victori, nec te ipsum interficere, sicut Cat. sed tuū consiliū fuit mediū sicut supra. §Nūc vero§ quia dixit adhuc factum tuū probatur, &c. immo dicit, nunc non probabitur factum tuū, quia est alia rō temporum, & rerū. & hoc est, quod dicit. §Nūc§ hoc tp̄e. §Eam§ patriam. §Minus diligere§ minus amare, & caram habere. §Quòd deformior est§. i. quia est priuata multis suis dignitatibus. Est aūt trāslatio sumpta à muliere. q. d. quēadmodū mulier, vt puta mater tua, q̃ tibi fuerit cara, etiā si facta sit deformior, nō debet minus diligi: ita ēt resp. amissis multis ornamētis suis nō debet tibi minus esse cara. §Sed misereri§ subaudi debes. §Ne priuare§. s. debes. i. cū sit orbata & priuata tot viris claris, q perierūt in his bellis ciuilibus, nō debes eā priuare ēt aspectu tuo, vt nō magis possit videre te viuum, q̃ alios, q mortui sunt. §Deniq;§ arguit à decoro seruādo in mutatione propositi, te & tp̄e suadente,

Licere posse

Impotentes.

dente.& est sensus,sicut hucusq; fuit magni animi nolle supplicare Cæs.vide nunc ne attribuatur tibi pertinaciæ & obstinationi,spernere id, quod Cæs. liberalitate sua tibi libenter concedit sine precibus tuis.{Non esse supplicem} quod hucusque facere noluisti. {Victori} Cæsari.{Vide} considera diligenter.{Superbi} elati & inflati,non autem re vera fortis,& magni.{Aspernari} respuere liberalitatem, humanitatem, quã tibi præstat in te restituendo. {Et sapientis} est quasi alia obiectio. {Carere patria} abesse à patria sua oppressa.{Duri} q.d.potius est duri, & inhumani viri non desiderare patriam suam,quàm sapientis abesse. {Et si re p.} quia posset dicere Marc. cur debeo esse in patria,cum non possim frui rep.quæ est in potestate vnius solius. Respondet Cic.quòd si non possit frui rep.stultum est,nolle saltem frui re sua priuata.{Caput} summa ipsa,& potissima ratio terret autem ipsum Marc.periculo vitæ.{Ista vita} commorandi in externis & peregrinis locis.{Commodior} quietior. quia non videas multa,quæ nolles videre.{Ne tutior} .i.an sit tutior & magis sine periculo quàm esse Romæ.{Licentia} impunitas gladiatorum interficiendi homines. {Minor verecundia} minor respectus quàm R.{Mihi} h.d.Cic. video pericula tibi esse magis parata in externis locis, quàm R.tantã autẽ curam habeo salutis tuę, vt nemo maiorẽ habeat præter Marcellũ fratrẽ tuum.{Par} æqualis,vt ab eo non vincar. {Aut proximus} secundus ab eo. {Certe} saltem. {Consulere temporibus} habere rationem temporum. {Incolumitati} saluti. {Vitæ} dignitati,& conditioni viuendi. {Fortunis} rebus, diuitijs, quæ dissipabuntur, te absente.

EPIS. ET si perpaucis} argumentum non quærimus:est enim idem sensus in hac,qui fuit in superiore.hortatur Marc. mutet sententiam,& Romam se conferat.vbi tutior esse poterit,quam alibi, & contra officium eum esse facturum,si non redibit.Quid de Pomp. si victor fuisset. intolerabiliorem.n.ipsum censet futurum fuisse,quàm Cęs. quid item de bello ciuili sentiat. quo denique animo in Marc.& omnes suos affectus sit,explicat: & Cæs. excusare conatur, si quid facit aut dicit quod multis non placet.& eum à clementia laudat & modestia,quibus maxime vtitur in ipsa victoria.

Perpauci. {Perpaucis} cum volumus positiuis incrementum adiungere, hanc propositionẽ damus,vt permulti,perpauci. Ter. Res perpaucorum hominũ. {Theophilus} id latine sonat Dei amator, vt Thimotheus honor dei,& sic huiusmodi propria apud Græcos nomina, vt Nicolaus victoria populi,Hieronimus sacrum nomen,Demosthenes populi potentia,Astyanax vrbis rex,Agamemnon nimium tolerans,Adrastus non conficiens. Phileticus amator morum, & alia huiusmodi,vt superius diximus {Fidem} quæ in libertis apud patronos debet esse sincera. duæ in libertis virtutes appetuntur:peculiaris fides,vt ait Simõ Terentianus, & taciturnitas adde & tertium beneuolentia. {Quæcunque} quomodo nulla quodammodo sit.habent.n. huiusmodi verba minutionẽ quandam,vt Virg.Tu mihi quodcunque hoc regni.{Multa videbis} confutatio est ad ea,quæ Marc.dicere potuisset. {Non est porro tuum} ad te non attinet sensu oculorum moueri. Nam quę audies,potes etiã videre.sed in epi.ad Torq. aliter sentit: inquit enim equidem nos,quòd Romæ sumus,miserrimum esse duco, non solũ,quod in omnibus malis acerbius est videre, quàm audire, sed etiam quòd ad omnes casus subitorum periculorũ magis obiecti sumus,quàm si abessemus.

Porro. {Porro} certe.græcũ est, idem ferme,quod autem & vero: sed hęc duo nunquam primũ locum in oratione sortiuntur,sed secũdum aut tertium, sed porro etiam primum locum sibi vendicat,& significat longe, vltra, profecto,postea.{Oculorum sensu} his perturbari, quæ videntur.Quinq;.n.sunt sensus in homine,quos græci αἰσθήσεις nominant:vt auditus,visus,gustus, odoratus,tactus, quorum primus oculorum est,è quibus fit iter ad mentis oculos, quibus intelligimus, atque cognoscimus omnia.

Oculi. Oculi autem ab oculendo, hoc est occultando appellati.latent.o.sub cilijs. quas partes Iunoni dicatas esse voluerũt.nam superciliis oculorum proteguntur,oculis vero lucem accipimus,quam Iuno dare nascentibus perhibetur.vnde à poetis Iuno Lucina est appellata.

Iuno Lucina. Aures. Ter.Iuno Lucina fer opem. Aures vero,quasi audes nominatæ sunt. nam R,& D,vt ait Papirianus, apud antiquos cedebãt inuicem sibi, vt Aruena Aduena. Aruenio Aduenio. Aruocatus Aduocatus, quam vocem iuniores,asperam iudicantes,penitus deleuerunt. & nos hanc,& huiusmodi nimis priscas,& horridas voces fugere,ac vitare debemus.Quod Cæs.faciendum his verbis ostẽdit: tanquam scopulum sic fugiendum esse inauditum, atq; insolẽs verbum. Siue,vt inquit Lact.ab hauriẽdis vocibus aures appellantur.cuius nominis etymologiæ Virg.alusisse videtur,cum inquit:Vocemq; his auribus hausi.{Sensu oculorũ} intelligimus visum. {Auribus percipias} auditum dicit.{Quod etiam} .s.sępe percipere auribus,& audire.{Maius videri} existimatur.n. interdum,quæ audiuntur,esse maiora,quàm illa, quæ vidẽtur.hic Iuuen. Vt perhibent qui de magnis maiora loquuntur.{Minus laborare} minus perturbari,& commoueri sup.solet. & est sensus,quòd tametsi maiora censeamus esse,quæ audiuimus, tamẽ minus his angimur,& perturbamur, quam illis quæ cernimus. {At tibi ipsi} antipophora est,necesse,inquit, erit, vt tu aliquid dicas,quod non sentias,& aliquid facias,quod non laudes: quoniam non pro ratione rerum,sed pro voluntate Cæs.& dicas & facias oportebit.{Primum,Tempori cedere} snia est,& responsio antipophoræ.

Tempus. Tempus vero,si quis quærat,quid sit,Macr.legat.si quidem inquit:Tẽpus est certa dimensio,quę ex cœli conuersione colligitur.{Patere necessitati} nil est aliud, quàm cogi id facere,quod non vis. {Non habet id vitij res} non est hoc vitium nunc in re,& in conditione rei & temporum, si dicas,quæ non sentias,quia nũ licet aliquid dicere, quod sentias. tacere autem licet,si offendit Cæs.quod dicis.vnde,si tu dicis quæ nõ sentis,nõ es in vitio, & in reprehensione alicuius licet.n.sine vitio & reprehensione dicere,quæ non sentis,& Cæs. in omnibus assentiri,cum ad vnum.s.Cæs.delata sint omnia, atq; vniuersa ad eius voluntatem accommodanda sint.

Res Hic Is. Res vero cum diffusæ significationis sit,adiunctũ videtur exposcere,vt venustior atque dilucidior fiat oratio. possessiua igitur noia aptissime dare poterimus,vel in primis,vt ita dicamus,Res fam.Resp. Res militaris,& huiusmodi.{Is} Cęs.hic,& is cum sint eiusdem ferme significationis,hoc tñ differunt,vt hoc demõstrantis sit, & de propinquiore:Is vero referentis,& de longiore spatio dicatur. {Dicere} argumentum ab honesto,potes,inquit,Romæ honeste viuere,cum si non licet dicere,quæ sentis,licet tñ tacere.Quod tñ tacere liceat,rationem adducit,vt oia,&c. {Ne suorum quidẽ} multo minus tuo vti volet.{Si is remp} Pomp.{Nõ multo secus} argumentũ à simili. Secus idem est,quod aliter. vtrunq; libẽter cum multo & longe coniũgitur. Ter. Verũ multo aliter euenire intelligit. {Quẽ secuti sumus} Pomp.Et docet quo animo in remp. & quomodo in amicos se habiturũ fuisse crediderit,si vicisset,quemadmodum Cæs.vt vicit: quibus intelligit longe intolerabiliorem futurũ fuisse Pomp. q̃ esset Cæs. qui victor erat:quarum rerum cõparatione molestiam Marc. mollire conatur.{Suo consilio} Cic.consilio nunquã vti voluit,quod erat Pomp.fidelissimũ, & vtriq; admodum salutare, de quo Cic.ad Cęc.

ep.6.1.6. Dicerẽ,quæ antea futura dixissem,ni vererer, ne ex euẽtis fingere viderer.sed tñ plurimi sunt testes,me & initio,ne cõiungeret se cum Cæs.monuisse Pomp.& postea,ne seiungeret: coniunctione frangi senatus opes,disiunctione ciuile bellum excitari videbam.atq; vtebar familiarissime Cæs.Põp.faciebam plurimi:sed erat meum consiliũ,cum fidele Pomp. tũ salutare vtriq; quæ præterea prouideri, prætereo. nolo.n.hunc, de me optime meritũ,existimare ea me suasisse Põp.quibus ille si paruisset,esset hic quidem clarus in toga,& princeps,sed tantas opes, quantas nunc habet,non haberet.Eundũ in Hispaniam censui.quod si fecisset, ciuile bellũ nullum oĩno fuisset rationẽ heberi absentis non tam pugnaui,vt liceret,q̃ vt, qñ,ipso consule pugnante, populus iusserat,haberetur.causa belli orta est,quid ego prætermisi aut monitorum, aut quærelarũ : cũ vel iniquissimam pacẽ iustissimo bello ante ferrẽ. Victa est auctoritas mea non tam à Põp.(nã is mouebatur) q̃ ab ijs,qui duce Põp. freti, per opportunã & rebus domesticis,& cupiditatibus suis illius victoriã fore putabant.Susceptum bellum est,quiescente me:depulsum ex Italia,manente me quoad potui.Ergo vsus est suo,& aliorũ imprudentiam hominũ consilio,non Cic.& aliorũ, qui sapiebant. Vnde si nunc in periculo,& in bello hoc fecit,quid in victoria fecisset,multo certe crudelior in victoria fuisset, q̃ fuit in bello,in quo nunquam cõsilio nostro est vsus. {Fratre tuo} C.Claudio Marc.{Gerente consulatũ} in quo Lent.collega. {Nobis auctoribus} hortantibus vt tuo fratre vteretur.{Auctoritate tua} vt tu volebas,ita frater tuus omnia faciebat. {Tenẽtem} in oĩbus dominantem Pomp.{Desideraturũ} periturũ.quasi diceret nõ omnia sunt misera.{Sententias} damnat bella ciuilia, à quibus semper alienus fuit.

Maiores Minores {Maiores nostri} omnes qui ante nos vixerunt,sicut minores omnes posteros appellamus.in quo Ser. nõ mediocriter errasse videtur,qui dixit, minores non dicimus nisi quoties graduũ deficit nomen,vt pater,filius, nepos,pronepos, abnepos:vbi isti gradus defecerunt,merito iam dicimus minores sicut etiã non dicimus maiores , nisi qñ nõ amplius ipsis inuenit

uenit latinitas nomen. Cic. in Cat. maiore, Nec dubitat agricola, quamuis sit senex, quęrenti, cui serat, respondere dijs immortalibus: qui me non accipere modo hæc à maioribus voluerunt, sed etiam posteris prodesse. & Virg. Nostrosq; huius meminisse minores. ❴Ne semel quidem❵ hoc est nunquã ❴Nostra ætas sæpe❵ longum esset dicere bellorum ciuiliũ tempora, vt Syllæ, Marij, Ser. Car. Cinnæ, Cn. Cæs. Pomp. Ca. atq; Scip. hæc omnia Cic. temporibus bella fuerunt. ❴Quæ❵ expositio victoriæ è bello ciuili, quid afferat mali. ❴Meliores❵ vt mites sint & benigni. ❴Impotentiores❵ crudeliores & qui nimiũ insolentes sunt, & qui sibi ipsi, atq; suis cupiditatibus imperare non possunt. & impotẽtia crudelitas dicitur & insolẽtia. ❴Tales❵ aut ferociores aut impotentiores. Sanè animaduertẽdum in his duobus, talis & qualis, ad orationis venustatem satis esse alterum ex his ponere. Virg. Qualis spes æstate noua, & Talia iactãti, & Talibus Ilioneus. Iungũtur etiam, sed raro, vt Virg. Qualis in Eurotæ ripis, Talis erat Dido, talem se læta ferebat. ❴Necessitate❵ maxime propter illorũ importunitatem, quorum auxilio vicerunt. ❴MVLTA❵ ratio quare coguntur id facere. ❴An❵ quasi diceret non præter opinionem euenit. nã tu & ego ita futurum esse iudicauimus. ❴Quàm crudelis❵ siue Cæs. siue Põp. vinceret. ❴Igitur❵ ex quo videbas futuram esse victoriam crudelẽ, tunc quoque carere patria debuisses, ne ea, quæ nolles, aspiceres. vnde quomodo non caruisti tunc patria, minime nunc carere debes. ❴Careres❵ carere debueras, quod minime abs te factũ cognouimus. ❴Non inquies❵ .s. responderes, ꝙ nõ debuisses carere tunc patria, & causam afferres talem: ego. n. tenerẽ opes, & possiderẽ res meas oẽs, &c. ❴At erat❵ sit Cic. per confutationem obiectionis à Mar. ❴At erat tuæ virtutes❵ pertinebat ad virtutẽ tuã hoc, quod sequitur. ❴In minimis❵ minime quidem existimare res tuas, & magni rep. facere. ❴Deinde, qui❵ argumẽta ab vtili, & bonesto in mutando consilio pro qualitate temporis. ❴Consilij❵ propositi tui carendæ patriæ. ❴Et vt in tali re❵ pro qualitate negotij. ❴Factum❵ exponit, quæ dixerat repetendo factum, & fortunam, & subaudi laudatur. in vtroq; necessario, vt in superiore epist. dixit. ❴Persequi nolueris❵ quod tunc id ostendes, si Romã veneris, & teipsum Cæs. obsequentẽ præbueris. ❴Honesto otio❵ duplex est. n. otium, honestum, quale studium literarum, quod otium literarium appelletur, vt Cic. quid dulcius otio literario? & inhonestum quale est amatorium. Ouid. Otia si tollas, periere Cupidinis arcus. Significat. n. otium vacationem quandam à labore. ❴Statum, & fam. dig.❵ non supplicando Cæs. nec illi bellum mouendo, sed medium tenendo consilium, vt antedictum est. ❴Deformior❵ sine libertate. ❴Orbatam❵ tanquam matrẽ dixit patriam esse orbatam filijs. & illos intelligit, qui in bello ciuili ceciderunt. Metaphora à fœmina. ❴Deniq;❵ aliud argumentum à decoro sumptum in mutando proposito pro conditione temporum, & rerum, Cæs. pollicente clementiam. ❴Liberalitatem❵ qua te complecti vult. multis in locis de liberalitate Cæs. agitur. ❴Sapientis est carere patria❵ exulem esse à patria tyrannis oppressa. perseuerat. n. in confutando obiectiones Marc. & est, color, qui dicitur sentẽtia. ❴Duri❵ inhumani. & est sensus, vide ne potius sit duri hominis non desiderare in patria viuere q̃ alibi esse. ❴Sapientis carere patr.❵ hoc est abesse à patria. ❴Et, si re publica❵ alia confutatio. Dicere. n. Mar. potuisset, cur nõ debeo carere patria cũ rep. frui nõ liceat? Cui respõdet Tul. stultũ esse nolle saltẽ priuata re frui, cum rep. frui nõ possit. præstãtius est. n. aliquid habere, q̃ nihil. ❴Frui❵ fructũ & voluptatẽ reip. capere oblectando te ipsum in ea. nam his frui dicimus, ea quibus fructũ, & delectationem accipimus. ❴Non ab re Marc.❵ victorẽ Cæs. timebat. Is. n. consulerat qñ Cæs. è Gallia deuicta rediẽs alterum sibi consulatũ decernere postulauit, & à Marc. in primis contradictũ est, assentiẽte Põp. Inde decretum est à senatu, vt in vrbem Cæs. nisi dimisso exercitu nõ veniret, & ex Marc. cõsilio, & auctoritate Pomp. cum imperio missus Luceriã, vbi tunc legiones erant, Cæs. tunc Rauennã se cõtulit. ❴Caput❵ quasi quid potissimũ rationis tuæ. translatio est: caput. n. principale membrũ est oium animãtium. vnde totũ hoiem ab eo dicimus, & vt capitulum lepidissimũ, & lepidũ caput dictum sanè, vt ait Varo ꝙ inde sensus initiũ capiunt, & id totum subiacet arieti. de quo M. Manilius, aries caput est ante oia princeps sortitus. ❴Vita❵ peregrinatio. ❴Cõmodior❵ non videndo quæ videre nolles. perterrere. n. his vult Marcellũ, vt redeat. ❴Gladiatorũ❵ nunc grassatores, & prædones intelligit. ❴Tãtæ curæ est❵ peruenuste verbũ substãtiuũ datiuo iũgimus, quotiescunq; quid honestũ, quid vtile, & voluptuosum, & dulce signare volumus, aut cõtrariũ, vt magnæ mihi voluptati fuerũt lr̃ę tuæ, & dolori mihi est casus tuus.

Otium literarium, & amatoriũ.

Frui.

Caput.

Capitulũ.

ETSI perpaucis❵ hortatur rursus Marcellum ad patriã reuerti, nec tam moleste ferre ꝙ Cæs. oia cesserint, cum Pomp. victoria molestior fuisset moneto; vitanda pericula, que, vbicunque esset, nisi in Cæs. gratia sit, magna sint. Ordo est. Etsi. i. quanquam, dederã perpaucis diebus ante. s. harum dationẽ, Q. Mucio ad te literas scriptas, pluribus. i. multis verbis, quibus sup. literis ego declaraueram quo animo ego censerem oportere te esse, & quid arbitrarer faciẽdum tibi: tamen cum Theophilus libertus tuus proficisceretur. s. hinc ad te cuius. s. Theophili, ego perspexeram fidem. i. fidelitatem, & beneuolentiam erga te, nolui eũ venire ad te sine literis meis. Igitur ego hortor te etiam, atq; etiam. i. accuratissime, de ijsdem rebus, quibus. i. de quibus, ego hortatus sum te literis superioribus vt velis esse quamprimum. s. valde cito in ea rep. s. quàm Cæsar tenet, quæcunq; est. i. siue aliqua, siue nulla. Tu videbis fortasse multa, quæ nolis. i. velis non videre, tñ non videbis plura, quàm audis quotidie. porrò. i. sed, non est tuum. i. tuæ naturæ, aut dignitatis, moueri. i. turbari, solum. i. dũtaxat, vno sensu oculorum. i. in ijs, quę vides, cũ percipias illud idem auribus. i. audiendo sup. illud quod videri solet etiam maius. i. euidentius, laborare. i. in periculo esse minus. At. i. sed aliquid dicendum erit tibi ipsi. s. in curia, quod non sentias. s. dicendum, aut aliquid erit faciendum, quod non probes. i. approbes faciendũ. Primum cedere tempori. i. parere necessitati, est habitum. i. existimatum, semper sapientis. s. viri factum. Deinde quidem. i. certe, vt nunc est, res non habet id vitij. i. mali, quod obijci solet. nam fortasse sup. dices mihi: Non licet Romæ dicere quæ sentias. Respõsio, licet plane. i. omnino tacere. Omnia. n. sunt delata. i. redacta, ad vnum. i. potestatem vnius. s. Cæs. Is vtitur consilio ne quidem. i. non saltem suorum, sed suo. s. vnius, quod fieret non multo secus. i. aliter, si is. s. Pomp. quem sumus secuti, teneret remp. vt tenuisset, si in Pharsalico conflictu vicisset. Et quia dicere potest Marc. id male de Pomp. suspicari, probat illud ex euidenti coniectura, dicens. An censemus eum. s. Pomp. qui cum in bello periculum omniũ nostrum esset coniunctum suo. s. periculo, vteretur minime cõsilio certorum hominum prudentium, censemus, dico, eum fuisse futurũ magis communem. i. communicantem consilia sua, in victoria. i. si vsus fuisset victoria, quàm fuisset in ceteris rebus suis? q. d. id non esse censendum. Et censes eum sup. qui nec te consule. i. cum esses consul, & ita à primario dignitatis in vrbe secutus esset consilium tuum sapiẽtissimum. i. licet sapientissimam nec voluerit vti fratre tuo. s. Cn. seu L. Marcello gerente consulatum ex auctoritate. i. approbatione tua, vobis auctoribus. i. id factum eius approbantibus, censes, inquam, eum nunc tenentẽ omnia. i. habentem omnia, si modo habuisset, vt Cæs. tunc habebat in potestate sua, fuisse desideraturum. i. expectaturũ sententias nostras i. quid nos sentiremus in senatu de ijs, quæ ipse ex sententia sua facere constituisset? q. d. id non esse censendũ. Oia sunt misera. i. miseranda, non tam quantum ad eos qui inferũt, quàm qui ea patiuntur, sed tñ etiam quodam modo quantũ ad inferentes, quia cum multos habeãt inimicos in ciuitate sua, coguntur tyrannũ agere in bellis ciuilibus, quæ. s. bella ciuilia, aut potius misera, quæ cõtingunt in bellis ciuilibus, maiores nostri ne quidem. i. non saltem semel sup. senserunt, ætas nostra sensit iam sæpe, sub Sylla & Mario, sub Sertorio Carbone, & Perpenna ac Cinna, sub Cæsare & Pompeio, & sed nihil sup. est in bellis ciuilibus miserius quàm ipsa victoria, quæ victoria etiã si venit ad meliores. s. pro rep. tñ reddit. i. efficit eos ipsos ferociores & impotentiores. i. minus sibi imperãtes, & se ab illicitis minus cohibentes post victoriam, vt etiam si non sint tales. s. feroces & impotentes, natura. i. per naturam, cogantur esse tales necessitate. Enim. i. quia, multa facienda sunt victori etiam inuito arbitrio. i. ad arbitrium eorum, per quos vicit. An tu non videbas simul mecum, quàm. i. quantum, crudelis illa victoria esset futura? q. d. maxime. Igitur careres. i. carere deberes, quoq;. i. etiam tunc patria, ne videres quæ tu nolles. s. videre? Inques. i. respondebis mihi, Non sup. carerem tunc patria. Ego. n. tenerem opes sup. meas & dignitatem meam. Obiectio. At. i. sed, erat virtutis tuæ. i. pertinebat ad virtutem tuam ponere tua in minimis. i. inter minima reputanda, & sup. laborare vehementius de rep. Deniq;, aut potius, deinde. i. vt secundo loco obijciam, qui. i. quis finis istius. s. tui consilij est? Nam & factũ tuum probatur adhuc, & fortuna tua laudatur etiam adhuc, vt in tali re. s. in qua nihil plene laudabile contingit. Factum, inquam, tuum probatur, ꝙ secutus sis necessario in initium belli. s. contra Cæs. & nolueris sapienter. i. in quo fecisti sapienter, persequi extrema. s. belli ciuilis, vt illi, qui in Africa perierunt. Fortuna supp; tua laudat, ꝙ

A B C E X.

tenueris

tenueris sup.in otio honesto,quia literario, vtpote Athenis, & statum sup.tuum,& famam dignitatis tuæ. Nũc vero, nec vllus locus debet esse tibi dulcior patria.i.quam patria, nec debes diligere ea minus sup.propterea q̃ est deformior.s.quàm prius, sed misereri potius,sup. eius, nec priuare eam orbaram.i.spoliatã.s. multis claris viris etiam aspectu tuo.s.quo eã aspicias, aut aspectu tui quo aspiciaris,aut potissimum aspectu tuo.i.facie & præsentia tua.Deniq; si fuit magni animi, non esse supplicem victori,vide.i.animaduerte,ne.i.an sic, aut vide.i.caue ne.i. vt non sit superbi sup.animi aspernari.i.contemnere liberalitaté eiusdé.s. victoris.Etsi est sapientis carere.s.patienter patria,est duri.i.pertinet ad durum,& immitem,non desiderare sup patriã. Etsi nó possis frui rep.stultum est nolle sup.frui priuata sup.re. Illud.s. quod modo dicetur,est caput.i.principale momentũ, vt si illa.s. in otio, & terra peregrina vita videatur tibi esse iucundior, tamen cogitandũ sit sup. tibi ne sit non tutior.s.quàm esset in vrbe.Magna est licentia gladiatorũ, nã facile posset aliquis Athenas mitti vnde occidaris,& re vera paulo post à Magio Chilone,familiari suo,pugione interemptus est, sed minor etiam verecundia ad facinus.s.tale perpetrandum, est in locis externis. Salus tua est mihi tantæ curæ, vt sim Marcello.s.C.aut Lucio fratri tuo, aut par.i. æqualis in cura tali, aut certe proximus. Tuum est.i.ad te pertinet. Raro aut nunquam legitur tua cum verbo est. Consulere.i.cõsilio prospicere, temporibus.i.ne tempora ista periculosa tibi noceant,& incolumitati, & vitæ & fortunis tuis, ne.s.eis noceatur. Vale.

PAVL. MAN. CONIVNCTVM esse periculum suo cerneret} alij hanc lectionem vidẽtur suspectam habuisse. nos eã in vetusto libro Ioannis Scalæ,& in alijs manuscriptis inuenimus.

DOCT. INT. IN epistula, quæ proxime sequitur,sic locũ illum leges.} An qui in bello, cum omnium nostrum coniunctũ esse periculum,suo & certorum hominum minime prudentium consilio vteretur, eo magis cõmunem censemus in victoria futurum fuisse,quàm incertis rebus fuisse?} vbi perperam alij,ceteris in rebus fuisset,est esse debeat: Incertis, pro adhuc dubijs, videlicet nondũ parta atq; explorata victoria.Est.n.sensus.Qui incerta victoria nihil consilia nostra moratus est,quid eũ dijudicata iam belli fortuna facturũ fuisse credimus? Facit nobiscum exemplar,in pergamenis descriptũ, cuius nobis copiã fecit clariss.Equ. Guntherus à Bunanu. Est etiã perperam hic locus in codicibus alijs distinctus,non absque perturbatione sensus.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Eiusdem est argumenti cum proxima.

CICERO S. D. MARCELLO. 10



*TSI nihil noui, quod ad te scriberem, habebam,magisq; literas tuas iam expectare incipiebã, uel te potius ipsum: tamen, cũ Theophilus proficisceretur, non potui nihil ei literarum dare. Cura igitur, ut quamprimum uenias; uenies enim, mihi crede, expectatus, neque solum nobis, id est tuis, sed prorsus omnibus. uenit enim mihi in mentem, subuereri interdum, ne te delectet tarda decessio. quòd nullum haberes sensum, nisi oculorum: prorsus tibi ignoscerem, si quosdam nolles uidere. sed cum leuiora non multo essent, quæ audirentur, quàm quæ uiderentur; suspicarer autem, multum interesse rei familiaris tuæ, te quamprimum uenire,idq; in omnes *partes ualere: putaui ea de re te esse admonendum. sed quoniam, quod mihi placeret, ostendi; reliqua tu prò tua prudentia considerabis. me tamen uelim, quod ad tempus te expectemus, certiorem facias. Vale.*

ep. 10.l.5.

HVBER. ETSI} eiusdem est argumenti, & sententię hęc epist.cuius est superior,mutatis tantum quibusdam verbis.hortatur.n.Mar.vt quamprimum in patriã redire velit, expectatus multum à suis.} Nihil noui} prętérquam,quæ à me alijs literis intellexisti.} Magis} potius quàm tu expectares meas.} Vel potius}correctio.} Te ipsum} non literas ipsum habet emphasim, q.d.te præsentem, nõ autem,iam literas tuas, aut alium pro te.} Non potui nihil d.}.i.aliquid dedi, non potui facere,quin aliquid darem.} Cura} da operam,cogita. }Expectatus}.i.desideratus.Virg.Expectare venis. }Omnibus} his etiam qui nulla necessitudine tecum coniuncti sunt. }Venit in mentem, subuereri}.i.interdum aliquantulum vereor. }Tarda decessio} serus decessus ab istis locis, vbi nunc es. }Quod eadé ratio} qua vsus est in præcedenti epist.cum dixit· Non est porro tuum, vno oculorum sensu moueri &c.& est sensus, si haberes tantum sensum oculorum,& non etiam aurium,putare tibi parcendum,si nolles venire Romam,ne videres multa,quæ nolles:sed cũ necesse sit te eadem audire,& vtile sit te esse in patria, putaui te admonendum.} Ignoscerem}indulgerem, parcerem. }Quosdam}Cæsarem,& reliquos,qui eum contra remp.secuti sunt.}Non multo leuiora} non multo minus acerba.}Suspicarer}.i. existimarem,& subaudi,cum suspicarer.} Interesse} vtile esse,pertinere ad rem tuam familiarem, quam præsens poteris conseruare. }Quamprimũ te venire}.i.vt subito venias. }Atq; valere}subaudi cum suspicarer.}Valere omnes partes}.i.valere ad omnia,vt tu venires.}Admonendum}meis literis exhortandum,& dandũ tibi consilium. }Quando}.i.qñ.}Reliqua} quæ non scripsi.}Pro tua prudentia} .i.sm tuam prudentiam, vt es valde prudens.}Ad quod tempus} an cito,an sero sis venturus.

Expectatur.

Interesse.

Quando.

ETSI nihil}Marc. iam mutasse sententiam Cic. cognoscebat,& esse iam persuasum Romã venire, quapropter his eum hortatur,quàm primum veniat,cũ adhuc Cice. aliquantulum vereretur ne eum delectaret tarda decessio.Postremo eũ rogat quo tempore ipsum expectent,det operam literis suis intelligat }Vel te potius} teipsum,cum pondere suo pronomen.}Expectatus}desideratus,vt expectare venis. ait Maro.}Omnibus}vel ipsis, q tibi nulla amicitia iũcti sunt. }Subuereri}aliquantulũ timere.Sub.n.compositiue,quid quantulum aut dimin.significat. Virg. Olli subridens, & Cic. pudor pene subrusticus.alias sub pro interdum imponitur. Virg. ipse sub ingẽti lustrat dum singula templo.Aliquando ante,vel per, vel circa.Virg.Sub noctem cura recursat,& postesq́ue sub ipsos nituntur gradibus:Et in Georg.Sub lucem exportant calathis. hoc est ante lucem. } Nec de delectet } alteram exigit constructionem delecto, alteram oblecto,aliam delector. Sic.n.his vtimur.Delectarunt me mirum in modum literę tuæ, & oblecto me literis tuis,& ego plurimum te ipso delector. }Tarda} corporis est,alias animi,& intellectus, vt huic tardus es. }Ignoscerem} veniam darem,parcerem. Caue dicas indulgere pro ignoscere,nam maximam habent inter se distantiam,cum indulgere sit dare operam alicui rei peragendæ.Incumbere,vigilare,studere,vel in primis concedere rem aliquam, rem mollé,& effœminatam,& quandam quasi clementiam monstrare,qua parentes in liberos suos plurimum errare videntur,nimium illis indulgentes,& delicate tribuentes, & eandem dicit rationem, quam superius dixit de visu,& auditu.}Quosdã} vt Cæs.& suos. }Suspicarer} opinarer,& intellige iterum cum. }Valere} sup. cum suspicarer, & existimarem. }In omnes partes} in omnia ad te pertinentia.}Admonendum} adhortandũ.}Reliqua} quæ forte scribenda erant. }Pro tua prudentia } secundum tuam prudentiam. Nam pro loco, in ante, & secundum aptissime collocamus,aut pro templo,ante templũ, pro curia, ante curiam. Sal. Quod ni maturasset pro curia signum socijs dare.Pro viribus secundum vires.Virg.Summis incutuant viribus arcus,pro se quisq; viri pro rostris,pro tribunali,in rostris fungitur interdum interiectionis officio cum accentu circunflexo, vt pro Iupiter,pro deum,atque hominum fidem. }Considerabis} consideramus futura, cogitamus præsentia, sed ista confunduntur.

PHIL.

Subuereri.

Delecto
Oblecto
Delector.
Ignoscere
Indulgere.

Pro viribus.

ETSI} eiusdem ferè argumenti est cum superiore: hortatur.n.Marcellum,quamprimum domum redire. Ordo est. Etsi.i.quanquam,nihil noui habebam,quòd scriberem ad te,& incipiebam,magis expectare literas tuas vel potius teipsum,tamé cum Theophilus.s.familiaris tuus proficisceretur.s. Roma ad te nõ potui nihil literarum dare.i.quin aliquid literarum darem ei. Igitur, quia te tantopere expectamus,cura vt venias quamprimum. Enim.i.quia, crede mihi,tu venies expectatus.i.desideratus, & optatus,neq; solum nobis.i. tuis,quia nos tui sumus,sed prorsus.i.omnino,omnibus. Venit enim mihi in mentem.i.cogitando compellor, subuereri.i.aliquantulum vereri interdum, ne decessio.s.ab Athenis, tarda.i. sera,delectet te,hoc est,ne tędio afficiaris Romã reuerti. quod si nullum haberes sensum nisi oculorum,ego ignoscerem prorsus.i.omnino tibi,si.s.nunc nolles videre quosdam,vt reipu.oppressores. Sed cum ea, quæ audirentur.s.à te, essent non multo leuiora,

ASCEN.

leuiora,quàm quæ viderentur.ſ.ſi Romæ eſſes, autẽ.i.ſed ſuſpicarer intereſſe.i.ad vtilitatem pertinere,rei familiaris tuæ,te venire.ſ.domum quamprimum, idq́ue valere.i.vtile eſſe, in.i.ad omnes partes, putaui te eſſe admonendum de ea re. Sed quando,aut quoniam oſtendi ſup.id,quod placeret mihi, tu conſiderabis reliqua.i.an recte ſentiam,pro tua prudentia.i. ſecundum prudentiam tuam. Velim tamen facias me certiorem ad quod tempus,expectemus.i.expectare debeamus te. Vale.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Collatione declarat Marcellus, ſuam erga Ciceronem uoluntatem: & , quod conſilio Ciceronis acquieſcere uelit, ſignificat.

MARCELLVS S. D. CICERONI. 11

PLurimum ualuiſſe apud me tuam ſemper auctoritatem, cum in omni re, tum in hoc maxime negotio potes exiſtimare. cum mihi C. Marcellus frater, amantiſſimus mei, non ſolum conſilium daret,ſed precibus quoque me obſecraret; non prius mihi perſuadere potuit, quàm tuis eſt effectum literis, ut uterer ueſtro potiſſimum conſilio. Res quemadmodum ſit acta, ueſtræ literæ mihi declarant. Gratulatio tua etſi eſt mihi probatiſſima,quòd ab optimo ſit animo: tamen hoc mihi multo iucundius eſt, & gratius, quòd in ſumma paucitate amicorum, propinquorum,ac neceſſariorum,qui uere meæ ſaluti fauerent, te cupidiſſimum mei, ſingularemq́; mihi beneuolentiam præſtitiſſe cognoui. Reliqua ſunt eiuſmodi, quibus ego, quoniam hæc erant tempora,facile, & æquo animo carebam. hoc uero eiuſmodi eſſe ſtatuo, ut ſine talium uirorum & amicorum beneuolentia,neq; in aduerſa,neq; in ſecunda fortuna quiſquam uiuere poſſit. itaq; hoc ego mihi gratulor. tu uero ut intelligas homini amiciſſimo te tribuiſſe officium, re tibi præſtabo. Vale.

HVBER. PLVRIMVM} Multis epiſtolis,& his,quas ſupra vidimus & alijs,quæ nõ reperiũtur, Cic. hortatus fuerat Mar. vt in patriã reuerteretur, neq; liberalitatẽ Cæſ aſpernaretur. Deinde gratulatus etiã ei fuerat, ꝙ ſenatus vniuerſus, & boni viri vno cõſenſu ſupplicaſſent Cæſ. pro reſtitutione eius. Itaq; reſpõdens Mar. dicit ſe & ſemper hoc potiſſimũ tpe tanti feciſſe auctoritatẽ Cic. ꝙ citius eſt flexus,& perſuaſus eius literis,vt mutaret propoſitũ,& Romã veniret, q̃ & coõſilijs,& precibus C.M. fratris,qui aſſidue obſecrabat,eũ,vt nolles perpetuo abeſſe,ſed vteretur conſilio amicorũ ſuadentiũ,vt rediret. Deinde oſtẽdit ſe habuiſſe gratã gratulationem Cic. quia ex animo factã intelligebat, gratius tñ ſibi fuiſſe, ꝙ inter paucos amicos, qui ei fauerent,cognouit Cic. ſibi amiciſſimũ: ob quam cauſam oſtendit ſe potius redire Romã,vt poſſit eſſe cum Cic.& ceteris talibus amicis,q̃ propter aliquid aliud. {Plurimum valuiſſe} habuiſſe maximũ pondus,& multũ potuiſſe. {Auctoritatẽ} dignitatem,& exiſtimationẽ tuam. {Cũ} .i.&. {In omni re} ſubaudi, alia. {Tũ maxime} .i. præcipue. {In hoc negotio} in hac cauſa mei reditus. {Amãtiſſimus mei} qui me valde amat. {Obſecraret. præcibus} adiuuaret etiã præcãdo. quod plus eſt, q̃ dare cõſilium. {Perſuadere} .i. aĩum inducere. {Quàm effectũ} q̃ eſt perſuaſum. {Vterer veſtro conſilio} facerẽ ſicut vos conſulebatis mihi. {Potiſſimũ} præcipue,potius q̃ conſilio aliorũ,qui fortaſſe conſulebant ei,vt abeſſet. {Res acta} .i. impetrata reſtitutio mea,quia Cic. ad eũ ſcripſerat,ſicut etiã ſupra ad Seru. Sulpiciũ. {Gratulatio} ꝙ Cæſ. oſtenderit non me paruifacere,& ꝙ ſenatus pro me ſupplicauerit. {Optimo aĩo} .i. cũ beneuolentia ſine ſimulatione. {In Summa paucitate} .i. in valde paucis amicis. Erant aũt pauci reſpectu eorũ, qui debuerant ei fauere, neq; tñ fauebant. {Neceſſariorum} neceſſarij, aucto. Feſto, dñt cognati, aut affines,in quos neceſſaria officia cõferũtur. Necessarij. {Cupidiſſimũ} amantiſſimũ. {Præſtitiſſe} oſtẽdiſſe. {Singularẽ} præcipuã, pluſ quã oẽs alij. {Reliqua} cetera,præter te,& alios paucos, qui mihi fauerunt. reliqua igitur.i. fortunæ meæ, & dignitates,& ſimilia. {Eiuſmodi} .i. talia,& talis cõditionis. {Quibus} .ſ. reliquis. {Carebã æquo animo} .i. carebã ſine ſolicitudine, ſine dolore. {Tempora} cõditiones tpm. {Hæc} .i. talia ita miſera, & mala. {Hoc} hanc rem.ſ. quæ ſequitur. {Statuo} iudico. eſt aũt ordo, hoc ſtatuo eſſe eiuſmodi,vt quiſquã neq; in aduerſa, neq; in ſecunda fortuna poſſit viuere ſine beneuolentia talium virorũ & amicorum.ſ. qualis tu es. {Gratulor mihi} gaudeo mihi. {In hoc} in hac re,quòd talem habeam amicum. {Præſtabo} oſtendam. {Re} effectu,non verbis. {Officium} beneficium:

PLVRIMVM valuiſſe} Quantã vim, quẽ etiã effectũ habuerint apud M. Cic. epiſt. his Mar. literis facile cognoſci poteſt. eius cõſilio perſuaſus Romã ſe vẽturũ pollicetur, & ibi malle viuere,vbi clariſſimorũ virorum cõſuetudinẽ vti poſſet,& maxime Cic. quẽ ſibi amiciſſimũ eſſe cognouerat: & quod nec Mar. frater, nec multi alij ex amicis illi perſuadere potuerũt,perſuaſerat Cic. Oſtẽdit etiã, quã ſibi grata fuerit gratulatio ipſius, ꝙ S.P.Q.R. Cæſ. ſupplicatũ acceſſerat,vt Mar. reſtitueretur in patriã. PHIL. {Valuiſſe} habuiſſe põdus,vel potuiſſe. habet hoc verbũ in oratione multũ venuſtatis, vel in primis ſi cũ ablatiuo iungamus hoc modo: M. Cic. plurimum eloquẽtia valuiſſe nemo eſt, qui neſciat. Sine ablatiuo, ſic valet. Id quidem apud me multũ,ſicuti debet,hoium amiciſſimorũ diligens commendatio. Valere. Exigit etiã poſt ſe accuſatiuũ: ſed qñ refertur ad pretiũ,in his vtimur genitiuo tãti,& quãti,in reliquis accuſatiuo,vt valet,& tãti valet annona,aureos 20 valet annona. {Auctoritatem} dignitatẽ,& exiſtimationẽ tuam. {Cũ} .i.&. {In omni re} ſubaudi alia. {Tũ} .i.& præcipue. {In hoc negotio} in hac cauſa mei reditus. {Amantiſſimus mei} qui me valde amat. {Hoc negotio} mei reditus. {Conſiliũ} quo intelligerẽ redeundũ eſſe mihi R. {Sed precibus} vt hoc te vnius ſolicitudines, vnius ẽt multæ lacrymæ C. Mar. fratris optimi deprecãtur. {Obſecrãret precibus} maiorẽ vim hẽt,q̃ dare conſiliũ. {Potiſſimũ} nolim dicas potiſſime: id.n. nunquã legi niſi apud Priſc. qui dicit à potius naſci potiſſime. {Res acta} reſtitutio mea impetrata,vt à Cic. epi. acceperat. {Gratulatio} quod pro eo ſupplicauerat ſenatus, ꝙ ei pepercerat Cæſ. ac eſſet Romã rediturus. {Optimo aĩo} nõ ſimulata mẽte. {Paucitate amicorũ} pauci.n. erant cũ multi eſſe debuiſſent,qui ei fauerẽt ꝑꝑ præſtantiã eius. {Cupidiſſimum} amantiſſimũ. {Præſtitiſſe} demõſtraſſe. Præstare numeroſæ ſignificationis verbũ. nã eſt darẽ,cõcedere,exhibere: cũ quibus actm iungimus,vt ſis meã fidẽ præſtiterit,quod cõfido te eſſe facturũ interdum antecellere,& tũc vltra datiuũ ablatiuũ damus,vt Cic. ceteris oibus præſtabat ingenio,& doctrina. Aliqñ melius eſſe Virg. Sed motos præſtat cõponere fluctus. Quid,quod præſtare iureconſulti volũt eſſe cauere,ne quid dãni fiat alicui? Cic. de off. Emptorẽ indemnẽ dãno præſtari oportere. {Reliqua} tã fortunæ, q̃ dignitatis,& hmõi. Aequo animo. {Aequo aĩo} ſine moleſtia. multis id modis dicere poſſumus: moderate, facile,modice, modeſte, fortiter, quod quaſi vulgo dr̃ patienter. Et à contrario ſenſu hoc modo, Iniquo aĩo, ægre,grauiter,moleſte,paracerbe,immodice. {Tempora} nouitates. {Hæc} tam miſera. {Hoc} quod ſequitur. & eſt ordo,hoc ſtatuo eſſe eiuſmodi eius cõditionis ſtatus. {Taliũ virorũ} qualis tu es. {Gratulor} gaudio afficior. {Hæc} mala. {In hoc} ꝙ talẽ amicũ habeam. {Re} effectu. Cic. in parad. Cũ re,ac factis longe aliter iudicaſſent. {Præſtabo} efficaciã,demõſtrabo.

ASCEN. PLVRIMVM, &c. } Quid Cic. epiſt. apud Mar. valuerint, Marcellus ipſe hac epiſt. ſignat, dicẽs ſe ab eo perſuaſum Romã venturũ,& quæ pro ſe acta eſſent cũ Cæſ. grata habere. Ordo eſt. O Cic. tu potes exiſtimare.i. iudicare, tuã auctoritatẽ valuiſſe ſemper plurimũ apud me,cũ ſ. ita,ſit ꝙ potes exiſtimare illud in omni re.ſ. alia, tum maxime in hoc negotio.ſ. domũ redeundi. Cũ C. Marcellus ſup. meus,amantiſſimus mei non ſolũ daret mihi conſiliũ,ſed quoque.i. etiã obſecraret.i. ob ſacra oraret me precibus non potuit prius perſuadere mihi q̃ effectum eſt literis tuis, vt vterer potiſſimũ conſilio veſtro.ſ. amborũ. Literæ veſtræ.i. tuæ & fratris,declarant mihi quemadmodũ res.i. recõciliatio mea,aut veniæ datio,ſit acta.ſ. in ſenatu cũ Cæſ. Gratulatio tua etſi.i. quanquã eſt mihi probatiſſima.i. maxime approbata,ꝙ.i. quia,ſit ab optimo aĩo,tñ hoc eſt mihi iucũdius, & gratius multo ꝙ cognoui in ſumma paucitate amicorũ,propinquorũ,ac neceſſariorũ,qui fauerẽt vere.i. non fictæ, ſaluti meæ,te cupidiſſimũ mei,& præſtitiſſe mihi beneuolentiã ſingularẽ. Reliqua.ſ. bona,quæ ante habebã,ſunt eiuſmodi, quibus.i. ꝙ eis,ego carebã facile,& æquo aĩo,qm̃ hæc.i. hmõi erant tpa.ſ. tam mala. Vero.i. ſed,ego ſtatuo hoc.ſ. quod mihi præſtitiſtis,eſſe eiuſmodi,vt quiſquã neq; poſſit viuere in fortuna aduerſa neq; in fortuna ſecunda.i. proſpera ſine beneuolentia talium virorum,& amicorũ. itaq; ego gratulor mihi in hoc. Vero, pro ſed ego præſtabo.ſ. effectu ipſo vt intelligas te tribuiſſe homini amiciſſimo videlicet mihi officium.i. oportunum beneficium.

GIBERTI

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Cædem Marcelli nuntiat Ciceroni Sulpitius, &, quibus officijs mortuum prosecutus sit, declarat.

SERVIVS S. D. CICERONIS. 12



TSI scio non iucundissimum nuntium me uobis allaturum: tamen, quoniam CASVS. *&* fortuna ** natura in bonis dominatur; uisum est faciendum, quoquo modo res se haberet, uos certiores facere. Ad x. kal. Iun. cum ab Epidauro Piræeum naui aduectus essem, ibi Marcellum, collegam nostrum, conueni; eumq́; diem ibi consumpsi, ut cum eo essem. postero die, cum ab eo digressus essem, eo consilio, ut ab Athenis in Bœotiam irem, relinquamq́; iurisdictionem absoluerem: ille, uti aiebat,* supra Maleas ** supra Maleas in Italiam uersus nauigaturus erat postridie eius diei, cum ab Athenis proficisci in animo haberem; circiter horam decimam noctis P. Postumius, familiaris eius, ad me uenit, & mihi nuntiauit, M. Marcellum, collegam nostrum, post cœna tempus a P. Magio Chilone, familiari eius, pugione percussum esse, & duo uulnera accepisse, unum in stomacho, alterum in capite secundum aurem; sperare tamen, eum uiuere posse: * Magium se ipsum interfecisse: postea se a* ad Att. ep.10.l.13. *Marcello ad me missum esse, qui hæc nuntiaret, & rogaret, uti cogerem medicos, coegi; & e uestigio eò sum profectus prima luce. cum nõ longe a Piræo abessem; puer Acidini mihi obuiam uenit cũ cod cillis; in quibus erat scriptũ, paulo ante lucem Marcellum diem suum obijsse. ita uir clarissimus ab homine teterrimo acerbissima morte est affectus; & cui inimici propter dignitatem pepercerant, inuentus est amicus, qui ei mortem afferret. ego tamen ad tabernaculum eius perrexi: inueni duos libertos, & pauculos seruos: reliquos aiebant profugisse, metu perterritos, quòd dominus eorum ante tabernaculum interfectus esset. coactus sum in eadem illa lectica, qua ipse delatus eram, meisq; lecticarijs in urbem eum referre: ibiq́ue pro ea copia, quæ Athenis erat, funus ei satis amplum faciendum curaui. ab Atheniensibus, locum sepulturæ intra urbem ut darent, impetrare non potui, quòd religione se impediri dicerent: neque tamen id antea cuiquam concesserant, quod proximum fuit; uti, in quo uellemus gymnasio, eum sepeliremus, nobis permiserunt. nos in nobilissimo orbis terrarum gymnasio Academiæ locũ delegimus: ibiq; eum combussimus: posteaq; curauimus, ut ijdem Athenienses in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locaret. ita, quæ nostra officia fuerunt, pro collegio, & propinquitate, & uiuo, & mortuo omnia ei præstitimus. Vale. Datæ pridie kal. Iun. Athenis.*

PHIL. ETSI scio} Vide, quemadmodũ omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra. inimicus.n. Marcello pepercerat: inuentus est amicus, P. Magio Chilo, qui eũ occideret. Nuntiat igitur Cic. Sulpicius, qm tũc in Achaia magistratum gerebat, non sine magno dolore Marcellũ, Cic. amicum, occisum esse. Mortis etiã genus ostendit, & officia, quæ in eum ita affectum cõtulit. Postremo, quibus eũ sepulturæ & exequiarũ honoribus honestauerit. {Casus, & natura} tribus.n. humana vita, vt inquit Honoratus, continetur. Natura, cui vltra centũ & 20 solstitiales annos concessum non est; fato, cui nonaginta anni, hoc est Saturni tres cursus exitũ creãt, nisi forte aliarum stellarũ benignitas tertiũ eius superet cursum; fortuna hoc est casus qui ad omnia pertinet, quæ extrinsecus sunt, vt ad ruinam, incendia, naufragiũ, cædes. verũ casus differt à fortuna, vt Arist. verba demõstrant 2. phys. c. 8. Tam.n. in agẽtibus per intellectũ vim habet casus, q̃ in non agentibus per intellectũ, & in plures res cadit, q̃ fortuna, vt decedẽs à tecto tegula prætereuntem occidit, & Chilo, à quo nihil mali suspicabatur Marc. eum occidit. fortuna vero duntaxat vim habet in agẽtibus per intellectũ, vt aranti agricolæ argẽti lamina se offert. Et bene casum, & naturam dixit in bonis dominari: oĩa.n. inter ista claudenda sunt, adeo quod oĩa, aut ẽm naturã fiant necesse sit, vt nunc violentã, & inopinatã mortem Marc. casu contigisse putemus. Verum, vt ait Gel. cũ apud Cic. legisset 1. Philippicarum vt siquid mihi humanitus accidisset. Multa aũt impẽdere viri præter naturam, & præter fatũ. Considerandũ equidẽ puto, atque id maxime requirendũ, qua ratione dixerit accidere multa humanitus posse præter fatum. Cum sit ratio, & ordo, & insuperabilis quædam necessitas fati. Item Virg. Aen. 4. de Phœnissa: Nam quia nec fato, merita nec morte peribat. Tanquã in faciendi finẽ vitæ, quæ violenta sunt non videantur à fato euenire. Sed in hoc quid sentimus, in lib. Tusc. explicauimus. Sed posset quis quærere, quid sit natura, quæ tripartita cõsideratur in homine: animi, corporis, extrinsecus. inquit Cic. naturam ipsam diffinire difficile est. Sed quæ ratio sit, cur naturæ diffinitio difficilis sit, Victorinus docet hoc modo. Apud sapientes contentio est, quid prius sit Deus, an natura. Si natura prior est, ergo deus natus est, atqui deum nasci nõ ponunt. Rursus si deus prior est, nata est natura. Quod si nasci potuit, natura incipit non esse natura. Itaq; naturæ difficilis est diffinitio, sed cũ dixerit esse difficile, non tñ negauit diffiniri non posse. Itaq; quidã philosophi sic diffiniendam putauerunt. Natura est ignis artifex quadã via vadens in res sensibiles procreandas: Plato aũt sic diffiniuit: hoc est, natura est Dei voluntas. {Visum est faciẽdũ, vos facere certiores} hoc est putaui vt vobis signarem, dicẽdi modus huiõi apud doctos viros. {Iunias} narratio est, & animaduerte q plus decoris habebit oratio, si pro mensiũ genitiuis possessiua eorundẽ mensiũ ponemus, vt si cal. Iunias dicemus non Iunij, Augustas non Augusti. {Epidauro} in Achaia, vt ait Pli. est ciuitas, de qua etiã Str. sic ait: Epidaurus aũt antea Epitaurus vocabatur: eã Cares, Arist. teste, occupauerũt, & nõ alibi parũ insignis est ciuitas præsertim ex Aesculapij claritate nobilitata, quẽ varia morborum gña curasse somniati sunt hoies. erat vero templũ ægrotãtium multitudinẽ vsquequaq; refertũ, pendentibusq; tabellis, in quibus sanati, languores erat inscripti. Sita quidem vrbs est in ipso Saronici sinus recessu intimo. Epitaurus nũc vrbs est Epiri, quã & Dyrrachiũ dñt. {Collegam} fuit.n. collega olim in cõsulatu, at tunc nõ erat. {Ab Athenis in Bœotiam irẽ} nulla te regula grammaticorũ impediat, quin nominibus locorum proprijs addas præpositionẽ, vel non addas quocunq; spectantibus. indifferenter.n. oẽs docti viri sunt vsi vt ab Athenis & Athenis venio, ad Romã, & Romam vado. Sic Sulp. cũ ab Aegina Megarã versus nauigarem. his exemplis plenus est Liu. Athenæ vero, vt inquit Str. à Possidone siue Neptuno, & Athena .i. Minerua appellationẽ deorũ sortitæ sunt. Regio, in qua sunt, Attica nominatur, de qua Cecrops primum multitudinẽ in ciuitates xij. habitandas digessit. Theseus vero postea xij. illas in hanc vnam congregasse ciuitatem memoratur. Bœotia coniuncta est Atticæ, à qua illã montanę Atticæ plagã disiungit, à boue appellata: quã ibi Cadmus, Agenoris filius, reperiẽs immolauit. Diod. vero Siculus à Boeto Neptuni filio ex Arne Aeoli filia dixit appellatã esse Boetiam. Bœotia. * {Absoluerem} perficerẽ. {Reliquamq; iurisdictionem} .i. reliquum quod restat de administratione etiam in Bœotia. nam Seruius habebat iurisdictionẽ nõ solũ in Achaia, HVBER. sed etiã in regionibus finitimis. {Supra Maleas} alij intelligunt supra Maias, vt subaudiamus dies, sed dies in plurali cõstat masculini tñ esse generis, non aũt fœminini: prętera nõ est mos doctorum ponere adiect. sine substãtiuo ego huic sniæ minime assentior. Alij dñt esse locũ: quod etsi adhuc apud neminem idoneum me legere memini, tñ magis probo. {Postridie eius diei} vt supra notauimus, alio loco dici, abiectio est, vt vbique locorũ nam & postridie & vbiq; per se plena sunt {Proficisci} discedere. {Circiter} pro iuxta ponitur, qsi περὶ significat: ad tẽpus tñ solet pertinere, vt circiter calendas: interdũ ad locũ, vt Cassius Emina, lapidem fuisse quadratum circiter in media arce iunctũ calendis: frequentius tñ ad numerũ, vt Papia distat Mediolano circiter xx. millia. Circiter ergo pro circa. Circiter. {Decimam horam}. quia nona hora cænabatur. Mart. Incipit extructos frãgere nona toros Iuuen. carpit Marium Priscum, q ante nonam horã cœnaret: Exul ab octaua Marius bibit. Dies aũt incipiebat apud Romanos à media nocte, vt. ff. de ferijs lege more R. {Chilone} cognomentum à labris. nã, vt inquit Ser. in Arte, Chilones

sine

ſine aſpiratione dñr,quorum capita longa, & compreſſa ſunt. Chilones autẽ cũ aſpiratione ex græco à labris improbioribus quæ illi vocant χεῖλη, vnde & piſces improbius labrati Chilones dñt. §Pugione§pugio genus eſt teli, à pugno dictus,quo facile apprehenditur. §Secundum§.i.iuxta.Virg.lib.1.Georg.Paſcuntur vero ſyluas,& plena ſm Flumina. §Sperare tñ§ſubaudi dixit,vel nuntiauit ſe ſperare.i.ſpem habere. §Eum§ Marcellũ. §Se ipſum§propria manu. §Se miſſum§ ſubaudi dixit C. Poſtumius. §Cogerem§in vnũ colligerem, congregarẽ. Virg.in Buc. Tityre coge pecus. §E veſtigio§ſtatim. §Prima luce§ prima parte lucis,hoc eſt circa ipſam lucem.eleganter.n.dicitur prima nocte,vel multa nocte,& prima luce,& multa luce,vel ad multam noctem,& ad multam lucem veni ad te. §Puer§ ſeruus. §Acidini§nomen propriũ. §Codicillis§tabellis,literis. codex.n.dimin. facit codicillus. §Paulo ante lucem§ paulo ante diem, cum ego prima luce ad eũ irem. §Ita§q.d.ita crudeliter & miſerabiliter. eſt.n.miſerãtis. §Vir clariſſimus§M.Mar. §Affectus eſt morte§ interfectus eſt. §Inimici§Cæſariani. §Pepercerant§dederant vitam,licet fuiſſet eis aduerſarius §Dignitatẽ§nobilitatem & familiæ & probitatis. §Amicus§quia vt ſupra dixit, eras eius familiaris,& putabatur amicus. §Tñ§licet ante aduentum meũ audiuiſſem eum mortuũ. §Ad tabernaculum§ad hoſpitium eius,ad locum,vbi habitabat.nam,vt inquit Iuriſc.ff.de verb. ſig.Tabernæ appellatio declarat omne vtile ad habitandũ ædificiũ, dicta ex eo,ꝙ taberna tabulis claudebatur.inde tabernacula & cõtubernales dicti.neq; eſt dimin. tabernaculũ,ſicut nec cœnaculũ. §Perrexi§iui,à verbo pergo. §Reliquos§ qui cũ eo eſſe ſolebãt. §Perterritus§timentes ne & ipſi interficerẽtur. §Coactus ſum§ non ab aliquo,ſed à me ipſo.& eſt dicendi modus pro eo quo dicitur,fuit mihi neceſſe. §Illa lectica§ quia non habebam aliam qua poſſet deferri. Erat autem lectica cathedra & ſedes quædã, qua ferebantur diuites & potentes,dicta ꝙ puluinari & lectulo eſſet ſtrata,græce dicitur hexaphoron, quia à ſex ſeruis ferretur Iuuen. Cum iam ſexta ceruice feratur.Hinc atq; inde parẽs ac nuda pene cathedra.Idem, Cum veniat lectica Mathonis Plena ipſo.Idem etiã ſignat lecto fuiſſe ſtratam,cum dicit: Qui dedit ergo tribus patruis aconita vehetur Penſilibus plumis.i.lectica.Item alibi,Conducit comitem ſella in puluinar. Et item, Nanq; facit ſomnũ clauſa lectica feneſtra. §Meis lecticarijs§.i. meis ſeruis,qui lecticam ipſam ferebant. § Referre§ reportare. §In vrbem§ Athenas, vnde ego ad eum veneram. Pro ea§ ſm eam copiã,quia non fuit tanta quanta fuiſſet Romæ. § Funus§ pompam & honorem funeralẽ. §Satis amplum§.i.dignum & honorificũ. §Impetrare§obtinere. §Impediri§prohiberi. §Religione§.ſ.ſua,qua prohibebantur,qui nõ fuiſſent ciues,intra vrbem ſuam ſepeliri. §Neq; tñ§ne videretur hoc fuiſſe magis negatum Mar.quã alijs, dicit ꝙ antea nemini vnquã id conceſſerant. §Id§vt intra vrbẽ ſepeliretur. §Permiſerant§conceſſerunt. §Quod fuit proximum§.i.quod fuit primum poſt hoc,vt ſepeliretur intra vrbem. §Vti§prout. §Gymnaſio§gymnaſium dicebatur locus,vbi paleſtritæ exercebãtur nudi,& oleo vncti. nam γυμνὸς græce nudum ſignat.Dicitur tñ gymnaſium locus quilibet,vbi aliquis exercetur,vnde & gymnaſia literarum dñt. erãt aũt Athenis extra vrbẽ multa gymnaſia philoſophorũ ſm varias eorum ſectas, inter quæ nobiliſſimũ erat gymnaſium Academiæ,vbi Plato docuerat.quem locum dicit Ser. ſe elegiſſe ad ſepulturam Mar.quia in eius poteſtate fuerat eligere ex multis quod vellet. §In quo vellemus§quia multa erãt. §Delegimus§ elegimus,accepimus ex multis.deligere.n.eſt ex multis eligere. §Academiæ§ Academia, locus nemoroſus ab Athenis mille paſſibus diſtans.dicta ab Academo heroe, ſm Eupolidem gymnaſium Platonis celebratiſſimũ. Horat.in epiſt. Atq; inter ſyluas Academi quærere verũ. Fuit & villa memoratu digna ab Auerno lacu Puteolos tẽdẽtibus impoſita litori celebrata porticu & nemore,quam & vocabat M.Cic. Academiã ab exemplo Athenarum, ibi compoſitis voluminibus eiſdem nominibus: in qua & monumentũ ſibi inſtaurauerat. Ceu vero non & in toto orbe terrarum feciſſet,hæc & plura Plin.de hac academia Cic.lib. 31.cap.2. §Cõbuſſimus§cremauimus eius cadauer. Ita.n.ſolebãt facere antiqui,& maxime Romani,cũ Aegyptij odoribus condita cadauera diutius reſeruarent,De hac conſuetudine, & eius cauſis vide Seru.in 3.Aen.ſuper eum locũ, Animamq; ſepulcro condimus &c. §Monumentum§inſigne ſepulcrum,quod monumentum dicitur à monendo, ꝙ moneat nos, & memoriam faciat. §Locarent faciendum§mercede faciendũ darent alicui huius rei perito. §Omnia officia§.ſ.mea.i.omnia,quæ à me debebantur Marc. §Pro collegio§vt decuit collegam. §Pro propinquitate§.i.vt decuit propinquum,qualis ei eram. Ser.erat propinquus Mar.fueratq; eius collega in conſulatu. §Pro§.i.ſm. §Et viuo§quem ſemper amauimus & honorauimus. §Et mortuo§ quia eũ honorifice ſepeliendũ curaui. Supra vbi diximus ſupra Maias, vt ex characteribus veteris codicis conieci, puto fuiſſe ſcriptura,ſuprema æſtate.i.vltimo tempore æſtatis. quod neq; auſim affirmare,quia non bene poterat legi text.neque tñ improbo.volui tamen notaſſe,vt videant docti,quid probent.

Hexaphoron.

ETSI§ M. Marcellus,multis literis Cic. perſuaſus, tandem decreuerat R.venire,cum Cæſ.liberaliter ei conceſſiſſet,vt id facere poſſet: verũ ante, ꝗ diſceſſiſſet ex Græcia,cum non longe ab Athenis eſſet, à P. Magio Chilone eius familiare pugione interemptus eſt. Itaq; cum Seruius, qui præerat Achaiæ intelligeret,quantum Cic.dilexiſſet Marc. hac epiſtola nuntiat ei grauiſſimũ caſum mortis ipſius Mar. & ſimul oſtendit,quanta cura,& officio primum curauerit ei ſubueniri,adductis medicis:deinde,poſtquã eſt mortuus,vt honorifice ſepeliretur. §Etſi§ principiũ eſt accõmodatum rebus triſtibus nunciandis §Non iucundiſſimũ§ à contrario ſenſu.i.triſtiſſimum,& plenũ doloris.& attentum facit. §Nuntium§nuntius maſc genere & rem nuntiatam,& eũ,qui nuntiat, ſignat. Virg. 1.Aen.Et nuntius ibis Pelidæ genitori. §Idem in 6.Infelix Dido verus mihi nuntius ergo Venerat. In neutro vero genere rẽ nuntiatam tãtum ſignat. §Caſus§euentus per accidens, qui, vt oſtendit Ariſt.lib.2.phyſ.c.8.ſic differt à fortuna, quia caſus habet eſſe tam in agentibus per intellectũ,ꝗ in non agentibus per intellectum,& in pluribus eſt,ꝗ fortuna:vt,ſi lapis,cadens de tecto,frangat caput tranſeuntis, & ſi quiſpiã ab aliquo interficiatur,à quo propter familiaritatem nullum periculum timeret,ſicut M.Mar à Chilone. Fortuna vero habet eſſe in agẽtibus per intellectum tñ: vt ſi fodiens ſepulcrum inueniat theſauros. §Et natura dominatur§quia à iure naturæ nĩa orta occidunt,vt inquit Sal. §Dominatur§ imperat,quia & caſui, & naturæ ſubiecti ſumus. In bonis dominor,iungitur cũ ablatiuo cum præpoſitione,vt hic,& apud Virg.Aen.2.Incenſa Danai dominantur in vrbe. Iungitur datiuo: Vir. Et victis dominabitur Argis. Iungitur etiã accuſatiuo cũ præpoſitione In Ouid.1. Metamorph. Et quòd dominari in cetera poſſet Natus homo. Et Cic.in Caton.maiore, Felix ſenectus ſi vſq; ad vltimũ ſpiritũ dominatur in ſuos. §Viſum eſt faciendũ facere§modus eſt dicendi,quo frequenter etiam Cic.vtitur. viſum eſt faciendũ, vt te admonerẽ, pro putaui te admonendũ. §Ad x.§incipit narrare. §Epidauro§ Epidaurus,vt ſcr.Sol. vrbs eſt Achaiæ, Aeſculapij ſacello celebris, cui cubantes ægritudinũ remedia capeſſunt monitis ſomniorũ. Inde Aeſculapius Epidaurius dicitur. Ouid.in 1.de Pon. Afferat ipſe licet ſacras Epidaurius herbas,Sanabit nulla vulnera cordis ope. Epidamnus autem vrbs in Epiro eſt,Dyrrhachiũ appellata. §Piræeũ§portus Athen.vt oſtendit Str.lib.9.cui vrbs coniungebatur muro protracto ex oppido in modum duorum crurum. §Collegam§non nunc,ſed antea,cum ſimul, geſſimus conſulatum. §Ibi§ in Piræeo. §Poſtero die§ ſequenti die. §Digreſſus eſſem§ diſceſſiſſem. Virg. Hos ego digrediens lacrymis affabar obortis. Iuuen. Quamuis digreſſu veteris confuſus amici §Eo conſilio§ ea mente,ea deliberatione. §In Bœotiã§ quæ eſt finitima Atticæ. dicta eſt autẽ Bœotia à boue, à Cadmo inuenta,cuius augurio vrbẽ condidit.vnde Ouid. Mœnia fac condas,Bœotiaq; illa vocato. Diod.tñ lib.5.dicit appellatam fuiſſe à Beoto,quem Neptunus genuit ex Arne filia Aeoli. ° §Iuriſdictionem§ adminiſtrationẽ. hanc.n.non modo in Achaia, ſed in regionibus vicinis habebat Ser. §Suprema æſtate Italiã verſus nauigaturus erat§hoc eſt in fine æſtatis,& circa principium autumni.quatuor.n.anni tempora tripliciter diuiduntur, in nouum,adultum & præceps,ſiue ſupremũ. & nouam æſtatem dicimus initium æſtatis:adultam æſtatẽ,æſtatis mediũ appellamus. & ſupremam ſiue præcipitem æſtatẽ nuncupamus finẽ æſtatis. & ſic de ſingulis temporibus:vt, Ver nouum,adultũ,& præceps. §Poſtridie§poſtera die,cras. errãt qui poſtridie dicunt poſt tres dies.adiunxi etiam Sulp.diei eius,& ſic legendum poſtridie diei eius, nec maioris, aut alterius ſignificationis eſt ꝗ poſtridie, vt cum dicimus vbiq; gentium,vbiq; locorum, non aliud ſignificamus ꝗ vbiq;. §Decimam horã§hora nona dabatur cœna. hinc ait Val.Mart. Incipit extructos frangere nona toros. Hinc Marius Priſ.apud Iuuen.datur vitio,ꝙ ante horam nonam cœnaret:vt, Exul ab octaua Marius bibit. §Chilone§ P. Magius, cognomine Chilo,labris groſſioribus eſt,qui Marcellum occidit, χεῖλος.n.apud græcos labrum ſignat,hic aſpiratur prima, ſed cũ c,tenui Cilo illum ſignificat qui oblongũ & compreſſum caput habet,

HVBER.

Etſi.

Nuntius.

Caſus. Fortuna

PHIL. Iuriſdictio

Poſtridie.

Circiter. habet, vt Genuenses habere conspicimus. {Circiter} ad nume-
rum in primis refertur, potest & ad tempus & ad locum referri.
Tu ne dicas tãtummodo temporis esse Prisc. errore ductus. hoc
Pugio. aũt loco & ad tempus, & ad numerũ pertinet. {Pugione percus
sum} genus est gladij. Nec dicas, cum pugione percussum. Nam
qñ significat instrumentũ, non apponit cum: non. n. latine dice-
remus, Scribo cum calamo, Vulnero te cũ gladio: sed scribo ca-
Stomachus lamo, vulnero te gladio, & huiusmodi. {Stomacho} addo notã
Stomachari aspirationis in fine. Stomachus etiam pro ira & odio sæpe poni
Stomachosus. tur. Cic. in Tusc. Intelliges ea stomacho non agere. Horat. Ma-
num stomachumq; teneto. Vnde stomachari est pro indignari,
& ira commoueri. Cic. Tusc. 4. An vero vir fortis nisi stomacha
ri cœpit, non potest fortis esse? Inde etiã stomachosus indigna
tione & ira accensus. Horat. epist. 1. Læua stomachosus gabena
Secundum. dicit eques. {Secundũ} & frequẽtissime posita est pro post apud
Liuium. Sic Quint. Nam quod vnum mihi ꝑm patrem fortu-
na videbatur parasse præsidium, id ego separare in illa sorte nõ
poteram. Alias pro iuxta ponitur, vt nunc, & Maro: Dulcibus
illa quidem illicebris, & plena ꝑm Flumina. Aliquando signifi-
cat pro, vt ꝑm te ad Cæs. scripsit, hoc est pro volũtate & senten-
Cogere: tia tua. In alijs vero significationibus notum est. {Cogerem} in
vnum colligerem, vt Virg. Tityre coge pecus Cic. Tusc. 1. Cœ-
lium hoc io quo nubes imbresq; coguntur. alias significat vrge
Codicillus. re & non stringere. Ter. Iubeo, cogo atque impero. {Cum codi
cillis} literis. Prima positio est codex. Inde codiculus, ex quo
nascitur codicillus, quo in numero singulari nõ vtimur, licet Iu
stin. sit vsus. {Cui inimici} Cæsariani, contrariũ exornatio. {Ta
Taberna. bernaculum} diuersorium. à taberna fit tabernaculũ. Est. n. ta-
berna non modo vbi vinum venundatur, verũ etiam locus ad
habitandum, & vbi quæq; res ad vendendum exponuntur. Iu-
Officina. uen. Ne pudeat dominũ monstrare tabernæ. Officina vero est
vbi res fiunt: quæ etiã potest esse taberna, si ibidem res vendun-
tur, Cic. sed tñ vt ex eadem officina exisse appareat. {Coactus}
à me ipso, non ab alijs, est quidam huiusmodi dicendi modus.
Seruos. {Seruos} mancipia. à seruando non autem à seruiendo appella
tos. Eminebãtur. n. bello seruatim. {Dñs} ipse Marc. sunt. n. ista
correlatiua dñs, & seruus, vt libertus, & patronos, sed est hoc ty-
rannicum & odiosum nomen, quod sibi Domitianus attribuit,
& non solum dñs, sed deus voluit appellari. {Tu principem dici
to potius, q̃ dominum, si quem hac appellatione dignũ videbis.
Quantum. n. ista descripẽt demonstrauit Ouid. Vt dñi nomen
Lectica principis ille tenet. {Lectica} hac nobiles Romani & clari viri
Hexaph. plurimum vtebãtur, & à numero Lecticariorum hexaphoron
dixerunt, & huiusmodi, de quo Mart. Cum tibi non essent sex
millia Ceciliane, Ingenti latere vectus es hexaphoro. Et Iuu.
Qui sexta ceruice feratur. Sed hunc lecticarum vsum Cæsar, vt
inquit Tranquillus, & cõchiliatæ vestes & margaritarũ, nisi cer
Lecticarij. tis personis & ætatibus, perq; certos dies ademit. Et ideo Lecti-
ca est dicta, quia lecto & puluinari sternebant. vnde inquit Qui
dedit ergo tribus patruis aconita vehetur Pensilibus plumis. Et
qui eam ferebant, Lecticarij dicebantur. {In vrbem} Athenas.
{Pro ea copia} q. d. non pro meritis & dignitate Marcelli, qui
maioré honorem merebatur, sed ꝑm copiam, quæ Athenis esse
Funus. poterat minor q̃ Romæ. {Funus} exequias. à funalibus appella
tur, siue ab eo, quod magis placet, quod apud græcos φόνος, mor-
rem ac cædem significat. {Satis amplũ} hmõi status est hæc di
ctio sat, vt minuat potius q̃ augeat cũ quo iungitur. plus. n. fuis-
set, si dixisset amplum, q̃ satis amplum. {Intra vrbem} qm̃ mos
non erat apud eos intra vrbem quempiã sepelire. {Neq; tñ} ne
videretur hoc magis negatũ fuisse Marcello, q̃ alijs. {Id} vt in-
Gymnasium tra vrbem sepeliretur. {Proximum} ad honorem. {Gymnasio}
tam corporis q̃ animi exercitationis locus, sed maxime, vbi pa-
læstræ ludus erat, q̃ qui certabant nudi & oleo perunctí erãt, vn
de nomen accepit: γυμνός nudum significat. erant & philosophi
Gymnosophistæ. gymnosophistæ appellati, de quibus Str. sic habet: Onesicritus
missum se scribit, vt cum sophistis colloqueretur: quod cũ Alex.
audisset nudos eos incedere, & tolerantiam exercentes in hono
re maxime haberi, ad alios autem, nec vocatos ire, sed iubere, vt
alij ad se venirent, siquid assequi vellét, quod ab eis ageretur, &
diceretur, & cum tales essent, nec deorum videretur, vt Alex. ad
illos accederet, ne etiam inuitos cogerét, quidquam facerét præ
ter prima instituta. {Academiæ locum} in agro Atheniensi ab
vrbe ipsa Athenarum distante mille passibus plurimum syluo-
so, vt Horat. inquit: Atq; inter syluas Academi quærere verum.
Veteré Academiã Plato primus instituit, & ab Academo eius
prædij dño voluit appellari, ex quo illustris illa academicorum
secta multo post tempore ita floruit, vt omnibus alijs antefer-
ri videretur. accessit inde Archesilaus, & mediocrem Academiã
fecit. demum Acacydes nouã constituendam curauit. erant &
multa Athenis extra vrbem gymnasia, varijs philosophorũ se-
ctis instituta, quorum oium, * illustrissimum fuit academicorũ Platonis gymnasiũ.
de quo nũc agitur. Fuit & altera academia in terra Italia, haud
longe Puteolis imposita, vt inquit Plin. litori porticu & nemo-
re celebrata, & ab exemplo Athenarũ dicta ex instituto M. T.
C. qui academica illa sua conscripsit. {Combussimus} instructa
pyra. id vsq; ab Homeri temporibus factitarũ, ex quo legitur 1.
Ill. {Munimentũ} dicimus munimentum, à muniendo appella Munimentum
tum, quidquid vallo, fossa, aggere murorum, aut lignorũ strue, &
alia hmõi re contra hostium aduentum munitũ est. Monumen Monumentum
tum vero per o, & u, scriptum quid in mortuorum memoriam
factum est, à monendo deductum, ꝙ præsentes moneat præteri
tarum rerũ, vt exempla, statuæ, sepulcrum: quod & sepultura, tu Sepulchrũ.
multus, tumba, pyramis dici potest. in quibus faciẽdis maximũ Tumulus
apud antiquos studiũ fuit, præsertim apud externas nationes. Tumba
Miranda quidem & incredibilia sunt profecto quæ de pyrami- Pyramis.
dibus præsertim memphiticis leguntur. Possem de Mausoli se
pulcro, deq; multis alijs magna impensa factis, & multo labore
structis dicere: sed hæc qui volent, Str. legant, & Plin. Mirabun-
tur in Str. sepulcũ meretrici ab amantibus fundatum, quã Sap-
pho Doricã vocat, & fratris sui Cara ei amicam. leges & ibi mi
raculum, quod Str. memorat in pyramidibus se vidisse. Quod
aceruí quidam ex tritura lapidũ ante pyramides iacerét, in qui-
bus lapilli, & forma & magnitudine lẽtis inueniebãtur, quidam
vt hordei grana. {Pro} secundum. {Collegio} quòd meus col- Pro;
lega fuerat in consulatu. {Propinquitate} fuerat enim Seru.
Mar. cõsanguinitate coniunctus.

ETsi scio &c.} Deflet M. Marcelli necem, à P. Magio ASCEN.
Chilone familiari eius aceptam. recitatq; studiũ suũ in
communis amici sepultura dicens. Etsi. i. quanquam
scio me allaturũ vobis. s. qui Romæ estis, nuntiũ non iu
cundissimũ, modo tristissimũ, tñ qm̃ casus & natura dominatur
in bonis, quia etiã boni aut casu, aut natura cogẽte sæpe pereũt,
visum est. s. mihi faciendum, facere. i. vt facerem vos certiores,
quoquo. i. quocunq; modo res haberet se. Cũ ego aduectus es-
sem naui ab Epidauro vrbe Achaiæ, Aesculapij sacello insigni,
Piræeum i. ad portũ illum Atheniensiũ ad. i. circiter, x. cal. Iun.
ego conueni. i. audiui, colloquendi & visendi gratia, ibi. s. in Pi-
ræeo, Marcellum collegã nostrum. s. quondã in consulatu, & cõ
sumpsi eum diẽ ibi, vt essem cum eo. s. Marc. Cum digressus es-
sem ab eo die postero. i. sequenti, cum quo conuenerã, eo consi-
lio vt irem ab Athenis in Bœotiã, quæ Atticæ vicina est regio,
& absoluerẽ reliquam iurisdictione. s. prouinciæ susceptæ, ille. s.
Marc. nauigaturus erat, vt aiebat, Italiam versus supra Maias. i. supra Maleas legi debet. de Malea vero vide Plinium epist. l. 10.
Magio mensæ peracto cuius adhuc sex, aut septẽ restabant dies,
Hub. quia dies in plurari masc. est, censet de diebus intelligendũ
non esse, & licet apud nullum idoneũ erit, probet locum maio-
rum no ie significari. Ego contra sentio. nam licet vsitatius in
masc. vtamur, tñ nõ futilis auctor dixit, Venit post multas vna
serena dies. Præterea sicut per cal. nonas, & idus dies significa-
mũs, sic & per Maias, oẽs Maij mensis dies significatos intelli-
go. non tñ dixero dies Maias, sicut nec calendas, sed Maiarum,
vt calẽdarum. Quidã textus bis hñt supra Maias, sicut ab Athe
nis supra Maias in Bœotiam irem, &c. quod si est, non potest ac
cipi pro loco, sed pro tempore sed non putem bis legendum eo
ꝙ Seruius iam digressum se dicit, vt. s. statim nõ supra Maias in
Bœotiam iret, nam addit, postridie eius diei. i. die sequenti eum
diem, cum haberem in animo proficisci ab Athenis, Postumius
familiaris eius. s. Marc. aut familiaris meus, venit ad me, circiter
horam decimã noctis. s. post meridiẽ computãdo horas, & nun-
ciauit mihi M. Marc. collegam nostrũ percussum esse post tem-
pus cœnæ, à P. Magio Chil. familiari eius, pugione. i. gladio acu
to quo punctim vulnera fiũt, & accepisse duo vulnera, vnum in
stomacho, alterum in capite, ꝑm. i. pone, & post aurem, tñ spera
re eum posse viuere. Magiũ interfecisse seipsum, aut desperatio
ne vitæ, aut dolore ꝙ ebrius amicũ sic vulnerasset, repete & mi
hi nuntiauit se postea missum à Marc. ad me. ergo fam. Marcel-
li erat. qui. i. vt nunciaret mihi hæc, & rogaret sup. me, vt. i. vt co-
gerem. i. congregarem, & in vnum locũ complerem, medicos. s.
manuales. i. chirurgicos. coegi, sup. eos, & sum profectus eo. i.
Athenas, ad Marc. e vestigio. i. continuo, quasi non mutato ve-
stigio, prima luce. i. prima parte die, aut diluculo ipso, cum non
abessem longe à Piræeo. s. portu, puer. i. seruus Acidini, viri vtri-
que noti, venit obuiam mihi cum codicillis. i. tabulis, in quibus
erat scriptum Marcellum obijsse diem suũ paulo ante lucem.
Ita

Ita vir clarissimus affectus est morte acerbissima ab hoīe deterrimo.i.perditissimo,& inuẽtus est amicus saltem simulatus aut ebrius qui afferret ei mortem, cui inimici vt Cæs. pepercerant propter dignitatem.s eius. Ego tñ.i.licet obijsse intellexeram, perrexi ad tabernaculum.i.diuersoriũ,& hospitiũ eius extra vrbem,inueni sup.illic duos libertos, sup.eius & pauculos seruos, aiebant.s.qui aderãt,reliquos.s.seruos profugisse.i.procul fugisse,perterritos metu,quia dñs eorũ interfectus esset ante tabernaculũ.s.suum. Nam serui tenebãtur corpora sua pro dño obijcere. Coactus sum.s.officio,eum.s Marcellum referre in vrbe.s. Athenas,in illa eadem lectica, qua ipse.i.ego erã delatus.s.à Piræeo,& lecticarijs meis.i.qui me portare in lectica.i. instrumento ad modum cathedræ ad hortandum hoīem in humeris suis apto portabantur.n.tunc à seruis potentiores,vt nunc à iumentis,vt corpora sanctorũ in supplicationibus circunferuntur. Et ego curaui ibi.i.in vrbe funus.i.pompã funebrem,faciẽdum ei, satis amplum pro ea copia.s.hominum,quæ erat Athenis. Ego non potui impetrare ab Athen. vt darent sup.ei locum sepulturæ intra vrbem,q̃ dicerent se impeditos religione, quia prohibitum erat quenquam,qui non esset ciuis, natus in vrbe sepeliri.neq; tñ,hoc est licet superstitiosum videretur, aut quæsitæ occasionis,tñ non concesserant id cuiquam antea.permiserunt nobis, sup.id quod fuit proximum.s.ad honorem sepeliendi, intra vrbem,vt.i.vt sepeliremus eũ in quo vellemus gymnasio.i.exercitatorio literario,quæ ferè extra vrbem erãt, & nos delegimus locum in nobilissimo gymnasio orbis terrarum.s.in gymnasio Academiæ,in quo Plato docuerat cũ distaret ad vrbe mille passus,& spinis horreret,vnde,Horat.in epi. Atq; inter syluas Academi quærere verum. Dictam autem volunt Academiã ab Academo heroe,& eius loci,quẽ Platoni concessit, domino.& combussimus eum.s. Marcellum ibi. & curauimus postea, vt ijdem Athen.locarent.i.mercede statuta opificibus darent monumẽtum marmoreum faciendum ei.s.Marcell.in eodem loco.Itaq; nos præstitimus ei.s.Marcel.& viuo & mortuo sup. ea quæ fuerunt officia nostra pro collegio,quia in consulatu collega illius fuerat.collegæ autem, vt concorditer rem gessisse viderentur, semper deinceps inter se amabantur & propinquitate.s.sanguinis. Vale. Adscriptum in quibusdam est D.pr.i.datum aut data est epistola pridie cal. Iunias Athenis.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Consolatur Figulum, quòd patria careat, & officium suum apud Cæsarem promittit.

CICERO S.D. P. NIGIDIO FIGVLO. 13

QVærenti mihi iandiu,quid ad te potissimum scriberem,non modo certa res ulla,sed ne genus quidem literarum usitatum ueniebat in mentem. unam enim partem, & consuetudinam earum epistolarum,quibus secundi rebus uti solebamus,tempus eripuerat: perfeceratq; fortuna, nequid tale scribere possem,aut omnino cogitare.relinquebatur triste quoddam,& miserum, & his temporibus consentaneum genus literarum.id quoq; deficiebat me: in quo debebat esse aut promissio auxilij alicuius, aut consolatio doloris tui. quod pollicerer, non erat. ipse eum pari fortuna abiectus, aliorum opibus casus meos sustentabam: sæpinsq; mihi ueniebat in mentem,queri, quòd ita uiuerem;quàm gaudere,quòd uiuerem.quanquam enim nulla me ipsum priuatim perculit insignis iniuria: nec mihi quidquam tali tempore in mentem uenit optare, quod non ultro mihi Cæsar detulerit: tamen nihilo minus eis cõficior curis,ut hoc ipsum, quòd maneam in uita, peccare me existimem. careo enim cum familiarissimis multis, quos aut mors* eripuit nobis, aut distraxit fuga, tamen omnibus amicis, quorum beneuolentiam nobis conciliarat per me quondam te socio defensa resp. uersorq; in eorum naufragijs,& bonorum direptionibus: nec audio solum,quod ipsum esset miserum, sed etiam id ipsum* uideo, quo nihil est acerbius,eorum fortunas dissipari,quibus nos olim adiutoribus,illud incendium extinximus: & in qua urbe mòdo gratia, auctoritate, gloria floruimus, in ea nunc ijs quidem omnibus caremus: obtinemus ipsius Cæsaris summam erga nos humanitatem: sed ea plus non potest,quàm uis, & mutatio omnium rerum,atque temporum. itaque orbus ijs rebus omnibus,quibus & natura me,& uoluntas,& consuetudo assuefecerat; cum ceteris,ut quidem uideor, tum mihi ipse displiceo. natus enim ad agendum semper aliquid dignum uiro, nunc non modo agendi rationem nullam habeo, sed ne cogitandi quidem: & qui antea aut obscuris hominibus,aut etiam sontibus opitulari poteram;nunc P. Nigidio,uni omnium doctissimo,& sanctissimo,& maxima quondam gratia,& mihi certe amicissimo, ne benigne quidem polliceri possum. Ergo hoc ereptum est literarum genus. Reliquum est,ut consoler, & afferam rationes, quibus te a molestijs coner* abducere. at ea quidem facultas uel tui, uel alterius consolandi,in te summa est,si nunquam in ullo fuit. itaq; eam partem, quæ ab exquisita quadam ratione, & doctrina proficiscitur, non attingam, tibi totam relinquam. quid si forti,& sapienti nomine dignum, quod grauitas,quid altitudo animi,quid acta tua uita,quid studia, quid artes,quibus à pueritia floruisti, à te flagitent,tu uidebis. ego,quod intelligere,& sentire,quia sum Romæ, et quia curo, attendoq;,possum, id tibi affirmo, te in istis molestijs, in quibus es hoc tempore, non diutius futurum; in ijs autem,in quibus etiam nos sumus,fortasse semper fore.uideor mihi perspicere, primum ipsius animum, qui plurimum potest,propensum ad salutem tuam.non scribo hoc temere.quo minus familiaris sum,hoc sum ad inuestigandum curiosior. quo facilius,* quibus est iratior, respondere tristius possit, hoc est adhuc tardior ad te molestia liberandum. familiares uero eius, & ij quidem, qui illi iucundissimi sunt, mirabiliter de te & loquuntur,& sentiunt. Accedit eodem uulgi uoluntas,uel potius consensus omnium. etiam illa, quæ minimum nunc quidem potest,(sed possit necesse est) respub. quascunq; uires habebit,ab ijs ipsis,quibus tenetur,de te propediẽ, mihi crede, impetrabit. Redeo igitur ad id, ut iam tibi etiam pollicear aliquid; quod primo omiseram. nam & complectar eius familiarissimos; *qui me admodum diligunt, multumq; mecum sunt: & in ipsius consuetudinem,quam adhuc meus pudor mihi clausit,insinuabo: & certe omnes uias persequar, quibus putabo ad id, quod uolumus,peruenire posse in hoc toto genere plura faciã, quam scribere audeo. Cetera, quæ tibi à multis prompta esse certo scio,à me sunt paratissima.nihil in re familiari mea est,quod ego meum malim esse, quàm tuum. hac de re, & de hoc genere toto hoc scribo parcius; quòd te, id quod ipse confido,sperare malo esse usurum tuis. Extremum illud est,ut te horter, & obsecrem,animo ut maximo sis; nec ea solum memineris,quæ ab alijs magnis uiris accepisti; sed illa etiam, quæ ipse ingenio, studioq; peperisti.quæ si colliges; & sperabis omnia optime; &, quæ accident, qualiacunque erunt,sapienter feres. sed hæc tu melius, uel optime omnium. Ego, quæ pertinere ad te intelligam, studiosissime omnia, diligentissimeque curabo; tuorumq;* tristissimo meo tempore meritorum erga me memoriam conseruabo. Vale.

epist. 9. h.l.

epist. 8. l.6.

idem aliter, epi. 8. & 9. huius l.

ep.13.l.6.

epi.12.l.6.

cum electus a Clodio sum.

QVAERENTI] P.Figulus Nigidius, tũ doctrina singulari,tum vero auctoritate,& dignitate maxime inter Rom.ciues,secutus Pompeianas,& reipu. partes, victo

VRBE.

victo Pomp.& oppressa patria sua,non sponte quidē,sed ita vo
lente Cæs.exulabat,aberatq; à patria,angebaturq; vehementer
non tā de fortuna sua, q̃ de oppressione reip. Quamobrē Cic.
hac ep eum nititur cōsolari,adductis multis & pulcherrimis ra
tionibus.polliceturq; ei oēm operam,& gratiā,& auctoritatem
suā apud Cæs & Cæsarianos, vt Fig. restituatur in patriā.quod
dicit se sperare cito fore.{Quęrenti} principia à participijs inci
pientia grauitati,& deliberationi maxime cōueniunt:adeoq; vel
orationibus artificiosis, vel lōgioribus epistolis accōmodatum.
{Iandiu}iam multo tempore ante.& ita excusat tarditatem &
varietatē suarū literarū.{Potissimū}præcipue. {Certa res} vt
puta de rebus meis,vel de statu reip.& de ceteris hmōi.{Sed ne
genus lfarū}.i.nulla materia scribendi,cū multa sint epistolarū
PHIL. genera,vt epist.4.lib.2.ostendimus.* {Vnam partē}iocosam &
familiarē.{Tempus}hoc infelix & miserū,vt ibi,Ciuem meher
cule nō puto esse temporibus his qui ridere possit.{Eripuerat}
vim habet hoc verbū.{Cogitare}qm̄ non de eo ioco & risu,sed
omnino de lacrymis cogitādū sit {Ne quid tale}iocosum & fa
miliare.{Relinquebatur}restabat.{Triste genus}id autē elegia
cum possumus appellare,quod in miserijs versat.Animo mœ
sti sumus,vultu vero tristes,& vtroque miseri.{Deficiebat me}
deerat mihi.{Auxilij alicus} pollicerer auxiliū, vt facere in re-
bus afflictis consueni.{Ipse n.}ratio quare non erat quod polli
ceri posset.{Abiectus}prostratus {Sustentabā}moliebar.{Pari
Opes fortuna}iniqua,& aduersa,æquali tuæ.{Opibus}auxilijs cōso-
Ops. lationum. sed proprie numero multitudinis opes diuitias, opē
auxiliū,& possibilitatem appellamus.{Queri} querelas afferre
prima breui . {Ita} sine honore perdita libertate . & est sensus
quasi desperati hominis,cū oia animalia natura appetant viue-
re & ipse Cic. dicat cōquerendū fuisse potius quàm gaudendū,
q̄ viueret,cū in tot miserijs & calamitatibus versaretur . Mors
præstantior erat quàm vita. {Insignis} magna & noscibilibus.
{Priuatim}in rebus meis familiaribus.has.n.mihi Cæs.oēs tu-
tas esse voluit.De cōmuni igitur calamitate,nō de priuata con-
queritur . optare.n.non modo est desiderare, sed eligere. Virg.
Optare. Optare locū tecto.{Pepulit}percussit.{Nihilominus}non mi-
Conficior. nus & iungendū est tn̄. {Conficior} passiua quidem literatura
sigñat ferme quod pereo,cōsumor,torqueor.Vnde senio & æta
te confectū dicimus.Virg. Cōfectū ætate parentē.Alijs etiā in-
commoditatibus cōfectū quasi pereuntē appellamus, ac etiam
confectum iam factū dicimus,vt confecta res est in senatu. {Ca
reo.n.}ratio est quare sibi molestum sit viuere.{Mors eripuit}
Peccare in bello ciuili.{Peccare}peccatū esse non mediocre, q̄ viuā ex-
Cōmetere. tincta rep.Maioris culpæ est peccare,quàm commerere.Teren.
Quid feci? quid commerui?quid peccaui pater? {Fuga} partim
in Aegyptum,partim in Libyam,partim in Hispaniā. {Quorū
beneuolentiā}quos mihi beneuolos facerē ex defensa rep.{Te
socio}adiutore ad defendendā remp. {Quondam} Catilinariā
coniurationem intelligit,qua detecta & punita saluā & incolu-
Versor. men remp.conseruauerit.{Versor} sensus est,careo non solum
amicis,sed eorū bonā dissipari video , quod æque mihi molestū
est.Versor,Duas id verbum compositiones exposcit, aut in,aut
circa , vt Cic.potest in pacata ciuitate versari. Et ethica versa-
tur circa bene viuendi rationem, hoc est cōstat in bene viuendi
ratione. Est & aliud verbum verso frequentatiuū à verto.Virg.
Nunc fluctus hn̄t,versantq; in litore venti.{Naufragijs}trans-
latio à nautis,qui naufragiū faciunt,& pro damno, aut malo ca
pimus. {Direptionibus} rapinis. {Quod ipsum}.s.audire eorū
NVSAR. bona dissipari {Quod}.s.videre bona eorum dissipari. * {Esset
miserū}quia audire calamitates nostrorū amicorū miserum est
per se,sed miserius videre nec posse eis subuenire, aut opitulari.
{Quo}quare.s.videre.{Acerbius}durius.{Eorum}amicorum.
{Quibus adiutoribus}quibus adiuuantibus me,quorū auxilio.
{Illud incendiū}Catilinæ intelligit coniuratione, quam cōpa-
rat incendio.{Extinximus}perseuerat in translatione incēdij.i.
deleuimus,sustulimus.{Gratia}beneuolentia apud omnes,qui
bus plurimum amabantur. {Auctoritate} quia multū potera-
mus.{Gloria}splēdore,qui gessi cōsulatū & alios amplissimos
magistratus.{Ijs}.s.gratia,auctoritate & gloria.{In ea}.s.vrbe.
{Obtinemus}respōdet tacitæ obiectioni,quia posset dicere Fi-
gulus, dictū esse à Cic.supra,nihil venire sibi in mentē optandū
esse,quod Cæs.vltro ad eū non detulerit,ergo eū non carere grā
& auctoritate,&c. respōdit Cic.q̄ licet humanissime tractetur
à Cæs.tn̄ nō plus valet illa humanitas Cæs. vt faciat quæ ei pla
ceant.{Quāmuis}.i.violentia,subaudi valet, vt ea fiant quibus
Orbus. doleat {Orbus}priuatus. tractū à parētibus qui liberis priuati
orbi dicuntur. Iuu. Tunc orba tigride peior {Natura} tria po-
suit,quæ maximam habent vim ad omnia, quæ agimus. Cic.in
Catil.admiratus essem Catilina, si ab ea amentia discessisses, ad
quam te natura creauit,voluntas exercuit,fortuna seruauit.for
tunam.n.pro consuetudine posuit,qm̄ s̄m fortunam, consuetu
dinem facimus.est aūt consuetudo vsus alicuius rei.{Cum cete
ris} & alijs.{Tum mihi}maxime mihi.{Natus}optima ratio,
quare pœniteat eum vitæ suæ , quia cum sit natus ad agendum
semper aliquid dignū viro,videt non solū sibi ereptam esse facul
tatem agendi,verū etiā facultatē cogitandi,quod plus est.{Na-
tus} i.à natura institutus , quia dedit mihi ingeniū & doctrinā.
{Dignū viro}.i. honestū & vtile reip.id.n.viro dignum dicitur,
quod rectū est,& cum officio fit.{Rationē} modū,facultatem.
{Sed ne cogitandi}quia cogitationes meæ,vanæ & irritæ futu-
ræ sunt,cū eo redacta sit resp.vt ei amplius opitulari nō possim
& hęc est ratio,quare dixit cogitandi.nā aliter quisque habet li
beram cogitandi potestatē.{Et qui}alia ratio, quia cū ante op-
pressam remp.potuisset Cic.opitulari oibus ignobilibus, & qui
aliquid facinus admisissent,dolebat q̄ nunc non posset nō mo-
do præstare,sed ne polliceri quidē aliquid operis & auxilij.{Ob
scuris}ignobilibus,non claris,qualis fuit C. Pompilius Lenas,
Picenæ regionis homo,quē Cic.non minore cura, q̃ eloquētia
defendit:à quo postea interemptus est Cic.vt ostēdit Val.Max.
lib.5.c.3.{Sontibus}nocentibus,qui aliquid mali perpetrassent Sontes.
sicut Miloni,qui interfecerat Clodiū.{Opitulari}ferre opē,sub
uenire.{Nunc}hoc tempore,quo Cæs. oia tenet. {P.Nigidio}
maxima vis est in proprio noie.{Doctissimo}præstātissima do
ctrinā super alios oēs.{Sanctissimo}integerrimo,optimo.& est
contra id quod dixerat sontibus.{Maxima gratia} apud popu-
lum.i.qui esset valde gratus,& dilectus populo.& opponitur ob
scuris hominibus.{Et mihi certe amicissimo}q.d.quod ipm̄ so-
lum satis esse deberet,quia amicitiæ oia debemus, quę præstari
pn̄t.{Benignæ}large,liberaliter. nā benignitas, vt docet Cic.1. Benignitas.
ost.Eademq; & liberalitas dicitur.{Ne polliceri quidē} qđ mi-
nus est, quā opitulari. {Hoc genus literarū} in quo debeat esse
prouisio alicuius auxilij,vt supra dixit.{Reliquū est} restat, re-
linquitur mihi.{Vt te cōsoler}quia duo gn̄a posuit superius,&
dixit in quo debeat esse aut promissio auxilij alicuius, aut cōso
latio doloris.{Coner}tentem.{Abducere} remouere, eripere.
{Ad ea}ostendit maximā partem huius consolationis esse in ip
so Nigidio,qui & se ipsum & alios multo melius posset cōsola-
ri quā Cic.{Facultas}potestas,modus.{Si vnquā in vllo fuit}si
unquā aliquis potuit aliū consolari.tu potes maxime.Itaq; in-
fert ex superiori clausula nō esse sibi opus vti rōnibus sumptis à
philosophis,& ab alijs viris doctissimis, cum eas melius teneat
Nigidius,q̃ ipse.{Partem}.s.cōsolationis.{Proficiscitur}proue
nit,sumitur.{Exquisita} subtili, diligenter excussa & disputata.
{Rationem}qualis est Stoicorū, q̄ solus sapiēs sit diues, q̄ qui
amisit pecuniā,domos,pecora, &c.similia, nō amiserit bona, &
ideo non esse taliū rerū iactura dolendū:reliqua, quæ disputan-
tur à philosophis validissimis & efficacissimis argumentis & ra
tionibus.Ratio autem cū multa alia sigñat,tū vero dicitur quæ Ratio.
aliquid ita esse probat,vt est dictum.{Non attingā}nō comme
morabo, nullā faciā de ea mētionem. {Tibi}cui est notissima.
{Quid sit}declarat quæ sit illa consolatio,quæ ex ratione & do
ctrina proficiscitur.{Forti dignum}est.n.vt volunt philosophi,
forti,& sapienti hoie dignum, sicut nō extolli nimiū prosperis,
ita neq; frangi,neq; deijci aduersis. Est aut ordo,tu videbis quid
sit dignū forti,& sapienti hoie,&c.{Grauitas}auctoritas,existi-
matio,quæ de aliquo habetur.{Altitudo animi} quæ debet su-
perare oia aduersa,& vincere ferendo.{Acta tua vita}.i.præteri
ta tua vita.est.n.turpe eū,qui cū laude vixerit,& sapiēter se ges-
serit,non seruare constantiā, nec eundem esse etiā, si aliqua vis
fortunæ ingruat.{Studia}quia etiā turpe est eū,qui sequitur stu
dia philosophiæ,nō parere ei, nec aliquā vtilitatem accipere ex
studijs suis.{Artes}bonæ & liberales. {Flagitent} exigant,po-
scant,quia vr̄r poscere à te,vt ita te geras,ne videaris frustra ea
secutus,nec fecisse contra dignitatem tuā,& institutionem vitæ
ante actæ.{Ego}hęc est cōsolatio,quā ei potest afferre,vt intel-
ligat Nigidius se non posse diutius esse in his molestijs carendi
patria.Est autem ordo, Ego affirmo tibi,quod possum intellige
re,& sentire,quia sum Romæ,& quia curo,& attēdo.s.te nō pos
se diutius esse in istis molestijs {Sentire}iudicare.quia sum Ro
mæ,vbi de his rebus tractatur. vbi est Cæs. ibi eius consilia tra-
ctantur.{Curo}ad aium refertur.i.animum adhibeo,& cogito.
{Attento}considero,perspicio.& ad corpus refertur.{Diutius}
longiori tempore.{In ijs etiàm}.i. præter hoc, quod affirmo ti
bi,te diutius non esse cariturum patria,affirmo etiam nos non

futuros fortaſſe diutius in his moleſtijs, in quibus nūc ſumus.i. vt ſemper careamus dignitate & libertate.}Primū} ratio quare Nigidius non ſit futurus diutius in illis moleſtijs.}Videor perſpicere}cognoſcere.}Qui plurimū poteſt}.i Cæſ.}Propēſum}pronū,inclinatū.}Ad ſalutem tuā} ad te reſtituendū & ſeruandum incolumen.}Non ſcribo}ne videatur hoc dicere magis,vt eum cōſoletur q̄ quod ita ſit.}Temere}ſine cauſa,fruſtra.Virg. Non temere eſt viſum conclamat ab aggere Volſcens.}Quo minus} ſenſus eſt,quanto minus ſum familiaris Cæſ. & minus cum eo verſor,tanto ſum curioſior & diligentior ad inueſtigandum eius aīum,& volūtatē.}Familiaris ſum} .ſ.Cæſ. quia Cic. parum cū eo verſabatur.}Curioſior}ſolertior,diligētior.}Inueſtigandū}diligētior inquirendū. tractum à venatoribus qui per veſtigia quærunt feras.}Quo facilius}rn̄ſio ad obiectionē,quia poſſet dicere Fig.ſi Cæſ.propenſus eſt ad ſalutē meā, vt ais,quare tandiu differt reſtitutionē meā? Rn̄det Cic. ꝙ hoc non facit propter ipſum Figulū,ſed vt acerbius & liberius poſſit reſpōdere ijs,quibus eſt iratus,quod nō poſſet facere, ſi iam reſtituiſſet Figulū,quia dicerent alij id,quod Cæſ.Figulo conceſſiſſet, alijs etiā eſſe concedendū.Itaq; ne eripiatur ſibi hæc occaſio,& libertas reprehēdendi inimicos ſuos,dicit eū tardiorem fuiſſe ad reſtitutionem Figuli.}Quo}ordo eſt:Cæſ. adhuc ea tardior ad liberandū te moleſtia, quo facilius poſſit reſpondere ijs, quibus eſt iratior,pro iratus.comparatiuū propoſitiuo.}Eodē} propter ipſum.}Quo} vt. }Facilius} liberius, nulla ſibi facta obiectione, quia vni fecerit,quod alij nō faciat.}Triſtius}acerbius,cū maiori ſtomacho,& indignatione.quod nō poſſet,ſi te reſtituiſſet,q a dicerēt,quod tibi conceſſiſſet Cæſ.idem ſibi concedendū. }Tardior}longior,ſerior.}Ad liberandum te moleſtia}qua afficeris, quia cares patria.ſ. ad reſtituendū te in patriā.}Accedit} ſecūda cauſa,quia dixerat primū ipſius aīum,&c.ſobdit.Accedit.i.additur,& adiungitur. }Eodē} ad id quod eſt ſupradictū.ſ.prædictæ rationi,ſiue cauſæ, ꝙ putant te nō poſſe eſſe diutius in ijs moleſtijs.}Vulgi}plebis.}Vel potius}correctio,quia parū videbatur eſſe volūtas vulgi,quod parū poteſt:ideo correxit & dixit,}Cōſenſus oium}coniunctus,quia oēs in eadē ſunt voluntate, vt reſtituaris.}Etiam}præter conſenſum vulgi & oium.}Nūc minimum poteſt}quia eſt oppreſſa,& oia ſiūt ad libidinē vnius, vel paucorū Cæſarian.}Sed neceſſe eſt poſſit}quia non poterit diutius eſſe in tanta oppreſſione.prædixit aūt hoc loco Cic. latenter cædē Cæſ.ſciebat.n.quod conſtituiſſent,qui fuiſſent amatores libertatis,Brutus,& Caſſius,& alij quidam. }Quaſcunq; vires}ſenſus ipſa reſp.quæ licet nunc parum poſſit,tn̄ eſt neceſſe, vt poſſit,oībus viribus ſuis impetrabit reſtitutionē tuā. Ordo eſt,etiam illa reſp.quæ nunc minimum poteſt,ſed eſt neceſſe vt poſſit,impetrabit propediē de te ab ijs ipſis,quibus tenetur omnibus viribus quaſcūq; habet. }Impetrabit}obtinebit.}De te} propter te.}Quaſcunq; vires habebit}ſubaudi viribus quaſcunque vires habet.}Ab ijs ipſis} à Cæſare & Cæſarianis. ipſis aūt pluratiue protulit,vt oſtendat Cæſ.multa feciſſe ad arbitriū eorum,per quos vicerat,vt ſupra dixit.}Igitur} quia eius aīus eſt propenſus ad ſalutē tuā,& quia reſp.de te impetrabit.}Redeo} reuertor,confero me.}Ad id,quod o.ſu.} cū dictū quod pollicerer non erat.}Complectar}reconciliabo mihi,aſtringam mihi. }Ipſius}Cæſ.}Cōſuetudinē} familiaritatē & conuerſationē.i. faciā vt aliquo modo conſequar conſuetudinem eius,quæ mihi hucuſq; nō cōtingit propter pudorem,nō aūt ipſius culpa.}Pudor}erubeſcentia quædā.erubeſco.n.cū eo verſari,cui antea fuerim aduerſarius.}Clauſi}impediuit.}Inſinuabo} latenter & cū arte me immittā. Inſinuare.n.eſt latēter,& ex obliquo ingredi, à ſinibus veſtium,aut velorum tractū.inde inſinuatio pars exordij dicta eſt,quod artificioſa & diſſimulāter ingrediatur ad cauſam.}Oēs vias} oēs rationes & modos.}Ad id,quod volumus} ad reſtitutionē tuam q̄ valde curamus. }Toto gn̄e} tota cauſa tuæ ſalutis & reſtitutionis curandæ.}Audeo} ne videar iactare aium & officiū meum.}Paratiſſima à me} quia alios volo longe ſuperare quantū ſuperlatiuū diſtat à poſitiuo.}Tibi}in auxilium & fauorem tuū.}In re fam.mea}in meis rebus priuatis & domeſticis.}Malim}potius velim.}Eſſe meū,q̄ tuum} quia ita volo eſſe tuū,ſicut meū,quia amicorum oia cōmunia. }De hac re,& toto gn̄e}.i.de tota hac materia, ꝙ nihil habeo quod malim eſſe meū,q̄ tuum.}Parcius}breuius, ſine pluribus pollicitationibus.}Tuis}rebus potius,q̄ meis.}Quod}quā rem.ſ.te vſurum tuis:potius q̄ meis.}Cōfido te ſperare} certiſſimus ſum te ſperare.}Extremū}vltimum:& concluſio epiſtolæ noſtræ. }Et obſecrē} quod plus eſt,q̄ hortari.}Ab alijs} philoſophis,& eruditis viris. }Accepiſti} cognouiſti. }Ingenio tuo}acri & prompto.}Peperiſti} effeciſti propria tua. ſcripſerat.n.multa Nigid. ex fonte philoſophiæ ſumpta.}Quæ oia}& ab alijs accepta, & ingenio,ac ſtudio tuo parta,& affecta.}Si colliges}ſi conſiderabis.}Et ſperabis}hoc eſt verbū,quod dirigit clauſulā,nec impeditur à dictione,& cum duplicatur &. Sic,ſi mihi benefeceris,& me cognoſces gratū,& lętaberis officio.}Sperabis oia optime} .i.optima de rebus oibus ſpē habebis.}Quęcunq; erunt}.i.qualiacunq; acciderint.}Sapienter}vt decet ſapientē.}Sed hęc tu} ſubaudi intelligis vel noſti.eſt.n.eclipſis.}Melius me}melius,q ego.}Vel}correctio.}Optime oium}multo melius q oēs alijs quia es oium doctiſſimus.}Studioſiſſime} libentiſſime, promptiſſimo animo.}Tuorū}.i.recordabor eorum beneficiorū quę contuliſti in me meo triſtiſſimo tēpore.cū ex vrbe eiectus irem in exilium.}Meritorū}officiorum præſtitorum.}Tempore triſtiſſ.} infeliciſſimo, miſerrimo, cū ab his etiam derelictus ſum, à quibus minime putaſſem.

Insinuare / Insinuatio. (margin)

QVAERENTI} Quo animo ferret Tull.cōem reipu. calamitatem,his potiſſimū,quas ſcribit ad Figulū Nigidum,literis facile cognoſci poteſt. deplorat.n.miſerrima tempora & libertatē oino deperditā, nullamq; de ea ſpem amplius ſupereſſe.inde Fig. non tā ſuam q̄ reip.infelicitatem mœrentē,conſolatur, ꝙ gratiā eſſet à Cæſ. initurus, & in bonis ſuis domi,& in vrbe Roma victurus.hortaturq; hominem,optimo ſit aīo ad omnia perferenda,& optimā in Cæſ. ſpem habendam,qui vt clementiſſimus alijs pepercerat, parcet & Figulo,qui ſingulari virtute ornatus,& maximæ auctoritatis Pompeianas partes ſecutus,exilio vagabatur inuitus, & in patriam reſtitui cupiebat.ad quod impetrandū operā ſuā Cic.pollicetur.}Quærenti}eandē propemodum ſn̄iam in hac ep.complexus quā in illa ad Cur.Epiſtolarū gn̄a.Quo animaduertendum eſt in omni oratione deficiendarū rerū varietatem afferre. hmōi vero orationū initia à participijs habita, vt eſt illud,Cogitanti mihi ſæpenumero, grauitatem quandā maiorem præſeferunt,& longiorem aīo futurā orationem oſtendunt. Quærere vero ad illud referre quod præſto non eſt.}Diu} & iandiu longis temporis ſignationem oſtēdunt,& ſolet Cic.in hmōi ſermone illa duo coniungere.Sæpe & multum pro iandiu, vt,ſæpe, & multū hoc mecū cogitaui.& recte quidē hæc duo coniungūtur, Quint.ſn̄ia.Nam ſi vnū tantūmodo ponitur, diutinā cogitationem nō ſatis oſtēdit.}Certa} quod haberem aliquid certi de re mea,aut de ſtatu reip.aut certa deliberati propoſiti:vt, Interea mediū Aeneas iā claſſe tenebat Certus iter.}Vſitatū}q.d.nullā ſcribendi materiā,ne vſitata quidē veniebat in mentē. }Vnā.n. partem}.ſ.iocoſam,& familiarem.}Et cōſuetudinem}quia ſolebam ſcribere læta & iucunda. }Tempus} cōditio temporū,vt ſupra.neq;.n.ciuem eſſe puto,qui his temporibus ridere poſſit. }Fortuna}infelicitas,quæ nobis & reip.accidit. }Quid tale} .i. aliquid tale.ſ.iocoſum & familiare. }Aut omnino cogitare}q a his temporibus cogitandū eſt de fletu,non autē de ioco & riſu. }Relinquebatur}reſtabat mihi.}Triſte}mœſtū,miſerū,infelix. }Conſentaneū}cōueniens.}His temporibus}ita malit & miſeris.}Id}.ſ.genus triſte literarū.}Deficiebat} relinquebat me,deerat mihi.}In quo}.ſ.in eo,in quo.}Promiſſio auxilij}quā ſolemus facere temporibus triſtibus.}Aut conſolatio doloris} quæ fit vel adductis rationibus quibuſdam,vel auctoritate & ſn̄ia doctorū virorū.}Quod}probatio primæ partis.}Nō erat}ſubaudi aliqd qd polliceretur, promitterē me facturū pro te.}Ipſe.n.} ratio quare nō eſſet quid polliceretur.}Pari} & ſimili & ęquali tuo.}Abiectus}proſtratus.}Suſtentabā}tuebar,ſubleuabā.}Caſus meos}infortunia mea.}Opibus}auxilijs aliorum,nō meis, qui nihil poterā.}Veniebat in mentem queri}.i.ſæpius putabā eſſe quærendum.}Quòd ita viuerem}.i.ꝙ eſſem vnius in tantis malis,& miſerijs.}Quàm gaudere,ꝙ viuerem} & eſt ſenſus quanuis quiſq; naturaliter gaudeat ſe eſſe viuum,tn̄ ſæpius putabam conquerendum,ꝙ tam miſere viuerem,q̄ gaudēdum ꝙ eſſem viuus, ſicut clauſi in carcere magis queruntur & dolent, ꝙ ita viuant q̄ gaudeant ꝙ viuant.}Inſignis}ſingularis, notabilis,magna.& ad laudē & vituperiū refertur.}Priuatim}ſeparatim, particulatim, in rebus meis ſolis quia fortuna percuſſit me in iactura publica,nō autem in priuata, quia nihil mihi ſoli accidit,ſed idē quod omnibus,vt rep.oppreſſa libertate caremus.}Pepulit}percuſſit.}Optare}expetere.}Quod}.ſ.optandum à me.}Vltro}.ſ.ſponte ſua,me non petente. }Nihilominus} non.}Conficior}torqueor,conſumor.}Peccare}idipſum ꝙ maneam in vita.i.peccare,ꝙ viuam.}Careo.n.} ratio quare tædeat ipſum vitæ, & putet ſe peccare, quòd hoc tempore viuat,quia caret his amicis, ſine quibus putat vitam nullo pacto eſſe

PHIL. (margin, beside "QVAERENTI")

Quærere / Diu / Iandiu. (margin)

HVBER. (margin, beside "Tempus")

Insignis / Priuatim. (margin)

esse appetendã. {Mors erripuit} nã multi in bellis ciuilibus interierãt. {Distraxit} dissipauit, & separauit me, sicut te & Marc. & alios multos. {Fugam exilium. {Quorũ beneuolẽtiã} .i. quorũ amorem mihi comparauerã ex defensione reip. cũ etiã tu esses socius & adiutor eiusdẽ defensionis. & ita ostendit fideliores esse tales amicos quibus amicis tristiorem & magis solicitam esse vitam. {Quõdam} antea cum oppressi furorẽ Catilinæ & eius coniurationẽ. {Versorq;} hic dicit non solũ eis amicis careo verum etiã, quod est mihi grauius & molestius, video quotidie eorum bona dissipari & diripi. {Naufragijs} calamitatibus. tractũ ab ijs, qui in mari periclitantur. {Bonorũ} fortunarũ, vt diuitiarum eorũ. {Direptionibus} rapinis. nã diripere est diuerse rapere, vnde vrbes dñr diripi. cũ in quædã vertũtur. Cic. in. 1. Off. de diripiendis aut euertendisq; vrbibus, &c. {Nec audio} ab alijs. {Quod ipsum} audire eorũ bona dissipari. {Nihil est acerbius} vt in epist. ad Torquatũ, Equidem nõ ꝙ Romæ sumus miserrimum est duco, nõ solũ ꝙ in omnibus malis acerbius est videre quàm audire. & est sensus, nostrorũ amicorũ infortunia audire miserum est & acerbũ, sed acerbius est, atq; miserius illa videre, & illi subuenire non posse. {Illud incendiũ} quod Catil. parauerat patriæ, cũ in exercitũ in Etruriã exul confugisset, Lent. Cethego iussit cædes in vrbe & incendia pararent, & se cũ exercitu propediem affuturum significauit. pararunt igitur, vt iusserat, futura nocte in duodecim regionibus vrbem incẽdere. {Gratia} amore & beneuolẽtia in nos P.R. {Auctoritate} nam multum poteramus in vrbe & conseruata rep {Gloria} quam ex oibus magistratibus reputauit maxime ex cõsulatum bello Catilinario. & est hic articulus. {Floruimus} trãslatio, quæ multũ splendoris affert in oratione, qñ parce & accommodate fit. floreo autẽ ablatiuo coniungitur venustissime, vt clare fulgeo, splendeo, luceo. {Obtinemus} habemus, inquit, gratiã Cæs. qui me amat. antipophora est, & confutatio quædã. Nam dicere, Figulus potuisset à Cic. dictum esse paulo superius nihil sibi optandum venire in mentẽ, quod vltro sibi Cæs. non afferat, ergo non carere gratia, ad quod Cic. respondet, obtinemus, &c. {Quã motatio} temporum, qñ plus apud nos potest mutatio & perturbatio tẽporum ad dolorẽ cõmouendum, q̃ beneuolẽtia, & gratia Cæs. ad lætitiam dandã. quod quamuis habeam Cæs. gratiam, tñ ea contentus & lætus esse non possum, cum v d:ã me libertate priuatum. {Natura} maximã hæc tria vim habet in omnibus, natura, voluntas, & consuetudo. de quibus in Catilinã Tull. sic habet: Admiratus essem Catilina, si ab ea amentia discessisses, ad quam te natura creauit, volũtas exercuit fortuna seruauit. {Natus. n. ad agẽdum semper aliquid dignum viro} sine arrogantia pro meritis suis id dicere poterat homo vere natus ad agẽdum semper aliquid claro viro dignissimũ tam domi q̃ foris, tam in rep. quàm in doctrina. nã in rep. patriam seruauit, in doctrina præcipuũ linguæ latinæ lumẽ fuit. Duo maxima munera adimpleuit otium literarũ, & negotium rerũ gestarum. Tria præclara in eo viro fuere Magnitudo ingenij, vigilantia naturæ, & excellentia oĩum bonarũ artiũ disciplinæ, quibus amplissima negotia, & otia literarũ obire potuit. {Natus} à natura institutus. & est ratio qua sibi molestũ sit esse in vita. {Dignum viro} vtile & honestum reip. {Rationẽ} facultatem, & modũ. {Obscuris} ignobilibus. qualem fuisse legimus. C. Pomp. Lenam Picẽtem à Cic. defensum, qui Postea in referenda gratia Cic. occidit, & Sex. Rosc. Amerinum accusatum de parricidio, damnãte L. Sylla, defensum à Tullio nõ plures quã tris & viginti annos nato, vt ait Corn. Nepos, sed, vt placet Fenestellæ, annos natus sex & viginti hanc causam dixit {Aut etiam sontibus} vt T Antonio Miloni, qui Clodiũ interfecit. {P. Nigidio vni} Figulũ. emphasim habet nomen proprium. {Sãctissimo} contra illud, quod dixerat sontibus. {Maxima gratia} ad illud quod dixerat obscuris erat. n. is P.R. gratissimus. {Amicissimo} in fine posuit orationis quod erat amplissimũ. debemus. o:oia amicis. ergo hoc ereptum est literarum genus, in quo promissio alicuius officij debebat esse, vt superius dixit. {Abducere} ducimur quo volumus abducimur, quo nolimus. {Coner} leuius est conari q̃ facere, aut niti. raro. n. conari habet effectum, niti vero, & facere vt plurimum sortiuntur effectum. {Molestijs} erat. n. in magna molestia Figulus, ꝙ Cæs. timebat iratũ, & ex hoc Romã venire non audebat. secutus. n. fuerat Pomp. Vnde tali molestia cum maxime cariturum ostendit, sed alijs molestijs, quæ sibi cum ceteris omnibus cõmunes erant, nunquam omnino se cariturum affirmat hoc autẽ erat, ꝙ libertas reip. oĩno perierat nunquam amplius reditura, nec dominatio Cæs. peritura. {Hoc tẽpore} qui Rom. non es. {At ea} plurimum huius consolationis partem in Nigidio positam ostendit, qui seipsum melius consolari possit, quàm Cic. {Si io vllo vnquã fuit} si quispiã vnquã potuit aliquem consolari, tu potes. Itaq; concludit nõ esse partis suæ Nigidium consulari, qñ ipse Nigid. omnes cõsolandi rationes melius teneat q̃ Cic. {Equisita} diligenter disputata. {Partem} .s. consolandi. {Tu videbis} qui hæc omnia ex tuo & Stoicorũ sensu disputare, & in medium afferre potes forti viro dignum habere displicentiam rerũ humanarũ, non extolli rebus secundis, & non opprimi aduersis. {Grauitas} in existimatione {Altitudo} res aduersas. {Acta vita} qui solitus es cũ laude viuere, nunc vero frangi aduersis turpissimũ videretur. {Studia} philosophiæ. {Flagitent} exposcant. videntur n. exposcere, vt in illis aduersis ita te habeas, vt ex illis studijs philosophiæ, quæ secutus fuisti, maximum fructũ te reportasse iudiceris, flagitamus ardentius, postulamus remissius. Antea postulabant, inquit Cic. nunc flagitant. {Ego} consolationis genus, quod Cic potest afferre Nigidio, & ei denuntiat nõ posse eum esse diutius in illis molestijs carendæ patriæ, quia curabat, & attendebat, quæ Ro. apud Cæs. de restitutione Nigidij tractabantur. {Non diutius} qm̃ cito te Cæs. amplectetur, & ista te molestia liberabit. {In quibus oos} .s. propter amissam libertatẽ has tibi molestias oõ sempiternas fore denũtio. {Qui plurimũ potest} circuitio. {Illis molestijs} carendo patria. {Primum} ratio est qua demonstratur Nigid. nõ diutius esse patria cariturus, & esse in ijs molestijs. {Quo minus} parum. n. cum Cæs. versabatur. ex quo dicit quanto minorem cum Cæs. consuetudinem habeã, tanto sum ad perscrutandum eius aium diligentior, maxime in reductione tua. {Inuestigandum} tractum à vestigijs ferarũ, quæ canes, & venatores sectantur, & quærunt. {Quo facilius} confutatio obiectionis, quam Figulus facere potuisset, & ita dicere, si Cæs. vt dicis, propensus est ad salutem meã, quare me nõ sinit Rom. venire? Ad quod Cic. ita respondet, Cæs. non id facere propter ipsum Fig. (nam eius reditũ cupit) sed propter alios Pompeianos, quibus est ipse valde iratus, & reprehendere eos cupit, & si tam facile vidissent Cæs. in Figulum fuisse, ardentius restitutionẽ à Cæs. petiuissent, quo dignitas Cæs. & reprehendendi potestas aliquantulũ minui videretur, & ex hoc tardiorem ad restituendũ Fig. dicit esse Cæs. {Tristius} cũ maiore indignatione. dicerent. n. qđ Figulo concessit Cæs. cur non etiã nobis concedendum purat? {Ad liberandũ te molestia} tũc. n. molestia liberatus fuisset Fig. qñ in patriam fuit restitutus. {Accedit} adiũgitur eodem, quod te diutius esse in ijs molestijs non putẽ. {Vel potius} correctio. {Sed necesse est possit} quia hoc ditius durare nõ poterit, quasi vates Cæs. mortem significauit, quam ei postea Brutus, & Cassius asciuerunt. {Etiã illa resp.} vide quemadmodum creuit oratio, j. familiares, ij. vulgus, iij. totã remp. hoc idem velle demonstrat, vt ei parcat Cæs. & sua cum mansuetudine complectatur. {Admodum} valde. Teren. Nuper notitia admodum est. {Insinuabo} per obliquas vias incedam, & me immittã in eius consuetudinẽ. Vnde dicitur insinuatio. {Vias} rationes. Virg. Fata viam inueniens. Metaphoricos tñ ita dicitur, cũ via sit, per quã ambulamus, iter actio eundi. {Toto genere} in ista causa restitutionis tuę. {Audeo} nec videar plura dicere, quã facere. {Paratissima} superando in beneficijs erga te omnes alios. {Tibi} auxilium tuũ. {Malim meum esse q̃ tuum} expressit apud græcos verbum de amicis τα τῶν φίλων κοινα, hoc est amicorũ omnia communia. {Parcius} remissius, non multa pollicendo. & quare, quia spero, & opto te vsurum rebus tuis, & quod alienis rebus non egebis. {Quòd} .i. te vsurum tuis potius, quàm meis {Animo maximo} exhortatio ad omnia fortiter perferenda. & sicut dicimus bono, magno, maximo animo sis, sic etiã præsenti animo sis pro forti aio. Ter. Fac hæc animo vt præsenti dicas. {Accepisti} ab alijs philosophis audiuisti. Fuit. o. is Nigid. apprime doctus, & eruditus. {Peperisti} translatio est. quod autẽ parturire, & parere distent, Liu. his verbis ostendit, ꝙ diu parturit animus videtur, aliqñ parias. Horat. Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. {Quæ omnia} tam ab alijs accepta, q̃ per te ipsum inuenta. {Sperabis optime} spem optimã habebis. {Sed hæc} sup. nosti. {Vel} .i. etiam. & est correctio. {Optime oium} melius, q̃ omnes alij, cum omnes doctrina speras. {Studiosissime} quàm libenti, & prompto animo. {Tristissimo} qñ in exilium eiectus. {Memoriam cõseruabo} non immemor ero, & tibi pro beneficijs in me tuis gratiam accumulatissime referam.

Diripere.

Floreo.

Duci
Abduci
Conari,
Niti.

Parturire
Parere.

ASCEN.

QVAERENTI} P. Fig. Nigidius, vir doctrina singulari, Põp (cuius partes secutus erat} victo, exulabat, angebaturq; cum sua, tum reip. calamitate. quo circa cõsolatur cum Cic. polliceturq; operã suã in ipso restituendo.

Den. Lent. Scip. uide epist. 1. h.l. & 6.l. 9.

*partim amplissimorũ partim etiam optimorum *qui me, hac prædicentem, atque optime consulentem saluti suæ, malebant nimium timidum, quàm satis prudentem, existimari. Quod autem mihi de eo, quod egerim, gratularis: te ita uelle certo scio: sed ego tam misero tempore nihil noui consilij cepissem, nisi in reditu meo nihilo meliores res domesticas, quàm remp. offendissem. quibus enim pro meis immortalibus beneficijs carissima mea salus, & mea fortuna esse debebant; cum propter eorum scelus nihil intra meos parietes tutum, nihil insidijs uacuum uiderem; nouarum me necessitudinum fidelitate contra *ueterum perfidiam muniendum putaui. Sed de nostris rebus satis, uel etiam nimium multa. De tuis uelim, ut eo sis animo, quo debes esse, id est, ut ne quid tibi præcipue timendum putes. si enim status erit aliquis ciuitatis; quicunque erit, te omnium periculorum uideo expertem fore. nam alteros tibi iam placatos esse intelligo, alteros nunquam iratos fuisse. De mea autem in te uoluntate sic uelim iudices, me, quibuscunq; rebus opus esse intelligam, quanquam uideam, quis sim hoc tempore, & quid possim, *opera tamen, & consilio, studio quidem certe rei, famæ, saluti tuæ præsto futurum. Tu uelim, & quid agas, & quid acturum te putes, facias me quamdiligentissime certiorem. Vale.*

Quintum fratrem, & filium intelligit. ad Att. l. 11.

epist. 2. l. 2. & 13. & 14. l. 6.

BVBER.

BINAS § Cn. Pl. ad quem nunc scribit Cic. idẽ est, ad quẽ multæ Cic. epi. lib. x. scriptæ sunt, sed illas post mortem Cæs. has duas feruentibus bellis ciuilibus scriptas cõstat ideo diuersis uoluminibus positas fuisse. nunc autem Cic. respondet Planco, qui ei gratulatus fuerat, quod intellexerat eum retinere dignitatem suam apud Cæs. quod quidem ostẽdit non ita esse multis rationibus. Deinde, quia optauerat Planc. Cic. feliciter, euenire, quod egisset: respondet Cic. se confidere ita esse, vt dicit: ostenditq; caussam: quare id egerit, quod quid, & quare fuerit, dicam loco suo in epist. Postremo pollicetur ipsi Planco, quidquid opera, consilio, & studio per eum fieri possit. § Binas literas § eleganter dixit, & proprie. nam duas literas non dicimus, nec binas epist. sicut Cic. ad filiũ scribens ostendit, auctore Ser. nam binus iungitur cum ijs, quæ tñ plurali numero declinantur. Quint. tñ dixit, & binos pedes, & quinas syllabas, lib. 9. § Alteris § non autem altera. nam si totum pluralis est numeri tñ, partes quoq; pluralis numeri esse debent, vt hic. Si vero totum, licet pluralis numeri sit, singularem habeat, tunc partes singulares esse debẽt, vt delector duobus poetis, altero græco, altero latino. § Corcyræ §, quæ insula est vicina Hadriatico mari, nõnunquã Phæacia appellata, Alcinoi regis patria, de qua lib. 3. plura diximus. § Pristinam § priorem, solitam. § Alteris § s. literis. § Velle § optare. § Euenire § succedere. § Bene feliciter § erant verba, quibus vtebantur antiqui, confectis matrimonijs. Iuuen. dictum feliciter. § Quod egerim § fecerim. s. de matrimonio nouo. ita. n. puto intelligi. Nam, vt ait Plut. in vita Cic. cum præesset Ciliciæ, & illa mala fortuna, quæ in remp. sæuierat, non minori impetu domum Cic. inuaserat. siquidem & Q. F. & Q. Cic. fratris filius, inimico animo in ipsum Cic. facti sunt, nec Terẽtia vxor in fide permansit, quæ præter cetera flagitia patrimonium Cic. parum diligenter, parumque fideliter administratum sumptibus iacturisq; exinaniuit: peruerse deniq; omnia facere, moliriq; videbatur. quibus tãdem rebus reuersus Cic. Romam coactus est summorum virorũ exemplo, eam dimittere. Super hæc omnia grande æs alienum sub vsuris sumptũ in dies omnia deuorabat, & accedebat restitutio dotis Terentiæ facienda: quibus cum aliter satisfieri nõ posset, eandem ex amicorum snia Publiam, cui ampla hæreditas erat, vxorem accepit de qua nunc intelligit. § Ego autem § respondet primæ epist. de gratulatione dignitatis arguens illam non appellandam dignitatem. dat. n. quandam diffinitionem dignitatis, quæ si esset vera. sm eam dicit se obtinere dignitatatem suam: sed cum non sit vera, innuit se non obtinere. § Bene sentire § bene iudicare, animum bene dispositũ habere pro rep § Et probare § probabile facere, & ostendere bonis viris. § Quod sentias § .i. sniam tuam. Est autem secunda persona eleganter posita prima, & tertia sm locos. sensus, si in bene sentiendo de rep. & probando bonis viris bonam sententiam de rep. cõsistit dignitas, possum dicere me obtinere dignitatẽ meã. § Sin § ponit alteram & veram diffinitionem dignitatis, sm quã dicit se nullam obtinere dignitatem. nam cum dignitas sit, non sentire bene de repu. simpliciter, sed efficere & defendere libere id quod sentias, & id facere Cic. non possit, sequitur quod nullam omnino retineat dignitatem. § Re § effectu. § Libera § sine respectu, & timore alicuius. § Ne vestigium quidem reliquum est § .i. non modo dignitas nulla relicta est nobis, sed ne vestigium quidem aliquod, quod minus est. § Vestigium § signum, apparentia. nam vestigia proprie dicuntur signa pedum. § Reliquum est § .i. restat, relinquitur. omnem. n. dignitatẽ penitus amisimus. quia non licet efficere & defendere libere, quod sentimus. in quo cõsistit ipsa dignitas. § Agitur præclare § .s. nobiscum .i. bene nobis succedit. § Nosmetipsos § & non alios, neq; remp. § Adsunt § præsentia sunt. s. mala. § Impendent § .i. imminent, futura sunt. sed impendent & imminent tãtum mala. futura autem dicimus & bona, & mala. § Moderate § sine perturbatione animi. § Quod § ferre moderate hæc mala. § Eiusmodi § ciuili tam nefario, & misero. § Cuius § belli. § Exitus § finis. § Ex altera cędem § ex Pompeiana occisionem multorum ostẽdit. § Ex altera § Cæsariana. quia si vicerit Cæs. actũ erit de libertate Romana. § Periculo § discrimine cædis, & seruitutis. § Non nihil § multum § Pertimescebam res s. § .i. cum timebam etiam victoriã Pomp. § Non modo § non tãtum. § De iure publico § .i. vter imperaret, vter meliorem habet causam, vt supra ad Ser. Sulp. Postquã de iure publ. disceptari cœptũ est, &c. § Quãto periculo § quam magno. quia non agebatur solum periculum Cæs. & Pomp. & eorũ, qui eos sequebantur, sed pop. Rom. & totius orbis terrarũ. § Si vicissent ij § .i. Pomp. quos secutus eram cupiditate pacis, non belli. § Iratorum § Pompeianorum, qui erant irati Cæsarianis. § Cupidorum § qui cuperent res nouas. § Insolentium § superborũ, & qui vellent se esse primos, & antecellere omnes. § Victi § Pompeiani à Cæsarianis. § Quantus interitus § quanta cædes subaudi intelligebam. nã supra dixit, cuius exitus, ex altera parte cædem ostentat, ex altera seruitutem. § Amplissimorum § qui essent ornati dignitate, qui essent principes in vrbe nostra, quos videbã omnes crudeliter interituros. § Qui § viri amplissimi, & optimi. § Prædicentem § vaticinantem. § Hoc § eos esse crudeliter interituros. § Consulentem saluti suę § quia hortabar, vt pax componeretur inter Cæs. & Pomp. § Malebant § potius volebant. § Timidum quàm prudentem § existimabant. n. me magis hoc dicere, quia timerem, quàm quia præuiderem, & cognoscerem ita futurum, nec voluerunt mihi credere. § Quod autem § secundæ epistolæ respõdet de gratulatione affinitatis, & nouæ necessitudinis. § Quod egerim § vt supra diximus, intelligit, matrimoniũ Publiæ. § Te ita velle § te ita cupere, vt scribis. s. vt mihi bene feliciter eueniat. § Sed ego § ostendit se necessitate, non voluntate hoc fecisse. § Nihil noui consilij § nullũ nouũ consilium. § Offendissem § inuenissem. § In reditu meo § ex Cil. vt supra diximus. nam & remp. & rem familiarem suam perturbatam, & imminutam inuenit. § Quibus § notat Q. F. & eius filium, & vxorem Terentiam, quos omnes perfide se gessisse erga Cic. ostẽdimus, ex auctoritate Plut. § Immortalibus beneficijs § .i. maximis & dignis æterna memoria. § Propter eorum scelus § nam Q. F. eum deseruit, & orationẽ contra ipsum scripsit, quam apud Cæs. recitaret, & Q. F. filius de necẽ Cic. cogitauit. Terẽ. absente marito impudice vixit, eiusq; patrimoniũ dissipauit. § Intra parietes § intra domum meam. nam parietes tñ priuati sunt muri vero & publici priuati. § Nouarum necessitudinum § nouarũ propinquitatum, & amicitiarum, quia erã derelictus à veteribus necessarijs. § Muniendum § corroborandum. § Perfidiam § improbitatem. § Satis § subaudi diximus. § Vel etiam § correctio. § Nimium multa § qui dolet se habuisse caussam dicendi hæc de suis. § De tuis § rebus. § Id est § declarat, quo aĩo esse debeat. § Præcipue § seorsum ab alijs quod ab alijs etiam timendum non sit. § Quicunque § qualiscunq; vel bonus, vel malus, vel sub Cæs. vel sub Pomp. § Expertem § immunem, sine parte. § Nam § ratio quare videat Plan. forte expertem omnium periculorum. § Alteros placatos § Cæs. factos tibi amicos, qui erant tibi irati, quia eos non sequebaris. § Alteros nunquam ir. § Pompeianos nunquã tibi fuisse inimicos, cum nec tu quidem eis inimicus fueris. § De mea § pollicetur nunc operam suã Planco. est autẽ ordo velim sic iudices de mea volũtate in te me futurum præsto rei, famę, saluti tuæ opera, consilio, studio, quibuscunq; rebus intelligam esse opus, quanquam videam, quis sim hoc tempore, & quid possim. § Quanquam videam, quis sim § .i. quanquam intelligam me non esse magnæ auctoritatis. § Et quid possim § quia

Terentia.

Binæ literæ.

Vestigium.

Impendet.

valde parum possum. {Opera} laborare, agendo pro te. {Consilio} consulendo tibi, & tuis. {Certe studio} saltem voluntate prompta. {Futurum praesto} futurum promptum, & paratum.

ASCEN. BINAS &c.} Scribitur ad Cn. Plancum, ad quē lib. x. cōplures scribentur post caedem Caes. hęc autē scripta est feruentibus bellis ciuilibus. Respondet autē Planco, qui gratulatus fuerat Cic. q dignitatē suam retineret apud Caes. quod Cic. ostendit aliter esse. Et quia optauerat feliciter euenire, quod Cic. egerat, dicit se id quoq; confidere, pollicēs denuum Planco se & operam suam oēm. Ordo est. Ego accepi. s. à te binas literas. i. duas epistolas, datas Corcyrae. i. in ea insula, quę est vicina Hadriatico mari. quia tñ in genitiuo posuit, putem esse nomen vrbis in ea insula. quarum. s. literarū alteris, tu gratulabare mihi quòd audisses me obtinere pristinā dignitatē meam. s. apud Cęs. alteris dicebas te velle ea, quę egissem euenire bene feliciter. Ego aūt si dignitas est bene sentire de rep. & probare, quod sentias bonis viris. i. sententia bonorum virorum obtineo dignitatem meam. Sin autem, id est sed si dignitas est in eo, videlicet, aut posse efficere te quod sentias aut deniq; defendere, quod sentias voce libera, ne quidem. i. nō saltem vllum vestigium dignitatis est reliquum nobis, agitur. s. nobiscum prę clare, si possumus regere nosmetipsos, vt feramus moderate ea, quae partim adsunt, & partim impēdent, id est imminent, quod est difficile in eiusmodi bello cuius exitus ostētat ex altera parte. s. Pompeiana, caedem, id est occisionem oium eorum contra remp. cum Caes. steterint, & supple ostentat seruitutem ex altera supple parte, videlicet Caes. si victor esset, in seruitutem redacturus videbatur. Ergo dices, Cic. sentit Pomp. crudeliorem fore ipso Caes. certum est, q superbior fuerit, quia noluit parē pati in rep. & Caes. parem quidem, sed non superiorem ferre poterat. & forte benignior. etiam erat Caes. per naturā, sed causae diuersitas hanc opinionem de exitu belli. Si. n. Pomp. vicisset, senatus decreto omnes Caes. hostes iudicati fuissent: si Caes. cum solus regnaret, facile quibus imperaret, pepercisset. In quo periculo non nihil, id est in aliquo cōsolatur me, cum recordor me vidisse, & cognouisse haec. s. mala, tuoi. i. tunc, enim, id est qñ, ego pertimescebam etiam res nostras secundas, id est prosperas, nō modo, id est nedum aduersas, & videbam quanto periculo disceptaretur armis de iure publico, id est ad remp. pertinente, quibus. s. armis, si ij, id est Pompeiani vicissent, ad quos ego accesseram adductus spe pacis, id est vt traherem Pomp. ad concordiā, non cupiditate belli, tñ. i. nihilominus, intelligebam, q̄. i. quantum crudelis esset futura victoria hoium iratorum. s. ob illatam iniuriam, & cupidorum. s. rerum, honorum, aut vindictae & insolentium. i. superbe agentiū. Sin autem. i. sed si, victi essent. s. Pompeiani, intelligebam, quantus interitus esset futurus, partim ciuium amplissimorum, partim etiā optimorum, qui malebant me praedicentem haec, atq; consulētem optime saluti suae vt videlicet potentiae Caes. cedant, existimari. i. iudicari, aut existimare. i. iudicare, nimium timidum, q̄ satis prudētem. Quòd autem gratularis mihi de eo, quod egerim. s. de nuptijs cum noua vxore, scio certo. i. pro certo, te velle ita, sed ego nihil noui consilij cepissem tam misero tempore. s. bellorum ciuilium, nisi offendissem in reditu meo. s. e Cil. prouincia, res domesticas, quas vxor dissipauerat, nihilo. i. nullo meliores q̄ remp. Enim, id est quia supp. ij videlicet Q. F. qui in Cic. orationē scripserat, quā Caes. recitaret, & Q. F. filius qui de nece Cic. patrui sui cogitarat, & Terentia, quae impudice vixerat & patrimonium dissiparat, vnde eam repudiauit, quam Sallustius Cic. inimicus factus vt ex ea eius secreta sciret, quae criminaretur duxit: quibus mea salus & meae fortunae debebant esse carissimae pro immortalibus beneficijs meis, cum viderem nihil mihi tutum intra parietes meos, id est in propria domo, & nihil vacuū insidijs, propter scelus eorum, quia Cato nullam censuit adulteram, quae nō eadem, si posset, venefica esset. Putaui me muniendū fidelitate nouarum necessitudinum, id est affinitatum cum noua vxore, contra perfidiam veterū. s. necessitudinū. Sed satis supple scripsimus de rebus nostris, vel etiam nimiū multa, vt de tuis, id est vt scribam de tuis, ego velim, sis eo animo, quo debes esse. i. vt nequid, id est aliquid, non putes timēdum tibi praecipue. i. singulariter, aut prae ceteris, si. n. aliquis status ciuitatis. s. Rom. erit siue sub Pomp. siue sub Caes. ego video te fore. i. futurū, expertem. i. immunem oium periculorū. Nā intelligo alteros. s. Caes. esse iam placatos tibi. i. remisisse iram in te suam: alteros. s. Pompeianos, nunquā fuisse iratos. s. tibi. Autem. i. sed ego velim iudices, sic de mea volūtate in te, quāquā videā, qui. i. qualis sim, alij legūt qui sim, sed honestius ad eustandū sibilum deponitur s, vt in Bucol.

Sed tamen iste Deus, qui sit, da Tityre nobis. &,
Despectus tibi sum, nec qui sim, quaeris Alexi.

Hoc tempore. s. tam periculoso, & mihi aduerso, & quid possim q. d. video q minimum: tñ quibuscunq; rebus intelligam opus esse, sup. tibi, opera, & consilio, certe quidem studio. i. indubitanter studio, si parum opera, aut consilio posset, futurum praesto. i. paratum, & auxiliarē rei famae, sup. & saluti tuae. Tu velim, sup. vt facias me certiorem, quamdiligentissime, & quid agas. s. modo, & quid putes te acturum. s. deinceps. Admonui supra ex Laurentio Valla in oratione soluta, raro, aut nunquam dici facio te certum, sed certiorem.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Monet Plancū, ut publicas calamitates, quemadmodum ceteri, fortiter ferat.

CICERO S. D. GN. PLANCIO 15

ACcepi perbreues tuas literas; quibus id, quod scire cupiebam, cognoscere non potui; cognoui autem id, quod mihi dubium non fuit. nam, quàm fortiter ferres communes miserias, non intellexi: quàm me amares, facile perspexi. sed hoc scieram: illud si scissem, ad id meas literas accommodassem. sed tamen etsi antea scripsi, quae existimaui scribi oportere: tamen hoc tempore breuiter commonendum putaui, ne quo periculo te proprio existimares esse. in magno omnes, sed tamen in cōmuni sumus. quare non debes aut propriam fortunam, & praecipuam postulare, aut communem recusare. quapropter eo animo simus inter nos, quo semper fuimus. quod de te sperare, de me praestare possum. Vale.

ACCEPI} Scripserat Plancus ad Cic. quanto amore eum complecteretur. Quod Cic. dicit sibi cognitū esse, maluisset aūt eum scripsisse, q̄ forti, & constanti aio ferret calamitates publicas. qm̄ si de eo scripsisset, accommodasset Cic. literas suas ad eam materiā. breuiter tñ eum monet id, quod in superiori epist. monuit, nihil esse, quod sibi praecipue timendum putet: nec existimet se esse in aliquo periculo, in quo alij non sint. {Perbreues} valde breues. {Quod nō fuit mihi dubium} de quo non dubitabam. {Nam, q̄ fortiter} hoc est, quod maxime cupiebat, intelligere. {Communes miserias} calamitates reip. {Quàm me amares} quantū me diligeres, quanto me amore complectereris. {Facile} aperte, quia id ad me scripsisti. {Sed hoc scieram} q̄ me amares. {Illud} q̄ fortiter ferres communes miserias. {Ad id} ad eam materiā. {Accommodassem} adaptassem. i. rescripsissem tibi ad id. {Oportere scribi} debere scribi à me. {Antea} superiori epistola, & fortasse alijs, quae non sunt in hoc voluminine. {Breuiter} paucis verbis. {Proprio} tuo solo, in quo alij non sint. {In communi} quod ad omnes pertinet, cuius nullus erit expers. {Propriam} tuā, quae nemini alij contingat. {Praecipuam} specialem, quae non multis eueniat. {Postulare} exposcere, aut recusare communem, aut eam nolle accipere, quae omnibus euenerit. {Eo animo} amico, & constanti. {Sperare de te} bene & proprie dixit. nam de alijs possumus sperare, de nobis polliceri: ideo dixit, {De praestare}. i. re & effectu ostendere, & efficere. HVBER.

ACCEPI, &c.} argumentū perspicuum est. Ordo aūt est. Ego accepi literas tuas perbreues. i. valde breues, quibus non potui cognoscere id, quod cupiebam scire, cognoui autem id, quod non fuit mihi dubium. Nam non intellexi, quam. i. quantum fortiter ferres miserias communes. perspexi facile, quàm. i. quantū amares me. sed scierā hoc. s. posterius dictum, si scissem illud. i. prius dictum, videlicet quàm fortiter ferres communes miserias, accōmodassem literas meas ad id. Sed tamen. i. nihilominus, etsi. i. quanquam, scripsi antea, quae existimaui oportere scribi: tamen putaui te commouendū breuiter hoc tempore, ne existimares te esse in quo. i. aliquo periculo proprio. nos sumus omnes in magno. s. periculo, sed tñ communi. Quare nō debes postulare aut fortunam propriam, aut praecipuam. i. praeeminentem, aut recusare. i. renuere cōmunem. s. fortunam. Qua propter simus inter nos eo animo, hoc est beneuolo, quo fuimus semper, quod. s. ita fore, ego possum de te sperare, & praestare. i. exhibere, & efficere de me. ASCEN.

M. T.

M. T. CICERONIS EPIST. FAMILIARIVM, LIBER QVINTVS.

ARGVMENTVM.

EPistola hæc prima acerbe quidem est in Ciceronem scripta: sed ideo præposita, ut sequentibus, quibus se purgabit Cicero, argumentum aperiat. Queritur Metellus, qui Galliā proconsul regebat, Metellum Nepotem, fratrem suū, a Cicerone oppugnatum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Expostulatio Metelli, cur, præter reconciliationem, fratrem illius accusaret.

Q. METELLVS Q. F. CELER PROCOS. S. D. M. T. CICERONI.



SI VALES, bene est. Existimaram pro mutuo inter nos animo, & pro reconciliata gratia, neque me absentem ludibrio læsum iri, nec Metellum fratrem, ob dictum, capite, ac fortunis per te oppugnatū iri. quem si parum pudor ipsius defendebat; uel familiæ debebat nostræ dignitas, uel meum studium erga uos, remq; pub. satis subleuare. nunc uideo illum circumuentū, me desertum a quibus minime conueniebat. itaq; in luctu, & squalore sum, qui prouinciæ, qui *exercitui præsum, qui bellum gero. quæ nec ratione, nec maiorum nostrorum clementia administrastis: non erit mirandū, si uos pænitebit. Te tam mobili in me, meosq; esse animo, non sperabam. Me interea nec domesticus dolor, nec cuiusquam iniuria à rep. abducet. Vale.*

nō proprie dictum. uide seq. ep.

In Piceno cōtra Catilinā. Sall.

AVBER.

SI vales} Metellorum familia virorum virtute, & titulis illustris fuit, inter quos præcipue memorantur Metellus à deuicta Macedonia Macedonicus cognominatus, & Numidicus qui de Iugurta Numidiæ rege triumphauit. Huius filios quia patrem lacrymis, & assiduis precibus ab exilio reuocauit, Pius cognominatus est. Fuit & Q. Metellus Creticus, & L. Metellus, & hic Q. Metellus, Celer Lucij frater, Balearicus cognominatus. Hic Celer, cum vlteriorem Hispaniam prætor obtineret, intellexit fratrem suū L. Metell. à Cic. capite, & fortunis oppugnari. Itaq; hac epist. minatur Cic. vt eum deterreat ab oppugnatione fratris, quamuis re vera Cic. non tam eū oppugnaret, q̄ ei repugnaret, qui Cic. persequebatur, & capite multādum dicebat, quia ciues Rom. in coniuratione deprehensos in dicta causa necasset, vt in seq. epist. plenius videbimus. Si vales} ex antiqua consuetudine hoc principiū epistolis præponebatur, desueuit autē multum Cic. tempore, non tñ omnino. {Mutuo aïo} meo in te, & tuo in me. de hac dictione mutuus diximus plenius in 1. lib. {Reconciliata} renouata, instaurata. conciliamus. n. nouos, recōciliamus veteres. {Me absentē} quia absentes lædere maligni est hominis. {Læsum iri} lædendū esse. est futurum infinitiui passiui. {Ludibrio} derisione, cōtemptu. {Oppugnatum iri} oppugnādum esse. {Capite} iudicio capitali. i. periculo capitis. {Et fortunis} diuitijs hoc est, vbi ageretur de capite & diuitijs, eius. {Ob dictū} propter verbum, quod contra te dixisset. {Quem} fratrem meum. {Pudor} verecundia, quā fortasse non seruauit in te. {Parum defendebat} .i. si non videbatur habendus respectus eius pudoris, debebatis tñ habere respectum familæ nostræ, & mei, qui de vobis, & de rep. sum optime meritus. {Subleuare} iuuare. {Circumuentum} insidijs & periculis inuolutum. tractum à venatoribus, qui feras laqueis, retibus, & canibus circumuenire solent. {Minime cōueniebat} .i. decebat. s. me esse desertum. {Itaq;} quia video fratrem circūuentum, & me desertum. {Luctu} mœrore. {Et squalore} sorde, & illuuie, qualem habēt qui in mœrore versantur. Dicitur autem squalor à squamis. {Præsum} præfectus sum. {Prouinciæ} Hispaniæ vlteriori: {Qui bellum gero} hoc dixit ad exaggeram dum meritum suum in rep. & iniurias aliorū in se. {Quæ} quas res, oppugnare fratrem meum, & lædere me absentem, vel me desertum esse. {Clemētia maiorum} .i. secundū clementiam maiorum nostrum, qui etiam grauiter offensi, nunquam tñ quenquā capite oppugnasset. {Non erit mirandum} quia dedistis mihi causam. {Etiā} accusat Cic. leuitatis, & inconstantiæ. {Meosq;} propter fratrē. {Mobili} mutabili, quia semper ante ea visus es amicus meus. {Me} ne haberetur suspectus, q̄ propter hāc iniuriā minus præstaret officiū reip. ideo subdidit. {Interea} donec potero facere, vt vos pœniteat. {Iniuria cuiusq;} vel in me, vel in fratrē illata. {Abducet} remouebit {A rep.} ab vtilitate reip.

Conciliare Reconciliare.

Metellus Pius.

ASCEN.

SI vales, &c.} hæc 5. lib. epistola acerbe quidem est in Cic. scripta, sed ideo præposita, vt sequentium, quibus se purgabit Cic. argumenta aperiat. Scribitur à Q. Metel. imperatore in Hispanijs agente, qui intellexerat fratrem suum à Cicerone ob dictū ac verbum vnū grauiter oppugnari. Ordo est. Si vales bene est. i. recte se res habet. Ego existimaueram pro mutuo animo inter nos, & pro gratia recōciliata. i. propter beneuolentiam & reconciliationem, neq; sup. me absentem læsum iri. i. offendendum esse, ludibrio. s. tuo præcipue in fratrem. Nec Metellum fratrem. s. meum oppugnatum iri, per te, capite ac fortunis. i. eiusmodi accusatione, vbi ageretur de periculo vitæ ac rerum eius. Quem. s. fratrem meum, si pudor ipsius defendebat parum. s. à te, vel dignitas familiæ nostræ studium meum erga vos. s. te & fratrem tuum, aut omnes qui Romæ estis, & erga remp. pro qua in Hispania bellum gerebat, debebat subleuare. s. ab onere talis oppugnationis satis. Nunc video illum. s. fratrem meum circumuētum. i. nisi dijs captum & seductum, & me desertum. s. auxilio & ope, aut honore, sup. ab illis, à quibus conueniebat. i. condecens erat minime. i. nequaquā, q. d. à te, de quo optime meriti sumus. Itaque. i. & ita, ego sum in luctu, & squalore, q. d. talis sum, qualis frater, qui capite oppugnabatur. tales enim rei, vt iudicum aut populi misericordiam promereantur, squalida & demissa barba, & vestibus situ & pędore victis è carcere prodibant. ego, inquit, qui præsum prouinciæ, qui præsum exercitui, & qui gero bellum pro rep. in Hispania, vt dixi. Tales autem debebāt apparere læti & maiestatis ac dignitatis pleni. Quæ. s. prouinciam, exercitum & bellum, quoniam nec administratis. i. tractatis ratione, nec clementia maiorum. i. qualis erat priscis Romanis maioribus nostris in absentes, non erit mirandū si pœnitebit vos. Pluraliter loquitur inuidiose, quasi à multis lædatur non tamen honoris gratia ad vnum Cic. pluraliter loquitur, quòd Galli linguam suam sequentes, facile dicerent, sed licet præcipue Cic. taxet, tamen ad iudices omnes loquitur. Etiam non sperabam sup. vos esse in me, & meos, præsertim in fratrem, animo mobili. i. tam variabili. Interea. s. dum tales eritis, nec dolor domesticus, nec iniuria cuiusquam abducet me à repub. i. procuratione salutis eius. Facile apparet à perturbato & iracundo homine epistolam scriptam, præsertim cum vera non sint quæ scribat.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Defensio Ciceronis contra Metelli expostulationem: *constitutio partim legitima, quòd inimicum ulcisci liceat: partim inficiatoria, quòd nulla iniuria Metellū fratrem affecisset, tantum de illius improbitate questus esset: postremo Metelli animum mitigat, & amicitiam suam cum eo, quandiu uelit, constare posse dicit.

M. CICERO S. D. Q. METELLO Q. F. CELERI PROCOS. 2

SI tu, exercitusq; ualetis, bene est. Scribis ad me, te existimasse pro mutuo inter nos animos, & pro reconciliata gratia, nunquam te à me ludribrio læsum iri. quod cuiusmodi sit, satis intelligere non possum: sed tamen suspicor ad te esse allatum, me in senatu cum disputarem, permultos esse, qui rempub. a me conseruatam dolorent, dixisse; a te propinquos tuos, quibus negare non potuisses, impetrasse, ut ea, quæ statuisses tibi*

notat Metelli Nep. Metelli Celeris fratrem.

ses tibi in senatu de mea laude esse dicenda, reticeres. quod cum dicerem, illud adiunxi: mihi tecum ita dispertitum officium fuisse in reip. salute retinenda, ut ego urbem à * domesticis insidijs, & ab intestino scelere, tu Italiam & ab armatis hostibus, & ab occulta coniuratione defenderes: atq; hanc nostram tanti, & tam præclari muneris societatem à tuis propinquis labefactatam: qui cum tu à me rebus amplissimis, atque honorificentissimis ornatus esses, timuissent, ne qua mihi pars abs te uoluntatis mutuæ tribueretur. Hoc in sermone cum à me exponeretur, quæ mea expectatio fuisset orationis tuæ, quantoq; in errore uersatus essem: uisa est oratio non iniucunda, & mediocris quidam est * risus consecutus, non in te, sed magis in errorem meum; & quòd, me abs te cupisse laudari, aperte, atque ingenue confitebar. Iam, hoc non potest in te non honorifice esse dictum, me in clarissimis meis, atque amplissimis rebus tamen aliquod testimonium tuæ uocis habere uoluisse. Quod autẽ ita scribis, pro mutuo inter nos animo: quod tu existimes esse in amicitia mutuum, nescio: equidem hoc arbitror, cum * par uoluntas accipitur, & redditur. Ego si hoc dicam, me tua causa prætermisisse prouinciã, tibi ipse leuior uidear esse. meæ enim rationes ita tulerunt: atque eius mei consilij maiorem in dies singulos fructum, uoluptatemq; capio. illud dico, me, ut primum in concione * prouinciam deposuerim, statim, quemadmodum eam tibi traderem, cogitare cœpisse. Nihil dico de sortitione uestra: tantum te suspicari uolo, nihil in ea re per collegam meum me insciente esse factum. Recordare cetera; quàm cito senatum illo die, facta sortitione cogerim; quàm multa de te uerba fecerim; cum tu ipse mihi dixisti, orationem meam non solum in te honorificam, sed etiam in * collegas tuos contumeliosam fuisse. Iam illud S. C. quod eo die factum est, ea præscriptione est, ut dum id extabit, officium meum in te obscurum esse non possit. Postea uero quàm profectus es, uelim recordere, quæ ego de te in senatu egerim, quæ in concionibus dixerim, quas ad literas miserim. quæ cum omni collegeris; tu ipse uelim iudices, satis ne uideatur his omnibus rebus tuus aduentus, cum proxime Romam uenisti, mutuo respondisse. Quod scribis de reconciliata nostra gratia: non intelligo, cur reconciliatam esse dicas, quæ nunquam * immutata est. Quod scribis, non oportuisse Metellum, fratrem tuum, ob dictum a me oppugnari: primum hoc uelim existimes, animum mihi istum tuum uehementer probari, & fraternam plenam humanitatis, ac * pietatis uoluntatem: deinde, si qua ego in re fratri tuo reip. causa restiterim; peto, ut mihi ignoscas. tam enim sum amicus reipub. quàm qui maxime. si uero meam salutem contra illius impetum in me crudelissimum defenderim: satis habeas, nihil me etiam tecum de tui fratris iniuria conqueri. quem ego cum comperissem omnem sui tribunatus conatum in meam perniciem parare, atque meditari: egi cum * Claudia, uxore tua, & cũ uestra sorore Mucia, cuius erga me studium pro Cn. Pompeij necessitudine multis in rebus perspexeram, ut eum ab illa iniuria deterrerent. atque ille, quod tè audisse * credo, pridie kal. Ian. qua iniuria nemo unquam in aliquo magistratu improbissimus ciuis affectus est, ea me consulem affecit, cum remp. conseruassem; atque abeuntem magistratu concionis habendæ potestate priuauit. cuius iniuria mihi tamen honori summo fuit nam, cum ille mihi nihil, nisi ut iurarem, promitteret; magna uoce iuraui uerissimum, pulcherrimumq; iusiurandum: quod populus, item magna uoce, me uere iurasse, iurauit. Hac accepta tam insigni iniuria, tamen illo ipso die misi ad Metellum cõmunes amicos, qui agerent cum eo, ut ab illa mente desisteret. quibus ille respondit, sibi non esse integrum. etenim paulo ante in concione dixerat, ei, qui in alios animaduertisset in dicta causa, dicendi ipsi potestatem fieri non oportere. hominem, grauem, & ciuem egregium; qui, qua pœna senatus, consensu bonorum omnium, * eos affecerat, qui urbem incendere, magistratus, ac senatum trucidare, bellum maximnm conflare uoluissent, eadem dignum iudicaret eum, qui curiam cæde, urbem incendijs, Italiam bello liberasset. itaque ego Metello fratri tuo præsenti restiti: nam in senatu * kal. Ian. sic cum eo de rep. disputaui, ut sentiret sibi cum uiro forti, & constanti esse pugnandũ. Ad iij. non. Ian. cum * agere cœpisset, tertio quoq; uerbo orationis suæ me appellabat, mihi minabatur: neq; illi quidquam deliberatius fuit, quàm me, quacunque ratione posset, non iudicio, neque disceptatione, sed ui, atq; impressione euertere. huius ego temeritati si uirtute, atque animo non restitissem: quis esset, qui me in consulatu non casu potius existimaret, quàm consilio, fortem fuisse? Hæc si Metellnm cogitare de me nescisti: debes existimare, te maximis de rebus à fratre esse celatum. sin aliquid impertiuit tibi sui consilij: lenis à te, & facilis existimari debeo, qui nihil tecum de his ipsius rebus expostulem. etsi intelligis non me dicto Metelli, ut scribis, sed consilio eius, animoq; in me inimicissimo esse cõmotum. Cognosce nunc humanitatem meam: si humanitas appellanda est in acerbissima iniuria remissio animi, ac dissolutio. Nullam est a me unquam sententia dicta in fratrem tuum. quotiescunq; aliquid est actum, sedens ijs assensi, qui mihi lenissime sentire uisi sunt. addam illud etiam; quod iam ego curare non debui, sed tamen fieri non moleste tuli, atque etiam, ut ita fieret, pro mea parte adiuui; ut S. C. meus inimicus, quia tuus frater erat, subleuaretur. Quare non ego oppugnaui fratrem tuum, sed fratri tuo repugnaui: nec in te, ut scribis, animo fui mobili, sed ita stabili, ut in mea erga te uoluntate, etiam desertus ab officijs tuis, permanerem. Atq; hoc ipso tempore tibi, pene minitanti nobis per literas, hoc rescribo, atque respondeo. Ego dolori tuo non solum ignosco, sed summam etiam laudem tribuo. meus enim me sensus, quanta uis fraterni sit amoris, admonet. à te peto, ut tu quoque * æquum te iudicem dolori meo præbeas; si acerbe, si crudeliter, si sine causa sum à tuis oppugnatus, ut statuas mihi non modo non cedendum, sed etiam tuo, atq; exercitus tui auxilio in eiusmodi causa utendum fnisse. Ego te mihi semper amicum esse uolui: me ut tibi amicissimnm esse intelligeres, laboraui. maneo in uoluntate, &, quo ad uoles tu, permanebo: citiusque amore tui fratrem tuũ odisse desinam, quàm illius odio quidquam de nostra beneuolentia detrahatur. Vale.

Lentuli, & Cethegi.

quia meam manem am bitionē fatebar.

aculeus in Metellum, quasi parē uoluntatem non reddiderit.

Galliam. Oratio in Pisonem.

prætores

imminuta

pium Met. sed non æquum dicis esse.

sorore P. Clodij.

certo scio

Iurauit rem pub. a se seruatã: in orat. in Pisonem.

Catilinæ socios.

pridie consulatum abfolueras. in senatu.

idem ep. 1. lib. 2.

S I T V Ʒ respondet Cic. particulatim epist. Metelli, & primum probat animum Metelli non fuisse mutuũ, sicut ille scripserat, & probat se non habuisse ipsum ludibrio, sicut questus erat in epistola sua. Deinde miratur, cur gratiam reconciliatam dixerit, quæ nunquã fuerit imminuta. postea uero ostendit se nõ oppugnasse eius fratrem capite, & fortunis ob dictũ, vt ille scripserat, sed defendisse se aduersus eum, à quo ipse oppugnaretur. dicebat .n. frater Metelli Cic. eadem pœna esse afficiendum,

H V B B R.

afficiendum, qua ipse affecisset ciues Rom. & multa egerat publice contra ipsum Cic. ostendit autem Cic. se visum esse potius erga eum officio, & clementia, q̃ iniuria aliqua. Postremo quia Metel. ei minatus fuerat, orat ipsum, vt ęquum iudicem se præbeat, & existimet ipsum Cic. nihil inique fecisse, si se acerbe, & crudeliter oppugnatū defendit. pollicetur q; se semper senatorū amicitiam quoad Met. volet. {Si tu} eodem genere salutationis vsus est, quo ipse Metel. vsus fuerat. {Quod} .s. te læsum iri ludibrio. {Cuiusmodi} quale sit. {Sed tamen} ostendit in quo putet Metel. existimasse se ludibrio læsum à Cic. quam suspicionē probat esse falsam, cum potius eum semper honorauerit q̃ ludibrio habuerit. {Allatum} nuntiatum. {Propinquos} instituerat Metel. habere orationem de laudibus Cic. qui coniurationē Catilinæ oppressisset: postea vero, cum mutasset propositum, Cic. qui fuerat cupidissimus laudationis Metel. dixerat in senatu Metellum pp propinquos suos, qui eum rogassent, destitisse ab eius laudibus, de quibus prius instituisset dicere, & addidisset Cic. quanta fuisset expectatio sua de oratione Metel. multi senatores inceperunt ridere, q Cic. tam grauiter ferret se caruisse testimonio, & laudibus Metel. quod cum nunciatū esset Metel. existimauit illum risum secutum fuisse pp se, non autē pp Cic. ideo dixit. {Ludibrio} derisione. {Dolerent} quia inuidebant gloriæ meæ, quam ex ea re mihi parauerā. {Propinquos} consanguineos. {Impetrasse} obtinuisse. {Vt reticeres} vt non diceres. {Statuisses} decreuisses, & proposuisses. {Quod} quàm rem .s. tuos impetrasse, vt ea taceres, quæ de mea laude statuisses dicere. {Adiunxi} addidi. {Dispertitum} diuisum. {Ab intestino scelere} q intra vrbem essem. {Tu ab armatis hostibus} quia, vt ostendit Salust. in Catil. hist. tēpore coniurationis erat Q. Met. Cel. in agro Piceno prætor: cui permissum erat, vt pro temporis periculo exercitum compararet. {Atq; hanc societatem præclari muneris} .i. coniunctionem præclari officij erga remp. cū tu ab armatis hostibus Italiā, ego vero à domesticis insidijs, & ab intestino scelere vrbem defendi. {Labefactatam} commotā, perturbatam. & subaudi, adiunxi, vel addixi. {Qui cum} .i. qui timeret ne fortasse tu redderes mihi aliquam vicem, & partē mutuæ voluntatis in me laudando, cum ego te honorificentissimis rebus ornassem. {Mutuæ} similis amicitiæ, sicut mea fuerat erga te. {Hoc sermone} quem supra dixi. {Quæ} quanta. {Expectatio} desiderium. {Tuæ orationis} de laudibus meis .i. quātum expectassem, vt me tua oratione laudares. {In quanto mœrore versatus essem} .i. cum à me exponeretur, in quanto mœrore, & tristitia fuissem, quia tu impulsus precibus tuorum propinquorum tacuisses ea, quæ de me fuisses dicturus. {Oratio mea} qua indicabam me cupidum laudationum de me tuarum. {Est visa} senatoribus audientibus, {Non iniucunda} .i. faceta, & digna risu, quia ostendebam me tantopere doluisse, q caruissem testimonio tuarum laudationum. {Et mediocris risus est con.} & omnes mediocriter cœperunt ridere. {Non in te} non propter te, quem dixeram impulsum fuisse precibus propinquorū, vt de me taceres, quæ dicenda statuisses. {Sed in mœrorē meū} sed propter tristitiam meam, in qua dixisse me versatum, quia de me tacuisses. {Et q} .i. pp simplicitatem aut ambitionem meam. quia aperte, & sincere confitebar me cupisse laudari abs te. {Aperte} clare, sine simulatione & insinuatione verborum, vt multi faciunt, {Ingenue} liberaliter, sincere. {Iam} dicit hāc suam orationem non potuisse sine honore, & laude Metel. esse. {Non honorifice} sine honore. {In te} pro te, vel de te. {Hoc} scilicet me. {Tuæ vocis} .i. quamuis mea facta essent & clara, & magna, ita vt non egerent testimonio, me tū desiderasse habere testimonium tuæ orationis. {Quod} responsio ad aliam eius epistolæ partem. {Nescio} quia, cum dicis pari mutuo inter nos animo, nō videris bene intelligere, quid in amicitia dicatur mutuum, cum animus tuus nō fuerit mutuus, vt tu scribis. {Equidem} ponit iudicium suum, & diffinitionem huius dictionis mutui, quantum pertinet ad amicitiam. {Par voluntas} vt ab eo ameris, quem ames, ab eo tibi benefiat, cui beneficias. {Ego} incipit disputare parem voluntatem non esse redditam. {Prætermisisse} cū ea habere possem. {Leuior} stultior. {Meæ rationes} vtilitates, & res meæ. {Ita tulerunt} ita postulauerunt, vt eam prætermitterē maxime tua causa. {Eius consilij} eius deliberationis, & propositi mei, q tua causa prætermisissem prouinciam. {In dies sing.} per quolibet dies. {Illud} q.d. verissimum, & certissimum. {Vt primum} cum primum. {Deposuerim} reseruauerim. {In con.} in conuentu, & cōgregatione populi. De concione dictum est alibi plene quot significata habeat. {Traderem} ad te deferrē. {Nihil dico} occupatio color rhetoricus, quia maxime dixit, quod se dicturum negat. {De sortitione} de diuisione prouinciarū, quæ fiebat per sortes, vt in penult. epist. 1. lib patet. {Suspicari} putare. {Collegam meum} C. Ant. qui mecum cōsul fuerat. {Me insc.} sed potius omnia esse facta me sciente, consentiente, & hortante. {Coegi} cōgregauerim. {De te} in laudem tuam. {Honorificam in te} .i. fuisse in honorem tuum. {Sed etiam con.} conuiciosam, plenam iniurijs. {In collegas tuos} contra alios prætores. tantum. n. te extuli, vt alij viderentur vituperari. {S.C.} decretum senatus de prouincia tibi decernenda. {Præscriptione} titulo. {Vt, dum} .i. donec. {Extabit} durabit, quod erit diu. quia seruabantur diligentissime senatuscon. {Officium meum in te} id quod pro te amicissimo animo feci. {Obscurum} incognitū, quia illa præscriptio senatusc. quod egerim, indicabit puto. n. fuisse scriptum M. C. opera, & causa datam fuisse prouinciam Met. {Postea vero} commemorat alia beneficia, quæ in eum contulit, postquam profectus est in prouinciam. {Profectus es} discessisti in prouinciam. {Concionibus} conuentibus populi. {Quas} quales, & quā liberales. {Quæ omnia} à me in te collata. {Cum coll.} cum diligenter consideraueris, & in vnam cogitationem reduxeris. {Tu ipse iudices} tumet sis iudex. {Ne} an. {Respondisse} satisfecisse, conuenisse. {Mutuo} ęqualiter, quia iudicabis tuum aduentū proximum non respondisse ijs, quæ pro te feci. {Imminuta} fracta, & immutata recōciliatur. n. quod semel est mutatū. {Quòd scribis} respōdet pluribus verbis huic parti, pp quam videbat Metel. multū esse commotū. {Istum an.} .i. talem animū, qui multū doleat iniuria fraterna. {Probari} laudari. {Mihi} à me. {Fraternam} voluntatem, quæ debet esse in mutuo amore. {Restiterim fratri tuo} repulerim fratrem tuū, & ei aduersatus sim. {Causa reip.} quā videbatur offendere Met. cū iniuste necatos, diceret eos, qui eā opprimere voluissent, qui eius consensu fuissent necati. {Ignoscas} parcas. {Quàm qui maxime} .s. est amicus .i. tam amo remp. q̃ ille qui plurimū amat. {Si vero} incipit tueri causam suam, & ostendere se potius fuisse oppugnatum, q̃ oppugnasse eius fratrē. {Salutem} vitā. {Impetū defenderim} furorē, in quo me sæuiebat. {Satis habeas} sufficit tibi. {De iniuria fratris} in me collata. {Quem} fratrem tuum. {Omnē conatum} oēs vires, quidquid poterat. {Sui tribunatus} erat. n. tribunus, cum oppugnaret Cic. {In meam perniciem} in meū interitum, perditionem {Parare} rebus. {Meditari} animo cogitare. {Egi cum Cl.} .i. rogaui Claudiā vxorē tuam {Cuius} .i. Muciæ sororis vestræ. hæc aūt Mucia erat nurus Pōp. {Studiū} amorem. {Necessitudine} amicitia & coniunctione, quæ erat mihi cū Pomp. {Deterrerent} dehortarentur, remouerent. {Ab alia in.} quam in me inferebat. {Ille} frater tuus. {In aliquo} ne in minimo quidem. {Improbissimus} cui iure & merito potuisset inferri iniuria. {Me con.} qui est maximus magistratus. {Abeunte magistratu} discedente à magistratu, deponente consulatum. nam cal. Ian. deponebantur magistratus, & fiebāt noui. Ouid. j. Fast. Ecce noui præeunt fasces, noua purpura fulget: Et noua conspicuū pondera sentit ebur. {Priuauit potestate habendæ con.} eripuit mihi potestatem habendæ orationis in fine magistratus mei, sicut erat mos. {Cuius} fratris tui. {Iniuria} q me priuaret potestate habendæ orationis. {Nam} dicit quare fuerit sibi summo honori. nam Metel trib. pl. noluit q Cic. aliud diceret, q̃ vt iuraret quæcunq; fecisset, se fecisse reip. causa, sperans populū non idē approbaturum. quod cum iurasset Cic. populus magna voce iuramento affirmauit eum vere iurasse. {Iusiurandum} iuramentum. {Quod} iusiurandum. {Iurauit} iureiurando affirmauit. {Magna voce} vt oēs audirent. {Insigni} notabili, quæ nulli vnq̃ ciui improbissimo facta fuerat. {Cōmunes amicos} qui essent & illius. & mei amici. {Agerent cum eo} eum rogarent. {Desisteret} cessaret. {Ab illa mente} ab illo proposito persequendi me. {Quibus} amicis. {Non esse integrū sibi} non esse in potestate sua. dicebant. n. nō licere sibi persequi ea, quæ iniuste fecisset, Imo subdit. {Etenim, &c.} dixerat. n. Met. frater tuus, nō debere dari facultatem dicēdi aliquid ei, qui ciues R. sine defensione causæ succendisset, sicut ego feceram. {Animad. in alios} alios puniuisset. {Causa indicta} .i. non dicta, nō dato termino se defendendi. in carcere. n. sunt necati multi, vt ostendit Salust. {Hominem grauem} ironice, q.d. leuissimum & improbissimū hominem, & pessimum ciuem fratrem tuū. {Qui} frater tuus. {Iudicaret} sensus est, & ordo, Qui iūdicaret eū qui liberasset curiam cæde, vrbem incendijs, Italiā bello, esse dignū eadem pœna, qua senatus omniū consensu affecerat, & punierat eos, qui voluissent incendere vrbem, & trucidare magistratus & senatum, & conflare maximum bellum.

{Senatus

{Senatus affecerat}non aſt ego, sicut ille dicebat. Nã post orationem Caton. in qua censuerat de cõfessis, sicuti de manifestis rerum capitaliũ more maiorum suppliciũ sumendũ, nẽs consulares, itemq; senatus magna pars sententiam eius laudauerũt. {Senatus decretũ factum est} sicut ille censuerat. {Vrbẽ incendere} quia Catilina Ceth. Lent. cęterisq;, quorũ promptã audaciam nouerat, mandauerat, quibus rebus possent opes factionis confirmarent, insidias cõsuli maturarent, cędem, incẽdia, aliaq; belli facinora pararent, & reliqua, quæ plenius Salust. prosequitur. {Trucidare} cędere, interficere, sicut narrat Salust. eos constituisse. {Conflare} concitare, facere. metaphora sumpta à metallis, quæ conflando conficiuntur. Iuuen. An dubitet totũ solitus conflare tonantem. {Curiam} senatores. continens pro cõtento metonymia. {Itaq;} quia ille sic locutus erat de me. {Restiti} obstiti, à resisto. {Præsenti} qui aderat, cũ ei respondi. {Disputaui} contendi, feci verba. {Sentiret} cognosceret. {Cum viro} s. cũ viro forti, intrepido, & maximi animi. {Ad iij. non.} i. tertio die ante nonas inclusiue, hoc est die iij. Ian. {Agere} dicere,
Quisque re, orare. {Tertio quoq; verbo} quolibet 3. verbo. quisq; n. (vt alio loco plenius diximus) superlatiuis iungitur, & nominibus ordinalibus: vt quisq; sapientissimus, & quintus quisq; locus. {Appellabat} nominabat me, conuertebat in me sermonem. {Ne quidquam} sensus, Nihil erat quod magis deliberasset, q̃ euertere me quacunq; via posset. {Non iudicio} facit quandam exceptionem, quia iudicio, & disceptatione possumus euertere aliquem. dicit q; neq; iudicio neq; disceptatione deliberauerat eum euertere, quia iudiciũ fit vila & cognita causa, quia Cice. fuisset superior. ergo non iudicio. i. sententia lata, à iudicibus vel à senatu. {Neq; disceptatione} i. contentione, & disputatione, quia non habebat, quod diceret pro tuẽda parte sua. {Sed vi} i. violentia. {Impressione} i. oppressione, impetu. quod quidẽ est belluarum. {Nam (vt inquit Cic. j. off.} duo genera sunt decertandi, vnum per disceptationem, alterũ per vim: quorum illud est hominum, hoc belluarũ. {Euertere} deijcere, prosternere. tractum ab ędificijs, quæ cũ diruuntur, dĩr euerti. Virg. Aut quid in euersa vidi crudelius vrbe? Item Cic. j. off. De diripiendis atq; euertendis vrbibus, &c. {Temeritati} stultæ audaciæ. {Virtute, atq; animo} i. fortitudine animi. {Fortem in cõsulatu} cum non timui insidias coniuratorum, & nullũ periculum fugi pro rep. defendenda. {Casu} fortuna quadam. quia nihil mihi euenisset aduersi, in quo posset probari animus meus. {Quãm consilio} i. q̃ oratione, & sapientia. {Te cęlatum fuisse de maximis rebus} eum non cõmunicasse tecũ res maximas, quia etiam cõmunicasset hanc rem. &, vt supra notauimus, dicimus, Cœlo te hanc rem. Ouid. in Heroid. Hoc te celauimus vnum. & iungitur ablatiuo, vt hic. {Impertiuit} participauit, communicauit. {Consilij sui} de me persequẽdo. {Lenis} mitis, benignus. {Expostulem} conquerar. {De his ipsis reb.} quas contra me fecit, de quibus posses etiam tu iure accusari, si eas tibi impertiuit, cũ tu eas non curaueris prohibere. {Etsi} probat se non esse cõmotum in Metellum ob dictum, vt Celer scripserat, sed ob inimicissimum eius in se animũ. {Consilio} deliberatione pessima, vt me euerteret. {Commotum} iratum. {Humanitatem} consuetudinem. {Si humanitas appellãda est} quia remissio animi, accepta acerbissima iniuria, potius est appellanda vel stultitia, vel simplicitas quædam, q̃ humanitas. {Remissio animi} mollificatio, placatio.
Dissolutio {Dissolutio} plus est, q̃ remissio: est. n. libera relaxatio animi, & negligentia quædam {Acerbissima iniuria} quę non solum fieret in fortunas meas, sed etiam in salutem. {Nulla} probat remissionem animi sui. {Assensi ijs} i. secutus sum tantum sententiam eorum, qui mitius contra fratrem sentire videbãtur. {Lenissime} mitissime. {Addam etiam} plus dicam & adiungã id. {Quod non debui curare} quia non tenemur defendere inimicos, quos si nolumus oppugnare, non tenemur tñ curare, vt subleuẽtur. quod Cic. de Metello se fecisse dicit. {Nõ moleste tuli} non dolui, q; frater tuus subleuaretur senatu consulto. {Atq; etiam adiuui} quod est plus. {Pro mea parte} quantum ego possem, & valerem suffragia mea. {Subleuaretur} fauorem haberet. fortasse accusatus fuerat de administratione tribunatus sui, aut aliquid petiuerat, quod Cic. adiuuit, vt obtineret. {Quia erat tuus frater} non alia causa eum adiuui, nisi tua, quia erat frater tuus. {Quare conclusit se non oppugnasse Metellum, vt eius frater scripserat, sed repugnasse: nam oppu-
Oppugnare Repugnare gnare est contra pugnare nocendi causa, repugnare vero est cõtra pugnare defendẽdi causa. {Repugnaui} restiti. {Mobili} mutabili. nam scripsit Metel. in epist. superiore, Etiã mobili in me, meosq; animo non fore sperabam. respondet igitur Cice. huic parti dicens, se non fuisse animo mobili, sed potius ita stabili, vt etiam desertus ab officijs eius, qui debuerat eum defendere cõtra fratrem, à quo iniuste oppugnabatur, tñ permaneret in pristina voluntate erga eũ. {Ab officijs tuis} qui debueras me tueri. Minitanti. i. frequentatiui verbi est participium. Minitanti. i. prædicenti, & prænuncianti mihi mala: quia scripserat, Non erit mirandũ, si vos pœnitebit. {Ignosco} quia ex fraterno affectu prouenit. {Summam laudem tribuo} vehementer laudo, quia facis quod debet frater pro fratre. {Meus sensus} meus affectus, & motus animi naturalis. {Quãta vis fraterni amoris} quantum valeat amor fratris, ideo ignosco tibi, immo etiã laudo, q; tantopere commouearis pro periculo fratris. {A te peto} & est fere sensus, Sicut ignosco tibi, q; pro iniuria fraterna doleas, ita peto à te, vt ęque etiã & iuste iudices de dolore meo, nec velis iudicare, aut existimare me temere motum esse cõtra fratrem tuũ. {Dolori meo} quem accepi de acerbissima iniuria à fratre tuo mihi illata. {Si acerbe} sententia est: Peto à te, vt iudices non solum licuisse mihi defendere me, verum etiam me fuisse defendẽdum tuo auxilio, & exercitus tui in tali causa, vbi agebatur de salute mea, q a acerbe, crudeliter, & sine causa sum oppugnatus à fratre tuo. Si affirmatiue ponitur, non dubitatiue. {Acerbe} aspere, crudeliter ad persecutionẽ vitæ. {Sine causa} quia nec ipse fuerat vnquam à me offensus, nec quidquam etiam feceram contra remp. sed potius pro rep. {Statuas} iudices, existimes. {Non cedendũ mihi fratri tuo} i. non repugnandum ei. nam cedere alicui oppugnanti est ei non repugnare. {Tuendum} defendendum & à te, & ab exercitu tuo. {Laboraui} curaui, dedi operam. {Maneo} perseuero. {In voluntate} vt sum tibi amicissimus. {Quoad} quantum, quandiu. {Citius} quamuis odium meum in fratrum tuum iustum sit, tamen citius causa & amore tuo eum desinam habere odio, quãm propter odium illius quidquã diminuatur de nostro amore. {Detraham} diminuam.

S I tu, &c.} Respondet particulatim epistolæ superiori, refellitq; singula ferẽ eius dicta probans nec animum, nec amorem Metelli fuisse mutatum, nec se habuisse ipsum ludibrio, nec gratiam reconciliatam, nec se fratrem eius ob dictum capite oppugnasse, sed de aduersus eum defendisse, cum dictitaret ea pœna Cic. affeci debere, qua ipse ciues Romanos affecisset, videlicet Catilinam, Lentulum, Cethegum, & cęteros coniuratos. At contra significat se vsum erga fratrem Metelli omni humanitate & clementia, seq; Metelli amicitiã conseruaturum, rogans vt simili in se sit animo. Ordo est. Si tu & exercitus valetis, bene. i. recte res se habet. Scribis ad me, te existimasse pro mutuo inter nos animo, & pro reconciliata gratia, te nunquam lęsum iri. i. lædendũ fuisse à me ludibrio. i. cõtumeliosa irrisione præsertim in facto, cũ iocus fit in verbis. qd. s. scriptum aut dictũ tuum, cuiusmodi sit, non possum intelligere satis, sed tamen suspicor esse allatum ad te. i. tibi denunciatum, me dixisse in senatu, cum disputarem. i. disputando assererem, permultos esse, qui dolerent remp. seruatam sup. esse à me, propinquos tuos, quibus non posses. s. decenter negare, hoc est fratrem tuum, impetrasse à te, vt taceres ea, quæ statuisses dicẽda, sup. esse, tibi. i. à te, in senatu de laude mea, hoc est eos impediuisse, ne à te laudarer. Quod cum dicerem, adiunxi illud, officium fuisse mihi in retinenda salute reip. dispertitum. i. diuisum tecum, vt ego sup. defenderem vrbem. s. Romam ab insidijs & ab scelere intestino. i. quod à ciuibus oriri possit, vtpote ab incẽdio, ędium ac cæde bonorum, tu defenderes Italiam, & ab hostibus armatis. s. auctore Catilina, sub Mallio quodã. Nam Q. Metellus Celer, ad quem hęc scribuntur, tempore belli Catilanarij prætor erat in agro Piceno, cui permissum erat exercitum comparare, vt scribit Salust. & ab occulta coniuratione. i. ne aliæ ciuitates conspirarent, atq; sup. adiunxi, hanc societatẽ nostram tanti. i. tam magni & tam præclari muneris, vtpote conseruationis reipub. Romanæ, labefactatam. i. debilitatam, & dissolutam à propinquis tuis. fratrem vbiq; tangit. qui, cum tu ornatus esses à rebus amplissimis atq; honorificentissimis, quia prætura & auctoritate exercitus diligendi, timuissent ne. qua pars voluntatis. i. beneuolentiæ mutuæ tribueretur mihi abs te. i. à te. Cũ in hoc sermone exponeretur à me, quæ. i. qualis, aut quanta expectatio mea orationis tuæ esset. i. quantopere expectassem orationem tuam de laude mea, & in quanto errore versatus essem, oratio sup. mea visa est. s. audientibus non iniucunda, & risus quidam non mediocris consecutus est nõ in te, sed in errorem meum. Et q; confitebar aperte atq; ingenue, id est, simpliciter & sine dissimulatione, vt ingenuum decet, me

cupisse ASCEN.

cupisse laudari abs te.propter quem risum forte Metellus se ludibrio habitum scripserat,in quo errauit, vnde addit. Iam hoc non potest esse dictum in te non honorifice, me voluisse habere aliquod testimonium vocis.i.orationis tuæ,tameo.i.tametsi, in clarissimis atq; amplissimis rebus meis,q.d.quæ laudibus nõ egerent. Quod autem ita scribis pro mutuo inter nos animo, nescio quid tu existimes mutuum esse in amicitia. Equidem.i. ego quidem arbitror hoc.s.mutuum esse in amicitia,cum par.i. similis,& ęqualis voluntas accipitur, & redditur. Ego si dicam videlicet me prætermisisse, prouinciam.s.Hispaniam, tua causa, vt.s.tu eam obtineres, ipse.i.ego videar tibi esse leuior.i.nimis leuis & inconstans in amicitia, & iactãtior in dicto. Rationes enim meæ.i.dispositiones, & conditiones, status mei,tulerunt.i.exegerunt ita.s.vt tibi prouinciã permitterem,atque capio in dies singulos maiorem fructum, & voluptatem eius con silij mei. Ego dico.i.affirmo illud, me vt primum deposuerim in concione.i.recusauerim prouinciam, cœpisse statim cogitare, quemadmodum ego traderem eam tibi. Ego nihil dico de sortitione vestra.i.tua,& collegæ,ego tantum.i.duntaxat, volo te suspicari nihil esse factum ea re per collegam meum.i.C. Antonium,qui mecum consul fuit, me inscienre, & ita non minus per me, quàm per collegam prouinciam sortitus es. Recordare.i.reduc ad memoriam cętera,quàm cito coegerim.i.congregari fecerim,senatum illo die sortitione.s.prouinciarum facta, quàm multa verba fecerim de te. Cum tu ipse dixisti mihi orationem meam fuisse,non solum honorificam in te, sed etiã contumeliosam in collegas tuos.i.competitores. Iam continuatiua est particula.illud senatuscõsultum, quod factum est eo die, est ea præscriptione.i.habet eam præscriptionem.i.titulum, vt dum.i.donec,id.s.senatusconsultum, extabit.s.scriptum in publicis actis,officium meum non possit esse obscurum in te. Vero.i.sed,velim recordere, quæ ego egerim in senatu de te,postea quàm profectus es,quæ ego dixerim de te in concionibus quas, id est,quãtum amicabiles ego miserim literas ad te. Quæ cum collegeris.i.ad memoriã reduxeris omnia, velim sup.vt tu ipse iudices,ne.i.an,tuus aduentus, cum venisti proxime.i.breuissime post Romam, videatur respõdisse mutuo,satis omnibus his rebus.i.officijs meis in te,q.d.scio ꝗ nequaquam. Non intelligo sup.id quod scribis de gratia nostra reconciliata, cur dicas sup.gratiam nostram reconciliatam,quæ nunquam imminuta est. Quod scribis non oportuisse Met.fratrem tuum oppugnari à me ob dictum: ego velim existimes primum hoc istũ animum tuum.s.in fratrem tam pium & voluntatem fraternã plenam humanitatis,ac pietatis,probari.i.comprobari, & placere mihi vehemẽter. Deinde sup.velim quod à superiore repetitur: alij addiderũt peto: si ego restiterim fratri tuo, in qua.i.aliqua re,causa reip.vt ignoscas mihi. Ego enim sum tam.i.tantopere amicus reip.quàm.i.quantopere sup.is est,qui maxime est amicus eius. Si vero defenderim salutem meam contra impetũ eius crudelissimum in me: habeas satis.s.esse me nihil conqueri tecum etiam num de fratris tui iniuria,quem.s.fratrem tuum,cũ ego comperissem parare, atq; meditari.i.exercere, omnem conatum tribunatus sui in perniciem meam, egi cum Claudia, seu Clodia,vxore tua,& cum Mucia sorore vestra, cuius studiũ, id est,fauorem erga me, ego perspexerã.i.cognoueram in multis rebus,pro necessitudine Cn.Pompeij.i.quæ erat nobis cum Pompeio, vt deterrerent eum ab illa iniuria.s.mihi inferenda. Atq; ille.s.frater tuus (quod credo te audiuisse) affecit pridie.i. die præcedente, cal.Ian.hoc est vltimo Decemb.me consulem ea iniuria,qua nemo ciuis improbissimus.i.licet esse improbissimus,affectus est vnquam in aliquo magistratu.i.dũ gereret aliquem magistratum,licet infimum: affecit,inquam, me iniuria, cum conseruassem remp.atq; priuauit me abeuntem magistratu.s.consulari,potestate concionis.i.orationis ad populum conuocatum habendæ.cuius iniuria fuit tamen.i.nihilominus,sup. mihi summo honori. Nam cum ille.s.frater tuus, nihil permitteret mihi.s.agere,aut dicere,nisi vt iurarem.s.iuste contra coniuratos processisse: ego iuraui magna voce,vt omnes audirent, iusiurandum.i.iuramentum verissimum, atq; pulcherrimum.i. honestissimum, quod populus idem.s.cui coactus sum iurare, aut quod idem populus iurauit magna voce, me iurasse vere. Hic.i hoc tempore, & loco, ego tam insigni iniuria accepta.i. postquam tam insignem iniuriam acceperam, tamen.i.nihilominus,nisi illo ipso die ad Metellum.s.fratrem tuum, amicos communes.s.nobis,qui agerent cum illo.i.rogarent, & monerent illum, vt desisteret ab illa mente.i.voluntate tam iniqua in me,quibus ille respondit non esse integrum sibi.i.se non habere amplius integram potestatem.s.desistendi. Enim.i.quia ipse dixerat paulo ante in concione.i.oratione ad populum habita,non oportere potestatem ad dicendum fieri ei:ipsi, qui animaduertisset in alios.i acriter puniuisset alios.s.coniuratos,causa indicta.i.non purgata,hoc est nõ dato reis ad se purgandum loco. Hominem,ironia est, quæ vt non videatur ex ira nasci,nõ adiecit particulam o.i.o hominem grauem, & ciuem egregiũ. videlicet Metellum fratrem. est,vt dixi, ironia. qui iudicaret dignum eadem pœna,qua senatus affecerat consensu omniũ bonorum eos,qui voluissent incendere,vrbem: trucidare.i truculenter occidere magistratus.s.annuos,& senatum.i.patres conscriptos: & voluisset conflare.i.construere bellum maximum, eum qui liberasset curiam.s.patrum conscriptorum cęde, & liberasset vrbem incendijs,& Italiam bello. Itaq; ego restiti Metello fratri tuo præsenti. Nam ego disputaui in senatu cal. Ian. de rep.sic, vt sentiret pugnandum esse sibi cum viro forti,& cõstanti,quod idem est, ac si dicat Cice.metum disputat. Cum.s. Met.frater tuus,agere.i.disceptare, cœpisset ad tertium nonas Ian.appellabat me tertio quoque verbo.i.de tribus verbis orationis suæ semper vno, & minabatur mihi. Neque quidquam fuit deliberatiuis ei.i.magis deliberate constitutum ab eo.s.fratre tuo,quàm euertere,me quacunque ratione posset, non iudicio,neq; disceptatione,sed vi atq; impressione.i.violento impetu. Si ego nõ restitissem virtute, atq; animo temeritati huius.i. huiusmodi inimici: quis esset, qui non existimaret me fuisse fortem in consulatu.s.meo,potius casu, quàm consilio.i.proposito deliberato,q.d.nullus. Si tu nescisti Metellum.s.fratrẽ tuũ, cogitare hæc de me,tu debes existimare te esse cęlatum.i.occultationem tibi factam à fratre.s.tuo,de rebus.s.maximis. Sin autem.i.sed si,sup.frater, impertiuit tibi.i.communicauit tecum, aliquid consilij sui: ego debeo existimari à te lenis, & facilis.i. inconstans & minime strenuus, qui non expostulem tecum.i. agam tecum iniuriarum de ipsis rebus.i.propter ipsas res. Etsi intelligis me non esse commotum dicto.i.solo verbo Metelli.s. fratris tui,vt scribis, sed consilio eius,& animo inimicissimo in me. Cognosce nunc humanitatem meam,si remissio ac dissolutio.i.fractio animi in iniuria acerbissima,est appellanda humanitas,q.d.potius appellabitur ignauia,aut inertia,seu pusillanimitas.nulla sententia est dicta vnquam à me,in.i.contra fratrẽ tuum,quotiescũq; aliquid est actum.s.in fratrem tuum, ego sedens,& ita parum intentus assensi his,qui visi sunt mihi sentire leuissime.i.facillime,& minimum grauiter in fratrem tuũ. Ego addam etiam illud,ꝗ ego non debui,iam.s.animo eius cognito curare,sed tameo tuli fieri.i.vt fieret,non moleste.i.non grauate.atq; etiam audiui pro mea parte, vt fieret, videlicet vt inimicus meus,qui erat frater tuus,subleuaretur.i.ab accusatione liberaretur,S.C.i.decreto totius senatus. Quare ego non oppugnaui fratrem tuũ, sed repugnaui fratri tuo. Oppugnat enim ille,qui prior inuadit,& aggreditur. Repugnat vero ille, qui oppugnanti resistit. Expugnat autem,per quos oppugnat, vincit, & capit. Nec fui in te,vt scribis, animo mobili.i.variabili, hoc est nõ habui animum mobilem,sed fui animo ita stabili,vt ego desertus ab officijs tuis permanerem in mea voluntate.i.beneuolentia erga te. Atq; rescribo, atq; respondeo hoc ipso tẽpore tibi pene minitanti nobis per literas. Rescribo inquam quæ sequuntur. Ego non solum ignosco dolori tuo, quẽ de fratris aduersitate cepisti,sed tribuo,sup.ei etiam summam laudem. Etenim.i.quia sensus meus.i.proprium ingenium & propria natura,admonet me,quãta.i.quàm magna sit vis.i.potestas amoris fraterni. Expertus.n.erat in Q.F.suum. peto.i.quod dicunt, requiro,quoq; à te, vt præbeas te iudicem ęquum dolori meo,si ego oppugnatus à tuis,acerbe,si crudeliter, si sine causa,vt statuas.i.in animo tuo iudices,non modo non cedẽdum,sup.fuisse mihi, sed etiam supple me fuisse tuendum.i.protegendum, in eiusmodi causa.s.pro repub.auxilio tuo atq; exercitus tui. Ego volui te esse semper amicum mihi, & laboraui vt intelligeres me esse amicissimum tibi.manen in voluntate, & permanebo quoad.i.donec voles,& ego desinam citius amore tui.i.propter amorem meum in te,odisse fratrem tuum,ꝙ quidquam detrahatur de beneuolentia nostra odio illius. Notum est odisse, licet præteritæ sit vocis,etiam præsentis esse significationis,à verbo odi: nam odio in vsu peritorum non est, nisi forte odias semel apud Cic.pro oderis scriptum velis.

MVCIA, Pompeij Magni vxore, Scęuolæ filia,quam postea dimissam, ꝙ adulterium cum Cæsare commisisset,M.Scaurus, Syllæ priuignus, in matrimonium duxit. Pedianus, Suetonius. PAVL. MAN.

Giberti

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

A gnoscit improbitatem fratris Metellus; &, cur Ciceroni non plura scribat, rationem dicit.

Q. METELLVS NEPOS S. D. CICERONI. 3

HOMINIS importunissimi contumeliæ, quibus me crebris concionibus onerat, tuis erga me officijs leniuntur: &, ut sunt leues huiusmodi homines, à me despiciuntur: libenterque, commutata persona, te mihi fratris loco esse duco. de illo ne meminisse quidem uolo: tametsi bis eum inuitum seruari. De me, meisq; rebus, ne uobis multitudine literarum molestior essem, ad Lollium perscripsi; de rationibus etiam prouinciæ quid uellem fieri, ut is uos doceret, & commonefaceret. Si poteris, uelim pristinam tuam erga me uoluntatem conserues. Vale.

HVBER. HOMINIS} L. Metellus, Q. Met. frater, de quo in superioribus epist. vidimus, non solum Romæ oppugnabat Cice. verum etiam crebro ad fratrem suū scribebat literas contumeliosas de Cic. qui tñ nunquam desistebat ab officio erga Q. Metellum, sed quanto magis eius frater Q. Metel. contra Cic. irritare videbatur, tanto magis Cic. permanebat in voluntate, & quotidie plura faciebat pro Q. Metello. qui tandem, cognita iniquitate fratris, scribit ad Cic. se paruifacere querelas fratris, hominis importunissimi, & leuissimi: velleq; eum habere loco fratris. Postremo dicit, quare non scripserit de rebus prouinciæ, nisi ad Lęliū. }Hominis} fratris mei. }Importunissimi} infestissimi, tędiosissimi, qui, nulla habita ratione tui, qui fueras laudandus, vbi te damnat, aut mei, qui gero bellum, quotidie scribit ad me contumeliose de te. }Contumeliæ} iniuriæ de te. }Onerat} fastidit, obtundit, implet. }Concionibus crebris}.i. crebris literis prolixis, quales sunt conciones. nam concio (vt supra diximus) significat suggestum, vnde verba fiunt, & congregationem populi, & orationem, quæ habetur ad populum. ideo nunc appellauit literas Metelli fratris conciones, propter prolixitatē, vt supra alio loco literas longi subsellij, vt noster Pomp. dicere solebat. i. cōciones. }Tuis officijs} ijs quæ quotidie pro me humanissime facis. }Leniuntur} mitigantur, minoris à me fiunt, minus me mouent. }Leues} contēptibiles, nullius estimationis. }Commutata persona} posito te loco fratris mei. }Duco} pono, puto. }Meminisse} quia nō possum meminisse eius sine molestia, cum video eum ita leuem. }Bis} fortasse enim bis fuerat oppugnatus, non solum à Cice. sed ab alio. }Seruaui} tutatus sum, ne dānaretur. }Meis rebus} quas in prouincia gessi. }Multitudine lit.} scribendo ad singulos. }Doceret vos} redderet vos certiores, vt vulgo dicimus, informaret vos. }Si poteris}. h. d. propter iniuriam, quam acceperat ab eius fratre.

ASCEN. HOMINIS, &c.} Hoc epist. Metellus reconciliata gratia forsitan epist. superiore, etiam contempto fratre, cōmendat Cice. rem suam, quam ad Lęlium perscripserat, dicens, Contumeliæ. i. contumeliose de te querelæ, hominis importunissimi, videlicet fratris mei, qui cum tecum in gratia esse, mihi & gratum, & iucūdum sit, discordiam interserere nititur, quibus onerat. i. vsq; ad fastidium me fatigat, crebris cōcionibus. i. literis tam prolixis, & accurate scriptis, quasi ad populum contra te oraret, leniuntur. i. mitigantur tuis officijs. i. officiosis dictis & factis erga me, & huiusmodi homines tam frater, q̄ alij, vt sunt leues. i. faciles & inconstantes, despiciūtur à me. & libenter duco. i. reputo te esse mihi loco fratris, persona. s. fratris commutata. s. in tuam, vt tu sis mihi fratris loco, & ille, quia leuis, & iniurius in te, sit mihi pro hoste habendus, vt te immeritum habueram. Ego ne quidem. i. nō saltem, volo meminisse. i. mentionem amplius facere de illo. tametsi seruaui eum bis inuitum. i. nolentem seruari, sed sese periculo committere gestiētem: siue in foro, siue in bello ignotum est. Ego scripsi ad Lęlium de me, & rebus meis, ne essem molestior. i. plus, quàm decet molestus vobis, hoc est tibi & cęteris amicis multitudine literarum, vt is doceret vos, & commonefaceret, quid velim fieri de rationibus prouinciæ. Velim si poteris, sup. id facere, vt sup. conserues pristinam voluntatem tuam erga me.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Metelli auxilium in rebus suis aduersis exposcit.

M. CICERO S. D. Q. METELLO NEPOTI COS. 4

*LITERAE Q. fratris, & T. Pomponij, necessarij mei, tantum mihi spei dederant, ut in te nō minus auxilij, quam in tuo collega mihi constitutum fuerit. itaq; ad te literas statim misi: per quas ut fortuna postulabat, & gratias tibi egi, & de reliquo tempore auxilium petij. postea mihi non tam meorum literæ, quàm sermones eorum, qui hac iter faciebant, animum tuum immutatum significabant. quæ res fecit, ut tibi literis obstrepere non auderem. nūc mihi Quintus, frater meus, mitissimā tuam orationem, quam in senatu habuisses, perscripsi: qua inductus, ad te scribere sum coactus: & abs te, quantum tua fert uoluntas, peto, quæsoq;, ut tuos mecum serues potius, quàm propter arrogantiam, & crudelitatem * tuorum me oppugnes. tu, tuas inimicitias ut reip. donares, te uicisti, alienas ut contra remp. confirmes, adduceris? quòd si mihi tua clementia opem tuleris; omnibus in rebus me fore in tua potestate tibi confirmo. sin mihi neq; magistratum, neq; senatum, neq; populum auxiliari propter eam uim, quæ me cum rep. uicit, licuerit: uide, ne, cum uelis reuocare tempus omnium conseruandorum, cum, qui seruetur, non erit, non possis. Vale.*

Clodianorum, nā & lib. 4. ad Att. epist. 3. appellatur hic Metellus frater P. Clodij, Ciceronis inimici.

HVBER. LITERAE} Scribit Cic. ad Q. Metellū Celerem se primum posuisse maximam spem de restitutione & salute sua in eo propter literas, quas à Q. Cic. fratre suo, & à T. Pomponio acceperat de optima mente ipsius Metelli, sed postea intellexisse eū mutasse animum, destitisseq; ipsum tueri. Itaq; eum rogat, vt velit eum seruare, dum potest, ne eum velit postea reseruare, cum non poterit. Videtur aūt hæc epistola scripta, cum Cic. eiectus fuisset in exilium per Clodium & Clodianos. }Q. Fratris}. s. mei. appellabatur. n. Q. Cice. frater Cic. }T. Pomponij} is est, qui Atticus cognominatus est, q̄ ab Athenis singularem sapientiam reportarit, vt ostendit in procēmio de senectute. }Necessarij} amici familiaritate coniuncti. }Constitutum} positum, firmatū. }Quàm in collega} alij Pansam dicunt. ego * P. Lentulum sentio, qui consul cum Metello fauit plurimum Cice. vt restitueretur in patriam, vt in j. lib. visum est. }Minus auxilij} in meis miserijs, & malis. }Itaque} quia tm̄ spei in te constituram. }Gratia egi} dixi tibi gratias de eo, q̄ fecisses pro me. }Vt fortuna postulabat} vt exigebat fortuna miseri & exulis. quæ postulabat, vt essem submissus, & ei gratias agerem, qui mihi benefecisset. }De reliquo tempore} de futuro, vt mihi non deesses. }Non tā meorum} excipit suos, ne faciat eos suspectos aut inuisos Metello. }Eorū} Romanos. }Hac} per hāc regionē existimant quidam eum tūc fuisse Dyrrhachij. }Immutatum} contra me valde mutatum, vt amplius mihi non faueres. }Obstrepere literis} literis tibi aliquid dicere, & auribus tuis insonare. }Non auderem} quia intelligerē te immutatum, & factum mihi inimicum. }Nunc} nuper. }Mitissimam} humanissimam. }Qua} oratione tua mitissima. }Inductus} motus, persuasus. }Coactus} compulsus, quia aliter visus fuissem ingratus. }Quantum tua voluntas fert}. i. quātum vis. }Tuos} amicos, & propinquos, qui non poterunt esse satis tuti, me pereunte. }Arrogātem} superbam, temerariam. }Tuorum} intelligit Metellum, eius fratrem, de quo in præcedentibus epistolis vidimus, & Clodium qui trib. pl. Cic. eiecerat in exilium, vt alibi diximus plenius. }Me oppugnes} mihi noceas, mihi sis inimicus. }Tu} argm̄ à maiore ad minus. & est sensus, Tu, inqt, proprias inimicitias reip. causa deposuisti, & oblitus es, & poteris sustinere, & confirmare alienas contra rep. q. d. non facies. }Donares reip.}. i. reip. causa deposuisti. }Vicisti te} superasti animum tuum, qui te ad vindictam trahebat. }Alienas} fratris tui & aliorum. }Cōtra remp.} quia qui me oppugnant, faciunt contra remp. quam ego semper defendi, cuius sum pater, & patronus.

qui retulit ad senatum de Cic. restituendo.

tronus.} Adduceris} moueberis, q.d. non.} Quod si} ostendit q̃ grato animo sit accepturus eius beneficium.} Opem tuleris} auxiliatus fueris.} Confirmo} certissime promitto.} Fore in tua potestate} facturum quidquid iusseris.} Magistratus} prætores, consules, & alios, qui honores, & officia habẽt. Ordo est. Si neq; licuerit magistratus, neq; senatum, neq; populũ auxiliari mihi propter eam vim, quæ vicit me cum rep. vide, ne, cum velis reuocare tempus omnium seruandorum, non possis, cũ non erit, qui seruetur.} Si neq; magistratum licuerit auxiliari} si magistratus non potuerunt mihi auxiliari.} Cum rep.} quia contra voluntatem reip. illata est mihi vis & iniuria.

ASCEN. LITERAE, &c.} Verum est, quod Comicus dicit, rerum esse vicissitudinem. in superiori epistola, cum Cic. adhuc in senatu staret, & Metellus in Hispanijs ageret, eguit Metellus opera Cic. quam illi, qua erat humanitate, & prudentia præditus, nõ grauate impensam, nunc cum factione Clodij ob cędem ciuium exularet Dyrrhachij, repetit dicẽs se maximam spem de restitutione sui in Metello posuisse ob literas, quas acceperat, se intellexisse illum mutasse animum, & se velle deserere. quod ne faciat, rogat, & vt accuret, interea dum potest. Ordo est. Literæ Q.F.s. mei, T. Pomponij necessarij mei, dederunt mihi tm̃ spei, vt non minus auxilij fuerit constitutum. i. animo conceptum, mihi in te, q̃ in collega tuo. s. Lentulo. de quo in prima 1. lib. epist. dictum est. Itaque. i. &' ita ego misi statim literas ad te, per quas, vt fortuna postulabat, quia (vt dicitur in Hecyra Terentiana) profecto (vt puto) Hoc si est omnibus nobis, vt res dant sese ita magni, atq; humiles sumus: &. i. simul, egi tibi gratias, &. i. simul petij auxilium. s. tuũ, de. i. pro reliquo tempore. Postea non tam literæ meorũ, quàm sermones eorum, qui faciebant iter hac. i. per hunc locum, vbi sum, hoc est, vt plures volunt, per Dyrrhachium, significabant mihi animum tuum immutatum. quæ res fecit, vt nõ auderem obstrepere. i. inuite audituro strepitum facere, literis meis. Nũc Q.F. meus scripsit mihi orationem tuam mitissimam. i. placatissimi animi indicem, quã habuisses in senatu. qua oratione. i. cuius orationis fiducia, ego inductus, sum coactus. i. compulsus, ne præter officium facerem, si scriberem ad te, peto abs te, quantum voluntas tua fert. i. patitur. s. rogari, & quæso. i. oro, vt serues potius tuos. s. necessarios, vt fratrem, & Clodium mecum q̃ oppugnes me p.p. arrogantiam. i. superbiam crudelitatem tuorum. Tu vicisti teipsum. i. iram tuam, vt donares reip. i. ob amorem, & vtilitatem reip. inimicitias tuas. s. quas concepisti in me & adduceris. i. sinis, aut fines te adduci, vt cõfirmes alienas. s. inimicitias, vt Clodianas, contra remp. Quòd si tuleris mihi opẽ, clementia. i. propter clementiam tuam, ego cõfirmo. i. firmiter promitto, me fore in potestate tua in omnibus rebus. Si neque licuerit. i. licitum fuerit, magistratum. i. eos, qui publicum egerunt honorem, neq; senatum. i. ordinem patrum conscriptorũ, auxiliari mihi propter eam vim. i. violentiam, quæ vicit me cũ rep. hoc est tribunitiam vim, quam Clodius exercuit, vide, ne cum velis reuocare tempus omnium seruandorum. i. iterũ seruandorum, quod vulgo dicitur Saluandorum, non possis, sup. reuocare: cum is, qui seruetur, non erit, q.d. cum Clodius effecerit, quod Catilina conatus fuerat.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Commendatoria est epistola, Verum, cum Ciceroni data esset occasio experiundi animum Antonij, ingratitudinem illius, & animum, beneficiorum immemorem, egregie perstringit.

CICERO S. D. C. ANTONIO M. F. IMP.



TSI statueram nullas ad te literas mittere, nisi commendaticias; non quòd eas intelligerẽ satis apud te ualere, sed, ne ijs, qui me rogarent, aliquid de nostra coniunctione imminutum esse ostenderẽ: tamen cum T. Pomponius, homo omnium meorum in te studiorum & officiorum maxime conscius, tui cupidus, nostri amantissimus, ad te proficisceretur, aliquid mihi scribendum putaui, presertim cum aliter ipsi Pomponio satisfacere non possem. Ego si abs te summa officia desiderem, mirum nemini uideri debeat. omnia enim à vide epist. 8. huius lib. *me in te profecta sunt, quæ ad tuum * commodum, quæ ad honorem, quæ ad dignitatem pertinerent. pro ijs rebus nullam mihi abs te relatam esse gratiam, tu es optimus testis. contra etiam esse aliquid abs te profectum, ex multis audiui. nam, comperisse me, non audeo dicere; ne forte id ipsum uerbum ponam, quod abs te aiunt falso in me solere conferri. sed ea, quæ ad me * delata sunt, ma*lo te ex Pomponio, cui non minus molesta fuerũt, quàm vide ad Attic. epist. 10 lib. 1. *ex meis literis, cognoscere. meus in te animus quàm singulari officio fuerit, & senatus, & populus R. testis est: tu quàm gratus erga me fueris, ipse existimare potes. quantum mihi debeas, cæteri existiment. ego, quæ tua causa antea feci, uoluntate sum adductus, posteaq; constantia: sed reliqua, mihi crede, multo maius meum studium, maioremq; grauitatem, & laborem desiderant: quæ ego si non profundere, ac perdere uidebor, omnibus meis uiribus sustinebo: sin ingrata esse sentiam, non committam, ut tibi ipse insanire uidear. ea quæ sint, et cuiusmodi, poteris ex Pomponio cognoscere. Atq; ipsum tibi Pomponium ita commendo, ut, quanquam ipsius causa confido te facturum esse omnia, tamen abs te hoc petam, ut, si quid residet in te amoris erga me, id omne in Pomponij negotio ostendas. hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.*

ETSI} C. Antonius collega fuit Cic. quo tempore coniurauit Catilina contra patriam: quem cum Cice. pactione prouinciæ, vt Sallust. scribit, in agrum Pistoriensem aduersus Catil. cum exercitu misisset, q. ei diffidebat, ne in defendenda rep. & opprimenda coniuratione ab eo dissentiret, ille cum cognouisset id à Cic. hac causa esse factum, alienatus est aliquantulum ab eo: & dicebat, se comperisse Cic. multa in se & dixisse & fecisse indigna amicitia sua. Itaq; his de rebus Cic. eum corripit, & ostendit longe contra esse, quia affecerit C. Antonium multis officijs, quibus ille nullam gratiam reddidit, suorum aũt in eum officiorum testem esse senatum, & P.R. in quibus dicit se constanter perseueraturum, si modo ille non fuerit penitus ingratus. Postremo commendat ei T. Põp. cuius causa dicit se scripsisse ea, quæ scripsit præter commendationem, quia fuisset conscius eorum, quæ Cic. contulit in C. Antonium.} Statueram} decreueram.} Nisi con.} nisi in quibus aliquem tibi commendarem, coactus & compulsus non mea spõte, quia literas commendatitias, vt plurimum scribimus rogati & coacti ab amicis.} Satis valere} multum pondus habere, & prodesse ijs, quos commendarem.} Sed ne} sed ne per me intelligeretur aliquid esse diminutum de nostra amicitia. quod quidem fieret, si ijs, qui me rogarent, recusarem scribere, quia dicerent me id facere, quia essem à te alienatus.} Cõiunctione} amicitia, quæ ex coniunctione consulatus inter nos fuit.} Tamen} licet statuissem scribere ad te nullas literas, nisi cõmendatitias.} Studiorum} beneuolẽtiæ.} Et officiorum} quæ pro te fecerim.} Maxime conscius} maxime gnarus. i. qui maxime scit.} Tui cupidus} qui tibi bene vult, vt ostendat eum esse communem amicum, & ideo magis credenda, quæ ei dicet.} Præsertim} licet putauit credendum aliquid, tñ dicit præcipuam causam fuisse Pomponiũ, qui instabat, vt scriberet.} Satisfacere} facere quod vellet.} Aliter} nisi ad te scriberem.} Ego} tũm incipit exponere mentẽ suam. & est sensus, nemo debet mirari, si ego à te desidero maxima officia, quia ego pro te feci, quæ ad honorem, & commodum tuũ pertinebat.} Debeat} pro debet, vel debebit.} Videri mirum n.} i. nemo debet mirari.} Desiderem} expetã, Desidero. tanquam quæ minime præstes: nam desideramus quæ absunt.} Omnia. n.} ratio, quare desideret ab eo summa officia} Profecta sunt à me in te} collata sunt, peruenerunt.} Ad dignitatem} ad amplitudinem, & existimationem tuam.} Pro ijs} quæ à me in te profecta sunt.} Nullam gratiam redd.} nullum vicem officij redditam. quia reddere gratiam est facto beneficium acceptum referre, agere verbis, habere animo.} Tu es optimus testis} tu ipse scis.} Aliquid contra} per contrarium aliter, q̃ debuisses facere.} Profectum} processisse contra me.} Comperisse} cognouisse, probasse. Sal. compertum habeo, &c. i. cognitum.} Ipsum v.} ipsum vocabulum. s. comperisse.} Quod} verbum.} Conferri in me} ascribi mihi.} Falso} contra veritatem, quia

aiunt te dicere comperisse me, fecisse quiddam contra te. Ego autem nolo dicere me cōperisse, sed audiuisse. { Ex multis } quia vnus facilius posset fingere, & mētiri, quàm multi: nam in ore duorum vel trium constat omne verbum testimonij. Sed quia nō dixit quæ sunt illa quæ audiuit, dicit se velle eum potius intelligere ex verbis T. Pomponij, quia coram narrabit, q̄ ex literis suis. { Malo } potius volo. { Non minus molesta, q̄ mihi } qui non minus ęgre tulit & doluit q̄ ego, ꝙ ea de me falso diceres: cum ille sciat aliter esse. { In te } erga te, pro te. { Singulari } egregio, ꝙ pro multis alijs non fecissem. { Ipse } tumet, q. d. do tibi optimos & amplissimos testes, q̄ singulare fuerit officium meū in te, de tua autem relatione gratiæ de tanto beneficio te solum volo testem: tu enim potes existimare: quia scis in nulla te retulisse mihi gratiam. { Cæteri existiment, quantum debeas mihi } cęteri, qui sciunt quantum pro te egerim, existiment quantum mihi sis obligatus. Ergo ne videatur Cic quæ fecit, temere fecisse, dicit se iudicio ea fecisse, & perseueraturum in voluntate, si Antonius gratus fuerit. { Adductus voluntate } .i. certo iudicio, & mea sponte motus, non autem temeritate quadam, neq; tuis in me beneficijs adductus: quæ nulla fuerant. { Antea } superiori tempore. { Posteaq; constantia } & postea perseuerātia, & stabilitate subaudi sum adductus, ne viderer esse instabilis, si te deseruissem, pro quo multa antea feceram. { Reliqua } cętera, quæ pro te facienda à me sunt. { Maius studium } maiorem diligentiam quàm alia, quæ ante feci. { Desiderant } exposcunt. { Quæ } studium, grauitatem, & laborem. { Profundere } abijcere, tractum ab aqua, quæ profunditur ex vasis. { Perdere } amittere. { Sustinebo } tuebor, efficaciam. { Omnibus meis viribus } quantum per me fieri poterit. { Sentiam } aduertam, cognoscā. { Ingrata tibi } nō grata, neq; accepta ea, quæ faciam. { Nō committam } non faciam, nō patiar. { Insanire videar } quia insanus videtur, qui inuitum confert beneficium. Sal. in procœmio Iugurthinæ hist. Frustra autem eniti, ac nihil aliud q̄ odium quærere, extremæ dementiæ est. { Ea } quæ desiderant maius meum studium, &c. { Cuiusmodi } qualia. { Ipsum } ex quo poteris ea intelligere. Ordo est. Atq; commendo tibi ipsum Pomponium, vt tamen abs te petam, vt si aliquid, &c. { Quanquam } quasi quædam interpositio. { Confido } sum certissimus. { Causa ipsius } quia est vir, vt dixi, tui cupidus & bonus, qui omnem fauorem meretur. { Residet } remanet, fixum est, si quid me amas. { Id omne } .s. amoris. { Negotio } causa, in qua egebit auxilio tuo. { Hoc } hac re.

PHIL. ETSI statueram } Cum innumerabilia in C. Antonium M. F. Cic. beneficia contulisset, sanè q̄ pro eis ac non debebat ingratum esse cognouit. Quare ad eum has literas dedit quasi in exprobrationem quandam immemoris beneficij, & pro eo quid egerit, quid etiam acturus sit, si non ingratum esse senserit, breui oratione demonstrat. Testem vero suorum in eum officiorum dicit esse senatum, & P. R. in calce literarum T. Pomp. familiarem suum illi magnopere commendauit. Item ille Ant. qui in consulatu, quo Cic. Catilinam in patriam coniurantem oppressit, collega eius fuit, & cū Cic. aliquantulum vereretur, ne in opprimendis coniuratoribus ab eo dissentiret, & ex hoc saluam reddere remp. non posset, in sortiendo prouincias in agrum Pistoriensem contra Catil. vt inquit Salust. eum com exercitu mittendum curauit. quod cū intellexisset Antonius hac ratione factum, grauiter, & moleste tulit, & ab eius amicitia se disiunxit: ac de Cic. non mediocriter conquestus aiebat, multa in se, & dicta, & facta à Cic. fuisse indigna graui viro, & amico. Ex hoc autem Cic. has ad eum literas misit, quibus com vehementer increpat, ostenditq; longe aliter esse quàm senserat, quomodo eum plurimis maximisq; beneficijs semper affecerat, & ab eo nunquam ipse aliquid officiorum acceperat. Legatus is etiā postea Cæs. fuit, de quo Suet. sic: Nullam cladem passus est omnibus bellis ciuilibus præter per legatos suos, quorum C. Curio in Africa perijt, C. Antonius in Illyrico in aduersariorum deuenit potestatem. { Cōmendatitias } quibus aliquid tibi commendarem. Sed quare tantum cōmendatitias, qm̄ has non sponte nostra, sed rogati ab amicis scribere solemus. vult. n. his verbis referre ꝙ ad eum non scribere, nisi vt alijs ostenderet se non esse factum ab Antonio alienū, quem sibi iratum esse videbat immerito. { Valere } multi pōderis esse apud te. { Satis } finem amplectitur, multum finem non habet. { Coniunctione } amicitia & consuetudine. { Conscius } qui in primis sciret. articulus est. { Aliquid } præter commendatitias. { Satisfacere } nisi scribendo ad te in signum beneuolētiæ. { Sed ego } expositio est animi & mentis suæ in Antonium. & ait, ne cui debet mirum videri, si abs te non modo desiderem, sed reputem beneficia. Multa. n. pro te gessi quæ honori tuo, & vtilitati conduxerunt. { Desiderem } apto verbo est vsus ad ea, quæ dicie quasi nō habiturus sit ea. apud Liuium legimus desiderata sunt decem millia hominum. { Omnia enim } ratio, cur ab eo desideret summa beneficia. { In te profecta sunt } ornatissimus loquēdi modus nascitur ex hoc verbo in diuersam significationem, vt profecta sunt, hoc est feci. Sic alibi, omnia quæ à me profecta sunt, & in te tibi accidisse gratissima. { Quæ } ad tuum. repetitio. { His rebus } pro beneficijs maleficia retulisti. { Id ipsum verbum } .s. comperisse te a me aliquid contra te factum esse { Malo } volo potius à T. Pomponio intelligas, quàm ex meis literis. ipse tibi oīa poterit explicare, quæ ad me delata sunt, te egisse, ac dixisse, & tu non ignoras. { Cōtra } .s. honorem meum, vt per contrarium, & alter q̄ facere debuisses. Nam comperisse me nō audeo dicere. Noluit. n. dicere cōperi, sed audiui ē multis, quod est minus suspectum. in quo vocabulo. s. comperisse, accusat Antonium, qui dicebat se comperisse Cic. contra Antonium fecisse. vnde nunc Cic. dicit: Ego nolo dicere, sicut tu, me cōperisse, sed audiuisse à multis te contra me aliquid fecisse. { Ex multis } vt verisimilius videatur nō ex vno, qui non facile probat, quod vult apud iudicem. Ergo ne id, quod egit in Antonium, temere egisse videretur, ait se volūtate & ex animo id egisse, atq; in postremum esse facturum, si eum non ingratū esse senserit. { Posteaq; constantia } supple sum motus, ne instabilis esse iudicarer, si te reliquerem. { Reliqua } quæ à me pro teipso facienda sunt. { Tua causa } differt à tui causa. Tunc. n. tua causa dicimus, qn̄ ad tuam, vt ita loquar, petitionem, & respectum aliquid alteri contulero, vel boni, vel mali: verum tui causa quando aliquid tibi præstitero, cum quo loquor. vnde hic tui causa potius q̄ tua causa legendum puto. { Posteaq; constantia } primo voluntate ductus multa pro te feci, inde vt in sententia & constantia permanerem, in te beneficia conferre non destiti. { Mihi crede } huiusmodi interpositiones sententiarum, quæ parenthesis appellantur, plurimum venustatis afferunt, & leporis, si raro in oratione fuerint collocatæ. { Desiderant } exposcunt. { Profundere } ab aqua, quæ profunditur ex vasis. metaphora. { Ac perdere } est quasi expositio præcedentis. Nam in profundo est manis iactura, & perditio. { Insanire } si ingrato benefacere conaretur. apud P. Mimum legitur, Beneficium dando accepit qui digno dedit. & econtrario, Beneficium dādo perdit qui indigno dedit. & Sal. in Iug. Frustra aūt eniti ac nihil aliud q̄ odium quærere, extrema dementia est. { Ea } reliqua, quæ pro te fieri oporteret, ac poscunt studium meum. { Atq; ipsum } commendatio admodum gratiosa. { Si quid amoris residet } hoc est si quid me amas.

Tua causa / Tui causa

ETSI statueram } Diximus supra epistolas Cic. nō esse collectas pro ratione temporis, sed personarum. nam huius epistolæ argumentum contigit longe ante superiorēs à Metello, & ad Metellum epistolas, quia quo tēpore Cic. adhuc consulatum gessit. Vnde C. Antonius Cic. in consulatu collega, cum Cic. rationis persuasione rem extra vrbem in agro Pistoriensi gereret, eo consilio, vt minus periculi ab eo, cum foris esset, reip. immineret, & vt melius coniuratos opprimeret, primum id ęquo animo tulit, arbitrans & vberiorem, & non minus honorificam eam esse conditionem, sed vbi consilium Cic. resciuit, ęgerrime tulit, scripsitq; Cic. in se multa iniqua dixisse, atq; fecisse: quæ Cic. partim purgat, partim negat. Ordo est. Etsi. i. quanquam statueram nullas. i. nō vllas, non mittere ad te vllas literas, nisi cōmendatitias. i. quibus tibi aliquem commendarem, non ꝙ intelligerem eas valere satis apud te, sed ne ostenderem. s. renuendo, ijs, qui rogarent me. s. vt se commendarem tibi, aliquid esse imminutum de coniunctione nostra. i. vinculo amicitiæ nostræ: tamen cum Titus Pomp. homo maxime conscius omnium studiorum, & officiorū meorum in te, & cupidus tui, & amantissimus nostri proficisceretur ad te, putaui aliquid scribendum mihi, præsertim cum non potuissem satisfacere aliter ipsi Pomponio. Si ego desiderē abs. i. à te, summa officia, sup. id nemini debeat videri mirum: omnia enim, quæ pertinerent ad commodum tuum, quæ ad honorem tuum, quæ ad dignitatem tuam, profecta sunt à me in te, & sup. tu es optimus testis nullam gratiam esse relatam mihi abs te. Audiui ex multis, aliquid esse profectum abs te contra. i. in contrarium. Nam non audeo dicere me comperisse, ne forte ponā ipsum verbum, quod aiunt solere conferri falso abs te in me, dicentes. s. ꝙ dicere soles te cōperisse multa mala à me in te profecta, quod vere dicere non potes. Sed malo. i. magis volo, te cognoscere ex Pomponio, cui fuerunt nō minus molesta. s. quàm mihi

mihi quàm ex literis meis, ea quæ delata sunt ad me. Et.i.simul senatus & P.R. testis est, quàm.i.quantum singulari officio animus meus fuerit in te. Tu potes existimare.i.iudicare, ipse.i.per teipsum, q̃.i.quantum, gratus fueris erga me, cęteri existimẽt.i. iudicent quãtum debeas mihi. Ego sum adductus, sup.ea facienda, quæ feci antea.s.quàm te ingratũ offenderem, causa.i.in causa tua, voluntate.i.beneuolentia mea in te, & postea.i.quæ postea feci, sup.sum adductus constantia.s.mea, ne arguar inconstantiæ. Sed, crede mihi, reliqua.i.ea quæ restant tibi peragẽda, desiderant.i.expetunt, studium meum multo maius.s.q̃, quod hactenus impendi, & grauitatem, & laborem, sup.multo maiorem, quæ.s.studium, grauitatem, laborem, si nõ videbor profundere, ac perdere, ego sustinebo.i.faciam, vt persistant erga te omnibus viribus meis. Sin autẽ.i.sed si ego sentiam esse ingrata.s. tibi, ego non committam.i.non efficiam id, vt ipse.i.egomet videar tibi insanire, vt faciunt qui in inuitos grata conferunt beneficia.si quidem ipsorum gratia, & non dei potius id præcipiẽtis, aut consulentis faciunt. Tu poteris cognoscere ex Pomponio.s.Tito, quæ & cuiusmodi sint ea.s.quæ restant. Atq; ego cõmendo tibi ipsum Pomp.ita vt quanquam ego confido te esse facturum omnia causa ipsius, tamen ego petam abs te hoc, vt si quid amoris erga me residet.i.reliquum manet in te, ostendas id omne in negotio Pomponij. Tu nihil potes facere mihi gratius hoc.i.quam sit hoc.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Officium suum in procurando successore exponit, &, vt Crassi ædes emerit, nuntiat, vbi iocũ interserit, quo ad cõiurationẽ Catilinæ alludit.

CICERO S. D. P. SEXTIO L. F. PROCOS. 6



*VM ad me Decius librarius uenisset, egissetq; mecum, ut operam darem, ne tibi hoc tempore succederetur: quanquã illum hominem frugi, & tibi amicũ existimabam; tamen, quòd memoria tenebam, cuiusmodi ad me literas antea misisses, non satis credidi homini prudenti, tam ualde esse mutatam uoluntatem tuam. sed posteaquam & Cornelia tua Terentiam conuenit; & ego cum Q. Cornelio locutus sum: adhibui diligentiam, quotiescunque senatus fuit, ut adessem: plurimumq; in eo negotij habui, ut Q. Fusium tribunum pl. & cæteros, ad quos tu scripseras, cogerem mihi potius credere, quàm tuis literis. omnino res tota in mensem Ian. reiecta erat, sed facile obtinebatur. Ego, tua gratulatione commotus, quòd ad me pridẽ scripseras uelle te bene euenire, quòd de Crasso domum emissem, emi eam ipsam domum * XXXV. aliquanto post tuam gratulationem. itaq; nunc me scito tantum habere æris alieni, ut cupiam coniurare, si quis me recipiat. sed partim odio inducti me excludunt, & aperte uindicem coniurationis oderunt: partim nõ credunt, & à me insidias metuunt; nec putant ei nummos deesse posse, qui ex * obsidione fœneratores exemerit: omnino semissibus magna copia est. ego autẽ meis rebus gestis hoc sum assecutus, ut bonum nomen existimer. Domum tuam, atque ædificationem omnem perspexi, & uehementer probaui. Antonium, etsi eius in me officia omnes desiderant, tamen in senatu grauissime, ac diligentissime defendi, senatumq; uehementer oratione mea, atq; auctoritate cõmoui. Tu ad me uelim, literas crebrius mittas. Vale.*

tricies quinques Gell. lib.12.c.12

de off.lib.2 libri veteres omni, pre, causis,

RVBBE. CVM ad me} Hæc epistola nescio quomodo in hunc librum traducta est, cum scribatur ad eundem P. Lentulum, ad quem sunt multæ, in 1.lib. sed, vt alibi diximus, constat non recte seruatum ordinem in multis alijs epist. Sed ita dispositas, & redactas in volumen à Titone liberto Cice. prout ei ad manus veniebant. Erat igitur, vt in 1.lib. ostendimus, P. Lent. proconsul Ciliciæ, & Cypri, & quãuis primo scripsisset ad Cic. vt daretur operam in senatu, ne ei succederetur: tamen Decius librarius eius amicus eum rogauerat nomine Lentuli, vt daret operam, vt ei succederetur. quod idẽ posteaquam intellexit etiam à Cornelia, eius vxore, quæ cum Terentia Cic. locuta erat, dicit Cice. se diligenter ad id operam dedisse. Deinde scribit quemadmodum ex eius gratulatione emerit domum à M. Crasso, deinde iocatur cum Lent. de difficultate pecuniæ pro satisfactione eius domus. {Librarius} proprie dicitur exscriptor librorum, interdum ponitur pro bibliopola.i.venditore librorum, sed hic puto esse cognomen familiæ. {Egisset mecum} me rogasset nomine tuo. {Ne succederetur tibi} ne daretur tibi successor in prouincia. {Frugi} Donatus dicit, frugi vtilem & necessarium significare, sicut fruges necessaria sunt humano generi. Cic. vero in Tusc. dicit, frugalitatem tres virtutes complecti fortitudinem, prudentiam, & iustitiam. ergo frugi hominem bonum & virtute præditum intelligemus. {Amicum tibi} qui non dixisset, nisi ei ita mandasset. {Tamen} licet Decius mecũ egisset, vt dixi. {Quòd} quia. {Tenebam memoria} memineram. {Cuiusmodi} quales, cuius sententiæ. {Antea} superiori tempore, priusquam Decius ad me venisset. {Non satis credidi} nõ facile habui fidem. {Homini prudenti} Decio frugi, & prudenti viro. {Mutatam} vt nunc velles succedi tibi, cum antea scripsisses, vt darem operam, ne tibi succederetur. {Cornelia tua}.s.vxor. {Terentiam} vxorem meã. {Conuenit} allocuta est, de hac re, vt curarem tibi succedi. {Q. Cornelio} affine tuo, fratre vxoris tuæ. {Vt adessem} quotiescunq; senatus fuit.i.quotiescunq; senatus habitus, & congregatus est, vt adessem in ipso senatu. {Plurimum negotij} plurimũ laboris.i.multum laboraui. {Vt cogerem credere}.i.vt facerem potius eos credere meis verbis, q velles tibi succedi, q̃ literis tuis, quas ad eos scripseras, vt darent operam ne tibi succederetur. {Totas res} de eligendo successore. {Reiecta} dilata, remissa. {In mensem Ian.} tũc enim, vt alio loco supradiximus, fiebant noui magistratus, & deponebantur veteres. {Facile obtinebatur} facile impetrabatur: & omnes assentiebantur, vt daretur tibi successor {Ego} nunc dicit de emptione domus à M. Crasso. {Tua gratulatione} priusquam Cice. emisset illam domum, iam sparsus erat rumor eum emisse. Itaq; P. Lentulus ex Cilicia per literas suas ei gratulatus fuerat de ea emptione, optaueratq; eam rem ei feliciter euenire. quare Cice. inductus huiuscemodi gratulatione, tandem emit eã domum. {Tua gratulatione} quam miseras ad me de emptione domus antequã ego emissem. {Commotus} adductus. {Pridem} ante. {Te velle} te optare. {Bene euenire} bene succedere mihi. {De M. Crasso}.i.a M. Crasso: ab eo, qui à Parthis est interemptus. {Eam ipsam} de qua gratulatus fueras mihi. {Sestertijs} sestertius dicitur & sestertium, & scribitur per s, continet autem duas libras & semis. Dicitur.n. sestertius quasi semis à tertia. de hoc alio loco plura diximus. {Itaque} iocatur nunc Cic. vt quemadmodũ erat gloriosus, ita habeat occasionem commemorandi laudes suas, & maxime de oppressa coniuratione, qua tantum gloriabatur, vt multis locis id dixerit, & in libris de temporibus suis non dubitauerit exclamare, O fortunatam natam me consule Romam. {Me habere tantum ęris alieni}.i.tantum pecuniæ debere, me oppressum esse tanto debito. {Vt cupiam cõiurare} ecce quàm optime fecit commemorationem de coniuratione in laudem suam. nam inter alias causas coniurationis Catilinæ dixit Sall. fuisse, q ingens ęs alienum per omnes terras persoluendum erat. alludit igitur Cicero ad coniurationem Catilinę, quæ maxime eam ęris alieni facta est. {Si quis me recipiat} in coniurationem. {Odio inducti} maleuolentia incitati in me. {Excludunt} expellunt me à cõiuratione. {Vindicem} vltorẽ. {Non credunt} non habent fidem. {Insidias} dolos, quia nõ credunt me habere causam coniurandi. {Ei} mihi Ciceroni. {Fœneratores} qui exercent fœnus, & nummos ad vsuram mutuant. {Exemerit} liberauerit. {Ex obsidione} coniuratorum, qui decreuerant diripere pecuniam fœneratorum, dicit ergo q coniurati non credunt Cice. egere pecunia, quia habet fœneratores amicos, qui non paterentur eum egere. fœnus autem, auctore Nonio, dictum est, q pecuniam pareat crescẽte tempore, quasi fœtus. & fętura. græce enim fœnus τόκος dicitur ἀπὸ τοῦ τίκτειν, id est, à parere. {Sum assecutus hoc}.i.hoc feci. {Meis rebus gestis} propter ea quæ in consulatu meo gessi. {Bonũ nomen}.i. nomen viri boni & fidelis, & amatoris reip. & ideo coniuratores non credunt mihi, & ita Cic. hactenus iocatus est, tamen cũ laude sua. {Domum} iusserat Lentulus fieri domum magnificam Romæ: quo tempore erat in Cilicia, quam Cice. dicit se vidisse.

Librarius.

Frugi.

Sestertius.

Fœnus.

vidisse, & sibi placuisse. {Antonium} collegam meum in consulatu, ad quem præcedentem epistolam scripsit. {Omnes desiderant} .i. omnes vident deesse mihi, neq; præstari vt debent: desiderantur .n. quæ non fiunt, & fieri debent. {Grauissime} cum summa auctoritate. {Commoui} induxi, vt ei fauerent. {Oratione mea} meis verbis, quibus eum defendi.

ASCEN. CVM ad me, &c.} Hæc epistola secũdum Hubertinum, & vetusta quædam exemplaria ad Lentulum proconsulem scripta est habens in superscriptione, P. Lentulo, vbi Aldinum exemplar habet P. Sex. quod cur potius sequamur, in fine huius particulæ dicam. Docet autem quid egerit pro Sextio in senatu, dicitq; se emisse domum Crassi, ob quam se ære alieno oppressum ioco dicit. Ordo est. Cum Decius librarius .s. tuus .i. scriptor librorum tuorum, venisset ad me, & egisset mecum .i. rogasset, aut monuisset me, vt darẽ operam .i. diligẽter curarem, ne succederetur tibi .s. in prouinciam, hoc tempore, quanquam existimabam illum .s. Decium hominem frugi .i. non vanum, sed sedulum & amicum tibi, tamen, ꝙ id est, quia tenebam memoria cuiusmodi literas misisses antea ad me, quia petentes vt tibi succedatur. Ego non satis credidi, voluntatem esse mutatam, tam valde, homini prudenti videlicet tibi, cui non est committendum vt dicat non putabam, &c. Sed posteaquam & Cornelia tua .s. vxor conuenit Terentiam, scilicet vxorem meam, & ego locutus sum cum Q. Cornelio, adhibui diligentiam, vt adessem quotiescunq; senatus fuit, & habui in eo plurimum negotij .i. difficultatis, & vt cogerem Q. Fusium trib. pl. & cęteros, ad quos tu scripseras, credere potius mihi quàm literis tuis. Res tua reiecta est .i. dilata omnino nũc in mensem Ian. sed obtinebatur facile .s. vt tibi non succederetur. Quia vero Lent. successit Appius, & Appio Cic. nõ putem Lentulo, sed Sextio scriptam. Hubertinus tamen nescio quomodo exponit, obtinebatur, vt tibi daretur successor: qui tamẽ legit prius ne succederetur .i. ne daretur, inquit, tibi successor cũ legendum esset, vt succederetur secundum illius sentẽtiam. Sed vide sequentia. Ego tua gratulatione, &c. manifeste arguit ad Lent. non scriptam esse hanc epistolam. Non emit enim domũ Crassi, cum Lent. esset in prouincia, sed antequam in exilium abisset. Lent. autem scripsit ab exilio reuocatus scribitur ergo ad Sextium. Ordo est. Ego commotus gratulatione tua, ꝙ scripseras pridem ad me te velle bene venire .i. prospere succedere, ꝙ emissem domum de Crasso ditissimo ille ciue, qui in Parthis postea perijt, emi eam ipsam domum aliquanto post tuam gratulationem triginta quinque millibus nummum, pro nummorum. Hubertinus legit sestertijs, sunt qui nummorum scribant, sed cum nomine numerali apta est syncope. ITAQVA scito me habere nunc tantum æris alieni .i. tantum debiti contraxisse, vt cupiam coniurare .i. facere cõiurationem, cum alijs debitoribus multi æris in omnes diuites, vt fecerat Catilina cum Lentulo, & Cethego, alijsq; præcipue, vt Sallustius asserit, ob ęs alienum subleuandum. Loquitur autem Cic. ironicos, inmo satis dicaciter & insolenter quibusdam videtur quęsisse occasionem taxandæ coniurationis à se oppressæ. si quis .s. perditorum hominum recipiat me .s. in societatem coniuratorum, sed sup. tales homines excludunt me .s. à coniuratione facienda, aut à societate sua partim .i. pro parte, inducti odio .s. in me sumpto, eo ꝙ coniuratos persecutus sum, & oderunt aperte, sup. me vindicem .i. vltorem coniurationis, partim .i. pro parte, non credunt .s. me cupere coniurare, & metuunt insidias à me, quasi velim eos indicare, nec putant nummos posse deesse ei, qui exemerit, hoc est mihi, qui exemerim .i. ex obsidione .s. coniuratorum, quia iam animo diuitum domos obsidebant, fœneratores .i. ad fęnus, & vsuram dare solitos, & qui dederant Catilinæ, ac socijs eius. Magna copia .i. potestas huius .s. cõiurationis faciendæ, aut huiusmodi .s. recipientium cupientem coniurare, est hominis semissi .i. qui nihil emit, aut mollitur, quod pluris sit semissi .i. dimidio assis. Ego aũt assecutus sum meis rebus gestis, vt existimer adeptus bonum nomẽ .s. hominis iusti & potentis. Ego perspexi domum tuam, atq; omnem ędificationẽ, quia locaueras eam ędificandam, & probaui .i. commendaui eã vehementer. Ego defendi Antonium s. Caium collegam meũ, in senatu grauissime & diligentissime, etsi .i. quanquam, omnes desiderant .i. omnes dicunt, non extare officia eius in me. Desideramus .n. quæ absunt, & non extant. Vnde in bello legimus, tot sunt desiderata militum millia .i. occisa esse, & perijsse. & cõmoui .s. ad faciendum, ꝙ orabam senatum vehementer oratione mea. Ego velim sup. vt tu mittas ad me literas crebrius, qđ etiam Lent. non conuenit, qui satis crebro scripserat.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Ne alienaret à se Pompeij volũtatem, clam illum perstringit, & propemodum accusat de ingratitudine, quòd fortia illius consilia & facta in coniuratione Catilinæ facta non agnouisset.

CICERO S. D. CN. POMPEIO CN. F. MAGNO, IMP. 7

*SI tu, exercitusq; ualetis, bene est. Ex * literis tuis, quas publice misisti, cepi una cum omnibus incredibilem uoluptatem. tantam enim spem otij ostendisti, quantam ego semper omnibus, te uno fretus, pollicebar. sed hoc scito, tuos ueteres hostes, nouos amicos, uehementer literis perculsos, atq; ex magna spe deturbatos, iacere. ad me autem literas quas misisti, quanquam exiguam significationem tuæ erga me uoluntatis habebant, tamen mihi scito iucundas fuisse. nulla enim re tam lætari soleo, quàm meorum officiorum conscientia. quibus si quando non mutuo respondetur, apud me plus officij residere facillime patior. illud non dubito, quin, si te mea summa erga te studia parum mihi adiunxerunt, resp. nos inter nos conciliatura, cõiuncturaq; sit. ac ne ignores, quid ego in tuis literis desiderarim: scribam aperte, sicut & mea natura, & nostra amicitia postulat. Res eas gessi, quarum aliquam in tuis literis, et nostræ necessitudinis, & reip. causa gratulationem expectaui: quam ego abs te prætermissam esse arbitror, quòd uerebare, ne * cuius animum offenderes. sed scito, ea, quę nos pro salute patriæ gessimus, orbis terrę iudicio, ac testimonio comprobari. quæ, cum ueneris, tãto consilio, tantaq; animi magnitudine à me gesta esse cognosces, ut tibi multo maiori, quàm Africanus fuit, me, non multo minorem, quàm Lælium, facile & in reipub. & in amicitia adiunctum esse patiare. Vale.*

Mithridatico bello cõfecto.

vt Crassi, aut Cæsar, qui coniuratos nõ esse interficiendos censuit.

HVBER. SI tu} Quo tempore Cice. remp. à coniuratione Catil. liberauit, Cn. Põp. vt scribit Sal. in extremis terris bellum gerebat: quod alij interpretantur in Hispania: ego vero auctoritate Plut. & Cic. puto eum gessisse bella aduersus Mithridatem, quo victo de liberis eius, & Tigrane, & Tigranis filio, auct. Liu. lib. 100. & Plut. in vita Pomp. 3. & vlt. reportauit triumphum. quod & Cic. ostẽdit 1. off. his verbis, Mihi quidem certe vir abundans bellicis laudibus, Cn. Pomp. multis audientibus, hoc tribuit, vt diceret frustra à se triumphum tertiũ deportatum fuisse, nisi meo in remp. beneficio, vbi triũpharet, esset habiturus. Præterea Liu. lib. 97. dicit, Cn. Pomp. cum Mithridatem sequeretur in vltimas, ignotasq; gentes penetrauit, Iberos, Albanos, qui transitum non dabant, prælio vicit. Videtur igitur Pomp. gessisse illud bellum, quo tempore Catil. coniurauit contra patriam. ad quod bellum fuerat electus, maxime hortante Cice. egregia oratione, quæ hodie etiam extat. Cum igitur scripsisset Pomp. ad sen. populumq; R. quæ egisset, & facturum putaret, dicit Cice. se eius literis maximam spem pacis accepisse. accusat tamen eum latenter ingratitudinis, ꝙ cum maiori significatione beneuolentiæ ad eum non scripserit. voluisset .n. Cice. ꝙ Pomp. ei gratulatus fuisset de ijs, quæ egisset Romæ in opprimenda coniuratione. excusat tamen eum, quare putet id non fecisse, ne forsasse offenderet animum reliquorum, qui dolerent gloria Cic. extollit aũt ipse factum suum, vt ostendat necesse esse se nõ minus ab eo amatum iri, quàm Lęlius olim à P. Scipione amatus est. {Publice} ad omnes, ad senatum populumq; R. {Vna} simul. {Incredibilem} maximam. {Otij} pacis & quietis, profugato Mithridate, & expulso vltra Colchos & Ethicos. {Quantam} spẽ. {Pollicebar} quia in oratione pro lege Manilia de eligendo imperatore Pomp. ostendit Cic. eum solum esse, qui posset illud tantum bellum conficere. {Fretus te vno} te solo cõfisus. {Sed scito} sed scias. {Hostes veteres} Luc. & Crassum notat, quos ex inimicis Pomp. sibi reconciliauerat amicos, qui nunc audita fama victoriæ Põp. perculsi sunt, dolueruntq; eum esse victorem erant enim eo tẽpore

simultates

ſimulrates inter eos {Iacere}proſtratos eſſe.{Deturbatos}deiectos,vt Virg.Puppi deturbat ab alia.{Magna ſpe} qua habebant,ſi fortuna tibi aduerſa fuiſſet.{Ad me}quia Pump.ſcripſerat ad Cic.priuatim & ſeorſum à ſenatu,nunc Cic.oſtendit eas literas ſibi iucundas fuiſſe,quamuis non ſignificarent illũ amorem erga ſe quem ſignificare debuerant. {Exiguam} paruam. {Significationem}demonſtrationem.{Tuæ voluntatis}parum enim ſignificabas tuum erga me animum,cum non gratulabaris mihi de ijs quæ egiſſẽ Romæ,& maxima & vtiliſſima reip. {Nulla enim} reddit rationem quare fuerint ſibi iucundæ, etiã ſine ſignificatione eius voluntatis . & eſt ſenſus , nulla res ſolet mihi afferre maiorem lętitiam , quàm cum ſum mihi conſcius me bene feciſſe: ꝙ ſi fortaſſe non reddatur gratia beneficijs meis,tamen libenter ſum contentus potius vincere alios officijs,q̃ vinci ab alijs.{Conſcientia meorum officiorum}.i.cum ſcio me contuliſſe officia.{Quibus}officijs meis.{Si non reſpõdetur mutuo}.i.ſi non redditur par voluntas & gratia. {Patior facillime} contentus ſum, non ęgre fero. {Plus officij reſidere in me} i.eſſe in me plus officij erga alios , q̃ reddatur mihi ab alijs.& ita arguit latenter Pomp.ingrati animi, qui nõ mutuo reſponderit officijs eius erga ſe.{Illud} commẽdat Cic.factum ſuum,& dicit ꝙ ſi Pompeius non amat eum propter ea officia, quæ in eum contulit,non dubitat quin ſit eum amaturus propter beneficia nuper in remp.collata: quia cum ſit bonus ciuis, & amet remp.amabit etiam eum, qui pro rep. maxima fecerit. {Studia}fauores,beneuolentia & officia.{Conciliatura} factura amicos.{Ac ne}dicit Cic.quid ex eius literis deſiderauerit.ſ. gratulationem de oppreſſa coniuratione.{Ne ignores}vt ſcias. {Quid deſiderauerim in tuis literis} quid defuerit literis tuis, vel quid in literis tuis eſſe optauerim.{Aperte}ſine circuitione verborum.{Mea natura}quæ non ſolet eſſe ſimulata.{ Noſtra amicitia} in qua omnia debent eſſe aperta.{Res eas} res tales. & exponit quid deſiderauerit in eius literis.{Aliquam gratulationem}aliquam ſignificationem ꝙ eis rebus gauderes. {Cauſa noſtræ neceſſitudinis}.i.amicitiæ : quæ poſtulabat , vt mihi gratulareris.{Reip } q̃ ſi amas,debueras eius cauſa mihi gratulari,ꝙ tantum ab ea periculum repuliſſem.{Expectaui} deſideraui: vt,Expectate venis.{Quam }gratulationem.{Prætermiſſam}omiſſam in literis tuis.{Verebare}timebas.{Cuius}alicuius ex ijs,qui mihi inuiderent.{Offenderes} diſpliceres,faceres quod nollet.{Sed ſcito}q.d.hoc non fuit timendum,quia totus orbis terræ ea comprobat , & laudat quæ pro ſalute reip. geſſi. {Cum veneris}redieris in patriam.{Conſiliu}prudentia detegendo coniurationem, & occurrendo inſidijs & periculis : quæ mihi & patriæ parabantur.Sic ipſe in j.off. Neq;.n.in rep.periculum fuit grauius vnquam,nec maius odium.itaq; conſilio,diligentiaq; noſtra de manibus audaciſſimorum ciuium delapſa arma ipſa ceciderunt.}Et mag.animi} in contemnendis inimicis pro rep.& puniendis ſceleratis.{Tibi multo maiori,q̃ Africanus fuit}.i.tibi qui gloria rerum geſtarum & bellicarum Scipionem Africanum antecellis,me in adminiſtratione reip.non multo inferiorem Lælio,libenter amicum accipies. Anteponit autem Pomp. Scipioni in rebus bellicis : ſe autem comparat Lælio,quia negotium ſuum in opprimenda coniuratione magis vrbanum & domeſticum fuit , quàm bellicum & militare, vt ipſe oſtẽdit in j.offic.Lęlij autem gloria magis domi quàm militiæ claruit. Fuit autem par amicorum ſingulare Scipionis Africani & Lælij.

PHIL. SI tu} Ante bellum ciuile Pomp.ex toto fermè terrarum orbe victorias reportauit,in primis Syllã ſecutus eſt . tres duces,Charinum,Cœlium,& Brutum,cõtra ſeipſum ſentientes,ita deuicit,vt & ciuitates omnes Pomp.ceſſerint. Carbonem in Sicilia perſecutus cepit , & ſpectante ſe interfici iuſſit In Celtiberia,quam illi prouinciã Metellus tradidit,præclariſſimas res geſſit. Siciliam, à Pomp.geſtam , à Perpennate occupatam,recipit. inde Mominio ſuæ ſororis viro, in cuſtodia Siciliæ dimiſſo , in Africam ad ſuperandum Domitium miſſus eſt,& cũ illuc appuliſſet, ſeptem millia hoſtium ad Pomp.defecerunt,& ibi Domitius,cũ eius vallum à Pompeianis oppugnaretur,interijt,Arabas rex captus , qui cum Domitio ſentiebat. Hiempſali regnum datum eſt , Numidiam paucis poſt diebus ſubegit.omne belli Africani tempus,& victoriæ xl.dierum fuit. 26.annos natus triumphum egit.in Hiſpania Sertorium ſuperauit.mox intra xl.diem piratas,mare , & terram vaſtãtes,ſubegit.Tigranem in deditionem accepit.Mithridatem, Ponti regem,ita attriuit,vt ad necem,veneno aſciſcendam, compulerit: de quo Luc.Prælia barbarico vix cõſummata veneno.In oriẽte Parthos,Iudęos, Arabas,in ſeptentrione Caſpios,Colchos, Hiberos,Albanos magno terrore affecit . Inde cũ Cæſ.bellum ciuile conſeruit,quo ſuperatus,& in Aegyptum fugiens à Photino iuſſu Ptolemęi occiſus eſt. Ex quadam igitur iſtarum rerũ geſtarum victoria literas ad ſenatum miſerat,quibus Cic.nunc ſe dixit maxima voluptate affectum , & illi plurimum congratulatur.Sed ipſe conijcio ex illa cõgratulari victoria, q̃ deuicto Mithridate reportauit.Quo.n.tempore Cic.nefariam coniurationem Catilinæ detexit & ſaluam , remp.reddidit , tunc Cn. Pomp.aduerſus Mithridatem bella gerebat , ad quod maxime hortante Tullio , & pro eo orante in ſenatu electus eſt. & hanc ſententiam in primis Plut. in vita Pomp. ſecutus eſſe videtur. id præterea nobis, quod ſentimus , facit eſſe probabile Cic.lib. de off.j.ait enim : Mihi quidẽ certe vir abundans bellicis laudibus Cn.Pomp.multis audiẽtibus hoc tribuit, vt diceret fruſtrà ſe triumphum tertium deportaturum fuiſſe,niſi meo in remp. beneficio vbi triũpharet,eſſet habiturus . Quod aũt Salluſt.dicat Pomp.eo tpe quo Cic.patriã à coniuratione Catilinaria liberauit,bellũ in extremis terris gerere,& multi Hiſpaniã intelligũt : ego vero Mithridatis regnũ intelligo.Quod & Plut.oſtẽdit,& Liu.ſic ait: C.Põp.cum Mithridatẽ perſequeretur,in vltimas,ignotasq; gentes penetrauit. Inde tacite quodãmodo conqueritur.& afficit hoiem ingratitudinis nota , quod nõ idẽ ipſe nunc Põp.egerit ex rebus quas Cice.pro rep.geſſerat. remp.n. gratiſſimã Cic.Pomp.feciſſet , ſi ita ei congratulatus fuiſſet ex liberata ab eo rep.vt ipſe nunc Pomp.de adepta victoria cõtrà Mithridatem & liberos eius Cic.gratulatur.In calce tñ literarum excuſat hominẽ : dicitq; ſe arbitrari id non feciſſe , ne aliquorum animos offenderet,qui Cic.gloriæ inuidebant. {Si vales,bene eſt} valere & bene eſſe ita differebant, ꝙ valere eſt ſanitatẽ habere: at bene eſſe quaſi placere eſt,& rem ipſam bene ſe habere. Ea,ab,de,e,e,præpoſitiones eiuſdem & ſignificationis & conſtructionis ſunt,ſed differunt iunctura verborũ Nam e,& à,nunquã vocali ſequente ponuntur . Ex vero & ab vocalibus anteponi poſſunt & cõſonantibus,ſi nulla vetabit vocis aſperitas.Ex vero &,e,ſunt vt plurimũ temporalia,vt ex quo Deucalion,& Virg.ex illo fluere.Sic & apud græcos Homerus.De,aũt idẽ eſt quod apud Græcos.{Publice}quaſi ad S.P.Q.R.& omnes Romanos.{Vna} idem eſt ꝙ ſimul , plerunq; in oratione geminatur , idemq; ſignificat ꝙ tum,& tñ.Virg. Sic memorat, ſimul Aeneam in regia ducit Tecta, ſimul diuũ templis inducit honorem.{Otij}pacis,deuicto Mithridate, quem cum Pomp. proſequeretur,vt inquit Liu.in vltimas ignotasq; terras penetrauit.Hiberos,Albanos,qui tranſitũ non dabant , prælio vicit. Pollicebar om.}de ea meminit oratione, q̃ habuit de laudibus Pomp.quæ inſcribitur de lege Manilia,& eã nos inter 15.alias, expoſuimus.{Veteres hoſtes , nouos amicos} qui nuper facti erãt amici cũ antea fuiſſent inimici,& intelligit Craſſum & Lucullũ,qui tametſi oſtẽderent ſe reconciliatos eſſe Põp.maximũ tñ erat inter eos odium & maleuolentia.& tunc audita Pomp. victoria grauiter dolebant , & perculſi erant. {Perculſos} quia intellexerunt iſtã te conſecutũ eſſe victoriã. Perculſum animo, Percuſſũ corpore dicimus.{Iacere}ita animũ amiſiſſe, vt quaſi mortui videãtur,eſt id verbũ profuſæ ſignificationis.Interdũ.n. mortuum eſſe ſignificat.Ouidius,iacet ecce Tibullus. Aliqñ in longũ porrigere . vt Virg.Terraſq; iacentes. Plerunq; ſordere, vt ſine Cicerone lingua latina iaceret.In ſua propria ſignificatione notũ eſt oibus.Virg. Syllenũ pueri ſomno videre iacentem.{Magna ſpe} quia ſperabant te vinci à Mithridate , & te nunq̃ redditurũ {Deturbatos} deiectos.{Exiguam} quia parũ ſignificabas voluntatẽ bonã erga me tuã, non gratulando mihi de rebus geſtis in rep.liberata,ſicut gratulari debebas. Nulla.n. ratio eſt,quare iucundæ fuerint eius literæ , tametſi paruã eius voluntatis ſignificationem tuliſſent. {Conſcientia}cognoſcere me benefeciſſe,& male eſſe,vt Socrates aiebat,quẽ videri & beneficia cõtuliſſe.{Quibus}.ſ.officijs meis.{Facile patior} quia video ſuperare amicos meos in benefaciẽdo. {Reſpondetur}ſatisfit.{Illud nõ dubito}commendat rem ſuã Cic.& eſt ſenſus. Quòd ſi nõ amat eum Põp.ex beneficijs in eũ collatis,amabit ex meritis in remp.conſeruatam.{Studia} beneficia , quæ in te contuli.{Conciliatura}nos amicos factura.{Reſp.}quam ego liberaui.{Quid deſiderarim} volebat.n.Cicero , quod Pomp. congratulatus ei fuiſſet rebus geſtis ipſis,quæ profecto non minores eſſe videbantur , quam ille , quas ipſe Pomp.geſſerat . & hoc defuit in literis Pompeij {Natura & amic.}tribuit id quod dicturus eſt naturæ & neceſſitudini , ne videretur arroganter dictum , vt ſuis rebus geſtis congratulandum putaret. {Natura}quæ

Valere
Bene eſſe,
A,
B,
Ex,
Ab,

ra} quæ est simplex & apta. {Amicitia} in qua nihil ficti, nihil simulati esse deber. {Eas} tales, tam magnificas. & est expositio desiderij sui. {Reip.} debuerat enim ob amorem in rép. mihi congratulari, qñ eam tanto periculo liberassem. {Abs te prætermissam} hoc addit in excusationem Pomp. {Verebare} ne tali congratulatione animum alicuius offenderes, qui res meas gestas non libenter audiret. {Sed scito} confirmatio argumenti. & ait hoc non fuisse timendum, cum ea quæ pro rep. gessit, ab omnibus laudarentur. {Testimonio orbis} hoc genus testimonij cæcum diceretur: vnde ante diximus. {Tanto consilio} sapientia qua tunc plurimum vsus est in defendenda, & liberanda patria à tot insidijs, à tam magno incendio, à perpetua seruitute, à tam maximis periculis, de quibus etiam meminit in lib. de off. j. his verbis: Neq; enim in rep. periculum fuit grauius vnquam, nec maius odium. Itaque consilijs diligentiaque nostra de manibus audacissimorum ciuium delapsa arma ipsa deciderunt. {Vt tibi} comparat Pomp. Scipioni Africano, & seipsum Lælio: quod vt olim illi & amici & socij in rep. fuerint, sic Pomp. & Cic. & audet Scipioni anteferre Pomp. in rebus gestis, & seipsum dicere in administratione reip. & iure amicitiæ non multo minorem esse quàm Lælium. Scimus vtrinsq; res gestas, & duos Scipiones Africanos, duos itẽ Lælios fuisse. {Et in rep. & in amicitia} vt Lælij Scipionibus fuere. Cum quatuor apud veteres amicorum paria memorentur de quo meminit in lib. de Amic. Tul. vt vis tria aut quatuor paria: & intellexit, vt arbitror, Theseum & Pyrithoum, Achillem & Patroclum, Nisum & Eurialum, Damona & Pythiam. sed possum his addere Piladem & Horestem, Herculem & Philoctetem. Quintũ par esse voluerunt Scipiones & Lęlios. de quibus in eo lib. non pauca diximus. Sed Lęlius magis domi claruit quàm militiæ.

ASCEN. SI tu, &c. } Quo tempore coniurationem repressit Romę Cicero, Cn. Pompeius Mithridatem Ponti regem deuicit, vnde literas ad senatum dederat, è quibus nunc Cic. dicit se sperare otium à bellis externis. Deinde, quia in literis ad se datis Pomp. parum honorifice meminit de re bene gesta ab ipso Cice. significat se in ea re desiderare gratulationem eius, iucundas tamen fuisse literas, præsertim cum putet gratulationem omissam, ne offendat maleuolos. Ordo est. Si tu, & exercitus tuus valetis, bene est. Ego cepi vna cum omnibus. s. alijs, incredibilem voluptatem ex literis tuis, quas misisti publice. i. ad senatum publice legendas. Tu enim ostendisti tantam spem otij. s. ab externis belli futuri, quantum ego pollicebar semper omnibus, fretus. i. confisus & adiutus te vno. i. solo. Sed scito hoc, hostes tuos veteres, amicos nouos. i. qui fortunam sequentes se iandudum amicos simulant, perculsos. i. attonitos & stupefactos vehementer literis. s. tuis atque iacere deturbatos. i. conturbatione deiectos, ex magna spe, quam conceperant de interitu tuo. Autem. i. sed, scito has literas, quas misisti ad me, quanquam habebant exiguam. i. exilem & modicã significationem. i. notificationem voluntatis tuæ. s. bonæ erga me, tamen fuisse mihi iucundas. Enim. i. quia, ego nulla i. non vlla, non soleo lætari vlla re tam. i. tantopere, quàm. i. quantopere, conscientia meorum officiorum, id est, decenter factorum. Quibus. s. officijs meis siquando. i. aliquando, non respondetur mutuo. i. non satisfit ab his, quibus ea impendi, patior facilime, id est, ęquissimo animo, plus officij residere, id est, quasi otiosum esse apud me. Ego non dubito illud, quin si summa studia mea erga te adiunxerunt parum mihi te: resp. sit nos conciliatura, & coniunctura inter nos. Ac ne ignores, quid ego desiderarim. i. non inuenerim, inuenisse tamen voluerim, in literis tuis, scribam aperte, sicut & natura mea, quæ nihil simulare nouit, & amicitia nostra, quæ omnia manifesta esse vult, postulat. Ego gessi eas. i. tam insignes res. s. in oppressione coniuratorum, quarum ego expectaui in tuis literis aliquam gratulationem, causa &. i. simul necessitudinis nostræ, & id est, simul, reip. quam scilicet gratulationem, ego arbitror esse prætermissam à te, quòd verebare. i. timebas, ne offenderes. i. lęderes. cuius, id est, alicuius animum sed scito ea, quæ nos gessimus pro salute patriæ, cõprobari iudicio & testimonio orbis terrarum. Quæ. s. gesta mea, cum veneris, scilicet Romam, tu cognosces esse gesta à me tanto consilio & tanta magnitudine animi, vt patiare facilè, me non multo minorem i. inferioris virtutis, q̃ Lelius, nobilissimus amicus Scipionis, supple fuit: adiunctum esse tibi multo maiori quàm Africanus. s. Scipio, ab Africa deuicta sic dictus, fuit & in repub. & in amicitia. Modeste se Lęlio non multo minorem dicit: sed tamen satis iactanter gesta sua commemorat.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Prędicat animũ suũ erga Crassum: &, q̃ officiosus esse cupiat, scribit.

CICERO S. D. M. LICINIO P. F. CRASSO. 8



QVANTVM. meum studium extiterit dignitatis tuæ uel tuendæ, uel etiam augendæ, non dubito, quin ad te omnes tui perscripserint. non enim fuit aut mediocre, aut obscurum, aut eiusmodi, quod silentio posset pręteriri. nã & cum * consulibus, & cum multis consularibus tanta contentione decertaui, quanta nunquam antea ulla in causa: susceptę; mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis: ueteriq; nostræ necessitudini iamdiu debitum, sed multa uarietate temporum interruptum officium cumulate reddidi. Neq; mehercule unquam mihi tui aut colendi, aut ornandi uoluntas defuit: sed quędam pestes hominum, laude aliena dolẽtium, & te nonnunquam à me alienarunt, & me aliquando immutarũt tibi. sed extitit tempus optatum mihi magis, quàm speratum, ut. florentissimis tuis rebus, mea perspici posset & memoriæ nostræ uoluntatis, et amicitiæ fides. sum enim consecutus, non modo ut domus tua tota, sed ut cuncta ciuitas me tibi amicissimum esse cognosceret. itaque & præstantissima omnium fœminarum * uxor tua, & eximia pietate, uirtute, gratia tui Crassi meis consilijs, monitis, studijs, actionibusq; nituntur: & senatus, populusq; R. intelligit, tibi absenti nihil esse tam promptum, aut tam paratũ, quàm in omnibus rebus, quæ ad te pertineant, operam, curam, diligentiam, auctoritatem meã. Quæ sint acta, quæq; agantur, domesticorum tibi literis declarari puto. De me sic existimes, ac tibi persuadeas uehementer uelim; non me repentina aliqua uoluntate, aut fortuito ad tuam amplitudinem meis officijs amplectendam incidisse, sed, ut primum forum attigerim, spectasse semper, ut tibi possem quammaxime esse coniunctus. quo quidem ex tempore, memoria teneo, neq; meã tibi obseruantiam, neq; mihi tuam summam beneuolentiam, ac liberalitatem defuisse. si qua interciderunt, non tam re, quàm suspicione uiolata; ea cum fuerint & falsa, & inania, sint euulsa ex omni memoria, uitaq; nostra. is enim tu uir es, & eum me esse cupio, ut, quoniam in eadem reip. tempora incidimus, coniunctionem, amicitiamq; nostram utriq; nostrũ laudi sperem fore. Quãobrem tu quantum tuo iudicio tribuendum nobis esse putes, * statues ipse, &, ut spero, statues ex nostra dignitate: ego uero tibi profiteor, atq; polliceor eximium, & singulare meum studium in omni genere officij, quod * ad honestatem & gloriam tuã spectet. in quo, etiam si multi mecum contendent, tamen, cum reliquis omnibus, tum Crassis tuis iudicibus, omnes facile superabo: quos quidem ego ambos unice diligo, sed in Marco beneuolentia impari: hoc magis sum Publio deditus, quòd me, quanquam à pueritia semper, tamẽ hoc tempore maxime, sicut alterum parentẽ, & obseruat, et diligit. Has literas uelim existimes fœderis habituras esse uim, nõ epistolę; meq; ea, quę tibi promitto, ac recipio, sanctissime esse obseruaturum, diligẽtissimeq; facturũ. Quæ à me suscepta defensio est, te absente, dignitatis tuæ, in ea iam ego non solum amicitiæ nostræ, sed etiam * constantiæ meę causa permanebo. quãobrem satis esse hoc tempore arbitratus sum, hoc ad te scribere; me, si quid ipse intellígerem aut ad vo-

Domitio, & Appio.

Sueton. in Iulio.

parta officia modeste postulat. epist. 8. lib. 10.

vide epist. 5. h. l.

epist. 5. li. 1. idem epist. 8 lib. 9.

*ad uoluntatem, aut ad * commodum, aut ad amplitudinem tuam pertinere, mea * sponte id esse facturum: sin quidpiam aut à te essem admonitus, aut à tuis, effecturum, ut intelligeres, nihil neq; te scripsisse, neque quenquam tuorum frustra ad me detulisse. Quamobrē uelim ita & ipse ad me scribas de omnibus minimis, maximis, mediocribusq; rebus, ut ad hominem amicissimum, & tuis præcipias, ut * opera, consilio, auctoritate, gratia mea sic utantur in omnibus publicis, priuatis, forēsibus, domesticis, tuis, amicorum, hospitum, clientum tuorum negotijs, ut, quoad eius fieri possit, præsentiæ tuæ desiderium meo labore minuatur. Vale.*

auge copia ex alijs locis, epist. 3. 4. & 6. lib. 2

HVBER.

QVANTVM} Inter Cic. & M. Crassum ex magna gratia incidit simultas, immo & dissensio & odiū ꝑꝑ defensiooem Gabinij, q̄ Crassus susceperat contra Cic. cum eū ante oppugnasset, vt latius est declaratū in 1. lib. in epist. longa: tandē instantibus Pōp. & Cæs. reconciliata est inter eos gratia: ita vt penè à laribus Ciceronis Crassus in prouinciā aduersus Parthos profectus sit. ad quē gerentē bella in prouincia Cic. nūc scribit, se ita pro eius honore & dignitate cōtendisse in senatu, vt oēs intellexerint suū erga eū studium. ostenditq; ea quæ de se ad eū delata fuerant ex inuidia & maleuolentia quorundā fuisse delata, cū semper omnibus declarauerit se esse erga eū optimo animo. polliceturq; ita operā & studium suū Crasso, vt ne filius quidē eius secessurū dicat, & libenter se oīa facturū, quæ admonitus fuerit pertinere ad eius amplitudinē. Itaq; rogat ipsum, vt non solū de rebus magnis, sed etiā de minimis ad se scribat, tanq̄ ad amicissimū. {Studium} voluntas & diligētia. {Extiterit} apparuerit, fuerit. {Aut mediocre} sed maximū {Aut obscurum} occultū. {Aut eiusmodi} tale vt puta vile aut tenue. {Silentio posset} nā res maximæ & præclarissimæ silentio præteriri non pñt. {Decertaui} cōtendi verbis. {Cōtentione} vi verborū & vehemeoti oratione. {Ante} superiori tpe. {Nunquam} s. decertaui. {Suscepi} aggressus sum. {Propugnationem} defensionē. {Perpetuam} q̄ semper seruabo. {Veteri} antiqua, quia, vt dixi in argumēto, fuerat inter eos antea grā. {Debitū} q a amicis semper debemus officiū. {Interruptū} Intermissum. {Varietate tēporū} .i. mutatione tēporū quibus ēt si voluissē, nō potuissē reddere offitiū debitū {Cumulate} ample, ita vt nihil desit. {Neq; defuit voluntas} .i. licet nō potuerim antea reddere officiū debitū, tñ nunq̄ defuit volūtas & amādi & honorādi, si cōtigisset. {Pestes} pestē appellat detractores & inuidos: quia sunt pestes .i. destructio & calamitas amicitiarū. {Dolentium} nā proprie inuidia est dolor alienæ felicitatis. {Alienarūt te à me} te ab amicitia mea remouerunt. {Immutauerūt} modestius dixit se nō alienatū, sed aliquantulū immutatū, {Extitit} fuit. {Optarū} quia assidue optabā dari mihi oportunitatē, vt posses & nostræ voluntatis pristinæ memoriā & amicitiæ fidē perspicere, quæ quidē oportunitas tandē data est. {Magis q̄. s.} quia licet ita optarem, tñ te tm̄ ab inuidis & detractoribus meis alienatū à me videbam, vt nō sperarē posse euenire illud tempus. {Sum cōsecutus} re ipsa effeci. {Tua domus} tua familia {Cūcta ciuitas} oēs ciues nostri. {Crassi tui} subaudi filij. s. Mar. & P. Crassi. {Eximia} pcipua, egregia. {Pietate} amore i te. {Virtute} .s. eximia. {Et gratia} apud populū .i. valde grati omnibus. {Nitūtur} vtūtur & fidūt. {Monitis} qbus dico quid vitēt & oō agant. {Cōsilijs} quid agāt. {Studijs} fauoribus. {Actionibus} negotijs & defensionibus meis. {Domesticorum} familiariū tuorū. {Existimes} iudices & opinionem habeas. {Persuadeas} certissime credas. {Incidisse} deuenisse. {Amplectandam} suscipiendā, defendendā. {Repentina volūtate aut fortuito} duo posuit, quæ minuūt merita beneficiorū, cū proximis fortuito nō putātes prodesse, vel cū repentino quodā motu sine cōsideratione & iudicio. tūc. n. nō habēda est magna gratia beneficij. Cic. officiorū lib. j. Multi. n. faciunt multa temeritate quadā sine iudicio vel modo repētino quodā quasi vēti impetu animi incitati: quæ beneficia ęque magna nō sunt habēda. His igitur duabus de causis dicit se nō incidisse in defensionē amplitudinis ipsius Crassi, sed cōsideratione diligēti, q̄ declarat, cū dicit, {Se[illegible] primum} .i. cū primū. {Attigerim forum} pro attigi forum .i. cum primū forenses causas agere cœpi. {Spectasse} habuisse animū. {Quo ex tpe} post quod tēpus, quo forum attigi. {Obseruantiā} reuerentiā & honorē erga te. {Si qua} hortatur Cic. Crassum, vt ea, quæ postea euenerūt inter ipsos, magis suspicione q̄ re aliqua, mādentur obliuioni. {Interciderūt} interuenerūt. {Re} effectu. {Quā suspicione} quæ etiā plerunq; res optimas & sanctissimas in malā partē accipit. {Falsa} non vera. {Inania} vana, sine fundamētis rationis. {Sint euulsa} pro euellantur, & oino amoueātur. {Memoria vitaq; nostra} .i. ex memoria vitæ, vt nunq̄ amplius recordemur, aut de eis verba faciamus. {Is} talis. {Incidimus} deuenimus. {Sperē fore laudi vtrique nost.} sperē vtrunq; nostrū cōparaturū esse laudē ex cōiunctione, & amicitia nostra. {Singulare} præcipuū. {In omni gñe off.} in omni quod pro te efficere potero. {Spectet} pertineat. {Omnes} qui tibi officiū præstabūt. {Cōtenderint} certauerint mecū vt plus faciāt pro te q̄ ego. {Superabo oēs} vincā. {Cum omnibus iud.} .i. iudicio omniū. {Tum} maxime. {Crassis tuis iud.} .i. ēt iudicio filiorū tuorum. {Vnice} singulariter. {In M. Crasso} filio tuo. {Beneuolētia imp.} nō ęquali amore, subaudi sum .i. nō eū ęque amo atq; Publiū. {Hoc maxime} affert rōnē quare magis P. amet, quia & hoc tpe, & alio tpe semper ab eo maxime est amatus, & obseruatus. {Alterū} scdm post te {Has literas} Cic. ita affirmat se facturū ea quæ promisit Crasso, vt velit has suas literas habere vim & pōdus fœderis & solēnis obligationis, nō epistolæ solū. {Fœderis} qđ quidē ita solēniter feriebāt apud antiquos, vt nō liceret illud violare. {Vim} pondus & affectū. {Recipio} plus est q̄ promitto, quasi suscipio faciēda, & cū oblōne promitto. {Sanctissime} inuiolate, integerrime, & cōstantissime. {Quæ à me} dicit Cic. se perseueraturū in defensione dignitatis eius, nō solū ꝑꝑ amicitiā, sed etiā ꝑꝑ constantiā, ne videatur leuis. {Permanebo} perseuerabo. {Intelligerē} per me ipsum cognoscerē. {Mea spōte} mea volūtate, à nullo rogatum. {Admonitus} edoctus, factus certior. {Quippiā} aliquid {Nihil te scripſ.} .s. frustra. {Detulisse ad me} nūtiasse, aut dixisse de rebus tuis. {Vt ad hoiem amicissimū} .i. tanq̄ ad eū à quo scias te plurimū amari cui possis oia mādare. Nā nisi quispiam sit nobis amicissimus, si sit vir alicuius auctoritatis, nō audemus ei mādare, vt aliquid paruū pro nobis faciat, ne videamur illum paruifacere, neq; de rebus maximis, ne videamur impudentes, aut temerarij, imponētes ei tm̄ oneris. Petit igit Cic. à Crasso, vt se talē amicū existimet, cui putet oia posse mandari, & minima, & maxima, & mediocria. {Et pcipias} mādes, iubeas. {Tuis} propinquis & amicis, qui Romæ res tuas agūt, vt in oibus negotijs vtātur opera & cōsilio meo. {Publicis} discurrit per genera negotiorū, quibus vult exigi operā suā. {Publicis} quæ pertinebāt ad rēp. {Priuatis} ad rē familiarē tuā, vel aliquorū tuorum. {Forēsibus} ciuilibus, quæ agētur in foro. {Domesticis} quæ ad domum tuā spectabūt. {Tuis} quæ tua intererūt. {Amicorum} tuorū. {Clieotū} quos in patrocinio tuo habere consueuisti. nā cliens & patronus nomina sunt ad aliqd dicta. {Opera} labore: agēdo in supradictis negotijs. {Auctoritate} existimatione, quę est mihi apud senatū & populū quæ plurimū prodest negotijs amicorū. {Cōsilio} monendo & consulendo quid agere debeāt. {Vt quoad eius} sensus est ita vtātur cōsilio & opera, vt quantū per me fieri poterit, minus pigeat eos absentiæ tuæ, cum me videāt vicē tuā gerere, & ita facere, vt si tu adesses. {Quo ad eius} id est, inquantū fieri possit, q a scio qđ penitus fieri nō posset, vt ab eis nō desiderareris. {Desideriū præstātiæ tuæ} .i. solicitudo, quā capiūt ꝑ desiderio præstātiæ tuæ .i. desiderātes vt adsis in vrbe. {Minuatur} fiat leuior. {Meo labore} quē eis pro te pstabo.

ASCEN.

QVANTVM} Inter Cic. & Crassum post amicitiā magnam inciderat si multas magna, præsertim ob defensionē Gabinij, tandē per intercessionē Cæs. & Pomp. sic facti sunt amici, vt Crassus in Parthicū bellū ferè ex hortis Crassipedis generi Cic. sit progressus. ad quē nūc Cic. scribit, se ita pro eo in senatu cōtēdisse, vt oēs intellexerint suū erga Crassum studiū, ostenditq;, quæ Crassus audierat, non esse vera, pollicēs se illi cōstantē seruaturū voluntatē, rogansq;, vt tale erga se seruet, scribatq; de rebus suis oibus. Ordo est. Ego nō dubito, quin oēs tui scripserint ad te, quantū studium meū extiterit .i. eminuerit aut fuerit dignitatis tuæ vel tuendæ .i. protegendæ, vel etiā augēdæ. Enim .i. q a, sup. studiū meū non fuit aut mediocre, sed indigēs, aut obscurū .i. occultū, aut eiusmodi .i. tale quod possit præteriri .i. aboleri silentio. Nā ego decertaui .s. pro te, &c. i. simul cū cōsulibus & cum multis cōsularibus .i. qui prius cōsulatū gesserant, tanta cōtentione, quāta nunquā .s. decertaui antea in vlla causa, & suscepi mihi .i. ad placitū meū, perpetuam propugnationē .i. decertationē pro oibus ornamētis tuis, & reddidi cumulate .i. abūdanter officium debitū veteri necessitudini nr̄æ .i. cōiunctioni quasi necessariæ animorū, sed interruptū multa varietate tēporū, q. d. nō culpa nostra, sed tpum. Neq; meher

cule volũtas tui aut colendi, aut ornãdi.i.honorãdi defuit mihi vnquã. Sed quædã pestes hoium.i.quidã homines pestiferi, qui non merentur homines dici, dolentium laude aliena, &.i.simul alienauerunt.i.alienum fecerunt, nõnunquam.i.interdum te à me, & immutarũt me aliquando tibi.i.vt alius tibi videtur. Sed tempus optatum mihi magis q̃ speratum. non.n.sperare poterat, cum non haberet præsentia ad hoc merita, nec euidẽtes videlicet causas, optabat tñ quia bonum quodlibet optabile est. extitit.i.emersit & exortum est vt rebus tuis florentissimis.i.in summa felicitate tua, &.i.simul, memoria mea nostræ voluntatis.i.beneuolentiæ pristinæ, & fides amicitiæ.i.in amicitia conseruanda, posset perspici.i.clare videri & agnosci. Sum.n.consecutus.i.obtinui, vt non modo.i.non solum domus tua tota, sed sup.etiam, vt cuncta.i.vniuersa ciuitas.s.Romana, cognosceret me esse amicissimum tibi. Itaq; &.i.simul, vxor tua præstantissima.i.quæ est præstantissima omnium fœminarũ, & Crassi.s.filij tui, eximia pietate, virtute, gratia.i.qui habent eximiã pietatem.s.in te, eximiam virtutem & gratiam in oculis omnium, nituntur.i.suffulciuntur consilijs, monitis, studijs, & actionibus meis: &.i.simul, senatus & P.R.intelligit, nihil esse tam promptum aut tam paratum tibi absenti quàm operam, curam, diligentiam, auctoritatem meam, in omnibus rebus quæ pertineãt ad te. Ego puto declarari tibi literis domesticorũ quæ sint acta, & quæ agam.s.pro te. Ego velim vehemẽter sup.vt existimes.i.iudices de me, ac persuadeas tibi, me non incidisse aliqua voluntate repentina.i.subitanea aut fortunito.s.casu, ad amplectendam.i.prosequendam amplitudinem tuam officijs meis, sed vt primum attigerim forũ.s.iudiciale, spectasse.i.tetendisse ad hoc semper, vt possem esse quàm maxime coniunctus tibi. Quo q-dem tempore teneo memoria, neq; obseruãtiam meam.i.meã venerationem, & cautionem, ne te lędam, defuisset ibi, neque summam beneuolentiam ac liberalitatem tuam defuisse mihi. Si qua.i.aliqua.s.discordię semina interciderunt non tam re q̃ suspicione violenta, ea cum fuerint & falsa, & inania, sint euulsa ex omni.i.tota memoria & vita nostra. Tu enim es is.i.talis vir, & ego cupio eum esse.i.talem, vt quoniam incidimus in eadem tempora reip.vt simul remp.tractemus, ego sperem cõiunctionem, & amicitiam nostram fore.i.futuram esse, vtriq; nostrum laudi.i.ad laudem, quia honestum est bonos inter se amare & iuuare. Quamobrem tu ipse statues.i.constitues in animo tuo, quantum putes.i.putare debeas, tribuendum nobis iudicio tuo.i.secũdum iudicium tuum, & vt spero, tu statues, sup.illud, ex dignitate nostra.i.secundum dignitatem nostram. Ego vero profiteor tibi atq; polliceor eximium & singulare studiũ meũ, in omni genere officij quod spectet ad honestatem & gloriam tuam. In quo etiam si multi contendunt mecum, tamen superabo facile omnes.s.contendentes mecum cum.s.sit, q̄ superabo reliquis omnibus iudicibus.i.ita iudicantibus, tum.i.multo euidentius, Crassis tuis.s.filijs, iudicibus, quos ambos.s.liberos tuos, ego diligo vnice.i.vt vnicos filios diligerem, sed beneuolẽtia impari.i.minore in Marco.s.filio tuo ego sum deditus.i.addictus magis Publio.s.filio tuo q̃ Marco, hoc.i.propter hoc q̄ quàquam, sup.obseruauit & dilexit me semper à pueritia.s.sua, tamen obseruat & diligit me maxime hoc tempore, sicut alterum parentem.i.patrem. Has, &c. Velim sup.vt existimes has literas habituras esse vim.i.potestatem fœderis.s.tecum icti, nõ epistolæ.s.duntaxat, & me obseruaturum esse sanctissime & diligẽtissime ea, quæ promitto, ac recipio tibi. Recipere enim interdum est promittere, interdum reseruare, interdum seruare, vnde canere receptui, interdum accipere debita. Ego permanebo non solum causa amicitiæ nostræ, sed etiam causa constantiæ meæ.i.vt constans sim, & videar in ea sup.defensione dignitatis tuæ, quæ suscepta sup.est à me, te absente. Quamobrem ego arbitratus sum, satis esse, hoc tempore, scribere ad te, hoc.s.sequentia, si ipse.i.ego, intelligerem quid.i.aliquid pertinere, aut ad voluntatem, sup.tuam, aut ad commodum sup.tuũ, aut ad amplitudinem tuam, me facturum esse id sponte mea.i.quod dicunt proprio instinctu. Sin autem.i.sed si, essem admonitus aut à te, aut à tuis sup.me effecturum, vt intelligeres, nihil neque te scripsisse neque quenquam tuorum detulisse.i.denuntiasse ad me frustra. Quamobrem velim, sup.vt, &.i.simul ipse, id est, tute, scribas ad me de omnibus rebus minimis, maximis, & mediocribus, vt.i.tanquam ad hominem amicissimum, &.i.simul, præcipias tuis.s.necessarijs & amicis, vt vtantur sic opera, consilio, auctoritate, gratia mea, & in omnibus negotijs tuis publicis, quæ magistratum concernunt & remp.priuatis, quæ ad rem priuatam spectant, forensibus, quæ in foro iudiciali aguntur, domesticis, id est, familiaribus, & sup.amicorum hospitum, clientum tuorum, vt desiderium præsentiæ tuæ minuatur quoad eius.i.quatenus id, possit fieri labore meo.i.per laborẽ meũ, cum faciam ferè quæ tu si adsis.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petit Vatinius, vt dignitatem illius contra maleuolorum inuidiam Cicero defendat.

P. VATINIVS IMP. S. D. CICERONI SVO. 9

*SI uales, bene est: ego ualeo. Si tuam consuetudinem in patrocinijs tuendis seruas, P. Vatinius cliens ad te uenit, qui pro se causam dicier uult. non puto repudiabis in honore, quem in periculo recepisti. ego autem quem potius adoptem, aut inuocẽ, quàm illum, quo defendente uincere didici? an uerear, ne, qui potentissimorum hominum conspirationem neglexerit pro mea salute, is pro honore meo, pusillorum, ac maleuolorum obtrectationes, & inuidias non prosternat, atq; obterat? Quare, si me, sicut soles, amas, suscipe me totum, atq; hoc, quidquid est oneris, ac muneris, pro mea dignitate tibi tuendum, ac sustinendum puta. scis meam fortunam, nescio quo modo, facile obtrectatores inuenire, non meo quidem mehercule merito: sed quanti id refert, si tamen fato nescio quo accidit? si quis forte fuerit, qui nostræ dignitati obesse uelit: peto à te, ut tuam consuetudinem, & liberalitatem in me absente defendendo mihi præstes. Literas ad senatum nostris de rebus * gestis quo exemplo miseram, infra tibi perscripsi. Dicitur mihi tuus seruus anagnostes * fugitiuus cum Vardæis esse: de quo tu mihi nihil mandasti: ego tamen, terra, mariq; ut conquireretur, præmandaui: & profecto tibi illum reperiam, nisi in Dalmatiam aufugerit: & inde tamen aliquando eruam. Tu nos fac ames. Vale ad v. id. Quinct. ex castris, Narona.*

in Dalmatia.

vide epist. 77. lib. 5.

SI uales} Cum gereret bellum Vatinius in Illyrijs, & ob res bene gestas optaret sibi decerni supplicationes, quidã maleuoli & inuidi impugnabãt eum, & honori eius detrahebant. Quare in hac epist. rogat Cic. vt quẽadmodũ ante in periculo capitis eũ defendit: ita nũc defendat in honore. Deinde pollicetur se daturum operam, vt Dionys. Cic. seruus fugitiuus aliquo modo inueniatur. profugerat.n.in eas regiones. NVBAR. }Cõsuetudinẽ} quia Cic. libẽter in defensionibus amicorũ versari cõsueuit. }Patrocinijs} defensionibus, aduocationibus.nã patronus defensor causarũ dr.i.aduocatus patrocinij defensio. }P. Vatinius} ego Vatinius: loquitur.n.de se tanquã de tertia persona. }Cliens} defensione egẽs.est.n.qui patronũ colit, & sequitur vt ab eo defendatur. }Causam dicier} cãm agi & defendi: dicier pro dici. }Repudiabis} respues. }In periculo} .s.salutis, cum oppugnabar capite, & à te sum defensus. }Ego} ostendit q̃ fiduciam in Cice. habere debeat. }Adoptem} eligam patronũ meũ. }Quàm illum} .s.te. }Didici vincere} obtinui victoriam contra aduersarios meos. }An verear} an dubitem, q.d.non. Ordo est: an verear, ne is nõ prosternat, atq; obterat obtrectationes pusillorum & maleuolorum hominum, qui pro mea salute neglexerit conspirationẽ potentissimorũ hominum? }Conspirationem} coniurationẽ, consensum cõtra me. }Neglexerit} cõtempserit, neq; ea territus sit. }Pro mea salute} vt salutem & vitam meam defenderet. }Pusillorum} impotentium & paruæ auctoritatis, contra id quod dixit potẽtissimorum. }Obtrectationes} maledicentias. }Inuidias} artificiose ostendit se innocentẽ esse, & iniuste oppugnari, ideoq; defendendũ esse. }Prosternat} deijciat. }Obterat} conculcet, defendet. nam si maius fecisti, faciet etiã quod est minus. }Suscipe} in patrocinium tuũ accipe. }Muneris} officij quod ibi impono. }Scis} captat commiserationem Vat. cũ dicit fortunas suas expositas esse inuidiæ & detractionibus maleuolorũ sine culpa sua, cũ sit innocẽs. }Obtrectatores} maledicos. }Nescio quo} q.d. quodam fato & infortunio meo.

Patrocinia Patronus.

Dicier.

Non

{Non meo merito} non mea culpa. nam meritum de malo & bona dicitur. {Sed quanti refert} quid intereſt, q.d. nihil: cum nihilominus habeam inimicos innocens. {Neſcio quo fato} neſcio qua triſti fortuna mea, & quaſi malo ſidere. {Liberalitatem} naturæ benignitatem, quæ maxime in præſtanda opera amicis perſpicitur. {Quo exemplo} quibus verbis, qua copia. {Anagnoſtes} non proprium eſt nomen, ſed officij. nam ἀναγνώσκω lego ſignificat: unde ἀναγνώστης lector dicitur. habebant enim Romani ſeruos qui cœnantibus aliquid legebant, & plerunq; percurrebant quæ eſſent ad omnes ſcripta, & interdum corrigebãt. {Fugitiuus} qui fugit à te. {De quo} ſeruo tuo. {Nihil mandaſti mihi} vt quærerem ipſum. {Vardacis} populi ſunt in Illyrijs. {Terra mariq;} prouerbialiter, q.d. vbiq;. {Tibi} datiuus hic in gratiam Cic. poſitus eſt. {Dalmatiam} quæ eſt pars Illyriæ quam parabat Vat. expugnare, cum primum data eſſet temporis commoditas. {Eruam} abſtraham. eleganter dicimus, eruere verum, eruere etiam oculos, & ad quidquid denique vti poſſumus, quod lateat nos, & ſcire nos laboremus. {Illinc} ex Dalmatia. {Aliquando tandem, nonnunquam, aliquo tempore. {Fac ames} fac valeas, fac ſcribas. elegantiſſimo hoc imperatiuo ſic vtimur in multis.

ASCEN.

SI vales, &c.} Vatinius Cic. rogat, vt pro rebus bene in Illyria geſtis ſupplicationem ſibi decernendam procuret, pollicetur q; ſe curaturum, vt fugitiuus Cic. comprehendatur, dicens, Si vales ò Cic. bene eſt, ego valeo. ſ. bene. Si tu ſeruas conſuetudinem tuam in tuendis. i. protegendis patrocinijs. i. clientibus, patrocinio tuo commiſſis: P. Vatinius cliẽs, ſcilicet tuus. i. te aduocatum & patronum ſuum colẽs, venit ad te. honeſtius dicit quàm ſi dicat, ego Publius, &c. venio qui vult cauſam dicier, pro dici, pro ſe. i. pro ſupplicatione ſibi impetranda. ego non puto ſup. quod repudiabis in honore. ſ. obtinendo aut in re honeſta, quem recepiſti. ſ. defendẽdum, in periculo. ſ. capitis. Autem. i. ſed, quem ego adoptem, aut inuocẽ potius quàm illum, quo defendente didici vincere? q.d. nullum. An verear ne qui neglexerit. i. parui fecerit. ſ. Cic. conſpirationem hominum potentiſſimorum. ſ. mihi aduerſantium pro ſalute mea. i. vt me ſaluum faciat, is non proſternat atq; obterat obtrectationes & inuidias puſillorum ac maleuolorum, pro honore meo. ſ. augendo? q.d. nequaquam. Quare ſi amas me, ſicut ſoles, ſuſcipe me totum, atq; puta. i. exiſtima hoc quidquid eſt oneris ac muneris. i. officij, tuendum ac ſuſtinendum, ſupple eſſe tibi, pro dignitate mea. Scis fortunam meam inuenire facile neſcio quomodo obtrectatores. i. maledicos quidem. i. certe, mehercule. ſ. ita iudicante, non merito. i. peccato meo. ſed quanti refert. i. intereſt, id. ſ. an merito, an immerito fiat. ſi tamen. i. nihilominus, accidit neſcio quo fato. i. infortunio mihi ex aſtrorum, aut deorũ diſpoſitione impendente? permittit enim deus etiam bonis aduerſa contingere, vt inde meliores euadant. ſed malum culpæ à fato nõ dependet, ſed arbitrio noſtro. Si forte quis i. aliquis fuerit qui velit obeſſe. i. nocere & obſiſtere dignitati noſtræ, peto à te, vt præſtes mihi tuam conſuetudinem & liberalitatem in me abſente defendendo. ego perſcripſi tibi infra. i. inferiore parte tabellæ, literas ſup. meas, eo exemplo, quo exemplo. i. qua forma, miſeram ad ſenatum, aut perſcripſi tibi, quo exemplo, &c. ſuperior expoſitio plus placet. priore enim de modo de diploma. i. quod duplum dicunt & exemplum literarum ſuarũ ſcripſerit, poſteriore tantum formam quo ſcriptæ eſſent. Seruus tuus fugitiuus ſ. Dionyſius nomine, Anagnoſtes. i. lector tuus, aut in menſa, aut in lectica. non eſt ergo proprium, ſed officij nomen a verbo ἀναγνώσκω quod eſt lego, vnde ἀνάγνωσις Anagnoſis lectio, dicitur eſſe Vardaci. i. in eo oppido in Illyrijs de quo tu mandaſti mihi. ſ. vt curem comprehendendum: ego tamen præmandaui. i. antequam eò perfugeret, vt conquireretur terra mariq;, & profectò ego reperiam tibi. i. ad vtilitatem tuã, illum, niſi aufugerit in Dalmatiam, ſeu Dalmatiam, quæ eſt pars Illyriæ. & tamen. i. licet, eo fugerit, ego eruam. i. auellam eum, aliquando. i. tandem, inde. i. ab eo loco. Tu fac ſup. vt ames nos. Vale. Ex caſtris, Narona. i. in eo loco, ad tertium Idus quintiles. i. Iulias.

PAVL. MAN.

CVM Vardæis} antea, Vardacis, legebatur. nos in libris vetuſtis lectionem, quã impreſſimus, inuenimus. neque de ea dubitandum quidquam cenſuimus, cum à Plinio Vardæos inter Dalmatiæ populos, in qua Vatinius bellum gerebat, numeratos videremus.* {Actione expoſtulãt} ea forma dictum eſt, qua, actione repetere. omnino antiqui libri habent, actiones expoſtulãt. ſed mihi quidem magis probatur, actione expoſtulant, aut, actiones poſtulant.

In epiſtola ſequenti.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Reſpondet Ciceronis petitioni de Catilio pirata Vatinius, quem propter immenſa ſcelera dimittere ſe non poſſe dicit, deinde ſupplicationes pro rebus geſtis, vt a Cæſare referantur, hortatore Cicerone, poſtulat.

VATINIVS IMP. S. D. CICERONI. 10



*I uales, bene eſt: ego quidem ualeo. De Dionyſio tuo adhuc nihil extrico, & eo minus, quòd me frigus Dalmaticum, quod illinc eiecit, etiam hic refrigerauit. ſed tamen non deſiſtam, quin illum aliquando eruam. Sed tamen omnia mihi * dura imperas. de Catilio neſcio quid ad me ſcripſiſti deprecationis diligentiſſimæ. Apage te cum noſtro Sex. Seruilio: nam mehercule ego illum quoque amo. ſed huiuſcemodi uos clientes, huiuſmodi cauſas recipitis? hominem unum omnium crudeliſſimum, qui tot ingenuos, matresfamilias, ciues R. occidit, arripuit, diſperdidit, regiones uaſtauit? ſimius, non ſemiſſis homo, contra me arma tulit; & eum bello cepi. ſed tamen, mi Cicero, quid facere poſſum? omnia mehercule cupio, quæ tu mihi imperas. meam animaduerſionem, & ſupplicium, quo uſurus eram in eum, quem cepiſſem, remitto tibi, & condono. quid illis reſpondere poſſum, qui ſua bona direpta, naues expugnatas, fratres, liberos, parentes occiſos, actione expoſtulant? ſi mehercule Appij * os haberem, in cuius locum ſuffectus ſum; tamen hoc ſuſtinere non poſſem. quid ergo eſt? faciam omnia ſedulo, quæ te ſciam uelle. defenditur à Q. Voluſio, tuo diſcipulo. ſi forte ea res poterit aduerſarios fugare, in eo maxima ſpes eſt. Nos, ſi quid erit iſtic opus defendes. Cæſar adhuc mihi iniuriam facit. de meis ſupplicationibus, & rebus geſtis Dalmaticis adhuc non * refert: quaſi uero non iuſtiſſimi triumphi in Dalmatia res geſſerim. nam ſi hoc expectandum ſit, dum totum bellum conficiam: uiginti oppida ſunt Dalmatiæ antiqua: quæ ipſi ſibi aſciuerunt, amplius ſexaginta. hæc niſi omnia expugno, ſi mihi ſupplicationes non decernũtur; longe alia conditione ego ſum, ac cæteri imperatores.*

*Ego poſt ſupplicationes mihi decretas in Dalmatiam profectus ſum: ſex oppida ui oppugnando cepi: unum * hoc, quod erat maximum, quater à me iam captum: quatuor enim turres, & quatuor muros cepi, & arcem eorum totam: ex qua me niues, frigora, imbres detruſerunt: indigneq;, mi Cicero, oppidum captum, & bellum iam confectum relinquere ſum coactus. Quare te rogo, ſi opus erit, ad Cæſarem meam cauſam agas, meq; tibi in omnes * partes defendendum putes, hoc exiſtimans, neminem te tui amantiorem habere. Vale Nonis Dec. Narona.*

cum neque ſeruum poſſim inuenire, neque de Catilio, quod petis, facile concedere.

ſi eſſem ita impudens, vt eſt Appius, ore. ſ. duriſſimo.

relatio ad ſen. conſul ẽ erat, & conſul erat Cæſar.

proxime à ſe relictum.

epiſt. 10. lib. 4.

HVBER.

SI vales} Primum ſcribit Vatinius ad Cic. ſe nihil adhuc certi habere de eius ſeruo fugitiuo, nomine Dionyſio, ſperare tamen ſe aliquando eruiturum illum ex Dalmatia. Deinde quia Cic. & Seruilius deprecati fuerant ipſum pro quodam Catilio pirata, quem ille bello acceperat, adducit multas cauſas, quare non debeat ei parcere. rogatque Cic. vt eum defendat Romæ: quia cum petuiſſet, ſupplicationes ſibi decerni pro rebus Dalmaticis bene geſtis; Cæſar, qui debebat proponere in ſenatu de ea re, nondum propoſuerat. ob quam rem oſtendit, ſibi fieri iniuriam. & commemorat quædam à ſe in Dalmatia geſta. deinde ſe totum Cice. tradit, vt ab eo defendatur. {Dionyſio} ita enim vocabatur ſeruus fugitiuus Cice. erat autem nomen accommodatum ſeruis, ſicut Syrus, Dauus, &c. Horat. Tu me Syri Daue, aut Dio. filius audes deijcere ex ſaxo. {Extrico} explico, expedio, libero, extrico

enim penultima producta, libero, soluo, & expedio significat.
Horat. 1. car. Seu pugnet densis extricata cerua plagis. Virg. &
in extricabilis error. Dicit igitur se nihil extricare. i. certum
habere. {Eominus} subaudi extrico. {Dalmaticum} est. n. regio
satis frigida. {Eiecit} expulit. {Illiue} ex Dalmatia. nam Vati-
nius coactus fuerat discedere propter frigus. {Refrigerauit} fe-
cit frigus. {Non desistam} non cessabo. {Dura} difficilia, non
propter Dion. seruum hoc dixit, sed propter Catiliũ. {Nescio}
q. d. non satis honeste & iuste. ita. n. solemus dicere in contem-
ptum, dixisti nescio quid verborum, nescio quid deprecatio-
Apagete nis, &c. {Apage te} familiariter. corripientis est, q. d. abi in bonã
rem. {Cum nostro Seruilio} qui etiam idem à me petit, quod
tu, vt hũc dimittam. {Vos} habet emphasim, q. d. qui habemini
viri boni, & non deberetis defendere nisi bonos. {Huiusmodi}
tales ita sceleratos, sicut fuit hic Catilius. {Causas huiusmodi}
ita iniustas, & inhonestas. {Hominem} subaudi, recipitis. {Inge
nuas} liberas. vnde maior est iniuria ingenuas autẽ dixit, quia
& matres familiæ libertinæ esse possunt, vt paulo infra ex ver-
Matresfamilias. bis iurisconsulti declarabitur. {Matresfamilias} honestissimas
mulieres. nam materfam. vt scribit A. G. dr̃ ea sola, quæ in ma-
riti manu mancipioq; sit, qm̃ non in matrimonium tm̃, sed in
familiam quoq; mariti, & in sui hæredis locum venisset. & Fe-
stus dicit materfamilias non ante dici, q̃ vt eius paterfamilias
appellaretur, nec multæ in vna domo esse possunt, nec vidua
hoc nomine appellari põt, quæ sine filijs est. Itẽ iurisconsu. ff. de
verb. signific. melius ostendit, quæ sit materfamilias his verbis;
Matremfamilias accipere debemus eam, quæ nõ inhoneste vi-
xit. Matrẽ. n. familias à cęteris fœminis mores discernunt, atq;
separant. proinde nihil intererit, nupta an vidua sit, ingenua, an
libertina, nam neq; nuptiæ, neq; natales faciũt matresfamilias,
sed boni mores. vr̃ ergo male diffiniuisse Festus, cum dixit vi-
Familia. duam eo nomine appellari nõ posse. familias aũt genitiuus est
ad imitationem Græcorũ, qui fœminorum in a puram desinen
tium genitiuos in as mittũt, dicimus tñ & materfamiliæ & ma
Semissis. terfamiliarum. {Arripuit} captiuos fecit. {Semissis} quidam di
stinguunt sic, vastauit semissis, vt sit accusatiui casus. i. fecit mo-
netam adulterinã, quia semissis genus est & mensuræ & mone-
tæ. sed nõ probandus est ille intellectus, quia violentus est, me-
lius ergo intelligitur sic. {Simul} deinde. {Vero} expletiua est
coniunctio, neq; legendum est non. {Semissis homo} i. homo
vilis, & quasi semihomo, sicut semissem, semiassẽ dicimus. {Bel
lo} cuius iure licet ipsum punire, sed tñ significat se causa Cice.
cupere ei indulgere vitã, sed nõ licere, cũ ille fuerit sceleratissi-
mus, & multos læserit, qui nunc ab eo pœnas exigunt. {Qui
possum facere} q. d. nihil, nisi eũ condẽnare, si modo iustitiã ip-
sam sequi velim. {Omnia cupio} subaudi facere. {Quæ tu impe
ras} s. vt eum dimittam incolumen. {Supplicium} pœnã. {Ani
maduersionem} punitionẽ, p p offensionẽ. {Remitto} dimitto
tibi. {Quid illis} dixit se condonare quæ ad se pertinet. quæ ve-
ro ad alios spectant, qui iniuriam acceperunt, dicit se cõdonare
nõ posse, inquit ergo {Quid respõdere possum} q. d. nihil quod
habeat honestatẽ aut ęquitatem. {Direpta} in prædã conuersa.
{Expugnatas} vi, & prælio victas. {Occisos} quod peius est, q̃ si
arrepti fuissent. {Auctores} mouentes causam & litẽ. {Expostu
lant} queruntur de dãnis & iniurijs sibi à Catilio illatis. {Ap-
pium} qui, vt supra vidimus, potẽs erat, & superbus vir, qui non
satis curaret, quid de se homines loquerentur. {Cuius} Appij.
{Suffectus} substitutus: vr̃. n. fuisse prius imperator in ea pro-
uincia Appius. {Sustinere} tueri, fuisse recte factum, si haberem
Ap. defensorẽ meũ. {Hoc} quod eum dimitterem impune p p
eos quos offendit. {Quid ergo est. i. quid velim pro te facere de
Catilio. {Ea res} ea defensio tui Q. Volusij, discipuli tui. {Fu-
gare} deterrere. {Aduersarios} ne eũ persequãtur amplius. {In
eo} in ea re. {Istic} Romæ. {Cæsar} conqueritur de Cæs. q eius
culpa, qui noluerit referre in senatu, nõ fiant ei supplicationes.
{Adhuc} hucusq;. {Non refert} non ponit in senatu. {Quasi}
tanquam. {Vero} ironice dictum. {Res iustissimi tr.} i. res quæ
mereantur iustissimũ triumphum. {Nam si hoc} dicit contra
sententiã Cæs. qui dicebat nõ esse ei dandas supplicationes, do-
nec totam Dalmatiã cepisset, quod quidem dicit esse difficilli-
mum, quia 20. oppida Dalmatiæ plusquam sexaginta alia oppi
da sibi adiunxerũt, quæ omnia necesse esset vincere, vt totũ bel-
lum cõficeretur. {Si expectandũ est} vt mihi decernantur suppli
cationes. {Dum} donec. {Conficiam} finiam. {Asciuerunt} ad-
iunxerunt. {Expugno} vinco. {Longe} valde. Sal. Longe mihi
aliena mens. P. con. {Alia} aduersa. {Quàm cęteri} quibus de-
cretæ sunt supplicationes, cum etiam multum belli superesset.

SI vales} Idem Vatinius ex eadẽ prouincia hanc ad Cic. ASCAN.
dedit epistolã, in qua primum scribit se nihil certi adhuc
habere de Dion. seruo fugitiuo, sperare tñ posse eum ali-
quando eruere è Dalmatia. Deinde quia Cic. & Seruilius
deprecati fuerant pro quodam Pirata, Catilio nomine, quẽ Va
tinius bello ceperat, adducit multas causas, quare ei nõ debeat
parcere, rogatq; Cic. vt causam suam defendat Romæ, quia po-
tuissent supplicationes sibi decerni pro rebus in Dalmatia bene
gestis, sed Cæsar, qui debebat referre de ea re, nihil adhuc retu-
lerat. quód iniquũ cẽset, cõmemorans quædam præclare gesta.
Deinde se totũ Cic. ab eo defendendũ tradit. Ordo est. Si vales,
bene est, ego quidẽ valeo. Ego nihil adhuc extrico. i. expedio, &
ex tricijs & inuolucris eruo, de Dionys. tuo. s. seruo fugitiuo. i.
nihil adhuc certi afferre possum, & eo. i. tanto minus, sup. extri-
co aliquid, q frigus Dalmaticum, quod eiecit, sup. me illinc. i. è
Dalmatia, refrigerauit. i. iterum frigus generauit, etiã hic. s. vbi
nũc sum. i. in hac parte Illyriæ, q. d. p p frigus nihil hactenus po
tui agere, vnde etiã pigrum à Virgilio dr̃, quia pigros facit, sed
nõ desistam quin eruã. i. extraham, quasi ferã è latebris, illum. s.
seruum tuũ, aliqñ. i. tandem. Sed tñ tu imperas mihi omnia du-
ra. i. difficilia factu. Scripsisti nescio quid deprecationis diligen-
tissime. i. q̃ diligentissime precatus es, ne animaduertam in Ca
tilium, de quo. s. pirata à me capto. Apagete. Comicus & Plau-
to familiaris sermo, quo more supra dixit dicier pro dici. Videt
aũt gręcum verbum ab apo & ago compositũ. nam & ago græ-
ce dr̃, vt sit apagete. i. amouete, procul agite, vos sup. cum S. Ser
uilio nostro. nã mehercule ego amo quoq; illũ. s. Seruiliũ. quare
dixeras nostro Seruilio. sed recipitis vos. s. tã sancti & prudẽtes
viri causas huiusmodi. i. rei s. piratæ, q d. id nõ decere. Suscipitis
inquã defendendũ hominẽ vnũ. i. solum crudelissimũ omnium.
Qui stuprauit tot ingenuas. i. nulla seruitute sua, aut maiorum
suorũ notatas matresfamilias, & sup. q occidit tot ciues Rom.
qui arripuit, disperdidit. s. tot ciues Rom. & sup. qui vastauit re-
giones. Simul vero homo semissis. i. vix asse & dimidio eius ęsti
mandus, vnde prius hominis semissis legendum dixi, tulit arma.
contra me, & cepi eũ bello. s. iusto. Sed tñ mi Cic. quid possum
facere. s. in hac re quidẽ. i. certe, ego cupio sup. facere oia, meher
cle, quæ tu imperas. Ego remitto tibi. i. ad placitũ tuũ cõdono,
meã animaduersionem. i. iustã punitionẽ Catilij, & suppliciũ,
quo eram vsurus in eũ, quẽ cępissem, quid possum rñdere illis
qui actores. i. cũ sint actores & accusatores, expostulãt. i. iuste &
manifeste postulant, bona sua direpta. s. à Catilio, naues expu-
gnatas, captas, & victas ab eo, fratres, liberos, parẽtes occisos. s.
ab eodem? q. d. nihil possum honeste rñdere si eũ absoluo. Me-
hercle, si haberẽ Appiũ. s. Pulchrũ, hominẽ cauillosum & cautũ
sup. adiutorẽ aut defensorẽ, in cuius locum ego sum suffectus. i.
substitutus, tñ nõ possem sustinere hoc. i. hãc iniquissimã abso-
lutionẽ, aut expostulationẽ tam iustã in Catiliũ agentiũ. Ergo
sup. inquies q d est. s. reliquũ. Ego faciã sedulo. i. seorsum à dolo,
diligẽter oia quæ sciã te velle sup. Catilius defendit cõtra acto-
res, à Q. Volusio discipulo tuo, si forte ea res. i. fama patroni, po
terit fugare aduersarios. s. eius, spes est maxime in eo. Tu defen-
des nos istic. i. vbi tu es, hoc est Romæ, si q d erit opus. Cæsar fa-
cit mihi adhuc iniuriam de supplicationibus meis, & nõ refert
adhuc. i. nõ affert in cõsultationẽ senatus, de rebus gestis. s. à me
Dalmaticis. i. in Dalmatia, quasi vero nõ gesserim in Dalmatia
res iustissimi triũphi. i. triũpho dignissimas. Nã si hoc. s. referre
de rebus meis sit expectandũ dum. i. donec cõficiam. i. finiã, to-
tum bellũ, viginti oppida sunt Dalmatiæ antiqua, quæ asciue-
runt. i. attraxerunt sibi amplius sexaginta sup. oppida, quæ dñr
Dalmatia noua, nisi ego expugno. i. capio, hæc oia, supplicatio-
nes nõ decernuntur mihi? q. d. id iniquũ esse. Ego sum, si hoc sit,
longe alia, quia deteriori cõditione ac. i. q̃ cæteri imperatores

EGo hoc} vr̃ esse cõtrariũ eius, quod supra dixit. nã que- HVBER.
stus est, q nõ decernantur sibi supplicationes, nũc dicit
fuisse decretas. ad quod alij rñdẽt eũ petijsse multas sup
plicationes, & aliquas obtinuisse. quod non placet, quia
nõ multæ supplicationes petebãtur. alij dñt inter scribendũ epi
stolã accepisse, supplicationes sibi fuisse decretas. quod ideo non
vr̃ verisimile, quia dicit post decretas supplicationes se profectũ
in Dalmatiã, & multa oppida expugnasse: quod nõ potuit fieri
eo tpe solo, quo scripsit epistolam. Ego puto esse principiũ bre
uis epistolæ, aut potius chirographi alicuius subito scripti, quo
breuiter commemorat, quid egerit in Dalmatia post decretas
supplicationes. {Oppugnando} contra bellando. {Vi} per vim.
{Vnũ hoc} quod nunc oppugno. {Quater captũ} quia quatuor
turres & quatuor muros cœpit, ideo dixit se quater cœpisse.
Virg.

Virg. Ter vincendum esse dixit eum, qui tris animas habebat. Cui tris animas Feronia mater, Horrendũ dictu, dederat, terna arma mouenda, Ter leto sternendus erat. {Arcem} ἀκρόπολιν: locum eminentiorem & munitiorem in vrbe. {Detruserunt} vi expulerunt, & amouerunt. {Captum} quod iam cœperã, quia expugnaueram loca munitiora. {Confectum} finitum, quia victo illo oppido, quod erat omnium maximum, vt dixit videbatur sibi confecisse bellum. {Agas causam meam} dicas, vt tuearis partes meas. {Apud Cæs.} is. n. aliquantulum obstabat honori Vatinij. neq; erat Cæs. tunc in Gallia, vt quidam volũt, dicentes eum oppugnasse Vatinium per alios. quod si esset, non diceret nunc apud Cæs. {In omnes partes} .i. per omnia. {Neminem amantiorem tui} neminem qui te magis amet.

ASCEN. E o} principium est nouæ epistolæ. Ego sum profectus in Dalmatiam post supplicationes decretas mihi. s. à senatu, ego cepi sex oppida oppugnando, sup. ea vi. Vnum, sup. oppidum, quod erat maximũ, captum, sup. est à me iam quater. cepi. n. quatuor turres, & quatuor muros, & totam arcem. i. quod dicunt, fortelitium eorum, ex qua. s. arce, niues, frigora, imbres, detruserũt me. & ò mi Cicero coactus sum indigne. i. quod indigne ferendum est, relinquere oppidum captum, & bellum iam confectum. Quare rogo te, agas causam meam ad. i. apud Cæsa. si sit opus, & putes me defendendum tibi in omnes partes, existimans hoc, te neminem habere amantiorem tui. Vale, &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA:

Commendationem Vatinii sibi cordi futuram scribit, &, vt Dionysii fugitiuum inquirat, petit.

CICERO S. D. VATINIO IMP. II

*GRATA tibi esse officia mea, non miror. cognoui enim te gratissimum omnium, idq́; nunquã destiti prædicare. nec enim tu mihi gratiam modo habuisti, uerum etiam cumulatissime retulisti. quamobrem reliquis tuis rebus omnibus pari me studio erga te, & eadem uoluntate cognosces. Quòd mihi fœminam primariam Pompeiam, uxorem tuam, commendas: cum Sura nostro statim, tuis literis lectis, locutus sum, ut ei meis uerbis diceret, ut, quidquid opus esset, mihi denuntiarent: me omnia, quæ ea uellet, summo studio, curaq́; facturum: itaq; faciam; eamq́;, si opus esse uidebitur, ipse conueniam. tu tamẽ ei uelim scribas, ut nullam rem neq; tam magnam, neq; tam paruam putet, quæ mihi aut difficilis, aut parum me digna uideatur. omnia, quæ in tuis rebus agam, & nõ laboriosa mihi, & honesta uidebuntur. De Dionysio, si me amas, confice. quamcunq; ei fidem dederis, præstabo. si uero improbus fuerit, ut est, duces eum * captiuum in triumpho. Dalmatis dij male faciant, qui tibi molesti sunt. sed, ut scribis, breui capientur, & illustrabunt res tuas gestas: semper enim habiti sunt bellicosi. Vale.*

* apparet, Dionysium in manu Vatinij fuisse.

HVBER. GRATA} Scripserat Vatinius, se intellexisse quæ Cice. pro se fecisset Romæ, & de eis egerat gratiã. quare Cic. vehementer laudat eius gratulationem, & pollicetur se perseueraturum in eadem voluntate erga eum, in qua ante fuit. Deinde quia Vatinius ei commendauerat vxorẽ suã Pompeiam, scribit Cic. se diligenter dedisse operam, vt illa intelligeret se omnia facturum, quæ illi opus essent. & ita hortatur Vatinium, vt ad eam scribat. Deinde de Dion. seruo rogat, vt quacunq; ratione poterit, eum adducat. {Gratissimum omnium} super omnes valde gratum, & ideo non est mirũ q̃ grata habeas, quæ pro te te feci. {Id} te esse gratissimum omnium. {Nunquam destiti prædicare} nunquã cessaui publice, & aperte dicere. {Modo} tantummodo. {Habuisti gratiam} .i. gratum habuisti officium meum, quia, vt ante sæpius diximus, agimus gratias verbis, habemus animo, referimus re. {Cumulatissime} plenissime. {Retulisti} reddidisti, q̃a gratitudo animi apud me existimatur plena satisfactio. {Reliquis} in quibus erit opus officio & opera mea. {Pari} simili, sicut antefeci. {Studio} diligentia & fauore. {Primariam} principem & egregiam. {Sura} proprium nomen vnius ex domesticis Vatinij. {Nostro} communi amico. {Meis verbis} meo nomine, mea parte. {Denuntiaret} significaret, notificaret. {Ea} .s. vxor tua. {Itaq;} .i. & ita faciam. duæ partes sunt. {Ipse} egomet. {Cõueniam} alloquar. {Difficilis} refert ad magnam, qua res magnæ difficiles esse solent. {Aut parum me digna} ad paruam retulit: quia plerunq; non audemus hominibus alicuius auctoritatis committere res paruas, quia videantur eis indigni. Cicero autem nunc nõ vult eum respectum de se habere. Sic supra ad M. Crassum, Quamobrem velim ita ad me scribas de omnibus minimis maximis, mediocribusq; rebus, vt ad hominem amicissimum. {Non laboriosa} .i. facilia: quantum ad res magnas. {Et honesta} .i. me digna, & cum honore meo facta, quãtum ad res paruas. {Si me amas} modus est adiurandi. {Confice} exequere, & effice quod promisisti. {Quacunque} sensus: quidquid ei promiseris, id efficiam. {Præstabo} re efficiam, & seruabo. {Quamcunq; fidem dederis ei} quamcunq; promissionem ei feceris, data fide. {Improbus} perfidus, vt cũ promiserit sub fide sua se redire, postea nolit. {In triumpho} cum triũphabis. ducebantur enim captiui in triumpho post currum imperatoris. {Dalmatis} in gratiam Vatinij execratur nunc Cic. Dalmatas, qui ei magnum negotium & laborẽ darent. laborabant. n. multum in vincendo eos. {Dij malefaciant Dal.} Dij perdant Dalmatas, populos Illyricos. {Molesti sunt} .i. qui afferunt tibi magnam molestiam & laborem. {Illustrabunt} clariores facient. nam quanto est difficilior victoria, tanto est illustrior. {Habiti} existimati. {Bellicosi} apti bello, ideo erit tibi gloriosius eos vincere.

PHIL. GRATA} Cum quispiam est de aliquo benemeritus, & accipiẽti, quod facit, gratum esse cognoscit, lætatur quidem, & magis atq; magis accenditur ad alia conferenda. Cic. Vatinium laudat à gratitudine, cum multa in eum beneficia contulisset, illi grata extitisse cognouit, vel maxime quod ad Cic. scripserat, & de beneficijs in se collatis suaues ei gratias egerat. Itaq; & lætatur plurimũ officia sua bene collocasse, & illi atq; vxori, Pompeiæ, quam Cice. per literas commendarat, ac omnibus suis nunquam defuturum esse pollicetur. Est tota hæc epist. amoris plena, suauitatis, & gratiæ. P. vero Var. ciuis R. tuc aduersus Dalmatas erat imperator exercitus, & ibi præclara multa gesserat, de quo in epist. ad Cic. Vatinius sic ait: Cæsar adhuc mihi iniuriam facit: de meis supplicationibus, & rebus gestis Dalmaticis adhuc non refert: quasi vero non iustissimi triũphi in Dalmatia res gesserim. Is est ille Vatinius, quem olim Cice. à periculo capitis defenderat. quod & ipse Vatinius meminit in epistolis suis: Si tuam consuetudinẽ in patrocinijs tuendis seruas, P. Vatinius cliens ad te venit, qui pro se causam dicere vult. nõ puto repudiabis in honore, quem in periculo recepisti, &c. {Prædicare} publice dicere. {Retulisti} nam reddere & referre gratiam idẽ est. sed quomodo Vatinius gratiam tunc retulit Cic. pro relatione gratiarum Cic. gratitudinem animi eius accepit: quam etiam pluris fecit, quam alteram satisfactionem officiorũ. {Quamobrem} ex quo mea officia tibi grata esse intelligo. {Reliquis} in quibus erit opus opera mea. {Studio} diligentia & cura. {Primariam} quasi principem. {Fœmina} à fœmore, fœminæ sunt appellatæ, crassioribus enim sunt fœminibus mulieres quã viri. {Vxorem} quasi vnxores sunt vxores appellatæ: ab vngendis maritorum postibus, lanaq́ue figenda: quod nubentes puellæ faciebant. {Sura} vtriq; familiaris erat. {Statim} quasi vno statu appellatũ. vnde Plaut. ita statim quasi stant ignari, vt illico quasi in loco, è vestigio ex primo motu pedum. {Itaque} & ita, diuisim legendum. {Neq; tam paruam} vt in epistola ad M. Crassum, Velim ita ad me scribas de omnibus minimis, maximis, mediocribusq; rebus, vt ad hominem amicissimum. {Conueniam} ibo, & alloquar. {Difficilis} ad magnam. {Parum digna} ad paruam rem, quæ hominibus summæ auctoritatis committi non solet. vnde & in illa epistola legimus, hominem occidas oportet, qui vestra opera vti velit. {Laboriosa} ad magnam referas. {Honesta} ad paruam. {Cõfice} quod per literas tuas promisisti. {De Dion.} is erat quidam seruus Ciceronis fugitiuus Anagnostes, de quo Vatinius ad Cice. sic ait. Dicitur mihi tuus seruus Anagnostes Vardaci esse, de quo tu mihi nihil mandasti: ego tñ mari, terraq́; vt conquireretur mandaui, & profecto illum tibi reperiã, nisi in Dalmatiam aufugerit, & inde eum aliqñ eruam. idem in alia ad eũ epist. De Dionysio tuo adhuc nihil extrico, & eo minus q̃ me frigus Dalmaticum, quod illinc eiecit, etiam hic refrigerauit, sed tamen nolo desinam quin illum aliquando eruã,

Fœmina
Vxores

de quò Cic. nunc illi respondet.} Si me amas} quasi aduerbialiter dictum, vt amabo. {Quamcunq; fidem ei dederis,} hoc est quodcunq; ei promiseris, ego efficiam. Varius est enim in hoc verbo significandi modus: dicimus enim dare fidem pro quippiam spondere, aut iurare, aut confirmare. Vnde Terent. Thraso, Do fidem futurum. adhibere & habere fidem est credere alicui. Terent. Nam propemodum habeo iam tibi fidem, in quorum verborom vsu atque significatione audio multos errare, cum dicant dare fidem, idem esse quod habere fidem. Douero cum alijs dictionibus coniunctum alias significationes amplectitur, vt dare verba est decipere, dare veniam est ignoscere, & interdum quasi concedere. Dare potestatem est cõmittere alicuius arbitrio, & longe differt ab eo quod dicitur facere potestatem cum dicamus feci potestatem tibi meorum liberorum, feci copiam mearum pecuniarum tibi. Non autem dedi potestatem aut copiam. {Præstabo} quasi obseruabo, &, vt ita dicam, ratum habebo, vel efficiam. {Improbus} vt nolit redire. {Dalmatis} Dalmatiæ populis, Plin. 4. naturalis historiæ. Quæ pars ad mare Adriaticum spectat, appellatur Dalmatia, & Illyricum ad septentriones Pannonica vergit. finitur inde Danubio, idem Liburniæ finis, & initium Dalmatiæ Scardona. mediam vero Dalmatiam (vt ait Strabo) mons diuidit Adrius, hinc ad mare, hinc ad terram reliquam. {Qui tibi molesti sunt} qm in eos sperando maximam molestiam & laborem capiebat. {Malefaciant} perdant. {Semper enim habiti sunt bellicosi} bellum gesserunt per multos annos cum Romanis. ex quo ait Strabo; Ea gens annos complures aduersus Romanos bella gessit. Vbi Vatinius sex oppida vi expugnando cepisse cõmemorat. Et iu eadem inquit epist. Nam si hoc expectandum sit, dum totum bellum conficiam. Viginti oppida sunt Dalmatiæ antiqua, quę ipsi sibi asciuerunt amplius sexaginta. {Bellicosi} bello dediti. & ideo gloria tua erit maior atq; præstantior.

Dare, adhibere, Habere fidem.

Dare verba. Veniam. potestatē.

ASCEN. GRATA, &c.} Non respondet superiori epist. sed alteri, qua Vatinius egerat Ciceroni gratias pro impensis beneficijs. pollicetur igitur se iu officio, & voluntate permansurum: monetq; vt vxori scribat eam sibi commendatissimam esse, & demum monet vt fugitiuum persequatur, Dionysium videlicet. Ordo est. Ego non miror officia mea esse grata. i. accepta tibi: cognoui enim te gratissimũ sup. esse omnium. s. hominum. & ego nunquam destiti prædicare id. aliter th Appio scripsit. Etenim. i. quia, tu nec modo. i. non solum habuisti. s. in animo, gratiam mihi: verum etiam retulisti, id est, reddidisti, re ipsa: sup. gratiam cumulatissime. Quamobrem tu cognosces pari me studio, & eadem voluntate erga te, sup. in reliquis rebus tuis omnibus: quod. i. quia, tu commendas mihi fœminam primariam, Pompeiam. s. nomine, vxorem tuam. ego locutus sum statim, lectis literis tuis. i. postquam legeram literas tuas, cum Sura nostro. s. familiari, vt diceret ei. i. vxori tuæ, verbis meis. i. nomine, aut ex mandato meo, vt, sup. ipsa denuntiaret mihi quidquid opus esset, sup. illi, & me facturum, sup. esse, omnia quæ ea vellet, summo studio, & cura; sup. summa, & si videbitur opus. i. operę pretiũ esse, ego ipse. i. egomet, conueniam eam. i. ibo ad eam. Tamen ego velim, sup. vt tu scribas ei, vt nullam rem putet neque tam magnam, neque tam paruam, quæ videatur mihi aut difficilis, si sit sanè magna: aut parum digna me. i. opera mea, si sit nimium parua, & facilis. Omnia, quæ agam in tuis rebus, videbuntur mihi & non laboriosa. i. non difficilia, nec multi laboris, & honesta. Confice, id est, consumma, & finem fac, de Dionysio. s. seruo fugitiuo, vt redeat, si me amas, me. quamcunq; fidem dederis. i. quidquid ei promiseris de me, vtpote quòd eum nõ cædat, nec minus amet, aut propterea vituperet, & similia, ego præstabo. i. exhibebo, & seruabo, sup. eam. Si vero fuerit improbus. i. improbandus, & incorrigibilis, vt est, duces eum captiuum in triumpho. Dij malefaciant Dalmatis, qui sunt molesti tibi, sed (vt scribis) ipsi capientur breui. Ridicula est, & assentatoria imprecario in hostes, propterea quòd non sinunt se capi ad voluntatem hostilis imperatoris cupientis de eis triumphare. & illustrabunt. i. illustriores, & clariores facient, res tuas gestas, quia quanto victoria fuerit difficilior, & quanto hostis fortior, & animosior, tanto corona, ac triumphus continget gloriosior. vnde addit, Enim. i. quia, ipsi, id est, Dalmatæ, habiti. i. existimati, & reputati, aut inuenti sunt semper bellicosi. Et eam ob rem dicunt Alexandrum regem noluisse cum Amazonibus confligere, cum victoria parum honoris, vtpote de mulierculis, haberet: & fuga eternum dedecus. Blanditur ergo Cicer. Vatinio. imitanda tamen est alioqui epistola.

GIBERTI LONGOLII LEMMA:

Hanc epistolam Cic. in epist. 6. lib. 4. ad Atticum bellam uocat, in qua a Lucceio historico rerum a se gestarum memoriam celebrari flagitat.

CICERO S. D. L. LVCCEIO Q. F. 12



ORAM me tecum eadem hæc agere sæpe conantem deterruit pudor quidam pene subrusticus: quæ nunc expromam absens audacius: epistola enim nõ erubescit. Ardeo cupiditate incredibile, neq; ut ego arbitror, reprehendenda, nomen ut nostro scriptis illustretur, & celebretur tuis. quod etsi mihi sæpe ostendis te esse facturum: tamen ignoscas uelim huic festinationi meæ. genus enim scriptorũ tuorum, etsi erat semper a me uehementer expectatum; tamen uicit opinionem meam; meq; ita uel cepit, uel incendit, ut cuperem quamcelerrime res nostras monumentis commendari tuis. non enim me solum commemoratio posteritatis ad spem quandam immortalitatis rapit, sed etiã illa cupiditas, ut uel auctoritate testimonij tui, uel inditio beneuolentiæ, uel suauitate ingenij uiui perfruamur. Neque tamen, hæc cum scribebam, eram nescius, quantis oneribus premerere susceptarum rerum, & iam institutarum. sed quid uidebam Italici belli, & ciuilis historiam iam pene a te esse perfectam; dixeras autẽ mihi, te reliquas res ordiri; deesse mihi nolui, quin te admonerem, ut, ut cogitares, coniunctè ne malles cum ceteris rebus nostra contexere, an, ut multi Græci fecerunt, Callisthenes Troicum bellum, Timæus Pyrrhi, Polybius Numantinum, qui omnes à perpetuis suis historijs ea, quæ dixi, bella separauerunt; tu quoq; item ciuilem coniurationem ab hostilibus, externisq; bellis seiungeres. equidem ad nostram laudem non multũ uideo interesse: sed ad properationem meam quiddam interest, non te expectare, dum ad locum uenias, at statim causam illam totam, & tempus arripere. Et simul, si uno in argumento, unaq; in persona mens tua tota uersabitur; cerno iam animo, quanto omnia uberiora, atq; ornatiora futura sint. Neque tamen ignoro, quàm impudenter faciam, qui primum tibi tantum oneris imponam, (potest enim mihi denegare occupatio tua) deinde etiam, ut ornes me, postulem, quid, si illa tibi non tantopere uidentur ornanda? sed tamen. QVI semel uerecundiæ fines transierit, eum bene, & nauiter oportet esse impudentem. itaq; te plane etiam atque etiam rogo, ut & ornes ea uehementius, etiam quàm fortasse sentis. & in eo * leges historiæ negligas; gratiamq; illam, de qua suauissime quodam in proœmio scripsisti, a qua te affici non magis potuisse demonstras, quàm Herculem* Xenophontium illum a uoluptate, ea si me tibi uehementius commendabit, ne aspernere; amoriq; nostro plusculũ etiam, quàm cõcedit ueritas, largiare. Quòd si te adducemus, ut hoc suscipias: erit, ut mihi persuadeo, materies digna facultate, & copia tua. à principio enim coniurationis usque ad reditum nostrum uidetur mihi modicum quoddam corpus confici posse. in quo & illa poteris uti ciuilium commutationum * scientia, uel in explicandis caussis rerum nouarum, uel in remedijs incommodorum; cum & reprehendes ea quæ uituperanda duces; &, quæ placebunt, exponendis rationibus comprobabis; &, si liberius, ut consuesti, agendum putabis, * multorum in nos perfidiam, insidias, proditionem notabis. multam etiam casus nostri tibi uarietatem in scribendo suppeditabunt, plenam cuiusdam uoluptatis, quæ uehementer*

belli socialis: cum socij, se ciuitate exclusos indignati, arma sumpserunt.

quæ nihil præter ueritatem concedunt.

apud Xenoph. lib. 2. Memorabilium. & de off. lib. 1.

cum te publicæ mutationis periculũ ostẽdes.

Pompeij, et aliorum, à quibus proditus est, vt Clodio gratificaretur.

menter animos hominum in legēdo scripto retinere possit. NIHIL *est enim aptius ad delectationem lectoris, quàm temporum uarietates, fortunæq; uicissitudines: quæ etsi nobis optabiles in experiendo non fuerunt, in legendo tamen erunt iucundæ.* HABET *enim præteriti doloris secura recordatio delectationem: ceteris uero, nulla perfunctis propria molestia, casus alenos sine ullo dolore intuentibus, etiam ipsa misericordia est iucunda. Quem enim nostrum ille moriens apud Mantineam Epaminondas nō cum quadam miseratione delectat? qui tum denique sibi auelli iubet spiculum, posteaquam ei percunctanti dictum est, clypeum esse saluum: ut etiam in uulneris dolore, æquo animo cum laude moreretur. Cuius studium in legendo non erectum Themistoclis fuga, redituq; retinetur? etenim ordo ipse annalium mediocriter nos retinet, quasi enumeratione fastorum at uiri sæpe excellentis ancipites, uariiq; casus habent admirationem, expectationē; lætitiam, molestiam; spem, timorem: si uero exitu notabili concluduntur, expletur animus iucundissimæ lectionis uoluptate. quo mihi acciderit optatius, si in hac sententia fueris, ut à continentibus tuis scriptis, in quibus perpetuam rerum gestarum historiam complecteris, secernas hanc quasi fabulam rerum, euentorumque nostrorum.* habet enim uarios actus, multasque actiones & consiliorum, & temporum. Ac non uereor, ne assentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam uidear, cum hoc demonstrem, me à te potissimum ornari, celebrariq; uelle. neq; enim tuis es, qui, quid sis, nescias; & qui non eos magis, qui te non admirentur, inuidos, quàm eos, qui laudent, assentatores arbitrere. Neq; autem ego sum ita demens, ut me sempiternæ gloriæ per eum commendari uelim, qui non ipse quoque in me commendando propriam ingenij gloriam consequatur. neq; enim Alexander ille gratiæ causa ab * Apelle potissimum pingi, & a Lysippo fingi nolebat, sed quòd illorum artem cum ipsis, tum etiam sibi gloriæ fore putabat. atque illi artifices, corporis simulacra ignotis nota faciebant: quæ uel si nulla sint, nihilo sunt tamen obscuriores clari uiri. nec minus. n. est Spartiates Agesilaus ille perhibendus, qui neque pictam, neque fictam * imaginem suam passus est esse, quàm qui in eo genere laborarunt. unus enim Xenophontis libellus in eo rege laudando facile omnes imagines omnium, statuasq; superauit. Atq; hoc præstantius mihi fuerit & ad lætitiam animi, & ad memoriæ dignitatem, si in tua scripta peruenero, quàm si in ceterorum; quòd non ingenium mihi solum suppeditatum fuerit tuum, sicut Timoleonti à Timæo, aut ab Herodoto Themistocli, sed etiam auctoritas clarissimi, & spectatissimi uiri, & in reipub. maximis, grauissimisq; causis cogniti, atque in primis probati: ut mihi non solum præconium, quod, cum in Sigæum uenisset, * Alexander ab Homero Achilli tributum esse dixit, sed etiam graue testimonium impertitum clari hominis, magniq; uideatur. placet enim Hector ille mihi Næuianus, qui non tantum, laudari se, lætatur, sed addit etiam, a laudato uiro. Quòd si a te non impetro, hoc est. si qua res impedierit; (neq; enim fas esse arbitror, quidquam me rogantem abs te non impetrare) cogar fortasse facere, quod nonnulli sæpe reprehendunt; scribam ipse de me, multorum tamen exemplo, & clarorum uirorum. sed, quod te non fugit, hæc sunt in hoc genere uitia: & uerecundius ipsi de sese scribant, necesse est, si quid est laudandum; & prætereant, si quid forte reprehendendum est accedit etiam, ut minor sit fides, minor auctoritas, multi denique reprehendant, & dicant, uerecundiores esse præcones ludorum gymnicorum, qui, cum ceteris coronas imposuerint uictoribus, eorumque nomina magna uoce pronuntiarint, cum ipsi ante ludorum missionem corona donentur, alium præconem adhibeant, ne sua uoce ipsi se uictores esse prædicent. hac nos uitare cupimus, &, si recipis causam nostram, uitabimus: idq; ut facias, rogamus. Ac ne forte mirere, cur, cum mihi sæpe ostenderis te accuratissime nostrorum temporum consilia, atq; euentus literis mandaturum, a te id nunc tantopere, & tam multis uerbis petamus: illa nos cupiditas incendit, de qua initio scripsi, festinationis, quòd *alacres animo sumus, ut & ceteri, uiuentibus nobis, ex libris tuis nos cognoscant, & nosmetipsi uiui gloriola nostra perfruamur. His de rebus quid acturus sis, si tibi non est molestum, rescribas mihi uelim. si enim suscipis causam; conficiam cōmentarios rerum omniū. sin autem differs me in tēpus aliud; coram tecum loquar. tu interea non cessabis, & ea, quæ habes instituta, perpolies, nosq; diliges. Vale.*

ratio, cur fabulam di xerit.

Plin. lib. 7. c. 37.

Dio Chryf. in orat. Corinthiaca.

nō satis est res præclaras gerere, sed scriptore etiam ex cellenti opus est.

plus est, quam cupidi.

CORAM} L. Luceius, vir dicendi peritissimus, Italici ciuilisq; belli historiā cōficiebat, in qua se facturum mentionem de Cic. & eius rebus gestis nonnunquam significauerat: verum cum Cic. auidissimus esset gloriæ, & videret Luceium hanc rem differre, non ausus præ pudore ei corā dicere, hac epist. aperte ab eo petit, vt suarum rerum gestarum cōmentarios conficiat. & breuiter ostendit quæ ab eo scribi velit, præcipue & de coniuratione Catil. oppressa, & de patria ab eo liberata, & de exilio suo, quod per iniuriam & inuidiā passus est, & deniq; de glorioso eius reditu in patriam, qui omnium bonorum consensu restitutus sit, & penè totius Italiæ humeris reportatus. Laudat autem vehementer & ingenium & genus scribendi Luceij, quo se magna cupiditate incitatum scribit, vt res suæ gestæ monumentis literarum ab eo mandentur. quod si ille facere noluerit, ostendit Cic. semet de rebus suis scripturum: licet arrogantia habeatur res suas commendare & laudare, se tñ facturum exemplo aliorum virorum clarorum. Postremo præter excellentiam ingenij Luc. quo se inflammatum dicit, subdit aliā causam, quare tantopere festinet, vt donec viuus est, videat res suas scriptas, illustratas & diuulgatas, & sic viuus possit ex gloria sua voluptatem capere. {Coram} in præsentia &, vt dicimus, & ad faciē. & hoc loco aduerbij vim habet. & ad personas tātum refertur, palam ad omnia. est autem sensus, cum vellem coram, & in præsentia tibi eadem hæc dicere quæ nunc scribam audacius, prohibitus sum à pudore timiditatis pleno, & non satis rationabili. {Agere tecum} te rogare, verba tecū facere. {Conantem} tentātem. Virg. Ter. conata loqui. {Pene subrusticus} penè alienus à viro ciuili qui nō debet vereri in re honesta, qualem à te petiturus sum. Rusticitas autem pro inepta & timida verecundia accipitur. Ouid. in Arte, Etsi rusticitas non vetat, ipsa rogat. {Quidam} q. d. nō satis cum ratione. {Deterruit} prohibuit. {Expromam} proferam, enarrabo. {Nunc} cum scribo. {Audacius} minus timide quàm coram egissem. {Epistola} quæ ad absentes loquitur. {Non erubescit} nō habet pudorem, quia non videt eum ad quem loquitur, neq; habet seosum. & ideo audacius loquitur. Ouid. in epist. Phædræ, Dicere quæ puduit, scribere iussit amor {Ardeo} incipit expromere quid velit à Luceio. {Ardeo} inflāmatus sum. {Incredibili} maiori quàm quispiam credere possit. {Neq; reprehendenda} h. d. Cic. quia meminit in 1. offi. dixisse, Cauenda est etiam gloriæ cupiditas, eripit. n. libertatē pro qua magnanimis viris omnis debet esse contentio. ideo dicit hanc suam cupiditatem gloriæ non esse reprehendendam, quæ ex recte factis quæritur. in officijs autem intellexit non vere, sed inanis gloriæ cupiditatem, & eam nimiam. {Illustretur} fiat illustre & omnibus notum. {Celebretur} diuulgatur, & laudetur. {Quod} vt celebres nomen meū. {Ostendis} promissionibus tuis. {Festinationi} accelerationi meæ, qui tibi instem, neq; expectē vt tu sponte facias. {Genus} artificiose transfert causam huius festinationis in laudem Luceij. {Expectatum}

HVBER.

Coram Palam.

Rusticitas.

pectatum§ desideratum . §Vicit opinionem meam§.i.maius &
præstantius est,q̃ opinatus sum.§Cepit§ allexit, alligauit me.
§Vel incendit§inflãmauit,quod plus est. §Res nostras§famam
quæ est de me,& meis rebus gestis.§Monumentis tuis§tuis hi-
storijs,quæ sunt futuræ monomenta rerum.§Neq;§adducit ali
quot causas propter quas ostendit se optare laudari à Luceio.
§Cõmemoratio posteritatis§.i.laudatio, quæ est futura de me
apud posteros,si de meis rebus scripseris. §Spem immortalita-
litatis§ad spem æternæ memoriæ.nam per scripta clarorum vi
rorũ,nõ aũt per picturas & status nominis immortalitas cõpa
ratur.§Illa§quæ sequit̃ quasi maxima.s.§Vt vel auctoritate§.i.
fide existimatione.plus.n.credimus hominibus doctis & claris,
quàm imperitis.§Indicio beneuolẽtiæ§ capiam.n.voluptatem
te significasse tuum erga me amorem. §Suauitate§ facilitate &
& promptitudine eleganter exprimendi quæ velis. § Perfrua-
mur§capiamus fructum & voluptatem. §Neq; tñ§ostẽdit Cic.
non arrogantia,sed oportunitate temporis se adductum esse,vt
hanc rem hoc potissimum tempore à Luceio peteret. §Oueri-
bus§molestijs & laboribus.§Institutarum§inceptarum.§Itali-
ci § quod in Italia gestum est,dictum sociale , contra Latinos,
Ethruscos,Marsos,& Samnites.in quo bello Cato Ethrusco do
muit,Sabinus Marsos,Carbo Latinos, Sylla Samnites. Strabo
vero , Pompeius omnia flammis & ferro populatus non prius
cædiũ finem fecit,quàm Asculi euersionem. §Ciuilis belli§non
Pomp.& Cæs. bellũ quod fuit post oppressam coniurationem,
sed Syllæ & Marij.§Ordiri§inchoare.§Reliquas§ quæ post bel
lum Italicum & ciuile fuerunt. §Nolui deesse mihi§ nolui cul-
pa mea omittere & esse negligens.§Quin§vt non.§Malles§po
tius velles.§Contexere§coniungere.tractum à telis,sicut & or-
diri.§An,vt multi§ostendit artificiose ex eo quod dicit alios hi-
storiographos fecisse,Luceium quoq; facere debere, vt ciuilem
coniurationem à Cic.oppressam à reliquis bellis separet. Ordo
est,vt cogitares,an malles contexere nostra cum reliquis,an tu
quoq; malles seiungere ciuilem coniurationem ab hostibilibus
& externis bellis,vt multi Græci fecerunt,Callisthenes Troicũ
bellum,Timæus Pyrrhi,&c.§Callisthenes§subaudi seiunxit bel
lum Troicum à reliquis bellis. §Troicum§ Troianum, gestum
aduersus Græcos x.annos,qui Helenam à Paride raptam repe-
Callisthenes. tebãt. nota est fabula Callisthenes philosophus fuit & scriptor
historiarũ, Arist.discipulus,nõ solum ingenio,sed etiã eloquen-
tia præstanti:quem,vt scribit Iust.lib.xv.cum Alex.Maced.pro
pter salutationis Persicæ interpellatum morem insidiarũ , quæ
sibi paratæ fuerant,conscium fuisse iratus finxisse,truncatis cru
deliter membris abscisisq; auribus ac naso & labijs,deforme,ac
miserandum spectaculum reddidit.Cũ vero cum cane clausum
cauea ad metum ceterorum circunferret,Lysimachus eius disci
pulus miseratus tanti viri,non culpę,sed libertatis pœnas pen-
dentis,venenum ei in remedium calamitatum dedit.Ante vero
quàm Alexandro suspectus fuisset,cum eo militans scripsit bel-
la,quæ Alex.gessisset,& item alia aliorum. separauit autem bel
lum Troianum à reliquis,vtpote quod magnum & memorabi-
Thimæus. le præter reliqua fuisset.§Timæus§ Philosophus Locrensis pa-
Pyrrhus. tria amicissimus Platonis.§Pyrrhi§.s.bellum.Pyrrhum aũt in-
telligit non Achillis filium, sed Epirotarum regem , qui multa
bella aduersus Rom.gessit,tandem à M.Curio Dentato ex Ita
lia pulsus,& in Græciam reuersus,dum Argos oppugnaret,ictu
tegulæ interfectus est . §Polybius § is licet Græcus, studiosissi-
Polybius. mus nominis Scipionis Africani, eius qui Numantiam Hispa-
niæ vrbem deleuit,cum historiam scriberet multorum bellorũ
Numantium bellum separato volumine scripsit . §Perpetuis§
continuis. Ouid.1.Met.Ad mea perpetuum deducite tempora
carmen.§Tu quoq;§sicut supradicti. §Ciuilem cõiurationem§
Catilinæ & Cethegi,& aliorum quorundam coniurationem di
cit,quàm Cic.ingenti animi magnitudine oppressit:quam vel-
let à reliqua serie historiæ ita separari à Luceio quasi memora-
bile,& maximum facinus,sicut à prædictis auctoribus prædicta
bella separata sunt à reliquis bellis.§Hostilibus§quæ cõtra ho-
stes gessimus cum hæc coniuratio fuerit inter ciues , neq; bene
conueniat cũ bellis hostilibus.§Externis§peregrinis,sicuti con
tra Parthos, Carthaginienses, & alios qui extra Italiam sunt .
Seiungeres§separares.§Equidem§dicit se valde optare vt acce-
leret scribere has suas res gestas, antequam veniat ad locum il-
lius historiæ.§Non multũ interesse § non esse magni momenti
& ponderis,quia tanta erit laus mea,si scripseris cũ ordo, histo-
riæ postulabit,sicut si perueneris, sed expectãdo locum ordinis,
non satisfacies cupiditati meæ,quia,vt ante dixi, vellem,id quã
primum videre.§Quidam§aliquid.§Ad exp.§ ad desiderium &
cupiditatem meam §Ad locum§ ad obseruationem ordinis, vt
prius scribas , quę gesta sunt ante coniurationem & consulatũ
meum,deinde scribas de coniuratione . §Illam causam§ illum
tractatum coniurationis.§Arripere§ celeriter rapere, & præoc-
cupare.§Et simul alia ratio quare cupiat res suas gestas ab alijs
separari à Luc. quia si ingenium Luceij versabitur solũ in vna
materia,multo vberius & elegantius eam scribet quàm si in di-
uersis materijs & generibus historiarum versetur . §Vno argu-
mento§vna & simplici materia coniurationis .§ In vna pers. §
mea cõmendãda.§Cerno animo§præuideo & cognosco.§Vbe-
riora§copiosiora.§Quàm impudenter§quã audacter& sine ve-
recundia.§Tantum oneris§tantum laboris,vt totam historiam
de meis rebus scribas.Duo dicit se facere impudenter,primũ q̃
tantum laboris Luceio imponat:deinde q̃ petat vt ab eo laudẽ
tur.§Denegare§vt suscipias tantum oneris pro me.§Deinde§se
cundo loco.§Ornes§laudes,& illustres me tuis scriptis.§Quid§
.s.dicam. §Illa§ quæ ego gessi,& à te laudari & ornari postulo.
§Sed tñ§responsio ad hanc obiectionem.est aũt sententiæ exor
natio & est sensus,qui semel verecundiæ terminos transiuit: ne
cesse est eum valde impudentem esse , neq; postea facile erube-
scere.sic Iuue.in Sat.Exemplo quodcunq; malo inquit,Quan-
do recepit Eiectum semel attrita de fronte ruborẽ.§Bene§val- **Bene**
de.quantitatem.n.nunc non qualitatem significat: nam bonus **Bonus**
magnum & multũ interdum significat.Horat.At bona pars ho **Bona pars.**
mino decepta cupidine falso . Bona pars.i.magna.sic etiã Pers.
At bona pars procerum tacita libabit acerra.§Nauiter§diligen
ter,audacter,magno animo.§Itaque§ igitur quia semel termi-
nos verecundiæ transiui.§Plane§aperte.§Etiam atq; etiam§ve
hementissime.§Quàm sentis§.i.q iudicas esse laudãda.§In eo§
in ea re,in laudandis meis gestis.§ Leges §conditiones. §Histo-
riæ§quæ tantum res veras scribit. volo.n.vt de me etiam plura
scribas quàm gesserim.illud.n.est negligere leges historiæ, scri-
bere etiam quæ non sunt vera.§Gratiamq;§in quodam proœ-
mio Luceius scripserat se nunquam flexurum animum à veri-
tate propter gratiam aut amicitiam alicuius,sicuti nec Hercu-
les propter voluptatem deflexus est à via virtutis, vt scribit Xe
nophon auct.grecus nunc igitur petit Cic.à Luceio , ne asper-
netur hãc gratiam,sed eam potius sequatur,& propter eam ve-
lit eum etiam vehementius commẽdare , quàm veritas exigat.
Ordo pendet à superioribus propter copulam , quæ sic & rogo
ne aspernere gratiam , de qua in quodam proœmio suauissime
scripsisti,à qua demõstras te non magis potuisse affici quàm il-
lum Her.Xenophontiũ à voluptate,subaudi affici potuisse scri-
bis.§Gratiam§amicitiæ & beneuolentiæ respectum.§Affici§po
tuisse capi & delectari.§Xenephontiũ§de quo Xen. scripsit. qui
Hercules cum exisset in solitudinem,vt inquit Cic.in 1.Offi.&
ambas vias vidisset,alteram voluptatis,alterã virtutis, diu mul
tumq; secum dubitauit vtram melius esset ingredi , tandem tñ
non potuit allici à voluptate, vt à uia virtutis discederet.§Illũ§
q.d.ab omnibus celebratum.§Ea§.s.gratia.§Si me tibi cõmen-
dabit§si videbitur hortari te,vt pro me aliquantulum à verita-
te,& à lege historiæ discedas.§Ne aspernere § ne respuas. Lar-
giare§ condones,indulgeas.§Plusculũ§aliquãto plus.§Quod§
quam rem.§Abducemus§ persuadebimus tibi . laudat materiã
rerum suarum,quas dicit esse dignas facultate & eloquẽtia Lu-
ceij.§Facultate§ingenio,& doctrina. §Copia§ eloquentia,quæ
copia verborum maxime constat.§A principio§ artificiose pro
ponit Luceio modum quendam & ordinem scribendæ historiæ
suæ.§A principio coniurationis§ quo tempore necessitate desi
gnatus sum consul,propter maximum periculum reip.§Ad re-
ditum§ab exilio.§Corpus§volumen.translatiue dixit corpus .
§Modicum§non paruum,sed mediocre.paulo.n.post oppressam
coniurationem eiectus est Cic.in exilium,à quo post mẽses 16.
restitutus est in patriam.§Illa scientia§.s.mea.i.mea cognitio-
ne & inuestigatione,qua vsus sum in cognoscendis cõsilijs con-
iuratorum.§Vel in explicandis§.i.aperiendis.& declarat in qui
bus apparuerit eius scientia.§In remedijs incommodorum§.i.
in prouidendo periculis postquam cognoui causas.§Duces§exi
stimabis.§Comprobabis§collaudabis.§Agendum liberius§ lo
quendum liberius & apertius.§Vt consuesti§ vt es solitus.& h.
d.Cic.vt magis incitet Luceium ad loquendũ libere,& scriben-
dum quod ipse vult.§Perfidiam§ improbitatẽ. §Insidias§ quæ
paratæ sunt mihi à coniuratis,cũ statuissent me interficere.hæc
omnia optime notauit Sall. § Casus nostri § nostræ fortunæ,
quia cum patriam liberassem , functus amplissimo magistratu
& pater patriæ appellatus essem. Postea in exilium acta sum,
& inde reuocatus totus senatus, & omnium bonorum magno
consensu.

consensu.{Suppeditabũt}suggerent,subministrabunt,& dabũt. {Varietatem}quia modo felix,modo miser visus sum. {Cuiusdam}certæ.{ Voluptatis}quia lectores voluptatem capiunt ex varietate rerum. {Vicissitudines} permutationes, quæ sunt vicissitudines fortunæ.{ Optabiles in experiẽdo}quia nemo vellet,qui vtitur fortuna secunda,experiri eius vicissitudinem. {Secura}sine metu , sine periculo . vnde illud Virgi. Forsan & hæc olim meminisse iuuabit Et Sen Quod fuit durum pati,duce est dulce est meminisse.{Ceteris}sensus est iunctus superiori : fortunæ vicissitudines etiam si in experiendo non fuerunt optabiles,tũ in legẽdo sunt iucundæ; ceteris vero,qui nullam propriã molestiam habuerunt,sed alienos casus sine vllo dolore intuentur,etiam ipsa misericordia est iucunda.{Perfunctis nulla propria molestia}.i.qui nullam molestiam,aut periculum propriũ habuerunt.{Intuentibus} considerantibus legendo. { Alienos casus} qui alijs acciderunt. {Iucunda} cum meminimus exilij Cic.& aliorum incommodorum eius, quia ad nos ea nihil pertinent , ideo ipsa misericordia nobis est iucunda.i.delectat nos misereri.{Quem nostrũ}q.d. quemlibet . & probat quod dixit

Epaminondas.

misericordiam in alienis casibus iucundã esse.{Ille}vir celeberrimus,qui melior fuerit imperator,an philosophus incertũ est, Thebanus patria. aduersus Lacedæmonios pugnãs acerrime in prælio vulneratus,postquã est in castra relatus,semianimis vocem spiritumque collegit,& id vnum à circunstantibus requisiuit: Num cadenti sibi scutum ademisset hostis? quod vt seruatũ audiuit , allatum velut laborum gloriæq; socium osculatus est . Iterum quæsiuit,vtri vicissent?vt audiuit Thebanos,bene habere se rem dixit , atq; velut gratulabundus patriæ expirauit. De hoc Epaminonda vide plenius apud Iust.in fine lib.6. {Cuius} q.d.cuiuslibet.{ Themistoclis}ducis Atheniensium, cuius adolescentis prima gloria,& futuræ imperatoriæ virtutis prima indoles apparuit eo prælio,quo duce Miltiade Persæ sub Dario rege victi fusiq; sunt. Deinde dux belli aduersus Xerxem non solum patriam,sed vniuersam Græciam à barbarorũ periculo,& seruitute liberauit,vt apud Iust.lib.2.scriptũ est . Is postea per inuidiam à suis ciuibus in exilium actus,& deinde cum magna om-

Annales. lib.5.c.18

niũ lætitia reuocatus est.{Ordo} series,obseruatio {Annaliũ} librorum,qui tantummodo quod quoquo anno gestum sit,demonstrant.De differẽtia annalium,historiarum, & diarij A.G. scribens dicit Annales tantummodo esse , cum res gestæ pluriũ annorum obseruato cuiusq; anni ordine componuntur. Cum vero non per annos , sed per dies singulos res gestæ scribuntur,

Diarium historia.

diarium est. Historiã vero aiunt rerum gestarum esse vel expositionem,vel demonstrationem , vel quoquo alio modo dicendũ est. Deniq; historia tanquã genus est,annales tanquam species. nam omnes annales historiæ sunt,sed non contra. Taceo,quod dicit Seru.in 1.Aen.quia à nullo viro docto probatur , quod de

Fasti dies Fasti lib. Fastus.

ea differentia sentit. Fasti dies dicebantur, quibus sine periculo prætoribus licebat certa verba fari.s.do,dico,abdico.dicti:voluit Prisc.à fando. Fasti vero libri, teste Fest. in quibus totius anni fit descriptio.Nã fasti dies festi sunt,& est secũdæ declinationis, licet Luc.dixerit,Nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus. p. superbia vero & elatione quartæ est declinatione semper.{Ancipites}dubij,pro periculis.{Varij}modo prosperi,modo aduersi.{Admirationem}audientium,& legentium.{Expectatione} spe. vt cum legimus Cic.in exilium actũ,speremus propter eius excellentiam eum reuocatum iri. {Letitiam} lætamur.n.cum videmus virtuti dari præmia.{ Molestiam}de infortunijs excellentium virorum.{Exitu} fine,vt viri boni vita exitum habeat vel felicem,vel plenũ miserationis,vt de Pomp.de Cic.ipso cuius caput & manus amputata est.{Quod}vt expleatur animus iucundissima voluptate.{ Secernas}seiungas,separes.{Quasi fabulam}tanquam fabulam quandã & comœdiam. {Euentorũ}

Euentus Eucuta.

casuum,successuum.euenta autem secundæ,& euentus quartæ declinationis dicitur. {Habet.n.} dicit historiam suam posse in partes diuidi sicut & comœdiã . partes autẽ principales fabulæ dñr.actus,quæ neque plures,neq; pauciores quinq; esse debent.

Actus Actio.

Hora.in Ar.p.Nẽ ue minor,quinto neu sit productior actu Fabula quæ posci vult,& spectata reponi. Actus autẽ vnus interdũ multas scenas habet.actio vero est pars secũdaria, quæ qualibet scena continetur,vtputa partus Glicerij. {Consiliorum} meorum,quæ fuerunt varia pro necessitate rerum.{ Ac non}ostendit Cic.se vero iudicio, non assentatione aliqua cupere se laudari potissimum à Luc. neq; se vereri , vt Luc.eum habeat suspectum assentationis,cũ ille seipsum optime cognoscat, & potius eos inuidos existimet,qui cũ non admirentur, & laudent,quàm eos assentatores à quibus laudeẽ.{ Aucupari} arte quærere.tractum ab ijs,qui auibus insidiantur,& qui arte vtuntur.{ Qui sis nescias}qui sis,ignarus,& nõ cognoscas teipsum. { Admirẽtur} plus est q̃ laudẽt.{ Inuidos}inuidere tibi,cũ cognoscas doctrinã tuam merere admirationẽ.{ Assentatores}blãdatores,adulatores.{ Neq;}alia ratio ex persona sua,& est sensus:nõ sum ita demens,vt nisi cognoscerem te eum,per quem possem vere laudari,laudes tuas appeterem.non potest autem alium veris & sempiternis laudibus celebrare, qui ipse propriam gloriam ingenij non assequatur,quia cito pereunt eius scripta , cuius ingeniũ & doctrina non putatur excellens.{ Neq;}quod non fuerit desideraturus à Luc.sempiternæ gloriæ monumenta, nisi nosset eum propriam ingenij gloriam assecutũ,probat Cic. exemplo sumpto ex facto Alex.Mag. qui vt etiam inquit Hor.in ep. Edicto vetuit,ne quis se preter Appellẽ Pigeret:aut alius Lysippo duceret æra.i.ne quisquã faceret eius pictura preter Apellem, aut statuam præter Lysippum,non assentatione aliqua,sed q intelligebat artem eorũ fore sempiternæ gloriæ & ipsis artificibus, & præcipue sibi,qui esset à tam celebribus artificibus pictus aut fictus.Appelles autem patria Cous,picto eximius,fuit à Quin. lib. 12.& à Plin.lib.35.& à multis alijs scriptoribus celebratus. de quo vide apud predictos auctores. Lysippus quoque statuarius optimus & in arte sculptoria clarissimus,de quo est etiã videre apud prædictos auct. Mart.quoque eius meminit : Nobile Lysippi munus opusq; vides. Atq; ostendit Cic.multo pluris faciendа esse monumenta scriptorum quàm picturarum aut statuarum.idq; probat exemplis virorum clarorũ, qui tantummodo monumentis literarum sine pictura & statuis magnam gloriam adepti sunt.{ Illi artifices}.i.pictores & fictores,hoc statuarij.s.Apelles,& Lysippus.{ Simulacra}effigies.{ Corporis}non autem animi,sicut scriptores,qui nõ corporis solum, sed etiam animi dotes exprimunt. Horat. Neq;.n.melius per ęnea signa, Quam per vatis opus mores animiq; virorum Clarorum apparent.{ Quæ}simulacra.{ Vel}.i.etiam {Spartiates} Lacedæmonius,à Sparta vrbe Laconiæ . { Aegesilaus}rex Lacedæmonum,qui ab eis dux constitutus est aduersus Conona Atheniensem pro Artaxerse rege Persarum bellũ gerentem , qui multas & præclaras victorias in Asia adeptus est,& patriæ plurimũ glorię peperit. De quo scripsit Iust.lib.6. { Non minus perhibendus}non minus laudandus & commemorandus.{ Fictam}sculpta.{ Laborarunt}magnam curam posuerũt. {In eo genere} vt pingerentur,aut fingerentur.{ Vnus}solus.& est ratio quare nõ minus sit prohibendus sine pictura,aut fictura,quia plus valuit in eo laudando solus libellus Xenoph. quem de eo scripsit , q̃ potuissent valere omnes imagines vel pictæ , vel fictæ . { Atque hoc}dicit quare magis sit habiturus gratum q scribatur de se à Luc.quàm ab alio , quia est habiturus ab eo nõ solum fructum præstantis ingenij & eloquentiæ,sed etiam testimonium auctoritatis viri clariss. & in maximis rebus reip.probati,cuius laudatio est futura multo amplior,& grauior. {In ceterorum}subaudi,scripta peruenero.{ Suppeditatum}subministratum,datum {Timoleonti à Timęo}subaudi suppeditatum est solum ingenium. Timoleon vir Corinthius iudiciũ omnium clarissimus. vt.n.ait Corn.Nepos,huic vni cõtingit quod nescio an vlli alij, vt patria,in qua erat natus, à tyranno oppressam liberaret,& à Syracusanis,quibus auxilio missus erat, seruitutem depelleret, totamq; Siciliam diu bello vexatã , à barbarisq; oppressam suo aduentu in pristinum restituerit.de eo scripsit Corn. Nepos & plenius Plut. eius etiam res gestas scripserat Timæus historiographus gręcus,de quo supra.{ Herodoto} historiographo clariss. qui à Quint.etiam cum laude commemoratur, qui & facta Themistoclis scripsit.sed isti duo auctores potuerunt his,de quibus scripserunt,solum suppeditare ingeniũ : Luceius vero Cic. non solum ingenium poterit suppeditare, sed etiam auctoritatem nominis,quia versatus est multũ in rep.{ Sectatissimi}probatissimi. {In primis} pręcipue, & ante alia. { Probati} bonis moribus.{ Præconium}commendatio,laudatio magna & aperta. {Sigęum} promontorium apud Troiam, vbi erat sepulcrũ Achillis,ad quod cũ venisset Alex.Magnus,dixisse fertur: O felix Achilles,cui magni Homeris diuino ingenio & ore cani cõtigit. Præconium ergo dicit commendationem ingenij.{ Impertitum}cõmunicatum,& datum.laus.n.quæ nobis affertur à viris bonis,testimonium est virtutis nostræ.{ Neuianus}de quo Næu.poeta scripsit, & induxit eum dicẽtem non cupere solum se laudari,sed laudari à laudato viro.{ Non impetro} non obtineo . {Hoc est} astute Cic. subdit causam quæ possit impedire Luceium,quominus de se scribat,si fuerit occupatus: quod cum non sit, vult inferre oino eum debere suscipere hoc negotium.

Sigeum.

{Multi

{Multi rep.}damnauerunt immo & ipse Cic. in offi. suis dicit, Turpe est etiam de se prædicare. {Exemplo} imitatione. vnde non videbor ita reprehendendus, cum faciã, quod fecerunt multi alij viri clari. {Quod te non fugit} quod non ignoras, quod optime scis. {In hoc gñe}scribẽdi de seipso. {Verecundius}modestius & parcius. {Prætereant}omittant, taceant. {Si quid reprehendendum}si quod vitium est in nobis. nemo n. nisi admodum excors seipsum vituperat, aut vitia commemorat. {Minor sit fides}minus credatur qđ de nobismeipsis dicimus: quia nulli testi de seipso creditur. {Auctoritas}existimatio, quia putatur leuis, qui de seipso scribit. {Præcones}tubicines. {Gymnicorũ} palæstritarum & athletarum. {Magna}alta, vt ab omnibus audiri possint. erat. n. mos vt declararetur nomen victoris per præconem, & daretur corona, vt ostendit Virg. in 5. Aen. Victorem magna præconis voce Colanthum Declarat, viridiq; aduelant tempora lauro. {Eorum}victorum. {Ipsi} præcones. {Donentur corona}accipiant & ipsi coronam, quia bene pronuntiauerunt nomina victorum. {Ante miss. lud.} antequam dimittãtur ludi, & finiantur. {Alium præconem} a quo ipsi præcones laudentur bene pronunciasse. {Victores} in pronuntiatione & declaratione, non autem in pugna. {Prędicent}quod esset turpe. {Hæc}vitia supradicta. {Causam} negotium nostrũ, vt de me scribas. {Ac} repetit easdem causas quas in principio dixit, cur tantopere festinet, atq; instet id, quod Lucceius se facturũ ostenderat. quam causam dicit esse præcipue, vt viuus volitet per ora virorum, & possit perfrui gloria sua, qua quidem non frueretur, si de eo scriberet postquã esset mortus. {Alacres} erecti, & valde læti. {Animo}spe animi. {Cõmẽtarios}breuem collectionẽ. {Rerum omnium}quas gessi, vt possis inde sumere materiam Dicimus autem commentarium in neutro genere in singulari, in plurali melius in masculino. {Perpolies} elimabis, exornabis. {Instituta} incepta.

ASCEN. CORAM, &c.} L. Lucceius vir dicendi peritissimus Italici ciuilisq; belli historiam scribebat, in qua se facturũ mentionem gestorum à Cic. significauerat: verum cum Cic. auidissimus esset gloriæ, videretq; Lucceiũ rẽ differre, stimulat eum, monetq;, qua & quæ forma de se scribi velit quæ si Lucceius recusauerit, ipse de se scripturus sit magnorũ virorum exemplo. Ordo est. Pudor quidam, penè. i. quasi subrusticus. i. aliquantulum rusticus & agrestis, rustici autem verentur sępe, vbi vereri non debeant, eo ꝙ nesciunt qñ bene faciãt, deterruit me conantem sæpe hæc eadem agere. i. tractare tecum corã. i. in præsentia, quæ ego absens exponam. i. declarabo nunc audacius. Etenim. i. quia epistola non erubescit, & ita longe audemus plura scripto, quàm verbo petere. Ego ardeo. i. vror cupiditate incredibili, neq; reprehendenda, vt ego arbitror, quia de re honesta, videlicet vt nomen nostrũ illustretur. i. nobilitetur, & clarius fiat. Et celebretur. i. celebre fiat scriptis tuis. quod. i. quam rem, etsi. i. quanquam ostendis mihi sæpe te esse facturũ, tñ velim, sup. vt ignoscas huic festinationi meæ. Enim. i. quia, genus scriptorum tuorum, etsi. i. quanquã erat semper spectatũ. i. optatum à me vehemẽter, tñ vicit. i. superauit, opinionẽ meã. i. elegãtius, & melius est, quàm opinabar, & vel cepit. i. affecit quasi captiuum, vel incendit. i. inflammauit, me ita, vt caperem rumores nostros. i. sermones, incertorum auctorum, qui habẽtur de rebus à me gestis, commendari. i. laudari, aut committi, monumentis tuis. i. testimonijs scriptorum tuorum, quæ legentem moneant rerum à me gestarum, quàm, pro per quam celeriter. rarum genus locutionis, præsertim apud Cic. in quo quàm pro valde ponatur cum positiuo. nam ſm Vallam dicendum esset quam celerrime, nisi fortassis dicas, quàm. i. o quãtum celeriter sicut in And. Terẽ. Reiecit se in eum flens quàm familiariter. i. o quãtum familiariter, vt exponit Valla, cum possit dici, quàm pro per quàm positiuum, vt hoc loco. Non. n. solum cõmemoratio posteritatis. i. eorum qui post nostrã ætatem futuri sunt, rapit me ad quandam spem immortalitatis. s. famæ & nominis, sed etiã illa cupiditas, vt viui perfruamur auctoritate testimonij tui vel iudicio beneuolentiæ. s. tuæ, in me, vel suauitate ingenij. s. tui, in contexendis historijs, viui inquam. i. tantisper dum viuamus. Nam non dubitat quin cessante inuidia, vt post obitũ inuisorum fieri solet, virtus defuncto in honore sit. Neque tñ cũ scribebam hęc. i. has literas, eram nescius. s. non ignorabã, quantis oneribus rerum susceptarum. s. à te, vt eas perscribas, & in debitam formam historiæ digeras, & institutarum. i. inceptarum iam. vnde instituere est quasi à primordijs rerum erudire quenquam, & inde institutum dicitur quasi propositum & inceptũ, instituta vero mores à principio alicuius ciuitatis instituti. Institutiones autem sunt formæ & rationes instituendi, ac præceptiones, vt Valla obseruauit. tu præmere. i. quasi obrueteris, hoc est quantæ molis sit rem talem perficere. Sed quia videbam historiam belli Italici. i. socialis, quod cum Italis à Romanis gestum est, & ciuilis, quod inter ciues R. gestum est, de quo App. scripsit, esse iam pene. i. quasi perfectam à te, dixeras autem mihi te velle ordiri. i. ex ordine aggredi, aut incipere reliquas res, nolui deesse mihi. i. honori meo, quin admonerem te vt cogitares, ne. i. an malles. i. magis velles, contexere. i. sub vno filo & ductu orationis per modum rhapsodiæ conscribere, nostra. i. res à nobis gestas, cum ceteris rebus, an vt multi Græci fecerunt vtpote Callisthenes, sup. fecit seorsum bellum Troicum, Timæus sup. bellum Pyrrhi Epirotarũ regis cũ Tarẽtinis contra Rom. bellum gerentis. Polybius Numantinum sup. bellum, qui omnes separauerunt ea quæ dixi bella, à perpetuis. i. continuatis historijs suis, hoc est ea bella seorsum scripserunt, & in Rhapsodia aliorum non posuerunt, vt nostris temporibus Ant. Sabellicus præter Rhapsodiam ab ordine mundi, scripsit seorsum res Venetorum. tu quoq;. i. etiam, tu item. i. similiter, seiungeres. i. segregares, coniurationem ciuilem. s. Catilinæ, & sociorũ ab hostibus, & à bellis externis, equidem s. ego quidem video interesse. i. referre non multum ad laudem nostram. i. quantum sit ad laudem nostram, sed quiddam. i. quædã certa res, interest ad properationem meam, non expectare, donec. s. scribendo cetera, venias ad locum, vbi ciuilia bella essent scribenda, & arripere statim causam illã totam. s. suscepti ac oppressi belli ciuilis, & tempus. i. quibus consulibus oppressum sit. Et simul. i. præter properatione meã, cui sic facilius satisfiat, ego cerno iam animo. Cernere. n. proprie ad exteriora pertinet, vnde adiecit animo, quanto omnia futura sint vberiora atq; ornatiora, si mens tua versabitur tota in vno argumento. i. in vna materia, & in vna persona, significat personã suam, quasi vero collega nihil egerit. Neque tñ ignoro quàm. i. quantum, impudenter faciam qui primũ imponam tibi tantum oneris. occupatio. n. tua potest mihi denegare. s. quod peto, deinde qui postulem etiam vt ornes me. i. honorifice de me scribas. Quid sup. dicendũ sit, si illa. s. quæ peto, non videantur tibi ornanda. i. laudibus decoranda, tantopere. s. vt ego postulem, q. d. obmutescendum sit, sed tñ oportet eũ qui transierit semel fines verecundiæ. i. qui semel inuerecundæ egerit, aut petierit, esse impudentẽ bene. i. multum, & nauiter. i. strenue, alioqui rubore suffunderetur. Itaque, q. d. quia semel verecundiæ fines transiui, ego rogo te plane. i. manifeste etiam atque etiã, vt &. i. simul ornes ea. s. quæ à me gesta sunt, vehementius quàm senti fortasse. s. ornãda esse, & negligas in eo leges historiæ quarum prima est, omnia vere & nihil ad gratiam alicuius dicere, & ne aspernere. i. ne contemnas gratiã illam, de qua scripsisti suauissime in quodã procemio. s. ꝙ multo subuertat, & à vero deflectat, à qua demonstras te non potuisse affici. i. moueri à vero magis q̃ Herculem illũ. s. nobiliss. Xenophontium. i. de quo scribit Xenophon. Quomodo. s. vt narrat in 1. off. Hercules in desertum adductus, vidit duas vias, alteram voluptatis, quæ amœnissima erat, sed mortem habebat in exitu, alteram virtutis, quæ aspera & ardua in principio immortalitatem promittebat in exitu, grauibus verbis voluptatem increpitans virtutem est complexus, potuisse. s. affici à voluptate, qui nullo modo affici potuit, si ea. s. gratia commendabit me vehementius. s. quam deceat, & largiare. i. indulgeas, amori nostro plusculum. i. aliquãto plus etiam quàm veritas concedit. Quòd si adducemus te. i. persuadebimus tibi, vt suscipias hoc. s. bellum Catilinariũ perscribendum, erit vt persuadeo mihi materies digna facultate. i. facili potestate, & copia. i. abundantia tua. s. in scribẽdo. Enim. i. quia quoddam corpus modicum. i. quoddam volumen, aut quidã tractatus per se, videtur mihi posse confici. i. compleri à principio coniurationis, vsq; ad reditum nostrũ. s. ab exilio, in quo. s. corpore poteris vti, &. i. etiam, illa sententia ciuiliũ coniurationum. i. quę lata est in cõiurationes ciuiles. sunt qui legant scientia. i. cognitione, vel in explicandis causis rerum nouarum. i. cur res innouatæ sint à coniuratis. s. ob ęs alienum, vel in remedijs incommodorum. quæ s. secuta fuissent, sępe explicandis, cum &. i. simul, reprehendes ea, quæ duce. i. existimabis vituperanda, & sup. dum cõprobabis, explicandis rationibus. i. explicando rationes, sup. eorum, quæ placebunt. Et si putabis agendum liberius, vt consueuisti sup. agere in descriptione rerum, tu notabis perfidiam, insidias, proditionem multorum in nos. Casus etiam nostri. i. varia euenta, aut ęrumnæ suppeditabunt. i. subministrabunt tibi in scribendo varietatem plenam cuiusdam voluptatis quæ. s. voluptas possit retinere vehementer animos hominũ in

legendo scripto.i.in eo quod scriptum est. Nihil.n.est aptius ad
delectationem lectoris, quàm varietates temporum, & vicissitu
dines fortunæ. quæ.s.vicissitudines, etsi.i quanquam non fuerũt
optabiles nobis, experiendo.i.dum experiremur, erunt tñ iucun
dæ in legendo.i.dum à nobis legentur. Enim.i.quia, recordatio
secura.i.sine timore & cura. doloris præteriti habet delectatio-
nem. Vero, pro sed, etiam ipsa misericordia est iucunda ceteris,
nulla.i.non nulla, non perfunctis vlla propria molestia, intuen
tibus.i.dum vident casus alienos sine vllo dolore. Quem.n.&c.
Probat iucundam esse lectionem alienæ cladis, qui misericordia
prosequamur exemplo Epaminondæ Thebani imperatoris for
tissimi, & philosophi acutissimi qui contra Lacedæmonios viri
liter pugnans letale vulnus accepit relatusq; in castra quæsiuit,
num scutum ademisset hostis, quod vt saluũ audiuit, osculatus
est ipsum tanquam socium laboris. deindè sciscitando audiens
suos vicisse, lubens expirauit. Ordo est. Enim.i.quia Epaminon
das ille.s.nobilissimus imperatorum Thebanorũ moriens apud
Mantiniam, vt Strabo scribit, Mantineam. est autem locus vbi
prælium cum Lacedæmonijs commisit. quem nostrum non de
lectat cum quadam miseratione? q.d.nullum non, & ita vnum-
quenq; delectat. Qui iubet.s.vt narratur in historijs, quæ rem
quasi præsentem oculis legentium exhibent, vnde præsenti vti-
tur tempore. tñ denique.i.tunc primum spiculum.i.telum acu-
tum auelli.s.à corpore suo, posteaquam dictũ est ei percontan-
ti.i.disquirẽti, num clypeus ablatus sit, clypeum esse saluum, ita
sup.auelli spiculum vt etiã moreretur in dolore vulneris æquo
animo cum laude. Cuius studium non tenetur erectum.i. vigi-
lans & attentum in legendo.i. dũ legit historiam Themistoclis
ducis Atheniensiũ fortissimi, cuius adolescẽtiæ prima gloria &
futuræ imperatoriæ & virtutis prima indoles apparuit eo præ-
lio, quo duce Miltiade Persæ sub Dario rege victi fusiq; sunt. De
inde dux belli aduersus Xerxen factus non solum patriam, sed
vniuersum Græciam à Barbarorum seruitute liberauit, vt scri-
bit Iust.lib.ij. Is postea per inuidiã à suis ciuibus in exiliũ actus
deinde cum magna oium lætitia reuocatus est. Cuius inquam
studium non tenetur erectum in legendo, fuga.i.per fugam, &
reditu.i.per reditum honorificũ Themistoclis? q.d.nullius non
retinetur, & ita vniuscuiusq; retinetur. & est aptum exemplum
pro fuga redituq; Cic. Etenim ordo ipse.s.series, annalium.i.li-
brorum, quibus singulorum annos magistratus, & gesta per se-
riem scribuntur. Hoc.n.exigit ordo historiæ, vt primum gesta
prima scribantur, Poeseos sæpe contra. Vnde Flac. Ordinis hæc
virtus erit, & Venus, aut ego fallor, Vt iam nunc dicat iam nũc
debentia dici, Pleraq; differat, & præsens in tempus omittat.i.
vt aliqua quo ordine gesta sunt dicat poeta, aliqua longe po-
stea.i.inuento loco breuiter narrandi. retinet nos in legẽdo me
diocriter quasi enumeratione fastorum librorum, in quibus to
tius anni per ordinem festa cum causis eorum scribuntur. Ta-
lia.n.pro cuiusq; affectione &, vt dñt, deuotione libenter legun
tur. At casus ancipites.i.dubij, & varij viri excellentis hñt sæpe
admirationem, lætiam, molestiam, quia affecti illis dolemus ad
uersus legendis, spem, timorẽ. Vero.i.sed, si sup. tales casus con-
cludũtur exitu notabili.i.insigni vt de suo exitu prætendit Cic.
sed finalem exitum non videbat hæc scribens, animus expletur
voluptate lectionis iucundissimę. Quod acciderit mihi i.in hi-
storia mea optatus, si fueris in hac sentẽtia, si secernas.i.separes
à scriptis tuis continentibus.i.continuatis, & perpetuo filo cur-
rẽtibus, in quibus complecteris perpetuam.i.non interruptam
historiam rerum gestarum, hanc quasi fabulam.i.vt fabulosam
narrationem, quæ à poetis solet interseri ad voluptatem legen
tium, rerum & euentorum i.eorũ quæ euenerunt nobis. Vt Val
la notat in singulari dicitur hic euentus, tus tui.i.in plurali hæc
euenta, torum. sed etiam euentus legimus: & euenta sunt sæpe
quę euenerunt, euentus est modus eueniendi. Enim.i.quia sup.
hęc historia nostra habet varios actus, sicut in comœdis quin-
que solent esse actus, qui tunc finiuntur dũ prosenium derelin-
quitur vacuum, & multas actiones.s.in foro habitas, consiliorũ,
& temporum.i.pro varietate temporũ & quia varios actus ha-
bet, bene, quasi fabulam dixit. Ac non vereor ne videar aucupa
ri.i.captare, quomodo aucupes captant, & inescãt aues, suaui ali
quo bono proposito, quadam assentatiuncula.i.leui assentatio-
ne, gratiam tuam, cum demonstrem hoc videlicet me velle or-
nari, & celebrari potissimũ à te. Neq; tu es is.i.talis qui.i.vt, sis
nescius, & qui non arbitrere magis inuidos eos, qui nõ admiren
tur te, quàm assentatores eos, qui laudent te. Neq; autem Valla
diceret, neq; vero. ego sum ita demens, vt velim me commenda
ri sempiternæ gloriæ, per eum, qui non consequatur. quoque.i.

etiam propriam gloriam ingenij in me cõmendando.i.laudan-
do, aut commẽdando gloriæ sempiternę. Neque.n. Alexander
ille.s. nobilissimus Macedonũ rex volebat pingi.s. coloribus in
tabella, aut peplo, seu muro, potissimum.i.præcipue, immo se-
cundum quosdam solum ab Apelle nobilissimo.i.& artificiosis-
simo pictore, causa gratiæ.i. beneuolentiæ, qua prosequebatur
Apellem, & fingi.i.sculpi, aut fundi, seu conflari, & ad viuum in
imagine exprimi, à Lysippo optimo plaste & statuario, repete
causa gratiæ. Sed q putabat artem illorum fore gloriæ.i.ad glo
riam cum.s.ita fuerit q ipsis tum etiã sibi. vnde Flaccus in epi.
Edictum fecit ne quis se præter Apellem Pingeret, aut alius Ly
sippo duceret æra. Atq; illi artifices faciebant simulacra.i. effi-
gies corporis nota, ignotis.i.externis, & ignorantibus quæ.s.si-
mulacra si vel.i.etiam, nulla sint, tñ clari viri nihilo.i. in nullo
sunt obscuriores. Nec.n. Agesilaus.i.ille notissimus, Spartiates
.i.Lacedęmoniorum rex Spartæ genitus. nam Lacedæmon &
Sparta seu Spartæ vna est ciuitas. perhibendus.i.commemoran
dus est minus qui neq; passus est imaginem suam esse pictã ne-
que pictam, quam sup.ij, qui laborauerunt multum in eo gñe.i.
qui se fingi, & pingi anxie curauerunt. Enim.i.quia vnus libel-
lus Xenophontis superauit in eo rege laudando facile oẽs imagi
nes & statuas hominum. quod poematis tribuit Horat. dicens,
Neque.n.per Aenea signa, Quàm per vatis opus mores, animi
que virorum Clarorũ apparent. Atq; hoc fuerit mihi præstan-
tius.i.efficacius & ad lętitiam animi, & ad dignitatem memo-
riæ, si peruenero in tua scripta.i. si à te scriptus fuero, q̃ si supp.
peruenero in ceterorum sup. scripta, q non solum ingeniũ tuũ
fuerit suppeditatum.i administratum & impensum mihi, sicut
ingenium suppeditatũ est Timoleonti à Timæo, qui Timoleon
tem Corinthium virum longe clarissimum, vt qui patriam ty-
rannide & Siciliã seruitute liberauerit, descripsit. Aut Themisto
cli ab Herodoto, qui Themistoclẽ descripsit. vult dicere q non
solum historia sua clarior & nobilior erit, q à tali ingenio per-
scripta sit, vt historiæ Themistoclis & Timoleõtis clariores sunt
propter ingenia describentium, sed etiam auctoritas viri claris-
simi & spectatissimi & cogniti in rep. causis maximis & grauis-
simis, atq; in primis probati sup. erit mihi suppeditata, vt nõ so-
lum præconiũ.i.buccinatio, quod.i.quale Alexander.s.magnus,
cum venisset in Sigęum.i.Sigæi maris promontorium, vbi erat
sepulcrum Achillis, dixit esse tributum Achilli ab Homero. di-
xit enim, O felix Achilles, cui magni Homeri diuino ingenio,
& ore cani contigit. Sed etiam graue testimonium clari, & ma-
gni hominis, videatur impertitum.i.impensum mihi. quod pul
chrum esse docet dicens. Placet.n.mihi Hector ille Nęuianus
.i.qui à Næuio in fabula inducitur: qui non tantum lætatur se
laudari, sed addit etiam, á laudato viro. Valla tamen in epist.
nuncupatoria elegantiarum dicit, vt ille apud Accium inquit,
Gaudeo abs te laudari pater laudato viro, vnde oportet aut idẽ
ab Accio dictum esse, aut memoriam Vallæ lapsam, cum Acciũ
pro Næuio citet. Quod.s.abs te laudari, si non impetro, hoc est
siqua.i.aliqua res impedierit te, neque.n.arbitror fas esse me ro
gantem non impetrare quidquam abs te.i.à te, cogar fortasse fa
cere id, quod nonnulli reprehendunt sæpe, hoc est ipse scribã de
me, tñ sup. id faciam exemplo multorum, & clarorum virorũ.
Sed quod te non fugit.i.qđ bene scis, hæc vitia sunt in eo gñe.s.
de se scribẽtium q.s.necesse est sup. vt ipsi scribant verecundius
de se siquid est laudandũ, & pretereant siquid est reprehenden-
dum. Accedit etiam vt minor sit fides, & sup. minor auctoritas,
& sup. denique, vt multi reprehendant, & dicant præcones.i.cõ-
mendatores tubicines publicos ludorum gymnicorum.i. palæ-
stritarum, qui nudi sese exercent, esse verecundiores.s.quam re-
rum suarum descriptores, qui.s.præcones gymnici cum.i.post-
quam imposuerunt ceteris victoribus coronas, & pronuntiaue
runt nomina eorum magna voce, cum ipsi.s.præcones donen-
tur.s.si bene functi fuerint officio, corona, ante missionem.i.di
missionem, & consummationem ludorum adhibeant aliũ præ-
conem, ne ipsi prædicent sua voce, se esse victores.s. suo officio
præconum. Nos cupimus vitare hæc.i.vitia seipsos describẽdo,
& vitabimus, si recipias causam nostram.i. aggrederis onus de-
scribendi res nostras, & rogamus vt facias id. Ac ne mirere for-
te, cur petamus à te id nunc tantopere, & tam multis verbis cũ
ostenderis mihi sæpe te mandaturum literis.i.descripturum ac-
curatissime consilia temporum nostrorum, atq; euentus.i.exi-
tus fortuitos (vnde patet apud Cic. quoq; euentus dici.) respon
sio: Illa cupiditas incendit nos, de qua scripsi initio.s.epistolæ, vi
delicet festinationis, q sumus alacres.i. arrecti & læti animo, &
vt.i.simul, ceteri cognoscãt nos ex libris tuis, nobis viuentibus,
id est,

id est, dum adhuc viuimus, & nosmetipsi viui.i.adhuc viuentes perfruamur gloria nostra.i.fructum vltimum, & voluptaté capiamus ex gloria nostra. Velim sup. vt rescribas mihi quid acturus sis de his rebus si non est molestium tibi.s. rescribere. Si.n. suscipis causam.i.negotium hoc perscribendum, ego conficiam cómentarios.i.breuiaria & summaria, omniũ rerum.s.à me gestarum. Sin autem.i.sed si differs me.i.voluntaté meam, aut res meas in aliud tempus, ego loquar tecum coram.i.facie ad facié quod nunc se dixit erubuisse. tu non cessabis.i.non eris otiosus interea, & perpolies.i.ad summam politioné perduces ea quæ habes instituta.i.incepta, & diliges nos.

PAVL. MAN. IGNOTIS nota faciebant} ignotis pro ijs, qui non nouerant, actiue posuit, vt etiam Liu.lib.3. Notos gratia eorum turbam indignitas rei virginis conciliat. & Curtius, Ignoti iumenta, agebant. Plaut. autem in Pseudolo, Noui: notis prædicas. notis, dixit.i.ijs, qui nouerant. itemque Cic. in oratione pro M. Cœlio, & in Verrem lib. vj.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Quid fructus ex consolatione Lucceij acceperit, exponit.

CICERO S. D. LVCCEIO Q. F. 13

QVanquam ipsa consolatio literarũ tuarum mihi gratissima est; declarat enim summam beneuolentiam, coniunctam pari prudentia: tamen illum fructum ex ijs literis, uel maximum cepi, quòd te præclare res humanas cõtemnentem, & optime contra fortunam paratum, armatumq́; cognoui quam quidem laudem sapiẽtiæ statuo esse maximã. NON *aliunde pendere, nec extrinsecus aut bene, aut male uiuendi suspensas habere rationes. quæ cogitatio cum mihi non omnino excidisset, (etenim penitus insederat) ui tamen tempestatum, & concursu calamitatum erat aliquantum labefactata, atq; cõuulsa: cui te opitulari & uideo, & id fecisse etiam proximis literis, multumq́; profecisse sentio. itaq; hoc sæpius dicendum, tibiq́; non significandum solum, sed etiam declarandum arbitror, nihil mihi esse potuisse tuis literis gratius. Ad consolandũ autem cũ illa ualẽt, quæ eleganter, copioseq́; collegisti; tum nihil plus, quàm quòd firmitudinem, grauitatemq́; animi tui perspexi; quam non imitari, turpissimum existimo. itaq; hoc etiam fortiorem me puto, quàm te ipsum, præceptorem fortitudinis, quòd tu mihi uideris spem nõ nullam habere hæc aliquãdo futura meliora: casus enim gladiatorij similitudinesq́; eæ, tum rationes in ea disputatione a te collectæ, uetabant me reip. penitus diffidere. itaque alterum minus mirum, fortiorem te esse, cum aliquid speres: alterum mirũ, spe ulla teneri. quid est enim non ita affectum, ut id non deletum, extinctumq́; omne esse fateare? circumspice omnia membra reip. quæ notissima sunt tibi: nullum reperies profecto, quod non fractum, debilitatumue sit. quæ persequerer, si aut melius ea uiderem, quàm tu uides, aut commemorare possem sine dolore. quanquam tuis monitis, præceptisq́; omnis est abijciendus dolor. ergo & * domestica feremus, ut censes, & publica paulo etiam fortius fortasse, quàm tu ipse, qui præcipis. te enim spes aliqua consolatur, ut scribis: nos autem erimus etiam in omni desperatione fortes, ut tu tamen idem & hortaris, et præcipis. das enim mihi iucundas recordationes conscientiæ nostræ, rerũq́; earum, quas, te in primis auctore, gessimus. præstitimus enim patriæ non minus certe, quàm debuimus, plus profecto, quàm est ab animo cuiusquam, aut consilio hominis postulatum. Ignosces mihi de me ipso aliquid prædicanti. quarũ enim tu rerum cogitatione nos leuare ægritudine uoluisti, earum etiam commemoratione lenimur. itaque, ut mones, quantum potero, me ab omnibus molestijs, & angoribus abducam: transferamq́; animum ad ea, quibus secundæ res ornantur, aduersæ adiuuantur: tecumq́; & ero tantũ, quantum patietur utriusq; ætas, & ualetudo: &, si esse una minus poterimus, quàm uolumus, animorum tamen coniunctione ijsdem studijs ita fruemur, ut nunquam non una esse uideamur. Vale.*

* fortasse, Tulliolæ mortem.

QVANQVAM} Bellis ciuilibus, & Cæs. tyrãnide rep. afflicta cum Cic. vehementer mœreret, & vt supra ad Ser. Sulpicium scripsit, in villas suas se recepisse ne videret reip. oppressiones & iniurias: Lucceius ad eũ literas cõsolatorias miserat, ostenderatq́; q̃ fortiter ipse ferret communes miserias. Itaq; nunc respondet Cic. Lucceio idem se ex eius literis maximum fructum recepisse, velletq́; ita facere, vt ille præcepit, præsertim cum, vt ille scripserat, cõscius sit, nullum officium suum reip. defuisse. Postremo dicit Cic. velle se transferre ad studia literarum, sicut Lucceius monebat, futurumque cum eo quantum licebit. } Beneuolentiã, coniunctam pari prudentia} duo dicit, quæ in omni consolatione exigimus, beneuolentiam, & prudentiam. } Fructum} vtilitatem. } Quòd te} aliorum.n. exempla & maxime eorũ, qui ad nos scribunt, plurimũ valent ad nos consolandos. qui.n. vult alium consolari, non debet ipse mœrere cõfici. vnde apud Maronem Aeneas, Spẽ vultu simulat, premit altum corde dolorem. Dicit quoq; Cic. se maximam vtilitaté cepisse ex consolatione Luccei, quæ à viro forti & optimis rationibus contra fortunam armato profecta sit. } Maximã} sm Peripateticos, qui maxime virtuté expetẽdam dñt, non autem sm Stoicos, qui in sola virtute & laudé, & summum bonũ ponunt. } Statuo} iudico. } Pendere} aliunde ex alia re expectare præsidiũ, vtputa ex bonis corporis vt fortunæ, sed ex bonis animi. } Extrinsecus} exterius.i. in bonis externis, quæ maxime appellantur bona fortunę, quia extra nos.i. extra potestatem nostram sunt. } Suspensas} incertas, ad casum accõmodatas, sed firmas, & ratione cõstitutas. } Quæ cogitatio} vt nõ penderem aliunde q̃ ex me ipso, nec suspensas haberem viuendi rationes. } Excidisset o.} ex aio meo omnino esset elapsa. } Insederat} inhęserat aio, & locata erat. } Vi} impetu, & violẽtia. } Tempestatum} infelicium temporũ. } Concursu} agmine, & multitudine, quia multę calamitates simul acciderunt: amisi.n. filiam, amisi patriã, amisi libertatem, honestatem, dignitaté, &c. } Labefactata} cõmota. } Conuulsa} violenter extirpata. } Cui} cogitationi. } Opitulari} subuenire, opem ferre tuis sapiẽtissimis consolationibus. } Id} te opitulatũ esse. } Proximis} quas à te nuperrime accepi. } Profecisse} profuisse, & maximum fructum attulisse. } Declarandum} clare, & aperte demonstrandũ. quod plus est quàm significare. } Ad consolandum} dicit nunc Cic. ꝙ quãuis maximum fructum acceperit ex rationibus quas elegãtissime & copiose Lucceius ad consolandum adduxerat: tñ multo plus profecit exemplum fortitudinis animi eius, quam existimat sibi turpe esse non imitari. } Hoc} hac re. } Præceptorem fortitudinis} qui mihi das præcepta fortitudinis. } Nõ nullum spem}.i. quandã spem, & ideo habes causam fortitudinis. } Casus.n.} scribebat Lucceius se sperare res aliqñ fore meliores: & adducebat casus gladiatorũ, qui modo fugiunt, modo insequũtur, modo cadunt, modo surgunt, & modo cedunt, modo vincũt: adducebatq́; alias similitudines & rationes, quibus ostẽdebat sperandũ aliqñ fore melius. } Casus gladiatorij} qui interdum cũ victi putẽtur, tñ etiã vincunt. } Similitudines} cõparationes. } Diffidere reip.}.i. relinquere fiduciã reip. eã aliqñ fore melioré. } Alterũ} vnũ. } Te esse fortioré} non est mirandũ ꝙ sis fortior me, quia habes aliquã spem. } Alterum} aliud. } Mirum, spe vlla teneri}.i. mirũ est ꝙ habeas aliquã spem. } Quid est.n.} ponit rationem quare non deberet habere aliquã spem, quia omnia reip. mẽbra sunt omnino quassata. } Affectũ} dispositũ. } Membra} partes. translatio à corpore, quod habet mẽbra sua & ita resp. Membra autem reip. sunt cõsulatus, prætura, ædilitas, & ceteri magistratus. } Persequerer} exponeré. } Tuis monitis} quia ita mones & pręcipis. } Domestica} mea incõmoda priuata. } Vt Censes} vt existimas esse ferẽda in desperatione oium, cũ nihilo omnino speremus. } Das} addis. Iuue. Da nunc & volucré sceptro quæ surgit eburno. } Conscientiæ nostræ} bonæ, quæ semper recte sensit de rep. valet aũt cõsciẽtia bona plurimũ ad cõsolandũ, quę sm Stoicos etiã sine alia remuneratione satis pręmij per se habet. vnde illud Virg. Dij tibi si qua pios respectant numina, si quid Vsquã

iustitiæ

NVZER.

iustitiæ est,& mens sibi conscia recti, Præmia digna ferant. {Te auctore} te suadente & consulente. {Præstitimus} benefecimus. {Animo} cogitatione.i.plus q̃ quisquã potuisset cogitare. {Aut consilio} prudentia.i.plus q̃ quisquã sciuisset dicere esse præstandum. {Prædicãti} laudãti. {Quarũ.n.} sensus est: Mea facta, quę suades mihi vt cogitẽ ad leuãdam ægritudinem me, non solum delectat cogitare, sed etiam cõmemorare. {Lenimur} demulcemur, delectamur. {Angoribus} solicitudinibus quæ aium augẽt. {Abducam} remouebo. {Ad ea}.i.ad studia literarũ. {Quibus} sunt.n.studia literarũ diuitibus & vtẽtibus fortuna prospere ornamento, infeliciotibus vero etiã adiumento. {Aetas vtriusq;} iam senilis quę non ita patitur consuetudinem crebram & conuersationem, sicut iuuenilis. {Valetudo} ambo.n.propter ætatẽ interdũ mala valetudine laborabãt. {Coniunctione animorũ} animi.n.interuallo locorum disiuncti, cogitatione & beneuolentia facile coniungi possunt. {Nunquam} interdum, & sępe.

QVANQVAM, &c.} Bellis ciuilibus, & Cæsaris tyrannide rep.afflicta, cum Cic. mœstissimus se in agrũ, ne talia videret, abstulisset, scripsit ad eum Lucceius cõsolatorias literas, quibus nunc Cic.respõdens ait, se magnum fructũ ex illis cepisse, & velle acquiescere, & se ad literarũ studia transferre, sicut Lucceius monuerat. Ordo est. Quanquã ipsa cõsolatio lr̃arum tuarũ est gratissima mihi. declarat.n. summã beneuolentiã coniunctã pari prudẽtia, vbi gr̃a præpositionis ablatiuus regitur. tñ ego cepi ex lr̃is tuis illũ fructũ, vel.i. etiã maximũ, ꝙ cognoui te cõtemnentẽ præclare res humanas, & paratũ atq; armatum optime cõtra fortunam. Quã laudẽ sapientiæ quidẽ statuo maximã.s.nõ pendere.i.nõ esse suspensam ad salutem habendã aliunde.s. q̃ à se, nec habere rõnes viuendi bene, aut male suspẽsas extrinsecus. Vnde illud Persianũ, Nec te quæsiueris extra. Quæ cogitatio cũ non excidisset mihi oino .i.cum adhuc in memoria aliquatenus esset, etenim.i.quia certe ista insederat.i.sedem occupauerat, penitus.i.penes interiora.s. cordis, tñ erat labefactata, atq; conuulsa aliquantulũ vi.i.violentia, tempestatũ.i.malorũ temporum, & concursu.i.subdita accumulatione calamitatũ. Cui.s.cogitationi ego video te opitulari, & sentio te fecisse etiã proximis literis, & profecisse multum. Itaq;.i.& ita ego arbitror, hoc.s.quod sequitur, dicendũ sup.esse sæpius vbiq; non solũ significandum.i.signis indicandũ, sed etiã declarãdum.i.manifeste exprimendũ, nihil potuisse esse gratius mihi tuis literis. Autẽ.i.sed cũ.s.ita sit, ꝙ illa, quæ collegisti.i.citasti, & adduxisti, seu allegasti elegãter & copiose, valent ad consolandũ.s.me, & quemlibet alium, tũ sup.verius est, ꝙ nihil plus sup.valet ad cõsolandum me, quàm ꝙ perspexi firmitudinẽ, & grauitatẽ animi tui, quã.s.firmitudinẽ animi tui nõ imitari, ego existimo sup.esse turpissimũ. Itaq;.i.& ita ego puto me fortiorem, q̃ te ipsum præceptorem fortitudinis, hoc.i.in hoc, aut propter hoc, ꝙ tu videre.i.videris mihi habere nõnullam.i. aliquã spem, hæc futura.i.vt sint futura aliqñ.i.aliquo tempore futuro meliora.s.q̃ nunc sint. Enim.i.quia, casus gladiatorij.i.quod adduxisti mihi de casibus gladiatorũ, quorũ nunc hi, nunc illi superiores fiunt, & hæ similitudines. tũ.i.multo magis rõnes collectæ.i.collegatæ, à te in ea disputatione.s.de mutatione statuum etiã reip. vetebant me diffidere penitus reip.i.restitutioni eius. Itaq; alterũ.s.duorũ, quæ dicet, est sup. minus mirũ te fortiorẽ esse, sup.nunc, cũ aliquid speres. Alterũ sup.est magis mirũ, videlicet te teneri nulla spe. dico te fortiorem tunc nõ fortiorẽ me, quia prius contrariũ dixit Cic. videlicet se fortiorẽ esse, q̃ Lucceiũ præceptorem fortitudinis, eo ꝙ ille nihil, ipse aliquid speret. quocirca possit hic subaudiri me, vt sit alterũ minus mirum est, videlicet me fortiorẽ esse, cũ.s.ita sit, ꝙ tu aliquid speras, ego nihil. & hanc expositionem credã esse de mente Cic. vt infra dicam. Ratio tñ superioris dicti subobscura est. Nõ fortior est, qui aliq̃d audet sine spe, sed potius temerarius, sed intelligimus propterea Cic. censere se fortiorẽ sine spe, nõ ꝙ aliquid tentet, aut moliat̃, sed ꝙ decreuit infractũ aium tenere, & in philosophiã eo attentius incumbere, ꝙ à foro sine spe reuertẽdi exclusus sibi videatur. Probat mirũ esse Lucceiũ aliquid adhuc sperare, dicens, Quid.n.est non ita affectũ.i.concussum & sauciũ, vt nõ fateare id omne delatũ, & extinctũ.i.q̃d.nihil. Circunspice omnia membra reip. quæ notissima sunt tibi.i. oẽs fauentes reip. & libertati cõi ciuium, & profecto nullũ.s.membrũ inuenies, quod non sit fractũ, & debilitatũ. Videtur nõ debito ordine id, quod alterũ includit, præponere. nam dices, si fractũ, ergo debilitatum. sed norimus fractũ dici quod est concussum & debilitatũ, etiam si non sit ruptũ, vt Aeneid. 2. Fracti aio fatisq; repulsi Ductores Danaum. Fractũ ergo.i.cõcussum, & pro.i.debilitatum. Quæ.s. membra, aut quæ detrimenta reip. ego prosequerer, si aut viderem ea melius q̃ tu vides ea, aut si possem cõmemorare ea sup. sine dolore. quanquã oĩs dolor est abijciendus tuis præceptis, & monitis.i.s̃m pręcepta, & monita tua. Ergo nos feremus.i.tolerabimus, & patiemur, &.i.simul domestica.s.incõmoda, vt censes.i.iudicas ea ferenda, &.i.simul feremus publica.s.incõmoda, aut mala fortasse etiã fortius q̃ tu ipse, qui præcipis.s. ea ferẽda. Enim.i.quia aliqua spes consolatur te, vt scribis: nos erimus fortes etiã in omni desperatione. tñ sic erimus fortes, vt tu hortaris, & præcipis. Hinc patet exponendũ illud fortiorem te esse sic me esse fortiorem te.i. q̃ tu sis, &c. Tu.n.das mihi iucundas recordationes consciẽtiæ nostræ, & earum rerũ, quas gessimus te auctore in primis i.præcipue. Nos.n.præstitimus patriæ.s.conseruãdę in libertate, certe.i.indubitate, nõ minus, q̃ debuimus, & sup. profecto plusquã est postulatũ aio aut consilio cuiusquã hominis. Tu o Luccei ignosces mihi prædicandi aliquid de me ipso. Enim.i.quia, nos lenimur.i.demulcemur & cõsolamur cõmemoratione.i.enarratione, & recitatione earũ rerũ quarũ rerũ cogitatione tu voluisti leuare.i. liberare, aut deonerare nos ægritudine.s.animi, hoc est, ideo dabis veniã prædicẽti de me aliquid, quia sicut monuisti, vt recordarer, à me præclare gesta pro rep. ad leuandã ægritudinẽ animi, sic eorũ prædicatio & commemoratio lenit dolorẽ, aut aium meũ. Itaq;, vt mones, abducam me, quantũ potero, ab oĩbus molestijs, & angoribus, & transferam.i.traducã aium.s.meũ, ad ea quibus secũdæ.i. prosperæ res ornãtur, & aduersæ sup.res adiuuantur, nõ vt maiores fiant, sed vt tolerẽtur, aut minuãtur, hoc est ad philosophiam moralẽ, & ero tecũ quãtum ætas vtriusque.i. nostrũ & valetudo patietur. quia & senes, & ualetudinarij ambo esse ceperant. Dicitur autem valetudo, quia secunda producitur quasi à volendo. nã à validus fieret valetudo. etsi.i.quãquã poterimus minus esse vna.i. simul, quàm volumus tamen fruemur isdẽ studijs coniunctione animorum ita, vt nunqua non.i.semper videamur esse vna.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Suaserat Ciceroni, ut in prædijs se oblectaret, leuationemque malorum ex studio literarum quæreret; quod cum non faceret Cic. sed in querelis & lamentationibus perpetuus esset, grauiter Lucceius illum accusat, sed ita tamen, ut aliquid consolationis intermisceat.

LVCCEIO S. D. CICERONI. 14



I uales, bene est; ergo ualeo, sicut soleo paululo tamen etiam deterius, quàm soleo. Te requisiui sæpius, ut uiderem. Romæ, quia postea non fuisti, quàm a me discesseras, miratus sum: quod item nunc miror. non habeo certum, quæ te res hinc maxime retrahat. si solitudine delectare; cum scribas, & aliquid agas eorum, quorum consueuisti: gaudeo, neq; reprehendo tuum consilium. nam nihil isto potest esse iucundius, non modo miseris his temporibus, & luctuosis, sed etiam tranquillis, & optatis; præsertim uel animo defatigato tuo, qui nunc requiem quærat ex magnis occupationibus, uel erudito, qui semper aliquid ex se promas, quod alios delectet, te ipsum laudibus illustret. sin autem, sicut hic dum eras, & lacrymis, & tristitiæ te tradidisti: doleo, quia doles, & angere: nec possum te, si concedis, quod sentimus, ut liberius dicamus, non accusare. quid enim? tu solus aperta non uidebis, qui propter acumen occultissima perspicis? tu non intelliges, te querelis quotidianis nihil proficere? non intelliges, duplicari solicitudines, quas eleuare tua te prudentia postulat? quòd si non possumus aliquid proficere suadendo, gratia contendimus, & rogando; si quid nostra causa uis, ut istis te molestijs laxes, & ad conuictum nostrũ redeas, & ad consuetudinem, uel nostram communem, uel tuam solius, ac propriam Cupio non obtundere te, si non delectare nostro studio: cupio deterrere, ne permaneas in incepto: cum duæ res istæ contrariæ me conturbent: ex quibus aut in altera mihi uelim, si potes, obtemperes; aut in altera non* offendas. Vale.*

* .i.te querelis nihil proficere.

* pro offendaris ut etiam epl. 1 l. 1 ad Qu. fr.

HVBER. SI valesʒ Quia, vt supra diximus, Cic. rep. oppressa receperat se rus, Lucceius hac epistola dicit se laudare eius consilium, si hoc fecit vt aliquid eorũ agat, quæ consueuit legendo & scribẽdo aliquid, quod sit alijs profuturũ. sin vero dedit se lachrymis & tristitiæ: reprehendit eũ & accusat, ꝙ ita modeste ferat casum reip. quasi id, quod accidit, fuerit ei improuisum. & ostendit eum nõ debere mœrore luctuq; vacare, cum nihil proficere possit lugendo. ʒSicut soleoʒ. s. valere. solebat. n. Lucceius laborare interdũ podagra. ʒRequisiui teʒ hoc in loco repetitionẽ, vel augmentũ actus signat, vel requisiui pro quæsiui. ʒMiratus sumʒ te non fuisse Romæ posteaquã à me discessisti. ʒMaximeʒ præcipue, præter aliã causam. ʒHincʒ Rom. ʒSolitudineʒ loco nõ frequentato, vbi nõ sit multitudo hoium ʒScribasʒ componas. ʒQuæ, consuestiʒ. s. agere. ʒConsiliumʒ deliberationem habitandi potius rus, quam vrbem, vel illic scribendi & agendi aliquid eorũ quæ consueuisti. ʒIstoʒ consilio tuo. ʒOptatisʒ quia bona tempora optata dñr. ʒDefatigatoʒ curis reip. qui nunc huiuscemodi studijs potest recreari. ʒRequiẽʒ cessationẽ, otiũ. ʒEx magnis occupationibusʒ post magnas occupationes. ʒVel eruditoʒ. s. ãio tuo nihil potest esse iucundius. ʒPromatʒ emittat, proferat. ʒIllustretʒ clarum faciat. ex scriptis. n. quæ ex ingenio nostro promuntur, clariores efficiuntur. ʒSin autẽʒ laudauit Lucceius ꝙ Cic. se rus receperit, si ea fuit causa, vt aliqd scriberet, & ex ingenio suo promeret, quod & alios delectaret, & ipsum illustraret: nunc dicit ꝙ si est ruri ea causa vt doleat, & lacrymis indulgeat, vehemẽter est reprehẽdendus & accusandus. ʒSicutʒ vel postquã, vel veluti discesseras. i. tum desperatione rerum. ʒLacrymis, ac tristitiæʒ. i. ad lacrymandũ & dolendũ, postquam hinc decessisti. ʒAgereʒ pro angeris. i. cruciaris ʒNõ possum nõ accusareʒ. i. nõ possum facere, quin te accusem. ʒSi concedis, vt lib. d.ʒ. i. si pateris, & permittis vt libere & sine respectu dicam quod sentio. ʒQuidʒ modus interrogandi. ʒTu solus nõ videbisʒ. i. in tanto numero hoium qui hoc præuidebant futura quæ acciderunt, tu solus non videbas? interrogatiue, q. d. immo videbas, ʒApertaʒ manifesta, oibus nota. ʒOccultissimaʒ etiam secretissima, ergo multo magis aperta videbas. ʒAcumẽʒ. i. subtilitatem. s. ingenij. ʒNon intelligesʒ quasi dicat immo debes intelliges. ʒNihil proficere quotidianis querelisʒ. i. licet quotidie queraris nihil tamẽ valent querelæ tuæ. ʒDuplicariʒ augeri. Virg. in Bucol. Et sol crescentis decedẽs duplicat umbras. ʒPostulatʒ exigit quasi rem debitam, quia prudẽtem decet solitudines sibi minuere & tollere. ʒQuòd siʒ sensus est, si non possum suadendo efficere, & tibi persuadere, vt omittas solitudines, saltem peto à te hoc gratia. ʒContendimusʒ plus est q̃ petimus. ʒRogandoʒ precibus. ʒNostra causãʒ propter me. ʒLaxesʒ liberes. ʒConuictumʒ sodalitatem, vel societatẽ viuendi. ʒConsuetudinemʒ conuersationem. ʒVel cõmunemʒ qua vterq; nostram vtebatur indulgendo studijs literarũ. ʒTuã solius, ac propriaʒ. i. ad consuetudinem tuã solã. qui non es solitus indulgere lachrymis, sed scribere & facere aliquid dignũ viro plus q̃ ceteri, q. d. ad eam saltem consuetudinem, quam tu solus seruare consueuisti. ʒCupio non obtundere, si nonʒ. i. cupio non esse tibi molestus meis verbis, si non delectaris monitionibus meis. Obtundere autem tractũ ab incude, quæ sæpe malleis tunditur. ita obtundere est aliquem verbis lædere, & quodã modo ferire. ʒStudioʒ meis scriptis quæ ex studio & amore proueniunt. ʒCupio deterrereʒ vellem remouere te ab hoc proposito. ʒNe permaneasʒ ne perseueres. ʒIn inceptoʒ in tristitia & lacrymis. ʒDuæ res contrariæʒ nam nolle obtundere aliquẽ, & velle deterrere ab incepto contraria sunt, quia nõ possumus deterrere, quin obtundamus, quia id multis verbis fieri necesse est. ʒCõturbentʒ incertũ faciant. ʒEx quibusʒ duabus rebus. ʒObtemperesʒ morem geras, obsequeris, & facias quod volo. ʒIn alteraʒ. i. ne permaneas in incepto. ʒIn alteroʒ vt obtundaris verbis meis. ʒNõ offendasʒ qui. n. amicẽ & bñuole non accipit admonitiones amicorum, sed eis obtunditur, offendit, & rem ingratã amicis facit.

Obtundere.

ASCEN. SI vales, &c.ʒ Hac epistola dicit Lucceius se approbare cõsilium Cic. si eo se ato in rus abduxerit, vt legẽdo & scribendo alios in re literaria iuuet. sin, vt se lacrymis dedat, damnare, ꝙ ita lugeat casum reip. quasi non præuiderit futurum. Præterea docet inutile esse, cũ res immutari nequeat. Ordo est. Si vales, bene est: ego valeo, sicut soleo, & etiã paululo. i. modico deterius. i. minus bene, q̃ soleo. Ego requisiui sæpius, vt viderem te. Ego miratus sum, ꝙ item. i. similiter miror, nũc te non fuisse Romæ, posteaquam discesseras à me. Non habeo certum. i. exploratũ, aut perspectũ quæ res. i. quæ occasio retrahat te maxime. i. præcipue hinc. i. ab vrbe. Si delectare. i. delectans solitudine, cum scribas, & agas aliquid eorũ, quæ consuesti. i. agere: (plurimi tñ textus habent, quorũ cõsueuisti sup. aliquid agere, sed Hubertinus legit quæ)ʒ gaudeo, neq; reprehendendo consilium tuum. Nam nihil potest esse iucundius illo. s. genere vitæ cum literis, & musis nõ modo his temporibus miseris & luctuosis, sed etiã tranquillis & optatis, præsertim vel animo tuo lugere, & in merore esse fatigato, qui quærit nunc magnis occupationibus requiẽ, vel erudito qui semper promat aliquid ex se, qđ delectet alios & sup. illustret teipsum laudibus. Sin autem. i. sed si tradidisti te, & lacrymis, & tristitia sicut dum eras hic. i. Romæ doleo quia tu doles, & angere. i. angeris, hoc est afficeris angore animi. Si tu concedis. i. permittis, vt dicã liberius, quod sentimus. s. ego, & reliqui amici tui, alioqui numerum mutaret. Sed dñt Grammatici licitũ esse in prima persona de vno, modo singulari, modo plurali, modo vtroq; numero loqui: veruntamen aptior est sermo, dũ numerus obseruetur idem. quocirca multi legunt dicamus, sed potest, vt dixi, de se dicere dicam, & de se, ac alijs sentimus, præsertim cũ scribatur etiã ab illis, qui dicamus, legant, possum, nõ possumus: non possum nõ accusare te. i. quin accusem te. Quid. n. principium accusandi sumptũ a particula indignatiua, tu solus non videbas aperte. i. manifestaria & euidenter futura, qui perspicis occultissima. i. abditissima propter acumen. s. oculorũ tuorum mentaliũ. non. n. de exteriore loquitur perspectione. Et supp. tu tam prudẽs homo nõ intelliges. i. permittetur, ꝙ nõ intelligas te, nihil. i. in nullo proficere. i. commodũ facere, aut remediũ mali inuenire, querelis quotidianis? q. d. id non esse vero simile. Tu non intelliges solicitudines duplicari. i. geminari, quas tua prudentia postulat te eleuare. i. minuere: tracta metaphora à bilance, in qua res minoris ponderis eleuatur, vnde quia minoris quoq; æstimatur, solet eleuare pro diminuere, de laude ac pretio alicuius vsurpari. Quòd si nos nõ possumus proficere suadendo. s. tibi, vt à lugẽdo desistas: nos cõtendimus. i. instamus gratia. s. qua apud te valemus, & rogando, si vis sup. facere, quid. i. aliquid causa nostra, vt laxes te istis molestijs, & redeas ad conuictũ nostrum. i. ad communionem vitæ, seu ad conuersationem nostram, & ad consuetudinem. i. consuetam rationem viuendi, vel nostram cõmunem. i. qua simul vti solemus, vel supple ad consuetudinem tuã solius. i. vnius, ac propriam. i. peculiarem tibi. Notum est, quia in significatione actiua possessiua genitiua, mei, tui, sui, nostri, & vestri, qui tñ passiue significant, construi non possunt, pro illis possessiua pronomina poni, cũ quibus vel continue, vel coniunctionis interuentu cetera, quæ recte in genitiuo regi possunt, construuntur, vt mea vnius opera, tua solius cura, &c. Ego cupio nõ obtundere. i. non hebetare te. i. auditum tuum mentalem. i. te non onerare multis verbis. Si tu non delectare. i. delectaris studio nostro. i. quo nos delectamur: ego cupio deterrere te, ne permaneas in incepto. i. proposito, lugendi procul ab vrbe. Cum istæ duæ res contrariæ. s. nolle obtundere, & velle eum deterrere ab incepto, conturbent me, ex quibus. s. duabus rebus, ego velim sup. vt aut obtemperes mihi, si potes in altera. i. non manendo in proposito, aut non offendaris in altera. s. dum à nobis obtunderis.

PAVL. MAN. QVAM à me discesserisʒ vetustos libros, quibus ego nunc multis ad harum epistolarum emendationem vtor, ita, vt impressimus, habere omnes video. itaque aliorum lectionem non sequor.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Querelis & hæc epistola referta est, præsertim propter collationem diuersorum temporum, ita grauiter Cicero angitur, quod in repub. locum pristinum habere nequeat.

CICERO S. D. LVCCEIO. 25

OMnis amor tuus ex omnibus partibus se ostendit in ijs literis, quas à te proxime accepi, non ille quidẽ mihi ignotus, sed tamen gratus, & optatus: dicerem, iucundus, nisi id uerbũ in omne tempus perdidissem, neq; ob eam unam causam, quam tu suspicaris, & in qua me, lenissimis, & amantissimis uerbis utens, re grauiter accusas: sed quòd illius tanti uulneris quæ remedia esse debebant, ea nulla sunt; quid enim? ad amicos ne confugiam? quàm multi sunt? habuimus enim ferè cõmunes: quorum alij occiderunt,

alij

*alij nescio quo pacto obdurruerunt. tecum uiuere possem equidem, & maxime uellem. uetustas, est, amor consuetudo, studia paria. quod uinculum, quæ res deest nostræ coniunctioni? possumus ne igitur esse una? nec mehercule intelligo, quid impediat: sed certe adhuc non fuimus, cũ essemus uicini in Tusculano, in Puteolano: nam quid dicam, in urbe? in qua, cum forum commune sit, uicinitas non requiritur. sed casu nescio quo in ea tempora nostra ætas incidit, ut, cum maxime florere nos oporteret, tum uiuere etiam puderet. quod enim mihi poterat esse perfugium spoliato & *domesticis, & forensibus ornamentis, atque solatijs? literæ, credo, quibus utor assidue: quid enim aliud facere possum? sed nescio quo modo ipsæ illæ excludere me à portu, & perfugio uidẽtur, & quasi *exprobrare, quòd in ea uita maneam, in qua nihil insit, nisi propagatio miserrimi temporis. Hic tu ea me abesse urbe miraris, in qua domus nihil delectare possit, summum sit odium temporum, hominum, fori, curiæ? itaque sic literis utor, in quibus consumo omne tempus, non ab ut his medicinam perpetuã sed ut exiguam doloris obliuionem petam. quòd si id egissemus ego, atque tu; quod ne in mentem quidem nobis ueniebat propter quotidianos metus: * omne tempus una fuissemus: neq; me ualetudo tua offenderet, neq; te mæror meus. quod; quantum fieri poterit, consequamur quid enim utrique nostrum aptius? propediem te igitur uidebo. Vale.*

ob interitũ filiæ epi. 6. lib. 4.

oderunt. n. turpia. turpissimũ autẽ seruire.

post Pharsalicam pugnã. statim enim Cicero in Italiã rediit.

OMNIS} Com versaretur Cicero io maximis mœroribus & luctibus ꝓpter reip. calamitates, L. Lucceius non solum præcedenti epistola eum cũsolatus est, sed etiam multis alijs, quæ in hoe volumine nõ reperiuntur, neq; hodie extant, sed id ex verbis Cic. inrelligimua. Dicebant autem Lucceius se mirari, vt visum est in præcedenri epistola, ꝙ ab vrbe abesset, sed tñ id laudare, si ea causa faceret, vt scriberet, & faceret aliquid eorum, quæ cõsueuit. sin autem propter mœrorem, & lacrymas, se vehementer reprehendere & accusare. hortabaturq;, vt in vrbem rediret ad coniunctam & solitam consuetudinem vtriusq;. Itaq; Cicero respondens dicit se cognouisse amorem Lucceij erga se, sed eũ non intelligere causam doloris sui. dicit. n. oon se tantopere angi propter damna, quæ reip. euenerunt, sed ꝙ eorum nullum videat remedium. in quibus quidem miserijs dicit solum literarum lenimen esse sibi relictum, à quibus non medicinam perpetuam malorum capit, sed aliquam obliuionẽ. itaq; dicit se eis dare operam. quod quidem si fecissent ante ambo, dicit ꝙ potuissent esse vna omni tẽpore, fuissentq; literæ lenimento ualetudinis Lucceij, & mœroris ipsius Cic. {Ex omnibus partibus} oulla. n. clausula, vel potius nullum verbum est in epistola tua, vnde nõ percipiam magnum tuũ erga me amorem. {Ille} amor tuus. {Non ignotus} immo multo ante perspectus. {Iucundus} delectabilis, plenus voluptatis. & tñ latenter ostendit fuisse iucũdum. {Id verbum} iucundus. {Perdidissem} quia nunquam amplins potero dicere aliquid esse mihi iucundum, propter maximas calamitates, quæ mihi acciderunt. {Eam vnam} eam solam. {Suspicaris} arbitraris, existimabat. n. Lucceius eũ tãtopere mœrere propter amissam filiam, propter quam amice & familiariter probat ooo esse tantopere dolendũ. {Re} effectu ipso: quamuis verba nõ viderentur acerba re, tñ ipsa me grauiter accusabas. {Vulneris} dãni & doloris. Virg. Aeternũ seruans sub pectore vulnus. {Ea} remedia. {Quid enim} probat nulla esse remedia, quæ esse debebant. remedia autem malorum nostrorũ & dolorum sunt amici, ad quos possumus confugere cõsolationi causa. sibi autem dicit præcipuum remediũ potuisse esse Lucceium, sed oon potuisse cũ eo esse, superesse igitur solas literas, in quibus possit habere perfugium, sed eas quoq; oon posse omnioo eum consolari. {Quàm multi sunt} q. d. paucissimi, vt tu nosti. {Fere oẽs} nam qui erant mei amici, etiam erant tui. {Occiderunt} perierũt in bell io ciuilibus. {Obdutuerunt} facti sunt duri cõtra me, vt nõ amplius misereantur mei. reliquerunt. n. me propter mutationem fortunæ, quia, vt inquit Ouid. Tempore felici multos numerabis amicos. Tempora si fuerunt nubila, solus eris. {Tecũ} dicit ꝙ cum ex multis amicis, qui partim obduruerunt, partim perierunt, Luc. permanserit in fide & beneuolentia, superest, vt cum eo ita viuere posset & vellet. latenter tñ accusat Luc. quòd eius culpa non simul viuant, quia cum essent ambo in Tusculano & Puteolann vicini, non tñ vnà fuerunt: ex quo innuit eos multo minus fore simul nunc, cum locorũ interuallo sunt disiuncti. {Vellem} optarem. {Vetustus amor} antiquus & iam multis annis inceptus, in quo magna est vis, vt ipse ostendit in Lælio, seu de amicitia. {Paria} similia, qui ambo versati sumus, & versamur in studijs literarum. {Quod vinculum est}. i. quæ studia paria sunt vinculum nostræ coniunctionis, quia nihil est quod magis alliciat atq; attrahat ad amicitiam, quàm morum similitudo, & paritas studiorum. {Quid impediat} quid prohibeat, quo minus vnà esse possimus. {Noo fuimus}. s. vna. {Vicini} propinqui habitatione, ex quo facilius vnà esse poteramus. {Puteolano} rus erat Cic. apud Puteolos io Cãpania, & sic Tusculanum. {In vrbe} subaudi cum essemus, quod plus est. {Vicinitas non requiritur} quia ex diuersis partibus vrbis omnes ad forum conueniunt, ita vt illud habeatur pro vicinitate. forũ autem causarum intelligit. {Casu} infortunio. {Oporteret} deceret. {Florere} esse in fortuna secunda. {Puderet etiam viuere} quia amisimus dignitatem & libertatẽ, & deniq; remp. sine quibus vir magni animi vitam optare noo debet. {Quòd. o.} interrogatio. {Domesticis ornamentis} propter filiam, propter rem familiarem, à Terentia male administratam, quæ deniq; ab eo discessit, & Sallustiũ secuta est. {Forẽsibus} quia, vt supra dixit, nihil in foro agere debebar, &c. {Literæ} subiectio, & responsio ad interrogationem. & subaudi poterant esse perfugium mihi. {Aliud} q̃ vti literis. {Nescio quo modo} q. d. præter naturam suam, cum soleant, felicibus temporibus ornamento, & miseris solatio esse. {Excludere} prohibere, expellere. {A portu} à quiete, à recreatione. trãslatio sumpta à nauibus, quæ in portu quietem habent. Ouid. Tu citius venias portus & aura tuis. {Exprobrare}. i. cũ probro & contumelia obijcere. {In qua} vita. {Propagatio} dilatio. nam quãto diutius viuã, tanto plures miserias expecto. quod quidem literæ, hoc est philosophiæ præcepta, dissuadent, quæ iubent potius moriendũ in libertate & honestate, quàm viuendum in seruitute. {Hic} nunc. {Domus} quia amisi ornamenta domestica, vt ante dixi. {Summum odium tpum} subaudi in qua vrbe sit summum odium temporũ. i. summũ fastidium & molestia earum rerũ, quæ his temporibus fiunt. {Hominũ}. s. sit summum odiũ, quia nihil eorum agunt pro rep. quæ debent. {Fori} in quo nihil agere libet propter oppressa judicia & leges. {Curiæ?} in qua non licet cuiquã dicere, quod sentiat. {Medicinam} remedium & medicamen malorũ meorum. translatio sumpta ab ægrotãtibus, quibus datur medicina ad tollendum morbum. {Perpetuam} ad omne tempus. {Exiguam obliuionem} vt interdum obliuiscar doloris mei. nam saltem, dum lego, noo recordor malorũ meorum. {Quod} quã rem. {Egissemus} vt essemus vsi literis. {Quod non veniebat in mentem} quod nõ cogitabamus. {Motus} quod turbationes & mutationes, quę quotidie fiebant in rep. {Valetudo}. s. mala. {Mœror} quẽ ex miserijs & domesticis, & publicis capio. {Quod} vt neq; tua valetudo me offendat, nec te mœror meus. {Cõsequamur} efficiamus. s. vtendo literis, & simul viuendo. {Aptius?} q̃ literis vti vna esse quantũ fieri poterit. {Propediẽ} quamprimũ, cito.

OMNIA amor, &c.} Quia multis verbis consolatorijs damnarat Lucceius mœrorem Cic. dicit Cic. se agnoscere amorem Lucceij in se, sed eũ non capere causam mœroris, quæ erat, ꝙ oullum videret remediũ. Ordo est. Ois. i. totus amor tuus ostendit se ex oĩbus partibus in his literis, quas accepi proxime à te, nõ quidẽ ille. s. amor tuus ignotus mihi, sed tñ gratus & optatus. dicerẽ, iucundus, nisi perdidissem id verbũ. s. iucũdus, quod nõ nisi rei lætæ competit. Ex hoc autẽ loco accepit Valla differentiã, quã ponit inter iucundus & gratus, allegans hæc Cic. verba, vt gratũ sit vtile & acceptũ, licet non habeat delectationẽ annexam: iucundũ tñ voluptuosum. Præterea signandum, ꝙ ois pars orationis verbũ dicatur. nã iucũdus, qd nomen est, hic verbũ dr, in omne tempus. s. futurũ. Neq; sup. perdidi illud verbum ob eam vnã causam, quam tu suspicaris. s. ꝙ resp. omissa sit. Hubert. exponit, ꝙ filia mortua sit, sed de filia nihil meminit in superiori epi. Lucceius, & in qua. s. cã, tu vtẽs verbis lenissimis & amãtissimis, accusas me grauiter re. i. in sñia ipsa. Nam turpe est viro forti lugere quæ neq; vitare potuit prius, quam euenirent, neq; emendare, vbi euenerint, qualia erant incõmoda reip. sed ꝙ ea, quę debebant esse remedia tanti vulneris. i. tanti doloris, sunt nulla. i. non extant. Quid

ASCEN

enim.i.nam quid faciam? confugiā ne ad amicos q̄.i.quantum, multi sunt sup.amici? q. d. nimirū paucissimi. Etsi quærat Lucceius, cur id à se petat Cic. addit, ideo peto. Enim.i.quia nos habuimus ferè.s.omnes sup.amicos cōmunes, & ita si scis, q̄ pauci sint tibi amici reliqui, facile etiam scias, q̄ pauci sunt mihi. Quo tum.s.amicorū cōmunium, alij.i.aliqui, occiderūt.i.mortui sunt ab occido pen. breui, alij nescio quo pacto.i.modo, obduruerūt .i.durissimi facti sunt, vt nō misereātur mei, & ita me dereliquerūt. Equidem.i.ego quidē possem viuere tecū. Respicit id, quod Lucceius rogauerat, vt ad conuictū suū redeat. & vellem maxime.s.viuere tecū. Nam sup.amor noster est vetustus, cōsuetudo sup.est vetusta, studia sup.nr̄a sunt patria.i.consimilia, & ita qđ vinculum, quæ res deest coniunctioni nostræ? q.d.certe nullum & nulla. Ergo possumus ne esse vna.i.in vno loco? Nec mehercule, sup.ita iudicante, vt verum dico, intelligo.i.non perspicio, quid impediat.s.nos vna esse, sed certe.i.quod euidēter scio, nos nō fuimus adhuc.s. vnà, cū essemus vicini in Tusculano.s.agro vbi Cic. erat, & Tusc. scripsit quæstiones, & sup.& in Puteolano sup.agro, vbi Lucceius erat. Nam quid dicā in vrbe? i.cū ambo essemus in vrbe.s.Roma, in qua cum forū sit cōmune, in quod omnes conueniant præsertim causidici, (nā de foro iudiciali intelligit) vicinitas non requiritur, & non erant simul, quia nullus erat bonis viris in foro locus. Sed nostra ætas incidit nescio quo casu in ea tempora, vt, cum oporteret.i.deceret, & istū esset nos florere maxime.s.in curia & foro, cum oibus perfuncti essent honoribus, puderet tum.i.tunc etiā, viuere, cum sine dignitate viuant. Quod.n.profugiū, quod dicunt refugium, poterat esse mihi spoliato.i.violenter exacto & priuato, & .i.simul ornamentis domesticis.i.quibus ornabor domi meæ, & forensibus.i.quibus ornabar prius in foro, & solatijs.s.domesticis, & forensibus? q.d.nullū quod per locū à maiore declarat. Credo supp. qđ literæ.s.poterant mihi esse profugium, quibus.s.literis, ego vtor assidue. quid.n.possum facere aliud.s.q̄ literis incumbere? q.d. nihil sed nescio quomodo illæ ipsæ.s.literæ vr̄r excludere me à portu, & profugio.i. à requie, & securitate, & quasi exprobrare.i.probo dare q manea in ea vita, in qua nihil insit nisi propagatio.i.extēsio temporis miserrimi. Tu miraris hic.i.in hac conditione vitę, & temporū, me abesse, in qua domus.s.propria nihil possit delectare, & in qua sup.sit summū odium, temporum, hoium, fori.s.iudicialis curiæ.s.senatus. Itaque quia in vrbe esse non licet, ego vtor literis sic, in quibus consumo omne tempus non vt petā ab his.s.literis, medicinā perpetuā, sed vt sup.petam exiguam.i.modicā obliuionem doloris. Quod.s.ita vti literis, si ego, atq; tu egissemus, quod.s. agere ne quidē.i.nō saltem, veniebat nobis in mentē, propter quotidianos metus, q vsum rationis impediebāt, nos fuissemus omne tps vnà.i.simul. Dixi signādum Cic. libenter vti accusatiuo temporis continui tam cū nota cōtinuationis, vt hic omne q̄ sine ea vt alibi sępe. Neq; valetudo tua.s.varia, & non bona, offenderet.i.læderet me, neq; mœror meus sup.offenderet te. Quod consequamur.i.obtineamus, quantū poterit fieri. q.d.n.aptius sup.est vtriq; nostrum? q.d.nihil. Igitur ego videbo te propediem.i.moa, ita vt prope sit dies.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Conuenit hoc argumentum cum Sulpiciana, cum utraque in consolationem doloris ob liberorum mortem accepti uersetur, ijsdemque propemodum argumentis utatur.

LVCCEIO S. D. TITIO. 16

*ETSI unus ex omnibus minime sum ad te consolandum accōmodatus, quòd tantū ex tuis molestijs cepi doloris, ut consolatione ipse egerem: tamen, cum longius à summi luctus acerbitate meus abesset dolor, quàm tuus, statui nostræ necessitudinis esse, meæq; in te beneuolentiæ, non tacere tanto in tuo mœrore tandiu, sed adhibere aliquam modicam consolationem, quæ leuare dolorem tuum posse, si minus sanare potuisset. Est autem consolatio peruulgata quidem illa maxime, quam semper in ore, atque in animo habere debemus; * HOMINES nos ut esse meminerimus, ea lege natos, ut omnibus fortunæ telis proposita sit uita nostra; neq; est recusandum, quo minus ea, qua nati sumus, conditione uiuamus: neue tam grauiter eos casus feramus, quos nullo consilio uitare possumus: euentisq; aliorum memoria repetendis, nihil accidisse nobis noui cogitemus. Neque hæ, neque cæteræ consolationes, quæ sunt à sapientissimis uiris usurpatæ, memoriæ, & literis proditæ, tantum uidentur proficere debere, quantum status ipse nostræ ciuitatis, & hæc perturbatio temporū perditorum: cum beatissimi sint, qui liberos non susceperunt; minus autem miseri, qui his tēporibus à miserunt, quàm si eosdem bona, aut denique aliquam repu. perdidissent. Quòd si tuum te desiderium mouet; aut si tuarū rerum cogitatione mœres: non facile exhauriri tibi istum dolorem posse uniuersum puto. Sin illa te res cruciat, quæ magis amoris est, ut eorum, qui occiderunt, miserias lugeas: ut ea non dicam, quæ sæpissime & legi, & audiui, nihil mali esse in morte; in qua si resideat sensus, immortalitas illa potius, quàm mors, ducenda sit; sin sit amissus, nulla uideri materia debeat, quæ non sentiatur; hoc tamen non dubitans confirmare possum, ea misceri, parari, impendere reipub. quæ qui reliquerit, nullo modo mihi quidem deceptus esse uideatur. quid est enim iam non modo pudori, probitati, uirtuti, rectis studijs, bonis artibus, sed omnino libertati, ac saluti loci? non mehercule quenquam audiui hoc grauissimo, & pestilentissimo anno adolescentulū, aut puerum mortuum, qui mihi non à dijs immortalibus ereptus ex his miserijs, atq; ex iniquissima conditione uitæ uideretur. Quare, si tibi unum hoc detrahi potest, ne quid ijs, quos amasti, mali putes contigisse: permultum erit ex mœrore tuo diminutum. relinquetur enim simplex illa iam cura doloris tui, quæ non cum illis communicabitur, sed ad te ipsum proprie referetur. in qua non est iam grauitatis, ac * sapientiæ tuæ, quam tu a puero præstisti, ferre immoderatius casum incommodorum tuorum, qui sit ab eorum, quos dilexeris, miseria, maloq; seiunctus. etenim eum semper te & priuatis in rebus, & publicis præstitisti, tuenda tibi ut sit grauitas, & cōstantiæ seruiendum. nam, quod allatura est ipsa * diuturnitas, quæ maximos luctus uetustate tollit, id nos * præripere consilio, prudentiaq; debemus. etenim si nulla unquam fuit, liberis amissis, tam imbecillo mulier animo, quæ non aliquando lugendi modum fecerit: certe nos, quod est dies allatura, id consilio ante ferre debemus, neque expectare temporis medicinam, quam * representare ratione possimus. His ego literis si quid profecissem, existimabam optandum quiddam me esse assecutum; sin minus forte ualuissent, officio tamen esse functum beneuolentissimi, atque amicissimi: quem me tibi & fuisse semper existimes uelim, & futurum esse confidas. Vale.*

Stultum est, communē legem recusare.

sapiens.n. nulla re afficitur, nisi culpa.

ep. 28 l. 7.

statim, subdemq; præcipere. idē in ep. 6. l. 6.

ante tēpus consequi.

ETSI vnus} Cum vehementer doleret Titius, ciuis R. amissis liberis, eo tēpore, quo resp. erat in potestate Cæsaris: Cicero hac epistola eum consolatus est, adductis multis rationibus & à lege naturæ, & à qualitate temporum, non esse lugendam mortē puerorum, aut adolescentiū, qui videantur miserijs erepti. deniq; arguit à tenore vitæ ipsius Tit. & à reliquis rationibus, quibus vsus est etiā S. Sulpicius ad Cic lib. 4. epist. 5. {Vnus} ego solus. {Accommodatus} aptus, idoneus. {Quòd} quia. & est ratio, quare non sit accūmodatus ad consolandum. {Molestijs} Angoribus, solicitudinibus. {Longius, q̄ tuus} quia proprior te attigit casus tuus, q̄ me. {Acerbitate} vehementia, asperitate.i.cū meus luctus esset minus acerbus, q̄ tuus. {Statui} iudicaui. {Modicam} mediocrē. {Leuare} leuem & minorem facere. {Si minus} .i.si non. {Sanare} i.penitus amouere. {Peruulgata} qua fere oēs vtuntur. {In ore} vt eam semper dicamus. {In aio} in cogitatione, & recordatione. {Homines} mortales. {Telis} ictibus. translatio ab hostibus. te-

la aũt fortunæ sunt paupertas, repulsa, priuatio honorũ & magistratuũ, amissio amicorum, & liberorũ, & propinquorũ, & ceterorum huiusmodi. {Qua nati sumus} vt subiacemus oĩbus telis fortunæ. {Nullo cõsilio} nulla prudentia: quia multi casus sunt quos etiã vir prudens vitare non potest. {Euentis} casibus nã si cogitamus, quid alijs eueniat, intelligemus nihil noui nobis accidere. {Hæ consolationes} quas nũc tibi affero. {Vsurpatæ} à sapientissimis, quibus frequenter vsi sunt viri sapientiss. {Status} conditio. {Perditorum} miserrimorum, de quibus nulla ferè est spes. {Beatissimi} quia nullũ oĩno dolorem ex filijs susceperũt, & nesciũt, quid sit amittere filios, nec ꝓsperis, nec aduersis temporibus. {Minus miseri} fecit duos gradus eorũ, qui non sunt habendi infelices talibus tp̃ibus; primum eorũ, qui nunquã susceperunt liberos, quos etiã beatissimos dixit: deniq; eorũ qui potius amiserunt eos tp̃ibus miseris, q̃ felicibus. {Bona} secunda. {Aut aliqua} .i. aut saltẽ nõ penitus deleta. {Quòd si} facit Cic. dilemma quoddã .i. argũ diuisum. dicit. n. Titium moueri, & dolere vel propria causa, vel causa eorũ, quos amisit. ꝙ si dolet ꝓpria causa: dicit, ei facile non posse adhiberi consolationem. Sin vero dolet causa eorũ, quos amisit, quia existimet eos esse miseros, & aliq̃d mali passos esse: dicit, nihil mali esse in morte; itaq; nihil mali ei accidere potuisse. Præterea ostendit ea imminere, & futura esse, quæ qui reliquerit, nõ videatur deceptus, neq; miser, sed potius beatus. {Tuũ desiderium} .i. proprium desideriũ, & amor tui ipsius. desideriũ. n. pro vehemẽti amore ponitur. sic apud Iuue. Cur desiderio Bibulæ Sertorius ardet? interdũ pro absencia rei gratæ & optatæ, & pro morte: Cic. in Lælio, Ego si Scipionis desiderio me moueri negẽ, q̃ id recte faciam, viderint sapientes. {Mouet} pertubat, dolore afficit. {Exhauriri} euacuari, penitus auferri. {Vniuersum} totum: quin aliqua particula relinquatur, quotiescunq; cogitabis de rebus tuis. {Istum} tuum. {Illa res} quæ sequitur. s. vt eorum, qui occiderunt, &c. {Occiderunt} perierunt. {Legi} apud philosophos. {Audiui} à viris sapientissimis, & præceptoribus. {Nihil mali} huiuscemodi disputationẽ tractat Cic. in Lælio, & plenius in lib. 1. Tusc. quæstionum. {Resideat} remaneat. {Sensus} vt anima oĩno non deleatur. quod est verũ. {Immortalitas} æternitas quædam viuendi. {Amissus} .s. sensus. {Debeat} pro debebit. {Sentiatur} sensu aliquo percipiatur. nam nemo potest esse miser, qui nihil sentiat. sic Cic. in Læl. Sin autem illa vereor, vt idem interitus sit animorum & corporum, nec vllus sensus maneat, vt nihil boni est in morte, sic certe nihil mali. sensu. n. amisso fit homo, quasi natus non esset oĩno. {Tñ} licet etiã nihil mali sit in morte. {Nõ dubitans} sine dubio. {Misceri} confundi, sine ratione & perturbate fieri. Virg. Interea magno misceri murmure pontum. Et alibi, Miscet agens telis nemora inter frondea turbã. {Impẽdere} imminere, futura esse. {Reliquerit} .s. morte. {Nullo modo deceptus} .i. nullo modo videatur male sibi cõsulatum esse, sed potius sibi bene euenisse. decepti. n. dñr, quibus aliter euenit q̃ putabant. {Quid est. n.} probat ea vel misceri, vel imminuere. Quæ q̃ reliquerit, nõ videatur esse deceptus. {Quid loci} .i. quis locus. {Pudori} verecundiæ, timori, infamiæ, & ignominiæ est. o. virtus pudor. {Rectis} probis. {Bonis artibus} q̃ a sunt ẽt malæ. {Libertati} quæ oppressa est. {Ereptus} liberatus. {inquinatissima} sordidissima & fœdissima. {A dijs immortalibus} q̃ recte sciunt consulere homini, vt testatur Iuuen. Carior est illis homo, q̃ sibi. {Hoc vnum} hoc præcipuum, & quasi solum. {Detrahi} amoueri ex animo. {Contigisse} euenisse. & notandum contingere de malo dictum, sicut & apud Cic. accidere de bono dictũ notauimus. {Relinquetur} supererit, restabit. {Simplex} vnica. {Non communicabitur cum illis} non erit communis cum illis. s. n. existimabis eis nihil mali accidisse, nullam curam doloris de eis capies. {Referetur} retorquebitur. {Ad te ipsum} cuius causa solũ dolebis. {In qua} .s. cura doloris propter teipsum. {Grauitatis} auctoritatis, & constantiæ. {Præstitisti} exhibuisti, ostendisti. {Immoderatius} vehementius, sine moderatione. {Qui} casus. {Seiunctus} separatus, semotus. {Eum} talem. {Tuenda} seruanda. turpissimum. n. est nõ respondere pristinis virtutibus. {Seruiendum} obsequendum. {Constãtiæ} vt perseueres eodem tenore vitæ, quã ante præstitisti. {Diuturnitas est allatura} .i. quod longinquitas tp̃um est factura, vt obliuiscamur dolorum, id debemus consilio sapientiaq; anticipare. Sic supra Ser. ad Cic. Nullus dolor est, quem tp̃is longinquitas nõ minuat, ac molliat. hoc te expectare tẽpus tibi turpe est, ac nõ ei rei sapiẽtia tua te occurrere. {Etenim} facit argumentũ à minori ad maius, dicẽs. ꝙ si mulieres, quæ sunt animi imbecilliores, amissis filijs, aliqñ lugendi finẽ faciunt; multo magis debent viri cõsilio & prudẽtia anticipare id, quod necessitate tp̃is aliqñ sunt facturi. {Imbecillo} infirmo. {Aliqñ} tandem. {Lugendi} mœrendi. {Repræsentare} ad præsens afferre. {Profecissem} profuissem tibi .i. si persuasissem tibi, vt dolorẽ deponeres. {Quiddam} .i. aliquid. {Assecutum} effecisse. {Valuissent} .s. literæ meæ ad te consolandum. {Functum esse} subaudi, existimabam. {Quem} .i. qualem. s. beneuolentissimũ, & amicissimum.

PHIL.

ETSI} Amiserat liberos Titius, ciuis Rom. & Cic. amicus, amissa rep. & qm̃ eorum morte plus, q̃ deceret grauem, & sapientẽ virum, dolere videretur, has ad eũ Cic. literas dedit, eiusdẽ sñiæ, cuius illa Sulp. ad Cic. de obitu filiæ. {Accommodatus} aptus & idoneus. {Quod} ratio est, ꝙ aptus non sim ad te consolandum. {Longius} qm̃ magis te tangit & perturbat q̃ me ipsum casus tuus. {Acerbitate} asperitate. {Translatio quæ plurimum splendoris affert in oratione parce detorta. {Modicam} mediocrẽ. {Leuare} mollem & leuẽ efficere. {Homines} hæc est illa peruulgata sñia & diffusa & generalis cõsolatio, quã dicit. & est argũ à lege naturæ. Sed intersit ne aliquid inter hoies & mortales Fronto Gallianus audiẽdus est. Ego, inquit, sic existimo longe itaq; esse amplius, prolixius, fusius in significanda totius prope multitudine ciuitatis mortales, q̃ homines: namq; multorum hoium appellatio inter modicum prope numerũ cohiberi atq; includi potest. Multi aũt mortales nescio quo pacto, & quodam sensu inenarrabili omne fere genus, quod in ciuitate est, & ordinem & ætatẽ, & sexus comprehendunt, & ex eo hæc disputatio est orta, ꝙ apud Clodium Quadrigariũ sic legerant, concione dimissa, Mar. in capitolium venit cũ multis mortalibus, inde cum domũ proficisceretur, tota ciuitas eum reduxit. {Ea lege} constitutione fatorũ & siderũ. {Telis fortunæ} metaphora a re militari. sunt. tela fortunæ oĩa incõmoda, & oĩa mala, quæ hoibus pñt accidere. {Proposita} tanquam signũ sagittandi, quod græci σκοπὸν dñt. {Nullo consilio} tria in hoie spectare possimus, cõsiliũ, factum, & successum, quæ sunt animi, corporis & fortunæ: & multi sunt casus, qui nullis his rationibus vitari pñt. {Euentis} multi non intelligentes corrũpunt hunc locum, & pro euentis, legunt euentibus, putantes tam in singulari, q̃ in plurali quartæ inflexionis nomẽ. Sed in singulari est quartæ & masc. gñis: in plurali vero secundæ, & vt plurimũ gñis neutri. Cic. ad Atticum, semper. n. causæ euẽtorũ magis mouẽt, q̃ ipsa euenta. {Vsurpatæ} in frequenti vsu habitæ tam dictis q̃ factis. Cic. in parad. prædicare. n. hoc est, vsurpatũ à doctissimis. {Memoriæ proditæ} .i. scriptæ. Nam scribere multis modis apertissime dr̃, vt exarare, literis cõmendare, memoriæ prodere, literis dare, scriptis mandare, literis cõmittere, literarum monumẽtis tradere. {Status ipse ciuitatis} cũ pondere suo dixit ipse, q̃ est infelicissimus & tãta calamitate oppressus, vt oĩno non sit amplius aliquis status ciuitatis, adeo ꝙ, vt ais, Oẽs illi beatissimi atq; fortunatissimi habẽdi sunt, qui his tp̃ibus perditis liberos nõ habuerunt, & illos minus miseros dicit esse, qui cũ liberos habuissent, illos amiserunt, quã si eosdẽ liberos in florente rep. perdidissent. {Quòd si tuũ te desiderium mouet} mordet & solicitat, vt non propter filiũ, qui si extinctus, sed propter te ipsum, q̃ careas vtilitate & dulcedine filij, doleas. Id autẽ desideriũ si te mouet, non puto oĩno tolli posse. Et facit argumentũ, quod dr̃ dilẽma siue diuisio, quod fit ex duabus cõtrarijs sentẽtijs hoc modo: aut doles ꝑ teipsum & propriã vtilitatem, aut ꝓpter liberos: siquidẽ propter teipsum doles, nõ facile coosolari possem: si vero ꝓpter liberos doles, qũo eos existimes esse miseros ꝓpter mortẽ; dico tibi in morte nihil mali & miseriæ, & illis ex hoc ꝙ mortui sunt, nihil mali accidere potuisse, ex quo tibi concludo nõ esse dolendũ.

Desiderii.

{Desiderium} amor, alias pro absentia rei optatæ. {Exhauriri} pœnitus auelli. {Quæ magis amoris} est vt luges filiũ nõ propter te, sed propter seipsum. Quòd aũt sit mortuus, lætari magis debes, q̃ dolere, cũ nihil mali sit in morte, & nihil boni sit in vita. {Legi & audiui} addere & tertiũ poterat, & scripsi. nam 1. Tusc. hęc oĩa vberrima oratione tractauit. Legit etiam apud philosophos & audiuit à suis præceptoribus. {Si resideat sensus} vt aĩa non moriatur cũ corpore. Et est argũ à necessario, vt aut remaneat sensus, aut oĩno pereat, nõ est aliqua futura miseria ex morte: Vnde etiã nec morte alicuius dolendũ est. Primo Tusc. hęc oĩa disputantur. {Occiderunt} à cædo, mortui sunt. {Sentiatur} nam si non sentitur, non potest dici miseria, quis. n. negat? sic hoc in Lælio, vt, Sin autem illa vereor, vt idem interitus sit aĩorum & corporum, nec vllus sensus vt maneat, vt nihil boni est in morte, sic certe nihil mali. {Misceri} cõmoueri, & perturbari. {Impendere} instare & ventura esse. {Articulus} & ea intelligit futura & pñtia reip. detrimenta,

menta, quæ quis morte reliquerit, non pessime enim illo esse actum videatur. {Reliquerit} euitauerit.s.morte. {Deceptus} male egisse cum fortuna, sed bene sibi contigisse q̃ sit mortuus. & illi dicitur deceptus, cui aliter accidit, quàm putabat vt Virg. deceptam morte fefellit. {Quid loci} quoniam Cæs. inuaserat omnia & est ratio superiori sententiæ. {Pudori} articulus. {Nõ hercule} eorum felicitatem ostendit, qui mortui sunt, & à contrario eorum infelicitatem, qui viuunt. {A dijs immortalibus} secundum Stoicos, qui dñt deos habere curam rerum humanarum & omnibus posse rectè cõsulere. de quo Satyrus noster, Carior est illis homo, quàm sibi. Dicuntq; vnum deum esse, sed pro qualitate officiorum mitari nomina, & esse participẽ vtriusque sexus. {Simplex} vt solum doleas propter te ipsum. {Ad te ipsum} cuius causa solum doleas. {Referetur} reuoluetur. {In qua} demõstrat hunc etiam proprium dolorem eijciendũ esse. {Qui sit seiunctus} semotus & disiunctus casus tuorum incommodorũ. {Miseria} qua illi mortui liberati sunt, & tu doles, eos esse ista miseria liberatos.i.mortuos, qñ q mortui sunt, omni sunt miseria liberati & malo, & illuc profecti vbi æuo sempiterno fruantur. {Eum} talem. {Priuatis, ae publicis} tres sunt æthicæ partes, Monastica, Oeconomica, Pollitica. Duas ex his nunc tangit. Oeconomicam, quæ in gubernanda re familiari versatur, & optimas de seruis, de liberis, de vxoribus, de vniuersa domorum familia leges ostendit. Politicam, quæ reip. administrationem amplectitur, & quo pacto quis cum summa laude in ea se habere possit, plane demonstrat. de quo Plato multa cõscripsit. {Priuatis} ad œconomicã. {Publicis} ad politicam. {Tuenda tibi} conseruanda, qm̃ pristinis nõ respondere virtutibus turpissimum esse videretur. {Ipsa diuturnitas} hanc Sulpicius longinquitatem dixit, & eandem sententiam posuit, vt nullus dolor est, quẽ non longinquitas temporis minuat, ac molliat. Sed hoc tè expectare tempus tibi turpe est, ac non ei rei sapientia tua te occurrere. quod extremum Cic. sic ait. Id vero præripere consilio, prudentiaq; debemus, quæ duo sapiẽtiæ membra sunt. {Etenim} à minore ad maius argumentũ. Quod si fœmina amissis liberis lugendi finem facit, multo magis debẽt viri, nec expectare tempus vt adimat, sed illam à se consilio, & prudentia amore. {Dies allatura} longinquitas temporis. fœminino autem genere dies, vt plurimum pro tempore sunt vsi. {Neq; expectare temporis medicinam} vt Sul. Hoc te expectare tempus tibi turpe est. {Profecissem} hoc est tibi persuasissem, vt dolorem iustũ abijceres. {Quiddam} quid maximum. {Valuissent} .s. literæ meæ, ad te consolandum potuissent. {Officio functum} fungimur officio, vel officium Ter. Tu illorum officia fungeris. Vtimur consilio & huiusmodi, & abutimur, quod est male vtimur. accusatiuum etiam antiquitus petebant. Ter. Abusum meretricem dixi. Potimur, in nostra potestate habemus. Virg. Connubio Aeacide Pyrrhi sceptrique potitum. Frui ad omnem animi delectationem accommodamus. Nec illi hoc audiendi sunt, qui dñt frui tantummodo ad res diuinas pertinere, cum etiam ad humanas referri possit. Naso, Est aliqua ingrato merito exprobrare voluptas, Hacque frui. hæc de te gaudia sola feram. Vescimur cibis. Vnde antiquitas vesci, pro comedere posuit. Virg. Vescitur Aeneas simul & Troiana iuuentus. Sed alibi pro vti accepisse videtur: vt, Quem si fata virum seruant, si vescitur aura. {Beneuolentissimi, & amicissimi} bona iunctura verborum, vt primo beneuolum, inde amicum dicamus. Beneuoli enim esse possumus, & non amici. Sed amici esse non possumus, nisi etiam beneuoli simus: & crescit oratio.

Deceptus. ethicæ. Partes. Dies. Fungor, Vtor, Abutor, Potior, Fruor, Vescor.

ASCEN. ETSI vnus} Consolatur Tit. ciuem R. dolentem super morte liberorum suorũ, quos sub dominatu Cæsar ami serat, docens id perperam ab eo fieri. Ordo est. Etsi.i. quanquam, ego sum vnus ex omnibus, minime accõmodatus.i. aptus ad consolandum te, q̃.i. quia cepi tantum doloris ex mœstitijs tuis, vt ipse.i. egomet, egerem cõsolatione, tñ cum dolor meus abesset longius ab acerbitate summi.i. maximi luctus, quàm tuus, statui.i. putaui esse necessitudinis nostræ, & beneuolẽtiæ meæ in te.i. pertinere ad necessitudinem nostram & beneuolentiam meam in te, non tacere tandiu in tanto.i. tã vehementi dolore tuo, sed adhibere aliquã consolationem meam quæ posset leuare.i. imminuere, dolorem tuum, si minus.i. non satis potuisset sanare.i. penitus abolere, dolorem tuum. dum.n. ægritudo sanatur, perit, dum homo conualet. Est autem consolatio peruulgata, maxime quidẽ illa, quam debemus habere semper ore, atque in animo, vt meminerimus nos esse homines natos ea lege, vt vita nostra sit proposita omnibus telis fortunæ. Neq; id esse recusandum, quo minus.i. vt non, viuamus ea conditione qua sumus nati, te.i. vel, ne feramus tam grauiter eos casus, quos nullo consilio possumus vitare, & cogitemus repetendis memoria euentis.i. dum repetimus memoria euenta aliorũ, nihil noui accidisse nobis. Neq; hæ.i. huiusmodi, neq; ceteræ.s. tales cõsolationes, quæ sunt vsurpatæ.i. in vsum adductæ, & proditæ.i. mandatæ memoriæ, & literis.i. scriptis, à viris sapientissimis, videntur debere proficere.i. profectum facere, tantũ quantum, status ipse ciuitatis nostræ, & hæc perturbatio temporum perditorum, cum illi, qui liberos non susceperunt.i. sustulerunt, aut genuerunt, sint beatissimi. Autẽ.i. sed illi sup. qui amiserunt liberos suos his temporibus, sint minus miseri, quàm si perdidissent eosdem, rep. sup. existente bona, aut deniq;.i. saltem, aliqua cum iam sit nulla. Quod si desiderium tuũ.s. in filios tuos, mouet.i. afficit te, aut si mœres.i. in mœrore es, cogitatione rerum tuarum, ego puto istum dolorem non posse exhauriri tibi facile vniuersum.i. simul omne. Sin.i. sed si, illa cruciat te, quæ est magis amoris, vt lugeas miserias eorum, qui occiderunt.i. liberum tuorum, vt non dicam ea, quæ legi & audiui sæpe, nihil mali esse in morte.i. in eo, quod est esse mortuum, in qua.s. morte, si sensus.i. perceptio, & sensio resideat.i. pmaneat, illa.s. res quæ dicitur mors, dicẽda sit potius immortalitas, quàm mors. Sin.i. sed si sup. sensus sit amissus, nulla miseria debeat videri, quæ nõ sentiatur. Rectè concludit animos, aut animas nõ mori, aut nõ pati, si moriantur. sed nõ conuincit, quin noxiorum animæ crucientur. non.n. sequitur, habet immortalitatem, habet ergo beatitudinem. Hoc tamen. Tamen ego non dubitans possum confirmare hoc.s. ea sup. mala, aut incõmoda misceri.i. conflari, parari, impendere penultima longa.i. imminuere reip. quæ.s. mala, is qui reliquerit.i. moriendo videatur mihi quidẽ nullo modo esse deceptus.i. defraudatus conditione vitæ cum meliorem adierit, quàm hæc esse possit, aut saltẽ malam euaserit. Enim.i. quia, quid loci est iam non modo.i. non solum pudori, probitati, virtuti, rectis studijs, bonis artibus, sed omnino libertati, ac saluti? q.d. nihil. Mehercule ego nõ audiui quenquam adolescentulum, aut puerum mortuum hoc anno grauissimo, & pestilentissimo, qui non videretur mihi ereptus à dijs immortalibus ex ijs miserijs, atq; iniquissima conditione vitæ, in qua vnus dominatur omnibus, nec locũ probitati relinquit. Quare si hoc vnũ potest detrahi tibi, nequid.i. vt nihil mali putes contigisse his quos amasti.s. liberis tuis, permultum erit diminutum.i. detractũ ex mœrore tuo. Etenim.i. quia, iam.i. tunc, cura doloris tui relinquetur, simplex.i. sine respectu liberorum, vtpote, quæ non communicabitur cum illis.s. defunctis, sed refertur proprie.i. peculiariter & vnice ad te. In qua.s. cura, iam nõ est grauitatis, ac sapientiæ tuæ, quàm præstitisti.i. exhibuisti à puerili ætate ferre immoderatius casum incommodorũ tuorũ, qui sit seiunctus.i. separatus à miseria & malo eorum, quos dilexeris. Etenim tu præstitisti.i. exhibuisti semper te eum.i. talem, in priuatis, & in publicis rebus, vt grauitas sit tuenda tibi & seruiendũ sit tibi cõstantiæ, vt eam teneas. Nam nos debemus præripere consilio, & prudentia id, quod ipsa diuturnitas, quæ maximos luctus tollit, vetustate est allatura. Etenim si nulla mulier sit tam imbecillo.i. debili animo, amissis liberis, quę non fecerit aliquãdo.i. tandem modum.i. finem lugendi, certe nos debemus anteferre id consilio, quod dies i. diuturnitas est allatura, neq; expectare medicinã temporis, quàm possimus repræsentare.i. in præsens exhibere, ratione.i. per rationem. Si ergo profecissem quid.i. in aliquo, his literis, ego existimabam me esse assecutum quiddam optandum. Sin.i. sed si forte literæ valuissent minus.i. non satis tamen existimabam me esse functum officio.s. hominis beneuolentissimi, atque amicissimi, quem velim, vt existimes me, & fuisse semper, & confidas esse futurum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Sextium, ut exilium forti animo ferat, hortatur.

CICERO S. D. P. SEXTIO P. F. 17



*ON oblinione amicitiæ nostræ, neq; intermissione cõsuetudinis meæ, superioribus temporibus ad te nullas literas misi, sed quòd priora tempora in ruinis reipu. * nostrisq; iacuerunt, posteriora autem me a scribendo tuis iniustissimis, atque acerbissimis * incommodis retardarunt. cum uero & interuallum iam satis longum fuisset; & tuam uirtu-*

tem,

*tem, animique magnitudinem diligentius essem mecum recordatus; non putaui esse alienum institutis meis. hæc ad te scribere. Ego te, P. Sexti, & primis temporibus illis, quibus inuidiam absens, & in crimen uocabare, defendi: &, cum in tui familiarissimi iudicio, ac periculo tuum nomen coniungeretur, quàm potui accuratissime te, tuamque causam tutatus sum: & proxime, recenti aduentu meo, cum rem aliter institutam offendissem, ac mihi placuisset, si affuissem, tamen nulla re saluti tuæ defui: cumq; eo tempore inuidia annonæ inimici non solum tui, uerum etiam amicorum tuorum, iniquitas totius iudicij, multaq; alia reipub. uitia plus, quàm causa ipsa, ueritasq; *ualuissent; Publio tuo neque opera, neque consilio, neque labore, neque gratia, neque testimonio defui. quamobrem, omnibus officijs amicitiæ diligenter à me, sancteque seruatis, ne hoc quidem prætermittendum esse duxi, te ut hortarer, rogaremque, ut & hominem te, & uirum esse meminisses; id est, ut & communem, incertumq; casum, quem neq; uitare quisquam nostrum, neque præstare ullo potest, sapienter ferres; & dolori *fortiter, ac fortunæ resisteres; cogitaresque, & in nostra ciuitate, & in ceteris, quæ rerum potitæ sunt, multis fortissimis, atque optimis uiris iniustis iudicijs tales casus incidisse. Illud utinam ne uere scriberem, ea te repub. carere, in qua neminem prudentem hominem res ulla delectet. De tuo autem filio uereor, ne, si nihil ad te scripserim, debitum eius uirtuti uidear testimonium non cepisse: sin autem omnia, quæ sentio, perscripserim, ne refricem meis literis desiderium, ac dolorem tuum. sed tamen prudentissime facies, si illius pietatem, uirtutem, industriam, ubicunque erit, tuam esse, * tecum esse duces. NEC enim minus nostra sunt, quæ animo complectimur, quàm quæ oculis intuemur. quamobrem & illius eximia uirtus, summusque in te amor magnæ tibi consolationi debet esse; & nos, ceterique, qui te non ex fortuna, sed ex uirtute tua pendimus, semperque pendemus; & maxime animi tui conscientia, cum tibi nihil merito accidisse reputabis; & illud adiunges, HOMINES sapientes turpitudine, non casu, & delicto suo, non aliorum iniuria commoueri. Ego & memoria nostræ ueteris amicitiæ, & uirtute, atque obseruantia filij tui monitus, nullo loco deero, neque ad consolandum, neq; ad leuandam fortunam tuam. tu si quid ad me forte scripseris perficiam, ne te frustra scripsisse arbitrere. Vale.*

S. cum iudicio condemnatus esses.

Hoc refertur ad dictionem uirum.

omissa copula, ut ep. 24. & 28. lib. 13.

BVDE. NOn obliuione§ P. Sextius Cic. amicissimus, cum Clodius Cic. insequeretur, & rogatione sua ex vrbe eijciendum iudicasset, pro eo acerrime vna cum Milone aduersus Clodium & Clodianos pugnauit, adeo vt etiam grauiter vulneratus in templo Castoris pro occiso relictus sit. Deinde accusatus quòd homines emisset, coegisset, parasset, cũ id pro salute Cic. fecisset: Cic. post reditum suum eum elegantissima oratione defendit, quæ adhuc extas: tandem tamen iniquitate iudicum damnatus in exilium electus est. quem Cice. hac epistola coosolatur, excusans intermissionem literarum ad eum suarum, ostendens non fuisse propter obliuionem veteris amicitiæ, sed tum propter calamitates reipub. tum propter acerbissima incommoda ipsius Sextij, quem semper & amasse, & tutatum fuisse fatetur, hortaturque vt forti magnoque animo ferat hunc casum, memor alijs etiam viris clarissimis & Rom. & alijs ciuitatibus similes casus euenisse. Deinde laudat pietatem eius filij erga patrem, ex quo dicit eum debere magnam consolationem accipere, quòd talem habeat filium, magnam etiam ex amicis quos habet fidissimos. Postremo Cic. pollicetur omnem operam, & officium suum ipsi Sextio. § Intermissione consuetudinis§. i. cessatione meæ consuetudinis scribendi libenter ad amicos. § Priora§ cum eram in exilio. § Ruinis§ Cladibus. translatio sumpta ab ædificijs. § Iacuerunt§ prostrata fuerunt. § Posteriora§ quæ secuta sunt post reditum meum. § Retardarunt§ retinuerunt, fecerunt vt differrem ad te scribere. § Interuallum§ spatium, distantia temporis. § Mecum§ intra me, in animo meo. § Alienum institutis meis§ contrarium esse meæ consuetudini & voluntati. § Ego§ longius repetit & beneuolentiam, & officium suum erga Sextium. § In inuidiam§. i. in odiũ. § In crimen§ in causam, in iudicium. § Tui familiarissimi§ puto intelligi Mil. cum quo Sext. senserat contra Clod. § Periculo coniungeretur§ quia si damnatus fuisset Milo necesse erat, vt Sext. in eodem esset periculo. § Accuratissime§ diligentissime. § Proaime nuperrime. § Recenti§ nouo. § Institutam§ dispositam. § Offendissem§ inuenissem. § Ac§ quàm. § Inuidia annonæ§ quam contraxeras ex liberalitate annonæ, quam populo distribuendam curaueras. § Iosmici§ Clod. & ceteri qui Cl. fauebant. § Iniquitas totius iudicij§ quia omnes inique iudicarunt. § Multa vitia§ multi defectus, vtpote mali magistratus, & similia. § Publio tuo§ subaudi filio. § Testimonio§ testando te fecisse causa reipub. quę fecisses. § Sancte§ sincere & constanter. § Hominem§ q. d. subiectum telis fortunæ. § Virum§. i. fortem, & munitum ad ferenda aduersa. § Id est§ declarat Cice. quid per hominem & virum intelligat. § Communem, incertum§ id enim hominis est. § Et dolori fortiter§ id ad virum pertinet. § Præstare§ superare. § In nostra ciuitate§. i. Roma. § Multis fortissimis§ vt Furio Camillo Africano superiori, Africano posteriori, & alijs multis, quos Val. lib. 5. c. 3. commemorat, & Cic. in oratione pro P. Sextio. § In ceteris§. s. ciuitatibus. § Quæ potitæ sunt rerũ§. i. quæ imperauerint, sicut apud Athenienses accidit Aristidi, Themistocli, Theseo, Alcibiadi, & Phocioni, apud Lacedæmonios Lycurgo, apud Carthaginiẽses Annibali. lege Val. lib. prædicto, & orationem Cic. pro hoc Sextio. § Vtinam§ dicit Cic. rempub. Romanam talem nunc esse, vt non debeat Sextius multum dolere, quòd ab ea absit, cum in ea nihil sit, quod possit quempiam hominem prudentem delectare. § Vtinam ne scriberem§. i. vtinam non possem hoc vere scribere. § Debitum testimoniom§. i. vereor, ne non videar testari eius virtutes, sicut debeo. § Refricem§ renouem. tractum à vulnere, quod plerunque fricando renouatur. § Tuam esse, tecum§. i. apud te habere. § Animo§ cogitatione. § Intuemur§ cernimus. § Amor in te§. i. quo te prosequitur. Nam Cic. in oratione prædicta sic inquit: Neque hic vnquam puer, qui his lacrymis, qua sit pietate, declarat, amisso patre suo propter me, me ipsum incolumen videbit. § Et nos§. s. debemus esse magnæ consolationis. § Pendemus§ ponderamus, æstimamus. § Non ex fortuna§ non ex rebus externis. § Ex virtute§ quam cum etiam exul retineas, non minoris æstimamus te exulem, quàm si esses in patria. § Merito§ iuste, sed ob inuidiam & iniquum iudicium inimicorum tuorum. § Adiunges§ ad consolationem tuam. § Turpitudine§ flagitio aliquo. i. cum aliqua turpitudine deprehensi sunt. § Non casu§ qui, vt dictum est, vitari non potest. § Delicto suo§ siquid peccassent. § Iniuria aliorum§ quæ ab alijs infertur. § Commoueri§ angi, & cruciari, & perturbari. § Monitus memoria veteris amicitiæ§. s. quem vetus amicitia nostra faciet memorem tui. § Obseruaotia filij tui§. i. reuerentia qua me prosequitur. § Leuaudum§ muoiendum. § Perficiã§ re ipsa faciam. § Frustra§ sine effectu, incassum.

Refricans.

ASCEN. NOn obliuione§ Quo tempore Clodius Cic. acerrime persequebatur, eijciendumque vrbe satagebat, P. Sextius vna cum Milone aduersus Clodium, & Clodianos restitit, non verbis modo, sed armis, ita vt grauiter vulneratus in æde Castoris pro occiso derelictus sit. Deinde accusatus factionis, eleganti oratione, quæ adhuc extat, à Cice. defensus est, post modum tamen in exilium missus, quo ad eum nunc scribit Cice. consolans eum. & primo se purgat quòd non sæpius scripserit, deinde filij ipsius Sextij pietatem laudat, & operam suam Sextio pollicetur, hortaturque demum forti, ac constanti sit animo. Ordo est. Ego nullas. i. vllas, non dedi ad te vllas literas temporibus superioribus non obliuione. i. non propter obliuionem amicitiæ nostræ, neque intermissione. i. per temporis interruptionem consuetudinis meę, qua consueui ad amicos scribere, sed quòd priora tempora. s. postquam prætermisi scriberé ad te, iacuerunt in ruinis reipub. & nostris. Posteriora autem, scilicet, tempora retardarunt me à scribendo, iniustissimis atq; acerbissimis incommodis. Cũ vero &. i. simul, interuallum iam satis longũ fuisset, & recordatus es-

ſem mecum diligentius virtutem tuam, & magnitudinem animi, non putaui eſſe alienum inſtitutis.i. à moribus meis ſcribere ad te hæc.ſ.quæ ſequuntur. Ego o P. Sexti defendi te, &.i.ſimul primis illis tẽporibus, quibus abſens.ſ.ab vrbe vocabare.ſ. ab inimicis tuis, in inuidiam.i.odium & in crimen.i.criminationem & accuſationem de crimine, &.i.ſimul cũ tuũ crimen coniungeretur in iudicio, ac periculo familiariſſimi tui.ſ. Milonis, qui in ſimili cauſa ſi fuiſſet conuictus, etiam Sextius conuictus fuiſſet, quia de ſimilibus debet idem eſſe iudicium, tutatus ſum te, & cauſam tuam, vt.i.quantum potui accuratiſſime, & proxime recenti aduentu meo.ſ.cum offendiſſem.i.præter ſpem inuenißem rem.i.litem tuam, inſtitutam aliter ac.i.quàm placuiſſet ſi affuiſſem tamen nulla re.i. in nullo auxilio defui ſaluti tuæ.i. in omni re affui & auxilio fui. Cumque.i.& cum.ſ.ita, fuerit, ꝙ inuidia annonæ.i.quã contraxiſti ex liberali largitione annonæ non ſolum inimici tui.ſ. Cl. verum etiam amicorum tuorũ, & ſup. iniquitas iudicij.i.quo condemnatus es, & multa alia vitia reip.i.eorum, qui remp. tractabant, valuiſſent plus quàm cauſa ipſa, & veritas, nunquam defui Publio tuo.ſ.filio, neq; opera.i. diligentia, neq; conſilio, neq; labore, neq; gratia, qua apud alios valebam, neq; teſtimonio quod de illo perhibebã. Quamobrẽ omnibus officijs amicitiæ ſeruatis diligẽter & ſanctè.i.inuiolabiliter à me, ne quidem.i.non ſaltem, aut non etiam duxi.i.exiſtimaui hoc.ſ.quod modo faciam, eſſe prætermittendum vt hortarer & rogarem te, vt meminiſſes te eſſe hominem & virum.i. vt ferres ſapienter caſum communem & incertum, quem quiſquam noſtrum neq; poteſt vitare neque præſtare vllo pacto.i. modo, hoc eſt vim fortunæ, in quam nõ habemus poteſtatem. Et reſiſteres fortiter dolori, ac fortunæ, & cogitares tales caſus, vt exilia, incidiſſe iniuſtis iudicijs.i.per iniuſta iudicia multis fortiſſimis atq; optimis viris, quod in noſtra ciuitate, vt Furio Camillo, vtriq; Africano, & Cic. &c. & in ceteris.ſ.ciuitatibus quę potitæ ſunt rerum.ſ.imperio, vt Themiſtocli, Ariſtidi, Theſeo, & Alcibiadi Atheniẽſibus, apud Lacedæmonios Lycurgo, apud Carthaginienſes Annibali. Illud autem vtinam ne ſcriberẽ vere, te carere ea rep. in qua vlla res neminem prudentem hoiem poſſit delectare. Autem.i.ſed, ego vereor ne ſi nihil ſcripſerim ad te de filio tuo, ego videar non cepiſſe teſtimonium debitũ.i. non exhibuiſſe conueniens teſtimonium virtuti eius. Sin aũt.i. ſed ſi ego perſcripſerim oĩa, quæ ſentio, vereo ſup. vt refricem.i. renouem meis literis deſiderium, ac dolorem tuum, quia graue eſſet tam excellentis filij præſentia carere. Sed tamen facies prudentiſſime, ſi vbicunq; eris, duces.i.reputabis, pietatem, virtutẽ, induſtriam illius eſſe tuam tecum. Nec.n. minus noſtra ſunt, quæ complectimur animo.i.quæ contemplamur, quàm quæ intuemur oculis.ſ.exterioribus. Ergo intueor dicitur inſpicere. Quamobrem &.i. ſimul eximia virtus illius.ſ.filij tui, & ſummus amor in te, debent eſſe tibi magnæ conſolationi.i.ad magnam conſolationem, & nos ceterique qui pendimus.i.æſtimauimus, & pendemus.i. æſtimabimus ſemper te non ex fortuna tua, ſed ex virtute tua, & maxime amici conſcientię tuæ ſup. debemus eſſe tibi conſolationi, cum reputabis nihil accidiſſe tibi merito.i.iuſte, & ob peccatum tuum adiunges &.i. etiã illud homines ſapientes commoueri turpitudine.i. ſi aliquid turpe admiſerint, non caſu. Et commoueri delicto ſuo, non iniuria aliorum. Ego monitus memoria veteris amicitiæ noſtræ, & virtute atque obſeruantia.i.reuerentia, erga me, filij tui, nullo loco decero, neq; ad conſolandum, neq; ad leuãdum fortunam tuam.i. infortunium tuum. Tu ſi forte ſcripſeris quid.i. aliquid ad me, perficiam, ne arbitrere te ſcripſiſſe fruſtra.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Et hic ob inuidiam, & temporum iniurias exul erat: quamobrem conſolando hortatur hominem Cicero, ut eum caſum fortiter ferat, quem multi uiri praeclari ſubierunt. Vtitur autem octo argumentis, ut Fabium exulem conſoletur.

CICERO S. D. T. FABIO. 18

dolore ſuo.



*TSI egomet, qui te * conſolari cupio, conſolandus ipſe ſum; propterea quòd nullam rem grauius iandiu tuli, quàm incommodum tuum: tamen te magnopere non hortor ſolum, ſed etiam pro amore noſtro rogo, atque oro, te colligas, uirumque pra beas, & , qua * conditione omnes homines, & quibus * temporibus nati ſumus, cogites. plus tibi uirtus tua dedit, quàm * fortuna abſtulit: propterea quòd adeptus es, quod non multi homines noui; amiſiſti, quod plurimi homines nobiliſſimi. Ea denique uidetur conditio * impendere legum, iudiciorum, temporum, ut optime actum cum eo uideatur eſſe, qui quamleuiſſima pœna ab hac rep. diſceſſerit. * Tu uero, qui & fortunas, & liberos habeas, & nos, ceteroſque neceſſitudine, & beneuolentia tecum coniunctiſſimos; quique magnam facultatem ſis habiturus nobiſcum, & cum omnibus tuis uiuendi; & cum unum ſit iudicium ex tam multis, quod reprehendatur, ut quod una * ſententia, eaque dubia, potentiæ alicuius condonatum exiſtimetur: omnibus his de cauſis debes iſtam moleſtim quamleuiſſime ferre. Meus animus erit in te, liberoſque tuos ſemper, quem tu eſſe uis, & qui eſſe debet. Vale.*

a communi conditione.
a temporũ ſtatu.
a comparatione bonorum.
a metu publ. calamitatis.
a ſpe reſtitutionis.
ab opinione hominum.
ab officio ſuo.

HV A A A.

ETSI ęẞ T. Fabius, vir nouus, alioquin magno ingenio, ſua virtute atque induſtria & magnas fortunas, & amplas dignitates aſſecutus fuerat; ſed poſtea, occupata repub.à Cæſare, priuatus dignitatibus omnibus, in exilio viuebat in ſummo mœrore. Itaque Cicero eum hac epiſtola conſolatur; hortaturque vt forti animo ferat incommoda ſua, cum ea amiſerit, quę multi alij viri nobiliſſimi; & præterea propter conditionem temporum, quibus poſſunt exiſtimari felices, qui non grauiori pœna mulctarentur, quàm mulctatus eſſet ipſe Fabius. deinde, qui adhuc remanſiſſent ei fortunæ ſuæ, & liberi, & amici: cum quibus aliquando ſit habiturus facultatẽ viuendi: & cum omnes bene de eo iudicent, vno excepto, cuius tamen ſententia reprehendatur. ẞConſolandus ſumẞ conſolatione egeo. ẞCollegas teẞ te diligentius conſideres. ẞVirumẞ fortem. Terent. fac te virum prębeas. ẞQua conditioneẞ quia nati ſumus, vt ſubiaceamus omnibus telis fortunæ, vt ſæpius diximus. ẞQuibusẞ quia malis & miſeris tẽporibus nati ſumus. ẞDeditẞ acquiſiuit. ẞFortuna abſtulitẞ quia virtute adeptus es laudem & gloriam. fortuna vero abſtulit tantummodo patriã & dignitatem. ẞNon multiẞ pauci. ẞNouiẞ non illuſtrati à maioribus ſuis. ẞNobiliſſimiẞ quia, vt in præced. epiſt. vidimus, huiuſcemodi caſus multis viris clariſſimis acciderunt. ẞEaẞ talis. ẞQuemleuiſſimaẞ minima, & non valde graui & acerba. ẞFortunasẞ res tuas. ẞFacultatemẞ commoditatem. ẞNobiſcumẞ qui ſumus tibi beneuolentia coniuncti. ẞEx tam multisẞ.ſ. iudicijs aliorum. ẞVnum ſolumẞ.ſ.Cæſ. ẞQuod reprehendaturẞ quia ſolus de te male iudicat, quòd iuſte mulcteris exilio, cum alij aliter ſentiant. ẞVtẞ ſicut, tanquam. ẞQuodẞ iudicium. ẞVna ſententiaẞ ſententia vnius. ẞDubiaẞ incerta. ẞAlicuiusẞ non nominat, ſed innuit Cæſarem. ẞIſtam moleſtiam ẞ tuum dolorem. ẞQuemẞ qualem.

P H C A.

ETSI egoẞ Fab. ciuis R. ſed homo inquilinus, Cic. amicus cum grandes diuitias & ampliſſimum matrimoniũ ſua virtute comparaſſet, magnas etiam dignitates conſecutus fuiſſet, & occupata rep. omnibus dignitatibus à Cęſ. priuatus, in exilio maxima cum moleſtia vagaretur: eum hac epiſt. Cic. conſolandum putauit: & eo vtitur ſcribendi modo, quo in huiuſmodi conſolationibus vti conſueuit. nam principio illius incommodo ſe dolere oſtendit: inde mœroris adhibet medicinam, multaſque inducit cauſas, & rationes, quibus illam animi moleſtiam omnino deponendam eſſe cognoſcat: & eum vehementer hortatur, omnem aduerſam fortunam patienter ferat, cum ea, quæ ſibi, multis acciderunt mala: ſit ipſe præterea rẹs ſuas, liberos, & amicos ad commoditatem viuendi pro conditione temporum habiturus. ẞColligas ẞ compeſcas dolorem tuum, & ne te abijcias, atque proſternas. ẞVirumẞ emphaticos, intelligit.n. fortem & rerum humanarum contemptorẽ. ẞQua conditione ẞhac.ſ. vt omnibus telis fortunæ præpoſita ſit vita noſtra, & omnes res noſtræ, quæ modo huc, modo illud transportantur. ẞQuibus temporibusẞ malis & perditis. ẞHomines nouiẞ inquilinos accipimus. Sed proprie nouũ dicimus quod nunquam fuit. Item recens, mirum & magnum, vt Pollio & ipſe facit noua carmina. ẞNon multiẞ pauci adepti ſunt, quod tu, ſcilicet, virtutem & amplas fortunas, & dignitates. ẞQuæẞ.ſ.amiſerunt, puto dignitates & honores in repu. ẞEaẞ talis.

talis.{Nobilissimi}patritios dicit.{Legum}articulus.erãt hęc omnia vnius voluntati subiecta,quæ voluntas pro ratione valebant.{Vt optime actum}vt illud est sulpicij, oon pessime cum his esse actum.{Fortunas}diuitia,& res tuas.{Facultatẽ viuendi}cómmoditatem & oportunitatem.remanserãt.n.Fabio fortunæ,liberi,& amici,cum quibus viuendi facultatem habere poterat. Id autem verbum in omnes res honestissime diffundi potest,vt facultatem dicendi eloquentiam dicamus,facultatẽ agri colendi agricolturam,& huiusmodi.{Reprehendatur}ꝙ solus Cæsar te male iudicat exilio.s.puniendum esse te.plus est corrigere quàm reprehẽdere. Nam qui reprehendit,non statim corrigit. Et est in hoc sensus,quòd omnes de Fabio benedicent pręter vnum.s.Cæs.cuius tamen sententia reprehendatur.{Vnum iudicium}vnius Cæs.qui te iudicat exilio puniẽdum. {Ex tam multis}aliorum iudicijs,qui bene de te sentiunt. {Vt} tanquã. {Alicuius} Cæs.intelligit.

Reprehendere.

ASCEN.

ETSI egomet}Consolatur T. Fabium,hominem quidẽ nouũ, sed qui præstanti virture & industria ad summos honores ante Cęs.tyrannidem euectus fuerat,sed,Cæsare regnante,in exilio degebat in mœrore. Hortatur ergo,vt forti animo ferat communia damna, cũ sint qui grauiosa patiantur.nam fortunas & liberos, atq; amicos adhuc incolumes habebat,& propter Cæs.potentiam non ob peccatũ aliquod exulabat. Ordo est. Etsi egomet, qui cupio cõsolari te. ipse videtur vacare,aut met, aut ipse, sed ad emphasim vtrunq; ponit.consolandus sum.s.ab alijs, propterea quòd nullam rem tuli.i.passus sum, iandiu grauius.i.molestius,quàm incommodum tuum:tamen ego nõ solum hortor te magnopere, sed etiã rogo pro amore nostro,atque oro sup. vt colligas te.i.vires animi tui, metaphora tracta à merce fracta sic, vt fragmenta nullius sint momenti,& ita prostrata iacent, vt nullus colligere velit,& præbeas.i.exhibeas sup.te virum & cogites,qua conditione,quia ea,aut aliquãdo moriamur,& multa, si diu viuimus,patiamur,& quibus temporibus nati sumus, quia pessimis,in quibus oibus nobis necesse est pati plurima. virtus tua dedit tibi plus.s.veri boni & honoris, quàm fortuna abstulit. propterea quòd adeptus es,sup.id,quod non multi homines,noui.i.qui primi in familia sua ad eũ honorem peruenerunt,sup.adepti sunt, hoc est summos quosq; magistratus,amisisti sup. id,quod multi nobilissimi,videlicet administrationẽ reip. Deniq; i.vt, quod summum est,dicam,ea.i.talis,quia pessima conditio legum, iudiciorum,temporum,videtut impendere.i.imminere, vt videatur actum esse optime cum eo.i.optime contigisse ei,qui discesserit ab hac.s.tam misera rep.pœna leuissima, quale est exiliũ. Tu vero,qui habes & fortunas.i.diuitias,& liberos,& nos ceteros coniunctissimos tecũ necessitudine, & beneuolentia, & qui sis habiturus magnam facultatem.i. commoditatẽ viuendi nobiscum, & cum omnibus tuis, & cum vnum sit iudicium ex tã multis,quod reprehendator.s.de exilio tuo, cũ de omnibus eiectis in exilium,tu vnus iniuste eiectus indiceris,id potius dicam quàm quòd vnus Cæsaris iudicio exulet,sed tamẽ propter Cęsarem id pronuntiatum innuit dicens,& id.s.iudicium existimetur condonatum.i.indulgenter datum,vna sententia.s.Cæsaris. cui contradicere non audebant & ea s. sententia dubia.i.non satis euidente potentia.i.propter potentiã alicuius,videlicet Cæsaris. Valla dixisset cuiusdam. tu debes de his omnibus causis.i. ob has oẽs causas, ferre.i.tolerare, quã leuissime.i.facillime istã iniuriam.s.exilij tibi illatam. Animus meus erit in.i. erga te,& liberos tuos semper,sup.talis, quem.i.qualem, tu vis supp.eum esse,& qui.i.qualis dèbet esse,q.d.beneuolentissimus.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatur Rufum,ut partes Pompeij sequatur.

CICERO S. D. RVFO. 19

ETSI mihi nunquam dubium fuit, quin tibi essem carissimus: tamen quotidie magis id perspicio extatq́; id,quod mihi ostẽderas quibusdam literis,hoc te studiosiorem in me colendo fore, quàm in prouincia fuisses, (etsi,meo iudicio, nihil ad tuum prouinciale officium addi potest) quo liberius iudiciũ esse posset tuũ. itaque me & superiores literæ tuæ admodum delectauerunt,quibus & expectatum meũ aduentũ abs te amanter uidebam, & cum aliter res cecidisset, ac putasses, te meo consilio magnopere esse lætatum: & his proximis literis magnum cepi fructum & iudicij,& officij tui: iudicij, quòd intelligo te, id quod omnes fortes,ac boni uiri facere debent,nihil putare utile esse,nisi quod * rectũ, honestumq́ue sit: officij,quòd te mecum,quodcunque cepissem consilij, polliceris fore: quo neque mihi gratius, neque, ut ego arbitror, tibi honestius esse quidquam potest. mihi consilium captum iandiu est. de quo ad te,non quo celandus esses, nihil scripsi antea, sed quia communicatio consilij tali tempore, quasi quædam admonitio uidetur esse officij, uel potius efflagitatio ad coeundam societatem uel periculi, uel laboris. cum uero ea tua sit uoluntas, humanitas, beneuolentia erga me: libenter amplector talem animum, sed ita; (non.n.dimittam pudorem in rogando meum) si feceris id, quod ostendis, magnam habebo gratiam; si non feceris, ignoscam, & alterum timori, alterum mihi te negare non potuisse arbitrabor. est enim res profecto maxima. * quid rectum sit, apparet: quid expediat, obscurum est, ita tamen, ut, si nos ij sumus, qui esse debemus, id est studio digni, & literis nostris, dubitare non possimus, quin ea maxime conducant, quæ sunt rectissima. Quare tu, si * simul placebit, statim ad me uenies: sin idem placebit, atque eodem nec continuo poteris; * omnia tibi ut nota sint, faciam. quidquid statueris, te mihi amicum; sin id, quod opto, etiam amicissimum iudicabo. Vale.

de ciuili parte cugenda.

idem ep.2. lib.4.

ut ad Põp. simul eamus.

quidquid statuam & de discessu, & de tempore.

HVAAR.

ETSI mihi} T. Rufus Cic.quæstor fuerat in Cilicia ante C.Cœlium,quem Cic.discedens quæstorem reliquerat,vt lib.2.ad Cœliom Rufum scriptum vidimos, & vltima eiosdem libri epist.cum igitur,vt multis in locis diximus,Cic.ex prouincia Romam reuersus incidisset in discordias ciuiles,& dissensionem Cæs.& Pomp.studiosus reip.hortatus fuerat hunc T.Rufum,vt adhæreret partibus Põp.& reipu. quod idem latenter hac epist.facit,ostendens id esse viri boni & fortis,neq; eũ aliter facere debere. quod si instituerit facere,hortatur,vt ad se veniat.{Quin} vt non.{Extat} apparet,eminet. {Studiosiorem}diligẽtiorem.{Quàm in prouincia}in Cilicia, vbi fueras quæstor meus.{Ad officium prouinciale}.i.ad id,qđ in prouincia mihi tribuisti sicut debebas.{Nihil addi}quia officio tuo erga me cumulatissime satisfeci.{Quo}propter quod. liberius}largius,& apertius.i. licet nihil posset addi ad id, qđ fecisti erga me in prouincia,vt iudicium tuum, & bona voluntas in me posset esse clarior,& manifestior.{Expectatum} desideratum.{Amanter}cum amore.{Cecidisset} pro accidisset. {Ac} quàm. {Consilio}quod dedissem tibi.{Iudicij} opinionis certæ,& propositi custodiã.{Officij}debiti.{Iudicij}declarat vtrũque, qnomodo & ex iudicio, & ex officio eius magnum fructũ acceperit.{Fortes}magni animi.{Boni} iusti, quia iustitia ipsa est,ex qua viri boni dicuntur.{Rectum}honestũ, & cũ virture. id.n.solum à viro bono debet existmari vtile.{Officij} subaudi magnum fructũ accepi.{Quòd} quia. {Polliceris fore}.i. quia promittis te futurũ mecũ,quidquid deliberassem facere. {Quo} qua re fis,ꝙ sis futurus mecum.}Tibi honestius}quia laudaberis esse secutus id,quod ego deliberauero,neq; dissensisse à consilio meo. {Mihi}dicit Cic.se iandiu accepisse consilium suum, & deliberasse quod sit agendum. de quo dicit se hucusque nihil scripsisse ad T. Rufum, non ꝙ eum cælare voluerit consilium suum, sed ne communicando videretur eum vel potius petere, & efflagitare,vt idem ille faceret, quod Cic. decreuisset facere. nam cum alicui amico dicimus quid cõstituerimus facere videmur quodãmodo eũ admonere, vel petere, vt idem ipse faciat. {Cõmunicatio}participatio tecũ. {Tali tempore} ita misero: quo nõ possumus sine labore & periculo aliquid deliberare, vt ostendit epist.x.lib.4.ad Sulpicium.Omnino cum miserior res nũquam accidit,tum ne deliberatio quidem difficilior. nihil.n. constitui potest,quod nõ incurrat in magnã aliquam difficultatem.{Quasi q.}.i.quodãmodo tacita.{Admonitio}significatio {Coeundam}coniungendam.{Cũ vero} dixit Cic.se antea voluisse ad eum scribere de consilio suo, ne videretur eum petere

in societatem laboris & periculi: nunc vero dicit, quòd cum ex eius literis cognouerit eius voluntatem & beneuolentiã promptam ergã se, (quia scripserat Rufus se esse facturum quidquid Cic. placuisset) libenter eius talem animum amplectitur, & hortatur vt ita faciat, quod si fecerit, dicit se habiturum magnã gratiam. {Ea voluntas} ea dispositio animi, vt sis futurus mecum quidquid consilij ceperim. {Amplector} accipio & gratum habeo. {Talem animũ} talem dispositionem animi tui. {Sed ita} cum hac cõditione, subaudi, amplector talem animũ. {Non.n.} parenthesis est. {Non dimittam pudorem} .i. non impudenter a te petam, sed modeste. {Habeo gratiam} debebo, ero obligatus. {Ignoscam} dabo veniam. {Alterum} .s. si non feceris. {Timori} .s. non potuisse negare. {Alterum} .s. si feceris. {Res maxima} quam constitui facere. {Quid rectum sit, apparet} sic supra ad S. Sulp. si quid rectissimum sit quærimus, perspicuum est, si quid maxime expediat, obscurũ, sin hi sumus, qui esse debemus, vt nihil arbitremur expedire, nisi quod rectum honestumq; sit, non potest esse dubium, quid nobis faciendum sit. Eundem igitur sensum hoc loco Cic. prosequitur. {Quæ consilia mea} eodem modo .s. mihi placet. {Continuo} Statim. {Poteris} .s. venire ad me. {Quidquid statueris} .i. quidquid deliberaueris .s. vel sequi consilium meum, vel non sequi. {Sin id, quod opto} subaudi, statueris, vt sequaris consilium meum.

ASCEN. TSI mihi, &c.} T. Rufum, qui Cic. quæstor .i. publici æris quæsitor, & receptor fuerat ante C. Cœlium, quem discedens quæstorẽ reliquerat, cohortatur, vt Pompeianis partibus adhæreat. reuersus .n. e prouincia Cic. offendit ciuiles discordias inter Cæs. & Pompeium. simulq; docet viri fortis, & ciuis boni partium esse fouere pias causas, & reip. fauentes: dicitque, si eo sit animo, ad se veniat. Ordo est. Etsi .i. quanquam, nunquam fuit dubium mihi, quin essem carissimus tibi: tñ ego perspicio id quotidie magis, & id, quod ostẽderas mihi quibusdam literis, videlicet te fore hic .i. in vrbe mecũ studiosiorem .i. diligentiorem in me colendo, quàm fuisses in prouincia, extat .i. apparet, & eminet, vt res, quæ extant .i. extra sunt, & non intus latent (& si meo iudicio nihil potest addi ad officium tuum prouinciale .i. quod in prouincia mihi impendisti} quo .i. per quod, aut propter quod iudicium tuũ. fide me colendo possit esse liberius .i. apertius, & largius. Itaq; & .i. simul literæ tuæ superiores .i. quas prius misisti, & quibus significasti te hic studiosiorem mei fore, delectarunt admodum .i. valde me, quibus & .i. cum videbam aduentum meum, expectatum amanter .i. vt sit ab amante, abs te, & cum res cecidisset .i. accidisset aliter ac .i. quàm putasses, videbam te lætatum magnopere consilio meo, & .i. simul, cepi magnum fructum .i. voluptatem & iudicij, & officij tui, his literis proximis .i. vltimo missis. Iudicij, inquam, fructum capio, q .i. quia, ego intelligo te sup. facere id, quod omnes fortes & boni ciues facere debent, videlicet, putare nihil esse vtile nisi quod sit rectũ .i. iustũ, & honestũ: officij sup. fructũ capio q tu polliceris te fore mecũ, quodcunq; .i. quidquid cõsilij cepissem. Quia quidquid resoluitur in quodcunq; & nõ in qd quod. id .n. nõ dr. ideo quodcunq; dũ ponitur pro quidquid, genitiuũ regit, tanquã substantiuũ, vt hoc loco: dum pro quodquod, adiectiue construitur, vt si dicatur quodcunq; consilium, &c. Quo .s. officio, aut facto, quidquam neq; potest esse gratius mihi, neq; vt ego arbitror, honestius tibi. Consilium est captum .i. initum mihi iamdudum .i. à plusculo tempore. decreui .n. partes Pompeianas sequi. de quo .s. cõsilio meo, nihil scripsi ad te antea, nõ quod .i. de quo, aut lege non quòd, cælandus .i. occultandus esses. Non e id dictum videtur, nam potius dicendũ fuit non quod cælandũ te, aut tibi esset, sed quia communicatio consilij tali tempore videtur esse quædam admonitio officij, vel potius efflagitatio .i. aspera expostulatio ad coeundam .i. conciliandum societatem, vel periculi, vel laboris. Vero .i. sed cum voluntas, humanitas, beneuolentia tua sit ea .i. talis erga me, ego amplector .i. accipio libenter talem animum .i. se vltro offerentẽ. Sed ita, nõ .n. dimittam pudorem meum .i. verecundiã meã in rogando, hoc est non rogabo te impudenter, si feceris id, quod ostendis .s. te facturum, habeo sup. tibi magnã gratiam: si non feceris, ignoscã .i. veniam dabo, & arbitrabor te nõ potuisse negare alterum .s. nõ facere, quod ostendis, hoc est non sequi partes Pompeiãnas mecum, timori .s. quem de Cæs. potentia conceperis: & alterum .s. si feceris, arbitrabor te non potuisse negare mihi. Enim .i. quia res est profecto .i. re vera, maxima .i. maximi momenti. Apparet .i. euidens est, quid sit rectũ .i. decens & honestum, quid expediat .i. vtile sit, & tutum, est obscurum, quia licet Cæs. videretur potentior, quia tñ inquiorem habebat, cum incertum erat, an victor euasurus esset, tñ ita est .s. obscurum, vt si nos sumus ij, qui debemus esse .i. digni studio .s. philosophico & literis nostris, nõ possimus dubitare, quin ea cõducant .i. vtilia fiant, maxime quæ sunt rectissima .i. æquissima, & decentissima. Quod si placebit simul .i. pariter tibi. Alij legunt, Quare tu, &c. venias statim ad me. Sin .i. sed si idem placebit, atq; eodem modo .s. quo mihi, nec poteris sup. facere, aut sequi continuo .i. statim, faciã, vt omnia sint nota tibi. Quidquid statueris .s. facere, siue timori, siue amori cedere, ego iudicabo te amicum mihi. Sin .i. sed si sup. statueris id, quod opto .i. sequi partes Põpeianas, iudicabo te etiam amicissimum mihi. Accurate inuitat hominem ad partes suas, vt si eas sectatus non sit, amicus tamen maneat, & se deferre erubescat.

PAVL. MAN. M Cicero S. D. Rufo} aut mendosus est huius, & sequentis epist. titulus, & pro Rufo, legendum, Messinio: aut Rufus Messinio cognomen fuit. Messinius quidem hic sit, necesse est: cuius fratrem fuisse M. Mindium, scribit lib. xiij. quem epist. sequenti, ad eundem hunc Rufum scribens, fratrem eius esse dicit. {Quare tu} ita in impressis: sed in antiquis, Que tu: aut, Quæ tu quo modo legitur in libro Petri Bembi, cardinalis omni laude cumulati; & in libro Mediceæ bibliothecæ. docti locum diligentius considerent, ego, hoc notare, mei officij esse duxi.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

L. Messinius Rufus quæstor Ciceronis in Cilicia fuerat, ut in epist. 26. lib. 13. scribit. hic cum rationem pecuniariam inire cum proconsule suo Cicerone cuperet, Cicero illi scribam misit, ut cũ eo conferret. quam rem sinistre interpretatus Rufus, quod fraudis causa fieret, cum Cic. expostulauerat. Et expostulationi hæc præparata est purgatio.

CICERO S. D. RVFO. 20

*QVO modo potuissem, te conuenissem, si eò, quò constitueras, uenire noluisses. quare etsi mei commodi causa cõmonere me noluisti: tamen ita existimes uelim, me antelaturum fuisse, si ad me *misisses, uoluntatem tuam commodo meo. Ad ea, quæ scripsisti, commodius equidem possem de singulis ad te rebus scribere, si M. Tullius, scriba meus, adesset: a quo mihi exploratum est, in rationibus duntaxat referendis, (de ceteris rebus affirmare non possum) nihil eum fecisse scientem, quod esset contra aut rem, aut existimationem tuam: deinde, si rationum referendarum ius uetus, & mos antiquus maneret, me relaturũ rationes, nisi tecum pro coniunctione nostræ necessitudinis contulissem, confecissemq;, non fuisse. quod igitur fecissem ad urbem, si cõsuetudo pristina maneret; id, quando lege Iulia relinquere rationes in prouincia necesse erat, easdemque totidem uerbis referre ad ærarium*, feci in prouincia, neque ita feci, ut te ad meum arbitrium adducerem: sed tribui tibi tantum, quantum me tribuisse nunquam pœnitebit. totũ enim scribam meum, quem tibi uideo nunc esse suspectum, tibi tradidi. tu ei M. Mindium, fratrem tuum, adiunxisti. rationes confectæ me absente sunt tecum; ad quas ego nihil adhibui præter* lectionem. ita accepi librum a meo seruo scriba, ut eundem acceperim a fratre tuo. si honos is fuit, maiorem tibi habere non potui: si fides, maiorem tibi habui, quàm pene ipsi mihi. si prouidendum fuit, ne quid aliter, ac tibi & honestum, & utile esset, referretur: non habui, cui potius id negotij darem, quàm scribæ meo. Illud quidem certe factum est, quod lex iubebat, ut apud duas ciuitates, Laodicensem, & *Apamensem, quæ nobis maxime uidebantur, quoniam ita necesse erat, rationes confectas, & consulatas deponeremus. itaque huic loco primum respondeo, me, quanquam iustis de causis rationes *deferre properarim, tamen te expectaturum fuisse, nisi in prouincia relictas rationes pro latis haberẽ. Quamobrem, de Volusio quod scribis, non est id rationum. docuerunt*

si nuntiasses te uenisse, quo constitueras.

uide ep. 17. l. 2.

confectas a scriba meo, & fratre tuo legi.

ep. 17. l. 2.

quærebatur Rufus, q rationes detulisset ad ærarium nimis properasset.

*fuerunt enim me periti homines, in his cum omnium peritissimus, tum mihi amicissimus C. Camillus, ad Volusium * transferri nomen à Valerio non potuisse, sed prædes Valerianos teneri. neque id erat HS xxx, ut scribis, sed xix. erat enim curata nobis pecunia Valerij mancipis nomine: ex qua, reliquum quod erat in rationibus, retuli. sed sic me & liberalitatis fructu priuas, & diligentiæ, &, quod minime tamen laboro, mediocris etiam prudentiæ: liberalitatis, quòd mauis scribæ mei beneficio, quàm meo, legatum meum, præfectumq; maxima calamitate leuatos, cum præsertim non deberent esse obligati: diligentiæ, quòd existimas, de tanto officio meo, tanto etiam periculo nec scisse me quidquam, nec cogitasse; scribam, quidquid uoluisset, cum id mihi ne recitasset quidem, * retulisse: prudentiæ, cum rem à me ne insipienter quidem cogitatam putas nam & Volusii liberandi meum fuit consilium: &, ut multa tam grauis Valerianis prædibus, ipsiq; T. Mario depelleretur, à me inita ratio est: quam quidem omnes non solum probant, sed etiam laudant, &, si uerum scire uis, hoc uni scribæ meo intellexi nō nimium placere. sed ego putaui esse uiri boni, cum populis suum seruaret, consulere fortunis tot uel amicorum, uel ciuium. Nam de Lucceio est ita actū, ut, auctore Cn. Pompeio, ista * pecunia in fano poneretur. id ego agnoui meo iussu esse factum. qua pecunia Pōpeius est usus, ut tua, quam tu deposueras, Sextius. sed hoc ad te nihil intelligo pertinere. illud me non animaduertisse moleste ferrem, ut * adscriberem, te in fano pecuniam iussu meo deposuisse, nisi ista pecunia grauissimis esset, certissimisq; monumentis testata, cui data, quo S.C. quibus tuis, quibus meis literis P. Sextio tradita esset. Quæ cum uiderem tot uestigijs impressa, ut in his errari non posset: non * adscripsi id, quod tua nihil referebat: ego tamen adscripsisse mallem, quando id te uideo desiderare. Sicut scribis tibi id esse referendum, idem ipse sentio: neq; in eo quidquam à meis rationibus discrepabunt tuæ. addes enim tu, meo iussu: quod ego nunquam addidi: nec causa est, cur negem: nec, si esset, & tu nolles, negarem. Nam de HS nongentis millibus, certe ita relatum est, ut tu, siue frater tuus referri noluit. sed, si quid est, quando de Lucceio parum prouisum est, quod ego in rationibus referendis etiamnum corrigere possim: de eo mihi, cum S.C. non sim usus, * quid per leges liceat, considerandum est. te certe in pecunia exacta ita efferre ex meis rationibus relatis non oportuit: nisi quid me fallit: sunt enim alij peritiores. illud caue dubites, quin ego omnia faciam, quæ interesse tua, aut etiam uelle te existimē, si ullo modo facere possim. Quod scribis de beneficijs, scito à me & tribunos mil & præfectos, & contubernales duntaxat meos delatos esse. in quo quidem ratio me fefellit. liberum enim mihi tempus ad eos deferendos existimabam dari: postea certior sum factus triginta diebus deferri necesse esse, quibus rationes retulissem. sane moleste tuli, non illa beneficia tuæ potius ambitioni reseruata esse, quàm meæ, qui ambitione nihil uterer. de centurionibus tamen, & de tribunorum mil. contubernalibus res est in integro. genus enim horum beneficiorum definitum lege non erat. Reliquum est de HS centum millibus: de quibus memini mihi à te Myrina literas esse allatas, non mei errati, sed tui: in quo peccatum uidebatur esse, si modo erat, fratris tui, & Tullij, sed, cum id corrigi non posset; quòd, iam depositis rationibus, ex prouincia decessemus: credo me quidem tibi pro animi mei uoluntate, proq; ea spe facultatem, quam tum habebamus, quàm humanissime potuerim, scripsisse. sed neq; tum me humanitate mearum literarum obligatum puto, neq; tuam hodie epistolam de * HS centum sic accepisse, ut ij accipiunt, quibus epistolæ per hæc tempora molestæ sunt. simul illud cogitare debes, me omnem pecuniam, quæ ad me saluis legibus peruenisset, Ephesi apud publicanos deposuisse: id fuisse HS xxij: eam omnem pecuniam Pompeium abstulisse. quod ego siue æquo animo fero, siue iniquo: tu de HS centum millibus æquo animo ferre debes, & existimare, eo minus ad te uel de tuis * cibarijs, uel de mea liberalitate peruenisse. quòd si mihi expensa ista HS centum tulisses: tamen, quę tua est suauitas, quiq; in me amor, nolles à me hoc tempore æstimationem accipere. nam, numeratum si cuperem, non erat. Sed hæc iocatum me putato, ut ego te existimo. ego tamen, cum Tullius rure redierit, mittam eum ad te, si quid ad rem putabis pertinere. Hanc epistolam cur non scindi uelim, causa nulla est. Vale.*

quod Rufus petierat.

in rationes.

quam tu in fano posuisti meo iussu.

quod nunc quereris a me esse in rationibus referendis prætermissum.

non scripsi in rationibus, meo iussu à te esse posită.

tacite often dit, se nihil illius causa facturum, quod per leges non liceat.

quæ mutua petebas.

uidetur exponendum, bis uicies millies. publice datis.

HVBER.

Qvomodo } vt in præcedenti epist. diximus, Rufus fuerat quæstor Cic. in prouincia. cum esset faciēda ratio pecuniarum prouincialium inter quæstorē & proconsulem vel imperatorem Ciceronem, Cic. reliquerat id negotium seruo scribæ, & cancellario suo, & ipsi Rufo, sed postea scripserat se Rufus fuisse deceptum in rationibus, & factum esse contra vtilitatem & auctoritatem suam. itaque Cic. hac epistola se excusat, q Rufus neq; à se, neq; à seruo suo sciēter sit deceptus. Deinde respondet ad quædam alia, quæ ad hāc pecuniam pertinebant. Hæc epistola quamuis sit inuoluta & obscura, & à multis prætermitti soleat, quia parum habet suauitatis: tū dabo operam, vt quā optime fieri poterit, declaretur. } Quomodo } quacunq; ratione.i. etiam si cum maximo incommodo meo fuissem id facturus, & vt vulgo dicimus, si quatuor pedibus ad te venire necesse fuisset. } Obstitueras } decreueras. constituerat.n. se venturum in quendā locum ad Cic. neq; venit. } Commouere } esse mihi impedimento & perturbationi, si venisses. nam scripserat Rufus se non venisse, ne esset incōmodus Cic. Cic. aūt dicit, q si venisset, præposuisset eius voluntatē omni commodo suo. } Antelaturum } præpositurū. } Scribæ } .i. cancellarius. nomen est officij. } Exploratum } certū, h. d. se certo scire scribam suum nihil fecisse contra Rufum in rationibus referendis. Nam de cęteris dicit non audere affirmare. } Rationibus } calculationibus pecuniarum prouincialium. } Dūtaxat } solummodo. } Referendis } reddendis, computādis. } De cęteris affirmare non possum } parenthesis est. } Scientem } quod sciret, nisi fortasse fecerit per ignorantiam. } Rem } vtilitatem. } Existimationem tuam } auctoritatem, reputationem } Dein } pro deinde. dicit Cic. q si seruaretur ius & verus mos antiquus referendarum rationum, nunquam retulisset rationes cum Rufo: nisi fecisset gratia coniunctionis & amicitiæ: quia veteri more non tenebatur imperator aut præses prouinciæ referre rationē cum quæstore: sed postea lege Iulia id cautum est, vt relinquerentur rationes in prouincia in aliqua ex primis vrbibus prouinciæ, vt apparet lib. 2 ad Canin. Sal. in epist. quæ incipit, Literas à te. Sed copia ipsarum rationum, quæ relinquebantur in prouincia, deferebatur Romam & deferebatur ad ęrarium R. ita vt vnum exemplum esset in prouincia alterum Romæ in ærario: vt paulo inf. videbitur. } Dei } pro deinde, & subaudi scito, vel possum scribere me non fuisse relaturum rationes. } Cōtulissem } simul calculassem & tractassem. } Quid agitur } ponit obiectionem sibi ipsi, & eam soluit. } Ad vrbem } in vrbe. & est solutio obiectionis. i. cum fuissem in vrbe, si cōsuetudo pristina maneret, fecissem rationē cum quæstore vrbano, non aūt cum meo prouinciali. } Quando } .i. qm. Et est ordo, feci id in prouincia, qm lege Iul. necesse erat relinquere rationes in prouincia, & referre easdem totidem verbis ad ęrariū, vbi seruabatur publica pecunia & thesaurus Rom. nam ab ære dr ęrarium. } Totidem verbis } vt nihil additum, nihil'ue imminutum esset, vt solet fieri in exemplaribus, quæ fideliter extrahuntur verbum de verbo.

Ærarium

verbo.{Ita} ea causa. {Adducerem} traherem.{Ad meũ arb.} ad id quod ego vellẽ. {Tribus} tm̃ auctoritatis dedi. {Totum} vt tu vtereris eo sicut tibi placeret.{Adiunxisti} dedisti sociũ,vt ipsi duo componerent rationes.{Adhibui}apposui.{Præter lectionem}quia solũ eas legi,nihil aliud addidi.{Ita} nulla re addita.sicut frater tuus ostenderat mihi librũ rationum, ita ostenderat mihi seruus meus scriba, nulla re addita , aut imminuta. {Si bonos}nunc Cic.ostẽdit se fecisse quidquid debuerit facere in ipsum Rufum {Tullio} scribæ,qui fuerat semper mecum in prouincia,& nouerat optime omnia {Cõfectas} cõclusas.{Cõsolidatas} calculatione hinc inde conformatas.alij codices habent cõsultas.i.considerare deliberatas. {Deponeremus} relinqueremus sub fide.vnde & depositum dicitur quidquid sub fide alicui traditur.vnde supra ad Caniniũ Sal.epist.prædicta,rationes mei quæstus nec verũ fuit me tibi mittere,nec tñ erant confectæ.eas nos Apameæ deponere cogitabamus . de Apamea & Laodicea dictũ est in eadem epistola.{Necesse erat} p p legem Iuliam,quæ ita cogebat.{Deferre} Romam.{Pro latis}.i tanquam si fuissent lata in ęrarium. Nã posteaquã deposuerat eas Apameæ,nihil poterat immutari.Et idẽ erat, quasi fuissent delatæ in ęrarium.Itaq; frustra expectasset Rufum. {Quãobrẽ} scripserat,quantũ conijcimus,Rufus,q cũ Valerius fuisset pręs & fideiussor pecuniæ Cic.intellexerat Val.à Volusio quodã releuatum fuisse fideiussione: quod Cic.negat esse verũ,quia dicit se intellexisse à viris peritis & præcipue à Camillo quodam , & perito & sibi amicissimo,obligationẽ non posse trãsferri à Val. ad Volusium,sed Valeriũ & Valerian.fideiussores teneri, & esse obligatos.{Docuerunt me}demõstrauerũt mihi.{In his}.s.peritis.i.inter eos.{Nomen}obligationẽ , debitũ proprie, sicut & Cic.in Topicis,& Suet.vsus est,& Asconius interpretat.

Prædes

{Prędes}fideiussores.de hoc nomine diximus lib.2.in epist.quæ incipit, Literas à te, & eodem loco de Sestertio. {Nomine} causa.

Manceps

{Mancipis}manceps,vt scribit Festus,dr̃ qui quidquam à populo emit,conducitur,q; quia manu sublata significat se auctorem emptionis esse,&c. Mancipes etiã sunt publicanorũ principes, qui quæstus sui causa decimas redimunt.{Laboro}curo.{Liberalitatis}subaudi,fructu priuas.{Legatum} puto Volusiũ intelligi.{Præfectum}.s.fabrorum: vt visum est supra in epistolis ad Appiũ.{Leuatos maxima calamitate}.i.magnis incõmodis esse releuatos.{Id autẽ} attribuebat Rufus potius scribæ Cic.q̃ ipsi Cic.docuerat.n.Cic.obligationẽ pecuniæ nõ potuisse à Valerio ad eos transferri.{Diligentiæ} subaudi,etiã fructu priuas. Dicebat.n.officium,quod fuerat à Cic.ad supradictos collatũ, inscienter ab eo esse collatũ,cum id fecisset eius scriba Cic.nihil sciente.{Tãto periculo}quia agebatur de pecunia publica : pro qua fuissem obligatus pro eis,nisi iure eos leuassem. {Scribam retul.}subaudi existimas.{Prudentiæ}subaudi,fructu priuas.& sic respõdit omnibus partibus,quas supra proposuit. {Inita est ratio}inuentus modus,{Mulcta}.i.pœna,condemnatio. {Depelleretur}admoueretur,ne damnarentur. Hi.n.ambo fideiusserant,& erant obligati pro ea pecunia.{Probant}animo & cõsensu. {Laudant}verbis,& voce ipsa.{Verũ scire}h.d.Cic.quasi rem secretã. {Populum seruaret} .i.non noceret populo. {De Lucceio}hic etiam,vt conijcimus,tractabat hanc pecuniã. {Auctore} suasore. {In fano}.i.in templo. illic.n.seruabatur pecunia.{Meo iussu}non aũt solummodo iussu scribæ mei , sicut tu dicis.{Sextius} subaudi, est visus.{Adscriberem} scriptura mea attestarer.{Grauissimis}maximis,quæ non facile possunt corrumpi.nã fuerant multi testes : erãt & alia signa,quibus cognoscebatur,quod iussu Cic.illa pecunia fuerat à Rufo posita in fano : sed voluisset Rufus , q Cice.ascriberet ita esse. {Testata} quodam quasi testimonio cõprobata. {Cui data} subaudi,fuerit.i.cui fuerit credita & cõmissa.{Quibus}tuis, quia ambo scripsimus,vt Sextio daretur.{Vestigijs}signis.{Impressa}notata, signata.{Discrepabunt}different.{Si causa esset}.i.si etiam haberem causam negandi,non negarem , si tu nolles q negarem.

Nongenti
Quingenti

{Nongentis}nouẽ centũ : ex integro & corrupto cõponitur.& qm̃, non , præcedit c,c cõmutatur in g,vt quingenti pro quinq; centũ.{Frater tuus Mindius} quem adhibuisti cum scriba meo ad rationes conficiendas.{Quando}qm̃ : causatiuum est. {De logeio} quidam volunt nomen esse viri proprium . alij putant non absurde locum esse : vbi de rationibus esset tractatũ : nam λόγος cum alia multa, tum vero rationẽ significat : inde λογεῖον rationarium,vt ita dixerim. {Corrigere} emendare, si quid aliquibus non probatur {Te certe} Cic.familiariter reprehendit Rufum,q noluerit eũ corrigere in referendis rationibus, quod non docuit.{Nisi quid me fallit}nisi aliqua te fallor. {Petitores}.s.te.{Interesse tua}ad te pertinere.{Quod scribis}solebãt imperatores denuntiare , qui se præclare gessissent in bellis , vt postea à populo meritis muneribus vel certis præmijs donarẽtur : quod cum faciebat imperator , dicebatur beneficiũ facere: itaq; Cic.dicit se fecisse tantũmodo de quibusdam ex suis.Et dicit sibi molestum esse,q non reliquerit illud beneficium Rufo, vt istos deferret.{Deferri} denuntiari , referri senatui & P.R. Alias accusare significat,& alias pro loco. {Tribunos} diximus supra de tribunis.{Quibus}.s.diebus triginta.{Cõtubernales} qui in castris in eodẽ erant tabernaculo.qui simul erant. {Ambitioni tuæ}tibi qui es ambitiosus , qui voluisses deferre istos. {In integro}in potestate : adhuc posse & fieri & omitti.{Definitũ}determinatũ . vt possent scire quid eis dari posset.{Smyrna} vrbe,de qua supra diximus. {Errati} fraudis, erroris.{Fratris tui,& Tullij} qñ ambo confecerunt rationes. {Depositis} sub fide relictis,vt supra vidimus apud Apameam & Laodiceã. {Quam} spem,facultatem.{Tum}eo tempore , cũ redij ex Cilicia.erant.n.tenues : quia fuerant dissipatæ facultates meæ à Terentia,vt alio loco plenius notauimus.{Obligatum} quia licet rescripserim humanissime : non tñ me tibi obligatum puto.{Sic accepisse}cum molestia.{Ad me} tanquam ad imperatorem,præter illam quæ perueniebat ad P.R.

Publicani

{Publicanos}publicani sunt qui publica conducunt,quos datiarios vulgo dicũt. {Abstulisse}rapuisse,vt vteretur,vt paullo supra visum est.{Eo minus} q Pomp.abstulit . & non potuit tibi vel subministrare cibaria tua,vel præstare liberalitatem meam, sicut oportuisset, & voluissem.{Quòd}nunc Cic.dicit q si etiam Rufus tulisset illa centũ sestertia expensa fuisse à Cic.tamen confidit pro eius suauitate & amore in se, q nunc nollet, ab eo ęstimationem.i. vt Cic.nunc redderet illa centum sestertia.{Quæ tua est suauitas}.i.pro ea suauitate,quæ tua est , vt supra Seruius ad Cic. Qui illius in te amor fuit , hoc te certe illa facere non vult.est frequens & elegans dicendi modus.{Si numeratum cuperẽ}.i. si vellem numerare ipsam pecuniam,quam tu diceres à me expensam fuisse. {Non erat}.i.non habebam quod numerarem. {Ad rem}ad honorem nostrũ.{Scindi}dilacerari. {Causa nulla est}quia neq; elegantiam habet,& erit testimonium dissensionum nostrarum .

QVo modo potuissem,&c.} Cum facienda esset ratio pecuniarium prouincialiũ inter quæstorem Rufum & imperatorem Cic.id muneris reliquerat seruo scribæ,& cancellario,vt aiũt,suo,& ipsi Rufo, aut potius, vt hic dicet,fratri eius obeundum.quod cum obijssent , scripsit Rufus se in ea ratione læsum.Cic.ergo hac epistola purgat se & seruum dicens neutrius culpa læsum . Deinde respondet ad quædam alia,à Rufo in eadem epistola obiecta , præsertim de centum sestertijs prætermissis.Est autẽ epistola subobscura,q res nota erat Rufo,nec scriptã pluribus opus erat fuisse,nec operæpretium erat vt alijs innotescat · quin etiam Cic.scindendã, & annihilandam censet.vnde sunt qui ab eius lectione supersedeant,alijs negata placent . Ordo est. Ego conuenissem te.i. venissem ad te,quo modo potuissem,si voluisses venire eo quo constitueras.s.venire.Quare etsi.i.quanquam , noluisti me cõmouere.i.disturbare causam commodi mei,alij legunt causa,vt sit noluisti commouere.i.impedire me causa cõmodi mei i.p p commodum meum : tñ velim existimes.i.iudices de ea te sic me ante laturum.i.prælaturum fuisse cõmodo meo volũtatem tuam,si venisses ad me.Ad ea.i.quantũ ad ea,quæ scripsisti,equidem.i.ego quidem,possem scribere commodius ad te de singulis rebus,si Tullius scriba.i.cancellarius, & rationum scriptor meus adesset.i.præsens esset mihi , à quo.s.Tullio scriba meo, exploratum est mihi.i.certum & euidens , duntaxat.i.solũmodo,in rationibus referendis.i.in reddendis, & recognoscẽdis supputationibus , non possum affirmare de cęteris rebus , quia in alijs nõ erat scrutatus curam eius,exploratum,inquam,est mihi,cum nihil fecisse scienter.i.quod scierit,quod esset contra aut rem.i.vtilitatem,aut existimationem.i.auctoritatẽ tuam . Deinde.i.insuper,si vetus ius rationum referendarum.i.discutiendarum,& mos antiquus maneret,me non fuisse relaturum rationes.i.quod dicunt, daturum computum, nisi contulissem.i. communicassem,& fecissem tecum pro coniunctione necessitudinis nostræ.Igitur feci id,quod ego fecissem ad vrbem.i.in vrbe,cũ quęstore vrbano,si consuetudo pristina.i.prisca , & antiqua maneret,feci inquam in prouincia.Quando.i.quandoquidem,necesse erat.s.lege Iulia,relinquere rationes in prouincia, & referre easdem s.rationes ad ærariũ.i.fiscũ Romanũ totidem verbis.i.vt nihil additum,nihilq; detractum sit. Neq; feci ita vt

adducere

adducerem te ad arbitriũ meum.i.corã te redderẽ, tales rationes, quales vellẽ, ſed tribui tibi tm̃.ſ.obſeruantiæ, quantũ nunq̃ pœnitebit me tribuiſſe. Tradidi.n.tibi.ſ.diſcutiendum totũ ſcribam meũ.ſ.Tullium, quẽ video eſſe ſuſpectũ nunc tibi. tu adiunxiſti ei.ſ.ſcribæ meo M.Mindium fratrem tuũ, & rationes ſunt confectæ.i.cõſummatæ tecũ me abſente. ad quas ego nihil adhibui præter lectionẽ: ita.n.accepi librum à ſeruo meo ſcriba, vt acceperim eundẽ à fratre tuo, nullo.ſ.immutato. Si is fuit honos, ego nõ potui habere tibi maiorẽ.ſ.honorem: ſi fides.i.credulitas, & bona ęſtimatio de te ſup.fuit, ego habui tibi maiorẽ, ſcilicet fidem.i.plus tibi credidi, penè.i.quaſi, q̃ mihi ipſi. Si fuit prouidendũ ne quid referretur.i.recẽſeretur, cõputaretur aliter, ac.i.q̃ honeſtum & vtile eſſet tibi, non habui, ſup.aliquem, cui darẽ potius id negotij, q̃ Tullio ſcribæ.ſ.meo. Quidem.i.vt cęteta omittã, certe illud factum eſt, quod lex.ſ.Iulia iubebat, vt deponeremus.i.cuſtodiæ de relinqueremus, qm̃ ita erat neceſſe, apud duas ciuitates.ſ. Laodicenſem & Apamenſem pro Apameenſem, quæ videbantur maximæ prouinciæ illius, rationes cõfectas & conſolidatas.i.confirmatas. Itaq; rñdeo primũ huic loco me q̃ q̃ properarim.i.feſtinauerim iuſtis de cauſis.i.ob iuſtas cauſas deferre.ſ.Romam rationes, tñ fuiſſe expectaturũ te, niſi haberem.i.exiſtimarẽ rationes relictas in prouincia pro latis.i.tanq̃ latas. Quãobrem quod ſcribis de Voluſio, non eſt rationum.i.nõ pertinet ad rationes. Enim.i.quia, homines periti, & in his C.Camillus, cũ.ſ.ita ſit q́ eſt peritiſſimum omnium, tum.ſ.multo magis eſt amiciſſimus mihi, docuerunt nomen.i. debitum, non potuiſſe transferri à Valerio ad Voluſium, & ita prædes.i.fideiuſſores Valerianos, teneri.i.obligatos adhuc eſſe. neq; id erat.i.nõ tenebãtur, vt ſcribit, ſeſtertijs triginta.i.lxxv. libris. ſed nouẽdecim ſup.ſeſtertijs.i.xlvij. libris cũ ſemiſſis. nã ſeſtertius aut ſeſtertiũ dr̃ quaſi ſemitertium.i.duo cũ dimidio tertij, vt ſeſtertia ſint quinque libræ. Enim.i.quia, pecunia erat curata.i.cũ cura aceruata noie Valerij mancipis.i.qui eã rem à populo manũ leuatam tenẽte redemerat, ex qua pecuuia quod erat reliquũ.i.non debitũ Valerio, retuli in rationibus.i. vt dr̃r, cõputis. Sed tu priuas me ſic.ſ.ſentiendo aut cẽſendo de me, fructu liberalitatis & diligentiæ, & quod licet ſup.dico, tñ minime laboro.i.nequaquã curo, etiã mediocris prudentiæ. Liberalitatis, inquã, fructu me priuas, q́ mauis.ſ.dicere legatũ meum, & Quintum Leptã præfectũ meum leuatos.i. liberatos, maxima calamitate, beneficio ſcribæ mei.ſ.Tullij q̃ meo, præſertim cum ipſi nõ deberent eſſe obligati. Diligentiæ, q́ exiſtimas me nec ſciſſe, nec cogitaſſe quidquam de tãto officio meo, & ẽt de tãto periculo. Prudentiæ repete fructu me priuas, cum putes rem ne cogitatam quidẽ à me nõ inſipienter, aut lege actam, ſic cũ putes rem actã à me non inſipienter, nec cogitatã quidem. Nã & conſilium liberandi Voluſij fuit meum, & vt mulcta.i.pœna tã grauis depelleretur prædibus.i.fideiuſſoribus Valerianis, & ipſi Tiro Mario. ratio.i.via, eſt inita.i.inuenta à me, quã quidem.ſ. rationem oẽs non ſolũ probant, ſed etiã laudãt: quod plus eſt. Etſi vis ſcire verũ, ego intellexi hoc nõ placere nimiũ vni.i.ſoli, ſcribæ meo, cui tñ Rufus iam accepta tulerat, dicens ab eo, non à Cic. acta. Sed ego putaui eſſe viri boni.i.pertinere ad virũ bonum, cum ſeruaret populũ ſuum, conſulere.i.proſpicere, debito conſilio & prouidentia, fortunis & facultatibus tot amicorũ vel ciuium. Nã ita actũ eſt de Lucceio, vt auctore Cn.Põpeio iſta pecunia.ſ.q̃ mihi obijcis, poneretur in fano.i.ęde ſancta, vbi publica aſſeruabatur pecunia. Ego agnoui id omne factum iuſſu meo, qua pecunia Põpeius eſt vſus, vt tua.i.tanquã à te depoſita: q̃ tñ Sextius depoſuerat. Sed ego intelligo hæc nihil pertinere ad re. Ego ferrem illud moleſte, videlicet me nõ animaduertiſſe, vt adſcriberem.ſ.ad rationes conſolidatas depoſuiſſe iuſſu meo pecuniã in fano, niſi iſta pecunia eſſet teſtata.i.corroborata & munita grauiſſimis & certiſſimis monumentis.i.teſtimonijs, cui data eſſet, quo ſenatuſcõſulto, q̃bus literis tuis, & quibus literis meis eſſet tradita P.Sextio. Quæ.ſ.omnia cũ viderẽ impreſſa tot veſtigijs.i.tot ſigillis ſignata, quæ imprimendo ſignant, vt non poſſit errari.i.error fieri in his: nõ adſcripſi id.ſ. te iuſſu meo depoſuiſſe eã pecuniam, quod nihil referebat.i.intereat tua: ego tñ mallem adſcripſiſſe, qñ.i.qm̃, video te deſiderare id. Sicut ſcribis id eſſe referendum.i.reddendũ & computãdum contra deputatis, vt dñt, tibi.i.à te, ipſe.i.ego ſentio idem: neq; rationes ſup.quæ, diſcrepabunt quidquam i.in aliquo à rationibus meis. Tu.n.addes.ſ.adſcripta de rõnibus noſtris meo iuſſu.ſ.te depoſuiſſe aut feciſſe: quod ego nunq̃ addidi: nec cauſa eſt, cur negem.ſ.addi poſſe: nec, ſi cauſa eſſet, & tu nolles.ſ.eã cãm eſſe, negarẽ. Nam de nongentis.i.nouies centum millibus ſeſtertium, ſunt qui ſeſtertijs ſcribãt, ſed puto Cic. ſeſtert. dũtaxat ſcripſiſſe, aut alijs ſignis eam ſummã expreſſiſſe. Verũtamẽ quia numeralia petunt genitiuũ ſyncopatũ, & neutra habentia ſingularẽ in um, nolunt ſyncopari, ideo fere legimus expenſum quadragies ſeſtertiũ, vt ſit ſingularis numeri. legi tñ põt ſeſtertium per ſyncopã hoc loco, quia & ſeſtertius dr̃. certe relatum eſt.i.ſcriptum in lib. rõnum ita vt tu ſup. voluiſti, ſiue vt frater tuus referri voluit. Sed ſi quid eſt, qñ.i.qm̃ parum gratioſum.i. plauſibile eſt de Logeo.i.quod ſcribis de Logeo.i.ratiocinatorio. λογεῖον.n.ratiocinatoriũ, ſeu locus referẽdarum rationũ dr̃. λόγος ratio: quod ego poſſum corrigere etiãnum in rationibus referendis: de eo nõ ſum vſus * mihi.i.ad placitũ ad cõmodum meũ, ſenatuſcõſulto.i.decreto ſenatus. ſunt qui legant viſurus ſed oia ſunt obſcura. conſiderandũ eſt quid liceat per leges: certe quidquid leges aut ſenatuſcõſulta permittant, non oportuit efferre.i.extollere te ita.i.tantopere, in pecunia exacta ex meis rationibus relatis.i.iam redditis. Niſi quid.i.aliquid iuris fallit me, ſunt.n.peritiores in legali ſcientia, ſup.q̃ ego. Caue dubites illud.ſ.quod ſequitur, quin ego faciã oia.ſ.quæ reſtãt adhuc, quę exiſtimẽ.i.iudicẽ, intereſſe.i.in re & vtilitate eſſe tua, aut etiam te velle, ſi poſſim facere vllo modo. Quod ſcribis.i.quãtum ad id, quod ſcribis, de beneficijs.ſ.delatis nõ per te. Solebat.n.imperatores peracta prouincia denũtiare, qui ſe præclare geſſiſſent in bellis, vt à ſenatu populoq; R. præmijs donarẽtur: quod cũ faciebat imperator, dicebat beneficiũ facere, ne ad hoc obligatus puteretur. id aũt voluiſſet Rufus p ſe factũ fuiſſe. vnde dicit Cic. ſcito tribunos militares & præfectos, & cõtubernales duntaxat meos eſſe delatos.i.denũtiatos à me, in quo quidẽ ratio.i.ſupputatio fefellit me, quia debuiſſem etiã Rufum & alios denũtiaſſe: aut rõ.i.opinio. exiſtimabã.i.liberũ tẽpus, ad deferendos.i. denuntiandos eos, dari mihi: poſtea ſum factus certior neceſſe eſſe deferri triginta diebus.i.poſt triginta dies q̃bus.i.poſt quos retuliſſem rõnes. Tuli ſanè.i.valde moleſte, illa beneficia.ſ.denuntianda, nõ eſſe reſeruata potius ambitioni.i.cupiditati honoris tuæ, q̃ meæ, qui.ſ.ego, nihil vterer ambitione. Tñ res eſt in integro.i adhuc ſui iuris ſine præſcriptione tp̃is de centurionibus & cõtubernalibus.i.cohabitatoribus tribunorũ militariũ. genus.n.horũ beneficiorũ nõ erat definitum.i.limitatum, lege. Reliquũ.ſ.querelæ tuæ, eſt de centũ millibus ſeſtertiũ, aut de ſeſtertijs centies mille. legũt tñ quidã de ſeſtertijs centũ millibus forte ſignis deluſi, cũ ſcriptũ fuerit C.M. Vallæ.n.nõ videretur conſtare rõ congruitatis, vt dicatur millibus ſeſtertijs, cũ mille declinatũ ſit ſubſtantiuũ genitiuũ exigens. Viſi tñ ſunt Liuius, & quidã alij nõ multũ differenter loqui ab eo quod eſt in euangelio, duodecim millia ſignati. de q̃bus memini literas eſſe allatas mihi à te Smyrna.i.ex eo oppido, in quo tũc eras, literas dico errati nõ mei, ſed tui, in quo videbatur eſſe peccatũ, ſi modo erat.ſ.peccatũ literis tui & Tullij, qui inter ſe rõnes ſupputauerant, ſed qũo erit erratũ Rufi.ſ.fratris, & Tullij, nẽpe & Rufus, cui nõ debebat, Ciceroni imputabat. Alij legũt, erat, vt ſit, non erat mei, ſed tui, in quo, &c. ſed Cic. diceret meũ & tuũ, &c. Sed cum id.ſ.erratũ, nõ poſſet corrigi, q́.i.quia deceſſimus ex prouincia rõnibus depoſitis, iam.ſ.apud Laodiceã & Apameã, credo equidem reſcripſiſſe tibi q̃.i.quantũ, potui humaniſſime, pro voluntate.i.beneuolẽtia animi mei, & pro ea ſpe facultatum.i. diuitiarum, q̃ habebamus tum.i.tunc, in proprijs diuitijs, quas Terentia paulo poſt diſſipauit. Scripſiſſe aũt vr̃, ſi quid erratum fuerit in publicis rõnibus, id ſe de proprio repoſiturum. Sed puta.i. exiſtima, te obligatũ.i.deuinctũ non fuiſſe tum.i.tunc, humanitate literarũ mearum, neq; me accepiſſe hodie epiſtolã.ſ. tuam, de centum ſeſtertijs, non relatis, ſicut ij, quibus epiſtolæ ſunt moleſtæ, per tp̃a.ſ.periculoſa, accipiunt.ſ.epiſtolas, hoc eſt in deteriorem partem. ſimul debes cogitare illud me depoſuiſſe Epheſi apud publicanos.i.publicanorum veſtigalium redẽptores, oẽm pecuniã, quæ peruenisset ad me.i.ad poſſeſſionẽ meã, ſaluis legibus: & debes cogitare id.ſ.pecuniæ fuiſſe vigintiduo millia ſeſtertiũ, aut, & vicies mille ſeſtertia. Sunt qui legunt ſolummodo vigintiduo ſeſtertia, ſed qũo diceret eam oẽm pecuniam & Rufum debere de centum ſeſtertijs, æquo animo ferre, quaſi de longe minori ſumma, aut qũo ad imperatorẽ non niſi vigintiduo ſeſtertia pertinerent, & Põp. abſtuliſſe oẽm eam pecuniam. quod ſiue ego fero æquo animo, ſiue iniquo, tu debes ferre ęquo animo de ſeſtertijs centũ per errorẽ non abductis, & exiſtimare eo minus, quia ablata erat tota pecunia, perueniſſe ad te, vel de cibarijs tuis.i.tibi ab imperatore debitis, vel de liberalitate mea, q̃ tibi impendiſſem, quod ſi tuliſſes expẽſa mihi iſta centum ſeſtertia.i.ſi cõputaſſes ea tanquã expenſa & à me recepta

non recte Aſcenſius, vt ſæpe ſolet, hunc locũ exponit

recepta,hoc est si ea pro me exposuisses,& in rationē retulisses, tamen quæ.i.ea,est suauitas tua,quique.i.& qui, hoc est & is est amor.s.tuus in me,tu nolles accipere * æstimationem.i.valorē, centū sestertium,à me hoc tempore.s.tam calamitoso mihi.nā si curem numeratum sup.reddere,non erat. Sed putato me iocatum.i per iocum scripsisse hæc, vt ego existimo te.s.iocatum. Ego tamē eum Tullius.s.scriba,redierit rure, mittam eū ad te, siquid putabis pertinere ad rem.i.commodum suū. Nulla causa est,cur non velim hanc epistolam scindi.i.lacerari.

expone,possessionem lege Cæsaris æstimatam.

PAVL. MAN.

M. Tullius,scriba meus} hic est M.Tullius,cognomēto Laurea,Ciceronis libertus, qui Academiā villā versibus,quos recitat Plin.lib.31.celebrauit.} Meo seruo scribæ} tollenda vr̄ dictio,seruo,vt glossema ab imperito additū, qui putauit scribā Ciceronis esse seruum, cum libertus esset.quod perspicuū est,cū M.Tullius appelletur. }Quàm scribæ meo} vetusti libri habent,q̄ darē.vnus tn̄ est, & is quidē oīum ferè optimus,in quo scriptū sit,q̄ tibi.ego ita cōiicio; cum olim in vetere libro scriptū esset,q̄ Tullio, librarios fecisse,q̄ T; vt vna litera,quēadmodum etiā in titulis epistolarum,Tullij nomē significarent · quod imperitiores postea,cum ignorarent,scripsisse,q̄ tibi.vt fortasse ita sit legendū,cui potius id negotij,q̄ Tullio,darē.voces illæ certe,scribæ meo,vetustis in libris nō leguntur.} Legatū meum, præfectumq; Q.Leptam} induxi has duas dictiones Q.Leptā : primū,ꝙ in antiquo libro nō sunt : deinde,ꝙ Ciceronē,si præfecti nomen ponere voluisset,legati fuisse omissurum,verisimile non est. postremo cur nomen ponat,cum ad Messiniū quæstorē suum scribat, qui & præfectum,& alios,qui cū Cicerone in Cilicia fuissent, optime nouerat?} Vt tua,q̄ tu deposueras,Sextius} hæc est antiquissimi libri lectio : ex qua nihil immutandū.est aut sensus.q̄ ego pecuniam deposui,Pōpeius abstulit: q̄ tu,Sextius quod vero de tua, qua Sextius est vsus,solicitus est,propterea ꝙ adscriptum cuperes,à te iussu meo esse depositā.de hoc,inquit,ꝙ labores, nihil est : erit.n.S.C.erunt tuæ literæ,quæ pecuniā istā Sextio traditam esse testabuntur.} In pecunia exacta ita efferre} ex varietate duorū exēplarium hæc lectio sumpta est.cuius hic est sensus. Prouinciæ rationes Cicero retulerat.id eius quæstor Rufus,se absente,fieri noluerat : pecuniæ.n.nescio quid à se in prouincia exactum in libro rōnum scribi cupiebat,existimans,nisi id cum reliquis Ciceronis rationibus referretur,eius rei potestatem se deinceps non habiturū.quod ei fuisset inuidiæ,quasi publicā pecuniam voluisset auertere.itaq; cōmotus est. Cicero aūt nō esse ait,cur irascatur.nā licet ipse rationes iam retulerit, Rufo tn̄ facultatē non adimi de pecunia referendi, q̄ exegisset, in pecunia,inquit,à te exacta non ęquū fuit,ex eo,ꝙ ego meas orationes retulerim,vt ita te efferres,itaq; me cum insolenter, & iracunde ageres.neq;.n.cur id facias,causa vlla est : nisi quid me fallit : sunt.n.alij peritiores.} Delatos esse} magistratus è prouincia reuersi,post relatas rōnes, eorū nomina ad ęrarium deferebant, quorū opera reip.videretur vtilis fuisse.deferebant aūt ex ijs,quos secum adduxerant.in quo erant ambitio quædam, nā ostendere volebant,cohortem apud se fuisse hominū leuissimorum,qui beneficia in remp.cōtulissent.ideoq; dicebatur,deferre in beneficijs,ꝙ is,qui deferebat,quasi beneficiū aliquod deferre videbatur.hinc illud in oratione pro Arch.in beneficijs ad ęrarium delatus est à L. Lucullo prætore,& consule. Et pro Balbo,In prætura,in consulatu præfectū fabrum detulit. Quod autē infert, MOLESTE TVLI NON ILLA BENEFICIA TVAE POTIVS AMBITIONI RESERVATA ESSE, QVAM MEAE : ideo dicit,quia Rufus deferre & ipse voluisset. ex quo apparet,deferēdi ius & quæstores habuisse.quod etiā declaratur mēbro proxime subsequenti, DE CENTVRIONIBVS RES EST IN INTEGRO q.d.poteris deferre,si voles.nā delati à me nō sunt,qm̄ hos qdē xxx.diebus deferre lex nō cogebat.} Ex prouincia decessemus} vetusti libri oēs,decessimus,habent.nos,vna litera i,in e,cōmutata,decessemus,scripsimus.ante,decessissemus,legebatur.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatur Messinium, vt honestarum disciplinarum studio tædium malorum & periculoserum temporum discutiat, & eum miserijs & luctibus oppressum, consolando, quantum potest, erigit, suadet etiam, ne in vrbem redeat, sed dulci secessu musarum fruatur.

CICERO S. D. L. MESSINIO. XI

idem aliter epist. 12. lib. 6.

G R A T A E *mihi tuæ literæ fuerunt : ex quibus intellexi, quod etiam sine literis arbitrabar, uidendi mei te summa * cupiditate affectum esse. quod ego ita libenter accipio, ut tamen tibi non * concedam. nam, tecum esse, ita mihi commoda omnia, quę opto, contingant, ut uehemēter uelim. etenim, cum esset maior & uirorum, & ciuium * bonorum, * & iucundorum hominum, & * amantium mei copia, tamen erat nemo, quicum essem libentius, quàm tecum, & pauci, quibuscum æque libenter : hoc uero tempore, cum alij interierint, alij absint, alij mutati uoluntate sint, unum mediusfidius tecum diem libentius posuerim, quàm hoc omne tempus cū plerisq; eorum, quibuscum uiuo necessario. noli enim existimare, mihi non solitudinem iucundiorem esse. qua tamen ipsa uti non licet, quàm sermones eorum, qui frequentāt domū meam, excepto uno, aut ad summum altero. itaque utor eodem perfugio, quo tibi utendum censeo, literulis nostris, præterea etiam conscientia consiliorum meorum. Ego enim is sum, quemadmodum tu facillime potes existimare, qui nihil unquam mea potius, quam meorū ciuium, causa fecerim : cui nisi * inuidisset is, quem tu nunquā amasti, (me enim amabas) & ipse beatus esset, & omnes boni. ego sum, qui nullius uim plus ualere uolui, quàm honestum otium. idemq;, * cum illa ipsa arma, quæ semper timueram, plus posse sensi, quàm illum consensum bonorum, quem ego idem effeceram, * quamuis tuta conditione pacem accipere malui, quàm uiribus cum ualentiore pugnare. sed & hęc, & multa alia coram breui tempore licebit. neq; me tamen ulla res alia Romæ tenet nisi expectatio rerum * Africanarum. uidetur enim mihi res in propinquum adducta discrimen: puto autem mea non nihil interesse, quanquam, id ipsum quid intersit, non sanè intelligo; ueruntamen, quidquid illinc nuntiatum sit, non longe abesse à consilijs amicorum. est enim res ipsa iam in eum locū adducta, ut, quanquam multum intersit inter eorum causas, qui dimicant, tamen inter * uictorias non multum interfuturum putē: sed plane animus: qui dubijs rebus forsitan fuerit infirmior, desperatis confirmatus est multū: quem etiā superiores tuæ literæ confirmarunt: quibus intellexi, quàm fortiter iniuriam ferres : iuuitq; me, tibi cum summam humanitatem, tum etiam tuas literas profuisse. uerum enim scribam: teneriore mihi animo uidebare, sicut omnes fere, qui, uita ingenua, in beata, & libera ciuitate uiximus: sed ut illa secunda moderate tulimus : sic hanc non solum aduersam, sed etiam funditus euersam fortunam fortiter ferre debemus : ut hoc saltem in maximis malis boni consequamur : ut mortem, quam etiam beati contemnere debebamus propterea quòd * nullum sensum esset habitura, nunc, sic affecti, non modo contemnere debeamus, sed etiam optare. Tu, si me diligis, fruere isto otio; tibique persuade,* P R A E T E R *culpam, ac peccatum, quo semper caruisti, & carebis, homini accidere nihil posse, quod sit horribile, aut pertimescendum. Ego, si uidebitur recte fieri posse, ad te ueniam breui. si quid acciderit, ut mutandum consilium sit : te certiorem faciam statim. Tu, ita fac cupidus mei uidendi sis, ut istinc te ne moueas tā infirma ualetudine, nisi ex me prius quæsieris per literas, quid te uelim facere. Me uelim, ut facis, diligas, ualetudiniq; tuæ, & tranquillitati animi seruias. Vale.*

de cupiditate te.

bonitas, iucunditas, & amor causæ cur amemus. vnaq; esse cupiamus. vide epist. 24. lib. 9.

Pompeius.

Cæsariana.

etiā si esset minus honesta.

ex vna parte Cæsar fuit, ex altera Scipio, & Iuba rex.

vide epist. 9. & 14. lib. 4.

rerum humanarum nā immortales animos putat, idq; nititur probare in lib. de senect.

HVBER.

G R A T A E} In tumultu bellorum ciuilium, cum exercitus esset in Africa, rebus in potestatem Cæs. R. redactis, T. Messinius, mœrore oppressæ libertatis, secesserat rus, vt careret molestijs vrbanis tali tempore : scripserat autem ad Cic. se cupidum esse eum videndi. Itaq; rescribens Cic. dicit se ita arbitrari, ꝙ Messinius fuerit cupidus eum videndi, & si nihil

si nihil

ſi nihil ſcripſiſſet, quia & ipſe eſſet cupidiſſimus eum videndi. nam ſi ſemper libentiſſime cum eo fuit, cum haberet maiorem copiam amicos: multo magis nunc, cũ multos amiſerit, dicit ſe deſiderare eius conſuetudinem, quia in vrbe dicit Cice. ſe nihil habere, quo delectetur, præter literas, ad quas ſe retulit, & præter conſcientiam ſuorũ recte factorum, & conſiliorũ, quæ ſemper ſpectauerunt ad pacẽ & vtilitatem reip. Deinde conſolatur ipſum Meſſinium, vt forti animo ferat fortunam aduerſam. Poſtremo ſuadet, vt fruatur otio ſeceſſionis, neq; veniat ad vrbẽ. §Siue literis§ .ſ. tuis .i. etiã te nihil ſcribente, quia de tuo in me animo nunquã dubitaui. §Accipio§ admitto, credo. §Nõ concedam tibi§ non vincat à te, quia non minus cupio te videre, q̃ tu me. §Nam tecum§ ſenſus eſt: ita omnia, quæ opto, eueniãt mihi cõmunia, vt vehementer velim eſſe tecum. §Vt enim§ facit Cic. argũ validiſſimum, q cũ Meſſinio eſſe cupiat: quia ſi libẽtius cũ eo, q̃ cum cæteris omnibus eſſe conſueuit, cum erat maior copia bonorum virorũ & amicorum ſuorum; nunc, cũ pleroſq; amiſerit, dicit ſe libẽtius conſumpturũ cum eo vnum diẽ, quàm totum illud tempus cum eis, quibuſcum viuere cogitur. §Aeque libenter§ tam libenter .ſ. q̃ tecũ. §Abſint§ à patria vel voluntario, vel neceſſario exilio. §Mutati voluntate§ quia deſtiterunt nihil eſſe amici, & mutauerunt voluntatem, poſtq̃ fortunam meã mutatam viderũt. §Mediusfidius§ iurantis eſt. ſignificat aũt per Iouis filiũ. §Neceſſario§ neceſſitate coactus, nõ aũt voluntate. §Poſuerim§ proponã. §Solitudinem§ locum deſertũ. §Quàm ſermones§ qui non multũ habent, quod me delectet. §Perfugio§ refugio .ſ. §Literulis§ .i. ſtudio literarum. §Conſcientia conſiliorũ meorum§ ſubaudi, vtor. §Quàm meorũ ciuium§ id in propriũ eſt eius, qui reip. præſit, vt oĩa, quæ faciat, ad vtilitatem publicã & ſuorũ ciuiũ referat, oblitus cõmodorum ſuorũ. §Is§ Cæſ. ſignificat potius, q̃ Clodiũ, vel M. Antoniũ. §Ipſe beatus eſſet§ alij codices habẽt eſſes, quod magis probo, vt ſit, & tu ipſe, & oẽs alij boni beati eſſetis. §Vim§ violentiã. §Otium§ pacem. §Honeſtũ§ quod eſſet cũ honore noſtro. §Idem§ .i. ego idẽ §Illa arma§ ciuilia, quæ Cæſ. mouit. §Illum conſenſum bonorum§ .i. iudicium & voluntatẽ bonorũ ciuiũ. §Quem§ conſenſum. §Effeceram§ quia meis perſuaſionibus oẽs viri boni ad defenſionẽ patriæ cõſentiebant. §Quãuis pacem§ quãlibet etiã nõ ſatis honeſtã nobis. §Tota conditione§ .i. omni conditione. §Cũ valent.§ cũ potẽtiore. §Licebit§ .i. dabitur facultas. §Hæc§ ſubaudi, dicere. §Expectatio rerũ Africarũ§ vt intelligã, qui finis ſit illarũ rerũ. erant .n. tũc exercitus Romani in Africa. §Tenet Romæ§ facit nũc me eſſe in vrbe. §Propinquum diſcrimẽ§ in propinquũ periculum, quia breui alter vincetur. §Intereſſe mea§ ad me pertinere. §Quanquam§ correctio quædã. §Illinc§ ex Africa. §Abeſſe diſſ.§ ſubaudi intelligo. §Cauſas§ bellorum. §Multum intererſit§ quia altera .ſ. Põpeij eſt honeſta, vtpote pro rep. altera .ſ. Cæſaris turpis eſt cõtra patriam ſuã. §Inter victorias§ quia vter vicerit, video victoriã fore crudelẽ. §Deſperatis§ ſcilicet rebus. §Cõfirmatus§ quia deſperatio plerunq; addit fortitudinẽ. §Quem§ animũ meũ. §Iuuit me§ placuit mihi, gauiſus ſum. §Literas tuas§ quas didiciſti .i. doctrinam tuarum literarum. §Profuiſſe tibi§ ad te conſolandũ. Scripſerat ad eũ Meſſ. ſe accepiſſe magnũ fructũ ex ſtudio literarũ ſuarũ, quæ eũ multum conſolatæ fuerant. §Verũ .n. ſcribã§ non aſſentabor tibi, ſed dicam tibi verum. §Teneriore§ pertenero .i. molli, & imbecillo ad reſiſtendum doloribus. §Ingenua§ libera. moleſtius .n. ferunt ſeruitutẽ, qui nati ſunt ingenui, & duxerũt vitã ingenuã. §Beata§ opulenta, quæ alijs imperabant. §Funditus§ penitus, radicitus. §Euerſam§ deiectam. §Hoc bonum§ .i. hoc bonum, & hoc commodũ. §Contẽnere§ paruifacere, non timere. §Nullum ſenſum§ qui poſt mortẽ nihil mali ſentire poſſemus. §Sic affecti§ ſic dipoſiti, ſic infelices. §Sed etiam optare§ eligere, vel etiã deſiderare. ita .n. vr ſuadere philoſophia, vt ſupra dixit in multis locis. §Fruere§ delectare, fructũ cape. §Iſto otio§ quem habes, dũ abes ab vrbe. §Tibi perſuade§ ſimile eſt illud ſupra ad P. Sextiũ: & illud adiunges, homines ſapientes turpitudine, non caſu & delicto ſuo, non aliorum iniuria commoueri. §PRAETER culpã, ac peccatũ§ .i. niſi quid deliquerit & peccauerit §Nihil§ neq; amiſſionẽ fortunarum, neq; exilium, neq; mortem, neq; cętera ſimilia. §Mutandũ conſilium§ mutanda deliberatio .ſ. veniendi ad te. §Tu ita fac§ concludit epiſtolam ex ſententia principij, quia, ſupra dixerat Meſſinius ſe eſſe cupidũ videndi Cice. ſcribit Cic. vt ita ſit cupidus eum videndi: vt tamen non diſcedat ex loco, vbi erat, præcipue quia non bene habebat. §Infirma§ imbecilla. §Quæſieris§ interrogaueris. §Per literas§ ſcribẽdo ad me. §Seruias§ indulgeas, ſis intentus. §Tranquillitati animi§ vt careas moleſtijs, & ſis animo tranquillo.

GRATAE§ Acceperat Tul. à T. Meſſinio ciue Rom. literas, quibus certior factus quanta ille videndi Cic. cupiditate fuiſſet affectus, his eum alloquitur, quibus talem erga ſe animum ſibi vehemẽter gratum eſſe ſignificat, dicitq; non minori deſiderio ſe teneri videndi eius. Et qm̃ quæ acciderunt reip. non niſi moleſte ferre poterat, nõ nihil etiã de his miſeris temporibus querelarũ adiungit, & rerum Africanarum exitũ expectare. illuc .n. ſe cõtulerat exercitus Pomp. occupata rep. Et ob hanc rem ſolum Rom detineri ſe dicit & ibi nihil aliud ſe habere cõmemorat, quo delectetur, q̃ literas & conſcientiam mentis ſuæ ad pacem ſpectantis & vtilitatẽ reip. Hortatur inde amicum, otio fruatur ſuo, & quiete viuat ruri, ne Romam veniat: & ipſe, ſi videbitur recte fieri poſſe, ad illũ ſe iturum pollicetur. Seceſſerat .n. ab vrbe Meſſinius, & ruri ſe tenebat, ne ea videret quæ in vrbe oppreſſaq; rep. gerebantur. §Accipio§ admitto, intelligo. §Non concedam§ non abs te vincar, vt magis tu me videre cupias q̃ ego te. §Nam, tecum§ ordo eſt, nã ita omnia, quæ opto, contingant mihi communia, & vehementer velim eſſe tecum. §Vt .n.§ argumentum à cõparatione aliorum, quo demonſtrat libentius cum eo eſſe velle q̃ cum omnibus alijs. nam, cum eſſet ei maxima amicorum copia, iucũdius erat ei cum Meſſinio viuere, q̃ cum quouis alio. Nunc vero in tanta paucitate amicorum multo magis & libentius ſe cõſumpturum dicit vnum diẽ cum Meſſinoi, q̃ omne tẽpus cum pleriſq; eorum, quibuſcum neceſſario viuere cogebatur. §Quàm tecum§ præponit ipſius conſuetudinem omnibus alijs. §Aeque ſic§ vel tam. §Alij§ repetitio. §Interierit§ maior pars perijt in bello ciuili. §Alij abſint§ in Hiſpania, & Libya, vel alibi in exilio. §Mutati voluntate§ quod receſſerunt ab amicitia, & ſe mutauerunt cum fortuna. Voluntatis autem effectus eſt ipſa ratio. Nec voluntas dici poreſt ſine ratione: & voluntas pro fauore ſæpe ponit. Terent. Voluntas noſtra ſi ad poetam acceſſerit, date operã. At voluptas cum p, ſcriptum nomen, quo Græci ἡδονὴν vocant, tam in bonam, q̃ in malã partem accipimus, cuius genera ſunt tria. Vnum naturale & neceſſariũ. Alterum naturale & nõ neceſſarium. Tertium neq; naturale, neq; neceſſariũ, quæ neq; à natura data ſunt, & ſine illis vitam quiſq; poſſet viuere. §Mediusfidius§ iurantis aduerbium, & cõpoſitum videtur με, quod eſt apud Græcos per, vt μὰ δίος χοιρὸς, & δίος, cuius nominatiuus eſt ζεύς, & fidos, quod antiqui pro filius dicebant. Nam loco ſ, literam d, ponebant. Vnde mediusfidius ſignificat per Ionis filium, & intelligimus Herculẽ. pleriq; tñ intelligunt per diui fidem, non nulli per diuini temporis fidem, cuius opinionis eſt Pomp. §Plerisq;§ antiqui plerus rarum dicebant. Iuniores veroq; coniunctionem adiunxerũt, ſignificatione nominis non mutata, vt pleruſq;, pleraq;, plerunq; §Solitudinem iucundiorem§ iucũdius eſſet mihi eſſe ſoli q̃ cum iſtis verſari, qui frequentant domum meam, & eos vitare non poſſum. illos intelligebat, qui cum Cæſ. victores fuerũt. §Literulis noſtris§ ſtudijs literarum. hæc erant profugia moleſtiæ Cic. & ſolamẽ mali. §Conſcientia conſiliorũ§ quæ ſemper fuerunt ſalubria reip. Recordatio autem multorum benefactorum iucundiſſima eſt. §Mei cauſa§ q feciſſet potius pro ſalute communi, q̃ pro ſeipſo. huiuſmodi inſtituto eſſe debet regentis remp. vt omnia, ad remp. & vtilitatem cõmunem pertinentia, ſuis proprijs cõmodis præferenda exiſtimet, vt Cic. facere conſueuit, & Brutus patriæ libertatẽ filijs non pepercit. §Quem tu nunquam amaſti§ Cæſarem dicit. §Ipſe beatus eſſet§ Cæſarem intelligit. nam & ipſe quoq; fuiſſet beatus in rep. non oppreſſa, & omnes homines boni publica libertate contenti. Multi legũt eſſes, vt ſit ſenſus, q tu & omnes boni beatiq; eſſetis. §Vim§ violẽtiã. §Otiũ§ pacem. §Honeſtum§ pro dignitate ſenatus §Aut vim§ potentiam. §Ego honeſtum otium§ literarum ſtudium, quod pluris faciebat, q̃ Cæſ. potentiam, ſed melior ſenſus prior. §Arma§ Cæſ bella ciuilia. §Bonorum§ ſenatorum. §Effeceram§ conſilio enim Cic. effectum fuit, vt omnes boni viri ad defendendam patriam ſentirent. §Quãuis pacem§ quamlibet pacem honeſtam, aut inhoneſtam pro volũtate victoris. §Tota§ pro omni. §Quã viribus cum valentiore pugnare§ rectum, & ſacrum conſilium, ſed non auditum à Pomp. Melius .n. erat quacunq; conditione pacem accipere q̃ pugnare, & vinci. §Licebit hæc§ poterimus hæc alias dicere. §Rerum Africanarum§ illuc .n. Scipio, Iuba, Cato, vt renouarent bellum acceſſere. §Diſcrimen§ nunc periculum, alias differentiam ſignificat. Vnde diſcretum diuiſum dicimus. In quo caue ne erres, & hominẽ diſcretũ dicas pro modeſto, vt multi inepti in epiſtolis dñt, vt Paulo diſcreto viro ſalutem.

PHIL.

Voluntas.
Voluptas.

Mediusfidius.

tem. {Quanquam} correctio est. {Id ipsum} expectare rerum Africanarum euentú. {Nnn sane} non valde, intelligo, qm̄ si illi in Africa vicissent, non tñ ex eorũ victoria libertas in rep. seruaretur ex vitio victoriæ. {Quod} subiungit tñ inter victorias nõ multum interfuturũ putẽ. {Quanquam} correctio est. {Illinc} ex Africa. {Abesse} dissentire, & sup. intelligo. {Intersit} differẽtia sit. {Causas} qm̄ Pomp. honesta, Cæs. inhonesta. {Desperatis} Vna salus victis nullam sperare salutem Desperatio. n. confirmare, & fortes reddere victos solet. {Iniuria} magna & parua. contumelia vero semper magna. iniuriæ sunt, vt in inquit Cic. quæ aut pulsatione corpus, aut conuicio aures, aut aliqua turpitudine vitam cuiuspiã violat. {Iuuitq; me} delectauit me. {Profuisse tibi} vtiles fuisse ad consolandum. nam Messinius Cic. scripserat, q̄ ex studio literarum magnam ipse consolationem capiebat in ferenda iniqua fortuna. {Literas tuas} doctrinam dicit, qua fortiter iniuriam perferendam didicit. {Verum} nunc veritatem. {Teneriore} quasi molli, & effœminato à perferenda aduersa. {Ingenua} grauius. n. ferunt seruitutẽ qui nati sunt liberi, q̃ qui serui sunt. {Illa secunda} vt Sulp. Vidimus aliquoties secundam pulcherrime te ferre fortunam, fac aliquãto intelligamus aduersam quoq; te æque ferre posse. {Aduersam, euersam} agnominatio est cõmutatio literarum. {Hoc boni} hoc bonum. s. vt mortem optemus, cum mors sit omnium malorum finis, quam etiam debent contemnere non solum miseri & infelices vt nos sumus. {Saltem} saltem & saltim differũt.

Saltem
Saltim


Maxima profecto inest vtilitas in cognoscendis vocabulorum differentijs, vt pro verborum qualitate eloqui possis. Saltem à captiuorum voce sumptum est, qui cum salutem petere volebant, ex festinantia sermonis saltẽ dicebant. Saltim vero à saltu nominatum est. {Nullum sensum} vt Epicurei sentiũt, quibus cum morte omnia extinguuntur, nec remanẽt sensus. {Sic affecti} infelices, & dispositi, vt omnia in reip. ornamẽta sint nobis extincta. {Pertimescẽdum} nihil potest, inquit, homini pertimescendum accidere nisi culpa, & peccatum, sed hoc tu timere non potes, in quo nulla vnquam fuit culpa, nec futura est. eadem ferè sententia est ad Sext. homines sapientes turpitudine non casu, & delicto suo non aliorum iniuria commoueri. {Mutandum consilium} veniẽdi ad te {Tu ita} s. admonet, quid pro sua valetudine faciendum sit. Nanq; eum non recte valere senserat. & quia dixerat se teneri cupiditate videndi Cic. admonet, ne discedat prius, quàm ab eo factus sit certior.

ASCEN. GRATAE, &c.} In tumultu bellorum ciuilium cũ exercitus esset in Africa, rebus in potestatẽ Cæs. Romæ redactis, L. Messinius in mœrore oppressæ libertatis secesserat rus, vt interea molestijs vrbanis leuaretur: scripserat aũt se Cic. videre velle: ad quod Cic. amice rescribit, dicẽs, Literæ tuæ fuerunt mihi gratæ, ex quibus intellexi, q̄ etiam arbitrabar sine literis te affectum esse summa cupiditate videndi mei, quod ego accipio libenter, ita tñ vt non concedam tibi. i. non vincar à te in consimili cupiditate, vtpote tui vidẽdi. Nam ita contingant mihi omnia communia, quæ opto. i. quæ ad rẽp. spectãt, quibus nihil gratius Cic. esset, vel omnia, quæ opto, eueniant mihi ita communia. i. mediocria, nisi commoda legendũ putemus, aut priorem rationem amplectandum, vt velim vehementer esse tecum. Vt enim. i. nam, vt. n. vna particula, nam vt aliter vacare videretur. dum. i. quãuis, esset maior copia & virorum & ciuium bonorũ, & hominum iucundorũ, & amantium mei. i. qui me amabant, tñ nemo erat, qui cum. i. cũ quo ego essem libentius, q̃ tecum, & pauci sup. erant, quibuscum. i. cũ quibus essem ęque libenter sup. ac tecũ: vero. i. sed, hoc tempore, cũ alij. s. ex amicis interierint, alij absint mutati voluntate, quia fortunam secuti mediusfidius. i. ita mehercules Iouis filius iudicet, aut mediante fide mea, ego posuerim libentius. i. cum voluptate maiore tecum vnum diem, quàm hoc omne tempus cum plerisq; eorũ, quibuscum. i. cum quibus viuo necessario, quia tẽpori inseruiendum erat, aut quia alios non habebat. Ego. n. nolim te existimare solitudinem non esse iucundiorem mihi qua tñ ipsa non licet vti, q̃ sermones eorũ, qui frequentant domum meam excepto vno, aut ad summũ altero. i. secundo. Itaq;. i. & ita quia nõ iubet versari cũ ijs hominibus qui Romæ sunt, ego vtor eodem profugio. i. lenimine curarũ, ad quod profugiũ, quo censeo. i. iudico, vtendum tibi, videlicet literulis nostris. i. studijs philosophiæ potissimũ, quæ literulas vocat aut modestiæ gratia, aut q̄ illis temporibus modica esse permittebantur, aut q̄ plus literarũ censeat in causis forensibus expendendũ, si liceat. Præterea. i. præter literulas nostras, vtor etiam. s. ad sedandam animi molestiam, conscientia consiliorum meorũ. i. eo q̄ mihi cõscius sum, nihil cuiquam cõsuluisse, vnde resp. iacturã fecerit. Et econuerso multa multis, quæ si sequi voluissent, resp. adhuc staret. Ego. n. sum is quemadmodum tu potes existimare. i. iudicare facillime, qui nihil fecerim vnquã potius causa mea. i. proprij cõmodi gratia, q̃ causa ciuium meorũ quod dicit quia consul & imperator iam tũ fuerat, aut quia vsitatũ est ciuiũ meorũ pro conciuiũ dici. Cui. s. mihi nisi is. s. Clodius, vt opinor, potius quàm Cæsar, quẽ tu nũquid amasti, amabas. n. me, inuidisset, & procurasset. s. mittendũ in exiliũ, &. i. simul ipse esset beatus, & oẽs boni. Alij legũt beatus esses eo q̄ de Cæsare intelligũt, qui tunc beatus videbatur, & ita nõ diceret beatus esset, sed esses, verum de Cæs. nõ intelligi manifestũ est. nunq̃. n. Cic. apertas inimicitias cũ Cæs. habuit, qun circa potuit quis, vt etiã plures supra vidimus, vtrosq; amasse, cũ iam dictũ sit ideo Messiniũ nunquam amasse illũ, q̄ Cic. amabat. Ego sum sup. is qui nullius. i. non vllius, nõ volui vim. i. potentiã aut violentiã vllius valere plusquã otium honestũ, vt est literarum, idemq;. i. ego idem cũ sensi illa ipsa arma. s. Cæsaris, q̃ timuerã semper, posse plusquã illum cõsensum bonorũ. s. ciuiũ, quẽ. s. cõsensum, ego idẽ effeceram. cõuocatis. n. senatoribus Cic. ea fundamẽta pacis iecerat, quæ nunquã interrũpi posse videbantur. malui accipere pacem conditione, quãuis. i. quantũuis torta. i. violenta & iniqua, q̃ pugna viribus cũ valentiore. i. potentiore viribus. Sunt qui legant tota, vt sit, quãuis tota conditione pacis. i. nihilo detracto de cõditionibus pacis, quas Cæs. proposuerit. Sunt etiã qui tũ legunt ibi, idemq; tũ illa, &c. sed pluras cũ legunt. Sed licebit sup. nobis dicere aut disputare corã. i. in præsentia mutua, breui tẽpore. i. intra breue tempus, hæc. s. iam dicta & multa alia. Neq; tñ vlla alia res tenet me Romæ nisi expectatio rerũ Africanarũ. i. quid Cato & cęteri Põpeiani in Africa contra Cæs. fecerint. enim. i. quia, res vr mihi adducta in discrimen. i. periculũ propinquum, ita vt paucis diebus de summa rerũ in Africa cõcertandum sit. Autem. i. sed, ego puto nonnihil. i. aliquantulũ interesse. i. referre mea. s. vtra pars victoriã habitura sit, q̃q̃ nõ intelligo sanè. i. multum, quid idipsum. i. vtra pars vicerit, intersit. i. discriminis habeat. Veruntamen quidquid nunciatũ sit illinc. i. ex Africa, ego velim nõ abesse cõsilijs amicorũ. Res. n. adducta est in eum locum, vt q̃q̃ multũ intersit. i. differẽtiæ sit inter causas eorum, qui dimicant, quia melior est, Pompeianorũ fuisse victoriã. Sed planè. i. omnino, animus. s. meus, qui fuerit. i. permittamus, vt fuerit, forsan infirmior, rebus dubijs. i. cum res essent dubiæ, cõfirmatus est multũ rebus desperatis, quẽ sup. animũ, literæ tuæ superiores confirmarunt etiam. quibus. s. literis, intellexi q̃. i. quantũ fortiter ferres iniuriam, & iuuit. i. delectauit mecũ. s. ita sit q̄ iuuit me summã humanitatẽ tuam profuisse. i. vtilẽ fuisse tibi, tũ etiã sup. iuuit me literas tuas profuisse tibi. Scribam. n. verũ. Tu videbare mihi fuisse animo teneriore. i. multũ tenero, aut teneriorem, q̃ decuit, sicut ferè nos omnes, sup. videbamur fuisse, qui viximus vita ingenua. i. nulla seruitute notata, in ciuitate beata. i. opulenta, ac felici, & libera. Sed vt tulimus. i. portauimus, moderate. i. tẽperanter, illa secunda. i. prospera, & læta: sic debemus ferre fortiter hanc fortunã non solũ aduersam, sed etiam euersam funditus. i. à primis fundamẽtis, quantũ ad libertatẽ. Vt consequamur in maximis malis, saltẽ hoc boni, vt debeamus nunc affecti sic. s. desperatione salutis, aut libertatis, non modo. i. non solũ contemnere, sed etiam optare mortem: quam. s. mortẽ, nos debebamus contẽnere etiã beati. i. cũ essemus beati, propterea q̄ ipsa nullũ sensum esset habitura. quod dicit ſm Epicureos, quos tñ alibi reprehẽdit, nisi forte putemus propterea dicere, q̄ beatis tanta fuerit lætitia, vt tormenta mortis nõ sentiant. Vnde nõ dicit se in morte, aut post mortẽ, nullũ sensum habituros fuisse, sed mortẽ ipsam. Tu, si diligis me, fruere isto otio. i. cape fructũ, & voluptatẽ ex illo otio, quod nactus es: & persuade tibi nihil posse accidere, aut accedere. i. addi homini, quod sit horribile, aut pertimescendum, præter culpã, ac peccatum: qua. s. culpa, tu caruisti. i. vacuus fuisti & carebis semper. Ego veniã breui. s. tẽpore, ad te. si videbitur posse fieri recte, si quid acciderit, vt. i. ita, vt consiliũ sit mutandũ, ego faciam statim te certiorẽ. Tu fac sup. vt sis cupidus mei vidẽdi ita, vt ne. i. nõ moueas te istinc. i. ab isto loco valetudine sup. tua, existente tam infirma, nisi quæsieris prius ex me per literas, quid velim te facere. i. vt tu facias. Velim, vt facias, sup. vt diligas me, & seruias. i. inseruias valetudini tuæ, & tranquillitati animi. s. tui.

ETENIM cum esset} alij, vt. n. quam lectionem nos nõ admodum probamus: particula. n. vt, quæ respondeat. vnæ non erit. ex libro igitur scripto Bernardini Maffei, etenim, emendauimus. PAVL. MAN.



M. T. CICERONIS EPIST. FAMILIARIVM, LIBER SEXTVS.



ARGVMENTVM.

AVlus Torquatus post Pharsalicam cladem, dum inter Pompeianos, & Cæsarianos adhuc bella sæuirent, se, vt plerique alij, Athenas contulerat: vbi deflebat communes miserias, & valde angebatur cum de rebus suis priuatis, (erant enim accisæ, ac disperditæ) tum de rep. Eum itaq; Cicero hac epistola consolatur fere ijsdem rationibus, quibus supra Ser. Sulpicium, qui paulo ante ob consimilem causam etiam Athenas se contulerat, nunc tamē abfuerat, quod se dolere dicit Cicero Torquati causa, cum ex eius præsentia magnum fructum fuisset capturus. Operæ pretium autē esse, pro huius epistolæ intellectione, legere epistolam prius ad Seruium scriptā, quæ incipit, Vehementer te esse solicitum, &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

A. Manlium Torquatum, qui cum alijs Pompeianis in eadem erat naui, consolando hortatur, vt tempestates reip æquo bonoq; animo ferat.

M. CICERO S. D. A. TORQVATO.

adueræ, In principio huius epist. quater esse reperitum, esti, tamen quod in nobis vitio duceremus.



TSI ea perturbatio est omnium rerum, ut suæ quemq; fortunæ maxime pœniteat, nemoq; sit, quin ubiuis, quàm ibi, ubi est, esse malit: tamen mihi dubium non est, quin hoc tempore bono uiro Romæ esse miserrimum sit. nam etsi quocunq; in loco quisq; est, idem est ei sensus, & eadem acerbitas ex interitu rerum & publicarū, & suarū: tamen * oculi augent dolorem, qui ea, quæ cæteri audiunt, intueri coguntur, nec auertere à miserijs cogitationem sinunt. Quare etsi multarum rerum desiderio te angi necesse est: tamē illo dolore, quo maxime te confici audio, quòd Romæ non sis, animum tuum libera. etsi enim cū magna molestia tuos, tuaq; desideras: tamen illa quidem, quæ requiris, suum statum tenent, nec melius, si tu adesses, tenerent, nec sunt ullo in proprio periculo. nec debes tu, cum de tuis cogitas, aut præcipuam aliquam fortunam postulare, aut communem recusare. De te autem ipso, Torquate, est tuum sic agitare animo, ut non adhibeas in consilium cogitationum tuarum desperationem, aut timorem. nec enim is, qui in te adhuc iniustior, quàm tua dignitas postulabat, fuit, non magna signa dedit animi erga te mitigati nec tamen is ipse, à quo salus petitur, habet explicatam, aut exploratam rationem salutis suæ. cumq; OMNIVM bellorum exitus incerti sint; ab altera uictoria tibi periculū nullum esse perspicio, quod quidem seiunctum sit ab omnium interitu: ab altera te ipsum nunquam timuisse, certo scio.* Reliquum est, ut te ipsum, quod ego quasi consolationis loco pono, maxime excruciet, commune periculum reip. cuius tanti mali, quamuis docti uiri multa dicant, tamen uereor, ne cōsolatio ulla possit uera reperiri, præter illam, quæ tanta est, quantum in cuiusq; animo roboris est, atq; neruorū. si enim, BENE sentire, recteq; facere, satis est ad bene, beateq; uiuendum: uereor, ne eum, qui se optimorū conscientia sustentare possit, miserum esse, nefas sit dicere. nec enim nos arbitror, uictoriæ præmijs ductos, patriam olim, & liberos, & fortunas reliquisse: sed quoddam nobis * officium iustum, & pium, & debitum reip. nostræq; dignitati uidebatur: qui neq;, cum id faciebamus, tam eramus amētes, ut explorata nobis esset uictoria. quare si id euenit, quod ingredientibus nobis in causam propositum fuit accidere posse: non debemus ita cadere animis, quasi aliquid euenerit, quod fieri posse nunquam putarimus. Simus igitur ea mente, quam ratio, & ueritas præscribit; ut nihil in uita nobis præstandum præter culpam putemus: eaq; cum careamus, omnia humana placate, & moderate feramus. Atque hæc eo pertinet oratio, ut perditis rebus omnibus, tamē ipsa uirtus se sustentare posse uideatur. sed si est spes aliqua rebus communibus, ea tu, quicunq; status est futurus, carere non debes. Atq; hoc mihi scribenti ueniebat in mentem, meum esse, cuius tu * desperationem accusare solitus esses, quemq; auctoritate tua cunctantem & diffidentem excitare; quo quidem tempore non ego causam nostram, sed, consilium improbabam. sero enim nos ijs armis aduersari uidebam, quæ multo ante confirmata per nosmetipsos erant: docebamq;,* pilis, & gladijs, non consilijs neq; auctoritatibus nostris, de iure publico disceptari. Neq; ego ea, quæ facta sunt, fore cum dicebā, diuinabam futura: sed, quod & fieri posse, & exitiosum fore, si euenisset, uidebam, id ne accideret, timebam, præsertim cum, si mihi alterutrum de euentu, atq; exitu rerum promittendum esset, id futurum, quod euenit, exploratius possem * promittere. ijs enim rebus præstabamus, quæ non prodeunt in aciem: usu autem armorum, & militum robore inferiores eramus. Sed tu illum animum nunc adhibe quæso, quo me tum esse oportere censebas. Hæc eo scripsi, quòd mihi nunc Philargyrus tuus, omnia de te requirenti, fidelissimo animo, ut mihi quidem uisus est, narrauit, te interdum * solicitum solere esse uehementius. quod facere nō debes, nec dubitare, quin aut, aliqua; rep. sis * futurus, qui esse debes; aut, perdita, nō afflictiore cōditione, quàm cæteri. hoc uero tempus, quo exanimati omnes, & suspensi sumus, hoc moderatiore animo ferre debes, quod & in ea urbe es, ubi nata, et alta est ratio, ac moderatio uitæ: & habes Ser.* Sulpiciū, quem semper unice dilexisti: qui te profecto & beneuolentia, & sapientia consolatur. cuius si essemus & auctoritatem, & consilium secuti; togati potius potentiā, quàm armati uictoriam, subissemus. Sed hæc longiora fortasse fuerunt, quàm necesse fuit. illa, quæ maiora sunt, breuius exponam. Ego habeo, cui plus quàm tibi, debeā, neminem. quibus tantum debebam, quantum tu intelligis, eos mihi huius belli casus eripuit. qui sim autem hoc tempore,* intelligo. sed, quia NEMO est tam afflictus, qui, si nihil aliud studeat, nisi id, quod agit, non possit nauare aliquid, & efficere: omne meum consilium, operam, studium certe uelim existimes tibi, tuisq; liberis esse * debitum. Vale.

vide epist. 9. lib. 4.

cum iam ostenderim, esse de te ipso nihil esse timendum.

vide ep. 5. lib. 9.

in causa Pōpeiana.

ep. 7. lib. 4.

de Cæsaris victoria.

ep. 3. lib. 4.

in summa dignitate.

Achaiæ præfectum ep. 4. lib. 4. & 6. li. 1.

sine vlla. si auctoritate

deditum vē legendū, vt si aliqd nauaturū promittat.

NVBAR.

ETSI ea͡ꝫ Torquatorum gentem, in vrbe non obscurā egregia quadam gloria, & nominis titulo illustrauit primus. T. Man. ob detractum aureū torquem Gallo cuidam prouocatori Torquatus cognominatus. ex ea gente longa ordinis serie fuit hic A. Tor. ad quem nunc Cic. scribit. nam cum fuisset Pomp. bello Pharsalico, & potentiam tyrannidemq; Cæs. deductis rebus in magnam desperationem, cū adhuc per Pōp. & Cæs. assidue pugnaretur, contulerat se Athe-

Torquati

nar

nas: vbi deflebat communes miserias,& valde angebatur cum de rebus suis,tum vero de rep. Itaq; Cic. hac epist. eum consolatur,iisdē vero rationibus,quibus supra consolatus est S.Sulp. fuerant.n.ambo in eadē causa,ambo socij in bello, & ambo per ea tempora erant Athenis,licet hac epist.significet Cic.se intellexisse Ser.paulo ante Athenis discessisse, quod dicit se dolere Tor.causa,q ex eius consuetudine maximū fructum percipere potuisset. Sensus totius epist.erit clarior inspicienti epistolam, quam supra diximus scriptam ad Ser.quæ incipit, Vehemēter te esse solicitū. Et nos erimus minus verbosi in explanatione, quia quæ in multis superioribus epistolis diximus, superuacaneum videretur sæpius cōmemorare. Et sic sensus est: licet omnia ita sint perturbata, vt cuiq; displiceat fortuna, & conditio sua,& nemo sit contentus loco vbi est, sed potius cupiat esse in quo libet alio loco,q̃ in eo vbi sit: tñ non dubito quin hoc tēpore ita misero sit miserrimum viro bono esse Romæ. {Omnium rerum} & publicarū & priuatarum. {Fortunæ suæ} suæ cōditionis. {Pœniteat} pigeat. {Quin} qui non. {Vbiuis} in quocunq; loco. {Bono viro} cui iniqua displicent,& maxime calamitas reip. {Nam etsi} ratio est,quare viro bono miserrimū sit esse Romæ. Nam licet quisq;,quocunq; loco sit, habeat eūdem dolorem ex amissione rerū pub.tñ acerbius est videre, q̃ audire. {Acerbitas} angor, dolor. {Idem} similis. {Oculi} .i.sensus oculorum,quia certior aure arbiter est oculus. {Intueri} aspicere. {Auertere} declinare, amouere. {Multarum rerum} sicut est videre tuos frui fortunis tuis,frui solita dignitate, videre rēpub.in statu suo,& similiū rerum. {Confici} affligi. {Quòd Romæ} dolebat.n.præcipue Tor.q Rom.non esset. quod quidem dicit Cic.ei non esse dolendum. {Tuos} propinquos,& amicos. {Illa} .s.tui,& tua. {Tenent} retinent & conseruant. {Adesses} Romæ. {Proprio} præcipuo in quo alij non sint. {Postulare} exigere. {Præcipuam} f.quæ alijs non accidat. {Communem} quæ omnibus accidat. {Recusare} spernere. {De te ipso} iam demōstrauit Cic.quare Tor.angi non debeat propter suos,aut sua. Nunc ostendit quō debeat de seipso cogitare,& qualem animum de seipso habere debeat: dicit.n eum non debere,aut desperare,aut timere.& adducit rationes. {Agitare} versare, cogitare. {Nō adhibeas desperationem} .i.ne ita cogites de te ipso, vt spem amittas. {Nec.n.} ratio quare non sit adhibenda desperatio,quia Cæs.qui fuit iniustus in ipsum Torq.dedit magna signa animi sui mitigati erga Torq.& quia ipse Cæs.nō est certus salutis tuæ. {Is} Cæs. {Adhuc} hactenus. {Iniustior} quia adhuc non reuocauit te in patriam. {Nec tñ} q.d.cum alij ab eo petant salutem,& vitam,possent fortasse interire, itaq; non est desperandum. {Exploratam} certam: nondum.n.erat finis bellorum ciuilium. {Cumq;} posuit rationes, quare nō debeat desperare: nunc vero declarat quare non debeat timere.quia vtra pars vicerit vel Pōpeian.vel Cæs.dicit Torquatum non debere sibi timere. {Ab altera} Cæs. {Seiunctum} separatum. {Ab interitu omnium} à cæde & calamitate, immo pernicie omnium itaq; nihil accidet tibi,quod non accidat omnibus. {Ab altera} Pompeian. {Nunquã t.} quia semper ei fauisti. {Reliquū est} probauit Cic.q Torq.neq; propter suos,neq; propter res suas, neq; propter seipsum debet vehementer dolere,nunc remouet etiam ei dolorem ex parte reip.de qua Torq. vehementer angebatur. {Id ipsum} q.d.vt ex eo tu capias dolorē, & crucieris, quod ego pono loco consolationis. nam Torquatus ex cruciabatur,q periculum reip.commune esset: Cic.vero ex ea te cōsolationem capiebat,quia quod sæpius dixit,& dicet in epist.sequenti,non debemus recusare id periculum, quod est nobis cōmune cū multis. {Tanti mali} quod periculum reip.sit cū mune. {Docti viri} philosophi. {Vera} quæ possit omnino tollere dolorem. {Præter illam} .i.excepta illa consolatione, q̃ quisq; sibi ipsi præstare potest ex fortitudine, & magnitudine proprij animi. {Quantum roboris} quantum fortitudinis. {Neruorū} constantiæ. Si.n.sententia est Stoicorum,qui dicunt rectam cōscientiam & actionem bonorum etiam sine alijs adiumētis esse ad bene beateq; viuendum,& ipsam virtutem esse vnicuique pro premio: quia virtus propter seipsam expetenda est. hanc aūt sententiam Cic.frequenter vsurpat, & Virg. 1. Aeneid. Dij tibi si qua pios respectant numina, si quid vsquam iustitiæ est, & mens sibi conscia recti: Præmia digna ferant. {Bene sentire} rectam habere sententiam,neq; pretio, neq; metu, neq; alia re corrumpi,nec à veritate deflecti. {Recte facere} quia fm Cic. in 1.off. Virtutis omnis laus in actione consistit. {Non vereor ne sit nef.} .i.non dubito quin sit nefas. {Sustentare} sustinere, defendere. {Nefas} iniquum,& indignum. {Miserum} quia esset contra id,quod dixit,satis esse ad bene beateq; viuendū. {Victoriæ præmijs} vt per ipsam victoriam efficeremur ditiores & potentiores. {Reliquisse patriam} tunc cum discessimus, vt bello interessemus cum Pomp. {Olim} cū videremus vires Cæs. metuendas. {Videbatur nobis officium} actus nobis congruus & conueniens.nam,vt Cic.in 1.off.sæpe ostendit,prima officia debentur dijs immortalibus,secūda patriæ, tertia parētibus,&c. Dicit ergo videbatur esse quasi quædam obligatio, quam haberemus erga patriam. {Quod} q.d.præscriptum,& quod nō liceret effugere,aut prætermittere sine reprehensione. quod declarat per adiuncta,cum dicit iustum,pium.n. nam quæ iusta, & pia sunt,sine nefario scelere prætermitti non possunt. {Cum faciebamus id} id cū relinquebamus patriam, liberos,&c. {Amentes} .i.inconsiderati. {Explorata} certa,& indubitata. Amens.n. est,qui cum bellum ingrediatur,confidat, & indubitate speret victoriam.qm,vt supra dixit, omnium bellorū exitus sunt incerti. {Id, quod fuit} pro id quod cogitauimus.f.vt ita possemus vinci sicut vincere. {Ingredientibus in causam} cum inciperemus resistere Cæs.remp.oppugnanti. {In causam} .s.defensionis patriæ. {Ita cadere animis} .i.deficere & animos dimittere. {Quasi} tanquam. {Posse fieri} posse accidere. {Nunquã putaremus} pro nunquam putassemus: quæ.n.præter opinionem eueniunt,solent molestius ferri,q̃ ea,quæ existimata sunt posse euenire. {Simus} hortatur Cic.Torquatum,vt sit eo animo, vt existimet nihil esse præcipue dolendum,nisi quod delicto,& culpa sua euenerit. {Simus} imperatiui est modi. {Præscribit} designat,proponit. {Nihil præstandum præter culpam} sic super ad P.Sextium, Cum tibi nihil merito accidisse reputabis; & illud adiunges,homines sapientes turpitudine, non casu, & delicto suo,non aliorum iniuria commoueri. Itē ad T.Messinium epistola præcedenti, Tibiq; persuade præter culpam ac peccatum, quo semper caruisti,& carebis,homini accidere nihil posse, qđ sit horribile, aut pertimescendum. {Præstandum} debendum. {Ea} culpa. {Humana} quæ hominibus accidere possunt. {Eo} ad id. {Vt perditis} .i.vt etiam intelligas,q amissis omnibus rebus,tamē ipsa virtus seipsam sustentare potest. {Perditis} amissis,desperatis. {Sed si} dicit q etiam rebus desperatis ipsa virtus se sustentare potest,sed si est aliqua spes in rebus communibus, tu non debes ea carere. {Quicunq; status est futurus} siue imperent Cæsariani,siue Pomp. {Atq;} occurrit obiectioni Torquati. Cogitabam,inquit Cic.ô Torquate,cum hæc ad te scriberem,& conarer consolari, tanquam haberem aliquam spem te solitum esse dicere me vnum olim fuisse,qui in his bellis desperarem,& nostris rebus diffiderem. {Cunctantem} tardātem ingredi in hoc bellum. {Excitare} commouere, & quasi stimulare.& subaudi solitus esses. {Auctoritate} tua existimatione,q̃ non sequi mihi turpe existimabam. {Non improbabam} non reprehendebam. {Causam} quæ erat honesta pro defensione reip. {Consilium} .s.malum gerendi belli, quia togati cōtra armatos pugnabamus, vt supra ad M.Mar. Sed idem etiã illa vidi, neq; te consilium ciuilis belli ita gerēdi,neq; copias C.Pōp. nec genus exercitus probare,semperq; summe diffidere.& paulo post, Non.n.ijs rebus pugnabamus, quibus valere poteramus,consilio,auctoritate,causa, quæ erant in nobis superiora, sed lacertis,& viribus, quibus pares non eramus. {His armis} Cæsaris. {Confirmata per nosmetipsos} Pōp. quia ei fauimus, intercedente etiam Pōp. vt ei prorogaretur prouincia in aliud quinquennium. quo tempore assumpsit tantum virium, vt postea difficile fuerit ei obsistere. {Neq; ego di.} prædicebã ex certa scientia quasi Deus. {Sed} dicit se ex prudentia, non autem ex diuinatione hæc prædixisse fore, quæ euenerūt. {Posse fieri} cum esset in potentia vt fierent,dicebam fore. {Exitiosum} pestiferum,& calamitosum. {Alterutrum} vtrum essemus futuri victores,an victi. {Id,quod euenit} vt Cæs.vinceret. {Exploratius} certius. {Ijs.n.rebus} vt diximus supra scriptum ad Mar. {Vsu} experiētia. {Robore militum} .i.robustis militibus. {Sed tu illum animum} sensus est,vtere nunc in mœrore tuo ea animi fortitudine,qua hortabaris me,vt vterer, cum essem in desperatione, & differentia rerum, q̃ paulo ante dixi. {Adhibe} assume ad consolandum te. {Censebas} iudicabas, hortabaris. {Philargyrus} nomen liberti. interpretatur autem φιλάργυρος auarus,vel amator argenti. {Requirenti} .s.mihi. {Quod} quã rem.s.esse solicitum. {Aliqua} .i.non omnino perdita,retinente aliquam partē status sui. {Qui esse debes} .s.ex primis nostræ ciuitatis,& qui retineas dignitatem tuam. {Aut perdita} .i.omnino deleta.s.rep. {Afflictiore} tristiore,debiliore, subaudi sis futurus. {Examinati} consternati metu. {Suspensi} soliciti. {Ex vrbe}

vrbe} Athenis. {Alita} nutrita, ab alendo, quia dñr omnes artes liberales Athenis, & natæ & perfecte fuisse. {S. Sulpicium} qui, vt visum est lib. 4. & ipse Athenis erat. {Sapientia} Erat. n. vir sapientissimus. {Cuius} Seruij. {Togati} sine bello. nam consilia Seruij spectauerunt ad pacem, & concordiam, vt Cic. supra ad ipsum Seruium, Cognoram. n iam absens, te hæc mala multo ante prouidentem, defensorem, pacis, & in consulatu tuo, & post consulatum. {Maiora} maioris momēti, & ponderis. {Casus belli} calamitas belli ciuilis. {Eripuit} quia plerią; interierunt, plerią; me deseruerunt. {Qui sim} quia sum paruæ auctoritatis, & parum possum. {Sed quia} sententia est exornatio rhetorica. & est sensus, sed quia nemo est tam afflictus, qui si vni rei tantummodo intendat, non possit aliquid præstare, & efficere, velim existimes, quid quid consilio, opera, & studio efficere possim, id esse debitum, & obligatum tibi, & tuis. {Nihil aliud} nisi id quod agit. i. non intendat nisi ei rei, quam agat. {Nauare} diligenter præstare. {Debitum} obligatum, & ideo nullo modo defuturum.

ASCEN. ETSI, &c } Aulus Torquatus, post Pharsalicam cladem se Athenas contulit, vt plerique alij: interea dum bella adhuc sæuirent inter Cæsarianos & Pompeianos, ipse communes miserias deflebat, & valde de suis rebus angebatur. cum ergo Cic. hac epistola consolatur ferè ijsdem rationibus, quibus supra S. Sulpicium, qui paulo ante ob consimilem causam etiam Athenas se contulerat, & eum à mœrore auocat, dicens. Etsi ea perturbatio est omnium rerum, vt quēque pœniteat maxime fortunæ suæ, vt nemo sit quin malit esse vbiuis. i. vbilibet, q̃ ibi, vbi est: tamē non est dubium mihi, quin miserrimum sit bono viro esse hoc tempore Romæ. Nam etsi quocunq; in loco quisquis est, idem sensus est ei, & eadem acerbitas ex interitu rerum, & publicarum suarum. s. priuatim: tñ oculi. i. visus, augent dolorem, quia cogunt. s. nos intueri. i. inspicere ea quæ cęteri audiunt. nec. s. oculi, sinunt. i. permittunt, sup. nos auertere cogitationem à miserijs. Quare. i. quamobrem, etsi. i. quanquam necesse est te angi. i. premi, affici vehementer desiderio multarum rerum: tñ libera. i. solue animum tuū illo dolore, quo audio te confici maxime. s. q̄ nō sis Romæ. Enim. i. quia etsi desideras cum magna molestia. i. magna molestia animi concomitante, tuos. s. amicos, & necessarius, & tua. s. bona: tñ illa quidem, quæ requiris. i. exigis, tenet statum suum. i. sibi debitum, nec tenerent melius si tu adesses, nec sunt in vllo periculo proprio. Nec tu debes, cum cogitas de tuis. s. amicis, & rebus, aut postulare. s. à deo, fortunam aliquam præcipuam. i. excellentem, aut recusare communem. s. fortunam. Autem. i. sed ò Torquate tuum est. i. officij tui agitare animo sic de teipso, vt, non adhibeas in consilium cogitationum tuarū desperationē. s. melioris fortunæ aliqñ. habēdę, aut timorē. s. de peiore. Nec. n. is, videlicet Cæs. qui fuit adhuc iniustior in te, q̃ dignitas tua postulabat, non dedit. i. dedit. nam nec nō affirmatiua vox est. magna signa. i. indicia, animi. s. sui, mitigati erga te. Nec tñ is ipse, videlicet Cæs. à quo salus petitur, habet rationē. i. viam, & modum salutis suæ explicatam. i. promptam, aut exploratam. i. cui dentē. quod paulo post patuit in senatu q̄ tribus & viginti vulneribus interemptus est. Cumq̧. i. & cum, exitus omniū bellorū sint incerti, quia nondum finitum erat bellum ciuile, q. d. ego perspicio. i. intelligo clare, nullum periculum esse tibi ab altera victoria. s. Cæsaris: qui tibi placato est animo quidem. i. certe, quod periculum sit seiunctum. i. separatum ab interitu. s. libertatis omnium, & certo scio te nunquā timuisse ab altera. s. victoria, vtpote Pompeianorū. Reliquum est. i. restat, vt cōmune periculum reip. excruciet maxime teipsum, quod. s. solū à cōmuni periculo cruciari, ego pono quasi loco consolationis Cuius, tāti mali, quamuis. i. licet docti viri, videlicet philosophi, aut docti ciues, dicant multa. s. remedia, aut legamus multas, vt sit, quāuis dicant multas sup. cōsolationes ab eo quod sequitur, tñ vereor vt vlla consolatio vera possit reperiri, hoc est vereor nullam veram posse reperiri. Idem. n. efficit verbum vereor cum negatione & sine ea. præter illam. s. consolationem, quæ est tanta, quantum roboris. i. fortitudinis, atq; neruorum. i. virium firmarum est in animo cuiusq;. Si enim sentire bene, & facere recte est satis ad viuendum bene, & beate, sm Stoicos qui in virtute beatitudinem ponunt, non vereor ne nefas sit dicere eum esse miserum, qui possit sustentare sese conscientia. i. eo quod sibi conscius est optimorum consiliorum. Nec enim arbitror nos ductos. i. inductos, præmijs victoriæ. i quām victoria talis afferre solet, reliquisse olim. s. dum Pompeium secuti sumus, patriā & liberos, & fortunas. i. diuitias, sed videbatur nobis quoddā officium iustum, & pium, & debitum reip. & dignitati nostræ, qui nec cum faciebamus id. i. cum de relinquebamus nostros, & nostra, eramus tam amentes, id est, insani, vt victoria esset, id est, reputaretur nobis explorata. i. certa. Quare si id quod propositum fuit posse accidere nobis ingredientibus causam. i. quod videbamus ante oculos, hoc est Cæsarem victorem fore, euenit, nos non debemus cadere animis, ita, quasi aliquid euenerit, quod putauimus nunquam posse fieri. Igitur simus ea mente, id est, habeamus eam mentem, quam ratio, & veritas præscribit. i. statuit nobis, vt putemus. i. existimemus nihil præstādum, id est, emendandum à nobis, in vita. s. ista. i. eorum quæ contingunt vita nostra durante, præter culpam, scilicet nostram, & cū careamus ea. s. culpa (ergo caremus etiam ijs, quæ habere nolumus) feramus omnia humana, id est, quæ omni homini accidere possunt incommoda, placare, & moderare. Atque hæc oratio. s. mea pertinet eò. i. ad id, vt perditis omnibus rebus. i. licet omnes res sint perditæ, tamen ipsa virtus videatur posse sustentare sese. Sed si aliqua spes est rebus. i. de rebus communibus, tu non debes carere ea. s. spe, quicunque status est futurus. Atq; veniebat mihi scribenti hæc in mētem, id est, cogitationem, me esse eum, cuius desperationem tu solitus esses accusare, quemq;, id est, & quem, (sunt enim duæ partes) tu solitus esses excitare tua auctoritate, cunctantem, id est, hæsitantem, & diffidentem, id est, quasi desperantem de rep. Quo quidem tempore, scilicet quo tu me accusabas sic, & excitabas, ego nō improbabam causam nostram, quæ semper iusta visa est, sed consilium sup. nostrorum. quia dixi nos male cōsultos esse, qui tantæ Cæsaris potentiæ aduersaremur, cum tamen iustissima esset ratio belli cōtra eum, vnde addit dictu sui rationem, dicens. Enim. i. quia ego videbam. i. intelligebam, nos aduersari serò. i. nimis tarde, ijs armis, quæ erant confirmata per nosmetipsos multo ante, quia tunc cum Cæsari decretum est imperium in Gallia, & dolebam disceptari de iure publico. i. de principatu Romano, pilis. i. telis longis, Romanorum proprijs, & gladijs, non consilijs, neq; auctoritatibus nostris. Neque ego cum dicebam ea fore. i. futura esse, & dimittere, quæ facta sunt, videlicet nunc, diuinabam. i. quasi diuino inflatus spiritu prædicebam futura, sed timebam ne id accideret, quod videbam, &. i. simul posse fieri, & fore exitiosum. i. perniciosum, si euenisset, præsertim cum si promittendum esset nihil altetutrum. i. alterum duorum, de euentu atque exitu rerum, possem promittere exploratius. i. certius id, quod euenit, videlicet Cæsarem victurum in cōflictu Pharsalico, aut simili, si contigisset confligere cum Pompeianis. Nos enim, qui Pompeium secuti sumus, præstabamus. i. meliores eramus his, id est, huiusmodi rebus, quæ non prodeunt in aciem. i. contra armatam manum hostium. Aūt. i. sed, nos eramus inferiores vsu armorum, & robore militum. Sed quæso tu adhibe nunc illum animum, quo censebas me oportere esse tunc. Ego scripsi hæc eò. i. propterea, q̄ Philargyrus (nomē est liberti ipsius Torquati, quando autem appellatiuum est, dicitur, amator argenti, hoc est auarus) tuus. s. libertus, narrauit mihi requirenti omnia de te: narrauit, dico, animo fidelissimo, vt quidem visus est mihi. s. narrare, quia fraus interdum occulitur, te solere esse interdum solicitum vehementius. i. vehementer, aut vehementius, q̄ deceat, quod nō deberes facere, nec dubitare, quin sis futurus sup. is, qui debes esse, aliqua rep. s. futura, aut rep. sup. perdita. i. si sit perdita, futurus sis conditione. i. statu vitæ, nō afflictiore quàm cæteri. Vero. i sed tu debes ferre hoc tempus, quo nos omnes sumus exanimati, id est, priuati animo, & suspensi. i stupefacti, animo moderatiore. s. quàm reliqui, hoc. i. propter hoc q̄. i. q. a, tu es. i. simul in ea vrbe. s. Atheniensi, vbi ratio & moderatio vitæ est nata, & alita. i. nutrita. Et. i. simul, habes S. Sulpicium, quē dilexisti semper vnice, qui profecto consolatur te & beneuolentia, & sapientia, cuius si nos essemus secuti auctoritatem, & consilium, nos subissemus potius togati, id est, in pace potentiam, quàm armati victoriam. Sed hæc. s. consolatoria verba fuerunt fortasse longiora quàm fuit necesse, & ego exponam breuius illa, quæ sunt maiora. Ego neminem habeo, cui debeam plus quàm tibi. casus belli eripuit mihi eos, quibus debebam, scilicet si viuant, tantum quantum tu intelligis. Autem. i. sed ego intelligo qui. i. qualis, & quàm miser sim hoc tempore. sed quia nemo est tam afflictus, qui si nihil studeat aliud quàm id, quod agit. vbi studeo cum accusatiuo construitur. non possit, & ita quilibet possit nauare & efficere aliquid, scilicet aduersus Cæs. Ego velim sup. vt existimes, omne consilium meum, operam. s. meam omnem, certe. i. haud dubie, studium sup. meum omne esse debitum tibi, & liberis tuis.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Et hæc est consolatio eiusdem cum superiore argumenti, non esse cuiquam priuatim de tanto casu reip. dolendum, cum omnes ex æquo boni habeant, quod conquerantur.

M. CICERO S. D. A. TORQVATO. 2



ETO à te, ne me putes obliuione tui ra
rius ad te scribere, quàm solebã, sed aut
grauitate ualetudinis, qua tamen iam
translatum verbũ, quia dixerat grauitate. *paululum uideor * leuari; aut quòd ab-*
sim ab urbe, ut, qui ad te proficiscantur,
scire non possim. quare uelim, ita statu-
tum habeas, me tui memoriam summa cum beneuolen-
tia tenere tuasq; omnes res nõ minori mihi cura, quàm
meas, esse. Quòd maiore in uarietate uersata est adhuc
tua causa quàm homines aut uolebant, aut opinabãtur:
mihi crede, non est pro malis temporum, quod moleste
feras. necesse est enim aut armis urgeri remp. sempiter-
nis, aut, his positis, recreari aliquando, aut funditus in-
terire. si arma ualebunt: nec eos, à quibus reciperis, ue-
alijs, sin, magis placet. *reri debes, nec eos, quos adiuuisti. * si, armis aut condi-*
tione positis, aut defatigatione abiectis, aut uictoria de
tractis, ciuitas respirauerit: & dignitate tua frui tibi,
et fortunis licebit. sin omnino interierint omnia, fuerit-
que is exitus, quẽ uir prudentissimus M. Antonius iam
tum timebat, cum tãtum instare malorum suspicabatur:
misera est illa quidem consolatio, tali præsertim ciui, &
uiro sed tamẽ necessaria, NIHIL *esse præcipue cuiquã*
dolendum in eo, quod accidat uniuersis. quæ uis insit in
his paucis uerbis, (plura enim cõmittenda epistolæ non
erant) si attẽdes, quod facis: profectò etiã sine meis lite
ris intelliges, te aliquid habere, quod speres; nihil, quod
aut hoc, aut aliquo reip. statu timeas, omnia si interie-
rint, cum superstitem te esse reip ne si liceat quidem, ue-
ep. 1. h. l. *lis, ferendam esse fortunam, præsertim quæ absit à * cul*
pa. Sed hæc hactenus. Tu uelim scribas ad me, quid
agas, & ubi futurus sis; ut, aut quò scribam, aut quò
ueniam, scire possim. Vale.

HVBER. PETO à te} Eodem ferè argumento scripta est hæc epistola, quo & superior. adducit. n. Cicero multas rationes: quibus probat nihil esse, quod Torquatus moleste ferat, ꝙ adhuc nõ sit consecutus, quod volebat, & ꝙ causa sua versata sit in maiore varietate, q̃ quisquam opinatus esset. In principio tñ epistolæ excusat se Cicero de raritate literarũ suarum ad Torquatum. {Peto à te} q. d. iure amicitiæ nostræ hoc à te exigo. {Obliuione} .i. quia sum oblitus tui, aut amicitiæ nostræ. {Sed aut} duas ponit causas, quare rarius scribat. {Aut grauitate} i. magnitudine. {Valetudinis} .s. malæ, & aduersæ. & est prima causa, aut secunda causa. {Qui proficiscantur} qui veniant. nam cum non sim in vrbe, multi, me insciente, discedunt. {Quare} concludit Cicero se nulla obliuione prætermisisse scribere. {Statutum} iudicatum, & certum. {Quod} incipit nũc cõsolari Torquatum. {Varietate} diuersitate fortunæ, quia fuisti varie exagitatus. {Volebant} cupiebant. {Aut opinabantur} .i. existimabant. quia nemo vnquam opinatus fuisset causam tuã ita varie versatũ iri. {Pro malis temporum} .i. ẽm mala temporum. quia qñ tempora generaliter sunt mala, minus moleste solemus ferre incõmoda, quæ nobis accidunt, q̃ tẽporibus bonis. {Non est} non habes. {Necesse est} facit Cicero diuisionem tripartitã, & ex singulis partibus probat nihil esse, quod Torquatus moleste ferat. {Vrgeri} premi. {Sempiternis} perpetuis, ita vt nunquam amplius emergat, vt libertatẽ recuperet. & est prima pars. {Positis} pro depositis, aphęresis. {Recreari} resumere vires, & respirari. {Aliquando} tandem. est autem secũda pars. {Aut funditus} radicitus. {Interire} ita vt ne vestigia quidem reip. remaneant, est autem tertia, & vltima pars. {Si arma} respondet primæ parti, & dicit, ꝙ si reip. armis fuerit oppressa, nõ erit, ꝙ Torquatus timeat vel à Cæsarianis, vel à Pomp. {Eos} Cæsarianos. {A quibus reciperis} quos non sis secutus. {Nec eos, q ad.} nec Pompeianos, quibus præstitisti auxilium. {Si armis} respondet secundæ parti, dicens, ꝙ si aliqua ratione, depositis armis, resp. recreata fuerit, ipse Torquatus poterit retinere dignitatem, & fortunas suas. {Conuẽtione} aliqua cõuentione. {Defatigatione} tędio, cũ vtraq; pars ita erit defatigata, vt cogatur deponere arma. quod sæpe solet accidere, cum diu durãte bello neutra pars põt vincere, sed æquo prælio se sustinẽt. {Detractis} ablatis, amotis nam victores sæpe solent detrahere arma victis, ne postea possint amplius insurgere. {Respirauerit} recreata fuerit. & est translatio sumpta à corpore semianimo. {Licebit tibi} permittet̃ tibi ab omnibus. {Frui dignitate tua} habere & possidere dignitatem tuam. {Sin} tertia pars, q̃ proposuerat. {Interierint} deleta fuerint. {Exitus} finis. {M. Antonius} auus M. Antonij, inimici Ciceronis, orator summus, & ciuis optimus, & sapiẽtissimus. {Iam} tunc, temporibus suis. {Cũ malis} cum discẽsionibus Marij, & Syllæ præuidebat malos regnaturos: dicebat bella ciuilia nõ habitura finem, donec resp. penitus esset euersa, & deleta. {Suspicabatur} putabat. {Instare} imminere, propè esse. {Illa} quæ sequitur .s. nihil esse dolendum, præcipue qđ omnibus accidat. {Est misera} infelix, & quæ solet extremis rebus dari. nã malum aliorũ nihil nobis prodesse vr̃ ad cõsolationem. {Necessaria} quia aliter nõ feremus mala nostra, nisi videremus alios vel eisdem, vel maioribus malis versari. Sic Iuuenalis, consolatur Caluinum his verbis,

Intercepta decem quæreris sestertia fraude
Sacrilegi, quid si bis centum perdidit alter?
Hoc arcana modo maiorem terruit ille
Summam, q̃ patulæ vix ceperat angulus arce. & idem,
Te nunc diuitias extra communia censes
Ponendum, quia tu gallinæ filius albæ, &c.

{Quæ} .i. quãta. {Vis} potestas, & sentẽtia. {Insit} includatur. i. quantũ pondus habeant hæc pauca verba. {Plura. n.} parenthesis est. {Attendes} diligenter cõsiderabis. {Quod facis} quia certe attendis, quid significent hæc pauca verba. {Etiam sine meis literis} etiam me nihil scribente. {Nihil} subaudi, intelliges te habere. {Hoc statu} tali, qualis nunc est. {Aut aliquo} vt nõ omnino deleto, sed ex aliqua parte permanẽte. {Omnia si} sensus est, si omnia interierint, intelliges fortunam, in qua non sit culpa tua. ferendam esse æquo animo, cum non velis viuere, etiã si possis, rep. amissa. Ordo est: intelliges fortunam esse ferendã, præsertim quæ absit à culpa, cum ne velis te esse superstitẽ reip. si liceat, si omnia interierint. {Superstitem reip.} .i. viuere post remp. quia bono ciui, & magnanimo, qualem te semper præstitisti, ingrata omnino nõ debet esse vita, amissa rep. {Si liceat} .i. possis, si permittatur tibi. {Fortunam fer. esse} subaudi, intelliges. {Hæc hact.} subaudi, dicta sint. {Vbi futurus sis} supra vidimus eũ fuisse Athenis, sed fortasse decreuerat discedere. {Quò scribam} ad quem locum debeam mittere literas meas. {Aut quo veniam} si velim te videre, & conuenire.

PETO} Argumentũ est, quale superioris epistolæ, adducit enim Cic. multas rõnes, quibus probat nihil esse, qđ Torquatus me cito moleste ferat, ꝙ nõ sit adhuc cõsecutus id quod volebat, & ꝙ causa eius sit obseruata in maiore varietatẽ, q̃ quiuis opinatus esset. Purgat aũt in principio, ꝙ raro ad eum scripserat, dicens, Peto à te, ne putes me scribere ad te rarius, q̃ soleã, obliuione .i. p̃ obliuionẽ tui, sed aut grauitate valetudinis .i. ęgritudinis, qua tñ ego videor leuari .i. liberari, iã paululum .i. modicũ, aut modicule, aut sup. ideo ꝙ absum ab vrbe, vt nõ possim scire, qui proficiscãtur ad te .s. Athenas. Quare ego velim, vt sup. habeas statutũ .i. cõstitutum, & firmatum me tenere memoriã tui, cũ beneuolentia summa .i. maxima, & oẽs res tuas esse mihi nõ omni curæ, q̃ meas .s. res. Quod .s. vt scribis, causa tua versata est adhuc in maiore varietate, q̃ homines, aut volebãt, aut opinabãtur, crede mihi, nõ est sup. aliquid tibi pro malis .i. ẽm mala tẽporũ, qđ feras .i. ferre debeas moleste. Necesse est. n. aut rẽp. vrgeri armis sempiternis, aut rẽp. recreari aliqñ, his .s. armis positis .i. depositis, aut sup. eam interire funditus .i. à fundo, vel ad fundũ vsq;. Si arma valebũt, nec debes vereri eos .s. Cæs. & Cæsarianos, à quibus recesseris, nec eos, quos adiuuisti, videlicet Põpeianos. si aut armis positis .i. depositis cõditione .i. pactione, aut abiectis defatigatione, aut detractis victoria .s. alterius partis, ciuitas .s. Romana respirauerit, licebit tibi frui & dignitate tua, & fortunis tuis. Sin oĩa .s. reip. iura interierint oĩno .i. ex oĩ parte, & is exitus .s. bellorũ fuerit, quem M. Antonius, orator insignis, qui fuit auus illius M. Antonij, q triũuir Cic. postea proscribẽdo curauit, & proscriptũ cõprehẽdendum, ASCEN.

ac tru-

ac trucidādum præcipue ob Philippicas orationes in eum scriptas, vir prudentissimus, timebat iam tum.i.tunc, cum suspicabatur tm̄ malorum instare. consolatio illa est quidē misera prę sertim tali ciui, & uiro, sed necessaria, videlicet nihil esse dolēdū cuiquā præcipue.i.singulariter, aut peculiariter in eo, qđ accidit vniuersis. Quæ vis, &c. Si tu attendes, quod facis quæ vis insit in his paucis.s.proximo loco iam habitis, pauca aūt ideo scripsit, enim.i.quia, plura nō erant cōmittenda epistolæ, quæ breuitate gaudet, tu profectò intelliges etiā sine literis meis te habere aliquid, quod speres.i.sperare possis, & nihil sup. habere, qđ timeas.i. timere debeas, aut hoc, aut aliquo statu reip. sup. extāte. Si omnia interierint, cum ne velis quidē si liceat te esse superstitem.i. peruicturum reip intelliges sup. fortunam esse ferēdam, præsertim, quæ absit à culpa. Sed hæc sup. scripta, sint hactenus. Velim sup. vt tu scribas ad me quid agas, & vbi sis futurus, vt possim scire, aut quo scribam, aut quo veniam.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Et hæc eiusdem est argumenti epistola, in qua communi cum superioribus consolatione est vsus, idq; omnino a temporum loci & ratione.

M. CICERO S. D. A. TORQVATO. 3

*SVPERIORIBVS literis, beneuolentia magis adductus, quàm quòd res ita postularet, fui longior. neq; enim confirmatione nostra egebat uirtus tua: neq; erat ea mea causa, atq; fortuna, ut, cui ipsi omnia deessent, alterum confirmarem. hoc item tempore breuior esse debeo. siue enim tum nihil opus fuit tam multis uerbis; nihilo magis nūc opus est: siue tum opus fuit, illud satis est, præsertim cum accesserit nihil noui. nam etsi quotidie aliquid audimus earum rerum, quas ad te perferri existimo: summa tamen eadem est, & idem exitus, quem ego tam * uideo animo, quàm ea, quæ oculis cernimus. nec uero quidquā uideo, quod nō idem te uidere certo sciam. nam etsi, quē exitum acies habitura sit, diuinare nemo potest: tamen & belli exitum uideo, &, si id minus, hoc quidem certe. cum sit necesse alterutrum uincere, qualis futura sit uel hæc, uel illa uictoria. idq; cum optime prospexi, tale uideo, nihil ut mali uideatur esse futurū, si id uel ante acciderit, quod uel maximum ad timorem proponitur. ITA enim uiuere, ut si non sit uiuendum, miserrimum est: mori autem nemo sapiens miserum duxit, ne beato quidem. Sed in ea es urbe, in qua hæc uel plura, & ornatiora parietes ipsi loqui posse uideantur. Ego tibi hoc confirmo, ETSI leuis est consolatio ex miseriis aliorum, nihilo te nunc maiore in discrimine esse, quàm quemuis aut eorū, qui discesserint, aut eorum, qui remanserint. alteri dimicant: alteri uictorem timent. Sed hæc consolatio leuis, illa grauior, qua te uti spero, ego certe utor. nec enim dū ero, angar ulla re, cum omni uacem culpa; &, si non ero, sensu omnino carebo. Sed rursus * γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας, qui ad te hęc. Mihi tu, tui, tua omnia maximę curę sunt, &, dum uiuam, erunt. Vale.*

epist. 12. lib. 5 dixit, cernere animo.

Id est, noctuā Athenas.

RVBER. SVPERIORIBVS literis} Hæc epist. videtur iure optimo præponenda superiori, quia vr̄ esse scripta post primā, in qua plura, vt visum est, adduxit ad cōsolandum ipsum Tor. pp quę dicit se nunc debere esse breuiorē. cōsolatur tn̄ etiā eum hac epist. quātum pōt, licet dicat eum esse in ea vrbe, vbi vel ipsi parietes ornatiora loqui possint, q̄ ipse Cic. qđ dicit ad laudē Athenarum, in qua vrbe maxime florebāt studia philosophiæ. {Superioribus} quas ante scripsi, puto aūt eas esse, quæ incipiunt, Etsi ea perturbatio. {Quā ꝙ res ita post.} quàm ꝙ esset opus apud te ita facere, & multis verbis loqui, vt te cōsolarer. {Neq; .n.} ratio, quare res nō postularet, vt esset longior. {Virtus} fortitudo animi tui. {Ea} talis. {Cui ipsi} s. mihi. {Siue enim} quodā dilēmate.i. duplici diuisione probat Cic. se hoc tēpore debere esse breuiorē. dicit.n. ꝙ siue tunc, cū scripsit illam longiorē epistolā, non fuit opus vti multis verbis, nihilo magis etiā nunc debet vti: si aūt tunc opus fuit, satis debet esse id, qđ semel fecit, præsertim cū nihil noui additum sit ad id, qđ supra scripsit. {Nihilo magis nunc} nō magis nunc, subaudi, est opus tam multis verbis. {Accesserit} additū sit. {Nā etsi} diluit obiectionem, q̄ posset facere Torquatus, ꝙ nō accesserit. dicit.n. qđ quāuis aliquid quotidie audiatur: tn̄ idem est in summa, quod auditum est superius. {Summa eadem est} ad idē redit, eadē est conclusio, vt puta si heri audiui rēp. oppressam esse, & hodie videatur nouum, idem tn̄ est in summa, quod fuerat id, quod heri auditum est. {Idē exitus} quē ante prædixi {Video} cognosco. {Animo} animi quadā prouidentia. {Nec vero} sensus est, nec ego quidquā video, aut cognosco futurum, quod idē non certo sciam te videre. {Nemo pōt diuinare} quia, vt supra dixit, omnium bellorū exitus incerti sunt. {Video quadā ratione, & prouidētia cognosco. {Et si} duæ partes sunt. {Minus} nō, subaudi, video {Id} eam rē.i. exitus belli. {Certe} saltē. {Hoc quidem} subaudi, video, quod sequitur. s. Qualis futura sit, &c. Ordo est, & si minus id video, certe hoc quidem video, qualis futura sit vel hæc, vel illa victoria, cum necesse sit alterutrum vincere. {Hæc, vel illa} vel Pōpiana, vel Cæsariana. {Id} s. qualis futura sit vel hæc, vel illa victoria. {Video t.} cognosco tale quiddā esse. {Si} quamuis. {Ceciderit} acciderit, euenerit. {Vel} .i. ēt, vt, Vel Priamo miseranda manus. {Id} quod proponitur ad timorem.i. si etiam euenerit mors, quæ proponitur nobis à nostris inimicis, vt vehementer timeamus. {Ita.n.} ostēdit Cicero vitam, quæ nō sit certa, & tuta, miseram esse. {Vt sit viuēdū cum} vt tunc tantūmodo possis viuere, tunc cum sis in timore malorum, & bellorum ciuilium, neq; postea expectetur vita libera. {Miserrimum} infelicissimū, pessimæ conditionis. {Mori aūt} dicit à sapientibus mortē non existimari miserā. Ne beato quidem} .i. nec etiā qui secunda fortuna utatur, multo ergo minus miserum erit homini infelici mori. {In ea vrbe} erudita, & docta. & intelligit Athenas. {Vel plura} i. etiā plura {Parietes} ipsi muri. prouerbialis hyperbole. {Leuis} parua, vt in præcedēti epistola, Misera est illa quidē consolatio, tali præsertim & ciui & viro, sed tn̄ necessaria, nihil esse præcipue dolendum cuiq; in eo, quod accidit vniuersis. {Alteri dimicant} qui sunt cum Cæs. {Alteri timent victorem} qui discesserunt à bello, timent, ne Cæs. sit victor. {Grauior} maior. {Illa} quæ sequitur. {Nec enim} hæc est illa consolatio, hominem non debere vehemēter angi vlla re, nisi culpa, & delicto suo. Vtitur autē sępe Cic. hac consolatione rectæ cōscientiæ. {Angar} excruciabor. {Dū ero} dum viuam. {Cum vacem} cum caream. {Omni culpa} quia nihil sensi, aut feci vnquam contra remp. sed semper ei optime consului. {Si non ero} .i. si nō viuam. {Omnino carebo sensu} non sentiā hæc mala. {Sed rursus} quia supra dixit, Sed in ea es vrbe in qua hæc vel plura & ornatiora parietes ipsi loqui posse videantur. & postea rursus reuersus est ad consolandum Torquatum: ideo nunc dicit, {Sed rursus γλαῦκ' εἰς ἀθήνας} .i. noctuas Athenas. subaudi, porto. Erat aūt prouerbium, quali solemus vti, cum deferimus aliquas res ad locum, vbi ea res abūdet vt dicimus, Aquā mari addis. Abundat.n. Attica regio noctuis. vnde finxerunt poetæ noctuam esse in tutela Mineruæ, quæ maxime colitur Athenis. Dicit ergo nunc Cice. noctuas Athenas porto. s. præcepta philosophica ad te scribo, qui es in vrbe, vbi vel ipsi muri ea sciunt. γλαῦξ γλαυκός significat noctuā. {Qui} scilicet ego. {Ad te} subaudi, scribam. {Mihi} concludit epistolam, dicēs, & ipsum Torquatum & omnia sua esse sibi maxime curæ, foreq; dum viuet.

PHIL. MVLTA superius dixi in ea epistola, cuius initiū est, Etsi ea perturbatio, quibus A Torquatum cōsolatus est, & maxime cōfirmauit ad omnia ęquo animo toleranda, quæ accidisse detrimēta reip. videbātur: idem in hac tractat epist. fitq; breuior in dicendo. cuius breuitatis causas ostēdit, & qualis belli finis futurus sit, se videre cōmemorat: illiusq; calamitatē sola morte vitari posse, simul & in tali rerū perturbatione viuere dicit esse miserrimū, & mori esse miserum sed quid felix, & beatum...... A. Torquatus ex illa illustri familia longo post tēpore oriundus T. Manlij, qui ob torquē cuidam Gallo ad pugnā prouocanti singulari certamine abreptū Torquati cognomen accepit, à quo postea omnes ex familia Torquati appellati sunt. cuius historiā P R. Claudius scripsit, nec obscurata gens est Torquatorū hoc homine, sed cū doctrina, tū etiā cęterarū eius virtutū præstantia, & rebus est admodū illustrata, & bello ciuili Pōpeianas partes secutus acerrimū se

reip.defensorem ostendit.Deuicto tandē eorum duce Pōp.oppressaq; libertate P.R.à Cæsare,Athenas se contulit,vbi miserias reip.deplorabat.Cōsolatur aūt ipsum nūc Cicero, vt diximus,tametsi eū dicat Athenis esse,cuius ciuitatia vel ipsi parietes magis sapere videātur.q̄ Cicero.§Superioribus§in illis,quę incipiūt,Et si ea perturbatio.§Neq;.n.§ ratio est quare nō esset opus vt longior esset. §Virtus tua§ magnitudo animi atq; despiciētia rerū humanarū.§Ea§ talis,& prospera siue causa, siue fortuna,vt alios cōsolari possem.qūo mihi oia desint, & aliorū consolatione indigeā.§Cui ipsi§.s.mihi.§Alterū te§Torquatū.

Breuis.

§Breuior§q̄ fuimus in superioribus literis.breuis,& itē longus, tā ad oratorē,q̄ ad orationē referri pōt.Flaccus, Breuis esse laboro : obscurus fio : & quidquid præceperis,esto breuis.Cic.ad Her.Nunc,ne nimiū longa nostra sumatur oratio, de re dicere incipiemus.Id est,vt breui oratione complectar.Qualia sint de breuitate præcepta,Cic.& Quint.ostēdunt. §Siue§ dilēma est quod duplici rōne colligitur.§Nā etsi§ cōfutatio obiectionis,q̄ facere potuisset Torquatus.

Tum
Tunc.

§Tum§ordinis est, tūc vero tpis.& est sensus,si nō fuit opus multis tūc verbis scribere, minime est nūc opus his paucis scribere : aut si tūc opus fuit longis verbis scribere,nō amplius est opus scribere,cū illud satis sit quod scripsimus,§Nihil noui§cū maius malū eueniri nō posset , q̄ quod venit,& id quotidie ad te perferri existimo:Vnde satis est id,qđ superius scripsit.§Sūma eadem§cōclusio eadē,& idē finis.§Earum rerū§calamitatū,& miseriarū.§Video animo§oculis cernimus.Videre ꝓprie animorū est,cernere oculorū.Virg.Miscetq; virīs,neq; cernit vlli.Et nati corā me cernere letū fecisti.§Certo scio§melius q̄ certe scio,§Etsi mi.§sup.video.& belli finē intelligit.§Hoc qui certe§sup.video hoc videlicet,qualis futura sit victoria,quæ nobis omnino futura est misera,vt in alia ad Torquatum : Si inter causas armorū aliquantulū interfi : tñ inter victorias,nō multū interfuturū,alteros propemodū iam sumus experti,de altero nemo est,quin cogitet,cum sit metuēdus iratus,victor armatus.§Hæc§Pōpeij.§Illa§ Cæsaris.§Idq;§ refert se tandē ad mortē,quæ sola posset eos à miserijs liberare.§Ante acciderit§vt moriamur,& dicit.§Id§.s.qualis futura sit victoria,vel hæc,vel illa.§Video§siquid tale futurū §Si id quod proponitur ad timorē§.s.mors.hæc.n.sola nobis proponitur ab inimicis nostris ad perterrefaciendū nos,§Ita.n.viuere miserrimū est§hoc est vita oīum hominū est miserrima, qñ nō tuta & libera,& in timore malorū est.§Vt nō sit viuendū§cū in timore malorū fueris,neq; expectatur libere posse viuere , & qñ oia nobia patriæ ornamēta defuerint.§Ne beato quidē§ nō modo infeli-

Beatus

ci,sed ne beato quidē miserū est mori . Beatus vero ille dr̄ proprie,qui multa possidet bona : ab habendo est appellatus.§Sed in ea es vrbe§qm̄ ista,quæ ad cōsolatioóē eius de morte tolerāda in aduersa fortuna dicebat,magis philosophica videbātur,q̄ ciuilia : dicit illū esse Athenis , vbi parietes ista sapere, & loqui videbārur.Multis in locis hāc laudē Athenis attribuit. §Nihilo maiore discr.§cōfirmo,inquit,tibi hoc, Aule,te nō esse in maiori periculo,q̄ quēuis illorū,qui in castris remanserūt,aut illorū,

Castrum
Castellum
Vicus

qui recesserūt.Caue dicas castrum pro loco,in quo tētoria sunt militū.ab eo diminutiuū dices castellū pro vico muris auctum, sine muris vero vicū dices.§Leuis§ vt alibi , Nihil est præcipue dolendū cuiquā in eo,quod accidit vniuersis.§Illa grauior§maior quæ sequitur,videlicet.§Dū ero§quoad vixero.§Angor vlla re§ cōmouebor aliquo dolore.§Cū omni vacem culpa§ de hoc pluribus in locis mentionem facit,ꝙ in suscipiendo bello ciuili nullā culpā cōmiserit,vel in alia ad Torq.epist.Conscientiā rectæ voluntatis maximā cōsolationē esse rerū incōmodarū , nec esse vllū magnū malum præter culpā,à qua qñ tm̄ absumus , vt etiā optime senserimus,euentusq; magis nostri cōsilij, q̄ consilium reprehēdatur,& qñ præstitimus,quod debuimus,moderate,quod euenit,feramus.§Nō ero§mortuus fuero.§Sensu carebo§nō sentiā amplius aliquid,vel mali,vel boni §γλαῦκ' εἰς ἀθήνας.§ id prouerbiū in eos dici solet,qui sapiētioribus dare consilium volūt.sonāt.n.verba latino sermone, noctuā ad Athenas, & supplendū est verbū porto,& sic dicendū , porto noctuam ad Athenas,hoc est philosophica præcepta ad te virū sapiētissimū mitto,qui es Athenis,vbi est studiū sapientiæ.& in eos etiā tale prouerbiū dici pōt,qui res venales aliquo deferūt, nihil sibi fructus allaturas,tanq̄ si noctuas Athenas ducāt ad vendendū qđ tñ non multū facit ad rē,γλαῦξ aūt noctuā significat.q̄ plurimū abūdare dñt Athenæ hinc datus est locus huius prouerbij & fabulæ,vt noctua in tutela Mineruæ,quæ Athenis colitur,esse dicatur, vt coruus ī tutela est Apollinis,& pauo Iunonis,ciconia Cōcordiæ.Et tale prouerbiū est illud,qđ , vt ait Cleander in 2. prouerbiorū,Hercules,Adonis statuā conspicatus,dixit,qđ postea in eos dici cœpit,qui potētioribus, & sapiētioribus aduersari volūt.Qđ Theocritus posuit in ępolico,vt ὗς ποτ' ἀθηναίαν ἔριν ἦρεν quem nos latinū fecimus,& hūc versum ita traduximus.Cecropiā cōtra sus est,tenditq; Mineruam.est aliud,vt dr̄, Sus Mineruā docet.Et itē aliud ab Hercule tractū, quod idem Theocritus scripsit.vt Is.n.cū in Macedonia Dion vrbem intrasset,vidit multos ex quodā sacello prodeūtes , & volēs ipse etiā ingredi, cuinā dicatū esset , interrogauit : cumq; audiuisset Adoni,rñdit οὐδὲν ἱερὸν.i.nihil sacrū quod est nulla re dignū.Delectantur Græci hmōi prouerbijs multū , vt est illud, Ad Scolū nec ipse vades,nec alteri comes ibis . Est.n.Scolus in ora Aesopia pagus sub Citherone locus iniucūdus & asper.Itē qui Crotoniatarū postremus est,is reliquorū Græcorū primus. Itē Crotone salubrius asserit, & aduersus incredulos.Tale prouerbium .i.hoc,re apud Sacrā gesta verius est.Itē hera est.Themese higriū sibi dicat nemo.itē in eos, q dissimulāt scire,qđ sciunt.Cretes nescit pelagus.§Tu§ articulus , & ait Torquatum,& omnia eius sibi fore,quoad vixerit,maximæ curæ.

ASCEN.

SVPSRIORIBVS literis,&c.§ Hæc epistola,inqt Hubert.vr̄ præponēda superiori,q a scripta vr̄ post primā,in qua Cic. multa adduxit ad cōsolādum Torquatum,ꝑꝑ quæ dicit se nūc breuiorē debere esse.Cōsolatur tñ eum etiā hac epist. quantū pōt,licet dicat Torquatum esse in ea vrbe,vtpote Atheniensi , vbi vel ipsi parietes ornatius, q̄ Cice.ipse loqui possint. Ordo est.Ego fui lōgior.s.q̄ decuit,aut aliquātulū longus superioribus literis,quarū initium est,Etsi ea perturbatio,&c.adductus.s.ad hoc,magis beneuolētia,q̄ ꝙ res.i.necessitas,postularet ita.Neq;.n.virtus tua egebat cōfirmatione nostra. §Neq; ea.i. talis,erat cā mea,atq; fortuna,vt cui ipsi oia deessent,cōfirmarē alterum : debeo itē.i.sic,esse breuior hoc tpe , enim.i.quia siue nihil opus fuit,tum.i.tunc,tā multis verbis,nihilo.i.in nullo,est nunc magis opus.s.tā multis verbis,siue tū.i.tunc,opus illud.s. quod tunc scripsit,satis est,præsertim cum nihil noui acciderit. Nā etsi.i.q̄q̄ nos audimus quotidie.i.singulis diebus, aliqd earum rerum quas ego existimo perferri.i.cōplere nuntiari ad te, tñ summa.i.finalis sñia,& cōclusio de statu reip.est eadē, & exitus est idē.i.ad eundē finē omnia tendunt,quē.s.exitum,ego video animo tā.i.tam perfecte,& euidēter,hoc est perspicio futurum,q̄.i.quantum,perfecte sup.video,aut videmus ea quæ cernimus oculis.s.exterioribus.Ex hoc loco traxerunt quidā differentiā inter cerno,& video,dicentes cernere ad oculos exteriores,videre etiā ad interiores pertinere . Nec vero video quidq̄, quod nō scio certo.i.pro certo,te videre idem. Nam etsi nemo pōt diuinare , quē exitum acies.i.cōflictus duarum acierum sit habitura s.in Philippis,cāpo Pharsaliæ,tñ video, &.i.simul exitum belli.i.id,quod bellum sequetur , vtpote oppressionē reip. & si sup.video minus.i.nō satis clare, id.s.quod dictum est , hoc est exitum belli,certe video,quidē.i.saltem,hoc.s.ꝙ,cum sit necesse alterutrum.i.vnum duorum, aut Cæsarē , aut Pōpeianos vincere,video sup.qualis victoria , vel hæc.s.Pōpeianorum,vel illa.s.Cęsaris,sit futura,q.d.cum amissione libertatis,cum vtiq; velint opprimere aduersarios suos.Et cum.i.postquā , perspexi id.i.qualis futura sit victoria,optime.i.perfectissime , ego video sup.ipsum tale,vt nihil.i.non aliquid,vt aliquid mali nō videatur futurum,si,vel.i.etiam id,quod proponitur.s.nobis ab inimicis,vel.i.etiam maxime ad timorem.i.ad incutiendum nobis timorem,hoc est mori,aut occidi, ceciderit ante.s.perfectā alterutrius victoriam.Enim.i.quia uiuere ita.i.in seruitute quadam publica,vt.i.qualiter , viuendum sit tunc.s.post alterutrius victoriam,est miserrimum.Autem.i.sed, nemo sapiens dixit , aut duxit mori miserum.Vnde Maro,Vsq; adeo ne mori miserum est?Ne quidem.i.non saltem,beato,hoc est,cum, vt Flaccus dicit,mors vltima linea rerum sit,& ita finis malorum saltē huius mundi : ita vr̄ mors miseris optanda , beatis fugienda.vnde Boethius mortē censet felicem,quæ se nec dulcibus annis inserit,& mœstis sæpe uocata venit.tñ sapientes ne beato quidem miserum putant mortem interuenire,cum sit ineuitabilis & citra culpam nostram : ob culpā tñ primi parentis accidere possit,verum Christianis placet,quod dr̄,Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius.& , Beati , qui in dño moriuntur.& contra,Mors peccatorum pessima . Sed reuertamur ad ordinē. Sed tu es in ea vrbe.s.Atheniensi,in qua ipsi parietes videantur posse ꝑꝑ frequentē lectionem philosophiæ , vnde Iuuen.simili hyperbole vtitur satyra prima.Frontonis platani conuulsaque marmora clamant, Semper & assiduo ruptæ lectore columnæ, Loqui hæc,vel plura,& ornatiora . Ego cōfirmo tibi hoc,etsi.i.

quanquam

quanquam cõsolatio ex miserijs aliorũ est leuis.i.modici põderis & momenti, quia licet solatiũ est miseris sociũ habere in pœnis, tñ nõ minus cruciantur, qui cũ multis cruciãtur, q̃ si soli essent, te nihilo.i.nullo modo, esse nũc in discrimine.i.periculo, maiore, q̃ quemuis aut eorũ, qui discesserunt.s.ab vrbe, aut eorum, qui remanseruut. Alteri.s.qui recesserũt ab vrbe secuti alterutrũ ducẽ dimicãt.i.certãt pro victoria, & ita in periculo vitæ sunt, alteri.s.qui remanserunt tanq̃ neutrius factionẽ approbãtes, timẽt victorẽ.s.tã Cæs.q̃ Põp. Sed vt iam dictũ est, hæc.i. hmõi cõsolatio, est leuis.i.modici momẽti, illa.s.q̃ dicet, est sup. grauior.i.maioris põderis, qua.s.consolatione, ego spero te vti, ego certe vtor sup.ea. Nec.n. angar vlla re, dũ.i.donec, aut quãdiu ero.s.in hac vita.cũ vacẽ.i.vacuus & purus sim, omni culpa, etsi nõ ero.s.in hoc mũdo, carebo omnino sensũ.i.perceptione earũ rerũ, quæ hic geruntur. Est ergo magni momẽti cõsolatio, qua dilẽmate quodã cõuincit virũ bonũ, & sapientẽ nõ debere angi pro rebus, quæ hic accidant. Nã aut interierit malis huius vitæ aut nõ, si interierit, nõ angetur eis, quæ citra culpã suã contigerũt, vt mala belli ciuilis, cuius Cic. neutri fuerat auctor, aut non interierit, & ita nõ sentiet, saltẽ cũ dolore, cũ sine culpa sua contigerint. vr̃ tñ Epicurice innuere, nullũ manere post mortẽ in homine sensum, cuius contrariũ alibi docet. Sed rursus sup. mitto γλαῦκας.i.noctuas εἰς.i.ad, Ἀθήνας.i.Athenas, vbi maxima vis noctuarũ, hoc est prudẽtiorẽ me doceo, quasi sus Mineruam, qui.s.scribo hæc ad te.s.hominẽ, tam doctum, tu, tui, & tua oĩa sunt mihi curæ, & erunt, dũ.i.quandiu viuam. Est aũt zeugma ab inferiore. nam per conceptionem diceret, estis & eritis.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Et hæc est consolatoria, perfectumq; exemplum eius argumẽti epistolæ. habet.n. exordium aptũ ad ipsam inuentionẽ, à periculorum prædictione & præcognitione. Deinde subijcitur ipsa cõsolatio, à varijs locis sumenta, sed plerisq; locis cõmunibus, & ijs, qui huic materiæ cõueniũt. Epilogus autem simplex est, & officiosus, vt huic negotio adhibetur.

CICERO S. D. A. TORQVATO. 4



*OVI, quod ad te scriberẽ, nihil erat: & tamen, si quid esset, sciebam te à tuis certiorem fieri solere de futuris autem rebus etsi semper difficile est dicere, tamen interdum coniectura possis propius accedere. cũ res est eiusmodi, cuius exitus prouideri possit. Nunc tantum uidemur intelligere, non diuturnum bellum. etsi id ipsum nonnullis uideatur secus. equidem cum hæc scribebam, aliquid iam actum putabam, non quo ego certo scirem, sed quòd non difficilis erat coniectura. nam cum * omnis belli Mars communis, & cum semper incerti exitus præliorum sint: tum hoc tempore ita magnæ utrinq; copiæ ita paratæ ad depugnandum esse dicuntur, ut, utercunq; uicerit, non sit mirum futurum. Illa in dies singulos magis magisq́; opinio hominum confirmatur. etiam si inter causas armorum aliquãtum intersit, tamen inter uictorias non multum intersuturum. * alteros propemodum iam sumus experti: de altero, nemo est, quin cogitet, quàm sit metuendus iratus uictor armatus. Hoc loco si uideor augere dolorem tuum, quem consolando leuare debebam, fateor me communium malorum cõsolationem nullam inuenire præter illã, quæ tamen, si possis eam suscipere, maxima est, quaq́; ego quotidie magis utor; CONSCIENTIAM rectæ uoluntatis maximam consolationem esse rerum incommodarum, nec esse ullum magnum malum præter culpam. à qua quando tantum absumus, ut etiã optime senserimus, euentusq́; magis nostri consilij, quã consilium, reprehendatur, & quando præstitimus, quod debuimus: moderate, quod euenit, feramus Sed hoc mihi tamen non sumo, ut te consoler de communibus miserijs, quæ & ad consolandum maioris ingenij, & ad ferendum singularis uirtutis indigent. Illud cuius facile est docere, cur præcipue tu dolere nihil debeas. eius enim qui tardior in te leuando fuit, quàm fore putaramus, non est mihi dubia de tua salute sententia: de alijs autem non arbitror te expectare, quid sentiam. Reliquũ est, ut te angat, quòd absis à tuis tandiu, res molesta, præsertim ab ijs pueris, quibus nihil potest esse * festiuius. sed, ut antea ad te scripsi, tempus est huiusmodi, ut suam quisq; conditionem miserrimam putet; & ubi quisq; sit, ibi esse minime uelit. equidem, nos quòd Romę sumus, miserrimum esse duco; non solum quòd in omnibus malis acerbius est * uidere, quàm audire; sed etiam quòd ad omnes casus subitorum periculorũ magis obiecti sumus, quam si abessemus. etsi me ipsum consolatorem tuũ non tantum literæ, quibus semper studui, quantũ longinquitas temporis mitigauit. quãto fuerim dolore, meministi. in quo prima illa consolatio est, uidisse me plus, quàm cæteros, cum cupiebam quamuis iniqua conditione pacem. quod etsi casu, non diuinatione mea, factum est: tamen hac inani prudentiæ laude delector. deinde, quod mihi ad consolationem commune tecum est, si iam uocer ad exitum uitæ, non ab ea rep. auellar, qua carendum esse doleam. præsertim cum id sine ullo sensu futurũ sit. Adiuuat etiam ætas, & acta iam uita; quæ cum cursu suo bene cõfecto delectatur, tum uetat in eo uim timere, quò nos iam natura ipsa pene perduxerit. Postremo is uir, uel etiam ij uiri hoc bello occiderunt, ut impudentia uideatur eãdem fortunam, si res cogat, recusare. equidem mihi omnia propono: nec ullum est tantum malũ, quod non putem impendere: sed, cum plus in metuendo mali sit, quàm in illo ipso, quod timetur, desino: præsertim cũ id impendat, in quo non modo dolor nullus, uerum finis etiam doloris futurus sit. Sed hæc satis multa, uel plura potius, quàm necesse fuit. facit autem non loquacitas mea, sed beneuolentia longiores epistolas. * Seruium discessisse Athenis, moleste tuli. non enim dubito, quin magnæ tibi leuationi sit solitus esse quotidianus cõgressus, & sermo cum familiarissimi hominis, tũ optimi, & prudentissimi uiri. Tu uelim, te, ut debes, & soles, tua uirtute sustentes. ego, quæ te uelle, quæq; ad te, & ad tuos pertinere arbitrabor, omnia studiose, diligenterq́; curabo. quæ cum faciam, beneuolentiam tuam erga me imitabor, merita non assequar. Vale.*

omnis fortuna belli. — vide epist. 12. lib. 3. — epist. 10. lib. 2. ad Att. — epist. 9. lib. 2 — vide epist. 4. lib. 4. & 6. h. l.

NOVI, quod} Huius epistolæ argũ parũ distat à superioribus. ostendit.n. Cic. magnũ impendere periculũ ex bellis ciuilibus, vtercunq; sit futurus victor. postea vero cõsolatur Torquatũ fere ijsdẽ rationibus, quibus cõsolatus est in alijs epistolis, & maxime in prima huius lib. {Si q d esset}.s. noui. {Difficile} quia futurorũ nulla est scientia. {Possis}pro possit aliquis {Accedere propius}.s.non omnino diuinare, verũtamen non longe aberrare. {Coniectura} collatione multarũ rerũ. nam conijcere est simul iacere· inde cõiectura dr̃, quoties multa cõcurrunt ad demõstrationem alicuius rei. vide Cic. j. lib. Rhet. ad Heren. vbi tractat de partibus coniecturalis cõstitutionis. {Eiusmodi}talis naturæ & cõditionis. {Exitus}finis. multa.n. sunt, quorũ exitus non põt cõiecturis deprehendi, multa, quorũ põt. {Prouideri} pspici, multo ante aduerti. {Nõ diut.}.i.longũ.s.fore. {Secus} aliter, qui putãt fore diuturnum. {Mars cõis}subaudi sit. {Vtrinq;}ex vtraq; parte, & Põpeianorũ & Cæsarianorũ. {Vtercũq;}vel Cæs. vel Põpeius, q̃uis multi sentiant eũ iam interijsse: & filiũ, Q. Põpeiũ, suscepisse bellũ post mortẽ patris. nã in epistola sequẽti dicit Cic. Postremo is vir interijt. &c. {Nõ sit mirũ}quia vtercũq; habet maximas copias. {Inter victorias}q.a vtercũq; vicerit, opinãtur hoĩes victoriã fore crudelẽ. {Alteros}Põpeianos. {Sumus experti} re ipsa cognouimus, q̃ sint insolẽtes. {Iratus} quia negatus est ei triũphus. {Victor} q.a ẽt si sit bonus, necesse est quodãmodo, vt fiat insolẽs & immoderatus. {Armatus}& ob id erit crudelior, om

nia.n.emphasim habent.§Hoc loco§cum debeat Cic.consolati Torquatū,& hæc dicat,quæ dolorē afferant,excusat se,quare id faciat & affert cōsolationem, q̄ diximus ab eo vsurpari de conscientia rectæ voluntatis.§A qua§culpa.§Absumus§ sumus remoti.§Euentus§ quia quāuis bonū consiliū cepetimus, tñ nobis male euenit.§Præstitimus§effecimus ſ.patriæ,& ciuibus nostris.§Non sumo§non assumo, nec capio.§Maioris ing.§ q̄ sit meū,quia dixit ad Marcellū, sin tanta mala reip.te frangūt,nō tam abūdo ingenio,vt te cōsoler.§Virtutis§furtitudinis.§Cuiuis§cuilibet etiā,qui nō sit valde doctus.§Docere§probare,ostēdere rationibus.§Eius§Cæſ.§Snīa§iudiciū,vel deliberatio.§Nō est dubia§quia nō dubito,quin sentiat te omnino restituēdum in patriā.§De illis§Pōpeianis.§Nō arbitror te exp.§q̄a tu ipse scis,quid sentiā.§Reliquū est§ cū nō debeas desperare de salute tua,reliquū est,vt nihil debeat te cruciare,nisi, ꝙ absis à tuis,& præcipue à filijs tuis,qui sunt iucundissimi pueri.§Ab his pueris§filijs suis.§Festiuius§iucundius,lætius.§Vt scripsi antea§ in j.epist.§Videre,q̄ audire§quia vt supra dixit, oculi augēt dolorem.§Obiecti§suppositi.§Literæ§studiū literatū,vt sæpe supra dixit.§Longinquitas t̄pis§quia,vt supra scripsit S.Sulpic.Nullus est dolor,quem longinquitas t̄pis nō minuat, atq; molliat.§Me vidisse.ſ.mala reip.futura.§Quāuis§quālibet.§In qua conditione§etiā cū aliquo dāno nostro.§Casu,nō diuinatione§ nō enim ita euenit,quia diuinauerim,sed casu.i quia, ita fortuna tulit.§Inani laude§ quo dicat ante alios præuidisse hæc futura.§Deinde§alia cōsolatio, quæ ad vtrūq; pertinet.dicit Cice.ꝙ si esset moriturus,nō videt rēp ita florentē, vt pigeat eā relinquere.magis.n.inuiti deserimus res prosperas,& q̄bus delectamur, quàm aduersas.Hor.Si q̄d mirabere,pones inuitus.§Cōmune tecum§quia hæc consolatio ita pertinet ad me, sicut ad te.§Ad exitū vitæ§ad mortē.§Nō auellar§nō abstrahar, nō separabor.§Ab ea§à tali,qua doleā esse carendū, quia est miseria,& nullus est dolor carere rebus miseris.§Sine vllo sensu§ quia in præcedenti epist.dixit: Si nō ero,sensu omnino carebo.§Aetas§senilis,quæ magis contēnit mortē, vt Anchises apud Virg.§Acta§ cursu naturali functa.§Cursu suo§est.n.vita hominis quasi cursus quidā,vt Paulus Apostolus, Oēs quidē currimus, sed vnus accipit brauiū.§Vim§ violentiam.ſ.mortis.§In eo§ in ea re, in senecta,vt ipse in Catone maiore inq̄t: Nihil est tā naturale q̄ senibus mori.§Is vir§Pōpeius.§Vel ij viri§correctio est,q̄a alij multi interierāt, nō ꝙ Pōp.in pugna sit interemptus, sed quod mortuus est t̄pe belli in Aegypto,à Ptolemęo iussus interfici. bellū aūt pro toto t̄pe,quo pugnatur,& gerūtur prælia, accipitur, vt bellū Troianū fuit decē annorum. Prælium vero est ipse conflictus.§Impudētia§temeritas.§Recusare§ nō accipere.§Propono mihi§animo cogito.§Impēdere§imminere.§Desino§.ſ.metuere.§Id impēdat§id immineat,id sit futurū.ſ.mors.§In quo§ in qua morte.§Finis doloris§q̄a,vt dicit Horat.Mors vltima linea rerū est.§Plura q̄ fuit necesse§q̄a scio te esse animi fortissimi,& es in ea vrbe,vbi hæc optime tradunt̄.§Loquacitas§naturalis loquendi abundantia.§Beneuolentia§qua te cōplector:ex abundantia.n.cordis os loquit̄.§Seruiū§Sulpiciū.§Leuationi§ diminutioni curarū,& recreationi.§Cōgressus§cōsuetudo,conseruatio.§Tū§.i.&.§Sustētes§fortē præbeas, nō sinas te cadere animo.§Quæ cū faciam§vt studiose & diligēter curē oīa, quæ ad te pertineāt.§Imitabor beneuolentiā tuā erga me§.i.ostendam me beneuolū in te,sicut tu fuisti,in me.§Nō assequar§ nō æquabo.ſ.studio,& diligentia mea.§Merita§officia mihi præstita.i.nunquam potero facere,tm̄ quantum tu de me meritus es.

Bellum
Prælium

ASCEN.

NOVI, quod ad te scriberem,&c.§ Cōsimili ferè argumento cū superioribus ostēdit Cic.magnū impendere periculū ex bellis ciuilibus, siue Pōp.siue Cæsar victor futurus sit.deinde cōsolatur Torquatū ferè ijsdē rationibus,quibus in superioribus,& præcipue in prima epist. Ordo est. Nihil noui erat sup.mihi,quod scriberē ad te, & tñ si q̄d sup.noui esset,sciebā te solere fieri certiorē.i.te edoceri à tuis ſ. familiaribus & necessarijs.Aūt.i.sed,etsi.i.q̄q̄ dicere de rebus futuris est semper difficile,præsertim de contingētibus, qualis est exitus belli, ad quem fortuna multū pōt:tñ cui possi.i. quilibet possit accēdere.ſ.ad verā cognitionē,propius.i.aliquantum,aut multū propè,cōiectura.i.per cōiecturā, tunc sup.cū.i.qñ res est eiusmodi, cuius.i.eius vt exitus possit præuideri. Nō videmur nunc intelligere tm̄ bellū non diuturnū, sup.futurū, etsi.i.licet idipsum.ſ.bellū nō futurū diuturnū, videatur nōnullis.i.aliquibus,aut quibusdā,secus.i.aliter,hoc est,etsi videatur quibusdam diuturnū fore,vbi etsi cōstruitur cū subiūctiuo verbo. Equidē.i. ego quidē cum.i.qñ scribebā hæc,putabā iam aliquid.ſ.de bello finiendo,actū,non,sup.id scribo, quo.i.ꝙ,legā,aut quo.i.per quod,sciā certo,sed ꝙ.i.quia cōiectura erat haud.i.nō difficilis, hoc est q̄a facile poterā per cōiecturā cōsequi.quod sequētibus probat,vnde nō subscribā tollentibus negationē. nā cū omnis Mars.i.auctor victoriæ,belli sup.sit cōis.i.neutri parti adiuratus & cū exitus præliorū sint semper incerti, tñ magnæ copiæ dñr esse hoc t̄pe paratæ vtrinq;.i.ab vtraq; parte,ad pugnādū,ita vt vtercūq;.ſ.exercitus vicerit,nō sit futurū mirū.i.mirandū, vtercunq;.i.quicūq; duorū,vicerit: q̄a vterq; exercitus optimè instructus erat: illa opinio optima, q̄ dicturus est,confirmatur.i. augetur,& roborat̄ in singulos dies magis, & magis.opinio aūt est,etiā si.i.quāuis,insit.i.d̄ri̧ sit aliquantū inter causas armorum,q̄a Pōpeiani iustiorē cām,eo ꝙ à rep.stabant,habebāt: tñ nō multū interfuturū.i.d̄ri̧ futurū inter victorias, eo ꝙ vtraq; pars victoria insolēter vsura videbatur. Nos sumus experti ꝑpemodū.i.quasi,alteros.ſ.Pōpeianos. Nemo est,quin cogitet de altero.ſ.Cæsare.ſ.q̄n insolēter sit vsus victoria,cū sit metuēdus iratus,eo ꝙ est iratus,ob negatū triūphū & imperij prorogationem,victor.i.si fuerit victor,eo ꝙ victoria insolētiores facere solet.armatus.i.cū sit victurus vi armorū præditus. Si ego videor augere dolorē tuū hoc loco.i.dicto huius loci, quē.ſ.dolorē debebam,aut debeā leuare.i.minuere: fateor me nullā.i.nō inuenire vllā consolationē malorū cōium.i.reip.præter illam q̄ dicet, quæ tñ est maxima,si possis suscipere.i.in vsu tuū cōuertere eam,& qua ego vtor quotidie magis, videlicet cōscientiā voluntatis rectæ,esse maximā consolationē rerū incōmodarū.i.nociuarum,hoc est si quis sibi cōscius sit,ꝙ ad mala, quæ euenerunt, nō præbuerit cōsensum, nec vllū malū esse magnū præter culpam.i. si non adsit culpa, de qua.ſ.culpa,qñ.i.qm̄,nos absumus tm̄,vt etiā senserimus optime, quia pacē qualēcunq; potius,q̄ bellū suscipiendum,& euentus cōsilij nostri,quo duximus Cæſ. resistendū,reprehendatur magis,q̄ cōsiliū.ſ.nostrum. quia licet male euenit,bene tñ cōsuluimus: vnde Phyllis Ouidiana ægre ferēs consiliū suū dānari ab illis,qui dñt,Exitus acta probat, addit,Careat successibus opto,Quisquis ab euētu facta notanda putat. Qñ.i.qm̄, præstitimus.i.exhibuimus, & effecimus, quod debuimus, feramus.i.patiamur,moderate.i.tēperato animo id, sup.q̄d euenit,licet malū sit, sed tñ ego nō sumo.i.nō attribuo, & arrogo mihi,vnde rectius dicat̄ vir,sibi multa sumens, q̄ vir præsomptuosus, vt vulgo dñt,hoc,vt cōsoler te de miserijs communibus,quæ.ſ.miseriæ cōes idigēt maioris ingenij sup.q̄ meū sit ad cōsolandū.i.vt cōsolentur,passiue,hoc est,vt de eis cōsolemur,& indigēt singularis virtutis ad ferēdū.i.vt ferātur. Facile est cuiuis.i cuilibet,docere illud,cur tu nihil debeas dolere præcipue.i.præter cęteros.Enim.i.q̄a,snīa de tua salute,eius.ſ.Cæsaris,qui fuit tardior in leuando.ſ.ab exilio,aut timore, q̄ putaremus fore.i.futurū esse,nō est dubia mihi,hoc est,est mihi perspecta.scio.n.ꝙ te saluū esse cupit. Aūt.i.sed,nō arbitror te expectare,quid sentiā de illis.ſ.Pōpeianis,si forte vicerint, quia oēs sciūt te Pōp.semper fauisse. Reliquū est.i.id solū restat,vt ꝙ absis tandiu à tuis,angat.i.cruciet, & torqueat te,appositorie res molesta.i.ꝙ est res molesta,p̄sertim sup.abesse,ab ijs pueris.i.filijs,quibus nihil pōt esse festiuius.i.lętius,& lepidius. Sed,vt scripsi antea ad te,tēpus est hmōi.i.tale,vt quisq; putet conditionē suā.i.statū vitæ suæ,miserrimā, vt quisq; minime.i.nequaquā, velit esse ibi,vbi sit. Equidē.i.ego quidē,hoc est certe,duco.i.existimo,miserrimū.i.rem miserrimā esse,ꝙ sumus Romæ,nō solum,ꝙ.i.q̄a,in omnibus malis acerbius est videre,sup.ea,q̄ audire,sed ēt ꝙ nos,q̄ Romæ sumus,sumus magis obiecti ad oēs casus periculorū subitorum,q̄ si abessemus. Etsi literæ.ſ.sciētiæ philosophicæ literis cōmendatæ,quibus studui.i.operā diligentē dedi semper,nō sup.mitigauerūt tm̄.i.intantū aut tātopere, me ipsum consolatorē tuū. Valla diceret,tu,nisi quodammodo possessio importetur. quantū longinquitas.i.prolixitas tēporis mitigauit meipsum,&c.tu meministi.i.memoriā tenes, sup.in quanto dolore fuerim,in quo.ſ.dolore, illa est prima cōsolatio me vidisse prius,q̄ cęteri,sup.viderint. Aliter diceret,q̄ cęteros: cū cupiebā pacē conditione quāuis.i.quantūuis, iniqua, sup.id, quod etsi.i.q̄q̄ factū est casu.i.alea belli, nō diuinatione mea i. Cæſ.victorē fore: tñ ego delector hac inani.i.friuola laude prudētiæ.i.prouidētiæ,ꝙ ita fore præuidebā. Deinde sup.cōsolatur me,aut mihi cōsolationi est id, q̄d est mihi cōe tecū ad cōsolationē, videlicet ꝙ si ego vocer iam ad exitū vitæ.i.ad mortē,ego nō auellar inuitus ab ea.i.eiusmodi rep.q̄.i.cuiusmodi doleā carendū esse.i.ꝙ carere debeā, p̄sertim cū id vt sit futurū sine vllo sensu. Vr̄ iterū Epicurice loqui, forte ꝙ Torquatus eius sectæ erat. Epicurei.n.dictitabāt oēm sensū hominis in morte perire.

Nam

Nã Epicurus impie iactitabat se genus humanũ liberasse duobus maximis malis,timore.s.deorũ in vita,cũ doceret deos non curare mortalia, & cruciatu post hãc vitam,cũ doceret animos cũ corporibus interituros more pecudũ. Aetas.s.senilis adiuuat me,& vita iam acta.i.cõsummata ferè, quæ.s.vita,cũ.s.ita sit,q̃ delectatur cursu suo confecto.i cõsummato bene.i.decẽter,tũ.i. multo magis, vetat timere vim in eo.i.in morte, quo,i.ad quã ipsa natura perduxerit iam penè nos. Postremo.i.vltimo loco, me consolatur, q̃ is sup. Pomp.occidit.i.occubuit. Vel etiam.i. tales viri,occiderunt.i.cæsi & mortui sunt hoc bello.s.ciuili vt impudentia videatur,vel,vt videatur impudentiæ recusare eandem fortunam,quam illi passi sunt,si res cogat. Equidem i.ego quidem,propono mihi omnia.s.mala obeunda, nec vllum malum est,quod nõ putem impendere.i.in perniciem meã imminere,sed cum plus mali sit in metuẽdo.s.in metu mortis,quàm in illo ipso,quod timetur,hoc est q̃ in morte ipsa, desino, sup: metuere,præsertim.i.præcipue, cum id impendat i.immineat, videlicet interitus. In quo non modo.i.nõ solum, nullus dolor sit futurus,verum etiam.i.insuper,finis doloris sit futurus. Sed hæc,sup.sunt satis multa,vel fortasse plura, quàm fuit necesse. Autem.i.sed non loquacitas mea.i.auiditas loquendi,sed beneuolentia mea facit epistolas longiores.s.q̃ alioqui essent. Ego tuli moleste.Seruium.s.Sulpiciũ discessisse Athenis.non.n.dubito,quin solitus sit esse tibi magnæ leuationi.s.de miserijs animi congressus & sermo quotidianus: tum.i.simul, hominis familiarissimi.s.tibi,tum.i.simul viri optimi,& prudentissimi. Velim,sup.vt tu sustentes te tua virtute,vt debes, & vt soles. Ego curabo studiose,quæ pro & diligenter, omnia quæ arbitrabor, te velle,quæq̃;.i.& quæ arbitrabor, pertinere ad te, & ad tuos, quæ.s.omnia cum faciam,imitabor beneuolentiam tuam erga me,non assequar.i.non æquiparabo,merita.s.tua,erga me, con ferendo.s.paria in te,quia id non potero.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Consolatio amici exulis,& patria carentis, constans & suis argumentis,à Cæcinæ,& Cæsaris,cuius potentiam fugerat,attributis. Epilogus est adhortatorius ad fortunæ vim continendam. Conueniţ & hæc orationis pars,ita tractata, consolationi.

CICERO S. D. A. CAECINAE. 5

vide epist. 2. lib. 3.



Votiescunq; filium tuum uideo, (uideo autem ferè quotidie) polliceor ei studium quidem meum, & operam sine ulla exceptione aut laboris, aut occupationis, aut temporis; gratiam autem, atq; auctoritatem cum hac exceptione, quantum ualeam, quantumq́; possim. Liber tuus & lectus est, & legitur à me diligenter, & custoditur diligẽtissime. Res, & fortunæ tuæ mihi maximæ curæ sunt: quę quidem quotidie faciliores mihi, & meliores uidentur: multisq́; uideo magnæ esse curæ: quorum de studio, & de sua spe filium ad te perscripsisse certo scio. ijs autẽ de rebus, quas coniectura consequi possumus, non mihi sumo, ut plus ipse prospiciam, quàm te uidere, atq; intelligere mihi persuaserim. sed tamen, quia fieri potest, ut tu ea perturbatiore animo cogites; puto esse meum, quid sentiam, exponere. Ea natura rerum est, & is temporũ cursus, ut non possit ista aut tibi, aut cæteris fortuna esse diuturna, neq; hærere in tam bona causa, & in tam bonis ciuibus tam acerba iniuria. Quare ad eam spem, quã extra ordinem de te ipso habemus non solum propter dignitatem, & uirtutem tuam, (hæc enim ornamẽta sunt tibi etiam cum alijs communia) accedunt tua præcipua propter eximium ingenium, summamq́; uirtutem: cui mehercule hic, cuius in potestate sumus, multũ tribuit. itaq; ne punctum quidem temporis in ista fortuna fuisses, nisi eo ipso bono tuo, quo delectatur uiolatum putaret. quod ipsum lenitur quotidie: significaturq́; nobis ab ijs, qui simul cum eo uiuunt, tibi hanc ipsam opinionem ingenij apud ipsum plurimum profuturam. Quapropter primum fac animo forti, atq; magno sis: ita enim natus, ita educatus, ita doctus es, ita etiam cognitus, ut tibi id faciendum sit. deinde spẽ quoq; habe as firmissimam propter eas causas, quas scripsi. à me uero tibi omnia, liberisq́; tuis paratissima esse confidas uelim id enim & uetustas nostri amoris, & mea consuetudo in meos, & tua multa erga me officia postulant. Vale.*

QVOTIESCVNQVE} A.Cęcina,vir præstantissimi ingenij, Põpeianorũ partiũ studiosissimus, scripserat, quæ suis tẽporibus essent gesta & laudauerat multos ciues,qui reip.studiosi fuissent; multos, qui eã oppugnassent, notauerat: dãnauerat & præcipue Cæs.qui contra eã arma mouisset, & oppugnasset. Quãobrẽ Cæs.interdixerat ei patriã,sicut & multis alijs. Cũ igitur vehementer angeretur & cruciaretur Cęcina desiderio patriæ & suorũ: Cic.hac epistola eũ consolatur ferè isdẽ rationibus,quibus consolatus est Torquatũ,ostendens eũ non posse esse diutius in his malis. Postremo pollicetur omnia sua ipsi Cęcinæ & eius filio. {Video autẽ ferè quotidie} Parẽthesis est,quia potuisset dicere Cęcina filiũ suũ raro videri à Cic.& ideo raro promitti studiũ suum. {Studium} diligentiã,& voluntatẽ. {Sine exceptione} i.nõ excipiẽdo laborẽ,aut occupationẽ aliquam meã,aut tempus aliquod: quia nolo q̃ habeat respectum alicuius rei. {Gratiam} quæ est mihi apud Cæs.& alios,subaudi polliceor. {Cum hac exceptione} .i.nõ absolute ei promitto,sed solũ inquantũ possum, quia imminuta est aliquantulũ auctoritas mea. {Liber tuus} quem misisti mihi videndũ. {Custoditur} seruatur,ne exeat in manus alicuius. {Meliores} .i.melioris cõditionis. {Video magnæ esse curæ} .s.res & fortunas tuas. {De studio quorum} .s.multorum, quibus res tuæ sunt curæ. {Filium} tuũ. {Fieri potest} i.est possibile. {Ea} eas res tuas. {Perturbatiore} .s.q̃ ego. {Quid sentiam} quid iudicem,quid in animo habeã. {Cursus} dispositio. {Is} talis. {Ista} mala,& aduersa. {Et cet.} qui sunt exules sicut tu. {Hærere} permanere,fixa esse. {Tam acerba} vt priuet te patria,& aspectu tuorũ. {Extra ordinem} .i.præter ordinẽ, & numerũ aliorũ. {Accedunt} adiunguntur. {Hæc.n.ornamenta} .s. dignitas,& virtus.est aũt parenthesis. {Præcipua tua} quæ sunt tua peculiaria,& non cõmunia cũ alijs. {Ingenium} vim innatam ad omnia percipienda. {Virtutem} hic accepit virtutẽ pro animi fortitudine,vt sæpe supra vidimus.est aũt ordo,quare tua præcipua p̃p eximiũ ingeniũ atq; virtutẽ accedũt ad eã spem, quã habemus,&c. {Cui} ingenio & virtuti.nã supra ad Marc.dixit,Sed,mihi crede,etiã is,q omnia tenet,fauet ingenijs. {Hic} Cæs. {Tribuit} præbet auctoritatẽ & honorẽ. {Pũctum} momẽ tum. * punctus.n.& punctũ (vtrũq;.n.dicitur) res est minima, vide Gell. lib 6. c. 41.
itaq; ponitur p̃ momẽto,& particula tẽporis vel horæ. Horat. in epist. Nihil propriũ cuiq; pũcto quod mobilis horæ Nũc prece,nũc pretio,nũc vi, nunc morte suprema Permutat dños,&c. {Bono tuo} ingenio. {Se violatũ} se offensum,qa scripsisti contra eũ {Quod ipsum} quæ ipsa res.s.q̃ putet se violatũ à te. {Lenitur} mitigat,qa quotidie æquiori aĩo fert, qđ in eũ scripsisti. {Opinionẽ ing.} q̃ habet de ingenio tuo. {Ita natus} ex tali genere ortus. {Educatus} nutritus. {Eas causas} .i.naturã rerũ,cursum tẽporũ,& opinior e n,q̃ Cæs.habet de ingenio tuo. {Vetustas} antiq tas,quę maiorẽ debet hr̃e vim,q̃ nouitas amoris.ponit aũt tria,q bus õdit se id facere debere, vetustatẽ amoris sui in ipsũ Cęc.cõsuetudinẽ suã in oẽs amicos, q bus semp̃ solitus est libẽter esse paratus, & postremo bñficia sibi accepta à Cęc.

QVOTIESCVNQVE} A.Cęcina, Põpeianæ factionis vir insignis,scribendo tẽporis sui gesta laudauerat Põpeianos,& carpserat Cæsarẽ: quãobrẽ Cæs.ei vrbe interdixerat: cuius cũ desiderio angeretur, cõsolatur eũ Cic.dicens: Quotiescunq; video filiũ tuum, video aũt ferè.i.quasi quotidie: sup.toties polliceor ei quidẽ.i.certe, studiũ meũ,& operã sine vlla exceptione, aut laboris, aut occupationis,aut tẽporis. Aũt.i.sed ego polliceor ei gratiã,atq; auctoritatem,sup.meã, apud Cæs.s.cũ hac exceptione i.cũ hac clausula exceptiua,aut restrictiua,quantũ valeã,quantumq́;.i.& quantũ possum. Liber tuus.s.de gestis tui temporis.&.i.simul,lectus est, & legitur à me diligẽter,& custoditur diligentissime. Res.i.negotia,& fortunæ.i.diuitiæ tuæ, sunt mihi maximæ curæ, quæ.s. res,& fortunæ, quidem i.certe,vñr mihi quotidie faciliores, & meliores,faciliores quidem res.i.negotia,meliores aũt fortunæ, & ego video.i animaduerto,sup.res,& fortunas tuas esse multis magnæ curæ. De quorum studio scio certo filium.s.tuum perscripsisse i.cõplete scripsisse ad te & de spe sua s.quàm habet de

restitutione tui. Autem.i.sed,ego non sumo.i.attribuo,aut arrogo mihi vt ipse.i.ego perspiciam plus de his rebus quas possumus consequi.i.intelligere futuras coniectura.i.per coniecturā, plus inquam persuaserim mihi te videre,atq; intelligere. Sed tamen,quia fieri potest vt tu cogites ea animo perturbatiore.f.q̄ ego,puto esse meum.i.mei officij, exponere.i.declarare tibi q̄d sentiam. Ea natura rerum & is cursus temporum est, vt ista.f. aduersa fortuna,non possit esse diuturna , aut tibi, aut cęteris. Neq; tam acerba iniuria,vt est exulare à patria, sup.possit hærere.i.firmiter inesse,in tā bona causa,& in tam bonis ciuibus. Quare tua,sup.ornamenta præcipua.i.peculiaria , propter eximium ingenium,summamq; virtutem,sup.tuam,cui mehercule.f.ita iudicante.vt ex animo loquor,hic.f. Cæsar, in cuius potestate nos sumus,tribuit multum, accedunt.i.adduntur ad eam spem,quam habemus de te ipso , extra ordinem.i.singulariter, non solum.i.nedum propter dignitatem,& virtutē tuam , hæc enim ornamenta,f.dignitas,& virtus , sunt tibi communia etiā cum multis. Itaq;.i.& ita,quia Cæs.tibi tantum tribuit, fuisses ne quidem.i.non saltem punctum.i.minimam partem tēporis in ista.f.aduersa fortuna , nisi.f.Cæsar putasset se violatum eo ipso bono tuo.f.eximio ingenio in scribenda historia,quo delectatur,quod.f.se violatum putare ingenio tuo,lenitur.i.minuitur quotidie , & significatur nobis ab ijs qui viuunt simul cum eo.f.Cæs.hanc ipsam opinionem ingenij profuturam sup.tibi plurimum apud ipsum.f.Cæs. Quapropter fac primum, sup.vt sis animo forti,atq; magno. Enim.i.quia,tu es natus ita,educatus ita,doctus,& cognitus etiam ita,vt id sit faciendum tibi.i.vt te deceat ita facere.i.forti & magno animo esse . Deinde , sup. fac,vt habeas quoq;.i.etiam spem,firmissimā propter eas causas,quas scripsi. Vero.i.sed aut pro vero velim , sup.vt confidas omnia paratissima esse tibi,& liberis tuis à me. Enim.i.qa &.i. simul vetustas amoris nostri,& cōsuetudo mea,in.i.erga meos, & multa officia tua erga me postulant id.f.vt mea omnia sint tibi tuisq; liberis paratissima .

PAVL. MAN. QVARE ad eam spem,&c.] inconsequens, & obscura locutio,ex quo vereor,ne corrupte totus hic locus legatur.ac fieri tū potest, vt ita scripserit Cic.& inciderit in vitiū,quod Græci σολοικοφανὲς appellant.cuius generis nōnulla cum in reliquis eius scriptis, tum in libris maxime contra Verrem deprehenduntur: quæ Pedianus notauit,

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Et hæc epistola eiusdem cum superioribus est argumenti . Exordium est à sua persona sumptum , quo certam pollicitationem suam futuram confirmat.confirmatur ea argumentis notissimis à testibus, ab eruditione,ab vsu,postremo exemplo, tanquam certissimo iudicio : vbi narrat, quid in Cæsaris,Pompeijq; causa prædixerit Deinde ad consolationem dilabitur,retectis coniecturalibus argumentis à Cæs.clementia , humanitateq; : de qua nihil sibi non promittere audet . Postremo consolatur eum communibus argumentis à temporum & rerum conditione,& Cæcinæ attributis.Conclusio est officiosæ particulæ .

CICERO S. D. CAECINAE. 6



VEREOR, ne desideres officium meum: quod tibi pro nostra & meritorum multorum, & studiorum, & partium coniunctione deesse non debet : sed tamen uereor , ne literarum à me officium requiras : quas tibi & iam pridem, & sæpe misissem,nisi,quotidie melius expectans , gratulationem,quàm confirmationem animi tui,complecti literis maluissem.nunc autem,ut spero,breui gratulabimur: itaq; in aliud tempus id argumentum epistolæ differo: his autem literis animum tuum, quem minime imbecil-

nota cōiuncta verba in rebus optatis.

lum esse & audio,& * spero,etsi nō sapientissimi,at amicissimi hominis auctoritate confirmandum etiam atque etiam puto,nec ijs quidem uerbis , quibus te consoler ut afflictum,& iam omni spe salutis orbatum, sed ut eum, de cuius incolumitate non plus dubitem, quàm te memini dubitare de mea . nam cum me ex rep.expulissent ij,

vide ep. 9. lib. 1 & 2. lib. 7.

qui illam cadere posse, stante * me,non putarunt : memini me ex multis hospitibus,qui ad me ex Asia,iu qua tu eras,uenerant , audire ; te de glorioso, & celeri reditu meo confirmare. si te ratio quædam Etruscæ disciplinæ, quàm à patre, nobilissimo atq; optimo uiro , acceperas, non fefellit : nec nos quidem nostra diuinatio fallet , quā tum sapientissimum uirorum monumentis , atq; præceptis,plurimoq; , ut tu scis doctrinæ studio , tum magno etiam usu tractandæ reip.magnaq; nostrorum temporū uarietate consecuti sumus . cui quidem diuinationi hoc plus confidimus , quòd ea uos nihil in his tam obscuris rebus,tamq; perturbatis tanquam omnino fefellit . dicerem,quæ antea futura dixissem, ni uererer , ne ex euentis fingere uiderer. sed tamen plurimi sunt testes,me & initio,ne coniungeret se cum Cæsare,monuisse Pōpeium, & postea,ne * seiungeret . coniunctione frangi senatus idem in Phil. 2.

opes,disiunctione ciuile bellum excitari uidebam.atque utebar familiarissime Cæsare,Pompeium faciebam plurimi : sed erat meum consilium cum fidele Pompeio, tū salutare utriq;. Quæ præterea prouiderim, prætereo. nolo enim * hunc,de me optime meritū,existimare , ea me Cæsarem.

suasisse Pompeio,quibus ille si paruisset , esset hic quidē clarus in toga,et princeps,sed tantas opes, quantas nūc habet,non haberet. Eundum in Hispaniam censui. quod si * fecisset,ciuile bellum nullum omnino fuisset. Rationē Pompeius.

haberi absentis,non tam pugnaui , ut liceret , quàm ut, quando,ipso * consule pugnante, populus iusserat,habe- Pompeio I I. cōsule

retur. causa belli orta est . quid ego prætermisi aut monitorum,aut querelarum ? cum uel * iniquissimam pacē iustissimo bello anteferrem. Victa est auctoritas mea nō tam à Pompeio, (nam is mouebatur) quàm ab ijs , qui duce Pompeio freti, peropportunam & rebus * domesticis, & cupiditatibus suis illius belli uictoriam fore putabant. Susceptum bellum est, quiescente me : depulsum ex Italia,manente me, quoad potui.

epist. 3 lib. 8. Au. & 1. lib. 7. ibid. & Cæs.lib. 9. bel. ciuil. vide epist. 3. lib. 7. propter ea alienum. epist. 3. lib. 7

sed ualuit apud me plus pudor meus, quàm timor. ueritus sum deesse Pompeij saluti,cum ille aliquando non defuisset meæ . itaque uel officio,uel fama bonorum,uel pudore uictus,ut in fabulis Amphiaraus : sic ego prudens & sciens ad pestem ante oculos positam sum profectus. quo in bello nihil aduersi accidit non prædicente me. Quare,quando , ut augures, & astrologi solent , ego quoq; augur publicus ex meis superioribus prædictis constitui apud te auctoritatem augurij, & diuinationis meæ, debet habere fidem nostra prædictio. non igitur ex alitis inuolatu, nec è cantu sinistro oscinis, ut in nostra disciplina est, nec è tripudijs solistimis, aut somnijs tibi auguror: sed habeo alia signa, quæ obseruem : quæ etsi non sunt certiora illis, minus tamen habent uel obscuritatis,uel erroris . Notantur autem mihi ad diuinādum signa duplici quadam uia: quarum alteram duco è Cæsare ipso, alteram è temporum ciuilium natura,atq; ratione. In Cæsare hæc sunt,mitis, clemensq; natura, qualis exprimitur præclare illo libro querelarum tuarū . accedit,quòd mirifice * ingenijs ex- epist. 8. lib. 4

cellentibus, quale est tuum , delectatur. præterea cedit multorum iustis, & officio incensis, nō inanibus, aut ambitiosis uoluntatibus in quo uehementer eum consentiēs Etruria mouebit . Cur hæc igitur adhuc parum profecerunt ? Quia non putat se sustinere causas posse multorum, si tibi , cui iustius uidetur irasci posse , concesserit . Quæ est igitur , inquies, spes ab irato ? Eodem fonte se hausturum intelligit laudes suas , è quo sit leuiter aspersus . postremo homo est ualde acutus , & multum prouidens : intelligit , te , hominem in parte Italiæ minime contemnenda facile omnium nobilissimum, & in communi repub. cuiuis summorum tuæ ætatis uel ingenio,uel

*nio, uel gratia, uel fama populi Rom. parem, non posse prohibere à repu. ditius. nolet hoc * temporis potius esse aliquando beneficium, quàm iam suum. Dixi de Cæsare: nunc dicam de temporum, rerumque natura. Nemo est tam inimicus ei causæ, quam Pompeius animatus melius, quàm paratus, susceperat, qui nos malos ciues dicere, aut homines improbos audeat. in quo admirari soleo grauitatem, & iustitiam, & sapientiam Cæsaris: nunquam n si honorificentissime Pompeium appellat. at in eius personam multa fecit asperius. armorum ista, & uictoriæ sunt facta, non Cæsaris. at nos quemadmodum est complexus? * Cassium sibi legauit: * Brutũ Galliæ præfecit, * Sulpicium Græciæ: Marcellum, cui maxime succensebat, cum summa illius dignitate restituit. Quò igitur hæc spectant? rerum hoc natura, & ciuilium temporum non patietur: nec manens, nec mutata ratio feret, primũ ut non in causa pari eadem sit & cõditio, & fortuna omnium: deinde ut in eam ciuitatẽ boni uiri, & boni ciues, nulla ignominia notati, non reuertantur, in quam tot, nefariorum scelerum condemnati, reuerterunt. Habes augurium meum. quo, si quid addubitarem, non potius uterer, quàm illa consolatione, qua facile fortem uirum sustentarem, te, si explorata uictoria arma sumpsisses pro rep. (ita.n.tum putabas) non nimis esse laudandnm: sin propter incertos exitus, euentusq; bellorum posse accidere, ut uinceremur, putasses; non debere ad secnndã fortunam bene paratum fuisse, aduersam ferre nullo modo posse. Disputarem etiam, quanto solatio tibi conscientia tui facti quantæ delectationi in rebus aduersis literæ esse deberent. commemorarem non solum ueterum, sed horum etiam recentium uel ducum, uel comitum tuorũ grauissimos casus. etiam externos multos claros uiros nominarem.* LEVAT.*n. dolorem communis quasi legis, & humanæ conditionis recordatio. Exponerem etiã, quemadmodum hic, & quanta in turba, quantaq; in confusione rerum omnium uiueremus. necesse est.n. minore desiderio perdita rep. carere, quàm bona. sed hoc genere nihil opus est. incolumen te cito, ut spero, uel potius ut perspicio, uidebimus. Interea tibi absenti, & huic, qui adest imagini animi, & corporis tui, constantissimo, atq; optimo filio tuo studium, officium, operam, laborem meum iampridem & pollicitus sum, & detuli, nunc hoc amplius, quòd me amicissime quotidie magis Cæsar amplectitur, familiares quidem eius sicuti neminẽ. apud quem quidquid * ualebo uel auctoritate, uel gratia, * ualebo tibi. tu cura, ut cnm firmitndine te animi, tum etiam spe optima sustentes. Vale.*

Simile ep.4. li.1.

ep.15 li.15. ep.16.l.12. ad Att. ep.4.l.4.

beratio uerbi epist. 11. & 18.l.2.

RVBRA

NON vereor } Cum Cic. iãdiu intermisisset literas suas ad A. Cæcinam, sperans quotidie se ei gratulaturum fore de restitutione & reditu eius in patriam, posteaquã vidit rem longius, q̃ putabat, protrahi, eum hac ep. vel consolari, vel cõfirmare statuit, diuinans eum breui rediturum in patriam, acceptis augurijs suis, & à natura temporũ, & à natura Cæs. quæ est clementissima, & prona ad indulgẽdum. dicit autem Cæs. hactenus distulisse eius restitutionẽ, propter alios, quibus cum esset iratus, non potuisset eis denegare reditum in patriam, si concessisset Cæc. à quo magis fuerat offensus Postremo consolatur eum à conscientia rectorum consiliorum, & factorum; & pollicetur Cæc. & eius filio omne studium, & operã suã apud Cæs. & familiares Cæs. à quibus dicit se quotidie magis amari. { Desideres } requiras, tanquam desit tibi. { Meritorũ } beneficiorum, quæ mutua inter nos fuerunt. { Pro coniunctione } respectu cõiunctionis. { Studiorum } voluntatum. { Partiũ } Pompeianarum & reip. quia ambo studuimus ijsdem partibus. { Sed tñ } licet non debeat tibi deesse propter supradictas causas. { Officium literarum } vt scribas ad te sæpius, sicut est officium amici. { Melius } .s. aliquid de rebus tuis. { Complecti } cõprehendere. { Gratulatioẽ } lætitiã quandã de rebus tuis melioribus. { Argm̃ epistolæ } materiã epist. gratulatoriæ. { His literis } quas nunc ad te scribo. { Minime imbecillũ } nõ infirmũ & debilẽ, sed fortẽ, & constãtem. { Etsi nõ sapiẽtissimi } .s. mei qui nõ sum sapiẽtissimus. { At } .i. certe, vel saltẽ { Nec ijs } verbis subaudi, puto confirmandũ. { Vt } tanquã. { Afflictũ } deiectum, & prostratũ mœrore. { Orbatum } priuatum. { Omni spe } quia adhuc multæ, & magnæ spes tibi supersunt. { De mea } .s. incolumitate. i. salute, tunc cum ego etiam eram in exilio, sicut tu nunc es. { Ij } Clodius, & alij scelerati, qui ei fauebant. { Qui nõ putarunt } .i. cupidi euertendæ reip. putauerunt eam non posse cadere, si ego essem incolumis. { Me stãte } me incolumi. { Cadere } ruere, euerti. { Hospitibus } peregrinis. { In qua tu eras } illis.n. temporibus, quibus Cic. exulauit, Cæcina erat in Asia, ex qua multi hospites, qui ad Cic. veniebant, dicebant ipsum Cæc. nihil dubitare de eius salute, & de glorioso, & celeri eius reditu in patriã. quod idem dicit nunc se facere de Cæc. affirmat.n. fore, vt celeriter redeat in patriam. { Disciplinæ } scientiæ auguralis. { Vetustæ } antiquæ quæ ab Etruscis habuit originem, vnde & Tusci eius artis peritissimi fuerũt. quorum libris, & cærimoniæ deorum, & omnia dubia explicabantur. auctor est Val. Max. lib. 1. c. 1. & Luc. Hæc propter placuit Tuscos de more vetusto Acciri vates. Et Ouid. 2. fast. Augur erat, nomen longis intercidit annis, Nuper ab Etrusca venerat exul humo. { A patre } tuo qui fuit peritissimus augur. { Acceperas } didiceras. { Non fefellit te } sed certissimam tribuit tibi cognitionẽ meæ salutis. fefellit aũt dixit, quia multi fortasse non bene periti artis fallebantur, vnde Virg. Ni frustra augurium vani docuere parentes. { Diuinatio nostra } q̃ faciemus de salute tua, & de celeri reditu tuo in patriam, qua diuinationẽ non sum consecutus per disciplinam auguralem, sicut tu, sed per libros sapientissimorum hoium, qui scripserunt de varietate, & mutatione temporum rerum, & fortunæ, & consecutus sum magna experientia tractandæ reip. & deniq; ex magna varietate nostrorum temporũ. { Cum } partim. { Monimentis } scriptis. { Tum } partim & præcipue. nã plus significat q̃ cũ. { Vsu } experientia. { Tractandæ } gubernãdæ. { Nostrorum temporum } quibus interdum florui, interdum fui in summa felicitate, &c. { Confidimus } credimus & damus maiorẽ fidem. { Obscuris } difficilibus iudicatu, de exitu bellorum Cæs. & Pomp. { Ex euentis } ex ijs, quæ euenerunt, nõ autem quia ita præuiderim esse futura. qui.n. post factum dicit se aliquid præuidisse, creditur fingere magis, quia euenerit, q̃ ita euenisse præuiderit. { Seiungeret } separaret. { Frangi } imminui, si ipsi duo coniuncti essent, & consensissent, obtinuissent multa contra senatum, ita q̃ potestas senatus multũ fuissent immutata. { Ciuile bellum } sicut excitatum est. { Salutare } vtile quia ambos hortabar ad pacem. { Hunc } Cæs. { In toga } inter togatos. { In p. } sine bello. { Tantas opes } tantas vires: quia omnia solus potest. { Eundum in Hisp. } .i. vt Pomp. iret in Hisp. quæ prouincia erat ei decreta quod si Pomp. fecisset, dicebat Cæs. se venturum ad vrbem sine exercitu. { Rationem } respectu. { Absentis } Cæs. vt ei decerneretur consulatus sequentis anni: licet absenti. hoc.n. ipse per amicos suos petiuerat. { Vt liceret } vt permitteretur, & concederetur etiam contra consuetudinem. { Ipso consule } Paulo Aemil. quem Cæsar mille & quingentis sestertijs facile corruperat, & in partes suas traxerat, cũ ante aduersaretur ei. { Anteferrem } præponerem. i. cum mallem etiã pacem cũ incõmodo nostro, q̃ gerere bellũ. { Iustissimũ } sic supra ad T. Mess. quãuis tota conditione pacem accipere malui, q̃ viribus cum valentiore pugnare. { Mouebatur } meis monitis. i. assentiebãt meis suasionibus. { Putabant victoriam illius } .i. putabant, q̃ si Pomp. fuisset victor, potuissent ipsi augere rem familiarẽ suam, & consequi oia quæ cupiebant. { Quiescente me } .i. nihil agente, nec faciente verba de hoc bello. { Manente } remanente. { Domi } cum nõ exirem ad illud bel. vt sup. ad M. Mare. ep. quæ incipit, Etsi itaq;, neque tu multũ interfuisti, & ego id semp egi, ne interessem. { Pudor } verecundia. pudebat.n. me non sequi Pomp. & eius salutẽ non tueri, qui meæ saluti non defuisset, cum me in exiliũ eiectũ restituendũ curauit. { Aliqñ } aliquo tempore. { Itaq; } dicit Cic. se honestis & excusabilibus causis motum profectum fuisse ad illud bellum, sciens, & cognoscens oẽs Pompeianos succubituros, & comparat se Amphiarao vati filio Occlei, vnde & Occlides dicitur ab Ouid. & à Stat. Hic cum sciret se esse periturũ in bello Thebano, latebris se occuluerat, id nemine sciente præter Eriphylẽ vxorẽ, quæ corrupta à Polynice monili aureo Argiæ

vxoris

Argiæ vxoris suæ,indic auit maritum: qui compulsus profectus est ad bellum Thebanū, licet sciret se esse periiurū, & ibi hiatu terræ absorptus est,vt late scribit Stat. Dicit ergo Cic. se imitatum fuisse Amphiaraū,quia licet videret exitum belli, & sibi & Pompeianis aduersum,tñ ad id profectus est. {Prudens} per me intelligens. {Sciens} per alios. {Pestem} cladem. {Prædictis} superioribus diuinatioonibus,quas feci ante hæc bella. {Cōstitui} collocaui. {Augures} qui ex garritu auium futura prædicebant hæc scia nunc oino interijt. {Astrologi} qui ex cursu motuq; & natura astrorum plerunq; futura deprehendunt, sed interdum etiam falluntur. dicit ergo Cic. {Non igitur}.i. nō facio tibi diuinationem meā de rebus tuis ex volatu vel garritu auium, vel alijs rebus,quas obseruant augures. {Sed habeo alia signa} multo certiora. s. naturam & mores Cæs. & naturam temporū ciuilium. {Ex volatu alitis} Virg. Et præpetis oia pennæ. {Oscinis} volucris,quæ voce,& ore dat auguriū. Nam volucres,ex quibus capitur augurium,aut dñr oscines,ꝙ ore canāt aut præpetes.i. volantes,ꝙ volatu dent augurium. {Disciplina} scia augurali. {Ex tripudijs} ex saltationibus quibusdam, quæ quadā obseruatione in sacris fiebant. vnde cū in dedicatione capitolij, vt scribit Liuius,nuntiato aduentu hostium,ceteri omnes,acceptis armis, relicto sacrificio, eis occurrissent, solus senex inuentus est saltans,quæ res effecit,vt piaculum admissum nō esset vnde natum est prouerbium,salua res est,saltat senex. Tripudium autē dicitur,quasi tritio pedum. {Solistimis} terrenis,à solo ꝙ in sola fierent huiusmodi tripudia. alij dicunt locū esse,vbi aues versantur quod non satis probo. Solistimus aūt dicitur, sicut legimus,vbi additio nihil signat. {Sōnijs} quæ,vt scribit Vale lib. I. certis interdum imaginibus velata sunt, sicut probat exemplis de generibus eorum, quæ videmus in somnijs. scribit abunde Macr. {Obseruem} inspiciam. {Illis}. s. signis, quæ ex cantu,vel ex uolatu auiū capiuntur,& ex ceteris,quæ supra dixit. {Via} ratione. {Hæc sunt}. s. signa. {Clemēs} dicitur qui etiam remittit de eo quod posset persequi iure. {Querelarum tuarū} nam Cæcina quærebatur illo lib. ꝙ cum Cæsar esset tā mitis, & clementis ingenij, inductus esset ad occupandam remp. {Delectatur} Cæs. {Cedit} indulget,obtemperat. {Incēsis officio} quæ ex officio,& debito proueniunt,sicut sunt,quæ pro te à me & ceteris amicis tuis fiunt ex officio,quia ita tenemur. {Non inanibus} vanis,sine causa. {Ambitiosis} quæ ex ambitione proueniūt, nō aūt ex officio. {Etruria} Tuscia,vnde est tuæ gētis origo. {Consentiens} petens nobiscū,vt tu restituaris. {Mouebit} flectet ipsum Cæs. {Cur hęc} ponit obiectionem,quā posset facere Cæc. quare his rationibus,quas supra dixit, adhuc nō sit reuocatus. {Profecerunt} valuerūt. {Quia} respōsio obiectionis. {Iostius} quia non solū fauisti Pompeio cōtra eū, sed etiā scripsisti in eū. {Quæ spes ab irato} quid ergo sperare ab eo posses,si mihi iratus est? {Eodē} responsio obiectionis,& dicit,cur spes sit habenda,quia Cæs speratse posse laudari aliqñ ab eo, à qoo ootatus fuerat & vituperatus,& idem ingenium ei aliqñ profuturum, à quo ante sit læsum. {Acutus} subtilis ad intelligendum. {Parte Italię minime contemnenda}.i. Etruria egregia regione, & industria hoīm præstanti erat. n. Cæcina Etruscus gente. {Parē} cui vis summorum tuæ ætatis.i. qui sis par cuilibet eorum, qui ætate tua sunt summi. {Nolis} sensus est,cum Cæs. intelligat se non posse diutius prohibere te patria,& necesse esse,vt te aliqñ restituat: nolet, ne videatur magis facere ex necessitate tpis q̃ ex beneficio suo. {Dixi de Cæsare}.i. de signis quæ ex Cæs. capiebam. {Melius aiatus,q̃ paratus}.i. maiori aio, & volūtate defendendæ reip. q̃ apparatu armorū & militum. {Qui audeat dicere nos malos ciues} q. audeat dicere male fecisse, & esse ciues malos quamuis. n. fortuna nobis male responderit,tñ nemo audet reprehendere id,quod fecimus,licet sit inimicus causæ Pompeianæ. {Admirari} cum qoadam admiratione laudare. {Appellat} noiat. {Nisi honorificētissime}.i. cū summo honore. quod quidem signum magnæ est grauitatis. nā ferè oēs solent de inimicis suis maledicere. {At} obiectio,q.d. qd prodest,ꝙ eū honorificentissime appellet, si in eius personā multa acerba fecit,qa eum oppugnauit,& persecutus est ad mortem. {Armorū} diluit obiectionem dicens,Cęs. ea fecisse contra Pōp. non natura sua, sed natura bellorū, & victoriæ,quæ faciunt,vt interdū insolentiores simus,q̃ deceat. {Ista sunt armorū}.i. ista ex armis proueniunt. {Nos} me Cic. & alios,qui fuimus sibi aduersarij. {Legauit sibi} legatum suum fecit,licet fuisset Pompeianus. {Brutū} M. Brutum. {præfecit Galliæ}. s. fecit præfectū & prætorē Galliæ. nam ei à Cæs. magna fides habebatur,qui hanc præturā assecutus erat quartum in annū consul futurus cōpetitori Cassio prælatus,auct. Plut. in vita Cæs. {Marcellum} M. de quo supra lib. 4. {Restituit} concessit reditū in patriam, vt supra lib. 4. ad Ser. Sulpiciū epistola quæ incipit, Accipio excusationem. & epistola Seruij,quæ incipit, Etsi nō iucundissimū. {Quo} quorsum ad quid. {Spectant?} pertinent. {Hæc} quæ dixi. {Nec manēs} permanens in eodē statu. {Nec mutata} nec tacens,sed loquēs pro te. {Feret} patietur. {Vt non in causa pari}.i. vt cum Brutus,Marcellus,Cassius,& Seruius fuerint in eadē causa, & Cæs. eis placatus sit,in eadē causa nō placetur, & mitigetur etiā tibi, & eandem habeas fortunam,quā ipsi habuerunt. {Deinde} subaudi non feret ratio {Notati} infecti. {Nulla ignominia} nulla infamia,qui nihil mali admiserunt. {In quam} ciuitatem. {Tot condemnati scelerū}.i. tot homicidæ,& alij scelerati viri. {Quo non vterer}.i. quod non dicerem tibi,si de eo haberent aliquod dubium,sed potius consolarer te ex conscientia tuorū consiliorum,& factorū. {Explorata} certa,non dubia. {Non est magni animi offerre se tm̄ his rebus, de quibus nullum oino videt esse periculum,sed obijcere se periculis cū ratione vtilitatis. {Posse accidere,vt vinc.}.i. esse possibile,vt ita possemus vinci,sicut vincere {Non debere} subaudi,vterer ea consolatione. s. te non debere esse paratū,&c. {Literæ}.i. studia literarū. {Recentiū} nouorum. {Externos} peregrinos vt puta Græcos,Carthaginienses,Athenięses,Thebanos quibus pessimi, & infelicissimi casus euenerunt,sicut Annibali, Themistocli,Cimoni,Epaminondæ, & alijs q̃ plurimis. {Quasi} tanquā,& quodammodo. {Cōmunis} generalis oibus, cū videmus neminem esse immunem casuū fortunæ. {Turba} turbatione. {Hic} Romæ. {Perdita} amissa. {Quàm bona} q̃ prospera,q̃ si esset in flore. {Hoc gñe}. s. consolationis. {Huic f.} habebat. n. filiū Romæ,cui Ci. dicit se pollicitum esse & præstit ipse oēm operam. {Animi} quantū ad consilia & cogitationes. {Corporis} eundo in senatū ad Cæs. & ad alios pro eo,& agendo reliqua,quæ opus essent. {Detuli} præstiti. {Hoc amplius} tāto magis,subaudi polliceor. {Amplectitur} fouet,capit in numerum suorū. {Familiares eius} subaudi,amplectuntur me. {Sicuti neminem}.i. ita, vt neminem alium sic amplectantur. {Apud quem}. s. Cęsarem. {Quidquid valebo} quidquid potero. {Tibi} pro te,in fauorem tuum. {Cum firmitudine} constantia,& fortitudine. {Spe optima} quę solet maxime sustinere homines. {Sustentes} tuearis, te fortem præstes.

VEREOR, &c. {Purgat primo loco,ꝙ ad A. Cęcinam diu non scripserat,ꝙ sperabat ob reditum Cęc. ei gratulatorias potius,q̃ cōsolatorias propediem scripturū. Deinde promissio ex augurali scia cito reditu,cur recōciliatio eius tñ dilata sit,docet, videlicet ꝙ Cęs. nollet vna cū Cęcina reliquis Pomp. à quibus magis offensus erat, tam cito ignoscere quod tñ fieri decuisset,vtpote in pari ferè causa. Tum consolatur Cęcinam à conscientia rectorū consiliorum: pollicetur q; demum Cęcinę,& eius filio omnem,qua possit operā. **ASCEN.**

Ordo est. Vereor ne,idem esset, si diceret vt, desideres officium meum,hoc est ne dicas me non functum esse officio meo in te, & aut cōfirmando,aut iuuando. desideramus. n. quę nō adsunt, quod. s. officiū,non debet deesse tibi,pro coniunctione nostra.i. propter coniunctionē nostram,& studiorum. s. literariorū, præsertim auguralis scię,& partium. s. bellicarū,quia vterq; Pōp. secutus fuerat. sed tñ vereor ne requiras.i. exigas à me officium literarū.i. epistolarum ad te missarū quas. s. literas, ego misissem tibi pridem,etiā Esedi. Sic quę vidi exemplaria hñt oia,sed cōmentarij nihil exponunt,vr̄ autem loci nomen,cuius tñ Strabo, & pleriq; alij non minuerunt. neq; si maxime locus esset, rectè dici videretur. nam si,quo mittantur literę,signãret diceret Esedum,si vnde,Esedo,nisi sit Esio legendū. quod oppidum Italię est,vnde sunt,qui Essedis.i. vehiculis legendum putent, aut è sede,sicut è uestigio.i. statim,vt sedens scripserim literas. locus certe obscurus est,si certius quid inuenero, in tabula dicam in vocabulo Esedum. nisi ego expectans quotidie melius. s. quiddam de te maluissem complecti literis.i. scribere gratulationem. s. de reditu tibi concesso,q̃ confirmationem.i. corroborationem animi tui contra dolorem de exilio contractū, nunc, vt spero,gratulabimur. s. tibi breui.i. inter paucos dies. Itaq;.i. & ita,argm̄.i. materia epistolę. s. gratulatoriæ,differetur in aliud tempus. Autem.i. sed ego puto aium tuū quem,& audio,& spero esse minime.i. nequaquā,imbecillū.i. fragilem,aut infirmū confirmandū esse his literis,etiam atq; etiā auctoritate hoīs, etsi.i. quāquam, non sapientissimi,at.i. tñ,aut certe, amicissimi, q.d. auctoritate mea,sed modestius de se tanquā de alio loquitur. Nec quidē. s. puto aium tuum confirmandum, ijs.i. eiusmodi verbis, quibus consoler te,vt afflictum, & orbatū iam omni spe salutis. talis. n.

non

non erat,ſed vt eũ de cuius incolumitate.i. ſalute non dubitẽ.i. non debeã dubitare, plus q̃ memini te dubitare.i.cũ dubitares de mea. Valla diceret dubitaſſe. Nam cum ij expuliſſent me ex rep.i. adminiſtratione eius qui putarant.i. putauerant illam.ſ. remp.non poſſe cadere,me ſtante.i.tantiſper, dum ego ſtarẽ in ea,memini me audire. iterum cũ præſenti ponit memini iuxta regulam Agretianam.ex multis hoſpitibus qui venerant ad me ex Aſia,in qua tu eras,te confirmare.i.ꝙ tu confirmares, & aſſereres firmiter,de reditu meo ſ.in vrbem ab exilio glorioſo,& celeri.Si ratio quædam diſciplinæ vetuſtæ.i.diu obſeruatæ,videlicet auguralis apud Etruſcos repertæ. Vnde Luc. Hæc propter placuit Tuſcos de more vetuſto,Acciri vates. Et Ouid. Augur erat,nomen longis intercidit annis, Nuper ab Etruſca venerat exul humo,&c. Quam acceperas à patre,ſup.tuo viro nobiliſſimo,atq; optimo,non fefellit,cum diceres me cito rediturũ, nec quidem noſtra diuinatio fallet nos.ſ.de reditu tuo. quam.ſ.diuinationem, hoc eſt diuinandi peritiam, nos conſecuti ſumus.i. obtinuimus tum.i.partim monimẽtis atq; pro,& præceptis virorum ſapientiſſimorum, & plurimo ſtudio doctrinæ.ſ.auguralis,vt tu ſcis,tum.i.partim magna varietate temporum noſtrorum,in qua multa experiri licuit. Cui quidem diuinationi nos confidimus plus hoc.i. propter hoc ꝙ ea nihil fefellit oĩno nos vnquam in his rebus tam obſcuris tamq;.i. & tam perturbatis. Dicerem.i.recitarem tibi quæ dixiſſem antea futura,ni.i.niſi vererer,ne viderer fingere,ſup.ea ex euentis.i.ijs, quæ euenerunt. Sed tñ plurimi ſunt teſtes,& me &.i.ſimul, cõmonuiſſe initio.i. ab initio belli,Pompeium ne coniungeret ſe.i. per affinitatem cum Cæſ.& poſtea ne ſeiungeret.i.ſepararet ſe à Cæſ.quia ſup. videbam opes ſenatus frangi coniunctione.ſ. duorũ principum virorum,& bellum ciuile excitari diſiunctione.i.diſſenſione eorum.Atqui.i.ſed,quomodo ego vtebar Cæſ. familiariſſime, & faciebam Pomp.plurimi:ſed meũ conſiliũ erat tum.i.ſimul,fidele Pompeio,tũ.i.ſimul ſalutare vtriq;.ſ.tam Põp. q̃ Cæſ. ego.i. prætereo quæ prouiderim præmouerim, præterea.i. præter iam dicta.Enim.i.quia,ego nolo hoc hunc.ſ. Cæſ. meritum optime de me,exiſtimare me ſuaſiſſe Põp.ea quibus ſi ille.ſ.Pomp.paruiſſet.i.obediuiſſet hic.i.Cæſ.eſſet quidẽ clatus in toga.i. in ſenatu pacifico, ſed non haberet tantas opes quãtas nunc habet. Ego cenſui,dicit,quæ negauit ſe dicturum,Pomp.eundum,ſup. fuiſſe in Hiſpaniam quod ſi feciſſet.i.ſi iuiſſet in Hiſpaniã,bellũ ciuile nullum fuiſſet. Ego non tam.i.tantopere,pugnaui.i.quaſi pugnando aſſerui,vt liceret haberi rationem.i.reſpectum beneuolum in conſulatu cõferendo,abſentis.ſ.Cæſaris,quia Cęſ. abſens petijt conſulatum ſibi deferri. quid illi lege negatũ eſt q̃ ſup.pugnaui,vt haberetur.ſ.ratio abſentis poſt quã licuit,qñ ipſe populus iuſſerat, ipſo conſule.ſ. Paulo Aemilio pugnante.i. acriter decertãte,pro eo, quia Cæſar eũ pecunia in ſniam ſuam traxerat.Cauſa belli orta eſt eo,ꝙ cõſulatus, & prorogatio imperij Cæſ.negata.Quid aut monitorũ, aut quærelarũ ego prætermiſi?q.d.nihil,cum anteferrem bello iuſtiſſimo pacem vel.i. etiam iniquiſſimam? Auctoritas mea eſt victa.i.oppreſſa nõ tã à Pomp.nã is mouebatur.ſ.auctoritate mea, ab ijs,qui freti duce Pomp.vt Cato,Marcellus, Seruius, &c. putabant victoriam belli fore per oportunã.i.valde accõmodatam, & i. ſimul rebus domeſticis ſuis, &.i.ſimul,cupiditatibus ſuis. Bellum eſt ſuſceptum.ſ.contra Cęſ.me quieſcẽte;bellum,ſup. eſt depulſum ex Italia,quia in Epirum,& deinde in Pharſaliam tranſlatum, me manente.ſ.in Italia,quoad.i.quandiu potui:ſed pudor meus valuit apud me pluſquam timor,hoc eſt plus feci propter pudorẽ qui ne deeſſem Pomp.me traxit ad bellum,q̃ timor,quẽ de infelici exitu conceperam,retraxit.nam ſup. veritus ſum deeſſe ſaluti Pompeij,cum ille.ſ.Pompeius non defuiſſet aliqñ meæ.ſ.ſaluti,quia eo rogante reductus ſum.Itaq; ego victus, alij legunt inuitus,vel officio.ſ.Pompeio debito,vel fama bonorum.ſ.virorum,qui Pomp.ſequebantur, vel pudore, ego vt Amphiaraus, aut Amphiareus,ſup. profectus eſt ad bellum Thebanũ, cũ Argiuis, vt in fabulis.i. ſicut habetur in fabulis, ꝙ coactus eſt ire ad id bellum,vnde præuiderat ſe non rediturũ.Cum.n.Amphiaraus Oeclei filius eſſet diuinandi peritiſſimus & vidiſſet,ſi ad id bellum, quod Argiui Thebani inferabant, iret, ſe non rediturum,occuluit ſe,ſola vxore,Eriphyle nomine,cõſcia,quæ corrupta à Polynice monili aureo Argię vxoris eius indicauit maritum,atq; ita compulſus ad bellum profectus eſt, in quo præuiderat ſe periturum,perijtq;.nã,vt Ouid.tangit,& ad longum in Thebaide Statius narrat,hiatu terræ ibi abſorptus eſt.profectus ſum ſic prudens,& ſciens ad peſtem.i.perniciem, ante oculos.ſ. mentales poſitã,in quo bello nihil aduerſi accidit me non prædicente.i.quod non fuerit à me prædictum.Quare qñ.i.quãdoquidem aut quomodo.i.qm̃,vt augures & aſtrologi ſolent,ego quoque.i.etiam augur publicus,quia in augurum collegio ſacerdos conſtitui apud te ex prædictis meis ſuperioribus, quæ.ſ.vera comperta ſunt,auctoritatem augurij.ſ. ſcientiæ auguralis, & diuinationis,meæ,prædictio.i.prophetia noſtra debet habere fidem.i.crudelitatem paſſiue.igitur ego non auguror tibi ex volatu alitis.i.auis,nec ex cauſa iu ſiniſtro.i.à ſiniſtra parte,aut aduerſo oſcinis.i.ore canentis auis.Vt eſt in diſciplina noſtra.ſ.augurali,nec ex tripudijs ſoliſtimis.i ſolo tenus, aut ſuper ſolũ factis,aut ex ſomnijs,ſed habeo alia ſigna,quæ obſeruem.Quæ.ſ. ſigna,etſi.i.quanquam,non ſunt certiora illis.ſ.auguralibus,qđ dicit,quia illi ſcientiæ iuratus erat, hñt tñ minus vel obſcuritatis,vel erroris.hoc quoq; aſtrologi prætendere ſolent,ſcientiam videlicet eſſe certiſſimã,ſed mulos per errorem propter obſcuritatem labi,& cum vix quiſquam ſit,qui non erret,Deum excuſant,qui aſtris imperet,autem.i.ſed, ſigna notantur mihi ad diuinandum quadam via duplici,quarũ.ſ.viarum,ego duco alterã à Cæſ.ipſo.ſ.capite rei,alteram à natura, & ratione temporum ciuilium.Hæc.ſ. ſigna reconciliationis tuæ ſunt in Cęſ. natura mitis & clemens,qualis exprimitur pręclare illo lib. querelarũ tuarum.accedit i.additur ꝙ Cæſ.delectatur mirifice ingenijs excellentibus,quale eſt tuum. Præterea Cæſ. cedit voluntatibus multorum iuſtis, incenſis officio, non inanibus aut ambitioſis. In quo.ſ.propoſito Etruria.ſ.patria tua, cõſentiẽs.ſ.reductioni tuæ.mouebit ſup.eum,vehementer.Igitur ſup.dices, cur hæc.ſ. ſigna,quæ in Cæſ.ſunt, profecerunt adhuc parum.ſ. ad te reſtituendũ?Reſponſio:Quia Cęſ. putat ſe non poſſe ſuſtinere cauſas multorum,ſi cõceſſerit tibi, cui videtur poſſe iraſci iuſtius.ſ. quàm illis,cum tñ minus iraſcatur.Igitur,inquies, quæ ſpes eſt ab irato.ſ.Cæſare? Reſponſio:Cęſ.intelligit ſe hauſturum laudes ſuas eodem fonte.ſ.ingenij tui, è quo ſit aſperſus.i. ſparſim notatus leuiter.i.modice.poſtremo homo.ſ.Cęſ. eſt acutus valde,& prouidens multũ intelligit,ſup.ſe nõ poſſe prohibere diutius à rep. te hoiem facile nobiliſſimum oium, in parte Italiæ contẽnenda minime, videlicet in Etruria & intelligit te in rep. communi.ſ.Romanis,& Etruſcis municipibus, hoc eſt Romana.Alij legunt in communi rep.te parem,cui vis.i.cuilibet,ſummorum.ſ.virorũ ætatis tuæ,vel ingenio,vel gratia,vel fama populi R.& nolet hoc.ſ.reſtitutum eſſe reip. eſſe aliqñ.i. tandem, potius beneficium temporis,quia prohibere diutius non poſſet q̃,ſuum,ſi,cum poſſet prohibere, noluerit. Dixi de Cæſ. dicam nunc de natura temporum & rerum.duas n.has diuinandi vias præſcripſit. Nemo eſt tam inimicus ei cauſæ, quam Pompeius ſuſceperat.ſ.tutandum,eſt ſup.aĩatus melius,quam paratus.i.inſtructus, qui audeat dicere nos.ſ.Pompeianos ciues malos, aut hoĩes improbos, in quo.ſ. verecundiæ gñe, ego ſoleo admirari grauitatem,& iuſtitia,& ſapientiam Cęſ qui ſup.nunquam appellat.i.nominat,Pomp. niſi honorificentiſſime. At.i.ſed dices, ſup.ꝙ Cęſ.fecit in.i.aduerſus perſonam eius.ſ.Pompeij, multa aſperius.i.valde,aut nimis aſpere.Reſponſio:Iſta.ſ quæ duriora ſunt,ſunt facta armorum,& victoriæ,non Cęſ.At.i.ſed,econtrario,quemadmodum eſt complexus nos.ſ.Pompeianos, q.d. humaniſſime,quia legauit.i.legatum conſtituit ſibi Caſſium, præfecit Galliæ Brutum à quibus duobus potiſſimũ poſtea occiſus eſt,præfecit,ſup.Græcię,Sulp.ſ.Seruiũ.reſtituit Marcellum, cui maxime ſuccenſebat.i.iraſcebatur cũ ſumma dignitate illius.ſ. Marcelli,qui tñ patriam videre nũ potuit,à familiari ſuo Athenis interfectus.Igitur quo.i.ad quid,ſpectant hęc? Natura rerũ & temporum ciuiliũ.ſ.bellorum,quæ tandem ſedari debent,nõ patietur nec ratio manens.ſ. in pectoribus hoĩum, nec muta.i. quę nõ eſt ſcripta,ſed in animo locata,feret.i.patietur,primũ.i. id primum non patietur,nec feret,vt non ſit eadẽ & conditio & fortuna oĩum in cauſa pari,deinde vt viri boni & nulla ignominia notati,non reuertantur in eam ciuitatem.in quam reuerterunt. Ergo vtrunq; dr̃, & reuertor, & reuerto, ſed reuertit quis quaſi ſe, hoc eſt ſponte ſua, reuertitur quodãmodo ab alio, ſed, vt ex hoc loco patet,cõfunduntur. tot.ſ.ciues condemnati,ſup. crimine ſcelerum nefariorum,hoc eſt in ciuitatẽ Rom. Tu habes.i.intelliges augurium meum,quo.ſ.augurio non vterer potius,ſi addubitarem quid i.aliquid, q̃ illa conſolatione, qua ſuſtentarem,ne labatur aĩo,facile virum fortem,cõſolatio autem eſt te nõ eſſe nimis laudandum,ſi ſumpſiſſes arma, victoria parta,pro rep.tu.n.putabas tunc.ſ. cũ arma ſumeres, ita.ſ.pro rep. arma te ſumere,& à rep victoriam ſtatutã. Sin.i. ſed ſi putaſſes poſſe accidere,vt vinceremur, propter incertos exitus, & euentus bellorum te non debere fuiſſe paratum bene.i.decẽter, aut

multum ad fortunam s.m.i.prosperam, & sup.nullo.i.non vllo, non posse ferre vllo modo aduersam.s.fortunã.Etiam siquid ad dubitarem de augurio meo, disputaré.i.disputando adducerem contra te, quanto solario conscientia.s.recta facti tui, sup. deberet esse tibi, vel pro vel quanta delectationi literæ.i. scientiæ,& doctrinæ tuæ, deberét esse tibi in rebus aduersis, quia maximæ. Turpe.n. est homini docto id nõ posse facere, quod faciendũ ex philosophiæ præceptis didicerit, ac alij faciendum esse subinde præceperit, præsertim in mortalibus, quæ non discimus, vt sciamus, sed vt non efficiamus. Cõmemoraré, sup. etiã grauissimos casus non solum veterum.s.ducum, sed etiam horũm recentum vel ducum, vel comitũ tuorũ, etiam nominarem multos claros viros externos, vt Lacedæmonios, Thebanos, Atheniẽses. Eñ.i. quia recordatio quasi communis legis, & conditionis humanæ, leuat.i.minuit aut mitigat dolorem. etiã exponerem tibi, quem admodũ viueremus hic.s.Romæ, & in quanta turba, & in quanta confusione rerum omniũ. Enim.i.quia necesse est carere, sup. cum minore desiderio, rep.perdita, q̃ bona.i.salua, & locuplete, sed nihil opus est supp.tibi hoc genere.s.consolationis. nos videbimus (vt spero) vel potius (vt prospicio) te cito.i.propediẽ incolumen. Interea ego iampridem.i.iã à pluscculis diebus & pollicitus sum & detuli.i.exhibui tibi absenti, & huic imagini animi tui, & corporis.s.filio tuo constantissimo.s. in paterna pietate, aut virtute, & optimorum, qui adest.i.præsens est nobis, studiũ, officium, operam, laborem meũ. Nunc sup. deferam, vel est, hoc amplius, quòd Cæsar amplectitur me amicissime quotidie magis quidem.i. certe, familiares eius.s.Cæsaris sup.amplectuntur me, sicuti neminem.i.ita, vt neminem tantopere, apud quem.s. Cęsarem, quidquid valebo, vel auctoritate, vel gratia, ego valebo tibi.i.ad vtilitatem tuam. Tu cura, vt sustentes te, cum.s.ita sit, quòd sustentes te fortitudine animi tui, tum.i.tunc, magis decet. quòd sustentes te spe optima.s.de reditu habenda.

DOCT. INT. LIBRO 6.epist.item sexta. {Ne nos quidem nostra diuinatio faller} sic manuscriptum volumen, nõ, Nec nos quidem. Tametsi haud me fugit, alterũ quoq; esse apud Cic.frequens. In fine eius epist. sic leges, {Tu cura, vt cum firmitudine te animi, tum etiam spe optima sustentes} hic mire variant exemplaria, quod facile senties, si contuleris.

GIBERTI LONGOLII LEMMA:

Scripserat in Cæsarẽ librum Cæcina meminit enim Suetonius in Cæsare Iulio libri a Cæcina editi. ob hoc infensior illi multo Cæsar erat. cũ autem reditum cuperet, sæpe obliteratum eum esse desiderauit, sed quando emissus reuocari non poterat, petierat a Cicerone limam illius: quæ cum nihil prodesse posse uidebatur, paucis uerbis rationem editionis, & defensionem præscribit. Postremo petit, ut officiũ Ciceronis illi non desit. * Est etiam animaduertendum, q non est hic liber Cæcinæ contra Cæsarem scriptus, sed potius cum Cæsaris laude, quod fortasse Cæcina fecit, a Cicerone admonitus epistola præcedenti, de illo autem maledico libro significat, cum infert, Cum adhuc styli pœnas dem.

CAECINAS S. D. CICERONI. 7



Vod tibi non tam celeriter liber est redditus, ignosce timori nostro, & miserere temporis. filius, ut audeo, pertimuit, (neque iniuria) si liber exisset, quando non tam interest, quo animo scribatur, quàm quo animo accipiatur, ne ea res inepte mihi noceret; cum præsertim adhuc styli pœnas dem. qua quidem in re, singulari sum fato. nam, cum mendum scripturæ litura tollatur, stultitia fama multetur: meus error exilio corrigitur: cuius summa criminis est, quòd armatus aduersario male dixi. nemo nostrum est, ut opinator, quin uota uictoriæ suæ fecerit: nemo, quin, etiam, cum de alia re immolaret, tamen eo quidem ipso tempore, ut quamprimum Cæsar superaretur, optarit. hoc si non cogitat, omnibus rebus felix est. si scit, & persuasus est quid irascitur ei, qui aliquid scripsit contra suam uoluntatem, cum ignorit omnibus, qui multa deos uenerati sint contra eius salutem? Sed, ut eodem reuertar, causa hęc fuit timoris: scripsi de te, parce medius fidius, & timide, non reuocans me ipse, sed pene refugiẽs. genus autem hoc scripturæ non modo liberum, sed incitatum, atque elatum esse debere, quis ignorat? solutum existimatur esse, alteri maledicere: tamen cauendum est ne in petulantiam incidas. impeditum, seipsum laudare, ne uitium arrogantiæ subsequatur, solum uero liberum, alterum laudare. de quo quidquid detrahas, necesse est aut infirmitati, aut inuidiæ assignetur. ac nescio, an tibi gratius, oportuniusq; acciderit. nam, quod præstare non poteram, primum erat non attingere; secundum beneficium, quamparcissime facere. sed tamen ego me quidem sustinui: multa minui: multa sustuli: complura ne posui quidem. QVEMADMODVM igitur. scalarum gradus si alios tollas alios incidas, non nullos male hærentes relinquas, ruinæ periculum struas, non ascensum pares: sic tot malis tum uictum, tum fractũ studiũ scribendi, quid dignum auribus, aut probabile potest afferre? cum uero ad ipsius Cæsaris nomen ueni, toto corpore contremisco, non pœnæ metu, sed ipsius iudicij: totum.n. Cæsarem non noui. quem putas animum esse, ubi secum loquitur? hoc probabit: hoc uerbum suspiciosum est. quid, si muto? at uereor ne peius sit. age uero, laudo aliquem, num offendo? cum porro offendam, quid si non uult? armati stylũ persequitur: uicti, & non dum restituti quid faciet? auges etiam tu mihi timorem, qui in Oratore tuo caues tibi per Brutum, & ad excusationem socium quæris. ubi hoc omnium patronus facis; quid me, ueterem tuum, nunc omnium clientem, sentire oportet? in hac igitur calumnia timoris, & cæcæ suspicionis tormento cum plurima ad alieni sensus coniecturam, non ad suum iudicium, scribantur, quàm difficile sit euadere, si minus expertus es, quòd te ad omnia summum, atque excellens armauit ingenium, nos sentimus. sed tamen ego filio dixeram, librũ tibi legeret, & auferret; aut ea conditione daret, si reciperes te correcturum, hoc est, si totum alium faceres. De * Asiatico itinere, quanquam summa necessitas premebat, ut imperasti, feci. Te pro me quid horter? uides tempus uenisse, quo necesse sit de nobis constitui. nihil est, mi Cicero, quòd filium meum expectes. adolescens est: omnia excogitare uel studio, uel ætate uel metu non potest. totum negotium tu sustineas oportet. in te mihi omnis spes est. tu pro tua prudentia, quibus rebus gaudeat, quibus capiatur Cæsar, tenes. à te omnia proficiscantur, & per te ad exitum perducantur, necesse est. apud ipsum multum, apud eius omnes plurimum potes. unum si tibi persuaseris, non hoc esse tui muneris, si quid rogatus fueris, ut facias, (quanquam id magnum, & amplum est) sed totum tuum esse onus, perficies. nisi forte aut in miseria nimis stulte, aut in amicitia nimis impdenter tibi onus impono sed utrique rei excusationem tua uita consuetudo dat. nam quòd ita consuesti pro amicis laborare, non iam sic sperant abs te, sed etiã sic imperãt tibi familia res. Quod ad librũ attinet, quẽ tibi filius dabit; peto à te, ne exeat; aut ita corrigas, ne mihi noceat. Vale.

uide epist. sequentem.

QVòd tibi} Eiectus fuerat in exilium Cæc. vt supra diximus, quia non solũ secutus fuerat partes Pompeianas, sed etiã quia scripserat contra Cęs. petiuerat aũt Cic.sæpe eum librum à Cæc. Itaq; Cęc.se excusat, q tardius is liber redditus sit Cic. quia eius filius, ad quẽ miserat, nõ ausus fuerat eũ edere, ne fortasse noceret patri, si in alicuius ex inimicis suis manus peruenisset. Postea vero ostendit, q̃ difficile genus scribendi aggressus sit, & præcipue, cũ nõ ausus sit laudare, quod debuerat, neq; etiã reprehendere, quæ reprehendenda fuerant. Postremo orat Cic. vt eius defensionẽ suscipiat, neq; respiciat filiũ suũ, qñ est adolescens, & imperitus rerũ: neq; expectet, dũ rogetur, sed sponte faciat quidquid putabit interesse HVBBL.

ipsius

ipsius Cæc {Tam celeriter}tã cito, vt volebas. {Miserere temporis}indulge conditioni t pis. {Filius} meus, ad quem miserã librum. {Pertimuit}sensus,& ordo est, filius meus timuit, ne ea res noceret mihi inepte, si liber exisset ex manibus suis. {Inepte}stulte. {Ea res}.s.dare librũ. {Qñ}qm̃. {Nõ tam interest} non tam refert. {Quo aio}multa.n.bono aio & simpliciter scribuntur, quæ interdũ in malã partẽ accipiuntur. {Dem pœnas} patiar pœnas. {Styli}scripturæ. {In qua re}.s. ꝙ dem pœnas styli. {Sũ fato singulari}sum infortunio præcipuo,& quod nulli alij euenit, nisi mihi. {Mendum}vitium.dicitur.n.& hoc mendũ,& hæc menda fœminini generis. {Tollatur litura} nã quoties aliqua scriptura habet mendam, solet tolli menda linendo, & fœdãdo ipsam scripturam. {Stultitia}subaudi, cum stultitia. Multetur fama}.i.patiatur pœnas fama, quia de stulto oẽs libere loquuntur. {Fama}.i.infamia, maledicendo de ea. {Meus error}quem admisi scribendo male de Cęs. {Corrigitur}multatur. {Exilio}quia eiectus sum è patria. {Cuius} erroris. {Sũma est}.i.vniuersa causa & oium rationum collectio. {Armatus}cũ pugnarem aduersus eũ. {Aduersario}Cæs. {Male dixi} scribendo. {Nemo}probat se fuisse oium infelicissimum, quia punitus sit ob minorẽ culpã q̃ alij. dicit.n.oẽs fecisse vota dijs, vt Cęs. vinceretur,& tñ de hmõi votis neminem esse multatum, se aũt multatum sola scriptura. {Nostrorũ}ciuiũ Rom. {Quin} qui nõ. {Victoriæ suæ}vt essent victores. {Cum}qñ. {Immolaret} sacrificaret dijs. {De alia re}ꝓpter aliã rem. {Quin optarit} i. qui nõ optaret,& ã Deo peteret, vt optandũ est, vt sit mẽs sana in corpore sano. {Hoc}ꝙ multi fecerint vota contra eũ. {Felix in oibus rebus}quia felix est, qui nulla re angitur. {Si scit}si intelligit. {Et est persuasus}& firmiter credit. {Quid}cur. {Ignorit}pepercerit. {Venerati deos}.i.cũ veneratione præcati deos. {Cõtra salutem}quod plus est q̃ scripsisse contra voluntatem. {Eodem}ad id, quod primo inceperã. {Parce}modice, minus q̃ debuerã {Non reuocãs me} non traheus me voluntate mea ã tua laudatione. {Sed pene}fere. {Refugiens}timore quodã recedens: vt, Quanquã aĩus meminisse horret luctuq; refugiet. Et item Virg. Trepidusq; repente refugit Attollentẽ iras. {Hoc genus scripturæ}vituperãdi aliquem. {Liberũ} sine respectu & timore. {Incitatũ}quasi etiã stimulatũ. {Elatũ}amplum. {Solutum}ostendit vituperãdi genus nõ esse liberũ, licet quibusdã videatur esse. discurrit aũt per tria gña scribendi, primum contra alios, deinde de seipso, postremo de aliorũ laudibus: quorũ nullum liberũ esse ostendit, nisi alios laudare: quod tñ etiã ostendit esse difficile, quia siue minus, siue plus dicas, non deest causa reprehẽsionis, vt patet in textu. {Solutũ in libertate. {In petulantiam}in dicacitatẽ, ne fortasse nimiũ maledicas. {Impeditũ}.s. est inuolutũ. {Assequatur} comparet. {Arroganti ę}quia de seipso prędicare arrogãtię est,&, vt inquit Seuerinus, Laus in ꝓprio ore sordescit. {De quo} .s.de aliena laudatione. {Detrahas}minus dicas. {Infirmitati}imbecillitati ingenij, quod non potuerit assequi tãtas laudes. {Vel inuidiæ}quod propter inuidiam nolueris dicere. {Assignetur} attribuatur. {Gratius}.s.id quod scripsi. {Nõ attingere} quod nõ poterã facere præclare.i. nullã oĩno facere mentionem de eo, quod nõ possem pręclare exequi, sicut Sal. Nam de Carthagine melius silere puto, q̃ parum dicere. {Secundũ beneficiũ}ſm munus, quod tibi in hac re facere poterã. {Quãpertissime}.i.doctissime & elegantissime. {Facere}.s.scribere de te. {Sustinui}repressi, cõtinui}Quemadmodũ}ex similitudine quadã ostendit Cæcina imperfectionem suorũ scriptorum. dicit.n. ꝙ sicut scalæ, quibus alij gradus male sunt fixi, alij desunt, alij incisi sunt, potius ruinã, q̃ ascensum parãt: & nihil tutũ hñt, sic scripta sua, quibus ꝑꝑ timorem multa sunt imminuta, multa sublata, multa ue posita, ꝙ nihil hñt dignũ auditu,& quod satis probari posset. {Male hærentes} male fixos. {Struas}efficias.& est secũda persona, pro tertia,& struas, pro strues, eleganter positũ tempus pro t pe. {Non pares} non parabis. {Ascensum}cuius causa maxime efficiũtur scalæ. {Sic} adaptatio similitudinis. {Victũ}fatigatũ. {Et fractum} penitus debilitatũ. {Quid} q.d.nihil. {Dignũ auribus}dignum auditu. {Probabile}qđ probari placere possit. {Veni}ad nomen Cæs.i. cum fuit mihi nominandus Cęs {Contremisco}ꝑꝑ timorem. {Non illius}dicit se non timere propter timorẽ pœnę, quã expectat ã Cæsare, sed propter timorem eius iudicij, de voluntate & proposito scriptorum, ne fortasse in aliam partem accipiat, q̃ scripserit Cęcina,& iudicet aliter, q̃ ipse senserit. {Pœnæ}punitionis. {Totũ Cęs}.i.totum aĩum Cęs {Loquitur secum}dicit intra se ea, quę de eo scripsi. {Hoc ꝓbabit} aliud dicet bene scriptum esse. {Suspiciosum est}quia potest trahi ad vituperiũ suũ. {Quid si}ratiocinatur secum Cęcina,& dicit, se nõ posse nõ timere iudiciũ Cęs. quia si etiã mutet id, quod est suspiciosum, veretur ne peius sit. {Age, laudo}.s. Cæs. vel laudo aliquẽ.i.scribo de laudibus alicuius. {Nõ offendo}.s.cũ laudo aliquem. {Cum offendam}.i. quãuis offendã. {Quid si ratio est quare offendat, cum tñ non offendat: quia fortasse nõ vult Cęs. Cęcinã aliquẽ laudare. {Armati}.i.mei, qui adhuc gero bellũ cũ eo. {Victi}.s. mei.i.quid faciet, cũ ero victus. {Auges timorẽ} facis me magis timere. {In Oratore}in lib. quẽ de Oratore scripsisti. {Caues} prouides tibi. {Per Brutũ} quem facis loqui de Cęs. timens ne tu videaris de eo locutus esse. {Stoicũ}nam quod multis peccatur, multum est. quæris ergo sociũ Brutum, ne videaris solus eũ offendisse. {Vbi} sensus est, si tu patronus, & defensor oĩum times loqui de Cęs. quid oportet me facere, qui nullius sum patronus, sed verus cliens tuus,& ã te sępe defensus? {Sentire}existimare, iudicare. q.d. oportet me multo magis timere. {Calumnia} vexatione. calumniari.n. interdũ signãt per fraudem,& rationẽ subdolosam vincendi causa litibus aliũ vexare. {Tormento}cruciatu. {Cæcę}occultę. {Ad coniecturã} ad existimationẽ. {Alieni sensus}alienę interpretationis,& intellectus. {Euadere}effugere, ne quenquã offendam & periculũ incurrã. {Minus}nõ. {Sẽtimus}cognoscimus cũ damno nostro. {Auferret} ã te postquam legisses, reciperes, promitteres & susciperes onus corrigendi. {Hoc est}declarat, quã correctionẽ vellet fieri libro suo ã Cic. ne.s. vt totus fieret nouus. {De itinere Asiatico} habebat Cęcina quędã negotia, in Asia, vt in seq. epistola videbimus: ad quę perficienda cupiebat proficisci. quo quidem itinere dicit se supersedisse, q a Cic. ita iusserat. {Feci, vt imperasti}.i. supersedi eo itinere, sicut tu voluisti. {Quid horter} q.d.nihil, q a scio nõ esse opus. {Tempus}.s. ita infelix. {Constitui}cepi consiliũ & deliberationem aliquam. {Expectes filium meũ}.i.ne respicias filiũ, & speres, vt ipse pro me agat. {Oia}dicit filiũ suum varijs rebus impediri, quominus possit oia cogitare, quę debet pro patre. {Aetate}quia puer est,& imperitus rerũ. {Studio literarũ}quo est occupatus. {Tenes}intelligis. {Capiatur} delectatur,& maxime iocscetur. Horat. in Serm. Te coniux aliena capit meretricula Dauũ. {Proficiscãtur}exeant, & initiũ capiant. {Per te} opera tua. est aũt sensus, oportet vt oia incipias, & finias. {Tui muneris}tui officij. {Vt facias rogatus}vt facias præcibus vel meis, vel filij mei. nã, vt ipse Cic. in Læl. certãdum est beneficijs, nec expectandũ rogemur. {Magnũ}.s. ꝙ rogatus facias. De differẽtia magni & ampli diximus lib.1.ep.3. ad P.Lẽt. {Sed totũ tuũ onus}subaudi persuaseris. est aũt ordo, perficies.s. oia de me, si persuaseris tibi nõ esse tuũ munus, vt facias, si fueris rogatus id, quanq̃,&c. sed persuaseris tibi totũ onus esse tuũ,&c. {Nisi forte}modestissimus est excusationis modus. {Stulte}insipienter. {In miseria}quę facit hoiem minus cõsideratũ. {Aut impudẽter in amicitia.i.nimis audacter fretus amicitia nostra. {Vtrique rei}.s.stultitiæ in miseria, & impudentiæ in amicitia. {Cõsuetudo tuæ vitæ}.i.vita tua, quæ cõsueuit esse humanissima. {Laborare pro amicis}suscipere negotia, & causas, amicorum causa. {Non iam sic sperant}.i.nõ habent spem amici tui, vt eos defendas, sed, quod plus est imperant tibi. {Ne exeat}ille liber è manibus tuis. {Aut}subaudi si vis, quòd exeat. {Ita corrigas} ita amoueas omnia errata. {Ne noceat mihi} etiam si venerit in manus inimicorum.

Q V O tibi,&c.}Excusat ꝙ libros, ã Cic. expetitos, ei nondũ exhibuerat, eo ꝙ filius eos edere nõ ausus fuerat. ostenditq;, quam difficile genus scribẽdi aggressus sit: ac demũ Cic. patrociniũ implorat. Ordo est. Ignosce timori nostro ꝙ liber.s. de historijs belli ciuilis, nõ est redditus tibi tam cito.s. vt volueras, & miserere t pis.s. calamitosi, & & suspecti. Vt audio, filius pertimuit.i. multũ timuit, si liber exisset.s. in manũ Cæsaris, neq; iniuria, qñquidem non interest.i. refert, tam.i. tãtopere, quo aio scribatur.i. descriptio rerũ fiat, q̃.i. quantopere interest, quo.s. aio accipiatur.s. ab ijs, de quibus scriptum est, pertimuit inquam, ne ea res.i. editio libri noceret mihi, inepte, quia potuissem cauere præsertim cũ adhuc pœnas styli dem.i. patiar adhuc incõmoda, & addam male, ob styli immaturitatem, in qua quidẽ re, ego sum fato.i. infortunio singulari. nam cũ mendũ.i. vitiũ aut erratũ scripturæ tollatur litura.i. deletione eius, quod male scriptũ est, & cũ stultitia.s. scribẽtis, multetur.i. puniatur fama.i. per infamiã, error meus, quo dicor non bene scripsisse, corrigitur exilio, cuius criminis summa.i. principalis ratio est, ꝙ armatus.i. cum essem armatus pro rep. contra Cæs. maledixi aduersario.s. Cæsari, quem iure belli tũc interficere licuisset, si potuisset, nedũ verbis lacessere. {Nemo nřorũ.i. de nostris ARGVM.

nostris dicitur etiã nemo nr̃um i.de nobis,est,vt opinor,quin se cerit vota victoriæ suæ, quin etiã cũ immolaret de alia re.i.ob aliã rem,tñ optaret quidem.i.certe eo ipso tpe,vt Cęs. superaretur q̃ primũ. Si sup. Cæs.non cogitat hoc.i.oẽs contra se vota fecisse, ipse est felix in oibus rebus quia in bello vbi superauit, & post bellũ vbi nulla cura angitur,si scit sup.oẽs contra se vota fecisse,& persuasus est.i. firmiter credit, quid.i.ad quid irascitur ei,qui scripsit aliquid cõtra volũtatẽ suam, cũ ignorit.i.veniam dederit oibus qui venerati sunt.i.venerãdo præcati deos, multa contra salutẽ eius. Sed,vt reuertar eodẽ.s.quo ceperã, hoc est ad purgandũ ꝙ nõ celerius est tibi liber redditus,hæc causa fuit timoris. Scripsi mediusfidius.i.ita me Iouis filius,iuuet,Hercules aut Deus fidei ita me iudicet,vt verum dicã,scripsi de re.i. de gestis tuis parce.i.modice & timide,quia non adebat Cæs. taxare, ipse nõ reuocans.i.excitans me ad pristinos aios sed penẽ refugiens. Aũt.i.sed quis ignorat hoc genus scripturæ, quo publice gesta scribuntur,debere esse nõ modo.i. nõ solum liberum.s.ab omni formidine,& pauore, sed sup. etiã incitatũ.i. stimulatũ & vehemens,atq; latũ.i. diffusum,q.d.nemo. Male dicere alteri putatur esse solutũ.i.liberũ legibus: tñ cauendũ est ne incidas in petulantiam. Laudare seipsum putatur esse impeditũ, ne viniũ arrogantiæ subsequatur: verũ.i.sed,solũ laudare alterũ, putatur liberũ.de quo.s.gñe laudãdi quidquid detrahas necesse est sup. vt assignetur,aut infirmitati,aut inuidię. At nescio ao accideri t tibi ò Cic.gratius.i.vtilius & oportunius.s.ꝙ parce, quàm si ꝓlixe te laudarim. Nã primum.i.prima lex,aut primũ decorũ erat nõ attingere,quod nõ poterã.s.perficere pręclare, quales putat laudes Cic.ſm sup.erat facere beneficiũ,q̃ peritissime.i.calidissime. hoc aũt fit dissimulanter laudãdo. nã qui in laudẽ propensior est,minus proficit,ꝙ deuinctus putat̃, sed tñ ego quidẽ sustinui me.i.personã historiographi iussi minus multa, & ne quidẽ.i.non saltẽ posui.i.attigi cõplura. Qnẽadmodũ,&c. Probat se in ea ꝑturbatione nõ potuisse seruare decorũ scribẽdi,dicens. Igitur quemadmodũ si gradus scalarum tollas.i.auferas,alios.i. quosdã & incidas alios,relinquas nõ nullos male hærentes.i.infixos,tu struas periculũ ruinę,& nõ pares ascensum,sic studium scribendi tũ.i.partim victũ partim.i. fractũ, tot malis.i.aduersis rebus,quid potest afferre dignum auribus aut probabile?q.d.nimirũ nihil. Vero.i.sed cũ veni ad nomen ipsius Cęs. ego contremisco. plus est q̃ si dicat ego cõtremi,q.d.adhuc timorẽ perseuerare.toto corpore,non metu pœnæ inferẽdæ à Cæs.sed iudicio, aut metu iudicij ipsius.i.propter iudiciũ faciendũ de seipso Cęs. non.n.noui totũ Cæs.i. aium eius aut propter iudiciũ, quod de scriptis meis facturus sit Cæs. Nam quem aium putas esse sup. scriptori,vbi loquitur secũ,dicens sup. Cæs.probabit hoc verbũ: hoc verbũ est suspiciosum.i. qđ in malã partẽ interpretari possit,qđ sup.erit si ego muto hoc.s.verbũ. at vereor ne sit peius.s. quod in illius locũ inferetur. Age vero,est in deliberãdo adhortantis,& disputantis.contra remorsum cõscientiæ, si ego laudo aliquem,nũ.i.nunquid offendo?q d.nõ alij textus hñt non,& in idem redit. Porrò.i.sed,cũ.i.quanuis offendã,quod sup.fiet,si nõ vult.i.non admittit genus scribendi. Ipse persequitur stylum armati.s.adhuc cõtra se,& ita publici hostis,quid faciet sup.de stylo victi.& nondum restituti,q.d.multo magis persequetur. Tu etiã ò Cic.auges mihi timorẽ,qui caues.i.perspicis tibi in Oratore tuo.i.in lib.de Or.per Br.& quæris sociũ ad excusationẽ.s. scripti. Vbi tu patronus.i.defensor hoium.s.reorum,facis hoc.i. quæris sociũ ad excusationẽ, quid oportet me veterẽ clientem tuũ nunc clientem oium,quia oium egentẽ patrocinio sentire? Igitur cum plurima scribantur in hac calũnia timoris,& in tormẽto suspicionis cæcæ.i.occultæ, ad coniecturam sensus alieni, non ad iudiciũ suũ.i.propriũ,q̃.i.quãtum, difficile sit euadere.s. culpã,si es minus.i.nõ satis expertus q.d.difficillimum, sed nos sentimus ꝙ ingeniũ summũ & excellens, armauit.i.muniuit te ad oia.s.quæ velis scribenda, & obeunda. Sed tñ ego dixerã filio sup.vt legeret tibi librũ,& auferret.s. lectum, aut daret.s.tibi,ea conditione si reciperes.i.promitteres te correcturũ, hoc est si faceres totũ aliũ,hoc per modestiã dicit. Ego feci de itinere Asiatico.i.quod in Asiam mihi assignasti,vt.i.quemadmodũ,imperasti,quanquã.i.tametsi,summa necessitas.i.penuria rerũ præmebat me. Quid horter te sup. facere pro me, tu vides tempus venisse,quo sit necesse cõstitui de nobis,aut reducẽdo,aut perpetuo exilio dãnando. O Cic.nihil est,quod.i. ꝓꝑ quod expectes filium meũ.i.officiũ filij mei.ipse est adolescens,non oia potest excogitare,vel studio,aut quia alijs rebus adhuc studet, aut qa nondũ satis studuit,vel ætate,quia per ætatẽ nõ licui.senibus.n. maior est rerũ experientia.vel metu.i.quia metuit Cæsarem,vt quem patri iratũ scit, oportet sup. vt tu sustineas totũ negotiũ sup.meũ,aut de me restituendo. Oĩs spes est mihi in te,cũ tenes.i.intelligis pro tua prudẽtia.i. ꝓꝑ prudentiã tuã, quibus rebus Cæsar gaudeat,& quibus capiat̃.i.afficiatur, oblecte vehementer ita,vt captus videatur, necesse est, sup. vt oia.s. quæ pro me fiant,proficiscantur.i.originem capiant,& veniãt,& perducãtur ad exitũ.i.optatũ finẽ per te. Tu potes multũ apud ipsum.s.Cæsarẽ,& potes plurimũ apud amicos eius.quod Cic. ipse scripserat ep.superiore his verbis. Nũc hoc amplius,ꝙ me amicissime quotidie magis Cæsar amplectitur, familiares quidẽ eius sicuti neminem. Si persuaseris tibi vnum,scilicet hoc,quod sequitur, hoc non muneris tui.i.non pertinere ad munificentiam tuam, vt facias,si fueris rogatus quid.i.aliquid,& sup.aliter non quanquam id.i.facere,quod rogatus fueris,est magnum & amplum, sed si persuaseris tibi, omne onus esse tuũ, tu perficies.s. votum meũ de reditu, nisi forte ego impono tibi onus, nimis stultũ in miseria.i.eo,ꝙ sum miser,& miseris vicina est stultitia.i. nimia affectio felicioris status, aut nimis impudenter.i. inuerecũde in amicitia.i.eo,ꝙ sum tibi coniunctus vetere amicitia. licet autẽ amicorũ deberẽt oĩa esse cõmunia · impudentis tñ esset oia expostulare. Sed cõsuetudo tuæ vitæ,qui facilis & beneficus in oẽs esse soles,dat vtriq; rei.s.& stultitiæ, & impudẽtiæ excusationẽ Nam ꝙ.i.quia tu consueuisti laborare pro amicis ita.i.tam attente & accurate,vt oia pro ipsis audeas,vt patuit de Milone,& alijs multis,quos in causa difficillima defendit, & absolutos reddidit,familiares.s. tui non sperant,iam sic.s.te pro se facturũ,qđ tñ magnũ esset. nam nõ speramus nisi de quibus spes sit,sed imperant etiã tibi,sic.i.& stulte,& impudenter,& tamen feliciter, quia,quæ imperant,impetrant. Est ergo epistola imitatione digna,& ideo à Tirone,Cic.liberto, Cũ Ciceronianis collecta, & perpetuitate donata. nam nõ est dubiũ longe plures respõsiuas à Cic.scriptas fuisse,sed eas duntaxat cõseruatas, in quibus aut dicendi maior est venustas,aut ad eas,quæ cõseruatæ sunt,intelligẽdas maior oportunitas. Quod attinet ad librum.s.historiarum bellorum ciuiliũ,quem filius dabit tibi, peto ne exeat à te, aut vt corrigas ita ne noceat mihi. Prius aũt dictum est. Sed tñ ego filio dixeram librũ tib legeret,& auferret, aut ea cõditione daret, si reciperes, te correcturũ, hoc est si totum aliud faceres. Modestius ergo in sua persona de libro statuit in filio. nam nõ auferẽdum,sed sic duntaxat corrigendũ,vt non noceat,monet.

MVLTA deos veneratiß Nihil est immutandũ, vt alij crediderũt. nam etiã alibi nomẽ pro aduerbio positũ est,vt cũ dr̃,multa peccas,& multa egeo. Cic. de nat. deorũ, 3.& pro Murena, Topicorũ aũt initio, Cum,inquit,mihi,meisq; multa sæpe cauisses Gell.lib. 13.c.23. §Elatũ§ antea,latum,nos,elatũ,meliorem,vt opinamur, sensũ. nostram autem lectionẽ accepimus ex vetere libro Bernardini Maffei. PAVL. MAN.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Fuerat in Sicilia Cæcina usq; ad præstitutum a Cæsare tempus; cum iam id adesset,veritus Cæcina,ne Cæsaris animum abalienaret, consuluit Ciceronem,an,relicta Sicilia,in Asiam se transferret. Huic consultationi Cicero respondet,suadens,suo consilio in Sicilia maneat; idque argumentis,a loci natura sumptis, & ab utili.

CICERO S. D. CAECINAE. 8

*CVM esset mecum Largus,homo tui studiosus,locutus kal. Ian. tibi * præfinitas esse: quòd omnibus in rebus perspexerã, quæ Balbus & Oppius, absente Cæsare, egissent, ea solere illi rata esse, egi uehementer cum his,ut hoc mihi darent,tibi in Sicilia,quoad uellemus, uti esse liceret. qui mibi cum suessent aut libẽter polliceri,si quid esset eiusmodi, quod eorum animos non offenderet; aut etiam negare,& afferre rationem,cur negarent: huic meæ rogationi potius nõ continuo responderunt: eodem die tamen ad me reuerterunt,mihique hoc dederunt; ut esses in Sicilia,quoad uelles se præstaturos,nihil ex eo te offensionis, habiturum. Quando, quid tibi permittatur, cognouisti. quid mihi placeat,puto te scire oportere. Actis his rebus, literæ à te mihi sunt redditæ: quibus à me consilium petis, quid sim tibi * auctor, in Sicilia ne subsidas, an ut ad reliquias*

ne ultra Kalen. Ian. tibi esse in Sicilia liceret. alibi,

quid suadeam tibi.

*quias Aſiaticæ negotiationis proficiſcare. hæc tua deliberatio non mihi conuenire uiſa eſt cum oratione Largi. ille.n.mecum, quaſi tibi non liceret in Sicilia diutius cõmorari, ita locutus erat: tu autem, quaſi conceſſum ſit, ita deliberas. ſed ego, ſiue hoc ſiue illud eſt, in Sicilia cenſeo commorandum. propinquitas locorum uel ad impetrandum adiuuat erebris literis, & nuntijs, uel ad reditus celeritatem, re aut impetrata, quod ſpero, aut aliqua ratione confecta. quamobrem cenſeo magnopere commorandum. T. Furſano Poſtumio, familiari meo, legatisq; eius, item meis familiaribus, diligentiſſime te commendabo, cum uenerint: erãt.n.omnes Mutinæ. uiri ſunt optimi, & tui ſimilium ſtudioſi, & mei neceſſarij. Quæ mibi * uenient in mentem, quæ ad te pertinere arbitrabor, ea mea ſponte faciam. ſi quid ignorabo, de eo admonitus omnium ſtudia uincam. ego, etſi coram de te cum Furſano ita loquar, ut tibi literis meis ad eum nihil opus ſit; tamen, quoniã tuis placuit, te habere meas literas, quas ei redderes, morem eis geſſi. earum literarum exemplũ infraſcriptum eſt. Vale.*

uide eaſdẽ ſententias ad Craſſ. ep.8.lib.5.

CVM eſſet} Cecina, vt ſupra diximus, vrbe prohibitus edicto Cæſ. erat in Sicilia. conſuluerat aũt Cic. cenſeret ne ei diutius cõmorandum ipſa Sicilia, an in Aſiã proficiſcendũ, quaſi permitteretur ei eſſe in ipſa Sicilia, ſi vellet, cum per edictum Cæſ. non liceret eſſe vltra calen. Ian. id.n. tempus præfinitum ei fuerat à Cæſare. Cicero, qui interrogauerat Balbũ, & Oppium intimos Cæſ. qui eius mentẽ noſſent, & exequerentur, ſcribit, quid ei liceat facere, quantum audiuit ab iſtis. Deinde dat conſiliũ ſuũ, vt commoretur in Sicilia potius q̃ eat in Aſiam: & adducit rationes huius conſilij. Poſtremo pollicetur ſe cõmendaturũ eum T. Furſano, & ceteris familiaribus ſuis, cũ primum Mutina redierint: dicitq; ex petitione amicorũ Cecinæ ſcripſiſſe literas cõmendaticias ad Furſanum pro ipſo Cæcina, quorũ exemplum infraſcribit. } Studioſus } tui amator. } Præfinitas } aſſignatas, determinatas. } Quòd } quia. } Rata } firma, ſtabilita. } Illi } Cæſari.i. Cæſarem approbare oia, quæ illi egiſſent. } Egi cum his } rogaui eos. } Darent } concederent, facerent mihi hanc gratiam. } Liceret tibi } permitteretur tibi, daretur tibi, licentia. } Eſſe } commorari. } Quoad } quouſque, quandiu. } Qui mihi } ſubaudi ipſi. } Non offenderet } i. qui non conſueuiſſent mihi promittere & concedere libenter, ſi quid eſſet, quod non diſpliceret eis. } Et afferre rationem } quod ſignũ grauium virorum, & amicorum. } Huic } rogationi, quam de re feceram: vt liceret tibi eſſe in Sicilia. } Non cõtinuo } non ſtatim reſponderunt, vt ſolebãt. petiuerunt.n. ſpatium ad reſpondẽdum. } Tñ } licet non cõtinuo reſpondiſſent. } Eodẽ die } quo de te rogauerã. } Dederunt } vel dixerunt, vt Virg. Sed tñ iſte deus quis ſit, da Tityre nobis. i. dic. vel permiſerunt & conceſſerunt. nã ſupra dixit, vt darent hoc mihi. } Præſtaturos } effecturos. } Nihil offenſionis habiturum } i. quod nemo te offende. } Ex eo } .ſ. qđ moreris in Gallia, quãdiu voles. } Qñ } qm̃. } Oportere } decere. } Quid placeat mihi } quid cenſeã tibi eſſe faciẽdum. } Actis his rebus } impetrata à Balbo, & Oppio commoratione tua in Gallia. } A re } noĩe tuo. } Sum auctor tibi } conſulã tibi. & dr̃ ſum tibi auctor huius rei, & huic rei. Ter. in Adelph. His rebus quis auctor. } Subſidias } remaneas. Virg. Ima galea ſubſedit Aceſtes. Licet eo loco alij ſenſus afferantur. } Reliquias } .i. ad ea, quæ ex negotiatione, q̃ habes in Africa, tibi reſtant agẽda, vt ep. ſuperiori de Aſiatico itinere, &c. } Deliberatio } vtrũ remaneas in Sicilia, an proficiſcare in Aſiã. } Conuenire } concordare, cõſentire: vt illud Ouidianũ, Non bene cõueniunt, nec in vna ſede morantur Maieſtas, & Amor. } Ille } Largus locutus eſt mecum, tanquam nõ permitteretur tibi remanere in Sicilia, tu vero petis conſiliũ quaſi ſit in tua poteſtate remanere, vel non. } Siue hoc } ꝙ tibi ſit conceſſum. } Siue illud } ꝙ nõ liceret tibi diutius cõmorari, vt locutus eſt mecum Largus. } Cenſeo } iudico, conſulo. } Propinquitas } ratio quare cẽſeat cõmorãdũ in Sicilia. & eſt duplex q a propter propinquitatẽ crebriores literas, & nuntios mittere poterit ad impetrãdũ reditũ: deinde q a impetrato reditu celerius poterit Romã redire ex Sicilia, q̃ ex Aſia. } Impetrãdum } obtinendũ ſ. reditum tuũ à Cæſare. } T. Furſano } is erat ea tẽpeſtate prætor in Sicilia. } Legatis } qui dabantur prætoribus, conſulibus, & pro cõſulibus imperatoribus. } Mutinæ } quæ vrbs eſt Italiæ, nõ lõge à regione Lepidi. } Similiũ tui } .i. doctorũ & bonorum. } Studioſi } amatores. } Venient in mentẽ } cogitabo. } Mea ſponte } per me ipſum. } De eo } .ſ. qđ ignorabo. } Admonitus } factus certior vel à te, vel ab alijs. } Vincã ſtudia omniũ } .i. ero oium ſtudioſiſſimus, & diligẽtiſſ. pro te. } Corã } verbis, &, vt ita dixerim, pñtialiter. } Ita vt nihil ſit opus l. m. } .i. & ſi ita diligenter de te ei dicã, vt non ſit neceſſe me ſcribere ad eũ lr̃as cõmendaticias de te: tñ, vt tuis morẽ gererẽ, ſcripſi lr̃as, quas ei redderes. } Earum literarum } mearum. } Exemplum } copia. exemplũ autem poſterius: exemplar prius, vnde exemplum ſumitur.

ASCEN.

CVM eſſet mecum, &c. } Cæcina vrbe prohibitus, & in Sicilia ad cal. vſque Ian. manere permiſſus, conſuluerat Ciceronẽ, an cõtra prohibitionẽ Cæſaris in Siciliã amplius maneret, an in Aſiã proficiſcatur. Cicero itaq; cũ amicis Cæſaris ſe egiſſe ſignat, vt illic manere poſſit, licet nõ bene impetrarit: cõſulit tñ, vt potius immoretur, pollicetur que ſe cõmendaturũ Cæcinã familiaribus Cæſaris, & pro eo ad ipſum ſcripturũ. Ordo eſt. Cũ Largus, homo ſtudioſus tui. i. ſtudens multũ ſaluti & vtilitati tuæ, & eſſet locutus mecũ, cal. Ian. eſſe præfinitas. i. limitatas, & præfixas tibi, ne amplius eſſes in Sicilia ꝙ. i. quia ego pſpexerã. i. cognouerã, ea quæ Balbus, & Oppius egiſſent, Cæſ. abſente, ſolere eſſe rata. i. firma, & approbata illi. ſ. Cæſ. ego egi vehemẽter cum ijs, vt darẽt. i. cõcederent tibi hoc, vti liceret tibi eſſe in Sicilia, quoad. i. quandiu vellemus. Qui. ſ. Balbus & Oppius, cum cõſueuiſſent aut polliceri mihi libenter ſiquid eſſet eiuſmodi, quod non offenderet aĩos eorum, aut etiã negare, & afferre rationẽ cur negarẽt, potius. i. libentius, nõ reſponderunt huic rõni meæ: ipſi tñ reuerterunt eodẽ die ad me & ſup. dederunt. i. permiſerũt, aut cõceſſerunt mihi hoc, vt eſſes in Sicilia quoad velles, & ſup. præſtaturos (dr̃ ergo vtrunq; præſtaturus & præſtiturus) te nihil offenſionis habiturũ ſup. eſſe, ex ea re. Qñ. i. qm̃, tu cognouiſti, qđ permittatur tibi puto oportere te ſcire quid placeat mihi. His rebus actis i. poſtquã hæ res eſſent actæ, lr̃æ ſunt redditæ mihi à te. i. quæ miſſæ erãt à te, q bus petis cõſilium à me, ꝙ ſim tibi auctor. i. approbator & cõſultor ne. i. an ſubſidas. i. locũ manẽdi capias in Sicilia prouincia, an ve proficiſcare ad reliq as negotiationis Aſiaticæ. i. quæ in Aſia abeunda ſuſceperas. Hæc deliberatio tua nõ eſt viſa mihi conuenire cum orõne. i. ſermone Largi. ille.n. locutus erat mecum ita, quaſi nõ licere tibi cõmorari diutius in Sicilia, tu autẽ deliberas ita, quaſi cõceſſum ſit tibi. Sed ſiue hoc. ſ. quod tu innuiſti, ſiue illud quod Largus dixit, eſt: ego cenſeo cõmorandũ tibi in Sicilia. Nã ſup. propinquitas locorũ adiuuat vel ad impetrãdũ. ſ. reditũ crebris lr̃is, & nuntijs, vel ad celeritatẽ reditus, re aut impetrata aut cõfecta. i. trãſacta, quod ſpero, aliqua ratione. Quãmobrem cenſeo magnopere cõmorandũ, ſup. eſſe in Sicilia. Ego cõmendabo te diligẽtiſſime T. Furſano Poſtumio, familiari meo, & legatis eius, item. i. ſimiliter familiaribus meis, cũ venerint. ſ. in vrbẽ. Erant enim. ſ. cũ hæc ſcriberem, oẽs Mutinæ. i. in ea vrbe Italiæ nõ longe à Bononia. viri ſunt optimi, & ſtudioſi ſimiliũ tui, ingenioſi, & neceſſarij mei. i. neceſſitate coniuncti. Ego faciam mea ſponte. i. etiã nõ rogatus à te, ea quæ arbitrabor pertinere ad te. Si ego ignorabo quid. i. aliq d. ſ. pertinens ad te, ego admonitus. i. cũ fuero admonitus, vincã. i ſuperabo, ſtudia oium Ego etſi loquar cum. ſ. Furſano. ſ. Poſtũmio de te, corã. i. in præſentia eius, vt nihil opus ſit tibi literis meis ad eum: tamẽ, qm̃ placuit tuis. ſ. neceſſarijs, & amicis, habere literas meas, quas redderes ei, ego geſſi ita his. ſ. tuis morem. i. illis obſecutus ſum. Exemplum earum literarum eſt ſcriptum infra. i. quod ſequitur.

parum aſt latine loquũtur, qui dicit, auctor libri, pro, ſcriptor.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Commẽdatio Cæcinæ a iuſtis cauſis, a familiaritate, quam cum illius patre habuit, a neceſsitudine, quam cum Cæcina à pueritiæ eius annis exercuit, deinde a communibus ſtudijs. poſtremo petito, quæ eſt ſiquam umbra commendationum omnium.

M. CICERO S. D. T. FVRFANO PROCOS. 9



VM A. Cæcina tãta mihi familiaritas conſuetudoq; ſemper fuit, ut nulla maior eſſe poſſit. nam & patre eius, claro homine, & forti uiro, plurimũ uſi ſumus: & hunc à puero, quòd & ſpem mihi magnam afferebat ſummæ probitatis ſum-

mæq;

meǽ; eloquentiæ, & uiuebat mecum coniunctiſſime non ſolum officijs amicitiæ, ſed etiam ſtudijs cōmunibus, ſic ſemper dilexi, ut non ullo cum homine coniunctius uiuerem. nihil attinet me plura ſcribere. quàm mihi neceſſe ſit eius ſalutem, & fortunas, quibuſcunq; rebus poſſim, tueri, uides. Reliquum eſt, ut, cum cognorim pluribus rebus, quid tu & de bonorum fortuna, & de reip. calamitatibus ſentires, nihil à te petam, niſi ut ad eam uoluntatem, quam tua ſponte erga Cæcinam habiturus eſſes, tantus cumulus accedat cōmendatione mea, quanti me à te fieri intelligo. hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

RVBER. CVM A.} hac ep. Cicero cōmendat. T. Furſano Cæcinā, oſtēdens cām eſſe ſibi iuſtiſſimæ, cōmendationis, & ex amicitia, quæ ſibi fuit cū eius patre, viro claro; & ex conſuetudine, & familiaritate, quā cum eo habuerit vſq; à pueritia; & poſtremo ratione cōium ſtudiorū. Itaq; rogat Cic. T. Furſanum, vt ad id, quod ſua ſponte eſſet facturus erga Cæcinā, tantus cumulus accedat eius cōmendatione, quāti ſcit ſe fieri ab ipſo Furſano: id. n. fore ſibi gratiſſimū. {Cōſuetudo} cōuerſatio. {Et ſpē} rhetorice de puero ſpē dixit, nō autē facta. {Eloquentiæ} in eo futuræ. {Probitatis} virtutis. {Studijs cōibus} literarū, quibus ambo operā damus. {Attinet} opus eſt. {Neceſſe ſit} pro amicitia quæ mihi cū eo eſt. {Salutē} vitā, incolumitatē eius Cæcinæ. {Fortunas} res, patrimonium. {Tueri} defendere. {Reliquū eſt} reſtat. {Bonorū} ciuium. {Fortuna} ſtatu, cōditione. {Sētires} iudicares, q a cognoui te exiſtimare indignum eſſe bonos viros aduerſa fortuna vexati. {Voluntatē} benefaciendi Cæcinæ. {Cumulus} augmentū. {Accedat} adiūgat. {Quāti}. i. quāti me facis, & quātū me amas, tāto plus cā mea augeas volūtatē: quā per te ipſum habiturus eſſes erga ipm bene diſpoſitū.

ASCEN. CVM A. &c.} Cōmendatio eſt q̄ in fine ſuperioris ep. ꝓmiſit. Ordo eſt. Tāta familiaritas, & conſuetudo fuit mihi ſemper cū A. Cæcina, vt nulla eſſet maior. Nā nos vſi ſumus plurimū patre eius, hoie claro, & viro forti, & ſuper dilexi à puero hūc. ſ. Aulū, q. i. q a, &. i. ſimul afferebat mihi ſpē ſummæ eloquētiæ &. i. ſimul viuebat mecum cōiunctiſſime, nō ſolum officijs amicitiæ, ſed ēt ſtudijs cōibus eloquētiæ, & poſtea auguralis ſciæ, ſic inquā dilexi vt cum nullo hoie viuerē cōiunctius. nihil attinet. ſ. ad rē, me ſcribere plura, q̄ neceſſe eſt mihi tueri. i. protegere, & ſalutē & fortunas eius, quibuſcunq; rebus poſſim vt vides. Reliquū eſt, vt cū. i. poſtquā cognorim. i. cognouerim, pluribus rebus, q d tu ſentires de fortuna bonorū ſ. virorū, & de calamitatibus reip. nihil petā à te, niſi vt tātus cumulus accedat cōmendatione mea ad eā voluntatē, q̄ habiturus es tua ſpōte erga Cæcinā, quāti ego intelligo me. i. fieri. i. æſtimari à te, q. d. q d quid ꝓ me facturus ſis, pro illo facias. Nihil gratius potes facere mihi, q̄ hoc. i. hre Cæcinā tibi q̄ cōmēdatiſſimum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Conſolatio Trebanij. Exorditur a prædicatione ſui amoris & officij erga Trebatium: quem ut melius declaret, nihil ſibi omittendum dicit, quod illis cauſam iuuare poſſe exiſtimet. poſtremo argumentis conſolationum ſuperioribus utitur, a Trebanij Cæſariſq; attributis, a temporum qualitate, ab exilij conditione, &c.

CICERO S. D. * TREBIANO. 10

alij. Trebatio, uolunt.

*EGO, quanti te faciam, ſemperq́; fecerim, quanti me à te fieri intellexerim, ſum mihi ipſe teſtis. nam & cōſilium tuum, uel caſus potius diutius in armis ciuilibus commorandi, ſemper mihi magno * dolori fuit: & hic euentus, quòd tardius, quàm eſt æquum, & quàm ego uellem, recuperes fortunā, & dignitatem tuā, mihi nō minori * curæ eſt, quàm tibi ſemper fuerint * caſus mei, itaq; & Poſtumuleno, & Sextio, & ſæpiſſime Attico noſtro, proximeq́; Theudæ, liberto tuo, totum me patefeci: & his ſingulis ſæpe dixi, quacunque re poſſem, me tibi, & liberis tuis ſatisfacere cupere: idq́; tu ad tuos uelim ſcribas, hæc quidem certe, quæ in poteſtate mea ſunt, ut * operam, ſtudium, conſilium, rem, fidem meam ſibi ad omnes res paratam putent. Si auctoritate, & gratia tantum poſſem, quātum in ea rep. de qua ita meritus ſum, poſſe deberem: tu quoq; is eſſes, qui fuiſti, cum omni gradu ampliſſimo digniſſimus, tū certe ordinis tui facile princeps. ſed quando eodem tempore, * eademq́; de cauſam noſtrum uterq; cecidit: tibi & illa polliceor, quæ ſupra ſcripſi, quæ ſunt adhuc mea, & ea, quæ præterea uideor mihi ex aliqua parte retinere tāquam ex reliquijs priſtinæ dignitatis. neq;. n. ipſe Cæſar, ut multis rebus intelligere potui, eſt alienus à nobis: & omnes fere familiariſſimi eius, caſu deuincti magnis meis ueteribus officijs, me diligenter obſeruāt, & colunt. itaq;, ſi quis mihi erit aditus de tuis fortunis, id eſt de tua incolumitate, in qua ſunt omnia, agendi; quod quidem quotidie magis ex eorum ſermonibus adducor, ut ſperem: agam per me ipſe & moliar. ſingula perſequi non eſt neceſſe: uniuerſum ſtudium meum, & beneuolentiā ad te defero. ſed magni mea intereſt, hoc tuos omnes ſcire, quod tuis literis fieri poteſt, ut intelligant, omnia Ciceronis patre Trebiano. hoc eò pertinet, ut nihil exiſtiment eſſe tā difficile, quod non, pro te mihi ſuſceptum. iucundum ſit futurū. Vale.*

ad illud refer, quanti ſe fecerim, ad illud quanti te faciam, ad illud, quanti me a te fieri &c.

ep. 14. h. l.

quia Pōp. ſecuti ſumus.

uide ſimilē ſententiā in ep. 21. l. 5.

MVRR. EGO} Trebianus, ciuis Rom. eadē cā, qua Marcellus, Sulpicius. Figulus, pleriq; alij & patria, & fortunis ſuis carebat. prohibebatur autē eo magis à Cæſare redire in patriā quia non ſtatim diſceſſerat à bello fracto Pomp. ſed diutius perſeuerauerat, licet ſemper maluiſſet pacē, q̄ bellū. Itaque Cic. declarat, q̄ cupidus ſit ſatisfacere ei & eius liberis, quacūq; re poſſit. Deinde dicit, q ſi poſſet tm̄ gratia, & auctoritate quātum deberet poſſe in ea pria, de qua eſt optime meritus, nō paſſus eſſet Trebianum diutius carere pria, & fortunis ſuis. pollicetur autem quidquid poteſt apud Cæſ. & eius familiares. Poſtremo excuſat ſe, quare antea ad eum nō ſcripſerit: q neq; putabat eum cōſolandū, qui fortiter, & ſapiēter ferret fortunā, neque erat quod polliceretur, qd̄ nunc ſe hre dicit. {Sū teſtis mihi}. i. ſcio. {Quanti faciā} quāti exiſtimē. {Vel caſus potius} correctio, q. d. quodā caſu & infortunio potius cōmoratus es in bellis ciuilibus, q̄ cōſilio, quod dolui. {Euētus} hoc eſt mala fortuna. {Quòd} quia. & eſt declaratio huius euentus. {Aequū} iuſtū & debitū. {Recuperes} recuperares. {Minori curæ} minori moleſtiæ. {Quam fuerint caſus mei tibi}. i. q̄ fuerint tibi infortunia mea, cū iniuſte eiectus ſum e patria. {Poſtumuleno, & Sextio} hi oēs amici erāt Trebiano, quibus Cic. aperuit, quo aīo eſſet in ipſum Trebianum. {Proxime} nuperrime. {Patefeci} me totum iudicaui, oēm aīum meum aperui, vt ita dixerim. pectus meum. {Singulis} oibus ad unum ſeparatim. {Satisfacere} officium meū præſtare, facere qd̄ à me expectas. {Id}. ſ. me cupere ſatisfacere tibi, & tuis liberis, quacunq; re poſſim. {Hæc}. ſ. quæ ſequūtur, operā, fidē, &c. {Quæ in ptāte mea ſunt} quæ poſſum præſtare. {Paratū} elegāter per neutrū genus adiect. reſpōdetur pluribus ſubſtantiuis vnius vel diuerſi generis: vt hic, & Sal. in Iug. Pleroſq; velocitas, & regio hoſtibus ignara tutata ſunt. & multis alijs locis inuenit ſimilis cōſtructio. {Ita meritus ſum} ꝓ p immortalia mea in eam beneficia. {Is} talis. {Qui} qualis. {Cū} &c. {Tū} maxime. {Ordinis ſenatorij}. {Princeps} primus {Eadē cā} defendendæ priæ. {Cecidit} ex gradus dignitatis ſuę delapſus eſt. {Illa} q̄ ſupra ſcripſi, operā, cōſiliū, rē, fidē. {Ex aliqua parte} nō integre, neq; plene i ptāte mea. {Ex reliquijs priſtinę dignitatis}. i. ex ijs, q mihi de priſtina dignitate ſūt relicta. {Priſtinæ} prioris, ſolitæ. {Neq;. n.} arguit à pſona Cæſ. à qua dicit non eſſe ſe alienū. {Deuincti} aſtricti, obligati. {Caſu} q a eis præſtiterā bñficia nulli tali intētione, & cā. {Obſeruāt} reſpiciūt, reuerent. {Si q s adit⁹ erit} ſi potero ipm adire, & alloq. {Incolumitate} ſalute, vt reſtituat tibi & pria, & priſtina dignitas. {Qd} q̄ rē, vt ꝓ tua incolumitate agam. {Adducor} perſuadeo. {Per me} mea ſpōte. {Et moliar}. i. eniter & oibus viribus vtar. Ordo eſt. Itaq; ſi q s aditus erit mihi, ipſe agā p me, & moliar de tuis fortunis. i. de tua incolumitate, i qua ſūt oia agēda. qd̄ q dē, vt ſperē, adducor magis ex ſmonibus eorū. {Perſeq} dicer. {Singula} q̄ ꝓ te factur⁹ sū. {Vniuerſū ſtudiū} totā diligētiā & fauorē meū. {Defero ad te} tibi attribuo. {Intereſt mea} magni eſt meméti, multū ad me attinet. {Qd} ſ. oēs tuos ſcire. {Pōt fieri lrīs tuis} ſi tu ad eos ſcripſeris. {Patere} expoſita eſſe, & parata. {Eo}. i. ad id. {Tā difficile} tā graue & laborioſū. {Pro te} cā tui.

Ego,

ASCEN.

EGo, quāti,&c.} Trebatius, ciuis Romanus egregius,ob eandem,causam,ob q̄ Marcell.Sulp.Figulus, Cęcina,& pleriq; alij patria,& fortunis suis carebāt,vrbe exulabat: à qua prohibebatur eo magis ꝙ victo Pōpeio eius cām non deseruerat. Hunc Cic.docet,quantum cupidus sit & satisfaciendi,& eius liberis subueniendi:pollicetur q; se pro eo intercessurum,purgans ꝙ nō prius scripserit. Ordo est. Ego ipse sum mihi testis quanti faciā te,& semper fecerim,& quāti intellexerim me fieri à te. Nam & consiliū tuū,vel potius casus manendi semper.s.post victū Pomp.in armis,fuit mihi magno dolori, & hic euētus.i.in opinatus exitus,ꝙ receperis fortunā, & dignitatem tuā tardius, q̄ æquum.i.iustū est, & q̄ ego vellem, est mihi non minori curæ,q̄ casus mei.i.ærumnę meæ, fuerint tibi semper. Itaq;.i.& ita,ego patefeci me totum.i.aperui penitus aium meum Postumuleno,& Sextio,& sæpissime Attico nostro.s.intimo amico,& proxime i.diebus proxime præteritis,Theudo liberto tuo i.à te libertate donato, & dixi sæpe his singulis hæc, me cupere,satisfacere tibi,& liberis,quacunq; re possem. Et velim sup.vt tu scribas id ad tuos,vt putent quidē .i.saltē,hęc certe.i.indubitanter,quæ sunt in potestate mea, vtpote operā, studium,consilium,rem.i.diuitias,fidem meā esse sup.paratam tibi ad oēs res. Si ego possem auctoritate,gratia tm̄,quantum deberem posse in ea rep.s Romana,de qua sum meritus ita.i.tā egregie,tu quoq; esses is,qui i.talis,qualis fuisti,cum.s.ita esset, ꝙ esses,aut ꝙ es dignissimus omni gradu amplissimo, tū certe sup. esses,aut dignissimus es,qui esses facile princeps tui ordinis.s. senatorij,aut potius iurisperitorū. Sed qm̄,aut qn̄.i.qm̄,vterq; nostrum cecidit eodem tempore,& eadē de causa: ego polliceor tibi illa quæ scripsi supra,operā,studium,consiliū,rem,fidem,quæ sunt adhuc mea.i.mihi nō erepta,& ea quæ videor, præter ea retinere ex aliqua parte, tāquam ex reliquijs dignitatis pristinæ. Neque.n.ipse Cæsar, vt potui intelligere multis rebus,est alienus à nobis,& oēs ferè familiarissimi eius,vbi rursus ois cum superlatiuo,quasi deuincti.i.obligati, magnis meis officijs veteribus,vbi duo adiectiua sine coniunctione media, obseruant s.ne offendant,& colunt diligēter me. Itaq; si quis aditus erit mihi.s. ad Cæsarem,ipse agā,& moliar.i.cū difficultate nitar, per me.i. sine intercessore,& præcatore,de fortunis tuis.i.de incolumitate.i.salute tua.in qua.s.incolumitate tua oia sunt agenda. Non est necesse persequi singula. ego defero ad te.i. in potestatē aut vtilitatem tuam,vniuersum studium meum, & beneuolentiā.s. meam. Sed magni interest mea.i.in re mea est, oēs tuos.s.familiares & amicos.s.hoc.s. quod, omnia defero ad te, quod.i. quæres,potest fieri tuis literis vt intelligant omnia.i.omnes facultates Cic. patere Trebatio. Hoc.s. dictum pertinet eo.i.ad id, vt sup.tui nihil existiment esse tam difficile,quod non sit futurum iucundum mihi,susceptum.i.si fuerit pro te.

PAVL. MAN.

REcvperares} antea,receperis nos.recuperes,aliquot iam annis emēdauimus,& impressimus. liber vetustus habet, reciperes. & in alijs etiam explaribus,i,literam, pro,u,sæpissime reperias.

ARGVM. Excusatio, cur non scripserit: consolatio, promissio meliorum rerum, & officij sui.

CICERO S. D. TREBIANO. 11

ep.13.h.l.

ANtea misissem ad te literas, si genus scribendi inuenirem. tali enim tempore aut consolari amicorum est, aut polliceri. consolatione non utebar, quòd ex multis audiebam, quàm fortiter, sapienterq́; ferres iniuriam temporū, quamq́; te uehementer consolaretur conscientia factorū, & consiliorum tuorum. quod quidem si facis, magnū fructum studiorum optimorum capis: in quibus te scio semper esse uersatum: idq́; ut facias, etiam atq; etiam te hortor. Simul & illud tibi, homini peritissimo* rerū, &* exemplorum, & omnis* uetustatis, ne ipse quidem rudis in studio minus fortasse, quàm uellē, ad in rebus, atq; usu plus etiam, quàm uellem, uersatus, spondeo, tibi acerbitatem istam, & iniuriam non diuturnam fore. nam & ipse, qui plurimum potest, quotidie mibi delabi ad æquitatem, & ad rerum naturam uidetur: & ipsa causa ea est, ut iam simul cum rep. quæ in perpetuum iacere nō potest, necessario reuiuiscat, atq; recreetur: quotidieq́; fit aliquid lenius, & liberalius, quàm timebamus. quæ quoniā in temporū inclinationibus sæpe paruis posita sunt: omnia momenta obseruabimus, neque ullum prætermittemus tui iuuandi, & leuandi locū. itaq; illud alterum, quod dixi, literarū genus quotidie mihi, ut spero, fiet *procliuius, ut etiam polliceri possim. id re, quàm uerbis faciam libentius. Tu uelim existimes, & plures te amicos habere, quàm qui in isto casu sint, ac fuerint, quantū quidem ego intelligere potuerim; & me concedere eorum nemini. Fortem fac animum habeas, & magnum: quod est in uno te. quæ sunt in fortuna, temporibus regentur, & consilijs nostris prouidebuntur. Vale.*

mādandis rebus, notandis exēplis, cognoscenda antiquitate eruditus.

paulo facilius, ut est descēsio per cliuos.

HVBER.

ANtea} Excusat se Cic. ꝙ antea non scripserit.{Genus} argm̄,materiam.{Inuenirē} pro inuenissem.{Tali tpe} tam misero.eadem sniа Cic.vtitur.4.ad P.Nigidium epistola,quæ incipit. Quærēti mihi. {Polliceri} promittere aliquo auxiliū.{Iniuriam tpum} fortunam aduersam,quam fers his temporibus,quibus Cęs. plurimū potest, & oia sub potestate sua tenet:quæ.n.vel bene vel male fiunt,interdum tpibus ascribuntur.{Conscientia} vsitatissima consolatio Cic. ad oēs amicos, ad quos scribit, in calamitatibus positos.{Quod si facis} vt consciētia tuorum & factorū,& consiliorū te consoletur.{Capis fructū} colligis,& accipis magnū fructum,& studijs lr̄arum,quibus operā dedisti, quæ nihil aliud præcipiūt, q̄ res aduersas fortiter sapienterq; ferre.{Etiam atq; etiā} vehemēter {Vt facias id} vt consolationē capias ex bona consciētia tua.{Simul} etiā & pręterea.& est sensus, præterea hoi doctissimo & rerū,& exemplorū,ego,qui nō sum oīno rudis, sed fortasse minus versatus in eis,q̄ vellē,polliceor & affirmo istā acerbitatem & iniuriā,quā nunc pateris,nō fore diuturnā.{Rerum} quas vidisti.{Exemplorū} quæ maxime sunt demonstratiua rerum,plurimū valent ad imitationē.sic ad Sulpiciū,cuius epi. in lib.4.nec.n.clarorum,quorū similes esse debemus exempla,neque doctissimorū,quos semper coluisti,præcepta fugiūt.{Ipse} Cęs.{Delabi} descendere.{Ad naturā rerū} quæ tpe ipso maturantur,& quotidie mitiores fiunt.{Ipsa cā} quam secuti sumus.{Reuiuiscat} resuscitet,quasi iam mortua. est aūt trāslatio sumpta ab aialibus.{Lenius} mitius. {Quàm timeb.}.i. q̄ id quod timebamus.{Paruis inclinationibus tpum} paruis mutationibus tpum.quia breui tpe homo mutatur. {Momēta} puncta. Persius,Momento tpis exit seruus.Dama.{Obseruabimus}.i. diligēter inspicienius,qd in singulas horas mutetur,& fiat.{Leuandi} minuēdi tibi labores.{Locū} occasionē,oportunitatem.{Illud alterū}.s.pollicendi aliquid.{Procliuius} pronius,magis apium.quia cū hæc sit natura Cæs.quā dixi,& rerū quotidie,vt spero,magis potero polliceri.{Id}.s.qd̄ possum polliceri {Re} effectu.{Quàm verbis}.i.libētius faciā q̄ dicā.{Tu velim} hortatur ipsum Trebatiū, vt sibi persuadeat se plures amicos hr̄e q̄ alios oēs,qui sunt vel fuerint in tali casu. Est aūt mos ita dicēdi eis,quos volumus cōsolari,etiā si ita non sit. {Quantū} pro inquantū. {Et me cōcedere}.s. velim existimes inter tot amicos, me nemini eorū esse inferiorem.{Quod}.s.hr̄e aium fortem & magnū.{Est in te vno} est positū in te solo,qa est ex bonis animi.{Quę sunt in fortuna} q̄ sunt ex bonis externis, vtputa, ꝙ restituaris,& recipias dignitatē tuā. {Tpibus} q̄ solēt mitigare res oēs.{Cōsilijs nr̄is} qbus vtemur, vt reb. tuis prouideamus.

ASCEN.

EGo misissem antea lr̄as ad te, si inuenirē genus scribēdi. Enim.i. quia,aut cōsolari est amicorū.i.pertinet ad amicos,tali tpe.s.tā calamitoso,aut polliceri.s.opē,aut operam & gratiā. Ego non vtebar consolationem.s.frui,hoc est non sum te consolatus,ꝙ audiebam ex multis,q̄.i.quātum, fortiter,& sapienter ferres.i.patereris,& portares iniuriam temporum,quamq;.i.& q̄ vehementer,conscientia factorū,& consiliorum tuorum.s.rectorum cōsolaretur te. Quod quidem si facis.i.consolationem rectorum consiliorum & factorum recipis tu capis magnum fructum.i. vtilitatē studiorum optimorū,quibus ita faciundum didicisti,in quibus s.optimis studijs, ego scio te esse versatum,semper.idq;.i.& id,hortor te etiā atq; etiam, vt facias id.i.magnum fructum sic capias. Simul ipse ne quidem.i. nō etiā,rudis.i.minus exercitatus,sed eruditus,& satis tritus,sed minus.i.rarius in studio,fortasse, q̄ vellem,& versatus in rebus,

atque vſu fortaſſe etiam plus quàm vellem,ſpōdeo tibi homini peritiſſimo rerum, & exemplorum, & omnis vetuſtatis, iſtam acerbitatem,& iniuriam non fore diuturnam.nam & ipſe Cęſ. qui poteſt plurimum , videtur mihi delabi quotidie ad æquitatem, & ad naturam rerum,quæ bonis bene eſſe vult,& ipſa cauſa.ſ.exilij eſt ea.i.talis vt reuiuiſcat,atq; recreetur neceſſario iā cum rep.quæ non poteſt iacere in perpetuum.& aliquid fit quotidie lenius,& liberalius,q̄ timebamus.ſ.Cæſare faciēdum eſſe. Quæ.ſ.lenia,& liberalia qm̄ poſita ſunt ſæpe in paruis inclinationibus.i.dn̄t,in influentijs temporum. Vnde Iuuenalis, Plus etenim fati valet hora benigni, Quàm ſi te Veneris commendet epiſtola Marti. Ad hos autem tempeſtiuus Cæſaris aditus putatur alluſiſſe Virg.in 4.Aenei.cum ad Annam dicit Dido de Aenea: Sola viri molles aditus,& tempora noras. Nos obſeruauimus nīa momenta,neq; prætermittemus vllū locum.i.opportunitatem,iuuandi,& leuandi te. itaq; illud alterum genus literarum, quod dixi.ſ. quo polliceamur auxilium . duo.n.propoſuit,alterum quo conſolamur , alterum quo pollicemur opem. fiet mihi,vt ſpero, quotidie procliuius.i.facilius, vt poſſim etiā polliceri.Sed ſup.ego faciam id, quod.ſ. quæritur in eo genere , hoc eſt auxiliabor libentius re,q̄ verbis. Velim ſup.vt tu exiſtimes,&.i.ſimul,te habere plures amicos, q̄ qui ſint, ac fuerint in iſto caſu.ſ.in quo tu es, hoc eſt in exilio,propter fauorē Pomp. præſtitum,quantum quidem.i. certe ego potuerim intelligere, &.i.ſimul tu exiſtimes me concedere.i.locum dare tanquam victum,hoc eſt ſuccumbere nemini eorū. Fac ſup.vt habeas aium fortem,& magnū,quod.ſ. habere aium fortem & magnū, eſt in te vno.i.in poteſtate tua ſolius . ea quę ſunt in fortuna.i. ptāte fortunæ,regentur tēporibus,& prouidebuntur conſilijs noſtris.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Epiſtola partim gratulatoria , quod Trebatius reſtitutus ſit,partim hortatoria,ut rei familiaris diſpendium non æſtimet . Eſtque hoc argumentum a comparatione ſumptum .

CICERO S. D. TREBIANO. 12



OLABELLAM antea tātummodo diligebam:obligatus ei nihil eram. nec.n.
acciderat mihi opus eſſe:& ille mihi de-
de quibus ep.10.l.3. bebat,quòd non defueram eius * pericu-
lis nunc tanto ſum deuinctus eius beneſi
cio,quòd & antea in re,& hoc tempore
in ſalute tua cumulatiſſime mihi ſatisfecit , ut nemini
plus debeā.qua in re tibi gratulor ita uehementer,ut te
quòd per generum meum de tua ſalute a Cæſare impetrauerim. quoq; mihi gratulari,quàm * gratias agere, malim.al-
terum omnino nō deſidero:alterum uere facere poteris.
Quod reliquum eſt,quando tibi uirtus, & dignitas tua
reditum ad tuos aperuit:eſt tuæ ſapientiæ,magnitudiniſ
que animi,quod amiſeris,obliuiſci ; quid recuperaueris,
cogitare.uiues cum tuis:uiues nobiſcum plus acquiſiui-
ſti dignitatis,quàm amiſiſti rei familiaris:quæ ipſa tum
Puteolanus de quo in ep.ad Att. ſæpe. eſſet iucundior,ſi ulla res eſſet publica . * Veſtorius, no-
ſter familiaris,ad me ſcripſit, te mihi maximas gratias
agere.hæc prædicatio tua mihi ualde grata eſt:eaque te
uti facile patior cum apud alios,tū mehercule apud Siro
idē epi. 15. lib.2. nem,noſtrum amicum. quæ enim facimus, ea * pruden-
tiſſimo cuique maxima probata eſſe uolumus . Te cupio
uidere quamprimum . Vale.

HVBER. DOlabellam} Cum fauore, & interceſſione Dolabellæ apud Cæſ. Trebianus obtinuiſſet reditū in patriā : Cic. ita ſibi hanc rem gratā eſſe oſtendit, vt ſe etiam Dolab. obligatum dicat,cuius opera id impetrauerit. Deinde ei gratulatur,& hortatur,vt obliuiſcatur eorū,quæ amiſit. Poſtremo dicit ſe gaudere ea eſſe grata Treb.quæ pro eo fecit.{Obligatus} quia nullum in me beneficiū cōtulerat. Nec.n. hoc ſubiunxit Cic.ne videretur nō eſſe obligatus Dolab.eius culpa,ſed q̄ non acciderat Cic.vt opus eſſet eius opera & officio. {Opus eſſe}.ſ.eius. {Beneficio}in me.{Debebat}erat obligatus.{Eius periculis}cum eum defendi bis, vt lib.4.epi. quæ incipit, Cū eſt ad nos allatum,illud vero permirum accidit tantam temeritatem fuiſſe in eo adoleſcente,cuius ego ſalutē duobus capitis iudicijs ſumma cōtentione defendi.licet eo loco alij alium intelligant.{Deuinctus}aſtrictus.{Tanto}tā magno.{Quòd}quia. & eſt cauſa obligationis:quia & alias in re, & nūc in ſalute Trebiani fecit ipſe Dolabella,quod Cic. optauit. {Satisfecit mihi} reſpōdit voluntati meæ.{Cumulatiſſime}pleniſſime,ita vt nihil deſit Cic.ſubaudi,ita vt.{Gratulor}gaudeo cauſa tua.{Malim}potius velim.{Alterū non deſidero}.ſ.te agere gratias mihi.{Alterum facere potes}.ſ.gratulari mihi. {Quod reliquum eſt}quod reſtat.{Dignitas & virtus}.i. qm̄ propter virtutem & dignitatem tuam eſt conceſſus tibi reditus ad tuos. {Quando} qm̄. {Eſt tuæ ſapientiæ}pertinet ad ſapientiā tuam. {Quid recuperaris}quia plus recuperaſti quàm amiſiſti.{Viues}ecce qđ recuperauit.{Quæ}dignitas. {Si res publica eſſet vlla}.i. ſi haberet aliquem ſtatum.{Neſtorius}proprium viri. {Agere gratias}q̄ in rebus tuis fuerim diligentiſſimus . {Prædicatio tua} commendatio tua de me, quod prædices , & aperte fatearis me fuiſſe in rebus tuis promptiſſimum.{Facile patior}permitto libenter,&,vt ita dicam,ſum contentus. {Stronem} hic fuit epicureæ ſectæ philoſophus,pręceptor Virgilij, vt oſtendit Ser.in Buc. {Maxime probata eſſe}maxime placere & laudari .

ASCEN. DOLABELLAM,&c.} cum per interceſſionem Dolabellæ,q,inuito Cic.partes Cæſaris ſecutus fuerat, Trebatius reditum in vrbem obtinuiſſet;dicit Cic.ſibi gratum eſſe.gratulaturq; Trebatio,monens eū,vt amiſſorū obliuiſcatur , ac demū dicit ſe gaudere q̄ grata eſſent Treb. quæ pro eo fecerat. Ordo eſt.Ego diligebā tantummodo.i.duntaxat,quod minus eſt q̄ amaſſe,Dolabellam.ſ.generū Cic.q̄.i. quia nihil erā obligatus ei. nec.n.acciderat mihi eſſe opus.ſ.auxilio illius:& ille.ſ.Dolabella debebat mihi,q̄.i.quia non defueram,immo auxilio aderā,periculis eius. Nunc ſum deuinctus.i. obligatus tanto bñficio eius,q̄.i. quia ipſe ſatisfecit mihi cumulatiſſime,&.i.ſimul antea in re.ſ.tua ſeruāda, & hoc tempore in ſalute tua,ſup.ita vt nemini debeā plus.ſ. q̄ ipſi debeo, licet alij etiam debeam. In qua re.ſ.in ſalutis tuę receptione ego gratulor tibi ita vehementer , vt malum te quoq; gratulari mihi ob rem lętam, quæ mihi in ſalute tua contigit, q̄ agere gratias, q̄ per generum meum contigit,quia nō deſidero omn alterum.ſ. te agere gratias mihi,& tu poſſis facere vere alterum.ſ.gratulari mihi ob verum gaudium, quod contigit. Quod reliquū eſt.i. quantū ad hoc,quod adhuc reſtat,qn̄.i. quādoquidem, virtus & dignitas tua , aperuit tibi reditum ad tuos, eſt ſapientiæ tuæ, & magnitudinis animi.i.pertinet ad ſapientiā tuam & magnitudinem animi,obliuiſci quid amiſeris,& cogitare quid recuperaueris. Tu viues cū tuis,viues nobiſcum,tu acquiſiuiſti plus dignitatis,q̄ amiſiſti rei familiaris quę ipſa res.ſ.familiaris, eſſet tñ iucundior,ſi vlla reſp.eſſet. Neſtorius familiaris noſter ſcripſit ad me te agere mihi maximas gr̄as. Hæc prædicatio tua.ſ.de meritis meis in te,eſt mihi valde grata,& patior facile.i. libenter ſero,vti ea.i.eiuſmodi re,cum.ſ.ita ſit q̄ apud alios,tum mehercule,apud Sironē amicū noſtrū. Em̄.i.quia , nos volumus ea quę facimus eſſe probata.i.approbata maxime, cuique prudentiſſimo.i.omni valde prudēti. Ego cupio videre te quamprimum .

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Conſolatoria eſt epiſtola, ut exiguum illud tempus, donec litteras reſtitutionis accipiat , fortiter ferat . quamuis omnem conſolationem Cic. inutilem nunc fere dicat , cum potius ei gratulandum ſit . Prius autem narrat , cur audacius , & apertius cauſam Balbi egerit : deinde de reſtitutionis litteris quid actum ſit , oſtendit .

CICERO S. D. AMPIO BALBO. 13



RAtulor tibi, mi Balbe , uereq; gratu- de Ampio ep.3.l.6. & ep.29.l.106
lor : nec ſum tam ſtultus , ut te uſura
falſi gaudij frui uelim , deinde frangi
repente,atq; ita cadere, ut nulla res te
ad æquitatem animi poſtea poſſit extol
lere. Egi tuam cauſam apertius, quàm
tempora noſtra ferebant. uincebatur enim fortuna ipſa
debilitate gratiæ noſtræ tui caritate , & meo perpetuo
erga te amore,culto a te diligentiſſime. omnia promiſſa,
confirmata, certa, & rata ſunt,quæ ad reditum, & ſa-
lutem tuam pertinent . uidi, cognoui , interfui . etenim
omnes Cæſaris familiares ſatis oportune habeo implica
tos conſuetudine,& beneuolentia,ſic,ut,cum ab illo * di- idem ep.16. h.l.
ſceſſerint, me proximum habeant . hoc Panſa, Hirtius,
Balbus,

ep.13.l.4.

*Balbus, Oppius, Martius, Posthumius plane ita faciunt, ut me unice diligant. quòd si mihi pro me efficiendum fuisset, non me pœniteret pro ratione temporum ita esse molitum. sed nihil est a me inseruitum temporis causa. ueteres mihi necessitudines cum his omnibus intercedunt. quibuscum ego agere de te non destiti: principem tamē habuimus Pansam tui studiosissimū, mei cupidum; qui ualet apud illum non minus autoritate, quàm gratia. Cimber autem Tillius mihi plane satisfecit. ualent tamen apud Cæsarem non tam ambitiosæ rogationes, quàm necessariæ: quas quia Cimber habebat, plus ualui, quàm pro ullo alio ualere potuisset. diploma statim non est datum; quòd mirifica est improbitas in quibusdam, qui tulissent acerbius, ueniam tibi dari, quem illi appellant turbam belli ciuilis: multaq; ita dicunt, quasi non gaudeant id bellum incidisse. quare uisum est occultius agendum, neq; ullo modo diuulgandū, de te iam esse perfectum: sed id erit perbreui: nec dubito, quin legente te has literas, confecta iam res futura sit. Pansa quidem mihi, grauis homo, & certus, non solum confirmauit, uerum etiam recepit, perceleriter se ablaturum diploma. mihi tamen placuit, hæc ad te perscribi. minus enim te firmum sermo Appuleiæ, lacrymæq; * Ampiæ declarabant, quàm significant literæ tuæ. atq; illæ arbitrabantur, cū a te abessent ipsæ, multo in grauiore te cura futurum. quare magnopere putaui, angoris, & doloris tui leuandi causa, pro certis ad te ea, quæ essent certa, perscribi oportere. Scis me antea sic solitum esse scribere ad te, magis ut consolarer fortem uirum, atque sapientem, quam ut exploratam spem salutis ostenderem, nisi eam, quam ab ipsa rep. cum hic ardor extinctus esset sperari oportere cēserem. recordare tuas literas, quibus & magnum animum mihi semper ostendisti, & ad omnes casus ferendos constantem, atq; paratum. quod ego nō mirabar; cum recordarer te & à primis temporibus ætatis in rep. esse uersatum; & tuos magistratus in ipsa discrimina incidisse salutis, fortunarumq; communium, & in hoc ipsum bellum esse ingressum, non solum ut uictor beatus, sed etiam, si ita accidisset, uictus ut sapiens esses. Deinde, cum studium tuum consumas in uirorum fortium factis memoriæ prodendis, considerare debes, nihil tibi esse committendum, quamobrem eorum, quos laudas, nō te similem * præbeas.*

fœminis familiarū nomina imponebantur: ideo Ampia dicitur Ampij Balbi filia.

ep.18.l. 2.

*Sed hæc oratio magis esset apta ad illa tempora, quæ iam effugisti. nunc uero tantū te para ad * hæc nobiscum ferenda. quibus ego si quā medicinam inuenirem, tibi quoq; eandem traderem. sed est unum perfugium, doctrina, ac literæ, quibus semper usi sumus: * quæ secundis rebus delectationem modo habere uidebantur, nunc uero etiam salutem. sed, ut ad initiū reuertar, caue dubites; quin omnia de salute, ac reditu tuo perfecta sint. Vale.*

ad communem seruitutem.

idem epi.3. l.4. & 2. lib.9.

RVBAR.

GRATVLOR § Balbus hic, ad quē nūc Cic. scribit, alius est ab eo, de quo vltima epistola ad Cæcinā mētionem fecit. ille.n. amicissimus Cæs. & eius vices in multis rebus gerebat: hic aut cū Pompeianas partes secutos iandiu exulasset à patria; tandem reditū à Cæs. impetrauit, intercedentibus Pansa, Hirtio, Oppio, & Balbo, & quibusdā alijs familiaribus Cæsaris, simul cum Cic. licet nōdum essent impetratæ literæ restitutionis in patriā. Itaq; Cic. ei gratulatur primū: deinde ostēdit, q̄ aperte egerit eius causam contra tpum conditionem. Postea vero dicit quare Cæsar statim cōcesserit literas restitutionis: quas quidem affirmasse dicit Pansa se celeriter allaturum. Deinde ostendit eū semper fuisse magni animi, vt signet ita etiam nunc esse oportere, licet subdat ea tali cōsolatione potius alio tempore opus fuisse q̄ nunc. § Vere § i. ex vera cā, propter impetratā promissionē Cæsaris de restitutione tua. § Stultus § insipiens. § Vt te vsura § i. vt te velim in falsum gaudiū cōijcere. Falsum.n. gaudiū dicitur, cum sine iusta causa gaudemus. § Frui § fructum & voluptatē capere. § Vsura § vsu. § Deinde § postquam vsus fueris falso gaudio. § Frangi § rumpi, vbi cognoueris gaudium esse falsum. § Cadere § prosterni. Vt nulla res possit extollere ad æquitatem, quia qui cognoscit se semel falso gauisum esse, nō facile potest postea erigi, vt æquo animo ferat quę accidunt. § Extollere § erigere. § Aequitatē § moderationem. § Apertius § promptius. § Mea tempora § quæ nō erat satis felicia, quia carebant dignitate, gratia, & auctoritate solita. § Ferebant § exigebant. § Tuam cām § restitutionis tuæ. § Vincebatur § ratio qua re apertius egerit eius causam q̄ sua tpa ferebant. & est sensus: fortuna debilis gratiæ meæ vincebatur à caritate tua, & beneuolētia mea erga te ita vt plus cogeretur facere q̄ posset. § Fortuna § .s. mala. § Gratiæ debilitatæ § .i. imminutæ. § Caritate tui § .s. beneuolētia tua in me. § Culto § obseruato. § Promissa § à Cæsare. § Certa § indubitata. § Rata firmata, stabilita. § Reditum § in patriam. § Salutem § incolumitatē. § Cognoui § intellexi. est aūt articulus. § Oportune § commode. § Implicatos § alligatos, astrictos. § Cum ab illo discesseriut § modus est dicendi. i. post illum. vtitur aūt interdum Cic. etiā alio loco hoc gn̄e dicendi. § Ab illo § .s. Cæs. § Proximū § .i. me ament post Cæs. nullo ante me posito. proximus.n. dicitur, cui nullus interponitur. § Pansa, Hirtius § hi oēs, quos enumerat in textu, erāt familiarissimi Cæs. & apud eum plurimum poterāt. à quibus Cic. dicit se vehementer amari. § Ita faciunt vt me, &c. § .i. me vnice diligunt. Est etiā genus dicendi ornate, ego faciā, vt te plurimum amem. i. plurimū amabo: faciā, vt tibi prosim. i. prodero. § Quòd § dicit Cic. se tm̄ fecisse pro Balbo, q̄ si pro salute sua efficiendum fuisset, non videretur sibi parū ita fecisse, sicut fecit pro Balbo. § Non pœniteret § non parū videretur. Ter. Quantū hic operis fiat, me pœnitet Virg. Nec te pœniteat calamo triuisse labellū. § Pro ratione tpum § .i. sm̄ considerationem, & cōditionem tpum. § Esse molitum § .i. fecisse. nam moliri inter cetera facere signat. Virg. molitive moram. § Nihil est inseruitū § nullum cōmodum tibi factum, nulla opera tibi præstita. § Necessitudines § amicitiæ, coniunctiones. § Intercedunt § sunt. § Cum his oibus § Pansa, Hirtio, & ceteris supra memoratis. § Agere de te § tuā causam tractare. § Cimber § alias est nomen gentis. sunt.n. Cimbri populi Gallia quos Martius apud aquas Sextias vicit. Idē auctore Appiano in lib. q Illyricus inscribit, Celtæ dicti sunt à Celto filio Poliphemi, & Galateæ. alij tn̄ malunt à claritudine dictos. hic aūt Cimber proprium est viri. § Satisfecit § functus est officio suo, fecit quod ab eo expectabam. § Valent § tn̄. h.d. Cęsarem moueri magis iustis precibus amicorum, & propinquorū alicuius, q̄ ambitiosis, & inanibus, sicut supra ad A. Cęcinam: Præterea cedit multorum iustis, & officio incensis, non inanibus, aut ambitiosis voluntatibus. § Necessariæ § q̄ ex officio pueniūt. § Quas § necessarias rogationes. § Quia Cimber habuit § erat.n. propinquus Balbi. § Plus valuit § pro te. § Diploma § pro literis, restitutionis ponitur hic diploma, licet generaliter significet oēs literas, à verbo græco διπλόω .i. duplico, inde δίπλωμα, duplicatio literæ, eo q̄ duplicentur. § Non est datū § nobis à Cęs. § Mirifica § maxima. § Veniam dari tibi § tibi indulgeri, tibi concedi reditū. § Quem § te. § Appellant tubam § .i. dn̄t incitatorem belli ciuilis. nam tubę vsus incēdendorum militū gratia repertus creditur. § Quasi § tanquam. § Non gaudeant § cū re vehementer læti sint § Id bellū § ciuile. § Incidisse § euenisse. § Quare § quamobrē, quia multi erant, qui moleste tulissent, si tibi per literas concessus esset reditus. § Occultius § secretius, ne oēs intelligerent de reditu tuo tibi promisso. § Diuulgandū § publica fama spargendū. § Esse perfectum de te § .i. iam esse impetratū quod de te voluissemus. § Id § vt diuulgetur de te esse perfectum. § Perbreui § .s. tempore. sed absolutū est per se, vt perbreui ad te veniam, subauditur, tpe quod tn̄ interdum additur à Cic. & ab alijs. § Legente te § .i. cum habueris has literas in manibus, & eas leges. § Certus § fidelis, cui vere est credēdum. § Recepit § promisit, suscepto hoc onere. in se. § Tamen § licet res adhuc occulte agatur, & nondum allatum sit diploma. § Epuliæ § vxoris tuæ, cum qua locutus sum. § Minus firmum § in ferenda iniuria, & exilio isto. § Quàm literæ tuę declarabant § .i. quàm scripseras ad nos. § Ampiæ § filiæ tuæ. § Cum à te abessent § .i. eis remotis à te, multo maiori solicitudine futurum cum illis præsentibus esses in magna. § Leuandi § minuendi. § Pro certis § quæ essent certa. i. vt sint certa, ita certa ad te perscribenda putaui. § Exploratam § certā, qui antea

Diploma.

non habebam certam ſpem ſalutis tuæ ſicuti nunc,ſed ita ſcribebam,vt conſolarer te.{Niſi eã}.ſ.ſpem ſalutis.{Hic ardor}hoc incendium belli ciuilis.{Eſſet extinctus}eſſet deletus,quia amoto bello videbat ſperare remp.allaturam ſalutem,& tibi & alijs bonis ciuibus {Recordare}redige ad memoriam.{Aoimũ magnum}quem nunc non ſeruare eundẽ tibi turpe eſt.{Quod}.ſ. te habere talem aium.{A primis temporibus}nam,vt Maro inquit,adeo à teneris conſueſcere multum eſt.{In diſcrimina}in pericula,quibus es aſſuefactus ad labores ferendos.{In hoc bellum}ciuile.{Victor beatus}.i.vt non ſolum eſſes fortunatus victor.{Sed ſapiens victus}.i. etiam victus ſapienter ferres fortunam,& in hoc oſtenderes ſapientiã tuam.{Prodendis}tradẽdis.{Memoriæ prodendis.i.cũ ſcribas facta virorum fortiũ.{Committendum}efficiendũ {Quamobrem}propter quod.{Quos laudas}in tuis ſcriptis.{Similem} fortẽ,ſicut ipſi fuerũt. {Quæ effugiſti} quæ præterierunt, quibus indigebas confirmatione. {Hæc ferenda}quod reſp.noſtra iacet, & oppreſſa ſit. {Vnum} ſolum.ſ.doctrina & literæ.i.doctrina literarum. {Modo}tãtum modo.{Nunc}his temporibus aduerſis.{Etiam ſalutem} quia ſine eis non poſſemus viuere. {Caue dubites} vide ne dubites. Caue enim negationem in ſe hebet: vt, Caue facias.i. vide, ne facias. poteſt tamen etiam addi ne. CAES.

ASCEN. GRatulor,&c.} Scribit ad Balbũ,non quidẽ eum,de quo vltima in epiſtola ad Cæc. memini, vtpote qui Cæſ. partes ſecutus fuerat,ſed ad alterũ alienũ à Cæſare,exulantem prius,nunc autem reſtitutum patriæ, quanquã literas reſtitutionis nondum haberet.gratulaturq́; ei de reſtitutione,docẽs quomodo contra tpis qualitatem pro eo orauerit, & cur literæ reſtitutionis dilatæ ſint. Ordo eſt. Omi Balbe, ego gratulor tibi & gratulor vere.i.ob veram cauſam. nec ſum tam ſtultus,vt velim te frui vſura.i. fructu immodico falſi gaudij,deinde.i. poſtquam perceperis te deceptum te frangi repẽte atq; capere ita vt nulla res poſſit extollere te poſtea ad æquitatem animi.Ego egi cãm tuam apertius q̃ tempora.ſ.periculoſa ferebant.i.expoſcebant,aut patiebantur.Enim.i.quia, ipſa fortuna vincebatur debilitate gratiæ noſtræ. Alij legũt debilitate, vt ſit participium genitiui caſus ſic fortuna gratiæ noſtræ debilitate vincebatur caritate tui.i.quanquã debilis erat mihi gratia, tñ propter caritatem tui ipſa teſumpſit vires,& amore meo perpetuo erga te culto diligentiſſime à te. Oia, quæ pertineant ad reditum & ſalutem tuã ſunt promiſſa,confirmata,certa & rata. Ego vidi,cognoui,interfui.ſ.dum tibi reditus concederetur.Etenim ego habeo ſatis oportune omnes familiares Cæſaris implicitos conſuetudine.i.familiaritate & beneuolẽtia ſic, vt cum diſceſſerint ab illo.ſ.Cæſare,habeant me proximum.i. coniunctiſſimum ſibi.Panſa,Hirtius,Balbus,Oppius,Martius, Poſtumius,qui omnes ſunt Cæſaris amici,faciunt hoc,ita vt diligant me vnice.i.ſingulariter.Quod.ſ.factum Pãſæ.Hirtij,Balbi & ceterorum pro te ſi efficiendum fuiſſet mihi per me.i. quod dicũt in propria perſona. Hubertinus exponit pro me.i. pro ſalute mea,ſed veri textus hñt per me,non pœniteret me.i.non videretur mihi parũ eſſe molitum.i. q̃ eſſem molitus ita pro ratione tpum, quia illis temporibus non erat oportunitas inſtandi, etiam ſi quis velit vrgentius anniti.ſenſus aũt,eſt ita amicos illos pro Appio Balbo interceſſiſſe,vt ſi ipſe Cic.ita feciſſet, contentus eſſe potuiſſet.Sed nihil eſt inſeruitũ à me.vbi impersonale ablatiuum hẽt loco ſuppoſitiui.i. nihil inſeruiui. nec cuiquã ſupplex fui cauſa tpis.nam conſuetudines veteres.videlicet ante ciuile bellum.cõ tractæ,intercedunt.i.ſunt conciliate mihi cũ his oibus,quibuſcum.i. cum quibus ego non deſtitĩ agere de te tñ nos habuimus Panſam principem.i.præcipuum,vt pote ſtudioſiſſimum tui,cupidum mei,qui.ſ.Panſa valet apud illũ,videlicet Cæſarem,non minus auctoritate q̃ gratia.Aũt.i.ſed,Cimber,vir ille,Tillius cognomẽto,ſatisfecit mihi plane.i.oĩno.Tñ.i.nihilominus,quamuis vrgerentur illi interceſſerint, rogationes ambitioſæ.i.ambitioſe factæ,valẽt tam.i.tñ,apud Cæſ.q̃.i. quantum valent rogationes neceſſariæ:quas.ſ.rogationes, quia Cimber habebat, ipſe valuit.ſ. pro te plus q̃ potuiſſet valere p vllo alio.Diploma.i.duplum actorũ,non eſt datũ ſtatim.ſ.poſtquam reditus tibi cõceſſus eſt,q̃.i.quia, mira improbitas eſt in quibuſdam,qui tuliſſent acerbius.i.nimis acerbe veniã tibi,quẽ illi appellant tubam.i. buccinatorem & prouocatorem ſummũ belli ciuilis.& dñt multa,ita.i.in deteſtationẽ belli ciuilis, quaſi non gaudeant id bellum incidiſſe, eum tñ in tanto honore non eſſent.quare viſum eſt,ſup.nobis tibi fauentibus agendũ ſup.eſſe occultus,neq; diuulgandum eſſe vllo modo ſup.negotium de te.i.de reditu tuo,eſſe iam perfectũ,ſed id.ſ.q̃ non diuulgabitur, aut q̃ diuulgabitur.{Vtrunq;.n.in idem recidit} erit præbreui ſup.tpe,nec dubito, quin te legente.i.cum legebas has lĩas, res ſit futura iam cõfecta.i.penitus tranſacta.Quidem.i.certe,Panſa,homo gratus mihi,& certus,non ſolũ cõfirmauit,verum etiã recepit.i.& promiſit,& ad ſe opus accepit,ſe ablaturum.ſe manibus inuidulorum diploma.i. vt dixi duplum inſtrumẽti, quo continetur veniã tibi datũ eſſe perceleriter.i.valde cito.Tñ placuit mihi hæc perſcribi ad te.enim.i.quia ſermo Epuleiæ:alij legunt,Epuliæ tuę.ſ.vxoris,& lacrymæ Appiæ.ſ.filiæ tuæ declarabant,te.ſup.eſſe minus.i.non tam firmum.i. forti aio ad ferendum longũ exilium,q̃.i. quantum firmũ literę tuæ ſignificabãt te eſſe atq; illæ ſ.vxor & filia,arbitrabantur,cum ipſæ abeſſent à te,te futurum cura multo grauiore.Quare ego putaui magno opere ea,quæ eſſent certa perſcribi ad te pro certis.i.tanquã certa,cauſa angoris.i.anguſtiæ animi, & doloris tui leuandi.i. minuendi. Tu ſcis me ſolitũ,eſſe ſcribere antea ad te ſic, vt, magis conſolarer virũ fortem atq; ſapientem,q̃ vt oſtenderẽ ſpem ſalutis.ſ.tuæ, exploratam.i.certã, & compertã mihi, eam.ſ.ſpem, quã cenſerem oportere ſperari ab ipſa rep.cum hic ardor.ſ.belli ciuilis,& irarũ inde cõtractarum eſſet extinctus. Recordare.i. reduc ad memoriã,literas tuas, quibus oſtendiſti mihi ſemper, &.i.ſimul magnum aium &.i.ſimul conſtantem, atq; paratum ad oẽs caſus ferendos. Quod ego nõ mirabar, cũ recordarer te, &.i.ſimul eſſe Verſatũ à primis temporibus ætatis.ſ.tuæ in rep. &.i.ſimul,magiſtratus tuos incidiſſe in ipſa diſcrimina.i.pericula,ſalutis,& fortunarũ cõmuniũ, & eſſe ingreſſum in hoc ipſum bellum,non ſolũ vti i.vt eſſes victor beatus,ſed etiã,vt, ſi accidiſſet,ita eſſes victor.&.i.etiam ſapiens.i.ſapienter laturus aduerſitatem.Deinde cum conſumas ſtudiũ tuum in factis virorũ fortium prodendis memoriæ.i.in ſcribendis geſtis virorũ fortiũ,tu debes conſiderare nihil eſſe cõmittẽdum tibi. quamobrem.i.ob quod non præbeas te ſimilem eorũ, quos laudas, hoc eſt fortiũ virorũ.Sed hæc oratio eſſet magis apta ad illa tpa.ſ. ante reconciliationẽ,quæ effugiſti.i.euaſiſti, & tranſegiſti ſine incõmodo. Vero.i.ſed para te nunc tñ ad ferẽda.i. tolerãda nobiſcũ hæc.ſ. incõmoda reip.oppreſſæ.quibus ſi ego inuenirẽ.i. inuenire poſſem,quam.i.aliquam,medicinam.i.aliquod remediũ, ego traderem quoq;.i.etiã tibi eandem. ſed vnũ eſt perfugiũ.ſ.à pñtibus miſerijs,doctrina,ac literæ,quibus fuimus ſemper vſi,quæ videbantur habere modo.i.ſolũmodo, delectationẽ rebus ſecũdis.i. cũ res eſſent proſperæ,vero.i.ſed vñr nunc hẽe etiã ſalutem.Sed, vt ego reuertar ad initium.i.ad id,quod in initio dixi,aut dicere inſtitui, caue dubites, quin omnia ſint perfecta.i. plene tranſacta, & compromiſſa de ſalute,ac reditu tuo.ſ.in vrbem.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Ligarium conſolatur a Cæſaris in eum animo, item natura, & ratione temporum cum offi[illegible]j ſui commendatione, & hortatione, & iniuriam temporis fortiter ferat.

CICERO S. D. Q. LIGARIO. 14

*T S I tali tuo tempore me aut conſolandi, aut iuuandi tua cauſa ſcribere ad te aliquid pro noſtra amicitia oportebat: tamen adhuc id non feci, quia neq; lenire uidebar oratione, neq; leuare poſſe dolorem tuum. poſtea uero quàm magnam ſpem habere cœpi, fore, ut te breui tempore incolumen haberemus; facere non potui, quin tibi & ſententiam, & uoluntatem declararem meam. Primum igitur ſcribam, quod intelligo, & perſpicio, non fore in te Cæſarem, *duriorem. nam & res eum quotidie, & dies; & opi-* antitheta, mitis, & durus.
*nio hominum, &, ut mihi uidetur, etiam ſua natura * mitiorem facit: idq́ue cum de reliquis ſentio, tum de te etiam audio ex familiariſſimis eius: quibus ego ex eo tempore, quo primum ex Africa *nuntius uenit, ſupplicare una cum fratribus tuis non deſtiti: quorum quidem & uirtus, & pietas, & amor in te ſingularis, & aſſidua, & perpetua ſalutis tuę cura tantum proficit, ut nihil ſit, quod nõ ipſum Cæſarem tributurum exiſtimem, &, ſi tardius ſit, quàm uolumus; magnis occupationibus eius, à quo omnia petuntur, aditus ad eum difficiliores fuerunt.* de Pompeianis in Africa uictis.

qua bellã renouaſſet.

*fuerunt: & ſimul Africanæ cauſæ * iratior, diutius uelle uidetur eos habere ſolicitos, a quibus ſe putat diuturnioribus eſſe moleſtijs conflictatum, ſed hoc ipſum intelligimus eum quotidie remiſſius, & placatius ferre. Quare mihi crede, & memoriæ manda, me tibi id affirmaſſe, te in iſtis moleſtijs diutius non futurum. Quando, * quid ſentirem, expoſui; quid uellem tua cauſa, re potius declarabo, quàm oratione. &, ſi tantum poſſem, quantum in ea repub. de qua ita meritus ſum, ut tu exiſtimas, poſſe debebam; ne tu quidem in iſtis incommodis eſſes. eadem enim cauſa * opes meas fregit, quæ tuam ſalutem in diſcrimen adduxit. ſed tamen, quidquid imago ueteris meæ dignitatis, quidquid reliquiæ gratiæ ualebunt, * ſtudium, conſilium, opera, gratia, fides mea nullo loco deerit tuis optimis fratribus. Tu fac habeas fortem animum, quem ſemper habuiſti; primum ob eas cauſas, quas ſcripſi; deinde, quòd ea de rep. ſemper uoluiſti, atq; ſenſiſti, ut non modo nunc ſecunda ſperare debeas, ſed etiã, ſi omnia aduerſa eſſent, tamen conſcientia & factorum, & conſiliorum tuorum, quæcunque acciderent, fortiſſimo, & maximo animo ferre deberes. Vale.*

quod mihi placeret, oſtendi. epiſt. 10. lib. 5. — *dignitatẽ, & gratiã.* — *ep. 2. lib. 5, & 14. l. 4.*

BVDAE. ETSI tali } Q. Ligarius ante bellorum ciuiliũ initia cũ C. Conſidio cõſul. legatus in Africam profectus eſt. deinde, Conſidio ex prouincia diſcedente, Ligarius prouinciæ præfuit. poſtea vero, ortis inter Cæſ. & Pomp. ciuilibus diſcordijs, & bellis, Ligarius nullo negotio ſe implicuit, ſed arrepto imperio prouinciæ à P. Varo prætore, Ligarius in ipſa prouincia ex neceſſitate permanſit: ad quam cum L. Tubero iuſto ſibi imperio a ſenatu dato veniſſet, prohibitus eſt à Q. Ligario, vt ipſe Tubero aſſerebat, qui poſtea ad Pompeium in Maced. ſe cõtulit: ſed poſtea, reſtituto L. Tuberone in patriam, Q. T. L. filius apud Cæſ Lig. accuſauit, ꝙ contra eũ in Africa fuiſſet. ob quam cauſam Ligarius exilio mulctabatur, eius tamen fratribus Romæ manentibus. itaq; Cic. hac epiſt. excuſat tarditatem ſuarum ad eum literarum, quam ideo fuiſſe dicit ꝙ non videbat, quo pacto poſſet lenire eius dolorem. Sed poſtea quàm cœpta eſt haberi ſpes eius incolumitatis, dicit ſe paraſſe aliquid ad eum ſcribendum. Scribit igitur ſe perſpicere Cæſ. non futurum in eum diutius durum, aut acerbũ: idq; arguit ex eius natura, quam mitem eſſe dicit. & ex tempore oſtendit ſe cum fratribus Ligarij ita feciſſe apud Cæſ. vt nihil ſit quod eum tributurum non ſperet. adducitque rationes, quare tardius hoc fecerit. pollicetur autẽ omnem operam ſuam fratribus Ligarij pro eo. Poſtremo hortatur eum, vt forti animo ſit: & eũ conſolatur maxime à conſcientia recte factorum. Pro hoc Q. Ligario extat oratio egregia Cic. qua defendit apud Cæſ. { Tali tẽpore } tam miſero, quo exulas à pria & à tuis. { Nõ feci } nõ ſcripſi. { Quia } ratio quare non ſcripſerit. { Lenire } mitigare. { Oratione } meis verbis. { Fore } futurum eſſe. { Haberemus } in patriam reciperemus. { Sententiam } opinionem, iudiciũ. { Dies } tempus. { Opinio hoium } quam videt erga ſe bonã { Mitiorẽ } molliorem, beniginiorem. { Quibus } familiariſſimis eius. { Ex eo tpe } poſt id tempus. { Quorũ } fratrum tuorũ. { Virtute } fortitudine animi. { Pietate } incredibili in te affectu. { Tm̃ profecit } tantũ valuit.

Multa deſunt.

ASCEN. ETSI tali, &c. } Scribit ad Q. Ligariũ, qui ante bella ciuilia cũ Conſidio conſule in Africa legatus eius profectus fuerat, & poſt conſulis abitũ prouinciæ præfectus fuerat, poſt bella exilio dãnatus, fratribus eius in vrbe manentibus. Eum itaq; docet, cur tardius ſcripſerit: pollicetur q; Cæſ. placatiorem futurum, & ſe interceſſurum eidem, monens vt forti ſit animo. Extat autem Cic. pro hoc Ligario oratio. Ordo eſt. Etſi. i. quanquã oportebat pro noſtra amicitia. i. propter noſtram amicitiam, me ſcribere aliquid ad te, tali tpe tuo. ſ. tam calamitoſo cauſa tui, aut conſolandi, aut iuuandi: tamen ego nõ feci adhuc, quia neq; videbar poſſe lenire, neq; leuare dolorem tuum oratione. ſ. mea. Vero. i. ſed poſtea ꝙ̃ cœpi habere magnã ſpem, fore. i. futurũ eſſe, vt haberemus te incolumen breui tempore, non potui facere, quin declararem tibi & ſciam, & voluntatem meam. Igitur ego ſcribam primũ quod intelligo, & perſpicio. i. deprehendo, Cæſarem non fore. i. futurum duriorem. ſ. quã eſt, aut multũ durum in te. nam & res. i. vtilitas, & ſtatus rerum, & dies. i. temporis prolixitas, & opinio hominum, qui cenſet iram remittendam, & vt videtur mihi, etiam natura ſua facit eum. ſ. Cæſ. mitiorem quotidie, & cum ſ. ita ſit, ꝙ ſentio id de reliquis. ſ. exulibus, tum. i. multo magis eſt, ꝙ etiam audio ex familiariſſimis eius. ſ. Cæſaris de te, quibus. ſ. familiariſſimis eius ego non deſtiti ſupplicare vna cum fratribus tuis ex eo tempore. i. ſtatim poſt illud tempus, quo uĩctus. ſ. tuus venit primum ex Africa, quorum. ſ. familiariſſimorũ eius quidem. i. certe, & virtus, & pietas, & amor ſingularis in te, & aſſidua, & perpetua. i. non intermiſſa cura ſalutis tuæ, profecit tantum, vt nihil ſit, qđ non exiſtimem ipſum Cæſ. tributurum, ſup. eſſe tibi. & ſi. i. quanquam ſit tardius quàm volumus, quia ſup. magnis occupationibus. i. propter magnas occupationes eius. ſ. Cæſ. à quo oĩa petũtur, aditus ad eum fuerũt difficiliores, & ſimul, ſup. fuit iratior. ſ. quàm ceteris, cauſæ Africanæ i. ijs qui deuicto Põp. bellum in Africa reparauerũt. videtur velle hr̃e ſolicitos diutius eos, à quibus putat ſe eſſe cõflictatum moleſtijs diuturnioribus. Sed nos intelligimus ipſum ferre hoc quotidie remiſſius, & placatius. quare, crede mihi, & manda memoriæ, me affirmaſſe tibi id. ſ. te non futurum diutius. i. multũ diu in iſtis moleſtijs. ſ. in quibus nunc es. Qñ. i. quãdoquidem, ego expoſui quid ſentirem, declarabo potius re, quàm oratione. i. quàm verbis quid vellẽ cauſa tua. i. pro vtilitate tua. Etſi ego poſſem tm̃, quantum debeã poſſe, vt exiſtimas in ea rep. de qua ſum meritus ita. i. tam bene, vt parens patriæ primus meruerit appellare, ne quidem. i. non ſaltem, aut non etiam tu eſſes in iſtis incommodis. Enim. quia eadem cauſa. ſ. fauor in remp. fregit opes meas, quæ adduxit ſalutem tuam in diſcrimen. i. in periculum. Sed tñ quidquid imago, q. d. aliud non reſtare, veteris. i. priſtinæ dignitatis meæ & quidquid gratiæ reliquiæ. i. quæ reſtant adhuc valebunt, ſtudiũ conſilium, opera, gratia, fides mea nullo loco deerit fratribus tuis optimis. ſ. in cauſa tua. fac, ſup vt habeas fortem aium, quem habuiſti ſemper primũ ob eas cauſas, quas ſcripſi, deinde ꝙ. i. quia tu voluiſti & ſenſiſti, ſemper de rep. ea. i. eiuſmodi res, vt debeas non modo. i. non ſolum ſperare, ſecunda. i. proſpera, ſed etiam ſi omnia eſſent aduerſa: tamen deberes ferre animo fortiſſimo, & maximo quæcunque acciderent, conſcientia. i. propter conſcientiam, & i. pariter, factorum, & conſiliorum tuorum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nuntiatoria eſt epiſtola: exordium eſt officioſum: deinde, quid ſpei habeat de reditu Ligarij, a Cæſaris uoluntate, uultu, natura aperit poſtremo hortatur, ut exilium fortiter feras.

CICERO S. D. LIGARIO. 15



*E ſcito omnem meum laborem, omnem operam, curam, ſtudiũ in tua ſalute conſumere. nam cum te ſemper maxime dilexi, tum fratrum tuorũ, quos æque, atq; te ſumma beneuolẽtia ſum complexus, ſingularis pietas, amorq; fraternus nullum me patitur officij erga te, ſtudijq; munus aut tẽpus prætermittere. ſed, quæ faciam, fecerimque pro te, ex * illorum te literis, quàm ex meis, malo cognoſcere. quid autem ſperem, aut confidam, & exploratum habeam de ſalute tua, id tibi à me declarari uolo. Nam ſi quiſquam eſt timidus in magnis, periculoſisq; rebus, ſemperq; magis aduerſos rerum exitus metuens, quàm ſperans ſecundos. is ego ſum: &, ſi hoc uitium eſt, eo me non carere confiteor. Ego idem tamen, cũ ad 11. kal. intercalares priores rogatu fratrum tuorũ ueniſſem mane ad Cæſarem; atque omnem adeundi, & conueniendi illius * indignitatem, & moleſtiam pertuliſſem; cũ fratres, & propinqui tui iacerent ad pedes, & ego eſſem locutus, quæ cauſæ, quæ tuum tempus poſtulabat; non ſolum ex oratione Cæſaris, quæ ſane mollis, & liberalis fuit, ſed etiam ex oculis, & uultu, & multis præterea ſignis, quæ facilius perſpicere potui, quàm ſcribere, hanc in opinionem diſceſſi, ut mihi tua ſalus dubia nõ eſſet. Quamobrem fac animo*

ep. 1. lib. 10 & 24. l. 4. & 14. h. l. — *cum tamen iam ipſe ſcripſerit.* — *qualis illa ad Att. lib. 14. ep. 4.*

antitheta, turbida, tranquilla.

magno, fortiq; sis: &, *si turbidissima sapiēter ferebas, tranquilliora læte feras. ego tamen tuis rebus sic adero, ut difficillimis: neq; Cæsari solum, sed etiam amicis eius omnibus, quos mihi amicissimos esse cognoui, pro te, sicut adhuc feci, libentissime supplicabo. Vale.*

HVBER.

ME scito} Ostendit Cic. se diligenter laborare pro salute Ligarij, idq; facere ex sua in eum veteri beneuolentia, & in eius fratres a quibus assidue dicit se rogati pro eius salute. Deinde declarat, quam spem & fiduciam de eius reditu & incolumitate acceperit non solum ex verbis Cæs. sed etiam ex vultu, & multis alijs singnis. & hortatur, vt eundem aium præstet rebus redactis in tranquilliorem locū quem animū præstitit rebus turbidissimis. {Me scito} q.d. noli dubitare. {Consumere} ponere. {In tua salute} vt incolumis restituaris in patriā. {Cum} copulatiua est particula, vt supra diximus, significat autem, & sed minus significat q̄ tum, & iungitur indicatiuo. {Aeque} tam. {Atq;} q̄. {Patitur} sinit: quia assidue me monet, vt oia pro te agam, quæ debeo. {Munus} onus. {Malo} potius volo. Honestius.n. puto officiū meū ab alijs laudari, q̄ à me ipso. {Confidā} certum habeam & credā. {Exploratum} cognitum. {Nam si} ne videatur Cic. temere hæc sperare de Ligario, dicit se esse timidum in rebus magnis, & periculosis, & semper magis timere aduersa, q̄ sperare secunda: sed cum audiuisset Cæsarem; se cognouisse ex eius verbis, & multis alijs signis nihil esse dubitandum de salute Ligarij. {Aduersos} infelices. {Exitus} fines. {Is} s. timidus, & magis metuens aduersos exitus q̄ sperans secundos. {Hoc vitium} in magnis rebus, &c. {Et vitium} quia vr̄ esse contra fortitudinem, quæ à se amouet omnem desperationē. {Ego idem} quia sum timidus, &c. {Cal. intercalares} de ratione intercalationis Macr. in Satur. abunde scribit. Itaq; non puto hic esse opus tā multa referre. {Appellabatur aūt mensis intercalarius siue intercalaris, (vtrumq;.n. dr̄) quo interserebantur dies, qui deerant ad complendū annum, diuersis quidē rationibus, diuerso t͞pe, vt idem Macr. ostendit. Is aūt mensis erat Februarius, q͞m erat vltimus mensis anni. nō tñ intercalabantur in fine mensis, sed post vigesimum & tertiū, terminalibus iam peractis: deinde reliquos Februarij mensis dies diem, qui erant quinq; post intercalationem, subiungebant vere religionis suæ more, vt Februariū oino Martius sequeretur. Intercalares igitur calēdæ dñt Cal. men. intercalaris. i. Februarij. Alij intelligunt etiā appellatas Cal. intercalares, Cal. Martias, non φ eo mense intercalarētur dies, sed φ essent proxime diebus intercalatis. i. φ statim sequerentur intercalationē quinque tñ diebus interpositis, vt diximus. Intercalaturum autem mensem dici Februariū, & Macr. vt ostēdimus, declarat, & Asc. Pedianus his verbis: Pomp. interrogatus à S. Sul. v. cal. Martias intercalario mense consul creatus est, statimq; consulatū inijt. {Indignitatem} quia non habita est maior ratio mei, q̄ si fuissem minimus ciuis. {Et molestiæ} quia difficillimū habui ad eū aditum. {Iacerent} prostrati essent, vt est mos supplicantiū, sicut visum est supra ad S. Sul. de restitutione Marc. & cū Mar. se ad Cæs. pedes abiecisset, &c. {Tuū tempus} conditioni temporis. {Mollis} non acerba. {Liberalis} benigna, & quæ veniæ se promptam ostenderet. {Oculis} vultu quibus sæpe cognoscimus animi qualitatem, & iram, vel placabilitatem. Iuuen. Deprendas animi tormenta latentis in ægro Corpore, deprēdas & gaudia, sumit vtrunq;. Inde habitum facies. {Quàm scribere} quia non facile est scribere omnia signa vultus, & oculorum. {Opinionem} spem. {Et si} duæ partes sunt. {Turbidissima} infelicissima, plena perturbationis. {Trāquilliora læte feras} .i. vt antea sapiēti animo tulisti aduersa; ita nunc prosperioribus lętare. {Adero} fauebo, subueniam. {Vt difficillimis} .i. tanquā difficillimis. i. licet res tuæ factæ sint tranquilliores, non tamen minori cura & diligentia in eis vtar, quàm si essent difficillimę.

Intercalarius mensis.

ASCEN.

ME scito, &c.} Rursus ostēdit se totis viribus cōtendere pro salute Ligarij: deinde spei suæ caussas aperit, ac demū, vt fortior sit, monet. Ordo est. Scito me cōsumere oēm laborem meū, oēm operam, curā, studiū sup. omne, in salute tua. s. procuranda. Nā cum. s. ita sit, φ dilexi semper maxime te, tum. s. magis, verū est φ singularis pietas, & amor fraternus s. in te, fratrū tuorū, quos sum complexus summa beneuolentia, æque. i. æqualiter, atq;. i. ac te nullum. i. nō vllum, non patitur me prætermittere vllum munus officij, & studij erga te, aut vllū tempus. Sed malo te cognoscere ex literis illorum. s. fratrum tuorum, q̄ ex meis, quid faciā. s. modo, & quid fecerim pro te. Aūt. i. sed, quid sperem, aut confidam, & habeam exploratum. i. compertum de salute tua, volo id declarari tibi à me. Nam si quisquā est timidus in rebus magnis & periculosis, & semper metuens magis exitus rerū aduersos, q̄ sperans secundos. i. prosperos. ego sum is. i. talis. & si hoc est vitiū. s. meticulositatis aut pusillanimitatis; ego cōfiteor me non carere eo. Ergo vt alibi notaui, caremus etiam ijs, quæ habere nolimus. Ego tñ idem. s. qui propensior ad timorē sum, cum venissem ad ēm cal. intercalares. i. bissextiles, priores. i. in Feb. Locus vr̄ non satis integer. nā secundo cal. negant dicendum, eo φ pro illo dicimus pridie: verum illud facile purgatur: nam licet aptius dixeris pridie cal. q̄ secundo, non φ, vt dicunt, calendæ præcedunt, & secundus à sequendo dr̄: nam licet secundus dies cal. præcedat, sequitur tñ tertium: sed φ magis proprium est vocabulum: tñ pro eo quod est ad ēm cal. non recte dixeris pridie cal. tunc. n. ad ēm dicitur, cum iuxta ēm sit, siue ipso secundo. siue tertio, pridie autē duntaxat de die immediate præcedente. Præterea cum intercalatio. i. vnius diei, qui bissextus dicitur, interpositio, duntaxat in Feb. fiat videtur non recte addi priores, præsertim cum calendæ Feb. sint præter primum diem in Ian. vnde videtur ideo additū priores, vt cal. præcedētes intercalationē intelligamus, & ita de penult. Martij, cuius sunt priores intercalares cal. licet in Feb. sint præter primum diem, & posteriores sint April. sed in Martio. ad Cæs. mane rogatu. i. ex rogatione, & requisitione fratrū tuorū; atq; pertulissem oēm indignitatē. i. humiliationē contra dignitatem meā, & molestiā illius. s. Cæs. adeundi & conueniendi. i. colloquendi, & cū eo agendi, gr̄a visitandi; cū fratres & propinqui tui iacerent ad pedes; & ego essem locutus sup. ea, quæ cā & tempus postulabat; tum. i. tunc ego discessi nō solum ex oratione Cæs. quæ fuit sane. i. valde mollis, & liberalis, sed etiam ex oculis & vultu, & præterea ex signis mutis. i. tacitis, q̄ potui. s. tunc perspicere. i. agnoscere facilius q̄ scribere. s. nunc, discessi, inquit, in hanc opinionem, vt salus tua non esset mihi dubia. Quamobrem fac, sup. vt sis aio magno & forti: &, si tu ferebas sapienter turbidissima, feras lęte tranquilliora. Ego tñ adero. i. auxilio ero, rebus tuis sic, vt difficillimis, q. d. vigilātissime, neq; .i. & nō, & supplicabo p̄ te, nō solū Cæs. sed ēt amicis, eius quos ego cognoui amicissimos mihi, sicut feci adhuc libentissime.

CICERO S. D. BASILIO. 16

TIBI gratulor: mihi gaudeo. te amo: tua tueor. à te amari, & quid agas, quidque istic agatur, certior fieri uolo. Vale.

TIBI gratulor} Basilius, ciuis Romanus, debuerat aliquid pręclari in aliqua prouincia, cui præesset, fecisse. vnde Cicero ei nunc gratulatur. HVBER.

TIBI, &c.} Breuis est gratulatio, & admonitio de re scribenti, & lecturo duntaxat nota. Ordo tñ est. Gratulor tibi. s. pro re feliciter gesta, aut quę feliciter euenit: gaudeo mihi. i. pro commodo meo, eo φ tua bona mea sunt. ego amo te. tueor. i. protego tua. volo amari à te, & fieri certior, quid agas & quid agatur. s. ab alijs, qui istic sunt. Vale. Ex hoc loco trahi potest nota differentia inter gratulor, & gaudeo: quia gratulamur alienis commodis, gaudemus nostris. ASCEN.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Pompeiæ genus cognomen.

Reddit caussam Bithynicus, cur iuste a Cicerone petere debeat: deinde, quid petat, subijcit. 17

SI mihi tecum non & multa, & iusta causa amicitiæ priuatim essent, repeterem initia amicia ex parentibus nostris: quod faciendum ijs existimo, qui paternam amicitiam nullis ipsi officijs prosecuti sunt. itaq; contentus ero nostra ipsorū amicitia: cuius fiducia peto à te, ut absentem me, quibuscunq; in rebus opus fuerit, tueare; si nullum officium tuum apud me intermoriturū existimas. Vale.

intermortuus dicitur, qui deliquium animi passus est.

SI mihi} Cum abesset Bithynicus ab vrbe, rogauit Ciceronem hac epistola, vt absentem, quibuscunque rebus posset tueretur: idq; eum facere debere ostendit ex amicitia non solum parentum ipsorum, sed multo magis ex amicitia vtriusq; ipsorū multis, & iustis causis confirmata. {Si nō} .i. nisi. HVBER.

{Et

}Et instæ}honestæ, vtputa causæ virtutis, & morum, & similitudinis studio.}Repeterem}reuocarem, resumerem. }Ex parentibus nostris}qui inter se fuerunt amicissimi.}Quod}quam rē .s.vt repetaniur initia amicitiæ à parentibus. } Suut prosecuti nullis officijs}.i.qui paternæ amicitiæ nulla propria & sua officia addideruut, sicut nos addidimus; qui ipsam amicitiā paternā multis officijs prosecuti sumus. }Nostra ipsorū}.i. nostrotummet ipsorum, neq; nune per amicitiā paternā aliquid te petam. }Cuius}.s.amicitiæ nostræ ipsorū.}Fiducia}bona est, cōfidētia mala licet Virg.fiduciā, pro cōfidētia posuerit: tāta ne vus generis tennit fiducia vestri.}Officiū}beneficiū, quod in me sit collatum.}Intermoriturū}periturum, tanquā cōferatur in ingratū.

Fiducia Confidentia.

ASCEN. S I mihi, &c.} Commendat se & sua Bithynicus Ciceroni, non illepide quidem ac docte, dicens. Si causæ amicitiæ & multæ, & iustæ non essent mihi tecū, repeterem initia amicitiæ ex parentibus.i.progenitotibus nostris, quod.s.petere initia amicitiæ ex parētibus.i.progenitotibus nostris: ego existimo faciēdum ijs, qui ipsi.i.in proprijs personis, aut per se nullis officijs prosecuti sunt.i.continuarunt amicitiā paternā. Itaque.i.& ita quia aliter inter nos est, ego contentus ero amicitia nostra ipsorū.i.quæ nobis est propria. Sic dicimus nostra oīum, mea vnius, &c. cuius.s.amicitiæ nīæ, ipsorum fiducia.i.per cuius fiduciā ego peto à te, vt tueare.i.protegas me absentē, in quibuscunq; rebus opus fuerit, si existimas nullum officiū tuum intermoriturum.i.periturū, & obliuioni perpetuæ dādum apud me.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Inter causas, cur remp constitutam uelit, & hanc quoque affert ut cum Bithynico uiuere familiarius posset. laudat deinde eius uoluntatem: &, quantopere illi faueat, dicit.

CICERO S. D. BITHYNICO. 18

*C V M ceterarum rerum causa cupio esse aliquando remp. constitutam: tum uelim, mihi credas, accidere id etiam, quo magis expetam promissum tuum, quo in literis uteris. scribis enim si ita sit, te mecum esse uicturum. gratissima mihi tua uoluntas est: facisq; nihil alienum necessitudine nostra, iudicijsq; patris tui de me, summi uiri. nam sic habeto, * beneficiorum magnitudine eos, qui temporibus ualuerunt, aut ualeant, coniunctiores tecū esse, quàm me, necessitudine neminem. quamobrem grata mihi est & memoria tua nostræ coniunctionis, & eius etiam augendæ uoluntas. Vale.*

quæ accepit a Cæsarianis.

BVDER. C V M ceterarum}Scripserat Bithynicus ad Cic. se cupere cum eo viuere, si aliqn resp. quæ diu agitabatur, constitueretur. Itaq; Cic. rescribit se vehementer cupere, vt resp. tandem constituatur, & in bonum statum redigatur, & aliarū rerum causa, & hac pręcipue, vt pnssit exigere à Bithynico promissum, vt secū viuat. Deinde dicit Cic. esse aliquos qui quia plurimū potuerunt, sint coniunctiores Bithynico magnitudine officinrum q̄ ipse Cic. necessitudine vèro & beneuolentia neminē esse coniunctiorem. }Ceterarū} aliarum multarum.}Cōstitutam}firmatam, in statu suo collocatam. }Aliqn̄} tandem, aliquo tpe.}Tum}præcipue.}Accedere}adiungi ad illas ceteras res.}Id}quod sequitur.s. }Quò}.i.vt Expetam}exigam à te.}Quo}.s.promisso.}Si ita sit}.s.vt resp. sit constituta. }Tua voluntas}viuendi mecū.}Alienū necessitudine nostra}.i. nihil facis contra necessitudinem nostram.i.nihil facis, quod sit contra amicitiam nostram, cum petis mecum viuere. }Nā sic} sensus est: crede eos, qui habuerunt gratiam, aut auctoritatē his temporibus, contulisse in te maiora beneficia, q̄ ego, qui non valui: sed necessitudine, & beneuolentia neminem esse tibi coniunctiorem.}Necessitudine neminē}subaudi, coniunctiorem esse. }Eius}coniunctionis.}Augendæ voluntas}.i. cupio eā augere.

ASCEN. C V M ceteratum, &c.}Respondet epistolæ Bithynici, nō quidem superiori, sed alteri, quæ non extat, significans gratum sibi cum eo consuetudinē, si resp. vigeret, fore. Ordo est. Cum.s.ita sit, q cupio causa ceterarum rerū remp. constitutam, sup. esse aliqn̄.i.tandem, tum.i.multo magis velim credas mihi, id etiam accidere.i.addi, aut accidere.i.cōtingere, vt resp. sit constituta.i.stabilita, quo.i.ideo, vt expetā.i.exigam à te magis promissum tuū. quo.s.promisso, vteris in literis tuis, nō tn̄, vt dixi, in superioribus. scribis.n. si sit ita, te esse victurum mecum. Volūtas tua est gratissima mihi, & facis nihil alienum.i.diuersum à necessitudine nostra, & iudicijs patris tui viri summi de me.i.quæ habuit de me. Nam habeto sic.i. teneto id rarissimum, eos, qui valuerunt temporibus.i. quibus tempora fuerunt secūda, aut qui valeant.s.modo tēporibus, esse cōiunctiores tecum magnitudine beneficiorum quàm me: quia cum illis tempora essent prospera, potuerunt facile in te conferre beneficia quàm ego, sed, sup. neminem, sup. esse coniunctiurem tecum, q̄ me necessitudine.i.vinculo necessariæ coniunctionis ex parentibus cōtractæ. Quamobrem.i.simul memoria tua.s.actiue, coniunctionis nostrę, passiue.i. quam habes de cōiunctione nostra, est grata mihi. & voluntas eius.s. cōniunctionis nostrę etiam augendæ est mihi.i.habeo eam. Sæpe Cic. vni substātiuo potissimum verbali adiungit aut duos genitiuos, aut loco alterius pronomen possessiuum, quorum alter passiue, alter, siue alterum actiue, aut passiue significat: vt studium Seruij iuris ciuilis prior, genitiuus actiue, posterior passiue accipitur.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Missa hæc epistola est. primum enim respondet de iure haruspicum legendo in decuriones. deinde de rebus Hispanicis, quid certi habeat, edisserit; mox Oratoris sui laudem liberaliter agnoscit; &, ut Lepta filius eo delectetur, exoptat, postremo ad gloriæ & uirtutis studium Leptæ filium exhortatur.

CICERO S. D. LEPTAE. 19

*S I M V L accepi à Seleuco tuo literas, statim quæsiui e Balbo per codicillos, quid esset in lege. rescripsit, eos, qui facerent præconium, uetari esse in decurionibus; qui fecissent, non uetari. qua re bono animo sint & tui, & mei familiares. neq; enim erat ferendum, cum, qui hodie * haruspicinam facerent, senatu Romæ legerentur, eos, qui aliquando præconium fecissent, in municipijs decuriones esse non licere. De Hispanijs noui nihil: magnum tamen exercitum * pompeium habere constat. nam Cæsar ipse ad nos misit exemplum Patieti literarum; in quo erat, illi xi. esse legiones scripserat etiā Messalla Q. Salasso, Q. Curtium, fratrē eius, iussu Pompeij, inspectante exercitu, interfectum; quòd consensisset cum Hispanis quibusdam, si in oppidū nescio quod Pompeius rei frumentariæ causa uenisset, eum comprehendere, ad Cæsaremq; deducere. De negotio tuo quòd sponsor es pro Pompeio: si Balbus consponsor tuus redierit, homo in re familiari non parum diligens, nō desinam eum illo communicare, si quid expediri possit: quod uidebatur mihi ille confidere. * Oratorem meum tantoperè à te probari, uehementer gaudeo. mihi quidem sic persuadeo, me, quidquid habuerim iudicij de dicendo, in illum librum contulisse. qui si est talis, qualem tibi uideri scribis; ego quoq; aliquid sum: sin aliter; non recuso, quin, quantum de illo libro, tantundem de mei iudicij fama detrahatur. Leptam nostrū cupio delectari iam talibus scriptis. etsi abest maturitas ætatis: iam tamen personare aures eius huiusmodi uocibus, non est inutile. Me Romæ tenuit omnino Tulliæ meæ * partus: sed cum ea, quemadmodū spero, satis firma sit; teneor tamen, dum Dolabellæ procuratoribus exigam primam * pensionem. & mehercule non sum peregrinator iam. quàm solebam. ædificia mea me delectabat, & otium. domus est, quæ nulli uillarum mearum cedat: otium omni desertissima regione maius. itaque ne literæ quidem meæ impediuntur: in quibus sine ulla interpellatione uersor. quare, ut arbitror, prius hic te nos, quàm istic tu nos uidebis. Lepta suauissimus, ediscat Hesiodum; & * habeat in ore,*

τᾶσ δ' ἀρετῆσ ἱδρῶτα. &c.

propter Spurinam, haruspicē, a Cæs. senatorio ordine donatū.

Cnæum, Pomp. Magni filium.

librum de pfecto oratore. ep. 20. lib. 15.

ex quo eā periisse Plutarch. ait.

pro dote reddenda post dimissam Tulliam.

more suo nō omnes uersus recitat.

NVBBR. SIMVLAC§ Interrogauerat Lepta Ciceronē, utrū præcones,& haruſpices poſſent per leges fieri decuriones municipiorum de quo Cicero ſcribit ſe conſuluiſſe Balbū iuriſconſultū.exponitq; eius ſnīam Deinde facit eum certiorē quid audierit de rebus Hiſpanis.erant.n.eo tēpore in Hiſpania exercitus Cæſaris & Pomp.deinde, q a Lepta laudauerat opus Cic.de oratore,dicit Cicero ſe vehemēter gaudere: dicitq; ſe cupere,vt Lepta,filius Leptæ,eo delectetur.& poſtremo hortatur eum, vt filium ad ediſcendum Heſiodū indicat,& præcipue quatuor eius carmina,quæ in fine epiſtolæ ſubdit §Simulac§poſtea quam,cum primum.§Quæſiui§interrogaui. §E Balbo§ pro ex Balbo iuriſc.qui nouit,quid leges ſtatuant.§Codicillos§breues literas,vt lib.4.in epi.Sulpicij de morte Marcelli, Puer Acidini obuiā mihi venit cum codicillis.eſt.n.diminutiuū a diminutiuo codex.n.facit codiculus,inde codicillus. Iuriſconſulti pro genere quodam teſtamentorū accipiunt.§Quid eſſet in lege§.i.quid lex ſtatueret de eo,quod petiſti.§Qui facerent præconium§qui nunc eſſent præcones in municipijs.præcones aūt dñr qui publice aliquid ore & verbis denuntiāt,vt apud Virg.io 5.Aen.Victorem Aeneas præconis voce Cloanthum Declarat. Idem tubicines,& cornicines dñr,q ſonitu tubæ populum ad ſe ducāt . Iuuen.Quondā hi cornicines, & municipalis arenæ Perpetui comites,notæq; per oppida Buccæ. Dñr autē à præ & cano,q ante canant,& denuntient,quod eſt faciendū.Hi autem viles erāt, vnde nunc dicit reſcriptum eſſe à Balbo,qui exercerent præconium, vetari per leges eſſe in decurionibus.Decuriones autem, auctoribus Feſto,& Nonio,à numero militiæ cui præerant,dicti ſunt,q denis equitibus præeſſent,ſicut cēturiones. Erant tñ decuriones,alij vrbani,alij municipales . Vrbanus decurio turmæ præerat,quę duobus & triginta equitibus conſtabat.neque vero belli ſolum,ſed domi quoq; Decurio dr, nomen quoddam præpoſituræ turmæ ſignificans,vt Suet.in Domit.vita Saturius Decurio cubiculariorum.In municipijs autē decurio idem creditur,qui & ſenator.nā qui in ſenatu,& concilijs reip.municipalis intereſſe poterant,Decuriones erāt, vt Cic. in oratione pro P.Sextio,Recita,quæſo, Sexti,quid decreuerint Capuæ Decuriones.Romanum autem & municipalem decurionem differre declarat Plin.iunior epiſtola quadā lib. 1.Puto autem verius dictos decuriones,vt ſenſit Pompo. iuriſc. de verb.ſig.q initio cū deducerentur Coloniæ,cōſilij publici gratia,decima deductorū conſcribi ſolita ſit. Decuriones igitur in hoc loco non pro equitibus, aut qui præeſſent decem equitibus, accipiuntur ; ſed pro ijs,qui in ſenatu & concilijs reip.municipalis intereſſent,vt declarat Cic.ipſe hac epiſtola.Decurias autem nobiliorum,centurias inferiorum dici Pedianis volūt . ergo , §Eſſe in decurionibus§.i.eſſe in ſenatoribus municipalibus.§Qui feciſſent§ſubaudi,præconium.nam quidam fruſtra,& falſo addunt, qui haruſpicinam feciſſent,cum haruſpicina ſuperfluum eſſe cōſtet. hoc.n. ſentit Cic.reſcripſiſſe Balbum eos,qui nunc facerent præconiū, prohiberi eſſe in decurionibus : qui vero alias feciſſent, & nunc non facerent,non prohiberi.§Familiares§amici, propter quos fortaſſe quæſiuerat hoc Lepta à Cic.§Neq;.n.§arguit à minori ad maius.q ſi illi,qui in præſenti faciunt haruſpicinam,poſſunt eligi ſenatores in vrbe Roma;multo magis poterunt eligi Decuriones in municipijs,qui præconium feciſſent, & in præſenti non faciant,cum minus ſit eſſe Decurionem in municipijs,q̄ ſenatorem Romæ. §Haruſpicinam facerent.i. qui eſſent hauruſpices . Haruſpicina erat diuinandi diſciplina per inſpectionem extorum,& viſcerum animalium , quę non ſatis honeſta putabatur.ergo dicit,non erat tolerādum,cum illi eligerentur in ſenatu Romæ,qui facerent hoc tempore haruſpicinam,q illi nō poſſent eſſe Decuriones in municipijs,quia antea feciſſent pręconium.§Legerentur§eligerentur. § In ſenatu Romæ§ vt poſſent eſſe Romæ ſenatores.§Aliqñ§aliquo tēpore,nō nūc. §Nō licere§ vetari per leges.§Eſſe decuriones in municipijs§ q minus eſt q̄ eligi in ſenatu Romę . §Conſtat§ apparet,manifeſtū eſt. §Illas§.ſ.legiones Pomp.§Inſpectāte exercitu§in cōſpectu totius exercitus. §Cōſenſiſſet§cōiuraſſet.§Neſcio.quod§ ita ſolemus dicere,cū ignoramus nomē.§Cauſa rei frumētariæ§.i.cā prouiſionis frumenti.§Comprehendere§capere,ligare.§Quo§ negotiū.§Es ſponſor pro Pōpeio§.i.quo pro Pompeio fideiuſſiſti.fideiuſſerat.n.Lepta ſimul cum Galba quodam pro Pomp. de re pecuniaria,& quęrebat ſe liberari illa fideiuſſione: ſcripſeratq; ad Cic.vt id communicaret cum Galba . quod ſe facturū dicit.§Conſponſor§ſimul ſponſor.§Expediri§ explicari,& liberari.§Oratorem§alij volunt eſſe oratorem,quem ad Bru.ſcripſit:ego ſentio eſſe libros de oratore, de quibus facit mētionem epiſt.penult.primi lib.quos dialogo ſcripſiſſe dixit,& magnopere commendauit,ſicut etiam hic.vtrunque tñ opus elegantiſſimum. §A te probari§tibi placere.§De dicendo§de arte dicendi. §Contuliſſe§poſuiſſe. §Aliquid ſum§.i.alicuius pretij. §Detrahatur§diminuatur. §Leptam filium tuum. §Etſi§ quanquam. §Maturitas§diſcretio. quia iudicium non poteſt eſſe maturum adoleſcentibus, propterea q per ætatem non ſunt multa experti.§Abeſt§deeſt ei.§Perſonare huiuſmodi vocibus§.i.audire aſſidue huiuſmodi voces.nam, Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem Teſta diu.§Partus§ quia nuper peperit:nec propter id licuit mihi honeſte diſcedere. §Satis firma§ ſatis valida. §Teneor§impedior venire.§Procuratoribus Dolabellæ§qui gerunt negotia Dolabellæ.aberat.n.eo tēpore Dolabella, & mandauerat Ciceroni,vt à procuratoribus ſuis exigeret primā penſionem rerum ſuarum. Penſio autem à pendendo dicitur, quę datur pro vſu alicuius rei, vt agri,aut domus . §Et mehercule§ alia cauſa,quare moratus ſit diutius Romæ.dicit enim Cicero, ſe non ita delectari peragrare loca multa,& ire peregre,ſicut ante delectatus eſt.eſt.n.magis iuuenum,quam ſenum. §Aedificia mea me delectabant§.i.delector eſſe domi meæ.§Otiū domus§ quies domeſtica.§Quæ§ domus.§Cedat§.i.ſit inferior.quia no minus otium eſt mihi domi meæ, quàm in meis villis. §Maius omni regione deſertiſſima§.i.otium maius,quàm vbi fere nulli habitant.loca.n.minus habitata plus habent otij.§Interpellatione§ intermiſſione temporis.i.aſſidue. §Quare§ concludit Cicero ex ſupradictis cauſis , q potius veniet Lepta Romam , quàm Cic.eat ad eum . § Ediſcat§ non ſolum cognoſcat , ſed & memoriæ mandet.id.n. ſignificat ediſcere . § Heſiodum § poetam,quem quidam volunt antiquiorem fuiſſe Homero . ſcripſit autem de agricultura apud Græcos , quem noſter Virgilius in Georg.cum magna laude imitatus, creditur ſuperaſſe . Fuit autem ex Aſcra,vico Bœotiæ,admodū paruo,& aſpero,vt ſcribit Strabo. vnde Maro noſter,Aſcræumque cano Romana per oppida carmen . & alibi , Aſcræo quos ante ſeni . § Habeat in ore§.i.aſſidue memoret,& pronuntiet carmina,quæ ſequuntur quia maxime hortantur ad amplectendas virtutes .

τῆς δ᾽ ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
ἀθάνατοι, μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ᾽ αὐτὴν,
καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον, ἐπὴν δ᾽ εἰς ἄκρον ἵκηται,
ῥηιδίη δ᾽ ἤπειτα πέλει χαλεπή περ ἐοῦσα.

Horum autem carminum, vt ferè verbum de verbo interpretemur,hic eſt ſenſus: Virtutis ſudorē dei immortales ante poſuerunt,longa aūt & ardua via ad ipſam, & aſpera primum: vbi.n. in cacumen ventum eſt,facilis eſt, quæ dura & aſpera extiterat. Ea carmina multi varie traducunt verſibus , ſed non interpretantur verum ſenſum poetæ: nos igitur ita traduximus.

Virtutem poſuere dei ſudore parandam .
Arduus eſt ad eam,longusq; per ardua callis .
Aſper & eſt primum:ſed vbi alta cacumina tanges ;
Fit facilis,quæ dura prius fuit,inclyta virtus .

SIMVLAC, &c.§ Interrogauerat Lepta Cic. vtrum præcones poſſent per leges fieri Decuriones municipiorū. De quo dicit ſe conſuluiſſe Balbū iuriſc.expouitq; eius ſniam. deinde ſcribit quid audierit de rebus Cæſ.& Pomp.in Hiſpania:& hortatur vt filius Leptæ ediſcat lib.de Oratore,& carmina illa Heſiodica,quæ ponit. Ordo aūt eſt. Simulac accepi literas tuas à Seleuco,ſtatim quæſiui è Balbo.ſ.iuriſc.per codicillos.i.per literulas,quid eſſet in lege.ſ.quid iuris eſſet, de eo quod quæſiuiſti. Reſcripſit eos,qui facerēt præconium.i.præcones publicos adhuc officium exercentes, vetari eſſe in Decurionibus.i.in numero Decurionum,eos ſup. qui feciſſent.ſ.præconium,& non amplius facerent,nō vetari.Quare & tui & mei familiares ſint bono aio. Neq;.n.erat ferendum.i.tolerandum,eo q eſſet iniquū,cum ſup. ij qui facerent hodie haruſpicinā.i.qui eſſent haruſpices.i.inſpectores oblatorum, legerētur Romæ in ſenatu.i.vt ſint in numero ſenatorū,& non licere eos, qui feciſſent aliqñ præconiū,eſſe Decuriones in municipijs.i.in vrbibus Italiæ,quorum ciues eſſent munerū Romanorum capaces. Nihil noui ſup.eſt de Hiſpanijs:conſtat tñ Pompeium habere magnum exercitū. Nam Cæſar ipſe miſit ad nos exemplū.i.diploma,aut duplū literarum Patiatij.i. quas Patiarius ex Hiſpania miſerat.in quo.ſ.exemplo erat,illas legiones.ſ.quas Pōpeius in Hiſpania habebat,eſſe vndecim. Enim.i.quia Meſſala ſ.nſcerat Quinto Salaſſu , Pumpeium Curtiū fratrem eius interfectum iuſſu Pōpeij,exercitu inſpectante,q.i.quia ipſe interfectus conſenſiſſet cum quibuſdam Hiſpanis . ſi Pompeius veniſſet cauſa rei frumentariæ.i.ad obtinendum frumentum , in neſcio quod

oppidum

Margin notes — left: Codicilli.; Decuriones; Haruſpicina. Right: Penſio.; ASCEN.

oppidum.i.in oppidum, cuius nomen ignoro, comprehendere eum.s.Pompeium, & deducere ad Cæs.qui inimicus eius erat q̃.i.quia sponsor es pro Pompeio, si Galba consponsor tuus.i. qui tecum sponsor pro eodem, est homo non parum.i.multum diligens in re familiari, redierit, non desinam communicare cũ illo de negotio tuo. Si quid possit expediri, id est, transigi & absolui, q̃ ille.s.Galba videbatur mihi confidere.s.quòd aliquid posset expediri. Ego gaudeo vehementer, oratorem meum.i. opus de oratore, siue quod ad Brutum scripsit, siue potius alterum, probari.i.approbari tãtopere à te quidem.i.certe, ego persuadeo mihi sic, me contulisse in illum librum quidquid habuerim iudicij de dicendo, id est, de arte loquendi. qui.s.liber, si est talis, qualem tu scribis, supple eum videri tibi, ego quoque sum aliquid. Sin autem, id est, sed si, aliud supple est, id est, si non est talis, ego non recuso, quin quantum detrahatur de illo libro, id est, de laude illius libri, tantundem detrahatur de fama iudicij mei. Ego cupio Leptam nostrũ.s.filium, tibi per naturam, mihi per curam & amorem, delectari iam talibus scriptis. etsi, id est, quanquam, maturitas ætatis abest.s.in illo: tamen non est inutile aures eius personare huiusmodi vocibus. Vnde errant qui barbaris & ineptis vocibus vtentes rhetoricen, aut poeticẽ, aut etiam grammaticen doceant. Partus Tulliæ meæ.s.filiæ, tenuit me omnino Romæ. Sed cum ea sit satis firma, quemadmodum spero: tamẽ ego teneor.s.Romæ, dum, id est, donec, ego exigam à procuratoribus Dolabellæ, mariti eius, primam pensionem, id est, pretium pro vsu rerum eius, quod à pendendo dum reponitur, pensio dicitur. Et mehercule, ego iam non sum tam.i.tantopere, peregrinator, quàm.i.quantopere, aut quantum solebã. ędificia mea delectant me, & otium domus, quę nulli villarum mearum cedat quæ nulli inferior sit, cum otium maius omni regione desertissima. Itaque.i.& ita ne quidem, id est, non saltem, literæ meæ impediuntur.s.strepitu, aut vulgo, in quibus.s. literis ego versor sine vllo interpellatore.i.obturbatore.§ Interpellator enim est qui in medio opere aliquem compellit, ac turbat.§ Quare (vt arbitror) nos supple videbimus te hic.i.Romæ, vbi nos fuimus, prius quam tu videbis nos istic.s.vbi tu es. Vbi inuenitur differentia, quã ponit Valla inter hic, & istic, &c. Lepta suauissimus.s.filius tuus, ediscat.i.memoriter discat, Hesiodum.s.poetam, Græcum, qui opera, & dies, & deorum generationem scripsit, & habeat in ore, supple illud carmen Hesiodicum, quod de verbo ad verbum translatum subieci. conferat, qui velit, latina Græcis, sed Græcorum penitus ignarus sciat τῆς esse articulum, quo Latini carent, δὲ significare autem, sed sequente vocali colliditur, & dicitur pro de aretes daretes. vertitur ergo τῆς δ' ἀρετῆς virtutis autem, ἱδρῶτα, sudorem, θεοὶ.i. dei, & ita consequenter. Carmina autem vertit Hubertinus.

PAVL. MAN.

SIMVL accepi§ vetustorum librorum hæc est lectio: & est simul, pro simul ac. cuius vocis ex ijs, qui soluta in oratione scripserunt, exempla non afferam·(nam si quis erit, qui locum vbique deprauatum esse contendat, & pro simul, vel simul ac, vel simul atque, legendum dicat: quibus argumentis contra pugnabimus?) sed è poetis: in quibus eam vocem in aliam mutari carminis ratio non patitur. dixit igitur Virg.lib.Georg.4. Taygete simul os terris ostendit honestum Pleias: & Lucretius lib.1. Cui simul infula virgineos circundata comptus, Ex vtraque pari malarum parte profusa est: & Horat.epist.10.lib.1. viuo, & regno, simul ista reliqui. & Catullus non semel. quibus in locis, simul, dictum esse pro, simul ac, licet animaduertere.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatur Leptam, ne ambitiosius Cæsaris amicitiam ambiat.

CICERO S. D. LEPTAE. 20

MACVLAM officio functum esse gaudeo. eius Falernum mihi semper idoneũ uisum est diuersorio: si modo tecti satis est ad comitatum nostrum recipiendum. ceteroqui is mihi locus non displicet: nec ea re Petrinum tuum deseram. nam & uilla, & amœnitas illa commorationis est, non diuersorij. De curatione aliqua munerum regionum cũ Oppio locutus sum. nam Balbum, posteaquam tu es profectus, non uidi. tantis pedum doloribus afficitur, ut se conueniri nolit. omnino de tota re, ut mihi uideris, sapientius faceres, si non curares. quod enim eo labore assequi uis, nullo modo assequere. tanta est enim intimorum multitudo, ut ex his potius aliquis effluat, quàm nouo sit aditus, præsertim qui nihil afferat præter operam, in qua ille se dedisse beneficium putabit, si modo ipsum sciet, non accepisse. sed tamen aliquid uidebimus, in quo sit spes. aliter quidem non modo non appetendum, sed etiam fugiendum puto. Ego me Asturæ diutius arbitror commemoraturum, quoad ille quandoque* ueniat. Vale.*

Integra.

veniebat Cæsar ex Hispania victor.

NVBER.

MACVLAM§ Macula quidam ciuis Romanus inuitauerat Leptam, & Cic. ad villam suam: itaq; Cic. eam laudat. erat autem in Falerno, Campaniæ loco, optimi vini feracissimo. deinde, quia Lepta cupiebat esse in familiaribus Cæs. & ob eam causa parauerat munera & Cæsa. & cæteris, qui apud eum plurimum poterant: hortatur Cic. Leptam, vt neq; curet esse apud Cæs. nec faciat ea munera. & adducit rationes. pollicetur tamen, si quid fuerit, in quo sit spes, se tentaturum, & facturum, quod poterit. § Functum officio§ non finiuisse officium quoddam, quod gesserat, vt quidam male interpretantur, sed fecisse officium, & debitum suum. § Falernum eius§ vbi habet villam. inter sex enim loca, quæ scribit M. Varro, præcipuis quibusdam rebus abundare, affirmat Falernum vini feracissimum esse. quæ vt facilius memoriæ mãdentur, infrascripto epigrammate meo placuit complecti, quod iam multis annis scripseram ad Octauianum Vicomercatum, nunc iurisconsultorum Mediolanensium decus & ornamẽtum maximum. quem mihi discipulum fuisse, & morum elegantia, & literarum doctrina facit, vt me non pœniteat.

Falernum.

Sex cognosce suis insignes fructibus agros,
Carminibus vates quos celebrasse leges.
Dat Cererem Campanus ager; dat vina Falernus;
Cassinas oleæ dicitur esse ferax.
At de Tusculeo molles tibi sumere ficus,
Deq; Tarentino dulcia mella potes.
Præcipuos Tiberina dabunt tibi flumina pisces;
Has tibi, quem mali·,nat lupus inter aquas.
Pisce lupo melius multi nil esse probarunt;
Inter si pontes vixerit ille natans.

§ Diuersorio§.i.iucundo & grato hospitio. diuersorium enim locus quilibet dicitur, quo homines de via quiescendi, aut reficiendi corporis causa ad tempus diuertere solent nam diuortia, & diuerticula alia dicuntur, vt supra alio loco diximus. § Si modo satis tecti est§.i.si habet tantum tecti, quantum sufficit ad recipiendos comites nostros, quos nobiscum ducemus. § Cetera§.i.per cetera, vel secundum cetera. Virg. Cetera grauis. Horat. in epist. Hæc ego dictabam post templum putre vacunæ. § Petrinũ§ nomen villæ apud Sinuessam. Horat. in epist. Sinuessanumq; Petrinum. § Nam & villa Iulia§ comparat nunc villã Iuliam Falerno, & Petrino: quas villas dixit esse aptas diuersorio. Iuliæ autem villæ amœnitatem, non diuersorium solum esse, sed & commorationis.i.habitationis, & permãsionis. § Regionum§ quæ Cæsari paras. sed inuidiose dicit regionum, quoniam & illud nomen erat inuisum Romanis. § Curatione§ improprie dixit, quia proprie, vt voluit Donatus, curatio est medicorum, cura reliquorum. § Tantis§ tam magis. § De tota re§.i. neq; de dandis muneribus, neque de quærendo locum apud ipsum Cæs. § Tanta est multitudo intimorum§.i.tam multos habet apud se intimos, & familiarissimos. § Effluat§ eijciatur ab ipso Cæsare. § Aditus§ subaudi, ad ipsum Cæs. Q ni§.s.nouus. § Nihil afferat§ nihil præstet Cæsari. § In qua§ opera. § Non accepisse§.s.operam tuam, quia putabit te sibi obligatum, si non acceperit operam tuam, quam ei allaturus esses. est enim hæc natura potentium, & diuitum virorum, vt ostendit Cic.lib.2.offic. § Videbimus§ experiemur. § In quo sit spes§ in quo speremus posse aliquid tibi prodesse. § Aliter§ si non erit spes. § Sed etiam fugiendum§ quia turpius est repelli, quàm non tentasse. § Asturæ§ oppidum est non longe à Terracina, & eius cognomine fluuius. § Quoad§ quousque. § Ille§ Cæsar.

Diuersoriũ.

MACVLAM, &c.§ Macula, ciuis Rom. incitauerat Leptam, & Ciceronem in villam suam. Itaque Cicero eum laudat. Dehortatur autem Leptã, ne se insinuet in amicitiam Cæsaris, & Cæsarianorum per munera.

ASCEN.

Ordo

Ordo est. Ego gaudeo Maculam (proprium est nomen eius R.) esse functum officio.i.fecisse, vt dicunt, debitum suum. Falernum eius.i.hospitium, quod habet in Falerno agro vicino Campaniæ, optimi vini feracissimo. visum est semper mihi idoneum diuersorio.i.vt sit nobis diuersoriũ. Modo.i.dummodo, satis tecti.i.ędificij est, sup. in eo ad recipiẽdum comitatum nostrum. Cæterum.i.sed quidem.i.certe locus non displicet mihi, nec deseram ea re.i.propter eam rem, Petrinum tuum.s.hospitium apud Sinuessam. vnde Horat. in epist. Sinuessanumq́; Petrinum. Nam & villa.i.domus in agro, & amœnitas illa.s.quæ est præcipua in Falerno Maculæ, est commorationis.i.ad commorandum apta, non diuersorij.i ad tempus illic agendi, vt in diuersorio solemus, & ita Petrinum non deseret: pro vocabulo, illa, legit Hubertinus Iulia, sed non recipitur. Ego locutus sum cum Oppio, amico Cæsaris, de curatione munerum regiorum, quæ Cæsari parasti, tanquam regi donanda. Nam non vidi Balbum, posteaquam tu es profectus.i.discessisti hinc, & ita non potui cum eo loqui.sup. Balbus afficitur tantis doloribus pedum, vt nolit se conueniri.i.visitari. Tu faceres omnino de tota re sapientius, vt videtur mihi, si non curares. & ita nihil faceres. Tu enim nullo modo assequere.i.obtinebis, id sup. quod vis assequi eo labore.i.vt sis de familiaribus Cæsaris. Enim.i.quia, multitudo intimorum.s.amicorum Cæs. est tãta, q̃ aliquis affluat.i.dematur, vt liquore vase nimis pleno, potius ex ijs.s.qui sunt, quàm aditus.i.accessus sit nouo: præsertim qui nihil afferat præter operam.i.laborem, & industriam suam, in qua ille.s. Cæsar, putabit se dedisse beneficium, si modo sciet se non accepisse ipsum.s.beneficium operæ tuæ. Sed tamẽ nos videbimus, id est, experiemur aliquid, in quo sit spes, aliter quidem puto non modo non appetendum, sed etiam fugiendum. Ego arbitror me commoraturum diutius Asturæ i.in eo oppido nõ longe à Terracina, quoad.i.donec, ille.s.Cæs. veniat, quandoque, id est, aliquando.

PAVL. MAN.

MVNERVM regionum} aliquot iam annis ita impressimus, cum ex antiquissimis exemplaribus hæc lectio sumpta esset. in quibusdam tamen libris, regiorum: cuius vocis quæ possit esse sententia, non intelligo. de muneribus autem regionum.i.de ludis regionatim vrbe tota edendis, Suetonius in Cæsare. {In quo sit spes} non video, cur quidquam mutari debeat: cum & ita legatur in libris vetustissimis, & sensus meo iudicio sit apprime commodus. nã cum dixisset, quod eo labore assequi vis, nullo modo assequere; intulit, aliquid videbimus, in quo sit spes.i.quod nos assecuturos sperare possimus. deinde illud: Aliter quidem, &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Monet Thoranium, vt in Sicilia maneat, nec aliquo discedat, propter oportunitatem loci, vbi omnia Cæsaris facta, voluntatem, animumque facile percipere possit, &, quid de reditu sperandum sit, intelligere. postremo consolatur notissimis argumentis.

CICERO S. D. THORANIO. 21

DEDERAM triduo ante pueris Cn. Plancij literas ad te: eo nunc ero breuior, teq́;, ut antea consolabar, hoc tempore monebo. Nihil puto tibi esse utilius, quàm ibidem opperiri, quoad scire possis, quid tibi agendum sit. nam præter nauigationis longæ, & hiemalis, & minime portuosæ periculum, quod uitaueris; ne illud quidem non, quamuis subito, cum certi, aliquid audieris, te istinc posse proficisci: nihil est præterea, cur aduenientibus te offerre gestias. multa præterea metuo, quæ cum Chilone nostro communicaui. quid multa? loco oportuniore in his malis nullo esse potuisti, ex quo te, quocunque opus erit, facillime, & expeditissime conferas. quòd si recipiet ille se: ad tempus aderis; sin, quoniam multa accidere possunt, aliqua res eum uel impediet, uel morabitur: tu ibi eris,* ubi omnia scire possis. hoc mihi prorsus ualde placet. De reliquo, ut te sæpe per literas hortatus sum, ita uelim tibi persuadeas, te in* hac causa nihil habere, quod timendum sit, præter communem casum ciuitatis. qui etsi est grauissimus: tamen ita uiximus, & id ætatis iam sumus, ut omnia, quæ non nostra culpa nobis accident, fortiter ferre debeamus. Hic tui omnes ualent, summaque pietate te desiderant, & diligunt, & colunt. Tu & cura, ut ualeas; & te istinc ne temere commoueas. Vale.*

id est, et præter illud, vt duæ negatiuæ affirmẽt

quia appinquo loco eris.

in hac tota re, quæ ad te pertinet.

HVBER.

DEDERAM} Thoranius, eãdem causam secutus, quam Cæcina, & plerique alij, cum exilio mulctaretur, essetq́; vt puto, in Sicilia, sicut & Cæcina, decreuerat inde discedere: quod Cic. suadet, ne faciat propter oportunitatẽ loci vicini: ex quo facile poterit intelligere, quidquid restitutione sua actum fuerit, & subito discedere. Deinde, quia Cæsari, ex Hispania redeunti, volebat Thoranius se offerre, id Cicero ei dissuadet. Deinde consolatur eum, vt forti animo ferat cõmunem casum. {Triduo} ante tribus diebus superioribus. {Pueris} seruis. {Eo} propter id, quia dedi literas pueris Plancij ad te deferendas. {Vt} sicut. {Antea} superiori tempore. {Monebo} dabo consilium. {Ibidem} .i.ibi.s.vbi tu es. {Opperiri} expectare, vt Virg. Reginam opperiẽs. scribitur autem gemino p, & est deponens. nam operio actiuum, simplici p scriptum, tegere significat. {Præter periculum} excepto periculo. {Hiemalis} tẽpestuosæ. {Minime portuosæ} quæ non habet multos, & idoneos portus. Incommodissimum est enim nauigare per ea loca, vbi nõ reperiuntur portus. {Quod} periculum {Vitaueris} si expectaueris ibidem. {Ne illud quidem} non negligendum, non contemnendum. est autem litote.i.illud quoque plurimi faciendum. {Quamuis, subito} .i.valde subito, ponitur enim pro quantumuis. {Proficisci} discedere istinc. {Aduenientibus} Cæsarianis. {Gestias} vehementer cupias. Est enim gestire motu quodam corporis animi lætitiam significare. Virgil. Incassum videas studio gestire leuãdi. {Offerre te} obuiam dare, occurrere. {Cum Chilone nostro} familiari & amico. {Oportuniore} commodiore rebus tuis. {Quocunque} aduerbium est, in quemcunque locum. {Opus erit} scilicet te conferre. {Ille} Cæsar. {Recipiet se} redierit scilicet, in patriam. {Omnia} quæ de te agentur, & ad te pertinebunt. {Hoc} scilicet quòd sis ibi. {Prorsus} omnino. {In hac causã} quam secutus es simul cum Pompeio, & multis alij. {Communem} cuius nemo est expers, aut immunis. {Ita viximus} cum ea honestate, & rectitudine. est autem consolatio à conscientia, qua Cice. sæpe vtitur. {Id ætatis sumus} id est, in ea ætate sumus. est autem ornatus quidam dicendi modus. q.d. ita sumus iam senes, vt fortem animũ omnibus rebus præstare debeamus, quæ nostra culpa non acciderunt. senes enim magis debent contemnere mortem, quàm iuuenes, propterea quòd parũ vitæ superest eis, qui viuere possint. {Hic} Romæ.

ASCEN.

DEDERAM, &c.} Thoranius, eãdem cum Cæcina causam secutus, & cum eo Sicilia exulans, decreuerant inde discedere: à quo Cicero eum dehortatur, suadensq́; ne Cæsari ex Hispania redeunti obuius fiat. fortitudinis eum admonet. Ordo est. Dederam triduo ante.s.quàm hæc scriberet pueris.i.seruis Cn. Plancij, literas ad te, eo.i.eam ob rem. ego ero nunc breuior, & vt consolabar te antea, scilicet in dictis epistolis, ita, supple monebo te hoc tempore. Ego nihil puto esse vtilius tibi, quàm operiri.i.expectare, ibidem, scilicet, vbi nunc es, quoad, id est, donec, possis scire, quid sit agendum tibi. nam præter periculum nauigationis longæ, & hyemalis, & minime portuosæ, id est; vbi paucissimi sunt portus, quod.s.periculum tu vitaris, id est, vitaueris opperiendo, & manendo in Sicilia, ne quidem, id est, non etiam aut non saltem illud, scilicet, quod dicam, est negligendum te posse proficisci.i.discedere istinc, id est, ab isto loco vbi es, quamuis.i.quantumuis cito, cum audieris aliquid certi. Præterea nihil est, id est, nulla est causa cur gestias, id est, nimium cupias, ita, vt gestu cupiditatem indices, offerre te aduenientibus, scilicet Cæsarianis ex Hispania. Præterea ego metuo multa, quæ communicaui cum Chilone nostro, scilicet amico. Quid sup. scribam tibi multa? Tu nullo loco oportuniore potuisti esse in his malis, id est, durantibus his malis, quàm sup. vbi es, conferas.i.traducas te facillime & expeditissime ex eo, scilicet loco quocunque erit opus.i. vtile, aut expediens quoquo.i.ad quem locum: si ille.i.quem metuis, hoc est Cæs. recipiet.i.tanquam in locum tutiorem cõuertet se, tu aderis ad tempus. Sin.i.sed si, quoniam multa.s.impedimenta possunt accidere, aliqua res impediet eum vel morabitur, id est, retinebit, cum tu eris ibi vbi possis scire omnia:


hoc.s.

hoc.s.consilium placet mihi protsus,id est,omnino, valde. De reliquo vt sum hortatus te sæpe per literas, velim sup.vt persuadeas tibi ita, te nihil habere in hac causa,quod sit timendū, præter communem casum ciuitatis, scilicet Romanæ,qui.s.casus communis, etsi est grauissimus: tamen nos viximus ita, & sumus iam id ætatis.i.in ea ætate, vt debeamus ferre fortiter omnia,quæ non accident culpa nostra. Omnes tui.i.necessarij & amici,valent hic.s.Romæ & desiderant te summa pietate.i. caritate cum obseruantia, quam debent inferiores maioribus, vt liberi parentibus,& nos omnes Deo,& diligūt, & colunt te. Tu cura,&.i.simul,vt valeas,&.i.simul,ne commoueas te istinc id est,à loco,vbi nunc es temere.i. inconsulte.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Consolatur Thoranium, in eadem cum reliquis Pompeianis cōditione existentem, primum quòd nihil inordinatum acciderit, vt qui cū alijs hæc euentura prouidisset: deinde à morte, quæ sit omnium malorum extrema defunctio: postremo à conscientia rectè factorum.

CICERO S. D. THORANIO. 22



*TSI, cum hæc ad te scriberem, aut appropinquare exitus huius calamitosissimi belli, aut iam aliquid actum, & confectum uidebatur: tamen quotidie * commemorabam, te unum in tanto exercitu mihi fuisse assensorem, & me tibi; solosque nos uidisse, quantum esset in eo bello mali, in quo, spe pacis exclusa, ipsa uictoria futura esset acerbissima, quæ aut interitum allatura esset, si uictus esses, aut, si uicisses, * seruitutem itaque ego, quem tum fortes illi uiri, & sapientes, Domitij, & Lentuli timidum esse dicebant, (& eram plane: timebam enim, ne euenirent ea, quæ acciderunt) idem nunc nihil timeo, & ad omnem euentum paratus sum. cum aliquid uidebatur caueri posse, tum id uegligi dolebam. nunc uero, euersis omnibus rebus, cum consilio profici nihil possit, una ratio uidetur, quidquid euenerit, ferre moderate; præsertim cum omnium rerum mors sit extremum; & mihi sim conscius, me, quoad licuerit, dignitati reipub. consuluisse, &, hac amissa, * salutem retinere uoluisse. Hæc scripsi, uon ut de me ipse dicerem, sed ut tu, qui coniunctissima fuisti mecum & sententia, & uoluntate, eadem cogitares.* MAGNA *enim consolatio est, cum recordare, etiam si secus acciderit, te tamen recte, uereq; sensisse. atque utinam liceat aliquando aliquo reipub. statu nos frui, interq; nos conferre solicitudines nostras, quas pertulimus tum, cum timidi putabamur, quia dicebamus ea futura, quæ facta sunt. De tuis rebus nihil esse, quod timeas, * præter uniuersæ reipub. interitum, tibi confirmo. De me autem sic uelim iudices: quantum ego possim, me tibi, saluti tuæ, liberisque tuis summo cum studio præsto semper futurum. Vale.*

memoria repetebam.

ob arrogantiam Pompeianorum.

reipub.

præter cōmunē casū ciuitatis, dixi supra.

RVBER. ETSI, cum} Cōsolatur Cicero hac epist. Thoranium, vt forti animo ferat ea, quæ acciderunt, præsertim cum ipsi soli præuiderint, quid esset futurum, siue Pompeius, siue Cæsar victurus foret: ostenditq; fuisse timendum, cum aliquid caueri potuit: nunc vero, cum nulla spes, rebus euersis, supersit, omnia ferenda moderate, præcipue cum mors sit omnium extremum, & finis laborum & miserarium. Postremo addit consolationem sibi assuetam rectæ coscientię. {Calamitosissimi} perniciosissimi. {Belli} Africani.nam, mortuo Pomp. Cato in Africam se contulit ad Iubam, contra quem postea pugnauit Cęsar. {Confectum} finitum. {Commemorabam} referebam, dicebam. {Assensorem} quia idem dicebas, quod ego. {Nos solos} duos, me & te. {In eo bello} ciuili, quod gerebatur inter Cęs. & Pomp. {Exclusa} eiecta, quia nulla erat spes pacis. {Ipsa victoria} vtriuscunque futura esset siue Cæs. siue Pomp. {Interitum} maximam cladem, & perniciem ciuium {Domitij} Cn. Domitium dicit, & Lentulum, qui Ciceronem timidum appellabant, quia bellum timeret. dicit autem Cic. se non timuisse bellum, sed euentum belli, & ne ea acciderent, quæ acciderunt. {Eram plane}.s.timidus. {Idem} ego. {Ad omnem euentum}.i.ad omnia, quæ euenerint. {Caueri} vitari, aut prouideri. {Dolebam negligi} dolebam, quòd non prouideretur aliquid, & quòd non curaretur. {Euersis} prostratis, tractum ab ædificijs. {Consilio} prudentia. quia nullus est adeo sapiens, qui amplius possit prouidere. {Vna ratio} vna via, vnus modus. {Ferre moderate} quidquid erit. tale illud Maronis, Quidquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est. {Extremum} Horatius, Mors vltima linea rerum. {Mihi sim conscius} scio. {Quoad licuerit} quantum potuerim. {Cōsuluisse} prouidisse. {Hac amissa} dignitate reip. oppressa, & perdita. {Eadem cogitares} eandem cōsolationem acciperes. {Recordare}.i.recordaris, & in memoriam redigis. {Etiam si acciderit secus}.i.etiam si aliter euenerit, quàm volebas, & sentiebas. {Cōferre solicitudines nostras} vt enim Cic. superius dixit ad Luceium, Habet præteriti doloris secura recordatio delectationem. Virgilius,

> Forsan & hæc olim meminisse iuuabit. idem,
> Iuuat euasisse tot vrbes
> Argolicas, mediosq; fugam tenuisse per hostes.

{Conferre} simul colloqui. {Tum} eo tempore. {Præter interitū vniuersæ reip.}.i.præter id, quod omnibus accidet, & præter communé calamitatem, & perniciem reip. {Futurum præsto}.i.paratum & promptum.

ETSI, &c.} Consolatur eundum Thoranium ferè consueto modo consolandi dicens: Etsi, id est, quāquam, cum ego scriberem hæc ad te aut exitus huius belli calamitosissimi, quia ciuilis, & in perniciem reipub. vergentis, videbatur appropinquare, aut aliquid videbatur iam actum, & confectum, scilicet de bello: tamen ego commemorabam, id est, memoria reuoluebam, quotidie te vnum fuisse in tanto exercitu assensorem mihi, & me tibi. quia ambo sentiebant potius pacis iniquæ conditiones suscipiendas, quàm bellum obeundum. & nos solos vidisse, id est, considerasse, quantum mali esset in eo bello, in quo, spe pacis exclusa, ipsa victoria vtriusque, scilicet partis, esset futura acerbissima, quæ aut esset allatura tibi interitum, si esses victus, aut seruitutem sub dominationem Pompeianorum, si vicisses. aut accipiatur generaliter secunda persona pro quacunque, non vtriusque partis victi interitum passuri erant, & victores seruitutem, cum alteruter victor videbatur rempub. oppressurus. Itaque ego, quem illi viri, scilicet nobilissimi Domitij, & Lentuli fortes & sapientes tum, id est, vt tunc videbantur, dicebant esse timidum, eram planè, scilicet timidus. Timebam enim ne ea, quæ acciderunt euenirent. Loquitur ergo de bello Africano, aut alio post Pharsalicum conflictum gesto. Idem nunc nihil timeo, & sum paratus ad omnem euentum. Causam affert, cur tunc timuerit, & nunc non timeat. Cum, id est, quandiu, aliquid videbatur posse caueri, tum, id est, tunc, dolebam, id est, ęgre ferebam illud negligi, nunc vero omnibus rebus euersis, cum nihil possit profici.i.nullus possit fieri profectus consilio, vna, id est, sola ratio videtur, scilicet amplectenda, vtpote ferre moderate quidquid euenerit: præsertim cum mors sit extremū omnium rerum. vnde Flaccus in epist. Mors vltima linea rerū est. & sup. cum sim conscius mihi me consuluisse reip. quoad licuerit, & voluisse retinere salutem, hac.s.rep. amissa. Ego scripsi hæc, non vt ipse dicerem de me, sed vt tu, qui fuisti, & sententia, & voluntate coniunctissima mecum, cogitares eadem. Magna enim consolatio est, cum recordare, id est, recorderis, etiam si acciderit secus, id est, aliter, te tamen sensisse recte & vere, id est, iuste. Atq; vtinam liceat aliquando nos frui aliquo statu reip. & conferre inter nos solicitudines nostras, quas petulimus. Id enim iniucundum esse ionuit Aeneas apud Mar. sic: Forsan & hæc olim meminisse iuuabit. Tunc cum putabamur timidi, sup. ideo quia dicebamus futura ea, quæ facta sunt. Ego confirmo.i.firmiter assero tibi nihil esse, quod timeas, id est, timere debeas, de rebus tuis, præter interitum vniuersæ reipub. q.d. nō esse specialiter notatum, aut inuisum cuiquam. Autem.i.sed ego velim sup. vt iudices de me sic me futurum semper præsto, id est, paratum auxilio tibi, saluti tuæ, & liberis tuis, cū summo studio.i.summo studio concomitante. si enim pro instrumento accipere non adderet præpositionem.

ASCEN.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Domitius hic in bello Pharsalico fuerat, atq; acerrime pro Pompeio dimicauerat, vt ex Lucano constat. deuicto autem Pompeio, & Catone mortuo, Domitius se in Italiam receperat, vt in patria, amore patriæ, animam funderet, itaque sibi ipse manus inferre statuerat, nisi, Hostilia coniuge prohibente, & Cicerone dissuadente, in aliam sententiam perductus fuisset. Eius dissuasionis exemplum hæc est epistola.

CICERO S. D. DOMITIO. 13

*Non ea res me deterruit, quo minus, postea quàm in Italiam uenisti, literas ad te mitterem, quòd tu ad me nullas miseras; sed quia nec quid tibi pollicerer, ipse * egens rebus omnibus, nec quid suaderem, cum mihimet ipsi consilium deesset, nec quid consolationis afferrem in tantis malis, reperiebam. hac quanquam nihilo meliora sunt, nunc etiam atque etiam multo desperatiora: tamen inanes esse meas literas, quàm nullas, malui. Ego, si te intelligerem * plus conatum esse suscipere reipublicæ causa muneris, quàm quantum præstare potuisses, tamen, quibuscunq; rebus possem, ad eam conditionem te uiuendi, quæ daretur, quæque esset, hortarer. sed, cum consilij tui bene, fortiterque suscepti eum tibi finem statueris, quem ipsa fortuna terminum nostrarum contentionum esse uoluisset: oro, obtestorque te pro nostra uetere coniunctione, ac necessitudine, proq; summa mea in te beneuolentia, & tua in me pari, te ut nobis, parenti, coniugi, tuisque omnibus, quibus es, fuistique semper carissimus, saluum conserues; incolumitati tuæ, tuorumque, qui ex te pendent, consulas; quæ didicisti, quæque ab adolescentia, pulcherrime à sapientissimis uiris tradita, memoria, & scientia comprehendisti, ijs hoc tempore utare; quos coniunctos summa beneuolentia, plurimisque officijs amisisti, eorum desiderium si non æquo animo, at forti feras. Ego, quid possim, nescio, uel potius me parum posse sentio: illud tamen tibi polliceor, me, quæcunque saluti, dignitatique tuæ conducere arbitrabor, tanto studio esse facturum, quanto semper tu & studio, & officio in meis rebus fuisti. hanc meam uoluntatem ad matrem tuam, optimam fœminam, tuique amantissimam, detuli. si quid ad me scripseris; ita faciam, ut te uelle intellexero: sin tu minus scripseris; ego tamen omnia, quæ tibi utilia esse arbitrabor, summo studio, diligenterq; curabo. Vale.*


epist. 13. lib. 4.

Id est, si post pugnam Pharsalicã renouare bellum cũ alijs voluisses.


NVEER. Non ea} Post cladem Pharsalicam, cum hic Domitius in Italiam se recepisset, neq; Cicero ad eum quidquam scripsisset, hac epistola se excusat, ostendens eam solam fuisse causam, quòd in tantis malis nullam haberet consolationem, quum ad eum scriberet, cum ipse consolatione indigeret: nunc tamen eum consolatur, quòd hoc bellum ingressus sit ea intentione, vt reipub. prodesset, quantum posset. quod si secus accideret, statuisse sibi finem propositi sui, quem fortuna ipsa dedisset. Hortatur deinde eum, vt curet diligenter salutem, & incolumitatem suam. Postremo pollicetur ei Cicero, quidquid pro eo efficere poterit. {Non ea res} hoc dicit Cicero, se non prætermisisse scribere ad ipsum Domitium ob eam causam, quia nullas ab eo accepisset literas. {Deterruit} detinuit, remouit. {Quo minus} vt non. {Suaderem} consulerem. {Hæc} scilicet tempora, vel conditiones horum temporum. {Nihilo meliora} quam erant ante. {Etiam atque etiam multo desperatoria} sine comparatione magis sine spe, & in deteriori conditione, &, vt apertius declarem, quod vulgo dicimus, centies millies magis sine spe. {Inanes} vacuas, sine eo pondere vel pollicitationum, vel suasionum, vel consolationum, quas voluissem posse afferre. {Quàm nullas} quàm nihil scribere. {Ego} adducit rationes validissimas, quare debeat ferre ea, quæ acciderunt, præsertim cum secutus sit illud bellum ea mente, vt sibi constitueret eum finem, quem fortuna voluisset. {Conatum} tentauisse. {Muneris} honoris. {Præstare} efficere. {Terminum} finem. {Nostrarum contentionum} nostrarum discordiarum, & bellorum. {Qui pendent ex te} qui sine te non possunt esse incolumes, quia eorum incolumitas est ex te. {Quæ didicisti} hortatur, vt vtatur ijs præceptis, quæ ex philosophia didicit. {Si non æquo} si non quieto, & contento. {At certe} saltem. {Forti} constanti & magno, qui vincat perturbationes omnes. {Vel potius} correctio. {Conducere} vtilia esse. {Detuli} significaui. {Minus scripseris} non scripseris aliquid.

ASCEN. Non ea me res, &c} Cũ Domitius post cladem Pharsalicam in Italiam se recepisset, neque Cic quidquam ad eum scripsisset, hac se epistola excusat, & operam suam illi pollicetur, dicens: Ea res, quòd tu nullas literas miseras ad me, posteaquam venisti in Italiam, non deterruit me, quo minus mitterem literas ad te, hoc est non ideo misi ad te postea literas. Sed quia nec reperiebam quid pollicerer tibi, ipse egens rebus omnibus, nec quid suadere tibi, cum consilium deesset mihimet ipsi, nec quid consolationis afferrem in tantis malis Hæc scilicet omnia iam dicta, quanquam nihilo, id est, in nullo sunt meliora nunc, & sup. sunt etiam atque etiam, id est, cumulate, desperatiora multo: tamen malui meas literas esse inanes, id est, friuolas, & inefficaces, quàm nullas. Ego si intelligerem te conatum esse suscipere causa reipub. plus muneris, id est, obsequij & laboris, quàm quantum potuisses, scilicet verisimiliter præstare, id est, exhibere: tamen, id est, nihilo minus, ego hortarer te, quibuscunque rebus possem, ad eam conditionem viuendi, quæ daretur, id est, concederetur tibi, & quæ esset: sed cum tu statueris, tibi eum finem consilij tibi suscepti bene. i. decenter & fortiter, quem ipsa fortuna voluisset esse terminum, id est, exitum contentionum nostrarum: Ego oro & obtestor te pro nostra vetere coniunctione, ac necessitudine, & pro summa beneuolentia mea in te, & pariter tua, scilicet beneuolentia in me, vt conserues te saluum nobis, parenti, coniugi, & omnibus tuis, quibus es, & fuisti semper carissimus, & sup. vt consulas, id est, cõsilio tuo, auxilio sis, & prospicias incolumitati tuæ, & tuorum, qui pendent, id est, quorum salus pendet ex te & sup. vt vtare hoc tempore, ijs, quæ didicisti & comprehendisti memoria, & scientia, pulcherrime ab adolescentia, scilicet tua tradita, scilicet tibi, à viris sapientissimis, hoc est feras desiderium. i. mortem, & absentiam eorum, quos coniunctos, scilicet tibi summa beneuolentia, & plurimis officijs amasti. feras, inquam, si non æquo animo, at. i. saltem forti, scilicet animo. Ego nescio quid possim vel potius sentio me posse parum: tamen ego polliceor tibi illud me esse facturum, quæcunque arbitrabor conducere. i. vtilia fore saluti, & dignitati tuæ, tanto studio, quanto studio, & officio tu fuisti semper in rebus meis. Ego detuli. i. denuntiaui, hanc volũtatem meam ad matrem tuam, fœminam optimam, & amantissimam tui. Si scripseris quid. i. aliquid ad me, ego faciam ita, vt intellexero te velle: sin autem. i. sed si, tu minime. i. nequaquam scripseris, ego tamen. i. nihilominus curabo summo studio, & diligenter omnia, quæ arbitrabor esse vtilia tibi.

FINIS LIBRI SEXTI.



M. T. CICERONIS EPIST. FAMILIARIVM, LIBER SEPTIMVS.



GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Responsoria ad petitionem Marij, pro ludorum & spectaculorum descriptione, à Cicerone sibi mittenda, in qua quantum potest elegantissime omnem istarum rerum voluptatem extenuat, sed tamen quales fuerunt, interim scribit: ostenditque, quàm possit melioribus voluptatibus träquillus animus se oblectare.

M. CICERO S. D. M. MARIO.



respicit ad podagram, quæ Mariū sæpe vexabat. epist. 4. h. l.

SI te* dolor aliquis corporis, aut infirmitas ualetudinis tuæ tenuit, quo minus ad ludos uenires: fortunæ magis tribuo, quàm sapiētiæ tuæ. sin hæc, quæ cæteri mirantur, contemnenda duxisti, &, cum per ualetudinem posses, uenire tamen noluisti: utrunq; lætor, & sine dolore corporis te fuisse, & animo ualuisse, cum ea, quæ sine causa mirantur alij, neglexeris: modo ut tibi constiterit fructus otij tui: quo quidem tibi perfrui mirifice licuit, cum esses in ista amœnitate pene solus relictus. neq; tamen dubito, quin tu ex illo cubiculo tuo, ex quo tibi Stabianum perforasti, & patefecisti Seianum, per eos dies matutina tempora lectiunculis consumpseris: cum illi interea, qui te istic reliquerunt, spectarent communes mimos semisomni. reliquas uero partes diei tu consumebas ijs delectationibus, quas tibi ipsi ad arbitrium tuum compararas. nobis autem erant ea perpetienda, quæ scilicet P. Macius probauisset. omnino, si quæris ludi apparatissimi, sed non tui stomachi: coniecturam enim facio de meo. nam primum honoris causa in scenam redierant ij,* quos ego honoris causa de scena decessisse arbitrabar. deliciæ uero tuæ, noster Aesopus, eiusmodi fuit, ut ei desinere per omnes homines liceret. is iurare cum cœpisset, uox eum defecit in illo loco,* Si sciens fallo. Quid tibi ego alia narrem? nosti en ... quos ludos. quid? ne id quidem leporis habuerun..., q... od solent mediocres ludi. apparatus enim spectatio tollebat omnem hilaritatem. quo quidem apparatu, non dubito, quin animo æquissimo carueris. Quid enim delectationis habent sexcenti muli in Clytemnestra? aut in Equo Troiano craterarū tria millia? aut armatura uaria peditatus, et equitatus in aliqua pugna? quæ popularem admirationem habuerunt, delectationem tibi nullam attulissent. Quòd si tu per eos dies operam dedisti* Protogeni tuo: dum modo is tibi quiduis potius, quàm orationes meas, legerit; ne tu haud paulo plus, quàm quisquam nostrum, delectationis habuisti. Non enim te puto* Græcos, aut Oscos ludos desiderasse; præsertim cum Oscos ludos uel in senatu* nostro spectare possis, Græcos uero ita non ames, ut ne ad uillam quidem tuam uia Græca ire soleas. Nam quid ego te athletas putem desiderare, qui gladiatores contempseris? in quibus ipse* Pompeius confitetur se & operam, &* oleum perdidisse. Reliquæ sunt uenationes binæ per dies quinque, magnificæ, nemo negat: sed quæ potest esse homini politico delectatio, cum aut homo imbecillus à ualentissima bestia laniatur, aut præclara bestia uenabulo transuerberatur? quæ tamen si uidenda sint, sæpe uidisti: neq; nos, qui hæc spectauimus, quidquā noui uidimus. Elephantorum extremus dies fuit: in quo admiratio magna uulgi, atq; turbæ, delectatio nulla extitit: quin etiam* misericordia quadam consecuta est, atq; opinio eiusmodi, esse quandam illi belluæ cum genere humano societatem. His ego tamen diebus ludis scenicis, ne forte uidear tibi non modo beatus, sed liber omnino fuisse, dirupi pene me in iudicio Galli Caninij, familiaris tui. quòd si tam facilem populum haberem, quàm Aesopus habuit; libenter mehercule artem desinerem; tecumq;, & cum similibus nostri uiuerem. nam me cum antea tædebat, cum & ætas, & ambitio hortabantur, & licebat deniq;, quem nolebam, non defendere: tū uero hoc tempore uita nulla est. neq; enim fructum ullū laboris expecto: & cogor non nunquam homines, non optime de me meritos, rogatu eorum, qui bene meriti sunt, defendere. itaq; quæro causas omnes aliquando uiuendi arbitratu meo: teq;, & istam rationem otij tui & laudo uehementer, & probo: quodq; nos minus intervisis, hoc fero animo æquiore, quòd, si Romæ esses, tamen neq; nos lepore tuo, neq; te, si quis est in me, meo frui liceret propter molestissimas occupationes meas: quibus si me* relaxaro; (nam, ut plane* exoluam, non postulo) te ipsum quidem, qui multos annos nihil aliud commentaris, docebo profecto, quid sit* humaniter uiuere. Tu modo istam imbecillitatem ualetudinis tuæ sustenta, & tuere, ut facis, ut nostras uillas obire, & mecum nostra simul lecticula concursare possis. Hæc ad te pluribus uerbis scripsi, quàm soleo, non otij abundantia, sed amoris erga te, quòd me quadam epistola subinuitaras, si memoria tenes, ut ad te aliquid eiusmodi scriberem, quo minus te prætermisisse ludos pœniteret. quod si assecutus sum; gaudeo: sin minus; hoc me tamen consolor, quòd posthac ad ludos uenies, nosq; uises, neq; in epistolis rēlinques meis spem aliquam delectationis tuæ. Vale.

qui per ætatem cū agere iam non possent, artem omiserant.

verba iurisiurandi per Iouem lapidem. Gell. lib. 1. c. 21. & Acad. 4. & Festus. epist. 12. h. l.

seruo anagnostæ.

ad Att. lib. 16. Arpinatis vterque, n. Arpinas.

dator ludorum.

quo athletarum corpora vngebātur.

vide Pliniū lib. 8. c. 7.

obseruadae translata verba.

laudabiliter, ac iucūde.

HVBER.

SI te dolor} M. Marius, ciuis amplissimus, cum podagra laboraret, receperat se rus: verum, cum intellexisset interea Romæ celebratos esse magnificētissimos ludos, scripserat ad Cic. vt aliquid ad se scriberet, quo minus eos ludos prætermisisset, neq; eis interfuisse pœniteret. Itaque Cic. hac epist. attenuat voluptatem illorum ludorum quantum potest, nō tamen q neget eos magnificentissimos fuisse, sed q viris grauibus, qui & alijs studijs grauioribus delectari solent: dicit potius fuisse allaturos molestiam, q̄ voluptatem, esseq; animi magni, & excelsi ea contemnere, quæ cæteri admirantur. § Laudat autē otium ipsius Marij, sicut modo id transtulit in literarum & lectiones rerum egregiarum. Describit aūt fere totum apparatū, & magnificentiam ipsorum ludorum. Postremo dicit se cupere ita leuari quibusdam negotijs, quibus impeditur, vt possit cum eo in villa victitare. § Sin te} facit argumentum in duas partes diuisum. est aūt sensus, si non venisti ad ludos, quia per valetudinem malam tibi non licuerit, non attribuo id sapientiæ tuæ, sed fortunæ potius, quæ te infirmitate detinuit: si aūt non venisti, quia ea contemnenda, & paruifacienda putaueris, quæ cæteri admirantur, etsi pp hanc causam, q ea contemnas, nō venisti, cum non impediēte valetudine venire posses, duplici causa lætor, & q sine dolore corporis fueris, & q magnum animū habueris ad hæc contemnenda § Infirmitas} debilitas, quia pōt etiam esse bona valetudo. § Fortunæ} casui. § Quàm sapientiæ tuæ} quia si impeditus mala valetudine pp eam prætermisisti venire, non aūt quia, vt sapiens non curaueris, non consilio, sed fortuna hoc fecisse videris § Sin} alia pars. § Cæteri} quàm vulgares.

gares.{Duxisti}existimasti.{Per valetudinem}valetudine permittente,& non impediente.{Tamen} quãuis posses.{Vtrunque}.i.vtraque causa.{Et sine dolore}prima causa.{Et animo valuisse}.i.habuisse animum magnum nec victũ ab huiusmodi inanibus cupiditatibus.& est secunda causa.{Sine causa} quia sunt res vanæ,neq; admiratione dignæ.{Neglexeris}non curaueris.{Modo}vt pro dũmodo,vel sic distinguendum,cum neglexeris ea,quæ alij mirantur,modo pro dummodo.s.neglexeris.s.ita{Vt fructus}vt vtilitas.{Constiterit} pro extiterit, vel apparuerit, vel suppetierit.{Quo} otio.{Licuit tibi} permissum est tibi,potuisti.{In ista}in ea vbi tu es.{Neque} h.d.Cic. ꝙ quamuis Marius parasset tibi villas,ad amœnitatẽ aptas, nõ tñ dubitat,quin consumpserit tempora matutina in lectiunculis aliquibus.{Cubiculo}locus vbi cubatur & dormitur · & cubiculum dicitur.{Stabianum & Seianum} nomina sunt villarum.{Perforasti}fecerat.n.fenestras,vt ex cubiculo longe posset prospicere.{Patefecisti}aperuisti deiecto aliquo modo.{Lectiunculis}vsus est diminutiuo,vt ostendat eum vel aliquid legere debuisse.{Interea}dum tu legebas.{Illi}amici tui.{Istic} ruri.{Semisomni}cum.n.spectamus aliquid,quo non delectamur,obrepit nobis somnus.{Communes} vulgares,quotidianos.{Mimos}histriones,gesticulatores,scenicos.{Reliquas partes}præter matutina tempora.{Ad arbitrium}vt volebas.{Cõparatas}constitueras.{Nobis} qui eramus Romæ & spectabamus ludos.{Perpetienda}cum magna molestia ferenda.{Scilicet}ironice dictum,& indignationem,& stomachationem animi ostendit.{P.Mecius}is erat prætor,qui & histriones & cantores,& alios huiusmodi conducebat ad ludos celebrandos.Iuuen.Nullius fibula durat Vocẽ vendentis prætoribus.{Si quæris}modus est dicẽdi, ꝓ si scire vis.{Tui stomachi} i.appetitus animi tui,qui tibi potuissent placere.est aũt translatio à corpore.{Coniecturam.n.facio}.i.conijcio ex stomacho meo,cui nõ placuerit ista,ꝙ non placuissent etiã tuo.{De meo stomacho} nam primum ostendit quare hæc nõ placuerint.dicit.n.ꝙ quidam,qui discesserant ex scena, & putabantur discessisse, & esse amoti honoris causa,ne essent dedecori,redierunt postea in scenam,vt honestarent ludos.{Discessisse causa honoris}.i discessisse,ne dehonestarent ludos.{Deliciæ tuæ}quem habes carissimum.{Aesopus}mimi & auctoris scenici nomen est hoc loco. nam alius fuit fabulator in Phrygia, de quo scribit Gell.cuius extant suauissimi apologi.{Eiusmodi fuit} ita se gessit.{Vt liceret ei per omnes homines desinere}.i.vt omnes essent cõtenti, ꝙ desineret à recitatione, quia male se gessit.{Is} declarat quare omnes æquo animo ferrẽt, vt desineret.{Cum cœpisset iurare} erat locus in tragędia,quam pronuntiabat,vbi erat aliquod iuramentum : quod cum ille incepisset,statim vox cũ defecit.i.dereliquit ita ꝙ non potuit pronuntiare.{In eo loco}dicit qui fuerit locus tragędiæ.{Si sciens fallo} hic erat locus, in quo incipiebat iurare,cum vox eum defecit.{Reliquos ludos} in quibus non recitabantur comędiæ,sed fiebant aut gladiatorum certamina, aut venationes aliquæ.{Leporis} suauitatis. {Apparatus enim}dicit tñ fuisse rerum apparatum,ꝙ ludi ipsi spectari cum delectatione non poterãt.{Animo æquissimo}.i. valde libenter,sine dolore aliquo.{Quid.n.} iam describit apparatum {Clytemnestra?}Clytemnestra vxor Agamemnonis maritum interfecit,de qua tragędia facta est & ab ea appellata : quam nunc intelligit.dicit igitur repræsentatione huius tragędiæ fuisse apparatum sexcentorum multorum , sicut visum est Mediolani sępe in oblationibus portarũ,vbi vel currus, vel ęqui multi,& muli etiam onerari auro & argento , & vestibus sericis dicuntur.{In Equo Troiano}alia tragędia,quæ continebat proditionem, quam fecerunt Græci Troianis per ęquum ęreum,siue ligneum,sicut scribit Virg.lib.2.Aen.{Craterarũ} paterarum,vidi etiam Mediolani quamplurimas crateras ferri ad pompam,cũ fiunt oblationes.{Varia} diuersi generis.{Popularem admirationem habuerunt}.i.quæ populus tñ admiratus est.{Tibi}viro grauissimo.{Protogeni}nomen est liberti anagnostæ Marij.i.qui Mario legebat.{Quiduis} q dlibet.{Potius,quã m vitat arrogantiã.{Dedisti operam}intendisti.{Ne} hic non ponitur pro certe,vt quidam putant,quia sensus nõ patitur,sed sic.{Ne tu haud paulo plus}.i.paulo plus.nam duæ negationes affirmant.{Non.n.}occurrit obiectioni,ne fortasse diceret Marius se desiderasse alios fortasse ludos , vtputa græcos, & oscos,respondet Cic.se non credere eum tales ludos desiderare : & adducit rationes cum ioco , aut etiam scommate quodam.dicit.n.Cice.ꝙ non credit Marium desiderasse ludos vel oscos,vel græcos,quia oscos nõ modo in theatro, sed etiam in senatu ipso spectare possit . tangit aũt quosdam senatores qui fęde,& obscene loquerentur : quos dicit quodammodo repręsentare ludos oscos scenicos. nam Osci, qui & Capuenses dňr, appellati sunt auctore Festo ab otis fęditate . Dicit ergo Cice. credo te nõ desiderasse ludos Oscos , quia eos spectare potes in senatu nostro, vbi sunt,qui osce loquũtur.i.fęde. Addit præterea eũ non desiderare græcos ludos,quia ita oderat Marius Gręcos,vt cum esset via, quæ ad villam eius ducebat,quæ græca appellabatur,ꝑꝑ odium græcorum nollet ire per eam viam. Romani aũt ludorum morem ex diuersis gentibus & patrijs acceperunt.{Athletas}certatores.{Pugiles} luctatores.{Qui contempseris gladiatores}qui paruifeceris spectare gladiatores, in quibus poterat esse maior delectatio, quàm in athletis. {Operam,& oleum}prouerbium est,quod Macrob.scribit, quendam docuisse picam proferre. Est aũt tractum vel à palęstritis,q bus dabatur oleum,vt vngerentur,vel ab ijs,qui multum, & frustra vigilantes oleum consumunt.vnde est prouerbio studiosorum, Plus olei,q̃ vini consumpsi.vnde Iuuen.de historiographis, Vester porrò labor fęcundior historiatũ Scriptores, parit hic plus temporis,atq; olei plus.{Binæ}duæ.quod in vsu, & apud Cice. & apud Quint.& Liuium inueni etiam cum ijs,quæ declinantur in singulari.{Magnificæ}.s.fuerunt.{Sed quæ}quamuis fuerint magnificæ,dicit tñ eas homini ciuili nõ fuisse allaturas delectationem.{Politico} ciuili . nam πόλις ciuitatem significat. {Valentissima}vt Leone,aut Vrso,qui sæpe in eiusmodi spectacula ducebãtur.Horat.in epis.Ducunt aut Vrsum, aut pugiles: ijs nam plebecula gaudet.{Transuerberatur?}transfigitur.{Videnda}digna vt videatur.{Sæpe}alio tempore, itaq; nũc debes minus ea desiderare.{Quidquam noui}.i.aliquid quod nõ viderimus alio tempore. {Extremus dies}.s.spectaculorũ. {Fuit elephantorum} fuit quo elephanti exhibiti sunt. {In quo} in qua re.s.ꝙ elephanti exhibiti sunt in spectacula.{Vulgi} quod omnia etiam minima solet admirari, & stupere.{Quin etiam} insuper,immo.{Misericordia}commotio quædã animi. {Eiusmodi}talis.{Quandam soc.}.i.quandam conuenientiam.{Cũ genere humano}.i.cum hominibus. De elephantibus Solinus sic scribit : Elephanti iuxta sensum humanum intellectus habent,memoria pollent,siderum seruant disciplinã.& post multa de eis miranda rursus sic inquit : ꝑꝑ fęminas nũqnam dimicant : nulla.n.nouerunt adulteria : inest in illis clementiæ bonum.Quippe si per deserta vagabũdum hominem forte viderint,ductus ad vsq; notas vias prębent : vel si consertis pecoribus occursitent itinera sibi blanda,& placida manu faciunt,neque animal interimunt conflictu fortuito.Si qñ pugnatur,non mediocrem habent curam sauciorum: nam fessos vulneratosq; in medium receptant.cũ captiuitate venerint in manus hominum.mansuescunt hordei succo.maria transmeaturi naues nõ prius subeunt,q̃ de reditu illis sacramentum luatur. Dicit ergo nunc Cic.ꝙ in illa venatione,vbi exhibiti sunt elephãti,cognitum est,ꝙ elephanti viderentur habere quandam conuenientiam cum hominibus de elephantis etiam multa scribit Plin. {His ego}dicit nunc se his diebus,quibus ludi scenici acti sunt, non tñ caruisse molestia,quia necesse fuit,vt defenderet causam Caninij cuiusdam.{Scenicis} theatralibus nam scena pars est theatri.{Sed liber}quia fui in officio alieno , & non in arbitrio meo.{Dirupi}nimia contentione dicẽdi vexaui.{Iudicio} causa iudiciali.{Tam facilem,q̃ Aesopus}.i.si ita mihi permitteretur à populo desinere ab agendis causis,sicut permittitur Aesopo desinere ab actione histrionica.profecta libenter desinerem. {Artem}.s.dicendi,& agẽdi causas. {Desinerem}.i.omitterem. {Similibus nostri}.i. viris doctis, & literarum studiosis. {Nam cum}probat ꝙ libenter desineret artem, si liceret ei per populum.dicit.n.ꝙ cum tęderet eum ante agere causas,cũ erat iuuenis,& ambitiosus,& cum non cogebatur defendere, quem nolebat : nunc multo magis tędet eum,quia & nullum fructum capit ex ijs,quos defendit , & sæpe cogiť defendere inimicos suos rogatu amicorũ. {Licebat non d.}.i.poteram non defendere. {Tum vero}multo magis.{Hoc tempore} quo ętas est maturior,& minus ambitiosa,& viuo ad arbitrium multorum. {Vita nulla est}.i.ingrata,& insuauis. {Peto} capio.{Nõ optime} id est,pessime.{Rogatu} precibus.{Qui bene meriti}.s.de me, qui mihi beneficium præstiterunt,quibus nõ liceret vllo pacto negare.{Arbitratu meo}.i.vt volo , meo modo.{Rationem} propositũ.{Laudo & probo} laudamus verbis, probamus etiã re.{Interuisis} interdum visitas.{Lepore}suauitate,& facetijs. {Neq; lic.}quia vterq; sumus occupatissimi. {Molestissimas} grauissimas.{Relaxaro}leuauero,& imminutus fuero. {Exol-

nam

uam plane}.i.liberem penitus.{Non postulo}quia scio, ꝙ nõ possem.{Commentaris}exerces,cogitas,meditaris.{Humaniter} more hominum.{Imbecillitatem} infirmitatẽ. {Obire} adire.{Concursare} conuenire, frequentare.{Non otij ab.}.i. non ꝙ supersit mihi tempus, quo caream negotijs.{Sed am.} scilicet abundantiam.{Subinuitaras}latenter inuitaras,significaras.{Si assecutus sum} si effeci, vt non pœniteat te prætermisisse ludos.{Sin minus}.s.assecutus sum. {Neq; relinq.spẽ} id est,venies ad videndos ludos,neq; expectabis, vt ego meis literis tibi afferam delectationem, sed eam quæras veniendo ad ipsos ludos videndos.

ASCEN. SI dolor,&c.} M.Marius,ciuis amplissimus,podagra laborans,ruri agebat: quocirca,cum audisset Romæ celebratos esse ludos magnificentissimos, absentiam suam ægre ferens,scripserat ad Cic.vt de eis ad se scriberet. Cui nunc respondens Cice.extenuat illorum magnificentiam,laudatq́ue otium Marij.describitq́; ferè totum apparatũ ludorum superuacuum.Et postremo dicit se velle,expeditis negotijs, cum eo in villa otio vacare. Ordo est. Si aliquis dolor corporis, aut infirmitas.i.debilitas valetudinis.i.sanitatis tuæ tenuit te, quo minus.i.vt non venires ad ludos.s.Romæ exhibitos,ego tribuo magis fortunæ tuæ,quæ nolit te frustra acciri Romam,q̃ sapiẽtiæ tuæ,quia per ipsam non steterit ꝙ non venisti. Sin.i.sed si, tu duxisti.i.existimasti hæc.s.ludrica,quæ cæteri,vt pote plebeij mirantur,esse contemnenda,ego lætor vtrũq;.s.& simul te fuisse sine dolore corporis,&.i.simul,te valuisse animo, cũ neglexeris ea,quæ alij mirentur sine causa,eo ꝙ non sunt admiratione digna,modo vt.i.dũmodo ita sit,vt fructus.i.vtilitas otij tui,cõstiterit.i.notus fuerit tibi,quia non omnes,qui beati esse pñt,cõtinuo beati sunt,eo quod nesciũt.vnde Maro, O fortunatos nimium sua si bona norint,Agricolas. Quo.s.otio,licuit tibi perfrui.i.ad plenum frui mirifice, cũ esses relictus penè.i.quasi solus in ista amœnitate.s.rurali.{Neq; tñ dubito quin consumpseris per eos dies tẽpora matutina lectiunculis.i.legendo subinde libros aliquos,ex illo cubiculo tuo, ex quo perforasti mihi.i.ad votũ meũ.alij tñ habent tibi.Stabianum, partẽ villæ sic nominatam,& patefecisti,Scyanum,alterũ locum villæ, forte à σκιὰ scia.i.vmbra dictũ,vnde patefecit eũ faciendo fenestras, cũ ante esset vmbrosus: cũ illi,qui reliquerunt te istic.i.ruri,aut in villa tua spectarent interea communes.i.vulgares, mimos.i.histriones,& actores ludorũ gestu corporũ Enthei.i.semisomni.i. qui nõ nisi ad dimidiũ satis dormierãt, aut ꝑꝑ lentã actionem somno oppressi Vero.i.sed,vt cõsumebas reliquas partes diei.i. præter matutina tẽpora,his delectationibus quas tibi ipsi comparatas.i.cõquisiueras ad arbitrium tuũ. Ea aũt,quæ.s.Spurius Mecius,prætor Vrbanus Prætor.n.ludos celebrandos conducebat.Iuuen.Nullius fibula durat vocem vendẽtis prætoribus. interdum tñ Aediles cur.ludos curabant, vt patet de comędijs Terentianis.Sunt qui pro Spurio Publium legant. Scilicet aũt per indignationem ponitur,q.d.si dijs placet,probauisset,erant nobis perpetienda ea,quæ indoctis placent sunt doctis cruciatui.Si quæris omnino.s.scire quales fuerint ludi,ludi sup.fuerũt apparatissimi.i.maximo sumptu & apparatu instructi, sed non sup. fuerunt stomachi tui.i.qui tibi saperent,ac placerent. facio enim cõiecturã de meo.s.stomacho,cui non sapuerunt.Nã primum ij,quos ego arbitrabar decessisse de scena.i.de proscenio, hoc est loco,in quo agebatur ludi causa honoris, ne.s.præsentia sua ludos dehonestent,cũ essent inhonesti,redierunt in scenam causa honoris.i. vt ludos honorificent.Vero.i.sed, Aesopus noster.s.histrio nobilissimus,appositoriæ deliciæ tuæ.i.in quo tantopere oblectaris,fuit eiusmodi.i.talis in agẽdo,vt liceret ei per omnes homines.i.nullo reclamante,cũ omnes satiati essent antẽ finẽ ludorũ desinere.s.ab agendo.is cum cępisse iurare, vt fit in fabulis,vox defecit.i.deseruit eũ in illo loco.i.cum diceret illa verba,Si sciens fallo.Quid.i.ad quid ego narrẽ tibi alia? tu.n. nosti reliquos ludos,in quibus.s.parũ decoris esse solet. Quid? sup.dico reliquos,hi sup.ne quidem.i.nõ saltem, habuerunt id decoris,quod ludi mediocres solent.s.habere. Enim.i.quia,spectatio.i.frequens inspectio apparatus tollebat omnem hilaritatem.Quo quidem apparatu non dubito quin carueris ęquissimo animo.Enim.i.quia quid delectationis habent sexcẽti muli in Clytemnestra s.per pompã deducenda in fabula, aut tria millia craterarũ.i. id genus poculorũ.Dr̃ hic crater, in accusatiuo hunc cratera,vnde fit nominatiuus hæc cratera.Huiusmodi aũt crateræ ostentabantur pro inclusis in equo ad vsum potandi,nisi sit legendũ cratium,quibus equus intrinsecus intexebatur.Certũ est,ꝙ Clytęmnestra est nomen fabulæ, sicut Equus Troianus: quæ denominatur à re præcipua in eis acta. Clytẽnestra aũt erat vxor Agamẽnonis, principis exercitus Græcorum,quæ cũ Aegistho adulteriũ commisit absente marito, & reuersum eius consilio interfecit.vnde ab Oreste filio interfecta est.Cũ ergo ageret imperatricẽ,sexcẽtis mulis in fabula vsa fingebatur.In Equo aũt Troiano q̃ plurimi Græcorũ fuerant inclusi,vnde ad pompam illis tria millia craterarũ in fabula assignabantur.aut armatura varia peditatus,& equitatus in aliqua pugna quid delectationis habet? q.d.nihil.Quæ.s.supradicta in apparatu superfluo cõsistentia,aut ea, quæ habuerunt admirationẽ popularẽ,nullã delectationẽ attulissent tibi.ꝙ si tu operam dedisti,per eos dies.s.quibus ludi tales exhibebãtur, Protogeni.s.liberto,& anagnostæ i.lectori tuo.sonat autem Protogenes i.quod primus generis dũmodo is.s.Protogenes, anagnostes tuus,legerit tibi potius quiduis.i.quamcunq; aliam rem,q̃ orationes meas,nę.i.certe, tu habuisti haud.i.non paulo plus, immo multo plus delectationis,q̃ quisquã nostrum. Modeste aũt dicit,q̃ orationes meas,quasi vero in illis aut operam perdidisset,aut minus delectationis habuisset. Non.n.puto te desiderasse ludos Græcos,aut Oscos.i.aut apud Græcos inuentos, vt sunt ferè comędiæ,& tragędiæ,aut Oscos,vt sunt Atellanæ fabulæ.sed per iocum rationes affert,cur tales nõ debeat desiderare,præsertim cũ possis spectare ludos Oscos.i.ob obscęnitate oris denominandos,vel.i.etiã, in senatu nostro.i.Romano, in quo vterq; erat, q.d.illic esse, qui obscęnitate loquendi Oscos repræsentent.Vero.i.sed,cum tu ames Græcos ita.i.tanto odio prosequaris,vt ne quidẽ.i.non saltem,soleas ire ad villã tuã via Græca.Nam quid.i.ad quid, ego putẽ te desiderare athletas.i. pugiles,& luctatores,qui contẽpseris gladiatores, quorũ tñ spectaculũ vr̃ delectabilius,cum sit periculosius, & artificiosius in quibus.s.gladiatoribus ipse Põp.qui eis plurimũ oblectari solebat,cõfitetur se perdidisse & operã,& oleũ.i.impensam & laborem. Reliquæ sunt.i.præter dictos apparatus sunt venationes ꝑ dies quinq;,binæ.i.singulis ẽ quinq; diebus duæ,& ita x.magnificæ,q.d.dices forte ex aliorum relatu,ꝙ fuerint magnificæ,nemo negat.s.magnificas fuisse.Sed quæ delectatio potest esse homini politico.i.ciuili,cũ aut homo imbecillus laniatur à bellua valentissima, aut bestia præclara trãsuerberatur venabulo.i.cuspide venatoria? q.d.nulla. talia aũt fiebant in venationibus in arena exhibitis.nã ad bestias dãnati obijciebantur bestijs, aut ad hoc exercitati sese locarunt ad transfigendas feras. Quæ.s. spectacula, tñ.i.nihilominus si sint vidẽda, tu vidisti sæpe. Neq; nos,qui spectauimus hæc,vidimus quidquã noui.{Extremus.i. vltimus dies ludorum,fuit elephantorum.s.exhibitorum spectaculo,in quo.s.die magna admiratio vulgi,atq; turbæ extitit,nulla delectatio extitit.i.emersit.quinetiam quædam misericordia est consecuta,atq; opinio eiusmodi,quandã societatem esse illi belluæ.i.elephanto,cũ genere humano, quia cũ potuissent sęuire in homines victos,noluerunt.vnde Solin.Elephanti iuxta sensum humanũ intellectus habent,memoria pollent, siderum seruant disciplinã,inest illis clementiæ bonũ.quippe si per deserta vagabundũ hominem forte viderint, ductus ad notas vsque vias præbent. vel si cõfertis pecoribus occursitent itinera sibi blanda,& placida manu faciunt,neq; animal interimunt conflictu fortuito.Si qñ pugnatur, nõ mediocrem habent curã sauciorum: nã fessos vulneratosq; in mediũ receptant.&c. Tñ ne videar tibi fuisse his diebus nõ modo.i non solum beatus ludis scenicis.i. ꝑꝑ ludos scenicos,sed omnino liber.s.ab omni cura, ego dirupi pene me in iudicio Galli Caninij familiaris tui quẽ defendi.ne contra eũ iudiciũ fieret.quod si haberẽ populũ tam facilem,q̃.i.quantum, facilem habuit Aesopus, qui ob malam actionem statim dimissus est, mehercule ego libenter desinerẽ artem.s.causidicorum,& viuerem tecũ, & cũ similibus nostri.i. viris studiosis.Nam cũ.s.ita sit,ꝙ tędebat me antea.s.solicitudinis in causis dicẽdis,cũ.i.qñ,& ætas.s.valida,& iuuenilis,& ambitio.i.cupiditas,perueniendi ad magnos honores, hortabantur me.s.tali officio,per quod emergere possem,incũbere,& licebat deniq; nõ defendere,quem nolebã.s.defendere, (quia nulli erat obnoxius) tum vero.i.tũc ita est pro vero,ꝙ vita est mihi nulla hoc tẽpore,hoc est ꝙ si crucier agendo tot causas inuite, vt videar mihi nõ viuere. Neq;.n.peto ex his vllum fructum laboris,& cogor nõnunquam.i.interdũ,defendere homines nõ optime,immo neququã maritos de me, rogatu.i.ꝑꝑ preces eorũ, qui benemeriti sunt.s.de me.Itaq;.i.& ita quæro,aut quæso.s.à dijs oẽs causas.i.vias,viuendi aliqñ.i.tãdẽ arbitratu meo. & laudo vehemẽter,& probo.i.approbo te,& istam rationẽ otij tui. quodq;.i.& ꝙ minus.i.non,interuisis.i.interdũ visitas nos,fero

hoc

hoc animo æquiore, ꝙ.i.quia, si tu esses Romæ, tñ non liceret nos frui lepore.i.vetusto sermone tuo, neq; te meo, si quis.s.lepor est in me, pp occupationes meas molestissimas. Quibus.s. occupationibus, si relaxaro.i leuauero me. nam non postulo, vt exoluã.i.liberẽ me planè.i.omnino, & quidẽ.i.certe, commentor.i.animo agito, multos annos, ipsum.i.vt absolui possim, nihil aliud. Alij legũt sic, & idipsum quidẽ ꝙ multos annos nihil aliud cõmẽtor, docebo te profecto, &c. sed nõ placet, vt dicat se talẽ virũ docere, velle præsertim id, quod nõ ipse faciat, docebo profecto.i.reuera, quod, quid sit viuere humaniter.i.benigne, & vt homine dignũ est. Tu modo.i.solùmodo, aut nũc sustenta, & tuere i.protege, nequid deterius patiatur, istã.i.tuã imbecillitatem.i.infirmitatẽ valetudinis, vt facies, vt possis obire.i.circũuenire nostras villas.i.domos in agro positas, & concursare mecũ simul lecticula, in qua senes, & potentes portabantur à seruis. Ego scripsi hoc ad te pluribus verbis, q̃ soleo, nõ abũdantia otij, sed amoris erga te, quo.i.per quẽ amorẽ, tu subinuitaras.i.occulte inuitaueras me quadã epistola, si tenes memoria.i.si non es oblitus, vt scriberẽ ad te aliquid huiusmodi, quo.i.per quod minus.i.nõ, aut nõ tantopere pœniteret te prætermisisse ludos.s. Romæ celebratos. Quod.s.scripsisse, quo te minus pœniteret si sum assecutus.i.si obtinui, & effici, gaudeo: sin minus.i.si non sum assecutus, tñ ego cõsolabor me, hoc.i.hac re, ꝙ venies posthac ad ludos, & vises nos, neq; relinques aliquam spem delectationis tuæ in epistolis.i.q̃ capies ex eis, cum hæc non delectent.

PAVL. MAN.

P Mecius] hic est P. Mecius cognomẽto Tarpa, q ea, q̃ in scena recitanda erãt, prius iudicabat. eius meminit Horat. in epist. de arte poetica, & satyra x. libri. j.] Homini politico] vetustos libros, in quibus ita legat, ego habeo, habet Vbaldinus Bandinellus, Ioãnes Scala, Hieronymus Ferrarius, Bernardinus Maffeus, Paullus Bocus, alij, quos non necesse est commemorare. itaq; nihil muto. quibusdam tñ placuit reponere, Polito.] Fructũ vllũ laboris expecto] veteres omnes libri pro, expecto, habent, ex his peto. alij legunt, ex his exspecto. mihi nostra lectio magis probat, vt quæ à veteri scriptura minus recedat. nam & exspecto, & exscribo, & exsupero, alia huiusmodi cum s, litera veteres scribebant, vt ex antiquis monumentis licet cognoscere. vide Quintilianum lib. 1.

COEL. RHOD.

APVD Festum Põpeium legi, iuraturos per Iouẽ Lapidem, tenere silicẽ solitos, eiusmodi ferè verba enũtiantes: Si sciens fallo, qui me despicit, salua vrbe arceq́ue, bonis eijciat, vt ego hunc lapidẽ. Ad quã verborũ cõceptionẽ amplius pensitatiusq; inspicienti allusisse M. Tullium liquet epistolarũ familiarũ septimo, per maximã interpretũ hallucinationẽ. ita. n. scriptũ inuenias: Deliciæ vero tuæ noster Aesopus eiusmodi fuit, vt ei desinere per oẽs homines liceret. is iurare cũ cœpisset. vox. n. defecit in loco illo. Si fallẽs scio. Meminit T. Liuius ab Vrbe cõd. lib. j. & xx. Eaq;, inquit, vt rata scirẽt fore, agnũ læua manu, dextra silicẽ retinent: Si falleret, Iouem cæterosq; precatus deos, ita se mactarẽt, quodãmodo ipse agnũ mactasset, & fm precationẽ, caput pecudis saxo elisit. Sed & alibi T. Liuius idem huiusmodi iusiurãdi formulã latius exequit.

DOCT. INT.

LIb. vjj. epist. j. Ijs delectationibus, quas tibi ipse ad arbitrium tuũ cõpararas] sic volumen in mẽbrana descriptũ, vbi recẽtiores libros, Quas tibi ipsi. Quin aũt prior lectio magis sit Tulliana, nemo. opinor, negarit, q sit diligẽter ĩ scriptis Ciceronianis versatus. nã sic fere Cic. me ipse, mihi ipse, à me ipse, te ipse, tibi ipse, à te ipse, se ipse, sibi ipse, à se ipse. Ac Fenestellã quoq; tale apud Cic. quiddã obseruasse, testatur alicubi Seneca. sic j. de diuin. In tẽplo Herculis valuæ clausæ repagulis, subito se ipsæ aperuerũt. & secũdo, Dubitans plerunq;, & mihi ipse diffidens. ibidẽ, Alter mortẽ sibi ipse consciuit. rursus, A cõstantia, atq; à mente, atq; à se ipse discessit. primo de orat. Ita in iudicio capitis pro se ipse dixit. secũdo, Virtus aũt, quæ est per se ipsa laudabilis. & tertio, vt vita se ipse priuaret. Sed qm̃ exẽpla in hoc genere infinita sunt, nos modũ aliquem & finẽ faciamus oportet. Quorsum. n. attinet copiam, q̃ possim, cũ dubitatio in re nulla sit, persequi? Igitur ad institutũ.] Quid? q ne id quidẽ leporis habuerunt, quod solẽt mediocres ludi?] vbi in alijs, Quid? ne id quidẽ. Notus est hic dicendi modus, quo particulæ istæ binæ, quid quod, elegãter venusteq; iunguntur. Qua de re exempla afferre quid attinet, cũ sint illa passim apud Ciceronem obuia?

ARG. Marij negotiũ sibi curæ fore promittit: deinde scribit, quanti & faciat, & facere debeat condẽnationem T. Munatij Planci Bursæ: de quo vide Pedianũ in cõmẽtario Milonianæ. Scripta est primis dieb. eius anni quo S. Sulpitius, & M. Marcellus cõsules fuere. nã paulo post Cic. in prouinciã uar. & Dio Plancũ dãnatũ ait, cũ primũ exijt e magistratu.

CICERO S. D. MARIO. 8

*MANDATVM tuum curabo diligenter: sed homo acutus ei mandasti potissimũ, cui expediret, illud uenire quamplurimo: sed eo uidisti multum, quòd præfinisti, quo ne pluris emerem. quòd si mihi permisisses, qui meus amor in te est, confecissem cum cohæredibus nunc, quando tuum pretium noui, licitatorem potius apponã, quàm illud minoris ueniat. sed de ioco satis est. tuum negotiũ agam, sicuti debeo, diligenter. De Bursa te * gaudere certo scio: sed nimis uerecunde mihi gratularis. putas enim ut scribis, propter hominis sordes minus me magnam illam lætitiã putare. credas mihi uelim, magis me iudicio hoc, quàm * morte inimici, lætatum. primum enim iudicio malo, quàm gladio; deinde, gloria potius amici, quàm calamitate. in primisq́; me delectaui tantum studium bonorum in me extitisse contra incredibilem contentionem * clarissimi, ac potẽtissimi uiri. postremo, quod uix uerisimile fortasse uideatur, oderam multo peius hunc, quàm illum ipsum Clodium. illum enim oppugnaram, hunc defenderam. & ille, cum omnis resp. in meo capite discrimen esset habitura, magnum quidem spectauit, nec sua quidem sponte, sed eorum auxilio, qui, me * stante, stare non poterant; hic simiolus animi causa me, in quem inueheretur, delegerat: persuaseratq́; nonnullis inuidis meis, se in me emissarium semper fore. Quamobrem ualde iubeo gaudere te. magna res gesta est, nunquam ulli fortiores ciues fuerunt, quàm qui ausi sunt eũ contra tantas opes eius, à quo ipsi * lecti iudices erant, condemnare. quod fecissent nunquam, nisi ijs dolori meus fuisset dolor. Nos hic multitudine, & * celebritate iudiciorum, & nouis legibus ita destinemur, ut quotidie uota faciamus, ne intercaletur, ut quamprimum te uidere possimus. Vale.*

quòd is ma accusante sit dãnatus epist. 10. lib. 9. & Phil. 13. & Dio lib. 40.

Clodiũ Millo interfecerat, & dãnatus excutiebat.

Pomp. intelligit, q Plãcũ reũ laudaret Dio lib. 40.

vide epist. 6. lib. 6.

Põpeius. n. eos iudices consul legerat. Dio. Vell. Plut. in Põp. ipse p Milone. alij, nouitate.

NVZAR.

MANDATVM tuum] Scriptus fuerat Cic. testamento cuiusdã prædij hæres cũ quibusdam alijs cohæredibus hoc prædiũ cũ Marius emere cuperet, mandarat Cic. vt illud emeret. Præfinieratq; ei pretium, quod nõ præteriret, vel quod impẽderet pro eo prædio. Quare Cic. iocans eum carpit imprudentiæ, ꝙ mandasset id negotium ipsi Cic cuius interesset illud prędiũ vendi quamplurimo: serio tñ postea dicit se curaturũ diligenter eius negotiũ. Deinde scribit se vicisse in iudicio Bursam quendã, de quo dicit se scire Mariũ vehemẽter lætari, quia conatus fuerat omni vi oppugnare Cic.] Mandatũ tuum] id quod mihi mandasti, & cõmisisti, vt pro te facerem.] Sed homo acutus] subaudi es. ironice dixit.] Potissimum] præcipue in eo præter cæteros, quia maximã habeo partem, & minus debueras mihi mandare, q̃ alijs, quia erat in parte res mea.] Expediret] vtile esset.] Venire] vendi. est. n. infinitiuus à veneo venis.] Quamplurimo] quanto maximo pretio posset.] Illud] vel prædium, vel absolute illud, illa res, vt nolit declarare quid fuerit.] Sed eo] quia dixit eum errasse in hoc, ꝙ mandasset negotiũ ei, cuius interesset illud vendi quã maximo pretio posset: dicit tñ ꝙ in hoc fuit cautus, quia præfiniuit ei pretiũ, quod nõ præteriret. in quo tñ irridet ipsum, quia si permisisset ipsum pretium in potestate Cic. dicit, ꝙ iam emisisset.] Eo] pp id, vel in eo.] Vidisti multum] fuisti multum cautus, & prudens.] Præfinisti] præscripsisti, determinasti, vt tm̃ impenderet, quantum scripsisset, nõ plus.] Quo] vt.] Ne] non.] Pluris] quã scripsisses.] Permisisses] reliquisisses in potestate mea.] Confecisse cũ cohæredibus] .i. conclusissem cum alijs, qui sunt instituti hæredes mecũ, ꝙ tibi reliquissent ipsum prædiũ.] Qui meus amor est in te] .i. per eum amorem, qui meus amor est in te est autem constructio vsitata apud Cic. vt sæpe ostendimus.] Nunc] adhuc iocatur Cice. & dicit, quod nunc cum intelligat pretium Marij, quod vult impendere pro eo prædio, potius adhibebit licitatorem .i. æstimatorem, quã ꝙ vendatur minoris.] Tuum pretium] summam tui pretij, quod vis impendere. Licitatorem]

citatorem}æstimatorem,qui pretium facit à liceor verbo,quod significat æstimare,pretiũ deferre,inde licitator. Cic. 3.off. Non licitatorẽ venditor,nec qui contra se liceatur,emptor opponet. }Veneat}vẽdatur. }Minoris}q̃.s.præfinisti mihi. }Sed de ioco} hoc subdit Cic.ne videatur ferio dixisse, & velle id carius emere,q̃a præfinitũ esset sibi pretiũ. }Tuũ neg.}emẽdi, quod mãdasti mihi. }De Bursa}quẽ superaui in iudicio. }Nimis verecũde} nimis parce & modice, vt scribis. scribebat Marius se putare Cic.nõ multũ gaudere,q̃ vicisset Bursam, q̃a erat homo vilis, & sordidus.laus aũt victoriæ pẽdet ex pretio hominis. }Hoc iudicio}quo vici Bursam. }Inimici}vel Clodij, vt quidã volunt, vel ipsius Bursæ. vt sit sensus,magis lætatus sum vicisse inimicum meo iudicio,q̃ si esset mortuus. }Primũ}vna ex multis rationibus. }Malo}.s.vincere. }Gloria amici}quis fuerit hic amicus nõ satis cõstat,sed intelligimus aliquẽ esse oppugnatũ ab illo Bursa. }Studium}fauorẽ. }Cõtentionem}orationẽ aduersariã. }Clarissimi viri}M.Crassum significat,q̃ hũc Bursam tuebatur. }Postremo}vltima rõ,quare vehemẽter lætatus sit hoc iudicio. }Multo peius}multo magis,multo vehemẽtius.Ouid. Quæ venit exacto t̃pe peius amat. }Illũ ipsum}q.d.inimicissimum meũ. }Illum} Clodiũ. }Hunc} Bursam. }Habitura disc.} habitura periculũ,& cladem. }In capite meo}.i.in vita mea, si ego perijssem. }Spectauit}superauit,cõsiderauit. }Quiddã magnum}quandã rẽ magnã. }Sua spõte} per se ipsum. }Illorum} inimicorũ meorũ,& reip. }Auxilio eorũ}.i.fauore illorũ. }Qui stare nõ poterant,me stante} qui nõ potuissent obtinere statũ suũ,me incolumi,& obtinere statũ meũ. }Hic simiolus}.s.Bursa.per cõtemptũ aũt appellauit eũ, simiolum. }Delegerat amicum}acceperat sibi Clodiũ amicũ. }Causa mei} quia sciebat eũ inimicum meũ. }In quem}.s.me. }Inueheretur}.i.quẽ insequeretur,& criminationibus laceraret. }Emissarium}prõptũ, & paratum ad hoc.nã emissarij dñr equi,qui seruãtur ad procreandã sobolem,& emittũtur ad equas.inde translatiue emissarij in aliquos dñr,qui sunt parati inuehi in aliquos. }Iubeo} volo. }Gesta est}cũ victus ẽ hic Bursa. }Fortiores}maioris animi. }Eius} Crassi,qui elegerat iudices,& tñ illũ condẽnauerunt cõtra fauorem Crassi. }Nisi meus dolor fuisset dolori ijs} nisi doluissent meo dolore.i.nisi doluissent,quia ego dolebã. }Multitudine & celebritate}.i.multis,& celebribus, hoc est claris iudicijs, quia semper vincimus. }Detinemur} sumus occupati. }Intercalet} fiat intermissio.nam intercalare est interserere,siue interponere,siue interuocare,vt supra declarauimus plenius.

ASCEN. MANDATVM tuum,&c. }Cic.acceperat ex testamẽto prædium,de quo Marius scripserat, vt sibi ematur à Cic.q̃ minimo queat: vnde iocãs Cic.dicit sua interesse,vt q̃ maximo vendatur: dicit tñ se curaturum eius negotiũ: ac demũ dicit se vicisse aduersariũ suũ, noĩe Bursam,de quo sperat Mariũ gauisurum. Ordo est. Ego curabo diligenter mandatũ tuum.s.vt prædiũ tibi ematur,sed tu homo acutus,qđ iocose dicit,tu mãdasti.s.prædiũ tibi emi,q̃ minimo potissimũ.i.maxime ei,cui expediret.i.vtile esset,illud.s.prædiũ, venire.i.vendi,quãplurimo.i.maximo pretio, hoc est mihi,eius ex testamẽto possessori.Sed tu vidisti.i.prospexisti multũ, eo q̃ præfinisti,ne emerẽ pluris.s.q̃ scripseras.qđ si scripsisset, eme q̃ minimo poteris,siue quibus paulo,aut quanti quibus,potuisset Cic.maximo vendidisse pretio.ipse tñ per iocũ dicit sese contra fuisse facturum,addẽs q̃ si p̃misisses mihi.i.arbitrio meo, & nõ præfiniuisses mihi pretium,q̃ meus amor est in te.i.s̃m amorẽ quo te prosequor,ego fecissem.s.emptionẽ cũ coheredibus, q̃a ipse nõ erat solus hæres. Nunc q̃m ego,qui sum in parte hæres, noui pretium.i.quanti tibi sit,ego ponã potius in licitationẽ.i. vẽditionẽ,quæ cedat plus ceteris offerẽti,q̃ illud.s.prædium,veneat.i.vẽdat̃ minoris.s.q̃ præfiniuisti, sed satis est de ioco. Ego agã negotium tuũ diligẽter,sicut debeo.q.d.p̃p partẽ meã non curabo,vt pluris veneat q̃ par sit. Ego certo scio te gaudere de Bursa.i.q̃ Bursam vicerim,sed tu gratularis mihi nimis verecũde.Putas.n.vt scribis, me putare illã lætitiã minus magnã p̃p sordes hominis.s.victi. Velim,sup.vt credas mihi, me magis lætatum hoc iudicio,qđ cõtra Bursam latũ est, q̃ morte inimici. Enim.i.quia,primo malo.s.victum esse,iudicio q̃ gladio,deinde gloria.i cũ gloria amici,pro quo Cic.cõtra eũ egit, q̃ calamitate,quæ secuta fuisset, si gladio vindictã sumpsisset. Et in primis delectauit me tm̃ studium bonorũ extitisse in me cõtra incredibilem cõtentionẽ viri clarissimi,& potentissimi Crassi,qui pro Bursa steterat. Postremo,qđ vr̃ fortasse incredibile, ego oderã multo peius.i.grauius,& cum maiore execratione,& mali in illum optione,hũc.s.inimicum,q̃ illum ipsum Clodium.s.singularẽ inimicum,& huius amicum. Enim.i.q̃a oppugnarã.s.prius illum.s.Clodiũ,& ita merito inimicus fuit,& defenderã hunc.s. Bursam,qui postea factus est inimicus. Et ille.s.Clodius cũ oĩs resp.esset habitura discrimẽ.i.periculum in meo capite.i.si ego in periculo essem,spectauit.i.prætẽdit quiddã magnũ.i.quoddã emolumẽtum singulare,nec quidẽ sua spõte.i.proprio ingenio aut naturali industria,sed auxilio eorũ,qui nõ poterãt stare me stãte.i.si ego mãsissem in statu meo. Hic s.Bursa, simiolus.i.turpis imitator Clodij,delegerat causa animi.i vt satisfaceret malitiæ animi sui me in quẽ inueheret̃,& persuaserat nõnullis inuidis meis se fore semp emissarium in me.i.q̃ inueheret̃ in me, & semper p̃pius esset,vt emittat̃ in me. Quãobrẽ ego iubeo.i. volo,sed tñ aliquãrulum imperiose,qđ ex gaudio dicit, Seruius autẽ ad illud Aen. Infandum regina iubes,dicit.i.vis,sed tñ Aeneas modeste potuit dicere reginã iubere, te gaudere valde, q̃a sup.magna res est gesta.nunq̃ fuerũt vlli ciues fortiores, q̃ qui ausi sunt condẽnare eum.s.Bursam, contra tantas opes eius.s. Crassi,à quo ipsi erant lecti iudices quod ipsi nunquã fecissent, nisi dolor meus fuisset ijs dolori. Nos detinemur hic multitudine,& celebritate iudiciorum, & nouis legibus, ita vt faciamus quotidie vota,ne intercaletur.i.ne fiat intermissio, & suspensio iudiciorum,vt possimus videre te quamprimum, quod non liceret,nisi iudicijs absolutis.

DE Bursa} hic est T.Plancus Bursa,frater L.Planci, ad quem sunt epist lib.x.accusatus est de vi,& condemnatus à Cicerone, cui antea tribunus pl.in caussa Milonis aduersarius fuerat, & in concionibus magnam inuidiam concitarat.postea rerum potitus Cæsar, eum, & oẽs lege Pompeia damnatos restituit.Dio. Pedianus,& alij. PAVL. MAN.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Consolatoria est epistola, sed alioqui multa dicuntur,quæ ad prudentiam Ciceronis magis referenda videntur: vt pote tota ista narratio belli,qua dicit.quàm prudenter omnia præcogitarit, & præuiderit, & quo consilio Pompeium deseruerit, & in vrbem redierit: postremo ipsa eadem consolatione,qua vsum esse dicit,Marium solatur.

CICERO S. D. MARIO. 3

*PERSAEPE mihi cogitanti de communibus miserijs,in quibus tot annos uersamur,et,ut uideo,uersabimur, solet in mẽtem uenire illius temporis, quo proxime fuimus una.quin etiam ipsum diem memoria teneo.nam ad iij.idus Maias, Lentulo, & Marcello cos.cum in Pompeianum uesperi uenissem, tu mihi sollicito animo præsto fuisti. sollicitum autem te habebat cogitatio tum officij, tum etiam periculi mei. si manerẽ in Italia; uerebare, ne * officio deessem. si proficiscerer ad bellum,periculum te meum commouebat.quo tempore uidisti profecto me quoq; ita conturbatum,ut non explicarem, quid esset optimum factu. pudori tamen malui, * famæq; cedere,quàm salutis meæ rationem ducere. cuius me mei facti pœnituit,non tam propter periculum meum,quàm propter uitia multa,quæ ibi offendi,quò ueneram.primum neq; magnas copias,neq; bellicosas:deinde,extra ducem, paucosq; præterea, (de principibus loquor) reliqui primum in ipso bello rapaces, deinde in oratione ita * crudeles,ut ipsam uictoriam horrerẽ: maximum autem æs * alienum amplissimorum * uirorum. quid quæris? nihil boni præter causam. Quæ cum uidissem,desperans uictoriam, primum cœpi suadere pacem, cuius fueram semper auctor: deinde,cum ab ea sententia,Pompeius ualde abhorreret,suadere institui,ut bellum duceret.hoc interdum probabat, & in ea sententia uidebatur fore: & fuisset fortasse, nisi quadam ex * pugna cœpisset suis militibus confidere. ex eo tempore uir ille summus nullus imperator fuit. signa tirone & collecticio exercitu cum legionibus robustissimis cõtulit: uictus,turpissime, amissis etiam castris, solus fugit. hunc ego belli mihi finem feci: nec putaui, cum * integri pares non fuissemus, fractos superiores fore. discessi ab eo*

erga remp. & Põpeiũ benemeritis

vide epis.6. lib.6.

epis.14.l.4. & 19. l.15. epis.6.lib.6. præsertim L.Lentuli epis 13.lib. 9.& Cæs. lib 1.de bello c.

ad Dyrrhachium.Cæsar lib.1.de bello c.

epis.7.lib.4

*bello, in quo aut in acie cadendum fuit, aut in aliquas insidias incidendum, aut deueniendum in uictoris manus, aut ad * Iubam confugiendum, aut capiendus tanquam * exilio locus, aut consciscenda * mors uolũtaria. certe nihil fuit praeterea, si te uictori nolles, aut non auderes committere. Ex obus autem ijs, quae dixi, incommodis, nihil tolerabilius exilio, praesertim innocenti, ubi nulla adiuncta est turpitudo: addo etiam, cum ea urbe careas, in qua nihil sit, quod uidere possis sine dolore. ego cum meis, (si quidquam nunc cuiuspiam est) etiam in meis esse malui. quae acciderunt, omnia dixi futura. ueni domum, non quòd optima uiuendi conditio esset, sed tamen, si esset aliqua forma reip. tanquam in patria ut essem, si nulla, tanquam in exilio mortem mihi cur consciscerem, causa nulla uisa est, cur optarem, multa. uetus est enim VBI non sis, qui fueris, non esse, cur uelis uiuere. sed tamen, VACARE culpa, magnum est solatiũ, praesertim cum habeam duas res, quibus me sustentem, optimarum * artium scientiam, & maximarum * rerum gloriam: quarum altera mihi uiuo unquam eripietur, altera ne mortuo quidem. Haec ad te scripsi uerbosius, & tibi molestus fui, quòd te cũ mei, tum reip. cognoui amatissimum. notũ tibi omne consilium meũ esse uolui, ut primum scires, me nũquàm uoluisse, plus quẽquã posse, quã uniuersam rẽp. postea autẽ quàm alicuius culpa tantum ualeret * unus, ut obsisti nõ posset, me uoluisse pacẽ: amisso exercitu, et eo duce, in quo spes fuerat uno, me uoluisse etiã reliquis omnibus; postquã non potuerim, mihi ipsi finem fecisse belli: nunc autẽ, si haec ciuitas est, ciuẽ esse me; si non, exulẽ esse non incommodiore loco, quàm si me Rhodum, aut * Mitylenas cõtulissem. Haec tecũ corã ma lueram; sed, quia longius fiebat, uolui per literas eadẽ; ut haberes, quid diceres, si quãdo in uituperatores meos incidisses. sunt enim qui, cum meus interitus nihil fuerit * reip. profuturus, criminis loco putẽt esse, quòd uiuam. quibus ego certo scio nõ uideri satis multos perisse: qui si me audissent, quãuis * iniqua pace, honeste tũ uiuerẽt: armis enim inferiores, nõ causa, fuissent. Habes epistolã uerbosiorẽ fortasse, quàm uelles. quod tibi ita uideri putabo, nisi mihi longiorem remiseris. Ego, si quae uolo, expediero, breui tempore te, ut spero, uidebo. Vale.*

[Margin notes:] vt Scipio. — vt M. Marcellus. — vt Cato Vtic. — a doctrina. — a reb. gestis — Caesar, Põpeij culpa ita firmus, vt plus potuerit vnus quàm vniuersa resp. — vt Marcellus. epist. 7. lib. 4. — quasi non recuset, si è rep. sit, mortẽ oppetere vide epist. 6. lib. 6.

PERSAEPE} Quo tpe Caesar ab illo vniuersae Galliae bello reuersus est, creati erant cõsules L. Lent. & M. Marcellus, infesti & aduersi eius dignitati: qui cũ in Italiam profectus, intellexisset duas legiones ad se remissas, q̃ ex senatusc. ad Parthicũ bellũ duci deberẽt, p M. Marcellũ Cn. Põpeio traditas, atq; in Italia retẽtas esse, posteaq̃ aliquãtulũ passus est: cũ multis acerrimis in se & Põpeij, & aliorũ sententijs, tũ infamia duarũ legionũ, quas diximus à Põp. in Italia retẽtas rẽ ad arma deduci studebat. Itaq; data sibi oportunitate ex discessu, & fuga tribunorũ, qui se ad eũ Rauennã cõtulerãt, incẽsis oratione sua multũ animis, taudẽ occupato Arimino, bellũ incepit: qd̃ postea extra Italiã trãslatũ est in Thessaliã: vbi Põp. superatus est. Cui bello dicit Cic. se interfuisse magis officio, q̃ volũtate, discessisse aũt, posteaq̃ vidit nullã esse spẽ victoriae, elegisse ex multis condõnibus potissimũ esse Romae, q̃uis id quoq; miserũ sit. Ostẽdit aũt, se maximã cõsolationẽ capere ex cõsciẽtia rectorũ cõsiliorũ suorũ, habereq; duas res, q̃bus maxime in his aduersitatibus se sustẽtet, sciam liberaliũ, & optimarũ artiũ, & gloriã rerũ gestarũ. {Tot annos} postq̃ Caes. reuersus è Gallia incepit esse cõtra patriã. {Versabimur} qa victo Põp. Cato ad Iubã cõfugit: vbi reparabat exercitũ. itaq; nõdũ erat finis bellorũ ciuiliũ. {Proxime} non nuperrime. nã iam multũ tps erat, q̃uo nõ fuerãt vna: sed proxime, postq̃ nõ cõuenimus, nec simul fuimus. nã proximũ dr̃, quod ẽt longe positũ est, nullo interueniẽte. vnde si duobus annis p̃teritis à te literas acceperim, post quas nihil postea scripseris, recte dicã proximas literas tuas, qa re vera sunt proximae, si nullas alias post eãs misisti. {Quin ẽt} immo, insuper. {Lentulo & Marcello cõs.} hi. n. vt diximus, initio bellorũ ciuiliũ cõsules erãt. {In Põpeianum}. i. villã meam. {Praesto fuisti} statim venisti, obtulisti te mihi. {Solicito} anxio {Solicitũ} dicit Cic. Mariũ fuisse anxiũ duplici de causa, & p p periculũ Ciceronis, si pfectus fuisset ad bellũ, & p p eius officiũ qd̃ videbaẽ negare Põpeio. & patriae, si in Italia mansisset, neq; ad bellũ iuisset. {Tũ officij}. i. & officij mei. i. eius qd̃ deberẽ facere. {Tũ} maxime & p̃cipue. {Ne officio deessem} vt nõ facerẽ, qd̃ deberẽ & erga patriã, & erga Põp. {Nõ explicarẽ} nõ discernerẽ, nec cognoscerẽ. {Pudori} verecũdiae, honestati, quia pudebat me, ei deesse, à quo in salute fuissem adiutus. {Et famae} qa fuissem dictus malus ciuis, nisi saluti reip. subuenissẽ. {Cedere} obseq, obtẽperare. {Cuius facti} q̃ p̃posuerim pudorẽ, & famã meae saluti. {Vitia multa} multas causas vitiosas. {Offendi} inueni. {Ibi} in castris Põp. primũ enumerat vitia, q̃ inuenit in castris Põp. {Neq; bel.} neq; fortes in bello, vt scribit App. {Extra ducẽ}. i. excepto duce. s. Põp. {Paucosq;}. s. extra paucos. i. exceptis paucis. est aũt ornatũ dicẽdi genus apud Cic. vt si sic dixero, extra Homerũ nullus poeta Graecus Virgilio anteferẽ. i. excepto Homero. {Praeterea} p̃ter eũ. s. ducẽ. {De principibus} de primis & optimatibus. {Rapaces} auari p̃datores. {Crudeles} in orone. minabanẽ. n. multis Caesarianis caedẽ. {Horrerẽ} vehemẽter timerẽ. {Aes alienũ} pecunia, q̃ alijs debeẽ. nã es alienũ dr̃, qd̃ nõ nr̃m est, cũ alijs debemus ob cãm. {Quid q̃ris} q. d. vt paucis cõcludã. {Nihil boni} subaudi, erat i castris. {Praeter causam} excepta cã, q̃ est honestissima p defensione patriae. {Auctor} suasor. {Abhorreret} alienus eẽt, neq; vllo pacto vellet ei assentiri. {Duceret} ptraheret, ne descẽderet ad pugnã cũ Caes. {Ex quadã pugna} qua visus est hr̃e fortunã fauentẽ. {Vir ille} Põp. {Sũmus} tot victorijs & triũphis insignis. {Nullus fuit}. i. amisit, qd q̃d antea fecerat. {Cõtulit signa} cõgressus est, cõseruit manũ. {Tirone} p tironibus. i. nouis militibus, & inexercitatis. {Collecticio} vndiq; cõtracto, ex omni gñe hoinm. {Cũ legionib.}. s. Caes. q̃ erãt exercitatae decẽnali bello in Gallia, & robustissimae {Turpissime} cũ magno dedecore. {Amissis castris} NVBAE. qa nõ potuit ẽt tutari locũ, vbi erãt milites. {Solus fugit} vsq; ad tẽpe Thessalica, vt scribit Plut. & Lucanus, deinde p tẽpe ad mare delatus est, &c. {Hũc finẽ} cũ Põp. est superatus. {Nec putaui} sensus est, cũ nõ potuissemus esse pares Caesarianis, qñ eramus integri, & nõdũ elade affecti, putaui nõ esse pr̃e, vt essemus superiores, postq̃ essemus fracti, & diminuti. itaq; putaui bello discedẽdũ. {Superiores} victores. {Aut in acie cadẽdũ}. i. moriẽdũ pugnãdo. Cõmemorat aũs multas cõdõnes malas, q̃ fuerãt necessariae, nisi discessisset ab eo bello. {In manus victoris} in captiuitatẽ {Iubã} regẽ Numidiae, amicissimũ P. R. {Capiẽdus} eligẽdus à me, spõte mea. {Tanq̃ exilio}. i. tãquã missus sim in exiliũ. {Cõsciscẽda} tribuẽda, capienda. {Nihil fuit p̃terea} i. nihil fuit vltra p̃dictas cõdõnes. {Si te} ponit vnã cõdõnẽ, q̃ poterat esse cũ reliqua, sed oñdit eã neq; tutã, neq; honestam fuisse. {Nolles} p nollet aliq s. more suo ponit secũdã psonã p tertia. {Innocẽti}. i. ei, q in nulla esset culpa. {Vbi} vel qñ, vel in quo innocẽti. {Addo}. i. accedit & alia cã, q̃ exiliũ sit tolerabili9, qa si exul sis, nihil sit, quare debeas carere vrbe R. in qua oĩa sint misera. {Si quidq̃} correctio. {Cuiuspiam} qa nemo põt dicere quidq̃ esse suũ. {Duxi} existimaui. {Optima} felicissima, qa sciebã cãm mihi esse nõ posse. {Tanq̃ in patria} quasi in patria, qa Cic. nõ audet amplius vere noiare Romã patriã, sed tanq̃ p̃riã. {Si nulla} subaudi, esset forma reip. {Tanq̃ in ex.}. i. tanq̃ fuissem exul, & extra patriã. {Nulla visa ẽ cã}. s. idonea, vt me ipm interficerẽ. {Optarẽ} cuperẽ. {Multae} qa amiserã ea, p p q̃ maxime iuuabat me viuere. {Vetus est. n.} subaudi dictũ vel puerbiũ. & est rõ, quare eẽnt multae causae, cur optaret sibi mortẽ, qa qñ hõ desinit esse is, q esse cõsueuit, nõ est, quare multũ debeat appetere vitã. {Vbi} qñ. {Qui fueris} is qualis esse consueueris. {Cur velis viuere} cur optes vitã, qa viuimus p p honores & dignitates, q̃bus amissis, deficit cã optãdae vitae. {Vacare} carere. {Altera ne eripieẽ viuo}. s. scia optimarũ artiũ, quia remanet, & hominis vitã nunq̃ deserit, quocunq; ierit. sola. n. morte auferẽ. {Altera ne mortuo q̃dẽ} qa gloria rerũ gestarum, est aeterna & immortalis. {Verbosius} pluribus verbis. {Plus quenq̃ posse}. i. me noluisse, q̃ aliq s tm̃ posset, vt ipsa resp. non retineret statũ, & dignitatẽ suã. s. plus amaui rẽp. q̃ quenquã aliũ. {Vnus} Caes. quia oĩa solus poterat. {Alicuius} nõ dicit, qui fuerit, sed innuit ipsũ Põp. q antea tm̃ studuerat partibus Caes. q̃ postea cognouit se male fecisse. eius. n. cã fuerat Caes. cõfirmata puincia in alterũ quinquenniũ. {Eo duce} Põp. {In quo vno} in quo solo. {Voluisse}

}Voluiſſe}eſt ordo; volui,vt ſcires me etiã voluiſſe feciſſe finẽ belli mihi ipſi. Poſtq̃ non potuerim reliqs oibus}.ſ.feciſſe finẽ belli.i.poſtq̃ nõ potui facere,vt reliqui oẽs diſcederent à bello, volui ego ipſe diſcedere.hæc oĩa declarãtur in vita Cic.ſcripta à Plut.{Ciuẽ eſſe me}ſubaudi, volui,vt ſcires me voluiſſe eſſe ciuem,&c.{Si nõ}.ſ.hæc ciuitas.{Exulem} etiã Romæ.{Mitylenas}Lesbũ.de Rhodo,& Mitylenis diximus abũde alio loco.{Maluerã}ſubaudi,loqui.{Fiebat lõgius}.i.trahebatᷣ in longũ, vt tecũ corã loqui poſſem.{Eadẽ}.ſ.dicere, quæ dicturus fuerã corã.{Nihil profuturus}nullã vtilitatẽ allaturus,immo potius nociturus.{Loco criminis}.i.putẽt me peccare,q̃a vellẽt,ꝙ potius me interimerem,q̃ viuerẽ.{Satis mul.} q̃a vellẽt & alios perire.{Quãuis iniqua}quia iniqua pax eſt : vbi qui meliorem habet cãm,ſubit cõditiones eius,qui iniuſtam cãm fouet.{Niſi longiorẽ remiſeris}nam,ſi tu quoq; ad me multa reſcribes, intelligam meã epiſtolã nõ viſam fuiſſe tibi nimium verboſam.

ASCEN. PERSAEPE, &c.} Commemorat quo conſilio aduerſus Cæſ.in bellũ Pharſalicũ abiuerat,& ſe poſt victoriã Cæſ. in vrbẽ receperat,docens miſerũ eſſe illic verſari, ſed alibi lõge miſerius,maximã tñ ſe cõſolationẽ capere ex cõſciẽtia rectorũ cõſiliorũ,habereq; quibus ſe cõſirmet,ſciam bonarũ artiũ,& gloriã rerũ geſtarũ.quibus argumẽtis in oibus ferè epiſtolis ſemper cõſimili re cõſolatorijs vtitur. Ordo eſt. Solet venire mihi cogitãti perſæpe de miſerijs cõibus,in q̃bus verſamur tot annos, & verſabimur,vt video.i.quãtũ perſpicio, in mẽtem.i.in mẽtionẽ,& memoriã illius tpis,quo fuimus ꝓxime.i. proxime elapſis diebus, vna.i.ſimul,& in eo vno loco, q̃n ẽt tene.i.cõplector memoria ipſum diẽ. Nã ad.i.circiter tertiũ.ſ.diẽ Idus.i.qui eſt inter idus, aut ante idus Maias, & ita eſt xj.dies Maij Lẽtulo,& Marcello cõſulibus,cũ veniſſem veſperi in Põpeianũ.ſ.agrũ,tu fuiſti mihi præſto.i.affuiſti mihi,aio ſolicito.i. hñs aium ſolicitũ,dicerẽ habenti aium ſolicitũ niſi ſequeretur. Aũt.i.ſed cogitatio tũ officij,tũ etiã periculi mei habebat te ſolicitũ. Nã ſup.tu verebare,ne deeſſem.i.nõ ſatisfacerẽ officio,ſi manerẽ in Italia, & periculũ meũ cõmouebat.i.anxietate afficiebat te,ſi proficiſcerer ad bellũ.i.Pharſalicũ cũ Põp Quo tpe tu vidiſti ꝓfecto.i.reuera me quoq;.i.ẽt cõturbatũ,vt nõ explicarẽ.i.diiudicarẽ,q̃d eſſet optimũ factu.vl optimũ de duobus dicere.nã duo erãt: aut eundũ in bellũ,aut manẽdũ in vrbe.malui tñ cedere.i.ſuccũbere pudori,& famæ.i.facere,q̃d pudor & fama exigebãt,q̃ ducere rõnem.i.hr̃e reſpectũ ſalutis meæ,cuius facti mei pœnitut me non tã ꝑꝑ periculũ meũ,q̃ ꝑꝑ multa vitia,q̃ offendi.i.præter ſpẽ reperi ibi,quò venerã. Primũ,ſup.oſtẽdi copias,neq; magnas,neq; bellicoſas,deinde reliqui extra.i præter ducẽ & præterea.i.eum,paucos. loquor de principibus.i.vt dñr nũc de capitaneis,ſup.fuerũt primũ rapaces in ipſo bello, deinde ita crudeles in oratione,vt horrerẽ ipſam victoriã,quia ſi victores euaſiſſent,multo crudeliores futuri videbãtur. Aũt.i.ſed, ſup.offendi,aut ibi fuit maximũ æs alienũ.i.debitũ, virorũ ampliſſimorũ.ſ.ante bellũ.Quid q̃ris?.ſ.plura nihil boni,ſup.fuit illic,præter cãm,quæ cõtra Cæſ.iuſta erat. Quæ cũ vidiſſem,ego deſperãs victoriã,cœpi primũ ſuadere pacẽ,cuius fuerã ſemper auctor.i.approbator.Deinde cũ Põp.abhorreret.i alienus eſſet & diſſentiret valde ab ea ſnĩa.ſ.pacis cõponẽdæ, inſtitui.i.cœpi ſuadere, vt duceret.i.produceret,& extenderet bellũ,donec meliorẽ haberet exercitũ Põpeius.probabat interdũ hoc.ſ.producendũ,& videbatur fore in ea ſnĩa,& fuiſſet fortaſſe, niſi cœpiſſet cõfidere ſuis militibus ex quadã pugna.ſ proſpere cõtra Cæſarianos geſta.Ex eo tpe.i.poſt illud tps,vir ille ſummus.ſ.Põpeius fuit nullus.i.nullius valoris imperator,cõtulit ſigna.ſ.militaria.i.vexilla ad cõmittẽdũ præliũ,exercitu tirone.i.nuuitio, & collectio.i.ex varijs collecto, cũ legionibus robuſtiſſimis,q̃a veteranorũ & ex Gallica gẽte bellicoſiſſima,& ipſe victus, turpiſſime ẽt caſtris amiſſis,fugit ſolus,vt Luc.cecinit,ad regẽ Aegypti,cuius aſſenſu obtrũcatus eſt. Tũc ego feci mihi finẽ belli, nec putaui ſup.nos fractos,fore.i.futuros ſuperiores,cũ nõ fuiſſemus pares integri. Ego diſceſſi ab eo bello,in quo aut fuit cadendũ.i.moriendũ cadẽdo in acie,aut incidendũ in aliquas inſidias,aut deueniẽdũ in manus victoris, aut cõfugiẽdũ ad Iubã.ſ. regẽ in Africã, aut locus.ſ.aliq̃s erat capiẽdus.i.eligẽdus tãquã exilio,aut mors volũtaria.i.propria manu,aut iuſſu illata, cõficiẽda.i.peragẽda ſup.erat. Certe nihil fuit præterea.i.præter dictas cõditiones belli,ſi nolles,aut nõ auderes committere victori.ſ. Cæſari te. Aũt.i.ſed nihil eſt tolerabilius ex oibus his incõmodis,q̃ dixi,exilio.i q̃ exiliũ,ꝓſertim innocẽti.vbi nulla turpitudo.ſ.proprij peccati eſt adiũcta,addo ẽt cũ care ea vrbe.ſ.Roma,in qua nihil ſit,q̃d poſſis videre ſine dolore. Ego malui eſſe cũ meis.ſ.neceſſarijs,etſi quidquã nũc eſt cuiuſquã,malui eſſe ẽt in meis.ſ.regionibus.Ego dixi oĩa futura,q̃ acciderũt. Veni domũ,nõ ꝙ optima cõditio viuẽdi eſſet.ſ.domi, ſed tñ ſi eſſet aliqua forma reip.vt eſſem tanq̃ i patria, ſi nulla.ſ forma reip.eſſet,eſſem tanq̃ in exilio,cauſa.ſ.iuſta,nõ eſt viſa.ſ.mihi cur conſciſcerẽ.i.accelerarẽ & cõcitarẽ mihi mortẽ.multæ cauſæ ſup.viſæ ſunt,cur optarẽ.ſ.mortẽ honeſtam.Eſt.n.vetus.ſ.dictũ, vbi.i. poſtq̃ nõ ſis qui fueris.i.in ea dignitate, in qua fueris, nõ eſſe.ſ. cãm,cur velis viuere,aut ibi,aut ſimpl'r.Sed tñ licet triſte ẽ amiſiſſe dignitatẽ,tñ magnũ ſolatiũ eſt vacare.i.vacuũ, & purũ eſſe culpa,ꝓſertim cũ habeã duas res,q̃bus ſuſtẽtẽ me.ſ.ne in deſperationẽ,aut ſummã miſeriã cadã, videlicet ſciam optimarũ artium,vt legalis,auguralis,oratoriæ,philoſophiæ,& gloriã maximarum rerũ.ſ.geſtarũ in cõſulatu, in quo in toga nõ minus gloriæ nactus eſt,q̃ quiuis imperatorũ in armis,ꝑterea Ciliciæ ꝓuinciã glorioſe rex erat.Quarũ.ſ.duarũ rerũ altera.ſ.optimarũ artiũ ſciẽtia,nunq̃ eripiet mihi viuo,q̃n ẽt bonæ ſciẽtiæ, q̃bus hic Deũ veneramur,ne mortuis q̃dẽ eripiũtur. vnde Hieronymus noſter,Diſcamus ſciam in terris, q̃ nobiſcũ manebit & in cœlis.Caſu tñ vt vulnere capitis,aut morbo põt labi memoria, & perire ſcia in terris,altera.ſ.maximarũ rerũ gloria, nunq̃ eripietur mihi ne quidẽ.i.non ſaltẽ mortuo,immo mortuis augetᷣ gloria,q̃ quiuis detraxerat liuor. Hæc,&c. Ego ſcripſi hæc.ſ.ſupradicta verboſius.i.nimis verboſe ad te, & fui moleſtus tibi.ſ. multitudine verborũ,ſed ſcripſi ideo ꝙ cognoui te amãtiſſimũ, id eſt,maximũ amatorẽ,cũ mei, tũ.i.pariter reip. Ego volui oẽ cõſiliũ meũ eẽ notũ tibi,vt ſcires primũ me nunq̃ voluiſſe quẽquam,neq; Põp.neq; alterũ poſſe plus q̃ vniuerſam rẽp.licet in rep.voluerit vnũ plus poſſe q̃ aliũ. Aũt.i.ſed poſteaquã vnus.ſ. Cæſ.valeret culpa.i. ꝑꝑ culpã alicuius,q.d.vnius cuiuſq̃s ille fuerit,certũ tñ eſt ꝙ de Põp.loquatᷣ,cuius primũ fauore i Cæſ. Cæſari cõfirmata erat prouincia in alterũ quinquẽniũ, deinde eius culpa vt vidimus,male pugnatũ fuerat.maluit tñ alicuius q̃ cuiuſdã dicere,ne de certo videatᷣ loq̃,vt nõ poſſet obſiſti.ſ.illi,ſcires me voluiſſe pacẽ exercitu amiſſo,& eo duce.ſ. Põp.amiſſo,i quo vno ſpes.ſ.victoriæ fuerat, ſcires ẽt me voluiſſe feciſſe finẽ belli mihi ipſi,poſtq̃ non potuerim.ſ.feciſſe pacẽ reliq̃s oibus. Nũc aũt ſi hæc ciuitas eſt,repete,ſcires me eſſe ciuẽ,ſi nõ,ſup.eſt ciuitas,ſcires me eſſe exulẽ loco nõ incõmodiore.i.nõ magis incõmodo,ſed æque cõmodo,q̃ ſi cõtuliſſẽ me Rhodũ,aut Mitylenas.Mitylenæ in Lesbo ſũt inſulæ.Rhodus aũt & vrbis & inſulæ nomẽ notũ.Ego maluerã,ſup.agere,aut narrare tecũ hæc corã.ſ.te.i.in ꝑñtia tua : ſed q̃a.ſ.corã agere fiebat lõgius.i.differebatᷣ nimis, volui.ſ.agere, aut cõminiſci eadẽ ꝑ literas,vt hr̃es quid,aut q̃d diceres,ſi q̃n incidiſſes i vituperatores meos.Valla diceret mei.i.q̃ me ꝑpea vituperãt,ꝙ poſt Pharſalicũ cõflictũ me Romã cõtulerim.Sũt.n.q̃ cum.i.quis,interitus meus nihil fuerit profuturus reip.putãt eſſe loco criminis.i.pro crimine habẽdũ ꝙ viuã.Quibus ego certo ſcio videri nõ ſatis multos periſſe : q̃.ſ.extincti,aut interẽpti,ſi audiuiſſent me.i.obediuiſſẽt mihi. Nõ.n.ſemꝑ audio pro obedio datiuo iungitᷣ, ſed audiens participiũ frequẽtius,q̃uis viuerẽt pace iniqua.i.iniq̃s cõditionibus cõparata,viuerẽt tñ.i.nihilominus honeſte.fuiſſent.n inferiores armis nõ cauſa.Si dicas nõ modo fuiſſẽt, ſed & nũc fuerũt res q̃a pro iuſta cã perierũt,dicã,vt fuerũt,ita fuiſſe, ſi audiſſent Cic.ſed honeſte vixiſſent,q̃d cũ vincere nequirẽt, pacẽ accepiſſent.Habes epiſtolã fortaſſe verboſiorem,q̃ velles. q̃d ego putabo videri tibi ita.i.ꝙ verboſior ſit hæc epiſtola,niſi miſeris mihi lõgiorẽ.Ego videbo te breui tpe,vt ſpero,ſi expediero,ſupple ea,quæ volo.ſ.prius expedire.i.tranſigere,& conſummare.

OPTARAM, multæ cauſæ} ſic antea.nos ex libris antiquis vocẽ,cauſæ,ſuſtulimus,vt purior, & elegantior ſit lectio.{Me voluiſſe etiã reliquis omnibus: poſtquã nõ potuerim,mihi ipſi finẽ feciſſe belli}hic locus antea in omnibus impreſſis perperam diſtinctus ſenſum peruertebat. PAVL. MAN.

CICERO S. D. MARIO. 4

*AD VIII.Kal.in Cumanũ ueni cum *Libone tuo.uel noſtro potius:in Pompeianum ſtatim cogito : ſed faciam te ante certiorem. te cum ſemper ualere cupio, tum certe dum hic ſumus:uides.n.quãto poſt una futuri ſumus.quare, ſi quod* conſtitutũ cum podagra habes, fac in aliũ diem differas. cura igitur,ut ualeas : & me hoc biduo,aut triduo expecta. Vale.*

Scribonio

de podagra curãda. ep. 5. h. l.

HVBER.

AD viij Kal.} Iocatur Cic.cũ Mario,qui laborabat podagra.nã,cum dicat se ad eũ iturũ, hortatur, vt constituat cũ podagra,vt per id tp̄s eũ nõ vexet. {Tuo} amico vel propinquo.{Cogito}.s.venire.{Ante} q̃ veniã. {Cũ semper}& semper & omni tẽpore. {Dum sumus hic} in Cumano.{Quãto post}q.d.nõ multo.i.q̃ cito.{Quare} nunc iocatur cũ eo,vt si habet cõstitutionẽ aliquã cũ podagra, differat eã cõstitutionẽ in aliud tẽpus. Cõstituere aũt est locum vel tp̄s determinare.{Bidno,aut triduo} intra duos,aut tres dies.

ASCEN.

AD ix.&c.}Scribit ex agro ad Mariũ,ad quẽ se ꝓfecturũ pollicetur,monens,vt cũ podagra paciscat̃, ne ab ea,dũ adierit,vexet̃.Sanè quia nõdũ erãt Cal. Iuliæ,sed Sextiles,aut certe ẽt Cæsare viuẽte Iuliæ cęperãt appellari, sunt qui Iunias legant. Ordo est. Ego veni cũ Libone tuo vel potius nostro.i.cõi amico,in Cumanũ.s.agrũ, vbi Cic.villã habebat,ad ix Cal.Iulias,aut Iunias, cogito sup.ire aut proficisci statim in Põpeianũ,vbi Marij erat villa : sed faciã certiorẽ ante.s.q̃ venero. Cũ.s.ita sit,ꝙ cupio te valere semper,tũ.i.tũc maxime ita est ꝙ dũ.i.quãdiu,nos sumus hic.i.in agro. Tu.n.vides quãto.s.tpe post.s.hoc tẽpus,nos sumus futuri vna.i pariter,in vnis ædibus.Quare si habes quid cõstitutũ cũ podagra.i.habes aliquod cõmerciũ trãsigendum cũ ea,hoc est cũ dolore pedum tuorum,& ita cõstitueris ei diẽ,fac differas in aliũ diem. Igitur, hoc est vt aperte dicã,cura vt valeas,& expecta me hoc biduo, aut triduo.i.intra biduum, aut triduum proximum.

M. CICERO S. D. C. CAESARI IMP. 5

artificiosa insinuatio ad impetrandum.

VIDE, quàm mihi persuaserim, te me esse alterum non modo in ijs rebus, quæ ad me ipsum,sed etiã in ijs quæ ad meos pertinent. C. Trebatium cogitarã, quocunq; exirẽ, mecum ducere, ut eũ meis omnibus studijs,& beneficijs quam ornatissimum domũ reducerem.sed postea quàm & Pompeij commoratio diuturnior erat,quàm putarã: & mea quædam tibi non ignota dubitatio, aut impedire profectionem meam uidebatur,aut certe tardare : uide, quid mihi sumpserim : cœpi uelle ea Trebatium expectare à te,quæ sperasset à me : neq; mehercule minus ei* prolixe de tua uoluntate promisi, quàm eram solitus de mea polliceri. casus uero mirificus quidam interuenit, quasi uel testis opinionis meæ, uel sponsor humanitatis tuæ. nam cum de hoc ipso Trebatio cum Balbo nostro loquerer* accuratius domi meæ,literæ mihi dantur à te,quibus in extremis scriptum erat : M. Furium, quem mihi commendas,uel regem Galliæ faciam, uel hunc Leptæ delegam: si uis tu,ad me alium mitte,quem ornem. Sustulimus manus & ego,& Balbus : tanta fuit opportunitas,ut illud nescio quid non fortuitum,sed diuinũ uideretur. Mitto igitur ad te Trebatium, atq; ita mitto, ut initio mea sponte,post autem* inuitatu tuo mittendum duxerim. hunc,mi Cæsar,sic uelim omni tua comitate complectare,ut omnia, quæ per me possis adduci, ut in meos conferre uelis,in unum hunc conferas. de quo tibi homine hoc spondeo, non illo uetere uerbo meo, quod, cum ad te de Milone scripsissem, iure lusisti, sed* more Romano,quo modo homines non inepti loquuntur, probiorem hominem,meliorem uirum,pudentiorem esse neminem. accedit etiam,* quòd familiam ducit, in iure ciuili singularis memoria,summa scientia. huic ego neq; tribunatum,neq; præfecturam.neq; ullus beneficij certum nomen peto : beneuolentiam tuam, & liberalitatẽ peto : neq; impedio,quo minus,si tibi ita placuerit, etiã hisce eum ornes gloriolæ* insignibus. totum deniq; hominem tibi trado de manu, ut aiũt,in manum tuam istã & uictoria,& fide præstantem: sumus enim putidiusculi,quàm per te uix licet : uerum,ut uideo,licebit. Cura ut ualeas : & me,ut amas,ama.*

cum Pompeio, ad rei frumẽtariæ curationẽ.

epist.1. lib. 4.ad Att.liberaliter epist.8.lib.3

cum eũ cõmendarem.

scripsisti.n. Aliũ mitte:

epist.18. h.l.

id est, ꝙ in eo summũ est.

id est, castrẽsibus honoribus.

HVBER.

VIDE} Cæsar semper magnifecit Cic.itaq; cupiens ei gratificari, humanissime scripserat sibi esse vehemẽter gratũ M.Hyrtium quendam,quẽ Cic.ad eum miserat. ꝙ si haberet aliũ aliquem amicum,ad se mitteret,se.n. ornaturum eũ. Inuitatus igitur Cic.ab humanitate Cæs.cõmẽdat ei hac epist. C.Trebatiũ iuriscõsultũ.vtiturq; singulari quodam genere commendationis.{Persuaserim mihi} cõfisus sim. {Te esse alterũ me}.i.esse mihi vere amicissimũ. nã verus amicus dr̃ alter ego.{Quocunq; exirem} quocunq; mitterer extra vrbem.{Mecũ ducere} occulta quædam cõmendatio hominis. {Studijs} fauoribus.{Beneficijs} cõmodis.{Domum} Romã. {Commoratio}Tardatio.{Nõ ignota tibi} q̃ tu optime nosti. {Profectionẽ}discessum ab vrbe in prouincia.{Aut certe}correctio {Quid sumpserim}quid attribuerim mihi,quid de te mihi sumpserim.{Expectare à te, quæ à me.s.}.i.vt speraret te ei facturum eadẽ, quæ ego ei fecissem,si eũ mecũ duxissem.{Prolixe}large,nã prolixus largũ significat. Ter.in Eun. Accipit nemo melius neq; prolixus.{Casus}opurtunitas fortuita.{Opinionis}spei,q̃ de te habebã.{Quibus in extremis}pro quarũ in extremo,eleganter dictũ.i.in fine quarũ. {Vel regem Galliæ} erat.n.in ptãte Cæs.tanquã imperatoris R.facere regẽ Galliæ. {Quẽ ornẽ}cui dẽ aliq̃ dignitatẽ.{Sustulimus} leuauimus ad cęlũ,quasi agẽtes gr̃as dijs,qui nobis tã optatũ casum attulissẽt mittẽdi ad te Treba.q a petebas,vt mitterẽt ad te alius,quẽ ornares.{Nõ videretur}non putaret̃ à nobis.{Fortuitũ}à casu & fortuna datũ.{Sed diuinum}sed ex diuina quadã institutione. {Mitto igitur}optime ꝑparato & lenito aĩo Cæs. Cic.ei cõmẽdat Trebatiũ.{Inuitatu}inuitatione & petitione.{Comitare} humanitate, facilitate.{Cõplectare} suspicias.{Per me} causa mea.{Adduci}moueri,incitari.{In hũc vnũ}in hũc solũ,quæ ꝓ oĩbus meis amicis faceres,velim pro hoc solo facias. {Spõdeo} promitto,& quasi fideiubeo.{Verbo}sñia.{Lusisti}derisisti me {Iure}scripserat.n. Cic. Milonẽ esse virũ bonũ, & fortẽ: ꝑ ꝗ qđ Cæs.eũ iuuaret. Cæsar aũt rescripsit hãc cõmendationẽ esse vulgarem,quæ simplr̃ amicũ laudaret. Itaq; nunc laudat Trebatiũ cõparatiue : & ostendit eo neminẽ esse vel meliorẽ,vel prudentiorem.{Accedit}addit̃ ad illas virtutes eius.{Ducit familiã}.i. ducit genus.neq; placet,vt dicatur,ducit.i.nutrit, q a habere familiã pauperem q̃ ipse nutriret,quia est inepta sñia. neq; significatio verbi id patitur.{Singulari m.}fuerant.n.multi ex familia iurisc.{Huic ego}hac modestia petitionis,qua se nihil certũ petere dicit,plus obligat Cæs.ad præstandum, q̃ si diceret quid ab eo vellet.{Neq; impedio}significat Cic.se cõtentum esse,vt Trebatius ornetur à Cæs.Tribunatu vel præfectura: licet dixerit se nihil certi petere.{Insignibus}ornamentis. De manu in manum}prouerbialiter dictũ.{Istam}tuam.{Victoria}q̃ cõsecutus es in isto bello Gallico.{Et fide}qua plurimũ polles.{Sumus.n.}q a tãtopere extulit Cæsarẽ subdidit.{Sumus putidiusculi}hic locus,vt plurimum ita legunt,& exponitur, Putidiusculi.i.fastidiosi,& auribustristiores,insuaues,austeri,rãcidi,sicut scribit Non.Mar.verũ hic sensus nõ vr̃ cõuenire : melius ergo legitur pudẽtiusculi,vt fit à pudẽdus pudentiusculus.i.verecundiusculus : puto aũt factum errorẽ in transmutatione literarũ. {Quàm licet ꝑ te}.i.q̃ postulet facilitas & humanitas tua.{Verum licebit}significat.n.se aduertere, quò spectaret Cæsar.

ASCEN.

VIDE, &c.} Cæsar,vt Ciceroni gratificaretur,ante bellum ciuile scripserat sibi M.Myrtiũ,aut potius M.Rufum,à Cic.missum,gratũ esse : monuerat́q; si aliũ amicum haberet, quẽ ad se mitteret,se eũdẽ ornaturũ,qua beneuolẽtia erectus Cic.cõmendat eidẽ C. Trebatiũ iurisc.vtiturq; exquisito cõmẽdationis gñe,ꝑ pea qđ doctus ad doctũ,& de homine docto scribit. Ordo est. Vide.i.cõsidera,agnosce o Cæs.q̃.i.quantũ,persuaserim mihi te esse alterũ me.i.vt verum amicũ vnũ velle & nolle mecũ, nõ modo.i.nõ solũ in ijs rebus, quæ pertinẽt ad me ipsum,sed ẽt in ijs,quæ pertinẽt ad meos.s. amicos,& necessarios. Cogitarã ducere mecũ quocũq; irẽ,tanq̃ fidelissimũ & iucũdissimũ hoiem. vnde, vt dixi, callide est cõmẽdaturus C. Trebatiũ. vt reducerẽ eum domũ.s.suã.ornatissimũ oĩbus studijs & beneficijs meis. Sed postea q̃ &.i.simul, cõmoratio.i.tardatio Põpeij,qui tũc adhuc amicus cõis erat,erat diuturnior,q̃ putarã.s.futurã:& quædã dubitatio forte de volũtate Pompeij,nõ ignota tibi.i.q̃ bene nosti, videbatur aut impedire profectionẽ meã,ant certe.i.saltẽ,tardare.i.differre : vide quid i. quantũ sumpserim.i.arrogauerim mihi.cępi velle Trebatiũ expectare ea.s.beneficia & ornamenta à te,q̃ expectasset à me,si.s. mecũ profectus fuisset. Neq; mehercule promisi ei minus prolixe.i.ampliter de volũtate tua.s.erga eum,q̃ erã solitus polliceri

de mea

de mea.f.volũtate. Vr,cũ res sit eadẽ,pro eodẽ accipere,promittere & polliceri. Nisi forte rogatus à Trebatio promiserit, quæ spõte de se pollicitus fuerat. Casus vero qdã mirificus interuenit.f.inter supra dictas cogitationes, quasi vel testis opinionis meæ. qua opinabar te eẽ alterũ me,& facturũ p me Trebatio, quãtũ facturus fuissem,vel spõsor.i.quodãmodo obses humanitatis tuæ. Nã cũ loquerer accuratius.i.diligentius cũ Balbo nostro.f.cõi amico,de hoc ipso Trebatio.f.de quo nũc mentio est, literę dãtur mihi domi.i.cũ essem domi à te.f.missæ,q bus.f.literis scriptũ erat in extremis.f.partibus,M.Rufum, &c.verba sũt Cæs.vsq; ad eũ locũ,Sustulimus manus,&c. Ordo est.Ego faciam,inqt Cæsar,M.Rufum,quẽ cõmendas mihi,vel regẽ Galliæ,q Gallos regat nõie imperatoris Rom.vt reges eos suo nomine regere solebãt,vel legatũ Lepræ,quẽ in Galliã imperatorẽ mittere cõstituerat.Si tu vis,mitte aliũ ad me, quẽ ornẽ.f.honoribus & magistratibus. Nos,hoc est,& ego & Balbus, qui tũc aderat,sustulimus.i.sursum,hoc est ad cęlos,extulimus manus, vt faciũt q deo gratias agũt;tãta oportunitas fuit.i.munificẽtię oblatæ,vt illud nescio quid.i incertũ oblatũ tuũ, q a de quocũq; vellem,videretur nõ fortuitũ.i.à fortuna cecidisse, sed diuinũ.i. diuina prouidẽtia datũ. Nã Dei propriũ est prouidere, vnde interdũ prouidẽtia pro deo ponit,& deus græce θεὸς theos à theoro qd est inspicio,quia oia videt,dr. Igitur q a ita polliceris,mitto ad te Trebatiũ,atq; mitto ita,vt duxerim i.iudicauerim initio mittendũ spõte mea.i.propria,vt dñt, instinctu.autem.i.sed post.i.postq̃ legi literas tuas,tuo inuitatu.i.q a ad hoc me inuitasti. O mi Cæsar,ego velim,sup.vt cõplectare hũc omni comitate.i.benigna affabilitate tua,hũc.i. Trebatiũ sic,vt conferas in hunc vnũ oia,quæ vt velis cõferre in meos,possis adduci.i.persuaderi per me. De quo hoie.f.Trebatio ego spõdeo hæc nõ illo vetere.i.cõsueto verbo meo,qđ cũ scripsissem ad te de Milone, tu lusisti.i.ludẽdo restiti iure.i.merito, sed more Romano,qũo homines nõ inepti loquũtur,videlicet neminẽ esse hoiem probiorem,virũ meliorẽ,prudentiorẽ.f.q̃ Trebatiũ. Accedit.i.additetiã ad eius cõmendationẽ singularis memoria in iure ciuili, & summa sciẽtia,quod.i.quæ res,inducit familiaritatẽ, q a ex tali hoie qua si ex prõptuario quodã possis quælibet haurire. Ego neq; peto huic tribunatũ,neq; præfecturã,neq; certũ nomen.i. insigne vllius officij: peto beneuolentiã & liberalitatem tuam. Neq; impedio.i.obsisto,quo minus.i.vt non ornes eũ ẽt hisce.i. huiuscemodi insignibus gloriæ,vt sunt tribunatus & præfectura,si placuerit tibi ita. Deniq;.i.vt vno verbo cõcludã,ego trado tibi totũ hominẽ de manu.aut (vt aiũt) in manũ tuã istã præstantẽ.i.quæ manus tua præstat & victoria & fide. Sumus n.pudentiusculi.i.aliquãto plus pudẽtes,& verecundi,q̃ vix licet per te: verũ licebit,vt video.i.cõsidero. Locus vr mihi obscurus. Nã propter illud, verũ licebit,putẽ legẽdũ impudẽtiusculi.i.aliquãto plus impudẽtes,q̃ vix licet per te: verũ licebit aliqñ.prioris tñ clausulæ bonus est sensus legẽdo pudẽtiusculi,vt sit,quia omnia obtulisti,vt licet nobis esse pudentibus, sed quomodo licebit,nisi ad aliud referas. Cura vt valeas,& me ama vt amas.

PAVL. MAN.

M.Furium} varie legitur in libris scriptis,M.Infiniũ, Mirfium,Idsium,M.Lisium,vt difficilis ad deligẽdam,aut inueniendam veritatẽ coniectura sit.alij, M.Orfium,impresserunt,arbitrati eũ esse, de quo in ep.11.lib.2.ad Q.F.qđ mihi secus vr. ex hac.n.epistola,qua Trebatiũ cõmendat,eũ ante Trebatiũ iuisse ad Cæsarẽ, manifestum est.cũ aũt ad Q.F.scribit, dicit se eas literas M.Orfio dedisse,cũ iam Trebatius in exercitu Cæsaris esset: quod in ijsdẽ literis postea significat,cũ inquit,Trebatiũ vt valde ames,vehementer te rogo.{Hũc Lepta delegam} ita video scriptũ esse in quatuor antiquis libris.locus perspicue mẽdosus· nec mihi ipse assentior in vetere cõiectura: infirmo.n.nititur argumẽto.nec mirũ est,nõ probari aliquid iam senescẽti, quod scripserim adolescẽs {Quod familiã ducit} qđ caput est,quod in eo summum est · vt referatur nõ ad Trebatiũ,sed ad id,qđ dicit,in iure ciuili singularis memoria,summa sciẽtia.cũ.n.Trebatiũ à multis reb. laudasset,memoriã & scientiã in iure ciuili ceterarũ laudũ, quibus Trebatius abũdaret,quibus familiã dixit ducere:trãslatione sumpta à rectoribus familiarũ,quos domestici oẽs,veluti duces, sequũtur.{Putidiusculi} paullo,q̃ satis est, diligẽtiores.excusat enim se,ꝙ in Trebatio commendando plura verba consumpserit,q̃ Cæsaris humanitas patiatur. putidum aũt appellat Cicero,in quo nimia diligẽtia reprehendi possit,vt de oratore lib.3. Nolo exprimi putidius,nolo obscurari diligentius.& de off.lib. 1.literæ neq; expressæ,neq; oppressæ; ne aut obscurũ esset, aut nimis putidum.legitur autem in non nullis vetustis libris,blandiusculi; sed in antiquioribus,quos secuti sumus, putidiusculi. {Didicisse} hoc dicit, q a Trebatius Cornelij auditor fuerat in iure ciuili.Digest.lib.1.Titulo 21.

MVLTAE ac variæ lectionis hominem, qui memoria nostra ex vtrisq; linguæ scriptoribus tantã vim collegit prouerbiorũ,fugere quædã,& quidẽ illustri in primis loco sita: quod quidẽ mihi non nunq̃ per videri mirũ solet. Nã,si omissa essent,quæ vel è raris inuẽtu,vel obscuris & ignobilibus libris petẽda erant,minus mirũ foret.at vero prætereita esse,q̃ & in prõptu posita sunt,& apud pstantissimos auctores legunt,id vero iustã,vt opinor,admirationẽ habet. Ex hoc numero est, qđ apud Ciceronẽ legit, familiã ducere eo.n. prouerbio hõ eloquẽtissimus vtitur, cũ præcipuũ aliqd signat, quodq; principẽ in re quapiã obtineat locũ. Ter aũt id me legere memini. Primũ in epistola,qua C.Trebatiũ Testã cõmẽdat Cæsari.nã,cũ eũ multis laudibus affecisset, ad postremũ addit: Accedit ẽt,qđ familiã ducit,in iure ciuili singularis memoria, summa sciẽtia,q bus verbis significauit, hãc primã præcipuam Trebatij esse laudẽ:ceteras ei cũ multis fortasse cões: hoc esse ipsis pene propriũ bonũ. Deinde lib.4.de finibus:vbi Catonẽ alloquẽs,Sed primũ illud,inqt,vide: gratissimã illã vestram sñiam, quæ familiã ducit,honestũ quod sit,id esse solũ bonũ, honesteq; viuere,bonorũ finẽ:cõem fore vobis cũ oibus, q in vna virtute constituũt finẽ bonorũ. Et quinta oratione in Antoniũ:Lucius quidẽ frater eius,vtpote qui peregre depugnauit, familiã ducit. M. Antonius Muretus in lib.4. var. lect. cap.17.

CICERO S. D. C. TREBATIO. 6

IN omnibus meis epistolis,quas ad Cęsarem,aut ad Balbũ mitto, legitima quadam est accessio commẽdationis tuæ, nec ea uulgaris sed cũ aliquo insigni indicio meæ erga te beneuolentiæ. tu modo ineptias istas,et desideria urbis, et urbanitatis depone,& quo cõsilio profectus es,id assiduitate,et uirtute cõsequere. hoc tibi tã ignoscemus nos amici,quã ignouerũt Medeæ,quæ Corinthũ arcẽ altam* habebant,matronæ opulentæ optimates:quibus illa manibus gypsatissimis persuasit,ne sibi illæ uitio uerterent, quòd abesset à patria.*

* vsitata, vt ea,quę leguntur ep.18. h.l. dixit, more Rom.

* pro habitabant, vt ad Att.ep.14. lib.5

Nam multi suam rem bene gessere,& publicã patria procul:
Multi,qui domi ętatem agerent, propterea sunt improbati

quo in numero tu certe fuisses, nisi te extrusissemus. Sed plura scribemus alias. Tu,qui ceteris cauere didicisti, in Britãnia ne ab essedarijs decipiaris,caueto.et,quãdo Medeã agere cœpi,illud semper memẽto: QVI ipse sibi sapiẽs prodesse nequit,nequidquã sapit. Cura,ut ualeas.*

* cũ sit iurisperitus, iurisperitorũ enim est alijs cauere.

IN omnibus} Pęnituerat Trebatium profectum fuisse in Galliã,scripserat se cupere reuerti R.quod cũ Ciceroni displiceret,à quo fuerat missus,hortatur eũ,vt deponat hmõi cupiditates,& ineptias redeundi R.& quo aio profectus est, eo velit perseuerare; laudabiliusq; esse ostendit rẽ bene foris agere,q̃ male domi.{Ad Bal.} qui plurimũ põt apud Cæs.{Legitima} iusta {Accessio} adiunctio.nã præter ea,quæ de alijs rebus ad eos scribo,addo etiã cõmendationes de te.{Indicio} declaratione.{Ineptias} stultitias.{Vrbanitatis} ciuilitatis cõmorandi in ciuitate.{Cõsequere} perfice.{Id} consiliũ.{Profectus es} discessisti R.in Galliam,hoc,vt quo cõsilio discessisti,id perficias. {Ignoscemus} cõcedemus.{Medeæ} adducit fabulã. Medea.n. cũ à patre fugisset,interempto fratre,secuta Iasonem, & ab eo deinde ẽt expulsa,Corinthũ peruenit: vbi,admirãtibus mulieribus Corinthis,ꝙ mulier regia domo abesset,& per alienas vrbes vagaret: illa eis persuasit sese recte facere,ꝙ patria abesset. {Medeæ} filiæ Oetę,regis Colchorũ.{Matronæ} mulieres.{Habebant} habitabãt. {Corinthum} vrbẽ Achaię,in Isthmo sitã, vt alio loco diximus.{Altam arcem} q̃ & Acrocorinthon appellauerũt.est aũt Corinthus locupletissima Isthmo imminẽs: &,vt scribit Strabo,eius ascẽsus ad stadia 30.in acutũ terminat cacumẽ. Acrocorinthon aũt eam nominãt: cuius quidẽ pars in Aquilonẽ versa maxime in arduum recta consurgit.{Opulentæ} diuites.{Manibus gyp.} notãda est distinctio: non.n.dicendũ est,persuasit manibus gypsatissimis,sed illa manibus.i.habẽs manus gypsatissimas.i.candidissimas.gypsus.n.genus est cretæ. inde Tibullus,Nota loquor, regnũ ipse tenet, quẽ sępe coegit KVB SR.

Barbara gypsatos ferre catasta pedes. Alij malunt intelligi gypsatissimis, rapacissimis: nã γὺψ vulturem significat: sed magis probo priorem sensum. § Ne verterẽt vitio § ne culparent, ne vitio darent. § Nam multi § sententia est ad confirmationẽ allata. § Propterea § pp id, ea causa. § Improbati § vituperati § In quo numero § eorũ, qui domi ętatẽ agentes improbantur. § Extrusissemus § eiecissemus, & quasi inuitũ emisissemus extra domũ. § Cauere § verbũ est legale. i. dare cautiones in iure § In Britannia § tunc. n. Cæs. erat in ea prouincia § Essedarijs § carrucarijs. i. ab ijs, qui esseda vehunt, aut ducunt. est. n. essedũ genus vehiculi gallici. Hor. Esseda ducuntur pilenta petorita naues. Inde essedarij dñr, sicut & carrucarij qui carrucas ducunt. § Cœpi agere Medeam § .i. cœpi facere mentionẽ de Medea. § Qui ipse § inia & exornatio. sensus aũt est, qui sapiens sibi non prodest, frustra sapiens est, vt ostendat Cic. sapientis esse primum sibi prodesse præcipue, deinde alijs. hoc autem prouerbium sic græce dicitur, μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.

IN omnibus § Pœnituerat Trebatium profectionis in Galliam quod Cic. dãnat, docẽs honestius esse rẽ bene curare foris, q̃ domi male. Ordo est. Accessio. i. augmentatio q̃dam legitima. i. iusta, cõmẽdationis tuæ, est in oĩbus epistolis meis, quas mitto ad Cæsa. aus ad Balbũ. nec ea. s. accessio est vulgaris, sed cũ aliquo insigni. i. singulari indicio. i. significatione beneuolẽtiæ meæ erga te. Tn modo. i. solũmodo depone istas. s. tuas ineptias & desideria vrbis. s. Romæ & vrbanitatis. i. vrbanæ ciuilitatis Rom. & cõsequerere assiduitate, & virtute id quo id est, q profectus cõsilio. s. tuo. Nos amici. s. tui, ignoscemus tibi, hoc. s. q rem bene geras foris, tam. i. tm, quàm. i. quantũ matronæ opulẽtæ. i. diuites optimates. i. iteroptimas habitæ. Quæ habebãt. i. habitabãt, Cotinthũ, vrbẽ Achaiæ in Isthmo altam. Vnde Acrocorinthus ea pars dr. ignouerũt Medeę. s. q extra patriam ageret: prodito. n. thesauro paterno seu aureo vellere, & interfecto fratre, Iasonẽ secuta est, q Creusam Corinthi regis super duxit filiã. qbus. s. matronis illa. s. Medea, manibus gypsatissimis. i. maxime indicantibus eã esse quasi seruã venalẽ eo q tali amatori inseruiret: nã serui dũ venũdabãtur, habebãt pedes gypsatos. vnde Tibullus, Nota loquor: regnũ ipse tenet, quẽ sæpe coegit Barbara gypsatos ferre catasta pedes. ingenui aũt ligulam nigræ alutæ intexebãt: ancillæ vero vsir, ne inhouestũ sit pedes ostentare, manus habuisse gypsatas. aut gypsatas intelligemus ex opere assiduo. persuasit. i. ad hoc induxit, ne illæ. s. matronæ verterẽt sibi vitio, q abesset à patria. docuit. n. q. mores hominũ multorũ viderint & vrbes, meliores euadere. Nã multi bene gessere rẽ suã. i. propriã, pcul à patria: multi, q agerẽt ætatẽ domi, sunt improbitati p pea. In quo numero. s. improbatorũ, tu certe fuisses, ni extrusissemus te. i. vi quadã exire coegissẽm*. Sed nos scribemus alias plura. Tu qui didicisti cauere ceteris. eo q sit iurisperitus i Britãnia, vbi tũc Cęs. agebat, nũc dr Anglia. caueto ne decipiaris ab essedarus. i. carrucarijs, hoc ẽ q esseda. i. vehicula agũt, q bus hoies in Anglia vehũtur de oppido in oppidũ, qd genus hoium vbiq; cauillosum esse solet, ne dũ in Anglia. Et qñ. i. qm, cœpi agere Medeã. i. citare quæ in fabula Medeę hñr, memẽto semper illud, Qui sapiẽs nequit ipse prodesse sibi, sapit nequidquam. i. nullo modo sapiens. Cura vt valeas.

M. Antonius Muretus lib. 8. var. lect. cap. 17. ANGELVS Politianus cap. xxvij. miscellaneorũ illustrare conatus est hunc Ciceronis locũ ex epistola ad Trebatiũ: Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, q̃ ignouerunt Medeæ, quæ Corinthũ arcem altam habebat, matronæ opulentæ optimates, quibus illa manibus gypsatissimis persuasit, ne sibi vitio illæ verterent, q abesset à patria.

Nam multi suam rẽ bene gessere, & publicam patria procul:
Multi, quod domi ętatem agerẽt, propterea sunt improbati.

quod. n. nemiuẽ ante se ne suspicatũ quidẽ esse gloriat, ait, hos duos esse versus ex Ennij Medea ex his Euripideis expressos.

Κορίνθιαι γυναῖκες, ἐξῆλθον δόμων,
μή μοί τι μέμψησθ᾽. οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν
σεμνοὺς γεγῶτας, τοὺς μὲν ὀμμάτων ἄπο,
τοὺς δ᾽ ἐν θυραίοις. οἱ δ᾽ ἀφ᾽ ἡσύχου ποδὸς
δύσκλειαν ἐκτήσαντο καὶ ῥᾳθυμίαν.

Petrus quoq; Victorius lib. xx. variarum lectionum idẽ sentire se, quod tradiderat Politianus, ostendit, neq; vnquam quenquã audiui, qui ea de re vllo modo dubitandũ putaret. Ego aũt, q̃q̃ apud me plurimũ & Politiani & Victorij valet auctoritas, miri fice tñ ab vtroq; dissentio. quocirca hoc loco, quid de illia versibus sentiam, aperire cõstitui: vt ab eruditis hominibus, merito an immerito id faciã, iudicetur. In primis igiť latinos versus ma le ab eis distinctos, ad hunc aũt modum distinguendos censeo.

.... nam multi suam
Rem bene gessere, & publicam, patria procul.
Multi, domi qui ętatem egerunt, propterea
Sunt improbati.

nam q, egerunt, lego. vbi, vulgo legitur, agerẽt: veteres in eo libros auctores habeo. & ipse quoq; Victorius ita legit. at hoc q̃dem leue est. illud grauius, q plane iudico necesse esse, vt aut ne sint ij versus Euripidis à latino poeta conuersi: ant eos siue Ennius, siue quis alius fuit, qui ita interpretatus est, nõ intellexerit, & in sententiam alienissimam detorserit. Nam apud Euripidem quidem cũ Medea prę dolore iam nõ cõpos animi, domi clausam se contineret, excruciaretq; se, & eos, quasi à furijs agitata, clamores ederet, qui etiam foris exaudirẽtur: Corinthiæ mulieres, è quibus cõstat chorus, orant nutricẽ, vt ad eam adeat, ipsamq; educat ex ędibus sperabant. n. se aspectu & alloqnio suo illum doloris ardorem aliqua ex parte mitigaturas. Paulo post igitur domo egrediens Medea ita eas affatur.

Κορίνθιαι γυναῖκες, ἐξῆλθον δόμων
μή μοί τι μέμψησθε.

Id est, Corinthię mulieres, egressa sũm ex ędibus, ne quid mihi succẽseatis. quasi diceret. Non equidẽ libenter hoc tẽpore in aspectũ hominũ prodeo. oẽs. n. quos grauior aliquis vrget dolor tenebras & solitudinẽ quęrunt: lucẽ & frequentiã oderunt. ve runtamẽ cũ vestro noie rogata essem, vt huc prodirẽ, prodij: ne, si prodire nollẽ, vos id forte superbia quadã ac contemptu vestri à me fieri crederetis. At illo altero modo, ita accipienda erunt hęc verba. ἐξῆλθον δόμων. i. patriã meã reliqui. μή μοί μέμψησθε, id est, nolite id mihi vitio vertere. quod mihi quidẽ alienũ καὶ ἀπροσδιόνυσον vr. Sequitur. οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν σεμνοὺς γεγῶτας, τοὺς μὲν ὀμμάτων ἄπο, τοὺς δ᾽ ἐν θυραίοις. quæ ita interpretor. noui. n. multos mortaliũ, qui arrogantes habiti sunt, q se vidẽdos exhibere nollent. alios cõtra, q in atrijs sedẽtes, viderẽtur de se quasi spectaculũ quoddã præbere, in eandẽ opinionem venisse. Nam q ille Ciceronianus poeta σεμνούς accipit eos, qui rem suã & publicam bene gesserunt: ego eo nomine superbos & arrogantes accipio. & ita accepit Eurip. in illo versu ex Hippolyto: Μισεῖ τὸ σεμνόν, καὶ τὸ μὴ πᾶσιν φίλον. & in illo ex eadem fabula: Οἴμοι, τὸ σεμνὸν ὥς μ᾽ ἀποκτενεῖ τὸ σόν. & in illis pulcherrimis versibus ex Alcestide:

Ουτως δ᾽ ἐπεὶ θνητοί, θνητὰ καὶ φρονεῖν χρεών.
ὡς τοῖς γε σεμνοῖς, καὶ συνωφρυωμένοις
ἅπασίν ἐστιν, ὥστ᾽ ἐμοὶ χρῆσθαι κριτῇ,
ὁ βίος ἀληθῶς οὐ βίος, ἀλλὰ συμφορά.

Sequitur. οἱ δ᾽ ἀφ᾽ ἡσύχου ποδὸς δύσκλειαν ἐκτήσαντο καὶ ῥᾳθυμίαν. i. alij cõtra, q se quieti tradidissent, inglorij habiti sunt, & ignaui. Hoc n. significare vult, solere hoïes oia, q̃ ab alijs fiũt, ad deteriorẽ partem accipere, & vndiq; captare maledicendi occasionẽ. Illa aũt quo interpretatus sit latinus ille, si modo interpretari voluit, nihil attinet dicere. res ipsa loquiť. ex his, cęcutiã ipse, an merito alios παρωραμέναι arbitrer, existimari potest.

CICERO S. D. TREBATIO. 7

EGO te commendare non desisto: sed, quid proficiã, ex te scire cupio. spem maximam habeo in * Balbo: ad quẽ de te diligentissime, & sæpissime scribo. Illud solẽo mirari, nõ me toties accipere tuas literas, quoties à Q. F. mihi afferũtur. In Britãnia nihil esse audio neq; * auri, neq; argẽti. id si ita est; essedum aliquod suadeo rapias, & ad nos quãprimũ recurras. sin autẽ sine Britannia tamen assequi id, quod volumus, possumus: perfice, ut sis in familiaribus Cæsaris. multum te in eo frater adiuuabit meus, multum Balbus sed, mihi crede, tuus pudor, et labor plurimũ. * imperatorem liberalissimum habes, ætatem oportunissimam, commendationẽ certe singularem: ut tibi unum timendum sit, ne ipse tibi defuisse uideare. Vale.

qui apud Cæs. gratia plurimũ poterat.

ad Att. lib. 4. epist. 16.

ep. 17. l. i.

HVBER.

EGo te § Exponit Cic. diligẽtiam suam in cõmendando Trebatio. Deinde cũ eo iocatur, petijtq; ab eo, vt studeat quamplurimũ Cæs. cõmendatus esse: quod facile posse facere probat. § Quid proficiam § s. commendationibus meis. i. quid valeant meæ cõmendationes. § A Q. F. § is. n. erat legatus Cæs. & in Britannia, sicut Trebatius, dicit igitur, q miratur, q Trebatius non scribat ad se toties, quoties Q. F. suis.

§ In

{In Britannia} iocatur Cic. quia sciebat Trebatium auidiusculum pecuniæ {Si id ita est} q non sit aurum aut argẽtum. {Rapias essedum} vehiculũ. {Recurras} reuertaris. {Id quod volumus} vt diteris. {In eo} sis in familiaribus Cæs. {Frater meus} qui est legatus Cæs. & apud eum plurimũ potest. {Pudor & labor plurimu m} .i. multo magis proderit tibi, si & honeste vixeris, & laboraueris multũ. {Pudor} honestas. {Imperatorẽ} ostẽdit Cic. omnia ita esse Trebatio oportuna, vt debeat timere, ne ipse solus sibi defuisse videatur. {Imperatorẽ} Cæs. per quẽ poterit oia maxima cõsequi. {Aetatem} iuuenilem & aptã laboribus. {Cõmendationem meam} q̃ de re apud eũ feci, & quotidie facio. {Singularem} egregiam & non vulgarẽ. {Vnum} vna sola. {Ipse} tu met, quia reliqua omnia habes oportunissima, ita q si non consecutus fueris Cæs. gratiam & fortunam bonã, videbitur fuisse culpa tua.

ASCEN. EGo te commendare} Declarat diligentiã suam cõmẽdando Trebatio, iocaturq; cũ eo, vt legendo patere poterit. Ordo est. Ego nõ desisto cõmendare te.s. Cæsari, sed cupio scire ex te, quid proficiã .i. quantũ cõmendatus sis Cæsari, ego scribo sæpissime. spem maximã habeo.s. de te cõceptam. Soleo mirari illud videlicet, me nõ accipere toties literas tuas, quoties afferuntur mihi, sup. literæ non tuæ, sed illius, à Q. F. Ego audio nihil esse in Britannia neq; auri, neq; argenti, q.d. per iocũ te illic nihil lucrari. id si est ita .i. si nihil est auri ac argẽti, suadeo, sup. vt capias aliquod essedum .i. pilentũ aut vehiculũ, & recurras ad nos quamprimum .i. valde cito. Sin aũt .i. sed si tñ .i. nihilominus, nos possumus assequi qđ volumus .i. te per Cæs. ad gloriã, & honorẽ promoueri, perfice, vt sis in familiaribus .i. in numero familiariũ Cæsaris. Enim .i. qa, frater meus .s. Quintus, adiuuabit te multũ in eo .s. vt sis in familiaribus Cæs. Balbus adiuuabit te multum, sed crede mihi, pudor .i. verecundi mores, & labor tuus, sup. iuuabũt te plurimum in eo. Tu habes imperatorem .s. Cæsarẽ, liberalissimũ, ætatem .s. tuam iuuenilẽ oportunissimã .s. ad laborẽ, habes certe .i. haud dubitanter, commendationẽ singularem .s. à me, vt vnũ sit timẽdũ tibi videlicet ne ipse .i. tute videare pro videaris, defuisse tibi .i. vtilitati tuæ.

CICERO S. D. TREBATIO. 8

*SCRIPSIT ad me Cesar perhumaniter, nondum te sibi satis esse familiarẽ propter occupationes suas, sed certe fore. cui quidem ego rescripsi, quàm mihi gratum esset futurum, si quamplurimũ in te studij, officij, liberalitatis suæ cõtulisset. sed ex tuis literis cognoui præproperam quandam festinationem tuam; & simul sum admiratus, cur tribunatus commoda, dempto præsertim labore militiæ, contempseris. quærar cum Vacerra, & Manilio. nam * Cornelio nihil audeo dicere: cuius tu periculo stultus es; quando te ab eo sapere didicisse profiteris. quin tu urges istam occasionem, & facultatem, qua melior nunquam reperietur? Quod scribis de illo Prætiano iureconsulto; ego te ei nõ desino commendare. scribis etiam ipse mihi, te sibi gratias agere debere. de eo quid sit, cura ut sciam. Ego nestras Britannicas literas expecto. Vale.*

Trebatij magister in iure ciuili. Digest. lib. I. tit. 2.

RVBER. SCripsit} Accusat Cicero latenter Trebatium, q nõdum insinuauerit se Cæs. cui dicit se commendasse. deinde eundẽ reprehendit q tribunatũ à Cæs. sibi oblatũ spreuisset, præsertim cũ posset habere ipsius tribunatus cõmoda sine labore. in quo iocatus ostẽdit cũ stulte fecisse. {Sed certe fore} .s. te ei familiarẽ scripsit. {Studij} amoris, & fauoris. {Officij} beneficij. {Præproperam} nimis properã & subitã. {Festinationem} quia nõ potes expectare tẽpus. {Tribunatus cõmoda} vtilitates, & stipendia, quæ dãtur tribuno. Potuerat .n. trebatius fieri tribunus militũ, habereq; cõmoda ipsius magistratus sine labore, sed spreuit. {Vacerra, & Manilio} erant .n. amici, vt propinqui ipsius Trebatij. {Quærar} de stultitia tua qui spreueris magistratũ sine onere. {Cuius} Cornelij. {Periculo} experientia, consilio. {Stultus es} quia tibi consuluit vt eũ magistratum sperneres. {Qñ} qm̃. {Sapere didicisse} .i. didicisse sapiẽtiam, cũ nullam habeas. {Quin} hortatur eum Cic. vt omnino accipiat hũc magistratũ, neq; omittat hãc oportunitatem, quia fortasse nõ poterit cũ consequi alias ita facile, cũ voluerit. {Quin} cur non. {Vrges} arripis, sequeris. {Occasionem} oportunitatẽ habendi nunc tribunatus. {Prętiano} aut nomen proprium, aut deriuatum à loco. {Britannicas} de rebus Britannicis.

SCripsit ad me, &c.} Argm̃ paret. Ordo est. Cæsar scripsit ad me perhumaniter, se nõdũ esse satis familiarem sibi pp occupationes suas, sed fore .i. futurũ certe .i. infallibiliter. Cui quidẽ ego rescripsi q̃ .i. quantum gratum esset futurum mihi, si contulisset in te .i. si benefice tribuisset quamplurimum .i. valde multum studij, officij sup. & liberalitatis suæ. Sed ego cognoui ex literis tuis quandã festinationem tuã præproperam .i. nimis properantem & admiratus sum simul, cur contẽpseris cõmoda tribunatus præsertim labore militiæ dẽpto. Hoc per iocũ dicit. q vero Trebatius tribunatũ affectauerat prius, q̃ meruerit, alijs serio dictũ placet. Quærar cũ Vacerra & Manilio .s. cõmunibus amicis, quibus te cõmendaui .s. q te permittũt ita desipere. Nã nihil audeo dicere Cornelio, cuius cũ periculo tu stultus es, qñ .i. quandoquidem, tu profiteris te didicisse sapere ab eo, & ita si tu erras, etiam ille errat. vnde cũ periculo eius stultus es, siue eo consultore tribunatus oblatum spreueris, siue immeritũ affectaueris. Quin .i. cur nõ, cur tu nõ vrges .i. instãter persequeris istã occasionem & facultatẽ .s. obtinẽdi tribunatus, qua nunquã reperietur melior. Quod scribis de illo Prętiano. aut propriũ est nomen aut à loco, aut à pretio deductũ, notum Trebatio, qui petit se ei cõmendari iureconsulto. ego nõ desino commendare ei te. Ipse etiam scribit mihi te debere agere gratias sibi, eo quod de te bene meritus sit. Cura vt sciã de eo quid sit. Ego expecto literas vestras Britannicas .i. è Britannia, & de rebus Britannicis, à te, & à fratre scriptas. ASCEN.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hæc epistola rñdit superiori, cuius initiũ, In oĩbus meis epistolis, &c.

CICERO S. D. TREBATIO. 9

*IAMDIV ignoro, quid agas. nihil enim scribis: neq; ego ad te his duobus mensibus scripseram. quia cum Q. fratre meo non eras, quò mitterem, aut cui darem, nesciebam. cupio scire, quid agas, & ubi sis, ° hiematurus. equidem uelim, cum Cæsare: sed ad eũ propter eius occupationes nihil sum ausus scribere. ad Balbum tamẽ scripsi. tu tibi deesse noli. serius potius ad nos, dum plenior. quod huc properes, nihil est, præsertim Vacerra mortuo. sed tibi consilium non deest: quid constitueris, cupio scire. Cn. Octauius, an Cn. Cornelius quidem, tuus familiaris, summo genere natus, * terrę filius, is me, quia scit tuum familiarem esse, crebro ad cœnam inuitat. adhuc non potuit perducere. sed mihi tamen gratum est. Vale.*

non.n.toto loco vnatur sus exercitus hiemabat.

locatur in Octauij ignobilitatem. epist. 56. h. l.

IAmdiu} Hortatur etiam Cic. Trebatiũ, ne festinet Romam redire. primũ tñ dicit se exoptare eius literas. {Non eras} cũ Q. F. meo, ad quem cum sæpe scriberẽ, misissem ẽt aliquas ad te literas. {Quò} ad quẽ locum, quia nesciebam vbi esses. {Hiematurus} futuru. in hibernis, moraturus in hieme. {Cũ Cæs.} .s. te hiemare. {Noli deesse tibi} noli esse negligens & amittere oportunitates quas habes amplificandæ fortunæ tuę. {Serius} tardius. {Ad nos} subaudi, reuertere. {Dum} dummodo. {Plenior} ditior & magis pecuniosus. {Quod} propter quod. {Vacerra} in eo fortasse plurimum confidebat, & sperabat Trebatius. {Quid constitueris} venire, an remanere in prouincia cum Cæsa. {Cn. Octauius} ita debet esse solum: nam superfluo additum est. {An Cn. Cornelius, terræ filius} alij legunt Lęre, vt sit nomen proprium: puto tamen ironice & iocose dictum esse summo genere natum, quia esset ignobilis: deinde additum terræ filius, vt ostendatur nouus & ignobilis esse. nam terræ filij dicuntur, quorum ferè parentes ignorantur, & qui nullis maioribus claris nati sunt. alij volunt terræ filios dici, quorum origo maiorum ignoratur propter longam seriem prosapiæ. Pers. Satyra 6. Pręsto est mihi Manius hęres Progenies terræ. Et paulo post, Adde etiam vnum, Vnum etiam terræ est filius. * RVBER.

& Iuuen. Sat. 4.

ASCEN. IANNIV ignoro quid agas. nihil.n.scribis: neq; ego scripserã ad te his duobus mẽsibus, quia nõ eras cũ Q.F.meo: oesciebã quò.i ad quẽ locũ mitterẽ, aut cui darẽ. cupio scire quid agas, & vbi sis hiematurus.i.hiberna tpa trãsacturus. Equidẽ.i.ego qdẽ, velim sup.vt sis hiematurus cũ Cæs.sed nihil ausus sum scribere ad eum pp occupationes eius: scripsit tñ ad Balbum. Noli tu deesse tibi.i.vtilitati tuæ. Redi sup.ad nos potius serius.i.tardios, q̃ sup.citius, dũ.i.dũmodo, sup.redeas plenior.s.rebus, & honoribus. Nihil est qđ.i.pp quod, aut quid.i.cur, properes.i.festines, huc.i. Romã, præsertim Vacerra, q tibi prodesse poterat, mortuo Sed cõsiliũ nõ deest tibi. Cupio scire quid constitueris, sup.facere. Cn.Octauius, an Co.Cornelius sup.incertũ est. Quidẽ.i.certe, familiaris tuus, natus sũmo gñe, quia filius terræ.i.hõ minime generosus, qui nescit an se Octauiotũ, an Corneliorũ familiæ mẽtiat, cũ proximiorẽ nesciat citare ppinquitatẽ, q̃ ꝙ sit filius terræ. filij aũt terræ habebant, q originẽ suã nesciuerũt, ignobilissimi, vt gigãtes, q cũ vasto essẽt corpore filij terræ dicebant. ad qđ alludẽs Iuuen.dicit: Vnde fit vt malim frarerculus esse gigantũ.i.ignobilissimus, q̃ ob nobilitatẽ periclitari. Is.s.hõ vanus, quia scit me esse familiarẽ tuum, inuitat me crebro ad cenã, sed sup.nõ potuit adhuc pducere.s. me ad cœnã suã. Sed tñ gratũ est mihi ꝙ eo.s.animo sit. multa aũt ad Treb.sic scrib.Cic.vt nescias ioco ne an serio loquatur.

PAVLI MAN: PROPTER eius occupationes nihil sum ausus scribere} in duobus vetustissimis libris oõ est vox illa, occupationes, sed eius loco spatij aliquantũ est relictũ. ex quo credimus, à recẽtioribus, quorũ inscíẽria, deprauati legũtur veterũ scriptorũ libri, vocẽ, occupationes, esse repositã. nos, q dea dictio, q̃ in exscribendo librarius omisit, significare potuerit, assequi cõiectura nõ possumns. græcã quidẽ deesse crediderim. id enim verisimilius est, q̃ latinã: vt etiã alibi cognoscitur in ipsius Ciceronis scriptis, vbi græcũ desideratur ex librariorũ inscitia, qui cum id legere non possent, omittebant, relicto spatio, vt ab alijs aliqñ reponeretur. in Vbaldini libro apparet spatiũ fuisse. quo in loco reposita est vox, occupationes, noo eiusdẽ librarij manu. Cũ hæc multis iam annis scripsissem, incidi io tres minime recentes libros scriptos, in quibus video esse, occupationes. luctum, aũt, quam vocem alij ex ingenio reposuerunt, in vetustis libris, cum pœne innumerabiles viderim, ooo dum inoeni.

CICERO S. D. TREBATIO. 10

*LEGI tuas literas; ex quibus intellexi, te Cæsari nostra ualde * iureconsultum uideri. Est quod gaudeas, te in ista loca uenisse, ubi aliquid sæpe uiderere. quòd si in Britanniam quoque profectus esses; profecto nemo in illa tanta insula * peritior te fuisset, ueruntamen (rideamus licet: sum enim à te inuitatus) subinuideo tibi, ultro te etiam accersitnm ab eo, ad quẽ cæteri, non propter eius superbiam, sed propter occupationem, aspirare non possunt. sed tu in ista epistola nihil mihi scripsisti de tuis rebus: quæ mehercnle mihi non minori curæ sunt, quàm meæ. ualde metuo, ne frigeas in * hibernis. quamobrem camino luculento utendum censeo. idem & * Mucio, & Manilio placebat, præsertim qui sagis non abundares, quanquam uos nunc istic satis * calere audio. quo quidem nuntio ualde mehercule de te timuerã. sed tu in re militari multo es cautior, quàm in aduocationibus, qui neq; in Oceano * natare uolueris studiosissimus homo natandi, neque spectare essedarios, quem antea ne * andabatam quidem defraudare poteramus. Sed iam satis iocati snmus. Ego de te ad Cæsarem quàm diligẽter scripserim, tute scis, quàm sæpe, ego. sed mehercule iam intermiseram, ne uiderer liberalissimi hominis, meiq́; amantissimi uolũtati erga me diffidere. sed tamen his literis, quas proxime dedi, putaui esse hominẽ commonendum id feci. quid profecerim, facias me uelim certiorem, & simul de toto statu tuo, cõsilijsq́; omnibus. scire enim cupio, quid agas, qnid * expectes. qnàm longum istum tuum discessum à nobis futurum putes. sic enim tibi persuadeas uelim, nnum mihi esse solatiũ, quare facilius possim pati te esse sine nobis, si tibi esse id emolumento sciam sin autem id non est, nihil duobus nobis est stultius; me qui te non Romam attraham; te, qui nõ huc aduoles. una mehercule nostra uel seuera, uel iocosa congressio pluris erit, qnàm non modo hostes, sed etiam fratres nostri * Edui. quare omnibus de rebus fac ut quamprimum sciam.*

Aut consolando, aut consilio, ant re iuuero.

Margin notes: in ambitionem. — in inscitiam — in paupertatem. vide Digest.lib.1.tit 2. epist.9.lib.8. & ad Att. epist.19. lib.7. in cimuditatem. lusus esse genus, cum clausis oculis certatur. Seneca videtur existimare. — an sis in spe alicuius commodi. — fratres populi R.

LEGI tuas} Scriberat Trebatius magnã esse de se apud Cæs.opinionem, seq; existimari ab eo in iure ciuili peritissimũ: in quo Cic.iocatur cũ Trebario, & eũ familiariter irridet de multis rebus. Deinde qa sępius cõmẽdauerat eũ Cæs.dicit se cupere intelligere, qd profeceriot eius commendationes. Postremo dicit se ferre ęquo aío eius absentiã, si est ei emolumẽto & vtilitati: sio minus, suadet, vt Romã reuertatur. {Valde iurecõ.} valde sapientẽ in iure ciuili. {Quod} pp quod. {In ista loca} Galliæ. thc.o. nõdũ iuerat in Britãniam, qđ aũt superius dixit. expecto vestras literas Britãnicas, nõ est mirum, quia nõ sunt epistolæ positæ eo ordine, quo scriptæ. oã ex ijs, quæ sunt in hoc volumine, alias in Galliã, alias in Britãniã missas cõstat. {Insula}.i.Britãnia. est.n.insula. {Peritior}.s.iuris. {Rideamus licet} signãt Cic.se iocaturũ cũ Trebatio. {Sum inuitatus à te} dedisti mihi cãm, vt riderẽ. {Subinuideo} aliquãtulũ inuideo. {Accersitũ} vocatũ, admissũ. {Ab eo} Cæs. Nõ pp superbiam} nã est humanissimus. {Aspirare} accedere. {Ne frigeas} iocat Cic.qa sciebat Trebatiũ esse auarũ. {Camino luculento.i.magno foco & splẽdido igo; .nã caminus dr̃ fornax, vbi ignis fit. alij legũt Camino, vt sit nomẽ propriũ, sed male. {Sagis} vestimẽtis. est.n. sagũ vestis militaris. {Satis calere} vel pp timorẽ belli, vel pp auaritiam. qđ magis placet. {De te} pp te: quia scio te esse auidũ & rapacẽ, & isti populi capitales sunt, vt infra dicet. {Sed tu} quasi diceret, nõ est opus timere: qa cũ sis cautus in aduocationibus & cõsultationibus causarũ, es tñ cautior in re militari. & hoc ironice dictũ. {Natare} exercebant.n. iuuenes ad natãdũ, vt aptiores essent militiæ. Horat.in 1.carm. Cur timet flauũ Tyberim tãgere? & etiã milites interdũ natabant, qui etiã erãt periti natãdi. dicit aũt nũc Trebariũ noluisse natare, qđ aliqui volũt allegorice iotelligi.i.ooluisse sumere res magnas, sed placet melius, vt intelligamus, simpl̃r eum noluisse natare, neq; expectare esse darios exercẽtes certamẽ currẽdi, vt significet eũ timidũ, neq; aptũ rei militari. {Quẽ} te. {Ne andabatã quidẽ} apud solũ S.Hier. memini legere hoc nomẽ, qui significat andabatas quosdã fuisse fortasse populos, q oculis clausis pugnarẽt sic.n. inquit epist.1. cõtra Iouin. Melius est qđ dr̃ oculis clausis andabatarũ more pugnare, q̃ directa spicula clypeo nõ repellere veritatis. dicit ergo, quẽ ne claudẽtẽ quidẽ oculos decipere poteramus, quãto ergo minus aperiẽs oculos, & tibi cauẽs fraudari poteris. alij dñt à Plin. mẽtionẽ fieri de his populis, sed nõ memini {Quã sæpe}.s.scripseri. {Ego}.s.scio. {Intermiserã}.i.minus raro scribere inceperã. {Diffidere} si ei fuissem molestus multitudine literarũ {Cõmonendũ} reuocãdũ in memoria tui. {Vnũ} solũ. {Quare}.i.pp qđ solatiũ. {Id}.s.te esse sine nobis. {Emolumẽto} vtilitati. {Nõ est}.s.emolumẽto. {Nihil oobis duobus est stultius}.i.nos duo stultissimi sumus. {Me.s. uihil est stultius. {Qui} ego. {Te} nihil est stulrius. {Aduoles huc} celeriter huc venias, si nõ est tibi vtile abesse. {Vna} dicit Cic.qnãti faciẽda sit ipsorũ cõsuetudo. {Cõgressio} collocutio, cõuersatio. {Nõ modo hostes} quos magnifacis posse superari. {Edui} populi Galliæ, de qbus Cornelius Tac.lib.11.sic inqt: Eui primi senatorũ ius in vrbe adepti sunt, datũ id federi antiquo, & quia soli Gallorũ fraternitatis nomẽ cũ populo R. vsurpãt. & Plut.in vita Cæs. deinde receptis in fidẽ, quos facti pigeret, haud destitit, quoad Eduorũ gentẽ, q aduersus bellũ susceperant, deuicit. hi superiori tpe fratres se Rom prædicãtes magnificẽtissimis habebãtur honoribus, &c. {Aut cõsolãdo} si qđ fuerit, qđ doleas. {Aut consilio} si qd agendũ deliberabis. {Aut re}.i.opa, siqd minus p re efficere poteris. {Iuuero} p iuuabo.

Margin notes: Sagum. — Edui.

ASCEN. LEGI literas, &c.} Scripserat Trebatius magnã esse de se apud Cæsarẽ opinionẽ de peritia iuris ciuilis, in quo Cicero iocatur nũc cũ Trebatio, & eũ familiariter ridet multis de rebus. deinde dicit se velle scire, quantũ profecerint cõmendationes suæ, ac demũ cõsulit, vt vtilitati suæ cõsulat, aut manẽdo diutius cũ Cęsare, aut redeundo quãprimum.

Ordo

Ordo eſt.Legi literas tuas, ex quibus intellexi te videri Cæſari noſtro.ſ.cõmuni amico & patrono, valde iuriſconſ.i. cõſultum in iure dicendo,aut cõſultum.i.peritũ iuris. Eſt quod.i.propter quod gaudeas.i.gaudere poſſis,te veniſſe in iſta loca,vbi videare ſapere aliquid.q.d.per iocum, cũ ſi Romæ eſſes, nihil ſapere videreris.Quòd ſi profectus eſſes quoq;.i.etiã in Britanniã,profecto nemo fuiſſet peritior te in illa tãta inſula, quæ reuera maxima & potentiſſima eſt. Veruntamen licet.i.licitum eſt,ſup.vt rideamus.i.ioco loquamur.ſum.n.inuitatus.ſ.ad ridendũ,à te.ſ. per literas tuas ridiculas.Subinuideo.i.latẽter aut aliquantulũ inuideo tibi,te eſſe accerſitum.i. aduocatum & aſſumptũ in familiaritatem ab eo.ſ.Cæſare,ad quem ceteri nõ pñt aſpirare.i. ſpem perueniendi,hr̃e,non p p ſuperbiã eius, ſed propter occupationẽ eius. Sed tn nihil ſcripſiſti mihi de tuis rebus in iſta epiſtola.ſ.tua:quæ.ſ.res tuæ ſunt mihi, mehercule nõ minori curæ q̃ meæ.ſ.res.Ego metuo valde ne frigeas.i.torpeas potius otio, q̃ frigore in hibernis.i.locis vbi hiemabis . quamobrem cenſeo vtendum.ſ.tibi camino.i. igni luculento.i.claro. allegoricos, vt reor,aut adhortatorem ad virtutem intelligit,aut igniculũ gloriæ.§Eſt aũt caminus ignis ipſe in foco,non fumariũ,quod vulgus caminum vocat.Idem.ſ.vt camino vtaris, placebat Mucio, & Manilio,cõmunibus amicis meis,præſertim ſup.tibi,qui non abũdares ſagis.i.tegminibus militaribus quę villoſa ſunt. quanquam ego audio vos ſatis calere iſtic.ſ.vbi eſtis, calore quidem auaritiæ , aut potius metu nauigationis & belli, quo licet præcordia frigeant,facies tñ ſudare ſolet.Quo nũtio.ſ.de metu belli ineundi,ego mehercule timuerã valde de te . Sed tu es multo cautior in re militari,q̃ in aduocationibus. Quia in re militari nõ cõmiſit ſe periculo aut labori , in aduocationibus præſtãdis ſæpe operã perdiderat,quia melius alijs quã ſibi proſpexit. unde addit Cic. quia neq; volueris natare in Oceano homo.i.cũ ſis homo ſtudioſiſſimus natandi,ſed in Tyberi. Oceano aũt natare non ſolent niſi qui naufragiũ fecerint.vnde ſenſus mihi vr̃: Treb.non eſſe ingreſſum Oceanũ,nec Britanniã profectum timore naufragij vnde prius dixerat,Quòd ſi in Britanniã quoq; profectus eſſes,&c. Neq; volueris expectare eſſedarios.i.gubernatores curruũ qui contumelioſi & iniurioſi ferè ſunt,quem antea ne quidem.i.non ſaltẽ andabatam.i.more andabaturũ,qui, auctore D.Hieron.in 1.ep.ad Iou.oculis clauſis pugnant, clauſos oculos habentẽ poteramus defraudare,cũ eſſes calidiſſimus. vnde nunc cautior factus vr̃ eo ꝙ ne videns quidem auſus ſi expectare eſſedarios Britannicos. ridet ergo ꝙ nõ ſit profectus in Angliam aut propter periculũ maris,aut p p petulantiam eſſedariorũ, qui ſunt in Britãnia. Sed nos ſumus iam ſatis iocati.i. per iocum locuti.Tute.i.tu ipſe ſcis, q̃.i.quãtum diligenter ego ſcripſerim de te ad Cæſ.q.d.tu ſcis quantũ id tibi profuit . quod ſi multum profuit,etiam me multũ diligenter ſcripſiſſe ſcis aut iudicas.Ego ſcio q̃.i.quantum,ſæpe ſup. ſcripſerim, q.d.ſæpiſſime.Sed mehercule ego iam intermiſeram.i.ad tempus omiſerã ad Cęſ.de te ſcribere,ne viderer diffidere voluntati erga me hominis liberaliſſimi & amantiſſimi mei.ſ.Cęſ.Sed tñ putaui hominem eſſe cõmonendum his literis,quas dedi.ſ.ad eum proxime.i.nuperrime,& feci.i.cõmoui eum. Velim ſup. vt facias me certiorem,quid profecerim.i.vtilitatis tibi fecerim, mittẽdo ad eum literas cõmonitorias, & ſimul ſup. facias me certiorem de toto ſtatu tui,& cõſilijs oibus. Cupio.n.ſcire quid agas,quid expectes.i.quid boni ſperes tibi futurum : q̃ longum putes futurũ iſtum diſceſſum tuũ à nobis. Velim.n.ſup. vt perſuadeas tibi.i. firmiter credas ſic,vnum ſolatiũ eſſe mihi.i.me hr̃e vnum ſolatium de abſenti tua, quare.i.ob quod poſſim pati facilius.i.minus moleſte,te eſſe ſine nobis,ſi videlicet ſciã id,videlicet te ſine nobis eſſe,eſſe tibi emolumẽto.i.lucro & incõmdo. ſin autem.i. ſed ſi,id non eſt.i.nullũ eſt tibi emolumẽtum ex abſentia nihil eſt ſtultius nobis duobus:me.ſ.nihil eſt ſtultius, qui non attraham te Romã , & te qui non aduolas.i. quamcelerrime venias Romam.mehercule vna congreſſio noſtra vel ſeuera,vel iocoſa erit pluris.i.maioris prætij ac valoris ſeu æſtimationi, ꝓpter voluptatẽ,quã ex ea caperemus,q̃ ſup.ſint nõ modo.i.non ſolũ hoſtes.ſ.Britanni,quorũ cõgreſſio, ſi victi fuerint, plurimi eſſet facienda.ſed ridet Trebat.qui viſus eſt eorũ cõgreſſum vitauiſſe ſed etiam Hedui populi in Burgũdia fratres noſtri.i.populi R. antiquo iure,vnde grata deberet eſſe Treb. congreſſio hoſpitalis cum illis.aut ſenſus eſt,pluris faciendũ Cic. & Trebatij congreſſum,q̃ illius,& hoſtiũ aut ſociorũ populi R. cum hoſtes timeat,ſocijs parum carus,aut clarus ſit.Sane,vt Cor.Tac lib.xj. ſcribit, Hedui primi ſenatorũ ius in vrbe adepti ſunt, datum id fœderi antiquo: & quia ſoli Gallorũ fraternitatis nomẽ cũ populo R.vſurpant,quod etiã Plut.in vita Cęſ.atteſtatur?Quare fac vt ſciam quamprimũ.i.valde cito de rebus tuis.nã ſup.iuuero te aut cõſolando,aut conſilio,aut re.i. auxilio & ope. Vale.

PAVL. MAN.

AVT conſolando,aut cõſilio,aut re iuuero§ ſenarius integer è Terentij Heautontimoromenon tranſlatus in hunc locũ.ſic.n.in ea fabula act.1.ſcena.1.cũ Menedemo loquẽs Chremes inducitur;Iſtuc, quidquid eſt,fac me,vt ſciam:Ne retice;ne verere;crede inquam mihi:aut conſolando,aut conſilio,aut re iuuero. Ter. porro,vt opinor,à Plauto,paucis immutatis, accepit, apud quem in Pſeudolo , actu.1. ita loquitur Pſeudolus ſeruus, Fac me certum,quid tibi ſit:iuuabo aut re,aut opera,aut conſilio bono .

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatoria eſt epiſtola,qua conſuluit Trebatio,ut ad urbem non tenere ſe conferat

CICERO S. D. TREBATIO. 11

*NISI ante Roma profectus eſſes,nunc eã certe relinqueres.quis.n. tot * interregnis iureconſultum deſiderat? ego omnibus, unde petitur, hoc conſilij dederim, ut à ſingulis interregibus binas aduocationes poſtulent . Satis ne tibi uideor abs te ius ciuile didiciſſe? Sed heus tu,quid agis?ecquid fit? uideo.n.te iam iocari per literas. hæc * ſigna meliora ſunt,quàm in meo Tuſculano.ſed,quid ſit, ſcire cupio conſuli quidẽ te à Cæſare ſcribis:ſed ego tibi ab illo conſuli mallem . quod ſi aut fit, aut futurum putas ; perfer iſtam militiam,& permane. ego.n.deſideriũ tui ſpe tuorum commodorum conſolabor. ſin autem iſta ſunt * inaniora;recipe te ad nos.nam aut erit hic aliquid aliquando; aut,ſi minus,una mehercule collocutio noſtra pluris erit,quàm omnes Samarobrinæ.denique,ſi te cito retuleris,ſermo nullus erit:ſin fruſtra diutius abfueris ; non modo * Laberium , ſed etiam ſodalem noſtrum * Valerium pertimeſco. mira.n.perſona induci poteſt Britannici iureconſulti. Hæc ego non rideo , quamuis tu rideas : ſed de re ſeueriſſima tecum,ut ſoleo,iocor remoto ioco,tibi hoc amiciſſimo animo præcipio,ut,ſi iſtic mea cõmendatione tuam dignitatem obtinebis,perferas noſtri deſiderium; honeſtatem, & facultates tuas augeas:ſin autem iſta frigebunt;recipias te ad nos omnia tamen,quæ uis , & tua uirtute profecto, & noſtro ſummo erga te ſtudio conſequere . Vale.*

interregni tempore iudicia iacebant.

ambigua ſignorum ſignificatio, & pro indicijs, & pro ſtatuis.

Infra,ſin iſta frigebunt, eodem ſenſu.

Mimum iuriſconſultũ.

HVBER.

NISI§ Hortatur Cicero Treb.hac epi. ſicut & ſuperiori,vt libenter abſit ab vrbe, præſertim tot ſeditionibus, & tumultibus ciuilibus.deinde latẽter ei innuit, vt agat diligẽter rem ſuã.§Profectus eſſes§diſceſſiſſes.§Antea§ alias ſuperiori tpe.§Quis deſiderat§ q.d.nullus. §Tot interregni§tot ſeditionibus, quæ fiunt interregnorũ cauſa. Interreges aũt dicti ſunt proprie apud maiores cẽtum patres, qui,mortuo rege Romulo,donec alius rex crearetur,remp.gubernabant.ex ijs.n.vnus,auct. Feneſteſtella, decernebatur, cuius quinq; dierũ ſpatio finiretur imperium: & ita per totũ annum oẽs finiebant imperiũ.apud minores vero R. cũ reip. cauſa abeſſent conſules neq; comitijs intereſſe poſſent,qui initio creati cõſules eſſent,ſi dictatorem comitiorum cauſa dici non potuiſſet,res ad interregnum deducebatur,ac per interregem conſularia comitia habebantur.hæc igitur interregna nunc intelligit Cic. in quibus cũ eſſent diſcordiæ,dicit non deſiderari alios iuriſc.quia dictis & reſponſis non paretur,§Vnde§ à quibus. aduerb.pro noie, vt genus vnde latinũ.§Dederim§pro dabo.§A ſingulis§qm̃ cũ multi eligerentur,ſinguli tm̃ impetrabant,& ius reddebant . §Binas§ iocatur,cum vix vna per quinq; dies poſſit peti.§Satis§q a fortaſſe hoc nõ poterat per legẽ fieri.§Sed heus§iam incipit familiarius agere & iocari cũ Treb.ſcripſerat.n.quemadmodũ ei magna fides à Cęſ. haberetur . §Hęc ſigna § quod video te iocari. §Meliora,q̃ in meo Tuſc.§vbi eras triſtior,& non poteras iocari.§Quid.ſ.§ꝙ ita ioceris.§Conſuli§.i.de iure, vnde iuriſc.dñr, & iuriſc.

Consuli. & iurisc. responsa, qui interrogabãtur, & respondebant. { Consuli ab illo } allusit ad verbũ, quod duo signat, interrogari & consilium dare, siue prouidere: sed in postremo iungitur datiuo. hoc aũt dicit, mallẽ quod Cæs. consuleret tibi q̃ cõsuleret te. i. prouideret tibi, q̃ interrogaret te. facete aũt iocamur per hmõi verba homonyma. tale est in Neronẽ distichõ: Quis negat Aeneæ magna de stirpe Neronẽ? Sustulit hic matrẽ, sustulit ille patrẽ. nã
Sustulit. sustulit & portauit, & interfecit signat. { Quod } quæ res, vt tibi consulat. { Perfer } tolera. { Istã militiã } istum laborem militiæ, & commorandi in castris. { Ego. n. } talis fuit in superiore epistolæ snia: Sic. n. tibi persuadeas velim, vnũ mihi esse solatiũ, quare facilius possim pati, te esse sine nobis, si tibi esse emolumento id sciam. { Desideriũ } absentiã tuã. { Ista sunt inaniora } i. sine emolumentis. { Recipe te } reuertere. { Aut erit hic al. } i. aut hic aliquid cõmodi consequeris. { Aliqñ } tandem aliquo tpe. { Aut si minus } s. erit aliquid emolumẽti. { Samarobrinæ } i. q̃ si oẽs vrbes tales, qualis est Samarobrina, si multæ essent Samarobrinę est. n. Samarobrina vrbs Britanniæ. { Retuleris } receperis in patriam. { Sermo nul. erit } nemo de te loquetur, oibus linguam auelles. { Diutius } per longũ tps. { Frustra } quin aliquod emolumentũ consequaris. { Nõ modo L. ab. } equitẽ R. virum magnæ libertatis in loquẽdo qui neq; Cæs. pepercit acerrimis verbis in eum inuectus, cũ iam admodum senex iussus esset à Cæs. agere mimos, vt scr. Macr. in Satur. { Sed etiã Valeriũ } qui licet sit molestior in loquendi, tñ si diu abfueris, quin aliquid agas, te male dictis lacerabit. { Mira. n. } b. d. sicut repræsentantur personę ex comœdijs ad iocũ & delectationẽ. ita sument personã tuã ad ridendum. q. d. poterunt facere de te comœdiã, & abducere personam tuã, quasi pro persona comica, qua rideant. { Britannici iureconsi. } i. tui qui in Britãnia fuisti. { Sed de re seuerissima } i. de re grauissima, & nõ negligenda. { Remoto ioco } i. sine ioco. i. serio loquar. { Præcipio } nõ iubeo, sed potius admoneo te, do tibi hoc præceptũ. { Mea cõmendatione } quia Cæs. propter cõmendationẽ meã te carũ habeat. { Perferas desideriũ nostri } i. æquo aio feras nobis carere. { Honestatẽ } honorẽ & dignitatem. { Facultates } vtilitatẽ. { Ista } dignitas, & facultas. { Frigebunt } cessabunt, deerunt tibi. Ter. Nimirum hi homines frigent. { Omnia quæ vis } i. quæcunq; cupis etiam maxima & difficillima. { Studio } amore, & fauore, qui nõ desistemus te cõmendari Cæsari.

ASCEN. NISI } Hortatur Trebat. vt libenter absit ab vrbe, quia si adesset, cuperet abesse, p p seditiones ciuiles, monetq; vt res suas diligenter curet. Ordo est. Nisi profectus esses. i. discessisses Roma, tu certe relinqueres nunc eã. Quis. n. desiderat iuriscõsultũ tot interregnis. i. vacationibus regnotum, cũ oẽs in senatu regnare velint, & nulli ab alijs admittantur, aut vacationibus in consulatu, cũ qui consules dicerẽtur interreges, inter se concordari nõ possint? Ego dederim. i. velim dedisses oibus, vnde. i. à quibus petitur sup. consiliũ sup. hoc cõsilij, vt postulẽt binas aduocationes. i. patrocinia aduocarorũ, aut iura aduocãdi, à singulis interregibus. i. magistratibus, ad quos consulatu, & olim regno vacãte ius cõsulis ac regis pertinebat, ideo aũt binas, quia cũ toties mutarentur per seditionẽ, singulæ non sufficissent. & tñ dicit, vt dicit Hubert. vix vna pro quinq; diebus aduocatio peti posset, vnde iocando addit. Videor ne tibi didicisse satis ius ciuile abs te, hoc est dederim ne tale consiliũ satis ex snia iurisconsultorũ? Sed heus tu, quid agis? ecquid fit. s. à te? Video. n. te iam iocari per literas. Hæc signa. i. indicia animi tui sunt maiora q̃ sup. erant in Tusculano meo. s. agro cũ villa, vbi tristis Treb. longe aberat à iocis. Sed cupio scire quid fit. s. q' ita aium mutasti. Scribis quidem te consuli. i. consiliũ peti à Cęsare, sed ego mallem cõsuli. i. prospici, & prouideri, ac tẽ vtilem fieri tibi à Cæs. Quod. s. à Cæs. tibi consuli, si aut fit, aut putat futurum, perfer. i. ad finẽ vsq; fer istam militiã, & permane. s. apud Cæs. vsq; ad finem belli. Ego. n. consolabor. i. quasi per consolationem medicabo & sustinebo desideriũ tui. i. quòd habeo ex absentia tua spe tuorũ cõmodorum. i. quã habuero de commodis tuis. Sin aũt. i. sed si, ista. s. quæ sperem, sunt inaniora. i. nimis inania, recipe. i. reduc quasi in locũ vtiliorem te ad nos. nam aut aliquid. s. cõmodi erit hic. s. Romæ aliqñ, aut si minus. i. si non sup. erit hic aliqd, mehercule vna collocutio nostra erit pluris. i. maioris emolumẽti & voluptatis, q̃ oẽs Samarobrinæ. i. ciues eius vrbis in Britannia, si fuerint à te capti, aut cæsi. Deniq; si retuleris. s. e Britannia te cito, sermo. s. de te, ac constantia tua, erit nullus quia oẽs putabunt te remissum à Cæs. aut noluisse suscipere cõditiones ab illo oblatas, si abfueris diutius frustra. i. nihil cõcesso à Cæs. ego pertimesco nõ modo Laberiũ equitem R. in loquendo & mordẽdo liberrimũ, qui ne Cæsari quidem pepercit acerrimis verbis in eũ inuectus, cũ iam admodũ senex iussus esset à Cæs. mimos agere, vt auct. est Macr. in Sat. sed etiam Valeriũ sodalem. i. conuictorẽ nostrũ, quia mira. i. multũ ridicula persona iurisconsulti Britannici, hoc est tui potest induci. s. in fabulam de te factã. Ego non rideo. i. nõ ridenda puto, aut non dico ioco, quamuis tu rideas, sed iocor tecum, vt soleo de re seuerissima, q. d. illud Horatianũ, Quanquã ridentem dicere verũ Quid vetat? Ego præcipio tibi hęc aio amicissimo, ioco remoto. i. cũ remitto, vt si obtinebis. s. apud Cæs. vbi nunc es, tuã dignitatẽ. i. locum honoris te digni, cõmendatione mea. i. per cõmendationem meã, perferas. i. ad fine vsq; feras desideriũ nostri, & sup. augeas honestatẽ, & facultates. Sin aũt. i. sed, si ista. i. dignitas & facultates frigebunt. i. frigidæ obuiẽt tibi, recipias te ad nos. Tu. n. consequere. i. obtinebis. s. Romæ, omnia quæ vis, profecto, &. i. simul, virtute tua, & studio nostro summo. i. maximo, erga te.

OMNIBVS, vnde petitur } debitorib. ita ẽt de oratore
PAVL. MAN. lib. 1. Homo ex desertorũ numero postulabat, vt illi, vñ peteret, vetus atq; vsitata exceptio daretur, cuius pecunię dies fuisset. apud iuriscõsultos frequẽs est locutio.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Iocatur Cicero in dissentientes Trebatij professiones. fieri enim non potest, ut Epicureus, qui utilitatis gratia omnia facit, recte iustitiam administrare possit.

CICERO S. D. TREBATIO. 12

MIRABAR, quid esset, quòd tu mihi literas mittere intermisisses. indicauit mihi Pansa meus Epicureum te esse factum. o castra præclara: quid tu fecisses, si te Tarentum, & non Samarobrinam, misissem? iam tum mihi non placebas, cum idem intuebare quod & Titius, familiaris meus. sed quoniam modo ius ciuile defendes, cum omnia tua causa facias, non ciuiũ? ubi porro illa erit formula fiduciæ, Vt inter bonos bene agier oportet? quis. n. est bonus, qui facit nihil, nisi sua causa? quod ius statues communi diuidũdo, cum commune nihil possit esse apud eos, qui omnia uoluptate sua metiuntur? quo modo autem tibi placebit Iouem lapidem iurare, cum scias Iouem iratum esse nemini posse? quid fiet porro populo Vlubrano, si tu statueris πολιτεύεσθαι non oportere? Quare, si plane à nobis deficis; moleste fero: sin " Pansæ assentari commodum est; ignosco: modo Epicuri sectam colit. *scribe aliquando ad nos. quid agas, & à nobis quid agi, quid fieri, aut curari uelis. Vale.*

MVRET. MIrabar } Intellexerat Cicero Trebatiũ effectũ Epicureum, quod quidẽ ostendit esse turpissimũ, præsertim iurisconsulto: quẽ æquum esse decet: quod esse nõ poterit, si oia sua vtilitate metietur, sicut faciunt Epicurei. & licet simulet se iocari, tñ serio loquitur. { Epicureũ } & hæc erat causa, quare literas intermiserat, quia ista secta nullũ oino vult laborem. { O castra præclara } ironice, q. d. vbi cũ deberes esse factus laboriosus, tradidisti te delicijs & voluptatibus. { Quid tu fecisses } q. d. multo mollior & dlicatior factus esses. { Si te Tarentum misissem } quæ ciuitas est Calabriæ, primũ à Cara, filio Neptuni, condita & nominata, vt voluit Seru. deinde à Phalanto octauo ab Hercule, expulsis veteribus incolis, occupata, & habitata. Inde Virg. Hinc sinus Herculeus, si uera est fama Tarenti, Cernitur. Sunt aũt ciues eius vrbis admodũ deliciosi. Inde Iuuen. dicit, Atq; coronatum & petulans madidumq; Tarentum. { Non Samarobrinã } quæ est magis barbara & rustica, & quæ minus inuitat ad voluptates. { Idem intuebare } idẽ spectabas, habebas eandem sniam. { Quod & Titius } hic. n. sentiebat voluptatem esse appetendã. { Quonã modo } q. d. nullo modo. { Tua causa } Epicurei. n. dicunt fugiẽdas esse multas amicitias, qm nõ possint esse sine laboribus, & esse consulendum otio & vtilitati propriæ. { Non ciuium } s. causa, cũ decet oia referri ad vtilitatẽ ciuium, & obliuisci cõmodorum nrorum, si volumus viri boni & iusti esse, vt ipse Cic. in 1. off. { Porro } deinde. { Illa formula fiduciæ } i. lex fiduciaria. { Inter bonos bene agier } i. vt inter bonos seruetur ęquitas & iustitia, vitetur iniuria. formula aũt pro lege & institutione ponitur Cic. in 3. off. Nondum. n. Aquilius protulerat de dolo malo formulas. { Inter bonos bene } agier

verba

verba sunt iuris, vt idem Cic. ostendit loco supradicto in 3.off. vbi tractatur plenius hæc materia. {Quis est} p qualis est, quasi diceret similimus pecoribus quæ natura prona & veutri obedientia finxit.non.n.interrogat de substantia, sed de qualitate. ergo non est quis, quasi diceret nullus, sicut quidam male interpretantur.nam multi sunt. {Cōmuni diuidundo} diuisioni rerum cōmuniū, quæ quo iure diuidi debeant, tractant iurisc.tit. de rerū diuis. {Quod vis} quasi diceret pessimū & iniquissimū. {Nihil cōmune} sed potius oia propria. {Iouem lapidē} lapidē Silicē tenebant iuraturi per Iouē, hæc verba dicentes: Si sciens fallam, me diespiter salua vrbe arceq; bonis eijciat, vt ego hunc lapidem: auctor Festus Pomp. dicit ergo nunc Iouē lapidē.i.qui

Iouem Lapidem.

representat Iouē. {Iouē esse iratum nemini posse?} quia Epicurei tenent, & arcte defendunt, deos non curare mortalia: vt, Nec curare deū credis mortalia, nec precibus aut ira moueri. {Vlubrano} est.n. Vlubræ ciuitas Italiæ, vbi fortasse habebat Treba. agros & res suas. de ea Iuuen. Vacuis ædilis Vlubris. Horat. Est Vlubris, aius si te non deficit æquus. {Quid fiet} .s.à te, q.d. pessime & iniustissime. {πολιτεύεσθαι} .i.administrare remp. versari in rebus ciuilibus. {Si deficias à nobis} tractū est à subditis qui dicuntur à dominis deficere, cum discedunt ab eorum gubernatione & imperio. {Plane} oīno. {Sin est commodum} si tibi est vtile. {Assentari Pansæ} blandiri Pansæ, & ei dicere, q̄ sis factus epicureus, cum non sis, vt ei complaceas, qm̄ & ipse gaudet voluptate. vel si Pansæ est commodum assentari.s.mihi. sed hunc posteriorem sensum minus probo. {Modo} dummodo.

ASCAN.

MIRARAR, &c.} Intellexerat Cic. Trebatium effectū Epicureū, quod detestatur dicens. Mirabar quid esset, q̄ tu intermisisses mittere lr̄as mihi. Pāsa meus .s.amicus vetus, indicauit mihi te factum esse Epicureum.i.voluptati studentē, & oia ad cōmoda propria referentē. O castra præclara. Ironia est. q.d. o præclare tecū in castris actū cum in tantā dementiam deueneris. quid fecisses, si misissem te Tarentum.i.in eam ciuitatē Calabriæ, vbi voluptuose uiuitur? vnde Iuuen. Atq; coronatum & petulās madidumq; Tarentū. Non Samarobrinā.i.in eam vrbem Britanniæ regionis frigidæ & bellicosæ. Tu non placebas mihi tm̄.i.ab eo statim t̄pe, cū intuebare.i.inspectabas inhiando, quod &.i.& Titius. alij legunt Echitius, familiaris meus.i.ad lucrum, aut voluptatē, vt ille. Sed quonā modo defendes ius ciuile.s.quod profiteris? cū facias oia causa tua. i. proprij cōmodi, nō ciuiū, cū ius ciuile dictū sit eo q̄ ciuiū vtilitati consulat. Porro.i.sed profecto vbi erat illa formula fiduciæ.i.illa lex & regula iuris, e qua fiduciam habeamus, videlicet inter bonos, &c. Quidam textus hn̄t, vt inter, &c. sed vr̄ particula, vt, redundare, nisi sit oportet agier.i. bene, vt.i.veluti inter bonos.i. perinde ac decet inter bonos agi. Formula autē est, vt dixi, lex aut regula vt lib. 3. off. Noodum.n. Aquilius protulerat de dolo malo formulas. Quis n. est sup. bonus, qui nihil facit nisi causa sua? q.d. nullus, & ita formulæ illi nū esset locus aut quis.i.qualis est? q.d. inhumanus & autus est, &c. Quod ius statues sup. de cōmuni diuidundo, cū nihil possit esse commune apud eos, qui metiūtur oia bona.s.sua voluptate.i.qui nihil ducūt bonū, nisi vnde singulariter capiunt voluptatē? q.d. nullum. Aūt.i.sed quomodo placebit tibi.s.ex iure Romano, iurare Iouem lapidē.i.rep̄ntatū per lapidē, quē iurans in manu tenebat? Sicut.n. nunc quidā iurant brachiū S Antonij, aut ignem sacrū ita olim Iouem lapidē, tenentes.s.lapidem ac dicētes, vt Festus Pompeius dicit. Si sciens fallā, me diespiter salua vrbe, arceq; bonis eijciat, ut ego hunc lapidem. quo dicto, lapidē eijciebant. cū scias.s.ex paradoxo Epicuri, qui dicebat, Deū non curare mortalia, & q̄ Deus, vt dicit Luc. Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira. Iouē nemini posse esse iratum? Porro quid fiet populo Vlubrano.i.colenti Vlubras, oppidū Italiæ, satis desertum de quo Horat. Est Vlubris, aius si te non deficit æquus: Si tu statueris non oportere πολιτεύεσθαι.i.administrare rēp. q.d. ab omni politia deserētur. Quare fero moleste, si deficis.i. desciscis, plane à nobis.s.Stoicis: sio.i. sed si cōmodum est.s.tibi assentari Pansæ.s.Epicureo, ignosco, modo.i.dūmodo scribas aliquando, quid agas, & quid uelis agi, quid fieri, aut curari à nobis. Vale.

PAVL. MAN.

FIDVCIAE inter bonos bene agier? quis } ita legitur in vetere libro. & sane crediderim, non aliter hunc locū esse scribendum: etsi priorem lectionem conseruarim. voces enim illæ, VT, AT OPORTAT, quæ sunt in impressis, additæ sunt ab imperito, qui locutionem parum integram crederet, cum alibi à Cicerone iurisconsultorum formulas sine verbo citari non animaduertisset, vt de off. lib. 3. In fiducia, inquit, inter bonos bene agier. vetusti.n.libri non habent, VT. & ibidem paulo post: Cum dicitur, Inter bonos bene agier, quidquam agi dolose, aut malitiose potest? Libro etiam topicorū, vbi eadē hæc vsurpantur verba, veteres libri, ab impressa lectione dissentientes, nostram sententiam confirmant, quam etiam Romæ doctissimis hominibus probauimus.

CICERO S. D. TREBATIO. 13

*ADEO ne me * iniustum esse existimasti, ut tibi irascerer, quòd parum mihi constans, & nimium cupidus decedendi uiderere, ob eamq; causam me arbitrare literas ad te iandiu non misisse? mihi perturbatio animi tui, quam primis literis perspiciebam molestiam attulit: neque alia fuit ulla causa intermissionis literarum, nisi quòd, ubi esses, plane nesciebam. Hic tu me etiam insimulas, nec satisfactionem meam accipis. audi mi Testa: utrum superbiorem te pecunia facit, an quòd te imperator consulit? moriar, ni, quæ tua * gloria est, puto te malle à Cæsare consuli, quàm inaurari. si uero utrunque est: quis te feret præter me, qui omnia ferre possum? Sed ut ad rem redeam, te istic inuitum non esse, uehementer gaudeo: & ut illud erat molestum, sic hoc est iucundum. tantum metuo, ne artificium tuum tibi parum prosit. nam, ut audio, istic,*

ex abrupto exorditur. ut ep. 8. l. 2 & 17. l. 8. & Casil.a

ambitio, cupiditas honoris epi. 15 lib. 8.

*Non ex * iure manu consertum, sed magis ferro*
Rem repetunt.

Et tu soles ad uim faciundam adhiberi? Neq; est, quòd illā exceptionē in interdicto pertimescas, quòd tu prior ui hominibus armatis non ueneris. scio.n. te non esse procacem in lacessendo. Sed, ut ego quoq; te aliquid de nostris cautionibus admoneam; Treuiros uites censeo. audio capitales esse: mallem auro, argento, ære essent. Sed alias iocabimur. Tu ad me de istis rebus omnibus scribas uelim quam diligentissime. Ad iij. nou. Mar. Vale.

uide hos Ennij uersus in ora. pro Murena: Gelliū lib. 20. c. 9. & ad Atti. epist. 8 l. 15. & Seruiū in ult. ecloga.

NVBER.

ADEO ne} Quia reprehēderat Cicero Trebatium, q̄ esset iam cupidus redeundi Romā, & postea intermiserat diu ad eū literas: existimauit Treb. eū sibi iratū fuisse, & propterea intermisisse ad eum scribere. Quod quidem ostendit Cic. non fuisse cām suæ intermissionis literarum, sed q̄ ignorabat vbi esset. Deinde cū eo iocatur, appellans eū superbū. Postremo hortatur, vt caueat illos populos, & præcipue Treuiros: quos audit esse ferum. {Parū constans} i aliquātulū instabilis. {Perturbatio animi tui} quē pœnitebat in ista loca profectum esse. {Hic} nunc vel in hoc {Insimulas} accusas {Satisfactionē} excusationē. {Audi mi Testa} blāditur ei, vt æquius ferat q̄ superbus appelletur. {Testa} appellabatur.n. Trebatius Testa, vt infra Ego tn̄ Scæuolæ & Testæ assentior. {Vtrū} .i.es ne magis superbus, quia factus es diues, an quia Cæsar te consulit.i.interrogat, & à te consiliū capit. {Pecunia facit superb} sic Teren. Quia paulū tibi accessit pecuniæ, elati sunt animi. {Moriar} dicit Cic. se cognoscere Treb. ita esse gloriosum, vt maluit cōsuli à Cæs. q̄ ditari. {Moriar} mos est dicendi, cū volumus aliquid affirmari ita esse. {Inaurari} auro impleri vel ditari. {Si vero vtrunq; est} .s.q̄ te cōsulat, & te inauret. {Quis te feret} q.a te tolerabit, q.d. nullus, quia efficeris superbissimus. {Qui possum ferre oia} quia sum patientissimus. {Non inuitū} .i.libēter. scripserat.n. postea Treb. se libenter esse foris, cū initio lōge aliter scripsisset. {Vt illud} .s.q̄ esses aīo perturbato & inuito. {Sic hoc} q̄ nunc non sis inuitus. {Tm̄} solum. {Artificiū} industria uel scientia legum. {Tuum} ius ciuile. {Istic} in istis regionibus vbi tu es. {Nō ex iure manu consertū} i.non ex legitimis actionibus, & ex iure ipso. Ex iure manu consertū, inquit A. Gallius lib. vlt. noctium atticarū, verba sunt ex antiquis actionibus, &c. qui vult videre causam & originem horum verborum videat ipsum Gel. lib. prædicto, à quo multis verbis declarātur. {Sed magis} potius. {Ferro} armis. {Adhibere facundia ad vim} quę nō habet locū: vt Ennius, Pellitur e medio sapientia, vigeritur res, Spernitur orator bonus, horridus miles amatur. Haud doctis dictis certātes, nec maledictis Misce, nt inter sese inimicitia agitantes. Non est iure manu consertū, sed magis ferro Rem repetūt,

regnumq;

regnumq; petunt, vadunt solida vi. A quibusdam legitur, & tu soles ad vim faciendã adhiberi: quod minus probo. neq; .n. est cõsentaneum iurisconsultũ ad vim toferẽdam adhiberi, sed potius facundiam, eloquentiã, ornatum, & grauitatẽ verborũ, quæ non prosunt inter arma, vt ex verbis Ennij declaratur: & Cic. Sil.n. leges inter arma. § Neq; est § .i. nõ oportet. § Exceptionem § sunt .s. exceptiones quædã prætorię, vt iurisconsulti declarant. § In-

Interdicta. terdicto § interdicta dicebantur formæ, & conceptiones verborũ quibus prætor aut iubebat aliquid fieri, aut prohibebat. & dr̃ interdum prohibitio à possessionis turbatione. § Prior § antequã prouocareris. nã grauius puniendus est qui incipit contentionẽ aliquam, q̃ qui superuenit iam inceptæ. § Procacẽ § impudentẽ.

Cautiones. § In lacessendo § in prouocando & irritando alios. § De nostris cautionibus § quia cautiones propriæ dñr legales. ideo nũc Cic.

Treuiri. dixit de nostris. q.d. quæ non sunt legales, sed tñ oratoriæ. § Treuiros § ineptias quorundam, qui hoc loco exposuerunt tre viros quosdã fuisse, qui auctoritatẽ iudicandi non haberent, nisi tres simul essent, & preerant rebus capitalibus. o supremã ignorantiam, hi triumuiri non treuiri dicebãtur: nam treuiri, de quibus nunc Cic. dicit, populi sunt Galliæ transalpinæ. Lucan. Te quoque lætatus venissem in prælia Treuir. Et de his Cæs. in Commentarijs. § Capitales § .i. manu promptas ad cædẽ id.n. sign̄at

Capitales. interdũ capitalis, interdum aũt dignum puniri capite. § Mallem, auro § non est intelligendum mallẽ esse capitales auro, sed mallem, auro .s. contenderent, vel certarent. § Alias § alio tempore.

ASCEN. A D a o ne § Dicit se intermisisse dare literas ad Trebatiũ, non quia irascebatur illi, sed ꝙ nesciebat vbinam ille esset iocãsq; vocat eũ superbũ: monetq; vt Treuiros præsertim prouocare timeat. Ordo est. Ne .i. an, existimasti .i. iudicasti me esse adeo iniustũ, vt irascerer tibi ꝙ videre-re .i. videreris mihi parũ cõstans, & nimiũ cupidus decedẽdi: & arbitrarere me nõ misisse iam diu lr̃as ad te ob eam cãm .s. ꝙ tibi irascerer. Perturbatio animi tui, quã ꝓspiciebã primis lr̃is tuis, attulit mihi molestiã, neq; vlla alia causa intermissionis lr̃arũ fuit, nisi ꝙ nesciebã plane .i. oino vbi esses. Tu insimulas .i. occulte arguis & accusas ẽt huc .i. in hac purgatione mea, nec accipis satisfactionẽ meam .i. purgationẽ, qua tibi conor satisfacere. O mi, blandiẽdi vox, Testa .i. tu Trebati, qui & Testa appellaris. appellatur .n. Trebatius Testa, sed affectãter Testã nunc vocat quasi durum, & fragilẽ & ita inaniter de iuribus superbiẽtem, audi sup. quod quæro, & dic vtrũ .i. quod duorũ facit te superbiorẽ, pecunia an ꝙ Cæsar cõsulit te .i. petit consiliũ à te? moriar, ni .i. nisi, puto te malle cõsuli .i. cõsiliũ peti, à Cæs. q̃ inaurari .i. honore portandi aurei ornamẽti decorari, quæ .i. quia, ita magna est gloria .i. cupiditatis gloriæ tuæ. Si vero vtrunq; est .s. ꝙ pecunia, & ꝙ Cæsar te cõsulit, te superbũ facit. quis feret .i. tolerabit te preter me, q̃ possum ferre oĩa .i. etiã supbissimos mores tuos? q.d. nemo. Sed, vt redeã ad rem, ego gaudeo vehementer te nõ esse istic inuitũ, & vt .i. queadmodũ, illuc .s. te superbũ factũ esse erat molestũ, sic hoc sup. est iucundũ. Ego tñ .i. duntaxat, me tuo, ne artificiũ tuũ .i. peritia iuris prosit tibi parũ. Nã, vt audio, nõ manu cõsertum ex iure sup. est istic .i. in Anglia, hoc est nõ iudicanẽ res legitime ex iniectione manus ꝑ legitimas actiones, more ciuili, sed repetunt rẽ .s. ablatam, aut debitam alioqui magis .i. frequentius, ferro .i. vi armorũ, & tu soles adhibere facundiã .i. naturalẽ eloquentiã tuã, ad vim .i. violentiã, hoc est tu soles vim aliorum reprimere eloquẽtia tua. Neq; est sup. causa, aut legitima ratio, hoc est nõ oportet, ꝙ tu ꝑtimescas .s. agẽdo in Britannia, illã exceptionẽ .i. prohibitionẽ quæ nota est in actionibus Romanis, ꝙ tu nõ veneris prior in oibus armatis .i. vt nõ occupes rẽ vi armata, sed ex iure ꝓcedas, quia vi illic oia agũtur. Scio .n. te non esse procacẽ in lacessendo .i. prouocando, hoc est petulantem, & nimis molestũ procuratorẽ ad irã. Sed vt ego quoq; moneam te aliquid de cautionibus .i. vt dicũt, cautelis nostris, cẽseo sup. vt vites Treuiros .i. populos illos Germaniæ trans Rhenũ, q̃ audio sup. eos esse capitales .s. hostes, hoc est caput potius q̃ rẽ hostiũ petẽtes. Mallẽ sup. eos esse capitales .i. ꝑniciosos in auferendo, nõ capite, sed auro, sed argento, ære. aut mallẽ eos esse ex auro, argẽto, ære .i. materia, vnde fierẽt (quas amas) pecunię: tũc .n. facilius & libẽtius eos inuaderes. Sed nos iocabimur alias .i. alio tpe. Velim supp. vt tu scribas ad me, de oibus rebus istis quamdiligentissime. Scriptum sup. Romæ, ad iij. non. Martias.

PAVL. MAN. T Rauiros vites, censeo: audio capitales esse § vt vnicuiq;, quod suum est, tribuamus, Petri Bembi, hois & dignitate, & oium pene virtutũ laude clarissimi, epistolã, qua huius loci sñiam diligẽtissime, & ornatissime exposuit, adscribemus. nõ .n. eos imitari placet, q̃ ex aliena industria sibi laude aucupãtes, quæ ab alijs didicerũt, edũt pro suis. Petrus Bẽbus Bernardino Sandro S. Quod hodie mane quærenti tibi à me de illis Ciceronis ad Trebatiũ verbis: Treuiros vites censeo: audio capitales esse. mallẽ, auro, argento, ęre essent: rñdi, iocum esse & multiplicem, & festiuũ; q̃ quidẽ iocus in antiquis & nũmis, & scriptoribus deprehenderetur. itaq; , qm̃ eramus in via, vt neq; libros, neq; nũmos haberemus, reieci te in alium diẽ id, ne te diutius torqueat, est eiusmodi, vt ioci causa, quod quidẽ Cicero ad illum scribens more suo fere semper facit, & Treuiri, & capitales in ambigui genere sint posita. nam cũ videatur monere illum, vt vitet Treuiros Galliæ populos, q̃ capitales, bellicosiq; sint; ludit cum in Treuirorũ, tũ in capitaliũ verbo. erat .n. Romæ magistratus, Triumuiri capitales, qui etiã Treuiri dicebanẽ. sed qm̃ hoc ipm Triumuirũ nomẽ iterũ in ambiguo poni poterat, cum essent etiã apud Romanos Triumuiri pecuniæ cadendæ: quos ita inscribebãt, A. A. A. F. F. hoc est, Auro Argento, Aere Flãdo Feriundo; iocatur iterũ in hoc verbo, luditq; Cicero, ut mihi quidem vr̃, bellissime, addẽs. mallẽ Treuiros istos esse pecuniosos, q̃ bellicosos; vt, Cęsare eos vincente, tu ditesceres. itaq; infert, mallem esse Treuiros auro, argento, ęre, q̃ .s. capitales. Triumuiros autẽ Treuiros solitos dici, Liuius satis locuples esse testis potest. cuius sunt hæc in lib. xl. Colonia Grauiscæ eo anno deducta est in agrũ Etruscum, de Tarquiniensibus quondam captum. quina iugera agri data. Treuiri deduxerunt C. Calpurnius Piso, P. Claudius Pulcher, C. Terentius Hister. Quod vero Triumuiri pecuniæ sic, vt dixi, inscriberentur; est apud me nummus æreus perantiquus ita inscriptus, C. PLOTIVS III VIR. A. A. A. FF. sunt & alij nũmi aliorum nominum, eiusdem tamẽ tituli; quos inspicies, cum voles. Hęc ad te scripsi, cum domum redissem, & nummos, ac librũ sumpsissem, amore tui admonitus. Vale. Pridie idus Iun. M. D. XXXII.

CICERO S. D. TREBATIO. 14

*CHrysippus Vettius, Cyri architecti * libertus, fecit, ut te non immemorẽ putarem mei: salutẽ .n. mihi uerbis tuis nuntiauit. ualde iam lautus es, qui grauere literas ad me dare, homini præsertim prope domestico. quòd si * scribere oblitus es; minus multi iam te aduocato causa * cadent. sin nostri oblitus es: dabo operã, ut istuc ueniam ante, quàm plane ex animo tuo effluam. sin æstiuorum * timor te debilitat, aliquid excogita, ut fecisti de Britannia. Illud quidem perlibenter audiui ex eodem Chrysippo, te esse Cæsari familiarem. sed mehercule mallem, id quod erat æquius, de tuis rebus ex tuis literis quã sæpissime cognoscere. quod certe ita fieret, si tu maluisses * beneuolẽtiæ, quàm litiũ, iura perdiscere. Sed hæc iocati sumus & tuo more, & nõ nihil etiam nostro. Te ualde amamus; nosq; à te amari tum uolumus, tum etiam confidimus. Vale.*

[Margin notes: etiam ipse Cyrus libertus erat, sed ab architectura nobilis ad Att. l. 2. epist. 3. — formulas. tuis .n. scriptis nõ utitur. — timor futuri belli, quod æstate renouabant. — melior iuris cõsultus, q̃ amicus.]

HVASE. CHrysippus § Ostẽdit se cõqueri Cic. iocose & familiariter de Trebatio, ꝙ nihil ad eũ scriberet, sed tñ re vera serio eũ accusat. § Architecti § principis fabrorũ. § Tuis verbis § tuo noie. § Valde iam lautus es § .i. valde delicatus. & irridet eũ Cic. & latẽter accusat. § Qui grauere § quẽ pigeat. § Quòd si § h.d. Cic. si oino oblitus es scribere ita, vt amplius nescias, nõ eris amplius aduocatus, & pauci ꝑdẽt litẽ, te aduocato: sin aũt es oblitus tñmodo scribere ad me, veniã ad te ante, q̃ excidã penitus ex memoria tua. § Minus multi § non multi, pauci. § Cadẽt cã § amittãt litẽ. qđ faciũt q̃ nõ recte egerint. § Te aduocato § te litẽ agẽte. § Nostri § mei Ci. § Effluã § excido. § Sin ęstiuorũ § cõfutat aliã cãm, quã posset afferre Trebatius. § Timor æstiuorũ § timor cõmorandi in æstiuis. § Excogita § inueni, meditare. § Vt fecisti de Britannia § in qua ne morareris, causas inuenisti. § Mallẽ ex tuis lr̃is § .s. q̃ ex verbis aliorũ. § Cognoscere § deest, vt cognoscerẽ. § Id qđ erat æquius § .i. id qđ magis decebat. nã debueras potius scribere de reb. tuis. § Iura ben. q̃. litũ § .i. si ita voluisses studere quo seruet bñuolentia, sicut didicisti quo agant lites.

ASCEN. CHrysippus, &c. § Cõqueritur, vt vr̃, ioco, Sed tñ serio ꝙ Treb. nihil scripserat dicẽs, § Chrysippus Vettius, libertus Cyri architecti .i. principis ędificatorũ, fecit vt non putarẽ te immemorẽ mei: nunciauit .n. mihi verbis tuis salutem.

salutem. Tu es iam valde lautus.i.delicatus,qui grauere.i.graueris,dare literas ad me,presertim homini prope.i.quasi domestico,videlicet Chrysippo. Quòd si oblitus es scribere, minus multi cadent,sup.à cã sua.i.amittent rē in lite,te aduocato, cũ aduocati soleant defensiones scribere. Sin tu es oblitus nostri, dabo operã vt veniã istuc s.vbi tu es,ante,quam effluo.i. celeriter elabor,planè.i.oĩno,ex aĩo tuo. Sin.i.sed si timor æstiuorũ.i.bellorũ,quæ proxima æstate gerēda sint,debilitat te,excogita aliquid .i.aliquã occasionē nõ proficiscēdi ad locum prælij, vt fecisti de Britãnia.iam.n.in Germaniã re translata erat. Audiui quidē illud libenter ex eodē Chrysippo,te esse familiarem Cæs.sed me hercule mallē,id quod erat æquius.i.iustius,videlicet,me cognoscere q̃ sæpissime ex tuis lr̃is,quã ex relatu aliorũ,de rebus tuis. quod certe fieret ita.i.quod tu faceres,si maluisses perdiscere iura beneuolentiæ.s.in amicos,q̃ litiũ.i.si tam legē amicitiæ,q̃ iuridicã calleres. Sed nos iocati sumus hæc & tuo more, q libēter iocaris,& nõ nihil etiã nostro.s.more. Nos amamus ualde te,& tum.i.simul volumus, tũ.i.simul cõfidimus etiã nos amari à te.

CICERO S. D. TREBATIO. 15

s genere descendit ad speciem.

QVàm sint morosi, qui amant, uel ex hoc intelligi potest. molestè ferebam antea, te inuitum istic esse: pungit me rursus, quòd scribis te esse istic libenter. neque enim mea commendatione te non delectari,facile patiebar: & nunc angor, quidquam tibi sine me esse iucundum. sed tamen hoc malo nos ferre desiderium,quàm te nõ ea,quæ spero,consequi. Quòd uero in C. *Matij,suauissimi,doctissimiq; hominis, familiaritatem uenisti;nõ dici potest,quàm ualde gaudeã: qui,fac,ut te quãmaxime diligat. mihi crede nihil ex ista prouincia potes,quod iucundius,sit deportare. Cura ut ualeas.

hic est, cuius epistola legitur l.11 epist.28.

NVSSR.

QVàm sint} Primũ molestè tulerat Cic.vt visum est superius, q Trebatius esset in Gallia, nunc aũt sibi etiã molestũ esse dicit,q scripserit se libēter esse. quæ quidem vr̃r esse contraria: sed hoc ex amore fieri asserit. {Quàm}quantum. {Morosi}varijs moribus mutabiles. {Qui amãt}q.psequunť aliquē amore. {Vel}.i.maxime. {Pũgit}offendit,displicet mihi. {Neq;.n.}rõ primæ partis,quare molestè ferret, q inuitus esset cũ Cæs. {Nõ delectari cõmēdatione mea} .i.nõ hr̃e cõmēdationē meã gratã,qđ ita esse videbatur,qñ volebas ea vti. {Et nũc}rõ secũdæ partis. {Sine me}.i me absēte,vel lē.n.vt essemus vnã. {Malo}potius volo. {Hoc desideriũ}absentiæ. {Quæ spero}honorē & facultates. {Venisti i familiaritatē} iudicio tuo nõ casu fecisti eũ tibi amicũ,& es familiaris. {Qui} Marius. {Qđ iucũdius sit}.s.vt diligatis ab ipo Mario tali viro.

ASCEN.

QVàm sint,&c.} Iocando dicit se molestè ferre id,quod prius placuit,Galliã videlicet placere Trebatio. deinde laudat,C cõmēdat familiaritatē eius cũ C. Mario, quem,vt ex superioribus epistolis patet,Cic.ipse magnopere obseruabat. Morosus à moribus prima lõga,dr̃,qui difficilis est,& varius in moribus,vt cuius mores alij ferre nõ possunt,vtpote cui nunc hoc,nũc illud placet, & vtrunq; sine comitate Sed ordo est. Potest intelligi,vtrunq; impersonaliter capitur,q̃.i.quantũ morosi.i. anxij & variorum & difficiliorũ morũ sint sup.i.qui amant,vel.i.etiã, ex hoc.i. ex hac re quã dicturus est. Ego ferebã.s.antea molestè te esse istic.i.in Gallia, aut apud Cæs.inuitum:pungit.i.dolore afficit me rursus.i.e contrario, q scribis te esse istic libenter. probat.i.vtrunq; addens. Neque.n. patiebar facile te nõ delectari cõmendatione mea.s.qua te commendabam Cęsari.hoc autem ideo fiebat, quia inuitus apud illũ erat,quod Cic.tunc molestè ferebat.& ego angor,nunc quid quam esse iucundum tibi sine me. Sed tamen ego malo.i.magis volo,nos ferre.i.pati,hoc desideriũ.s.tui absentis, q̃ te non consequi.i.obtinere à Cæs.ea,q̃ spero.s.te consecuturum. Vero,pro sed non potest dici,quàm.i.quàm tum,valde gaudeã, quia venisti in familiaritatem Caij Marij hominis suauissimi,& doctissimi,qui.s.Marius fac vt diligat te quammaxime Satis consueto more ponitur qui, sed non construitur cum verbo fac, sed cum diligat.consuetius diceretur, sed non elegantius, fac igitur vt is te quam maxime diligat,&c. Crede mihi tu nihil potes portare ex ista prouincia .s. in qua apud Cæsarem militas, quod sit iucundius.s.quàm diligi à tali viro. Cura vt valeas.

CICERO S. D. TREBATIO. 16

IN equo Troiano scis esse in extremo. SERO SAPIVNT. tu tamen,mi uetule,non sero. primum illas *rabiosulas sat fatuas dedisti. deinde, quòd in Britannia non nimis φιλοθέωρον te præbuisti, plane non reprehendo. nunc uero in hibernis iniectus mihi uideris: itaq; te commouere non curas. VSQVEQVAQVE sapere oportet. id erit telum acerrimum. Ego,si foris cænitarem, Cn. Octauio,familiari tuo,non defuissem: cui tamen dixi, eum me aliquoties inuitaret, oro te,*quis tu es? sed mehercule, extra iocum, homo bellus est: uellem eum tecum abduxisses. Quid agatis,ecquid in Italiam uenturi sitis hac hieme, fac plane sciam. Balbus mihi confirmauit,te diuitem futurum. id utrum Romano more locutus sit, bene nummatum te futurum, an, quo modo Stoici dicunt, omnes esse diuites, qui cælo, & terra frui possunt, postea uidero. Qui istinc ueniunt, superbiam tuam accusant, quòd negent te percunctantibus* respondere. sed tamen est,quod gaudeas. constat enim inter omnes, neminem te uno Samarobrinæ iuris peritiorem esse. Vale.

quod omnino discedere à bello cuperes: in quo sapere uidebaris.

notat hominis ignobilitatem.ep.9. l.1.

uide ep.10. lib.1.

NVSSR.

IN Equo Troiano} Cupiebat Trebatius cito consequi aliquem magistratũ quod cũ fieret serius, q̃ volebat, questus fuerat de Cic. qui eũ misisset in prouinciã,vbi tantopere nihil adhuc egisset.ad quod Cic.rñdet satisfacere. Deinde petit,vt scribat qñ in Italiã venturus sit. Postremo dicit se intellexisse à Balbo eũ futurũ diuitem,sed cupere intelligere,qũo intelligat diuitem,an opinione philosophica, an opinione cõmuni, & maxime Romanorũ. {In equo Troiano} nomen est tragœdię,vt diximus supra in epist.1 huius lib.7. {In extremo}in fine {Sero sapiunt}.i.hoĩes sero cognoscunt quid vtile sit, cum non possunt prouidere.est aũt sn̄ia in oẽs,quos facti minus cõsiderati pœnitet,sicut Troianis accidit, qui sero cognouerũt nõ fuisse fidendum equo & hostibus.hanc sn̄iam Græci sic dicunt, ῥεχθὲν νήπιος ἔγνω.i.passus stultus cognouit. {Tu tñ}accõmodata sn̄ia Trebatio per contrariũ.pigebat.n.eũ expectare oportunitatem temporis,quo sibi à Cæs.prouideretur quare dicit eum non sero sapere,quia cito vallet rebus suis consulere. {Non sero}subaudi sapis,deest.n.verbum. {Primũ illas}.s.literas tuas. {Rabiosulas}asperas,mordaces,& pro me conquerentes vehementius. {Fatuas}insipidas.neq;.n.erat iusta cã querelæ dñr.n.fatui multum loquētes,& qui nec quod ipsi,nec quod alij fantur, intelligunt. Deinde scripserat Trebat.se fuisse Cęsari in Britãnia fidelissimum,sicut olim fuerat Philoctetes Herculi, qui fuerat amicissimũ.i.nota est fabula. {Non minus,q̃ Philoctetē}.i.non minus fidelem,& sociũ Cæsari,q̃ Philoctetes Herculi. {Nõ reprehendo} i.laudo,liptote. {Iniectus}impositus,inclusus. {Vsquequaq;}assidue,semp. {Telũ}trãslatio est,telũ.n pro defensione ponit & tutamine. {Acerrimũ}validissimũ. {Foris} apud alios, extra domũ meã. {Nõ defuissem}in cœna.i.ei obtemperassem. {Cui}Cn. Octauio. {Aliquoties}sæpiuscule. {Oro te} interroganti est. {Quis tu es} s q velis hri in cœna apud te talē,qualis ego sum. {Sed mehercule}vt vitet arrogantiã,ostēdit Cic.se potius verba ioco q̃ serio dixisse. {Extra iocum}.i. sine ioco. {Bellus}nõ pulcher intelligiť,sed bonus.est.n.bellus diminuat.à bono. {Ecquid}.i.an,vel ne,vel nunquid. Don.in Enn. {Romano more}Romani.n. qui pecunijs abundant,eos diuites dñt. {Bene nummatũ}bene pecuniosum. Horat. At bene nummatũ decorat suadela Venusq;. {Frui cœlo & terra}.i.vita. Virg. Quem si fata virũ seruant,si vescitur aura Aetheria. {Percunctãtibus} interrogantibus.sic supra ad L. Val. Qui istinc veniunt, partim te superbum dñt, q nihil respõdeas. {Sed tñ est}deridet eũ Cic. nulla.n.aut parua laus est inter imperitos peritissimum iudicari. {Samarobrinæ}vbi nullus est, qui iuris cognitionem habet. {Iuris peritiorem} .i. qui melius intelligat ius ciuile:is.n. dicitur iurisperitus. Horat. Agricolã laudat. Legum iurisq; peritus.

Bellus
Ecquid

Iurisperitus

ASCEN.

IN Equo Troiano,&c.} Questus fuerat Trebatius,q nondum magistratũ assecutus erat: cui rñdet Cic.hac ep.iocando. disputatq; qũo intelligat Trebatiũ futurũ diuitē. Sane controuersia est inter doctos de lectione huius epistolæ.

Angelus

Angelus.n.Pol.homo anxie doctus,non Philocteten,sed Philotheorũ legendũ esse cõtendit: quod eius imitatori Petro Crin. non placet:qui lib.3.c.15.disciplinæ honestæ ita scribit:M.Cic. locus exponendus est in ep.ad Treb.iureconſ. quo loco de Philoctete agitu,cui similẽ dicit Trebatiũ in locis uarijs peragrandis.§Deinde,ꝙ in Britannia,inquit,nõ minus q̃ philocteten te præbuisti,plane non reprehendo§quibus verbis Cic.signat Trebat.ipsum parum certo loco cõsistere,sed peregre vagari,& spectacula complura quæritare ad exemplũ Philoctetæ,vt ex Grecis quoque fabulis colligimus, in quibus Philoctetes indueitur post acceptam iniuriã per varias vrbes,ac regiones deferri. Sed eiusdem Cic.verba repetenda sunt ex ep.ad Q.fr.vt apertius intelligamus q̃ sit absurda hoc loco mẽtio de Philotheo. De rep. inquit,nimium te laborare doleo,& meliorẽ ciuem esse,q̃ Philocteten,qui,accepta iniuria, illa spectacula quærebat, quæ tibi acerba esse video. Ex his aũt verbis nemo est,qui nõ videat Philocteten esse legendum,non Philotheorum,qñ & veteres quoq; codices huic sñiæ astipulantur. Quod ego cum Politiano retulissem,ingenue quidem & amice professus est, nõ fines modo se hac in re,sed ipsam quoq; possessionem cõcedere. Hæc ille,quibus astipulandũ censeo. Ordo aũt est. Tu o Trebati.i.scis esse in Equo Troiano in ea fabula, quæ ab equo Troiano nomen sumpsit,in extremo.i.in extrema parte fabulæ. Sero sapiũt sup. Phryges.quod in prouerbiũ abijt de ijs,qui post rem prudentes fiunt,cũ serum est. Vnde nascitur in similem sñiam alterũ adagium,passus stultus cognouit.hoc est,accepto vulnere,aut incõmodo,cognouit primum se male agere:prudẽtis aũt est, vt Cic. alibi docet,non cõmittere,vt dicendum sit, Non putarã. Sed ordinem prosequamur Tñ tu mi vetule.i.aliquãtulũ veterane, & & experte non serò sup.sapuisti,primum sup.ꝙ dedisti illas,&c. aut non sero.i.nõ minus tarde dedisti,illas primas.s.literas tuas rabiosulas.i.mordaces & litigiosas.vnde tales hoies more canino mordaces Rabulas vocant,sat.i.satis,fatuas.i.insulsas, & sine & ratione mordentes. Deinde non reprehẽdo plane,ꝙ præbuisti te in Britannia non minus,q̃ Philoctetem.i. solertem comitem Cæsaris,vt Philoctetes erat Herculis, & indagatorẽ locorum minorum & variorũ spectaculorum, vt ex verbis à Crinito citatis iam clare patuit. Vero.i.sed, tu videris mihi nunc in hibernis.i.cum sis in hibernis.i.locis tutis. vbi milites hiemare solent,dum per tempestatẽ rem gerere non licet, iniectus.i.torpens & immobilis,vt iniectus,aut in saccum,aut in antrum suũ tempore hiemali,quod dormitando absumit. Itaq;.i.& ita cum sis quasi iniectus securus & torpens, tũ non curas te cõmouere, quod laudabile non est,quia oportet sapere vsquequaq;.i.omni loco & tpe,id telum.i.id verbũ reprehensorium erit acerrimũ.s. cui resistere nequeas,cum nõ possis inficias ire, quin verum sit. &,si verũ est,nullus erit locus,nullumq́; tempus inertiæ & ignauiæ. Nunc redit ad aliam partem epistolæ Træbatianæ.scripserat.n.Trebatius gratum sibi fore,si Cic. familiaritatẽ cum Cn. Octauio contraheret:ad quod apud Cic.more suo iocans dicit. Si ego cœnitarem.i.essem eius consuetudinis, vt cœnarem frequenter foris.i.extra domũ meã,non defuissem.s.in cœna Cn. Octauio familiari tuo,cui tñ dixi.s.satis superbe & contumeliose,cum inuitaret me.s.ad cœnam aliquoties.i.aliquãtulum frequẽter,oro te.i.quæso,dic mihi, quis es tu?s.vt apud te cœnem. Sed mehercule extra iocum sup. loquor, aut dempto ioco, quo vti nescit,ipse est homo bellus.i. aliquantulũ bonus & lepidus. vellem abduxisses eum tecum.s.in expeditionem,vt te oblectet q.d.mihi.n.voluptatem afferre nequit. Fac sciam plane.i.oino, quid agatis.s.vos oẽs,Cæsar, tu & reliquus exercitus, & ecquid .i.an ne,venturi sitis hac hieme in Italiam. Balbus confirmauit mihi.i.firmiter asseruit te futurũ diuitem, ego videro.i.diquisiuero,hoc est disquirã, aut permitte vt disquiram postea,vtrũ.s. Balbus locutus sit te diuitem fututum more R.i. quo Romani aliquem diuitem censent, vtpote te futurũ bene.i.multũ nũmatum.i.nummis abundantẽ, an quo modo Stoici dicunt oẽs esse diuites,q possunt frui cœlo & terra.i.hac vita,in qua vescimur, & aura æthereã,& terra crescẽtibus,aut quæcunq; cõtingunt & in hac vita quæ per terram signatur,& futura quæ per cœlum,si modo dixero,Stoicos cognouisse vitam hoium in cœlo futurã. Sup.hoies aut nuntij,qui veniunt istinc.i.e Gallia vbi tu es,accusant.i.arguũt & reprehendunt superbiã tuam,ꝙ negent te respondere.i.quia dicunt te non respondere percunctantibus.i.te sciendi causa aliquid interrogãtibus. Sed tñ est quod.i.propter quod gaudeas. Enim.i.quia cõstat.i.sine cõtrouersia tenetur inter omnes,neminem esse peritiorem iuris te vno.i.solo, Samarobrinæ.i.in ea vrbe Britanniæ. per quam totã insulã intelligit.

NON nimis φιλοθεώρων § aliter antea in oĩbus impressis,nos,vt in nr̃o libro legitur,emẽdauimus,& impressimus aliquot abhinc annis.iocãs.n.vt solet,dicit se Trebatium nõ reprehẽdere, ꝙ non nimis spectãdi cupidus fuerit.i.ꝙ in Britanniã profectus non sit,vt essedarios spectaret, tacite aũt vt ignauum,& pusilli animi subaccusat,qui Cæsarem in Britanniam sequi ad bellum noluerit.§ Respondere§ negãt, inquit,esse qui percunctentur · cum homines te iureconsultum imperitum existiment. iocatur enim in verbo respondere .q.d. negant te habere,cui respondeas,cum.s.nemo te consulat. PAVL. MAN.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Laudat Trebatium,quod iam constantiam quãdam induerit,& in prouincia libenter maneat.deinde Trebatij præsentia se ægre posse carere dicit; & quantum illum Cæsari commendaret,exponit. postremo hortatur,ut commode Cæsare fruatur.

CICERO S. D. TREBATIO. 17

*EX tuis literis & Quincto fratri * gratias egi,& te aliquando collaudare possum, quòd iã uideris certa aliqua in sententia constitisse. nam primorum mensium literis tuis uehementer cõmouebar quòd mihi interdum (pace tua dixerim) leuis in urbis, urbanitatisq́; desiderio,interdum piger,interdum timidus in labore militari.sæpe autem etiam,quod à te alienissimum est,subimpudens uidebare.tanquam.n.syngrapham ad imperatorem,non epistolam, attulisses,sic,pecunia ablata,domum redire properabas: nec tibi in mentẽ ueniebat,eos ipsos,qui cum * syngraphis uenissent Alexandriam,nullum adhuc nummum auferre potuisse Ego si mei commodi rationem ducerem, te meeum esse maxime uellẽ:non.n.mediocri afficiebar uel uoluptate ex consuetudine nostra,uel utilitate ex consilio,atq; opera tua: sed, cum te ex adolescentia tua in amicitiam, & fidem meam contulisses:semper te non modo tuendum mihi,sed etiam augendum,atq; ornandum putaui itaq; quoad opinatus sum me in prouinciam exiturum; quæ ad te ultro attulerim,meminisse te credo. postea quàm mea mutata ratio est:cum uiderem me a Cæsare honorificẽtissime tractari,& unice diligi; hominisq́; liberalitatem incredibilem,& singularem fidem nossem:sic ei te * commẽdaui, & tradidi,ut grauissime,diligentissimeq́; potui.quod ille ita & accepit,& mihi sæpe literis significauit,& tibi uerbis,& re ostendit, mea commendatione sese ualde esse commotum. Hunc tu uirum nactus, si me aut sapere aliquid, aut uelle tua causa putas, ne dimiseris: &, si qua te forte res aliquando offenderit, cum ille aut occupatione,aut difficultate tardior tibi erit uisus, perferto, & ultima expectato:quæ ego tibi & * iucunda, & honesta præstabo. Pluribus te hortari non debeo: tantum moneo,neq; amicitiæ confirmandæ clarissimi, ac liberalissimi * uiri neq; uberioris prouinciæ,neq; ætatis magis idoneum tempus,hoc si amiseris, te esse ullũ unquã repertu rum.hoc,quemadmodum uos scribere soletis in uestris libris,idem Q. * Cornelio uidebatur. In Britanniã te non esse profectũ,uehemẽter gaudeo; quòd et tu labore caruisti,et ego * te de rebus illis nõ audiã ubi sis hibernaturus & qua spe,aut cõditione,perscribas ad me uelim. Vale.*

de eo, quod apud Cæs. Trebatij cã fecerat erat .n. Quinctus Cæsaris legatus in Gallia.

alludit ad creditores Ptolemæi, regis Alexandrini. epist. 1. l. 2.

uide ep. 6. h. l.

utilia, & honorifica.

ep. 7. h. l.

ep. 8. h. l.

quasi gloriõ se narraturus

EX tuis§ Opera Q.fratris Cic. Trebatius,qui antea inuitus fuerat in Gallia, mutauerat aĩm, & scripserat se libenter esse de quo dicit Cic. se egisse grãs Q. fratri suo, & laudare ipsum Trebatiũ,qui constantis animi esse cœpit. Deinde dicit se ferre eius desideriũ propter eius vtilitatem: & cõmemorat,q̃ diligenter eũ cõmendauerit Cæs. & quanti fecerit Cæs.cõmẽdationes suas. Itaq; eum hortatur,vt fruatur cõmoditate hois,tpis,& loci.§ Ex tuis literis § ꝑpter tuas literas, VVASE.

quibus

quibus ad me scripsisti te ab eo aditutũ fuisse. {Aliqñ} tãdẽ. {Cõstitisse} fecisse constantiã, confirmatũ esse. {Primorũ mensium} quibus in prouinciã profectus fueras. {Cõmouebar} indignabar. {Pace tua dixerim} honestus reprehendendi mos, prius capitata venia. {Pace tua} .i. tua venia, te nõ irascente. {Leuis} mutabilis. {Vrbanitatis} vitæ ciuilis viuẽdi in vrbe. {Impiger} prõptus. {Timidus} ecce leuitas quia qui impigrũ se interdũ ostendebat, interdũ timidus videbatur {Sæpe etiã} subaudi, cõmouebar. {Alienissimũ à te} .i. extra te, & ferre sine ratione, neq; is, q. esse consueueras. {Subimpudẽs} .i. aliquantulũ sine verecundia. {Tanquã.n.} probat q videretur subimpudens, quia voluisset statim ditari à Cęs. tãquã attulisset ad eum cedulã, & scriptum aliquod de accipiendis pecunijs, & non literas commẽdaticias. {Syngrapham} scriptũ de capienda pecunia faciens fidẽ. {Ablata} quasi abrepta, & subito accepta. {Nec veniebat in mentẽ} .i. nec cogitabas. {Alexandriã} vbi scripti fuerant milites. {Ego} ostendit Cic. se ferre desideriũ Trebatij propter eius vtilitatem, nam si suã respiceret, deberet magis optare eius pñtiam. {Ducerem rationẽ mei cõmodi} .i. si respicerem, & ęstimarẽ cõmodũ meũ. {Mecũ} apud me. {Ex consuetudine} ex cõuersacione. {Ex consilio} quod mihi dabas vtilissimũ. {Opera} auxilio, quod mihi præstabas. {Contulisses te} dedisses te. {Tuendum} defendendũ. {Ornandũ} dignitatibus decorandũ. {Quoad} s. tpe. {Opinatus sum} existimaui. {In prouinciã} quæ erat mihi decreta. {Exiturũ} profecturum Roma. {Ratio} institutio. {Est cõm.} quia decreui nõ exire in prouinciam. {Tradidi} eius fidei credidi. Virg. Nuper mihi tradidit Aegon Horat. in ep. Scilicet vt tibi se laudare & tradere conet. & ipse supra ad Cæs. Totum denique hoiem tibi trado. {Grauissime} honorificentissime. {Qđ} quam rem. s. q ei recommendauerim & tradiderim. {Accepit} carũ habuit {Verbis} dicendo tibi {Et re} .i. effectu, quia te multum subleuauit. {Hunc talẽ Virg. Hũc ego te Euryale aspicio. {Nactus} qui inuenisti {Ne dimiseris} pro ne dimittas .i. ne relinquas. {Et, si} duæ partes sunt. {Offenderit te} displicuerit tibi affecerit te molestia. {Occupatione} cũ erit intentus maioribus negotijs. {Aut difficultate} cũ erit durior in te admittẽdo, & cũ non ita tibi assequetur, vt velles. {Perferto} tolerato. {Vltima} finẽ. est aũt optimũ pręceptũ, ad eos, qui apud magnos viros viuunt, vt tolerẽt, si qua in principio minus psspera eueniũt, & expectent finẽ. quia modo bene agas, qđ differtur, nõ aufertur, cũ agas apud viros liberales, qualis erat Cęs. {Iucũda & honesta} .i. & læta. & plena honoris. {Præstabo} efficiã. {Tm} solũmodo. {Moneo te} dico tibi. {Vberioris} ditioris. {Neq; ętatis} quia nunquã eris aptior laboribus, q̃ nunc. {Vt vos} iuriscõsulti. {In vestris libris} legalibus vbi soletis ita dicere, hoc Scæuolæ placet, & affirmatis snias vestras auctoritate aliorũ. {Idem videbatur Q. Cornelio} .i. idem existimabat Q. Cor. s. vt tu expectares vltima & finem rerũ, quem tibi lætũ & honestũ reddã. {Te esse non profectũ} non iuisse. scripserat.n. Trebatius se noluisse ire in Britanniã, sed remãsisse in Gallia. Quod & dicit duas causas esse, quare gaudeat Treb. nõ iuisse in Britãniã: quia Treb labore caruit, qui fuisset futurus in Britãnia, & ipse Cic. nõ audit Treb. quęrentẽ de illis rebus Britãnicis. {De rebus illis} asperis & periculosis. {Hibernaturus} mãsurus hac hieme. {Qua spe} .s. melioris, vel deterioris fortunæ. {Cõditione} præsenti statu.

ASCEN. E X tuis literis, &c } Laudat Cic. q Treb. ex cõsilio Q. fratris sui Gallis placeat, monetq; vt vtilitati suæ consulat, vtatur cõmoditate temporis, & Cæs. cui eũ diligẽter cõmendat. Ordo aũt est. Ego & .i. simul, egi ex lris tuis .i. postquã legi lras tuas ex ijs, quæ in literis tuis erant, gratias Q. fratri. s. meo. est.n. Cic. frater, & possum collaudare te aliqñ .i. tãdẽ, q videris iam constitisse in snia certa .i. proposito firmo. Nã ego cõmouebar vehementer literis primorũ mensiũ .i. quas primis mensibus postquã huc profectus eras ad nos dedisti, q videbare mihi interdũ, dixerim .i. liceat mihi id dixisse, pace tua. s. salua, leuis .i. mobilis & incõstãs, in desiderio vrbis. s. Romæ, & vrbanitatis .i. vrbanæ vitæ, & politiæ Romæ, & videbare interdum impigier .i. acer & strenuus, interdũ timidus in labore militari, & ita incõstãs, ac leuis fuit, aũt .i. sed, videbare etiã sæpe subimpudens .i. aliquantulũ licet nõ plane impudens, quia ea, quæ nõ debebat, petebat, vt supra patuit, tribunatus cõmoda sine labore militiæ, quod. s. esse impudentem, est alienissimũ à te .i. consuetis moribus tuis. Probat impudentem fuisse. Enim .i. quia tu properabas, pecunia. s. ex stipendio assignata, ablata, domũ sic, tanquam attulisses ad imperatorẽ. s. Cæs. syngrapham .i. schedulam, expectatione conscriptã, in qua obligatus esset Cæs. eã afferenti statim pecuniã numerare, & nõ sup. attulisses epistolam. s. cõmendatitiã, qua te illi cõmendauerã, vt in militia te humaniter tractaret, non vt recepta pecunia statim abires. Nec veniebat tibi in mentẽ eos ipsos, qui venissent Alexandriã .i. in eã vrbem, vbi scripti fuerant milites, cũ syngraphis .i. scriptis obligatorijs, nullum potuisse adhuc auferre nũmum. Ego si ducerẽ rationem .i. haberem respectum cõmodi mei, vellẽ maxime te esse mecum: non.n. afficiebat mediocri vel voluptate ex cõsuetudine .i. cõuersatione & cõsone nra, vel vtilitate ex cõsilio. s. tuo, & opera tua. s. labore, & industria. Sed cũ contulisses te ex .i. ab adolescentia tua, in amicitiã & fidem meã, ego putaui te semper, nõ modo tuendũ .i. protegendũ mihi .i. à me sed etiã augendũ atq; ornandum. s. honoribus, & diuitijs. Itaq; .i. & ita, quoad .i. quandiu, opinatus sum me exiturũ in prouinciã, credo te meminisse, quæ attulerim vltro .i. nõ rogatus, ad te, q. d. promisit te mihi legatũ, aut quæstorem ore. Posteaquã mea ratio .i. conditio est immutata, quia prouincia non erat mihi cõmissa, cũ viderẽ me tractari honorificentissime à Cæs. & diligi vnice .i. singulariter, vt parentes vnicũ diligũt filiũ, & nossem .i. cognouissem liberalitatem hois. s. Cęs. & incredibilem & singulare fidẽ .i. fidelitatẽ in amicitia cõseruanda, aut pollicitis exequẽdis: Ego cõmẽdaui & tradidi .i. fideicommissi, ei. s. Cæs. te sic, vt potui grauissime, & diligentissime. quod .i. quã commendationẽ meã, ille. s. Cæs. & .i. simul, accepit ita. s. grauissime & diligentissime à me factam, & significauit .i. indicauit mihi sæpe literis. s. suis, & ostẽdit tibi verbis & re, sese esse valde cõmotum .i. effectũ erga te, cõmendatione mea. Tu nactus .i. adeptus hunc .i. talẽ virũ, ne dimiseris .i. caue dimittas, si putas me aut sapere aliquid, aut velle aliquid causa tua. s. pro vtilitate tua. Videtur hoc loco, aut, copulatiue debere: accepi nã alterũ nõ sufficeret. si.n. maxime sapet Ci. & nõ bene vellet Treb. stultus esset, si illi acquiesceret: & contra, si optime vellet, nec quidquã saperet, nõ esset illius consilio standũ. Et si qua .i. aliqua res, offenderit .i. læserit, & displicẽtia affecerit forte aliqñ te. s. apud Cæs. cũ ille. s. Cæs. erit visus tibi tardior. s. ad vota tua perficiẽda, aut occupatione. s. sua, aut difficultate. s. rei q̃ perieris, perferto .i. ad finẽ vsq; ferto, & expectato vltima .i. exitum rei, quæ. s. vltima, ego præstabo .i. efficaciã, aut exhibebo tibi, iucũda & honesta. Ego nõ debeo exhortari te pluribus .i. verbis tm .i. dentaxat, moneo. s. te, tps, sup. nullũ esse, aut fore, magis idoneũ .i. aptũ, neq: amicitiæ viri clarissimi, ac liberalissimi videlicet Cęs. cõfirmandæ .i. stabiliendę, neq; prouinciæ vberioris .i. pinguioris, in qua tibi posset consulere, neq; ætatis, cũ sit in ætate, in qua & labores obire, & gratiã promereri facillime possis. Si tu amiseris hoc. s. tpis .i. hanc oportunitatẽ & occasionẽ, qa, Fronte capillata post hæc occasio calua, sup. moneo te, te nullũ reporturum esse vnquã. s. aliud tempus tãtæ cõmoditatis. Hoc idem. s. quod te moneo, videbatur Q. Cornelio viro prudẽti & tibi, amico, quod sup. per eius auctoritatẽ, cõfirmo, quẽadmodũ vos. s. iurisconsulti, soletis scribere in libris .i. nstris, vestris, dum opiniones vras confirmatis opinionibus aliorũ iurisconsultorũ subscribentiũ vobis. Ego gaudeo vehementer, & tñ prius risit, te nõ esse profectũ in Britãniã, superius tñ iocando dixit eũ Philoctetẽ, ob talẽ deambulationẽ, quod, & .i. simul caruisti labore; & ego, si illic esses, non audiã te de rebus illis, quas illic agas. velim, sup. vt perscribas .i. ad perfectũ & plane scribas, ad me vbi sis hiematurus .i. hiemẽ in hibernis trãsacturus, & qua spe, aut conditione .i. quam conditionẽ tibi Cæsar obtulerit, de qua speres.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Scopus epistolæ adhortatorius est, ut Trebatius in proposito perseuerandi in prouincia maneat. Aspersi sunt aliquot loci, suis ex locis petiti, ijsque notis.

CICERO S. D. TREBATIO. ·18

*ACCEPI à te aliquot epistolas uno tempore, quas tu diuersis temporibus dederas: in quibus me * cetera delectarunt: significabant.n. te istam militiam iam firmo animo ferre, & esse fortem uirum, & constantem: quæ ego paulisper in te ita desideraui nõ imbecillitate animi tui, sed magis ut desiderio nostri te æstuare putarẽ. quare perge, ut cœpisti: forti animo istã tolera militiam. multa, mihi crede, assequere: ego.n. renouabo commendationem, sed * tempore. sic habeto, non tibi maiori esse cura, ut iste tuus à me discessus fructuosissimus,*

hoc pendet, usque ad illud, cetera belle.

p. 38 l. 12. ad Att.

*mus tibi sit, quàm mihi. itaque quando uestræ cautiones infirmæ sunt, græculam tibi misi cautionem chirographi mei. Tu me uelim de ratione Gallici belli certiorē facias ego.n.*ignauissimo cuiq; maximam fidem habeo. Sed, ut ad epistolas tuas redeam, cetera belle: illud miror: quis solet eodem exemplo plures dare, qui sua manu scribit? Nam, quòd in palimsesto, laudo equidem parsimoniam: sed miror, quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, quàm hæc scribere: nisi forte tuas formulas: non.n. puto te meas epistolas delere, ut reponas tuas. an hoc significas, nihil fieri, frigere te, ne chartā quidē tibi *suppeditare? iam ista tua culpa est, qui uerecundiam tecum extuleris, & non hic nobiscum reliqueris. ego te Balbo, cum ad uos proficiscetur, *more Romano commendabo. Tu, si interuallum longius erit mearum literarum, ne sis admiratus. eram.n. absuturus mense Apr. Has literas scripsi in Pontino, cum ad uillam M. Aemily Philemonis diuertissem: ex qua iam audieram fremitum *clientiū meorum; quos quidē tu mihi conciliasti. nā Vlubris, honoris mei causa, uim maximā *ranunculorū se cōmosse constabat. Cura ut ualeas. vi. idus Apr. de Pōtino.*

quia ignauissimi spectatores pugnarū sunt. itaque certius omnia & obseruant, & narrare deinde possunt.

.i. suppeteret.

epist. 5. h. l.

epist. 5. h. l. qui prope erant. sic eos appellat ob paludes.

EPISTOLAM *tuam, quam accepi ab L. Aruntio, conscidi innocentē: nihil.n. habebat, quod non uel in concione recte legi posset. sed & Aruntius ita te mandasse aiebat, & tu adscripseras. uero illud esto. nihil te ad me postea scripsisse demiror, præsertim tā nouis rebus. Val.*

HVBER.

ACCEPI} Cū antea Treb. inuitus esset in prouincia, & Cic. ad quē scripserat de hac re, molestiā attulisset; postea multis epistolis eodē exemplo scriptis, vt saltē vna redderetur, ei signauit se iam forti aīo ferre labores militiæ, & libēter esse cū Cæ. quod quidē rescribit Cic. sibi esse gratum, & sępe ab eo desiderasse, nō q̃ æstimaret eū esse aīo imbecilli, sed fortasse, quia nimio amore ipsius Cic. abesse nō posset. Itaq; eum hortatur, vt perseueret in proposito: se.n. denuo cum opus fuerit, cōmendaturū eū Cæs. Postea vero iocatur cū ipso Treb. qui raserat quandā chartā, vt in ea rursus scriberet. Postremo quidam de se ipso cū laude dicit, simulans iocari. {Aliquot} multas. {Cetera} pendet sensus vsq; ad eū locū, sed vt ad epistola, &c. {Significabāt} ostendebāt lītæ meæ. {Fortē} in toleranda militia. {Constātem} in perseuerando proposito. {Paulisper} aliquātulū. {Desideraui} à te optaui te facere. {Nō imbecillitate} excusat Treb. ne videatur eū accusare leuitatis. Dicit.n. se ab eo ita desiderasse, nō propter imbecillitatē eius animi, sed q̃ putaret eū vehemēter incensum esse eius amore, ita vt nō facile posset abesse. {Vt putarē} .i. q̃ putarē. {Aestuare} ardere, incendi. {Vt cœpisti} ferre istā militiam, & seruare constantiā. {Assequere} adipisceris, cōparabis. {Renouabo cōmendationē} .i. rursum & denuo te cōmendabo Cęs. {Sed tpe} subaudi renouabo commendationē .i. cum videbo esse opus. {Fructuosissimus} vtilissimus. {Quàm mihi} .s. est curæ. {Itaque} dicit se manu propria scripsisse græce cautionē quandam ad ipsum Treb. quia videbat eius cautiones legales nō multū valere ad cōsequēda ea, quæ cupiebat. {Cautiones} sciæ legales. {Cautionē græculā} .i. præceptū & institutionē græce scriptā. {Chyrographi} scripti manus meæ, nam χεὶρ, manum, signat, γράφω scribo. {De ratione Gallici belli} .i. quomodo gerat istud bellū in Gallia. {Cetera} illud est, quod supra dixit, cetera me delectarūt. {Belle} .i. satis bene. est aūt eclipsis deest n. scripsisti, vel fecisti. {Plures} .i. literas vel epistolas. {Nam q̃ in palimsesto} quidā habiti nō inerudīti exposuerunt palimsestū librū esse in quo Treb. de parsimonia scripsisset. quidā aūt vir doctrina, & fide grauis, mihiq; familiaris, & literis notauit, & mihi dixit, atq; affirmauit se vidisse scriptum manu Guarini Veronensis, viri eruditissimi, in quodā eius codice ep. 6. genus ciborū quos confortinos appellant: Palimpsesta aūt confortinos recoctos. quod quidē miror dictū esse à tali viro, quia nulla est huius sensus, ratio. & tñ, vt ab eo dictū credam facit auctoritas eius, qui retulit, & codici suo ab illius manu inseruit, quasi Delphici Apollinis responsum. Sed non o\[m\]ia possumus oēs. &, q\[uan\]q; bonus dormitat Hom. Verus igitur est hic sensus: Psestū tabulā dici siue chartam, quæ raditur, postquā est scripta. nā ψάω, rado signat, inde ψηστὸν tabella rasa, qualis solet esse tabella abaci. palimsestus aūt tabella iterum rasa. nam πάλιν iterum signat. cōijcimus igitur Treb. rasisse chartā, quæ semel fuerat rasa. Latēter aūt Cic. notat eū auaritiæ. {Quod in palimpsesto} subaudi scripsisti .i. in charta iterū rasa. {Parsimoniā} parcitatem} diligentiā in conseruandis rebus. nā parsimonia est virtus diligenter res suas seruans. est autē medium inter auaritiā, & prodigalitatē. ironice tñ locutus est. {Delere} tollere, abradere. {Nisi forte} iocatur Cic. dicit se credere ep. suas deleri à Treba. vt in illis chartis reponat Trebatius. nō epist. suas, sed formulas legales .i. capita, vel titulos legū. {Reponas} scribas, iterū ponas. {Tuas} .s. ep. vbi erāt meæ. {An hoc} dicit Cic. fortasse hoc fieri à Treb. vt signet se nihil facere, & nihil lucrari in prouincia. quod si ita est, dicit hoc fieri ea eius verecundia, qui non audeat petere à Cæs. {An signas hoc} an fortasse vis hoc mihi significare, & ostēdere. {Nihil fieri} à te. {Frigere te} te cessare, te otiosum esse. Ter. Nimirū hic hoīes frigēt. {Ne chartā quidē} ego multo minus maiora. {Suppeditare} subaudi te, suppeditare tibi .i. suggerere, sufficere, subministrare. {Tua culpa} q̃ nihil facias. {Extuleris} exportaueris. {Verecundiā} pudorē & timorem quendā in petēdo. {More Romano} .i. diligentissime, sicut etiā supra dixit. {Tu} petit excusationē tarditatis, & dilationis suarū ad eū lītarum. Ordo est: Tu ne sis admiratus, pro ne admireris, si interuallū mearum lītarum erit longius. {Absuturus} .i. discessurus ab vrbe. {In Pōtino} rus in sinu Cumano, vbi & Pōtina palus erat, de qua Iuue. Et Pontina palus, & Gallinaria pinus. Illuc.n. se contulerat ad villā amici, vt ipse dicit. {Diuertissem} gr\[ati\]a recreationis iuissem. {Metrilij Philemonis} nomē proprium viri. {Ex qua villa} Metrilij. {Clientiū meorū} qui moleste ferrēt discessum meū. {Quos conciliasti mihi} quos tu mihi coniunxisti ante discessum tuū in Galliā. {Vlubris} oppido Cāpaniæ, vt supra diximus. {Vim} .i. copiā. {Ranunculorū} iocatur Cic. vocat.n. per iocū ranunculos Vlubrēses, qui de Cic. loquerentur, eo q̃ clamarent tanquā ranæ, quæ proprie dicuntur coaxare. {Constabat} manifestū erat. {Cōmosse} pro cōmouisse. a rana autē cum diminutiuum deberet esse ranula, vsurpatum est ranunculus quod neque formationem, neque genus seruat.

EPISTOLAM} Mandarat Treb. epist. quandam, quā Cic. scripserat lacerari: quod Cic. se fecisse scribit, licet nihil haberet propter quod deberet lacerari. {Cōscidi} laceraui. {Innocentē} sine culpa, non merentē lacerari, quia in ea nihil erat male scriptum. {Vel} .i. etiam. {In concione} in medio populo, palam. {Mandasse} ei dixisse. {Ita} vt laceraretur {Illud esto} concedentis est. q.d. factum sit non curemus.

ASCEN.

ACCEPI a te, &c.} Aegre tulerat Cic. q̃ Treb. significauerat se inuitū esse in prouincia. quod cū accepisset, scripsit multas ep. Cic. significās se fortiter militiā ferre, & libenter cū Cæs. esse. Quod Cic. nunc sibi placere dicit, ioco se tñ more suo cū eo agens. Ordo est. Ego accepi à te vno tpe aliquot epistolas, quas tu dederas .i. miseras ad me, vt dederas tabellarijs, diuersis tpibus in quibus cetera .i. præter q̃ q̃ non essent suo tpe perlatæ, placebant mihi. Significabāt.n. te ferre iam aīo firmo istā militiā .s. sub Cęs. & esse virum fortē & constantē. quæ .s. duo iam dicta ego desideraui paulisper .i. per parū tpis, ita vt nō putarē te æstuare imbecillitate animi tui .i. pusillanimitate, sed magis putarē te æstuare .i. ardere, desiderio nostri. Quare perge .i. procede, & perage inceptum, vt cœpisti, & sup. tolera istā militiā aīo forti, vt crede mihi, assequere multa .s. cōmoda per eam. ego.n. renouabo cōmēdationē .i. tuā apud Cæs. sed tpe .i. tēpestiue. Habeto sic .i. firmiter tibi persuade, non esse tibi maiori curæ, q̃ mihi, vt iste discessus tuus à me sit tibi fructuosissimus .i. vtilissimus. Itaq; qñ .i. q\[uan\]quidē cautiones vestræ .i. quas vos milites facitis imperatori vestro de militia perferenda, sunt infirmæ .i. parum creditę apud imperatorem, misi tibi, quā Cæs. dares, cautionē græculā .i. more Græco, non lītis, vt Huber. interpretatur, scriptam. hoc est qua pro te me & mea obligo. Nā Græci nulli solent adhibere fidē, nec quidquā vendere nisi p\[rae\]nti pecunia, qua quicquid emunt, dicunt se apud Comicos Græca fide mercari. chirographi mei .i. obligatorij manu mea scripti. Ego velim sup. vt tu facias me certiorē de ratione .s. forma & cōditione belli Gall. Ego.n. habeo fidem maximā .i. maxime credo cuiq; ignauissimo .i. nihil valēti ad rem bellicā. Sed vt redeā ad epistolas tuas ceteras sup. scripsisti, aut scripta sunt belle .i. bene & decenter, illud miror .s. q̃ plures tuo exemplo scriptas ad me dedisti lītas. quis.n. qui scribit sua manu, & nō dictat, quæ alij excipiant & scribant, solet dare plures .i. ep. aut literas, eodē exemplo .i. eisdē verbis, & forma scriptas? q.d. nemo,

accidit

accidit tñ aliqñ dum tabellarij incerti sunt. Nã sup. q scripsisti in palimpsesto.i.in iterũ raso,siue tabella,siue cartula,aut mem branula,equidẽ.i.ego certe,laudo parsimoniã tuã,q noluisti tabellas nouas pdere dãdo eas ad me,& ita tacite notat Treb.auaritiæ. Sanè ψάω,rado signat,inde ψαιής,res vt tabella,aut alia rasa,& πάλιν iterũ signat. Vnde palimsestos res iterũ rasa.Sed miror q̃d fuit in illa cartula.s.rasa, q̃d malueris delere, q̃ scribere huc.i.ad nos,nisi forte malueris delere formulas tuas.i.regulas iuris,aut formas instrorum cõficiendorũ. Non.n.puto te delere ep.meas radendo.s.mẽbranas,in q̃bus scribo vt reponas.i.iterũ eisdẽ scribas tuas.s.ep.An signas hoc,nihil fieri.s.lucrorũ tibi in exercitudĩe frigere.i.ntiosum esse? ne quidẽ.i. & nõ saltẽ,suppeditare.i.administrare tibi cartã? aut si est suppeditari,lege,ne q̃dem.i.non saltẽ cartã suppeditari.i.subministrari tibi,ad scribendũ? Iam ista culpa.s.qua te tã prudẽter taxo,est tua.q extuleris .i.extra vrbẽ tuleris tecũ,& nõ reliqueris hic nobiscũ verecũdiã. Ego commendabo te Balbo mnre R.i.ingenue, & fideliter, vt Rom.decet,cũ i.qñ,sup. Balbus pficiscetur.i. istinc discedet ad nos. Tu,si interuallũ.i. inter capedo & intermisso lrarum mearũ,erit longius i.diuturnior,ne sis admiratus etã.n. absuturus.s. domo mẽse Apr. ego scripsi has lras in Põtino.i. agro illo in sinu Cumano,cũ diuertissem i.cã hospitij à via me vertissẽ ad villã.i.domũ in agro sitã,Metrilij Philemonis, viri sic dicti,& vtrique ooñ,ex qua s.villa, ego audierã iã strepitũ clientũ meorũ.i. hoium liberorũ me colẽtiũ,vt illis patrociniũ præstarẽ,quos q̃dem cliẽtes tu cõciliasti.i.cõparasti mihi eo q p eis Cic. Treb. cõsulere solebat. Nã cõllabat.i.manifestũ & in cõfesso erat maximã vim.i.multitudinẽ,ranũculorũ.i.paruulorũ hoium,rustice simul loquẽtiũ,in morẽ ranarũ,cõmosse.i.cõmouisse,se Vlubris .i.in eo oppido inculto,cã honoris mei,vt me honorifice acciperẽt,cura vt valeas.Scriptũ sup.de Põtino.i.de eo loco.6.id.Apr.

EPISTOLAM, &c.} Mandarat Treb.ep quandã, quam ad Cic.scripserat,ab eo lacerari:quod se Cic fecisse dicit,cũ nullam agnosceret cãm,cur rescindi deberet,suspicãs forte aliã misisse, quæ ad se nõ sit perlata. Ordo est.Ego cõscidi.i.dilaceraui,innocẽter i.sine culpa mea,ac epistolæ, nisi sit legendũ innocentẽ .i.rem sic meritã. Illã.n.nihil habebat.i. scriptũ cõtinebat,quod nõ posset legi recte.i.decẽter,& impune, vel.i.etiã, in cõcione.i. cõcilio & cœtu totius populi,&.i.etiã Aruntius, & q eã attulit, aiebat,te mãdasse ita.i.vt ita facerẽ, & tu adscripseras.i.ad cetera mãdata tua in fine epistolæ scripseras,sup.ita. Verũ esto illud .s.q mãdaras,illã à me rescindi sine causa,q nõ potius aliã quã non viderim, demiror.i multum miror. Nam, de,nunc auget, nunc diminuit,nunc contrariũ indicat. te nihil scripsisse postea ad me, præsertim rebus tam nouis.i. cũ res tã nouæ cõtigerint.

PAVL. MAN. G Ræculam tibi nisi cautionẽ chirographi mei} puto sensum esse.cõmẽdaui te Cæsari lris græce scriptis. {Quã hæc scribere.} suspicor mendũ subesse. mihi.n.perobscurus est sensus.&,vt libere dicã,quod sentio, legendũ credere,q̃ exscribere, nulla propemodũ mutatione facta.deprauationis.n.origo,vt opinor,ea fuit.describẽdis libris sæpe duos ponimus,qui legat,& q de legente excipiat,vt.s.celerius, & certius id muneris cõficiatur.cum aũt is,qui legeret,protulisset, exscribere;credidit scriptor,exscribere,dictum esse,itaq; fecit in libro. alius deinde errorẽ,quẽ per imprudentiã cõmissum debuit tollere,temeritate auxit, reposuitque, vna dictione in duas diuisa, hæc scribere,sensu,vt dixi,mihi perobscuro.Sunt, etiã,qui addẽdũ putẽt, Nõ:vt legaĩ,Hęc nõ scribere.à quibus ęque dissentio. q si legaĩ,exscribere,hoc dicet video te parũ discere,cui charta desit,in qua tuas formulas,aut aliud quippiã exscribas. ea.n. si suppeditaret,nunq̃ pfecto ad nos in palimpsesto.infert.n.An hoc signas,nihil fieri.friget te,ne chartã q̃dẽ tibi suppeditare dixit aũt,Q̃d delere malueris,q̃ exscribere, p iocũ signans,nõ habuisse Trebatiũ in quo exscriberet id,q̃d deleras;itaq; se mirari quid fuerit in illa chartula;quasi moleste ferat id perijsse;chartę .n.inopiã ostendi,cũ scribat in palimpsesto. idem error in III epistolã VIII. libri ad Atticũ irrepserat:vbi.n.antea legebatur, fasces laureatos hæc ferre ex Italia,nemo nõ videt legendũ esse efferre. {M.Aemilij Philemonis} cũ in libris antiquis varie legeretur:{q̃dam.n.Meuilij,quidã Metilij,alij Metrinij,hñt} ausus sum emẽdare,M.Aemilij.procul.n.dubio libertus fuit,adoptatus in Romanã familiã,vt alij multi.cũ aũt Mettiliorũ mentionẽ nõ dum inuenerim; & vetustorũ exemplariũ varietate,in quibus veræ lectionis quasi quædã vestigia cernũtur, (quid.n.distat,Meuilij,à M.Aemilij?) & Pediani verbis, qui eiusdẽ,vt opinor,liberti meminit,adoctus sum,vt M.Aemilij,reponerẽ.libet aũt ipsis Pediani locũ recitare,vt studiosis quærendi labor absit is igitur ita in argumento orationis p Milonẽ. Munatius Plancus tribunus pl. pduxerat in concionẽ M.Aemiliũ Philemonẽ, nouũ hoiem,& libertũ M.Lepidi. Ita tñ hoc sentimus, vt assentientibus alijs meliora,perlibenter de nr̃a snia discessuri simus.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Peierat Trebatius,ut Aristotelis Topica Cicero Latine interpretaretur,quod per occasionem a se factum Cicero rescribit.

CICERO S. D. TREBATIO. 19

VIDE, quanti apud me sis. etsi iure id quidem: non.n.amore te uinco. ueruntamen quod præsenti tibi prope subnegaram, nõ tribueram certe, id absenti debere nõ potui.itaq; ut primum Velia nauigare cœpi,institui Topica Aristotelica conscribere, ab ipsa urbe commonitus amantissima tui. eum librum tibi misi Rhegio,scriptum quàm planissime res illa scribi potuit.sin tibi quædã uidebũtur obscuriora;cogitare debebis, NVLLAM *artem* * *literis sine interprete, & sine aliqua exercitatione percipi posse.non longe abieris. num ius ciuile uestrum ex libris cognosci potest? qui quanquam plurimi sunt,doctorem tamen,lumenq; desiderant, quã quam tu,si attente leges,si sæpius,per te omnia cõsequere,* * *ut certe intelligas.ut uero etiã ipsi tibi loci,proposita quæstione, occurrant, exercitatione consequere:in qua quidem nos te continebimus,si & salui redierimus,& salua ista offenderimus. Vale.v.kal.Sext. Rhegio.*

ex ipsis tantum literis & quasi muto libro.

correctio est si non oĩa, certe hoc, inquit, consequere, ut intelligas.

VIDE} Dicit Cicero, q id quod ferẽ negaret, vel certe non retribueret Treb.si pñs esset, tribuit absenti. nam cum Velia,in quo oppido Treb. vehementer diligebatur,discederet Cic.recordatus Trebatij ppter illud oppidum trãstulit illud opus in latinum: quod quidẽ vehementer commendat: dicitq; eum nõ debere mirari,si aliqua videbũtur obscuriora, quia in qualibet arte necesse est habere interpretes. Ostendit tñ eum posse multa per se consequi, si modo voluerit se exercere.{Quanti apud me sis}.i.quãti te faciã. {Id quidẽ}.s. est.{Iure}merito.{Nõ vinco te amore} quia par est amor nr̃. {Prope} fere.{Subnegarem}aliquo modo subnegarẽ.{Certe} saltẽ.{Non tribuerẽ}non concederẽ,nõ facerẽ.{Non potui nõ debere tibi absenti}.i. nõ potui facere q̃n absenti tibi deberẽ & tribuerem.Alij cod.hñt solã negationem & delere vt sit:non potui delere.i.tollere tibi, sed melius placet prior sensus. {Velia} ex Velia.est aũt oppidũ Lucaniæ.{Instituti}decreui, proposui. {Cõmonitus}in memoriã tui adductus.{Eũ librũ}librũ topicorum ἀπὸ τῶν τόπων.i.à locis,de quibus in eo opere tractatur:nõ tñ intelligẽdũ est de locis terrarũ,sed logicis, & ad philosophos pertinẽtibus.{Rhegio} ex Rhegio oppido Siciliæ. nã aliud est Rhegiũ Lepidi in Italia non longe a Mutina. {Quàm planissime}q apertissime.{Illa res}quæ natura sui est obscura,& difficilis.{Obscuriora}aliquantulũ obscura.{Sine interprete}quantum pertinet ad artes liberales.{Siue exercitatione} tam ad liberales,q̃ ad mechanicas, qm̃ utræque exercitatione indigent. {Percipi}intelligi.{Non longe abieris} non lõge discedas.q.d. exempla petãtur.{Num}an.{Ex libris}.s.solis.{Sine interprete}q.d non potest intelligi.{Desiderãt}.s.libri iuris ciuilis.{Doctorem}qui viua voce declaret.{Lumen}expositionẽ aliquã & cõmentationem,quæ aperiat mentẽ iurisconsultorum,quasi lumen quoddã.{Si attẽte,si sæpius} duo dixit quæ necessaria sunt discere volenti,vt studiose attenteq; legat & sæpe.neque.n.satis est oculo percurrere, sed mẽte respicere, neq; semel, sed sæpius. {Per te}sine doctore & lumine aliquo. {Ipsi loci} tractaĩ in eo libro de locis artis,vt supra notauimus.{Occurrant} sint obuij & prompti. {Exercitatione} quæ vincit oĩa præcepta magrorũ {In qua}exercitatione. {Cõtinebimus te} quia interdũ de his rebus te cum agã.{Redierimus} Romã. {Ista} res Romanas. {Salua}integra, in statu suo. {Offenderimus} inuenerimus.

NVBAN.

VIDE, &c.}Dicit Cic q id,q̃d fere negaret,vel certe nõ tribueret Treb.si pñs esset,tribuit absenti. Nã cũ Velia in quo oppido Treb.vehemẽter diligebatur,discederet Cic.recordatus Trebatij pp illud oppidũ,trãstuli Topica Arist.in latinũ.quod opus ad Treb.missum vehemẽter cõ-

ASCEN.

mēdat:diciť eū non dře mirari,si aliqua videbuntur obscuriora,cum in qualibet arte opus sit interprete & doctore.ostēdit tñ Treb.posse multa consequi per se,si modo voluerit se exercere. Ordo est.Vide.i.considera,quāti.i.q̄ magnę æstimationis tu sis apud me,etsi.i.quanquā id qdem sup.fit iure.i.merito tuo, non .n.vinco te amore.i.non plus te amo, q̄ amer à te.Veruotñ qđ prope.i.quasi,subnegarē.i.aliquantū negarē tibi pñti, certe.i.salrem,aut quod certū est non tribuerē.i. non spōte afferrem, tibi pñti.non potui sup.negare,aut,vt aliqui hñt, nō delere. Alij tñ hñt non di e,sed non placet,tibi absenti, id . Itaq; vt primū.i.cū primum aut vbi primū.i.statim postquā cœpi nauigare.i. discedere nauigando Velia.i.ab eo oppido, in quo Treb.vt dictū est, multū diligebatur,institui cōscribere.s.latino sermone, Topica Aristotelica.i.libros Arist.philosophi nobilissimi de totis locis argumentationū,cōmonitus ab ipsa vrbe amantissima tui.Ego misi tibi eum librū.s.Topicorū à me tralatorū,scriptū Rhegij.i. in eo oppido,quā.i.quātū,potuit illa res scribi plenissime Sin.i. sed si,quædā videbunt sup.in eo obscuriora.s.ad intelligēdū prima lectione , tn debebis cogitare nullā artē posse percipi lris.i. ex scripto sine interprete,& sine aliqua exercitatione.Nō abieris longe à professione tua,ad confirmandū, qđ dixi in exēplo. Num.i.nunqd ius ciuile vestrum.i. quod vos iurecōsulti profitemini,potest cognosci.i.perfecte disci ex libris?q.d. scio, q ne-quaquā,vnde addit,qui.s.libri quanquā sunt plurimi,tñ desiderant doctorē,& lumen.i.elucidationē.quanquā.i.tametsi tu si leges.s.librū Top.attente.i.cū accuratione & diligētia, & sup si leges sæpius,quia qđ prima lectione capere nō possumus, iterata lectione,nō raro cōsequitur,atq; cōsequere.i. obtines per te.i.sine interprete,aut doctore certe,vt intelligas,oia,quia perspicacissimo erat ingenio & ex legali sciētia ad Topica viā muniuerat. Vero.i.sed, vt etiā quęstione proposita.s. postquā quæstio, ac materia aliqua fuerit,tibi proposita, ipsi loci occurrāt tibi sic vt eis statim vti possis:consequere sup.id exercitatione.s.sola in qua quidē.s. exercitatione nō continebimus te, quia qñ aderis, quotidie te exercebimus & quæstiones tibi pponemus ad quos locos congruos applices,si &.i.simul redierimus.s. Romam,salui,& offenderimus.i.quasi præter spem inuenerimus,ista.s.quæ sunt vbi nunc es.i.res vrbanas,salua.i.non corrupta nec occupata bello ciuili,quod iam tunc instare formidabat. Iam.n.Treb. à Gallia redierat,& Romæ agebat,vt sequentes etiam epist.indicabunt.Vale. Rhegio.i.ex eo oppido.Scribit autem Cic.ferè locum e quo,non in quo, & ita in ablatiuo.v.cal. Sext.

PAVL. MAN.

D Octorem tñ, lumenq; desiderāt } oino in oibus antiqs libris pro,lumenq; legitur,vsumq;.ego tñ libētius legerim,vsumq;.i.excitationemq;:vt dicat idē,qđ supra,nullā artē literis sine interprete,& sine aliqua exercitatione pcipi posse.ita.n.vnius litterulæ mutatione, apta in primis,& perspicua efficit snia·Mouet oino me,si quē aliū,librorū veterū auctoritas,neq; tñ ita,vt nō eos quoq; ipsos interdū cōiectura,& ingenio modice adiuuādo putē. quæ vero nuper alij attulerunt,ad veterē illam scripturā cōfirmandā,etiamq; exemplo, vt ipsis visum est, simili cōprobandā, leuiora sunt,q̄ vt aut me, aut quemquā,qui rem ipsam ex veritate pēdat,mouere debeāt.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Dissuasoria est epistola . dehortatur enim Trebatium a Velanarum possessionum,quod ille in animo habebat,uenditione .

CICERO S. D. TREBATIO. 20

*AMabilior mibi Velia fuit , quòd te ab ea sensi amari.sed quid ego dicam te, quem quis non amat? Rufio medius fidius tuus ita desiderabatur,ut si esset unus è nobis sed ego te non reprehendo,qui illū ad adificationem tuam traduxeris.quanquam.n. Velia nō est uilior,quàm Lupercal:tamen istuc malo, quam hæc omnia.tamen.si me audies, quem soles, has paternas possessiones tenebis;(nescio quid.n.Velienses uerebantur)neque Heletem,nobilem amnem,relinques; nec * Papirianam domum deseres:quanquam illa quidem habet lucū, à quo etiam aduenæ teneri solent:quem tamen si * excideris,multum prospexeris.sed in primis oportunū uidetur,his præsertim temporibus, habere perfugium primū eorum urbem, quibus carus sis , deinde etiam tuam domum,tuosq; agros,eaq; remoto, salubri , amœnoq; loco: idq; etiam mea interesse,mi Trebati,arbitror. sed ualebis;meaque negotia uidebis;meq;, dijs iuuantibus,ante brumam * expectabis. Ego à Sex.Fabio,Niconis discipulo,librum abstuli Νίκωνος περὶ πολυφαγίας. o medicum suauē,meq; docilē ad hanc displicinā.sed Bassus noster me de hoc libro celauit :te quidē nō uidetur.Ventus * increbrescit. Cura ut ualeas.xiij.kal.Sext.Velia.*

Trebatij. de aliquo Papirio em ptam. potest incidi lucus sine piaculo. Cato lib.1.

iterus.n.'e rat Athenas, ubi suos filius literarū studia colebat ep.1.li.10.

flare incipit nobis uent' tuus.

HVBER.

A Mabilior } Laudat Cic.Veliā,vt Treb.magis psuadeat ne vēdat ea,quę Veliæ habebat,quēadmodū illū facturū sese intellexisse dicit. Deinde more suo iocās dicit se vidisse librū quēdā Niconis de voracitate, seq; eo delectatū cū lōge aliter sit,q̄a Cic.semper fuit cibi parcissimus. { Velis } vrbs Lucaniæ,vt supra dictū est. { Amabilior } magis amore digna. { Sed qd dicā te } .s.amari. { Quē } te. { Quis nō amat } q.d. quilibet. { Rufius } vel, vt alij cod.hñt, Rufius. { Traduxeris } trāsmiseris. { Ad ædificationē } quā facis cui vis eū præesse. { Vilior } abiectior. { Quā Lupercal } locus Romæ sub mōte Palatino,de cuius nois rōne & deriuatione vide Quin.Var.& Ser.in 7.Aen. In eo loco fortasse ædificabat domū Treb. { Istuc } vel pnomen sit p istud.s.Lupcal,vel aduerb.& subaudiat venire. { Quā hæc oia } quę habeo Veliæ. { Tu } hoc pnomē in princ.huius clausulæ hēt hāc vim,vt ita intelligat Ci.licet malim Lupercal q̄ hæc oia,tñ tu cōsilio meo nō vēdas has possessiones,quas pr tuus tibi Veliæ reliqt. { Si me audies } si parebis cōsilijs meis. { Verebātur } timebāt. { Nescio quid } de vēditione tuarū possessionū alij cod.hñt,Nescio q.i.qdā Veliēses. { Alethē } fluuiū Lucaniæ,iuxta quē erāt possessiones Trebatij. { Papirianā } q̄ olim fuit Papirij,& adhuc retinebat nomē. { Quē } locū. { Excideris } patefeceris.vel,vt ego puto,iocās.Cic.ei bñ cōsulit,dicit.n.si excideris.i. si deieceris,vel dirueris,ab eo qđ est excido.vt illud Virg. Et negat excisam vitā pducere Troia. { Multū pspexeris } vsus est verbo ambiguo,nā signat & videre & puidere,re vera aūt intelligit multū puideris.i.magnū tibi cōmodū feceris:q̄a dixit aduenas ab eo loco teneri.i.eo loco delectari,q erāt ei magnæ impensæ, ideo p iocū cōsulit vt eū diruat ad cōmodū suū. { Præsertim his tpibus } .i. talibus tpibus quibus multa tristitia vr imminere. { Tuā domū } in qua sine respectu possis esse, si aliquid accidat. { Salubri } sano. { Interesse mea } vt possim interdū tecum esse,si opus fuerit,& istis cōmodis frui. { Dijs iuuātib' } dijs cōcedētib' & fauētib'. { Abstuli } extorsi,& cū difficultate habui. { Νίκωνος } Niconis. { περὶ πολυφαγίας } voracitate, & multa comestione. { O medicū suauē } .i.facetū,& iucūdū,q̄ pcepit voracitatē. { Docilē } attētū { Celauit me } nihil mihi dixit, cū sciret esse scriptū. { Te nō vr } .s.celasse. { Vēt' increbrescit } .i.felix est,& me vocat erat.n.Cic.scripta epist.nauigatur' ex velia,iō dixit vētus increbrescit.q.d.iā nauigaturus sum. Virg. Crebrescūt optatæ auræ.

ASCEN.

A Mabilior, &c. } Laudat Veliā vrbem Lucaniæ, in qua Treb.domū amœnā habebat, eo vt vr aio,ne Treb. eā vēdat. Ordo est.Velia.s.vrbs & portus. Vñ Aen.6.Portusq; reqre Velinos.fuit mihi amabilior.i. magis amabilis,q sensi te amati ab ea.i.ab eius incolis. Sed qd ego dicā te .s.amari ab ea,quē quis nō amat?q.d. nemo, & ita nō esse mirū, si ab ea amatur. Busius,aut vt alij legunt Rufius,tuus mediusfidius.i.ita me hercules Iouis filius amet,aut deus fidei,vt verum dico,desiderabatur ita,vt si esset vnus e nobis.s. q illic possessiones habemus,Sed ego nō reprehēdo te,qui traduxeris illū.s.Busium,aut Rufiū ad ædificationē tuā.Enim.i. quia quāquā Velia nō est vilior q̄ Lupercal.i.locus ille Romæ sub Palatino mōte, tñ ego malo istuc s.istud ipsum Lupercal, quā hæc oia.s. q̄ Veliæ sunt.& ita nō reprehēdit,q ad illius ædificationē traduxerit Busiū.Tu si audies me.i.si obedies mihi quē soles.s.audire,tenebis.i.nō vēdes has possessiones paternas.i. a patre obtentas.qđ sup.scribo enim.i.quia Velienses verebātur nescio quid.s.q audierint te velle alienare, neq; relinques Alecē ab alex alecis, vt Strabo legit,aut Halethē,ab hales,vt Theocritus amnem nobilem iuxta domū tuā,nec deseres domum Papirianā .i.quæ olim Papirij fuit quanquā illa.s domus quidē.i.certe hēt locū, à quo aduenæ solēt teneri.i.immorari delectatione capti, aut insidijs. quē.s.locū,aut periculosum,aut delectabilē, si excideris.i.dirueris,prospexeris.i.porro inspexeris e domo tua multū,aut cōsulueris vtilitati tuæ,si periculū dempseris . Sed videt oportunū in primis.·.præcipue,præsertim his tēporibus periculosis, aut propter seditiones aut propter pestes, habere profugium.i. ad locū ad quem confugias,primum vrbem eorum quibus sis carus,deinde

in.le etiam domum tuã,& agros tuos,habere ea loco remoto.s. strepitu populari, aut ab vrbe salubri & amœno & arbitror ô mi Trebati id.s.te tenere,eas possessiones,inter esse.i.in re & vtilitate esse,etiam mea,vt.s.tecum habeã confugium.Sed tu valebis,& videbis mea negotia, & expectabis me ante brumã.i. solstitium hyemale,quo dies sunt breuissimi,dijs iuuantibus.s.me, sine quo adiecto quidquã de se polliceri turpe sit Christiano hõmini,cũ ethnicus id adijciat.Ego abstuli à S.Fabio discipulo Niconis librum,Νίκωνος.i.Niconis, περὶ.i.de,πολυφαγίας.i.multa comesthione.O medicũ.s. Niconẽ suauẽ, & me docilẽ ad hanc disciplinã.s. multæ comesthionis quo dicto potius Trebatiũ taxat q̃ se.Sed Balbus noster.s.amicus celauit me de hoc lib.i.nullam mihi mentionẽ fecit,quidem.i.certe,nõ vt sup.celasse te,de hoc lib.q.d.tu eius disciplinã egregie calles.Ventus.s.auster, aut alius ventri cibis onusto perniciosus,increbrescit.i.fit crebrior. Cura vt valeas.Velia.i.ex ea vrbe 13.cal.Sext.i.quæ nunc Aug. sunt.

PAVL. MAN. R V F I O medius fidius tuus} tuus, inquit, q eiusdẽ esset gentis. Rufio.n.Trebatiorum cognomen fuit.id ex lapide constat, qui Romæ est in porta Latina : sic.n.in eo scriptum legitur. C. VEBIVS. C. F. MACER. C. TREBATIVS RVFIO. FACIVND. CVRAVERVNT. {Habet lucum} sunt,qui,lucum,ideo male legi credant,q neq; luci capax esset priuata domus,& luci, qui sacri essent, non sine scelere incidi possent.nos existimamus,lucum non intra parietes,sed ante ædes Trebatij fuisse,neq; Ciceronem impie consuluisse, qui eum à Trebatio cædi vellet. quo modo enim recte, & sine piaculo id fieri possit,docet M.Cato in primo de re rustica. libri veteres,locum, habent omnes.ea non alij,lotum,(vt de arbore intelligatur)potius quàm lucum,legere maluerũt. quam coniecturam probare non possum,cũ proxime sequatur,à quo: quod certe ad arborẽ referri nõ licet.vt alia omittũ argumẽta.

CICERO S. D. TREBATIO. 21

SILII causam te docui. is postea fuit apud me.cum ei dicerẽ,tibi uideri, sponsionem illam nos sine periculo facere posse, * *SI bonorum Turpiliæ possessionem Q.Capio prætor ex edicto suo mihi dedit negare aiebat Seruium tabulas testamẽti esse eas, quas instituisset is, qui factionem testamenti non habuerit: hoc idem Offilium diceret:tecum se locutum negabat: meque rogauit,ut se, causamque suam tibi commendarem. nec uir melior,mi Testa, nec mihi amicior P. Silio quisquam est,te tamen excepto. gratissimum igitur mihi feceris, si ad eum ultro ueneris, eique pollicitus eris, sed, si me amas,quamprimum. hoc te uehementer etiam atque etiam rogo.. Vale.*

[margin: verba sponsionis.]

[margin: uide de Offilio iurisc. cõs.Digest. lib.1. tit.2.]

NVBER. SILII} Silius quidam amicus Cic. habebat litem de hereditate quadam. eum Cic.hac epist. commendat Treb.rogatq; vt ad eum vltro veniat,eiq; polliceatur operam suã. {Docui} plane aperui. {Sponsionem} obligatoriam promissionem. {Videri tibi}te existimare, tuam esse sententiã. {Si bonorum} ponit verba de quibus erat lis, & erat futura spõsio. {Prætor} ad prætorem.n. pertinebit dare & bonorum possessionem,& possessionem bonorum. Hæc.n.inter se secũdum iurisc. differunt,quia bonorum possestio est iuris.Possessio vero bonorum est facti.{Ea edicto}.i.ex cõstituto prætoris. {Negare aiebat}sensus est,aiebat Silius quòd S.Sul. dicebat illud testamentum esse nullum,quòd esset factum ab eo, qui non habuisset factionem testamenti.i. qui iure nõ potuisset facere testamentũ. Tredecim autem sunt casus secundũ iurisconsultos, quibus nõ licet facere testamẽtum:quos qui velit videre, legat instituta in titulo,quibus non est permissum facere testamentũ,& in glossa Accursij eiusdem tituli. {Eas esse tabulas testamenti}.i.eas tabulas habere vim testamenti.{Factionem} potestatem faciendi.{Vltro}non rogatus ab eo. {Pollicitus eris} operam & consilium tuum. {Quamprimum} subito.

ASCEN. SILII causam,&c.}Cõmendat Silij amici cõmunis causam Trebatio,dicẽs. Ego docui te causam Silij.i.quid iuris haberet. Is.s.Silius postea apud me,cum dicerem ei videri tibi.i. q videretur tibi nos posse facere illam sponsionem.s. quã volebat facere, sine periculo, si Cæpio prætor dedit mihi ex edicto suo bonorum possessionẽ, quæ iuris est, cũ possessio bonorum sit facti. vnde præposuit genitiuum bonorum. Turpiliæ.s.mulieris testãtis aiebat.s. Silius, Seruium.s.Sulpiciũ iurisperitissimum, negare eas tabulas esse testamenti.i. habere vim legitimæ legationis,quas is instituisset,qui non habuerit factionem.i.ius faciendi testamẽti: & aiebat.s.Offilium.i.iurisperitum,dicere hoc negabat se locutum sup.esse tecum & rogauit me,vt commẽdarem tibi se & causam suam. Nec ò mi Testa.s. Trebati,quisquam est melior vir,nec amicior mihi Silio, te tamẽ excepto.Feceris igitur mihi gratissimum, si veneris vltro.i. non requisitus ab eo ad eum,& pollicitus fueris ei,sup.operam aut consilium tuum, sed quamprimum.i. statim, si amas me. ego rogo vehementer etiam,atque etiam hoc.

CICERO S. D. TREBATIO. 22



*ILLVSERAS heri inter scyphos,quòd dixeram controuersiã esse,posset ne heres,quod furtum antea factum esset,recte furti agere. itaque etsi domum bene * potus,seroq; redieram: tamen id caput,ubi hac controuersia est, notaui, & descriptum tibi misi: ut scires, id quod tu neminem sensisse dicebas, Sex.Aelium, M.* Manilium, M.Brutum sensisse. ego tamen Scæuolæ, & Testæ assentior. Vale.*

[margin: sic,bene nũ matus, epi. 16. h. Lib.]

[margin: lib. 1. & 3. de or.]

NVBER. ILLVSERAS} Cum cœnasset Cicero apud Treb. proposuerat hoc dubium,vtrũ qui esset institutus heres ab aliquo haberet actionem furti,quod fuisset factum ante,quàm,ipse esset institutus heres:negauerat Trebatius,& dixerat,& neminem id sentire.cõtra cuius opinionem affert Cicero sententias quorundam iurisconsultorum. {Illuseras}deriseras.cõtempseras quasi vel ignarum. iuris vel ebrium.{Inter scyphos}inter cyathos.i.in conuiuio. {Factum antea} de bonis eius à quo esset institutus heres. {Bene potus} vino plenius. {Id caput} eum titulum, id capitulum. {Notaui} signaui.{Neminem sensisse}neminem senteotia sua & opinione sua tenuisse.{Sextum Helium, M. Manilium} hæc omnia sunt nomina iurisconsultorum. {Scæuolæ} qui tenet sententiam tuam. {Testæ}.i tibi: nam Treb.etiam Testa dicebatur, vt præcedenti epistola patet, & superioribus epistolis alio loco.

ASCEN. ILLVSERAS, &c.} Cum cœnasset Cic.apud Treb.proposuerat ei hoc dubium,vtrum qui esset institutus heres ab aliquo,haberet actionem furti, quod fuisset factum ante, q̃ ipse esset institutus heres:ad quod Trebatius negatiue respondit,addiditque neminem iurisconsultorum id sentire. contra cuius opinionem affert nunc Cic.sententias quorundam iurisconsultorum. Ordo est. Illuseras.i. irriseras heri inter scyphos.i.pocula,hoc est inter potandum,quod dixeram esse controuersiam.i.rem dubiam,ad vtranque partem probabile, ne.i. an,heres posset agere recte furti.i.aliquem furti accusare in iudicio,quod furtum esset factum antea.s.quàm heres institutus esset. Itaque etsi redieram domum bene i.multum potius.i.potu oppletus,& sero.i.tarde: tamen notaui id caput, vbi hæc controuersia.i.disputatio, & misi tibi descriptũ, vt scires Sex.Aeliũ M. Maniliũ, M. Brutum sensisse id, quod tu dicebas neminem sensisse. Ego tamen assentior Scæuolæ, & Testæ.i. Trebatio, quia contra sentiunt.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Grata sibi scribit fuisse signa,quæ emerit Gallus in ornamentum bibliothecæ,gratiora tamen futura fuisse,si ea emisset,quæ Cic.mandasset. Fuit autem perstudiosus signorum elegantium Cicero, præsertim eorum quæ eruditionis antistitum erant,ut lib.1.epist. ad Attic. declarauit.

[margin: ep.1 3.l. 25. ad Att.]

M. CICERO S. D. M. FABIO GALLO. 23



*TANTVM quòd ex Arpinati ueneram, cum mihi à te literæ reddita sunt: ab eodemq; accepi * Auiani literas: in quibus hoc erat liberalissimum, nomina se facturum, cum uenisset, qua ego uellem die. fac quæso, qui ego sum, esse te. est ne aut tui pudoris, aut nostri, primum rogare de die, deinde plus * annua postulare? sed essent, mi Galle, omnia facilia, si & ea mercatus esses, quæ ego desiderabam, & ad eam summam,*

[margin: Auarij.]

[margin: annua,bima trima die, sæpe legimus in ueterum iurisconf. libris,ad Att. ep.2.lib.12.]

quam uolueram. ac tamẽ istæc ipsa, quæ te emisse scribis, non solum rata mihi erunt, sed etiam grata. plane.n. intelligo, te non modo studio, sed etiam amore usum, quæ te delectarint, hominem, ut ego semper iudicaui, in omni iudicio elegantissimum, quæq; me digna putaris, coemisse. sed uelim maneat Damasippus in sentẽtia. prorsus.n. ex istis emptionibus nullam desidero. tu autem ignarus instituti mei, quanti ego genus omne signorum omnium non æstimo tanti ista quattuor, aut quinq; sumpsisti. sed Bacchas istas cum musis Metelli comparas. quid simile? * primum ipsas ego musas nunquam tanti putassem: atq; id fecissem musis omnibus approbantibus. sed tamẽ erat aptum bibliothecæ, studijsq; nostris congruens: Bacchis uero ubi est apud * me locus? at pulchellæ sunt, noui optime & sæpe uidi. nominatim tibi signa, mihi nota. mandassem, si probassem, ea enim signa ego emere soleo, quæ ad similitudinem gymnasiorũ exornent mihi in palæstra locum. Martis uero signum quò mihi pacis auctori? gaudeo nullum Saturni signum fuisse. hæc enim duo signa putarem mihi æs alienum attulisse. Mercurij, mallem aliquod fuisset: felicius, puto, cum Auiano transigere possemus. Quòd tibi destinaras Trapezophoron: si te delectat, habebis; sin autem sententiam mutasti, ego habebo scilicet. ista quidem * summa næ ego multo libẽtius emerim diuersorum Tarracinæ; ne semper hospiti molestus sim. omnino liberti mei uideo esse culpam, cui plane res certas mandaram; itemque Iunij, quem puto tibi notum esse, Auiani familiarem. Exedria quædam mihi noua sunt instituta in porticula Tusculani: ea * uolebã tabellis ornare. etenim, si quid generis istiusmodi me delectat, pictura delectat. sed tamen, si ista mihi sunt habenda, certiorem uelim me facias, ubi sint, quando accersantur, quo genere uecturæ. si enim Damasippus in sententia non manebit: aliquem pseudo Damasippum uel cum iactura reperiemus. Quod ad me de domo scribis iterum; iam id ego proficiscens mandaram meæ Tulliæ. ea enim ipsa hora acceperam tuas literas. egeram etiam cum tuo Nicia; quòd is utitur, ut scis, familiariter Cassio. ut redij autem, prius, quàm tuas legi has proximas literas, * quæsiui de mea Tullia, quid egisset. per Liciniam se egisse dicebat: sed opinor Cassium uti non ita multum sorore. eam porro negare se audere, cum uir abesset, (est enim profectus in Hispaniam Decius) illo absente, & insciente migrare. est mihi gratissimũ, tanti à te æstimatam consuetudinem uitæ, uictusque nostri, primum ut eam domum sumeres, ut non modo prope me, sed plane * mecum habitare posses. deinde, ut migrare tantopere festines. sed, ne uiuam si tibi concedo, ut eius rei tu cupidior sis, quàm ego sum. itaque omnia experiar. uideo enim, quid mea intersit, quid utriusque nostrum. si quid egero, faciam ut scias. tu & ad omnia rescribes; &, quando te expectem, facies me, si tibi uidebitur, certiorem. Vale.

[Margin:] sine deinde positũ est, ut ep. 9 l. 2. & ad Att. epi 11. l. 8. & 18. l. 15. quem neq; Bacchas, neque Venus delectat.

[Margin:] tanta pecunia.

[Margin:] ut exedrijs superimpositæ tabellæ spectarẽtur:

[Margin:] quæsiui ex Phania. e. pist. 6. l. 3.

[Margin:] fortasse, q domus ea Ciceronis domus iuncta esset. pariete communi.

NVBER.

TANTVM} Cum instituisset Cic. ornare bibliothecam suam aliquibus imaginibus, mandarat Fabio Gallo amico vt eas sibi emeret. ille vero emit Bacchas, hoc est Baccharum imagines, quas Cic. ostendit professioni suæ nõ conuenire, quia potius cõueniunt ijs, qui vino, & ebrietate delectantur. deinde dicit se cupere exornare etiam porticum quandam picturis quibus maxime fatetur se delectari. Postremo q a Gallus erat empturus domum iuxta Cic. ædes, ostendit quantã operam dederit, vt fieret; deinde q̃ gratum sibi futurum sit, q eã domum habeat. {Ex Arpinati}.i. ex agro Arpinati. absolute posuit & substãtiue, vt si dicam veni ex Mediolanensi, subauditur agro. Arpinum autem Volscorum oppidum, vnde Cic. oriũdus fuit. {Tantum} solummodo proxime tunc. {Ab eodem}.s. qui reddidit mihi literas tuas {Liberalissimum} plenum liberalitatis. {Se facturum nomina}.i. debita. nam nomen. vt supra alio loco diximus, significat & debitum, & debitorem. de quibus aut rebus essent hęc nomina, verum de signis, an de alijs rebus, ambiguum est, puto tamen de signis quantum ex hoc textu conijcimus. {Fac te esse, qui sum ego}.i. finge te esse me, pone te loco mei. {Est ne tui pudoris} tuæ modestię & verecundiæ. q.d. non. {Rogare de die}.i. rogare vt detur nobis spacium, aut terminus aliquis ad soluendum. {Plus annua}.s. die.i. postulare terminũ vltra annum. {Ad eam summam} ad eam quãtitatem. {Rata} firma accepta. {Studio} diligentiam. {Coemisse} intelligo. {Damasippus} is, vt conijcio, fecerat ea signa, & se acquieturum honesto pretio, aut recepturum signa sua promiserat. {In sententia} in proposito aut accipiendi honesti prætij, aut recipiendi signa sua. {Instituti} volũtatis, propositi. {Sumpsisti} emisti {Genus omne signorum}.i. signa & statuas cuiuslibet generis. {Bacchas} scripserat Gallus ista signa Baccharum, quæ emerat, non minus esse pulchra, quàm musarũ signa quę emerat Metellus. Itaq; Cic. dicit nullam esse comparationem, neq; signa baccharum, suæ bibliothecę cõuenire. {Quid simile} q.d. nihil. {Tãti} quanti constiterunt bacchæ {Approbantibus} affirmãtibus sententiam meam {Sed tñ erat aptum bibliothecæ}.s. habere musas, quę conueniunt professoribus literarũ. {Vbi est locus apud me} q.d. nusquam, cum bacchę conueniant ebriosis, & ego sim modestissimus & parcissimus vini. hoc autem Cic. cum quadã stomachatione dixit. {At pulchellę}.s. sunt. & est obiectio ex parte Galli. {Noui} scio. s. esse pulchellas {Nominatim} per nomina. {Ad similitudinem gymnasiorum} sicut in gymnasijs solet fieri, vbi ponuntur signa ẽm professionem exercitij. Iuuen. Quanquam plena omnia gypso Chrysippi inuenias: nam perfectissimus horum est. Siquis Arist. similẽ vel Pitacon emit, &c. {In palestra} in bibliotheca, translatiue posuit. {Martis} scripserat Gallus, se noluisse emere signũ Martis, quid quidem Cic. dicit sibi non conuenire quia Mars deus est belli, ipse vero auctor pacis. {Quò mihi} subaudi, cõuenit. q d. nullo modo {Saturni} est n. tristis deus, & damnosus. Pers. Saturnumq; grauẽ nostro Ioue frangimus vnà. Iuue Hæc tñ ignorat, quod sidus triste minetur Saturni. Et Maro noster, Frigida Saturni sese quo stella receptet. {Hæc duo signa} Martis & Saturni. {Attulisse mihi æs alienum}.i. attulisse mihi debitum pecuniæ. {Aliquod} signum. {Mercurij} qui est deus lucrorũ. Ouid. 5. Fast Te quicunq; suas profitetur vẽdere merces, Ture dato tribuas, vt sibi lucra rogat. Et post aliquot versus, Da modo lucra mihi, da facto gaudia lucro, &c. Idem etiam sentit Horat. in ser. {Cum Auiano} de omnibus, quæ se facturum dixit. {Transigere} conuenire, concordare, quia darem ei pecunias, neq; peterem terminum ad soluendum. {Trapezophoron} alij exponunt mensiferum à deriuatione græca, sed quid sit, neq; intelligunt, neque alijs declarant. alij dñt esse vas, quod cacabum, siue caldare apellant: re autem vera signũ erat sacerdotis cuiusdã huius nois, qui cum alio Cosmo noie omnia sacra Mineruæ administrabat auct. Suidas. {Ne}.i. certe. {Tarracinæ} apud Terracinam. aduerbialiter ponitur. est autẽ vrbs Circæo proxima, ante Trachina.i. aspera vocata. {Hospiti} apud quẽ sæpius diuerto. {Molestus} grauis, odiosus. {Esse culpam} q nondum emerim diuersorium Tarracinæ. {Itẽ Iunij}.s. culpam esse video. {Exedria} sedile. codex quidã vetustissimus habebat ex adria: quod sic intelligemus: video esse culpam Iunij familiaris Auiani ex Adria, qui esset adriaticus. sed magis probo superiorem sentẽtiam. {Instituta} inchoata. {Tabellis} pictis. {Istiusmodi generis}.i. tale vt puta picturã, vel sculptura. {Ista} talia. s. tabellæ pictæ. {Qñ accersantur} qñ trahantur & ducantur ad me. {Quo gñe vecturæ} qua conditione. s. an naui, an curru, an aliquo iumento. {Damasippus} de quo supra etiã mentionem fecit. {Pseudo} fallacem. est autẽ nomen cõmune triũ generum, & inuariabile permutationes casuũ. {Cum iactura} cum damno meo. {De domo} quã es empturus hic. {Proficiscens} discedẽs Roma. {Mandarã} dabam negotium. {Meæ Tulliæ} filiæ meæ. {Quæsiui} interrogaui. {De mea Tullia}.i. à mea Tullia. {Egisse per Liciniũ}.i. se vsam esse Licinio ad hanc rem, & per eũ tractasse. {Cassiũ} is frater erat vxoris eius, q erat venditurus domum. neque.n probo quod quidam dicunt Cassium nomen propriũ mulieris declinatũ, sicut Glycerũ. {Eam} sororem. {Illo} Cassio. {Primum} duas adducit causas, quibus ostendit plurimo æstimatam consuetudinem eius vitæ à Fabio Gallo. {Sed plane mecum} quia ita est contigua domui meæ,

q non

ꝑ non modo erimus vicini ſed pene in eadẽ domo. {Deinde} ſecunda cauſa. {Migrare} diſcedere, vt ad hanc domum venias. {Sed ne viuam} .i. moriar. eſt autem iurantis. {Experiar} tentabo, vt habeas hanc domum. {Quid int. m. & u.} quantum vtilitatis & mihi & vtriq; noſtrum hæc res ſit allatura.

ASCEN. TANTVM, &c.} Cũ inſtituiſſe Cic. ornare bibliothecã ſuã imaginibus, mãdarat Fabio Gallo, amico ſuo, vt eas ſibi emeret: ille vero emit Bacchas, hoc eſt Baccharum, Bacchi ſacerdotularum, imagines: quas Cic. oſtendit profeſſioni ſuæ non conuenire, quia potius cõueniant ijs, qui vino & ebrietate oblectantur. Deinde dicit ſe velle exornare porticum picturis. Poſtremo qñ Gallus erat empturus domũ iuxta Cic ædes, oſtendit quantã operã dederit, vt id fieret. deinde q̃ gratum ſibi futurũ ſit, ꝑ ea domum Gallus habeat. Ordo eſt. Ego tñ .i. ſolummodo venerã ex Arpinati .ſ. agro, cum literæ redditæ ſunt mihi à te .ſ. miſſæ, & accepi ab eodem .ſ. tabellario lr̃as Auianas, in quibus hoc erat liberaliſſimũ ſe facturum nota .i. debitores inſcriptis noibus eorum in libro debitorũ aut debita, hoc eſt ſe crediturũ mihi pecuniã, cum .i. poſtquã veniſſet qua die ego vellẽ. Quæſo fac .i. finge te eſſe ſup. eum, qui ego ſum. eſt ne pudoris tui, aut noſtri primũ rogare de die .i. vt credatur nobis vſq; ad certũ diem. Deinde poſtulare ſup. diem .i dilationẽ, plus .i. lõgiorẽ annua .ſ. die .i. quæ poſt annũ venerit. Sed o mi Galle oĩa eſſent facilia, ſi & .i. ſimul mercatus eſſes ea .ſ. ſigna, quæ ego deſiderabã, & ad eam ſummã quam voluerã .q.d. ſe ea poſſe pñti pecunia ſoluere. Attñ .i. licet, alia, q̃ deſiderabam emeris: tñ iſta, ipſa, quæ ſcribis te emiſſe, erunt mihi non ſolũ rata .i. approbata .q.d. nolim reſcindere, quod per te factũ eſt, ſed etiã grata .i. vtilia & accepta. Intelligo .n. planete vſum modo .i. non ſolũ, ſtudio .i. diligẽti mihi obſequẽdi conatu, ſed etiã amore, emiſſe, quæ delectant te hoiem, vt ego iudicaui ſemper, elegãtiſſimũ .i. curioſiſſimũ & politiſſimũ in omni iudicio, quæq; .i. quæ, putaris pro putaueris digna me .i. ſtatu meo, & dignitate mea. Sed velim ſup. vt Damaſippus, qui eadem ſigna redimere, aut recipere, ſi Ciceroni nõ placerent, promiſit, maneat in ſnia .i. propoſito. Ego .n. nullã prorſus .i. oino, deſidero ex oibus iſtis emptionibus .i. ex oibus quæ emiſti mihi. Tu autẽ ignarus inſtituti .i. moris & propoſiti mei, quia tu ſumpſiſti .i. accepiſti, mihi perſoluenda, certa die, iſta quatuor, aut quinq; ſup. ſigna tanti .i. tam caro pretio, quanti .i. quã magno pretio ego non æſtimo .i. appretior oino, genus oium ſignorum. Tu cõparas iſtas .ſ. quas emiſti, & Bacchas .i. imagines Bacchi ſacerdotũ, & cõparas ſup. eas muſis Metelli .i. imagines, aut ſigna muſarũ, quæ Metellus comparauerat ſibi. Quid ſimile ſup. eſt inter ipſas? q.d. nihil, qđ & ſequẽtibus probat. Primũ ergo nunquam putaſſem ipſas muſas .i. muſarũ imagines .ſ. quãti emiſti Bacchas lõge viliores, atq; feciſſ .m .i.d oibus muſis approbantibus, cũ .ſ. verũ ſit, ſed tñ ſup. hr̃e muſas, erat aptũ bibliothecæ, & congruens ſtudijs noſtris. Vern pro ſed, vbi eſt locus Bacchis .i. ſacerdotibus Bacchi apud me? q.d. nuſquã. At .i. ſed ſup. Bacchę ſunt pulchellæ .i. aliquantulũ pulchræ. Ego noui optime & vidi ſup. eas ſępe, ſi probaſſem .ſ. emptionẽ, mandaſſem tibi nominatim .i. per propria noĩa ſigna nota mihi. Ego .n. ſoleo emere ea ſigna, quæ exornẽt mihi locũ in palæſtra .i. exercitatorio meo, hoc eſt in bibliotheca mea, ad ſimilitudinẽ gymnaſiorũ .i. locorũ exercitationis publicæ, ſiue literarię, ſiue alterius. Vero .i. ſed, qđ .i. ad quid, aut ad quẽ uſum, ſignum Martis ſup. eſt, aut ſit mihi auctori pacis? i. cum Mars ſit Deus belli, ego aũt ſemper amator pacis. Gaudeo nullũ ſignũ Saturni ſup. fuiſſe inter ea quæ emiſti. Ego .n. putarem hæc duo ſigna .ſ. Martis, & Saturni attuliſſe æs alienũ .i. debitum. aut q.a Martis & Saturni planetarũ ea uis eſt, aut quod per bellum, cui Mars præeſt, pecuniæ ſæpe exhauriũtur: & Saturnus, tanquã ſenex & auarus, ærarium publicũ in æde ſua conſeruet. Mallẽ aliquod ſup. ſignum Mercurii .ſ. Dei mercationũ, recõciliationũ, facundiæ, factorum, &c. fuiſſet. puto ſup. ꝑ propter Mercuriũ poſſemus tranſigere .i. paciſci, cũ Auiano felicius .i. cũ minore damno. Tu habebis Trapezophoron .i. ſignũ cuiuſdã ſacerdotis, qui cum alio ſacerdote noĩe Coſmo oĩa ſacra Mineruæ adminiſtrabat, auct. Suida. dr̃ autem quaſi menſi fer .i. menſam nummulariorũ ferens quod .ſ. ſignũ tibi deſtinaras .i. aio adiudicaueras tibi. Sin añt .i. ſed ſi mutaſti ſniam .i. ſi nõ amplius petis, ego habebo ſup. ipſum. Scilicet .i. vt ſcire licet, iſta quidẽ ſumma ſup. eſt .i. præcipua ſnia. Næ .i. certe, ego emerim libentius multo diuerſorium .i. hoſpitium, aut ædes, ad quas ab itinere me diuertã Tarracinæ .apud Tarracinã vrbem iuxta Circeũ, ne ſim ſemper moleſtus hoſpiti .ſ. meo, ad quã frequenter accedere ſolebat iure hoſpitalitatis non mercede apud eũ victurus. nã tunc paucæ erant cauponæ mercenariæ, aut diuerſoria oĩbus pretio patẽtia. Ego video culpã ſup. aliquã eſſe oino liberti mei, cui mandarã plane .i. aperte res certas, hoc eſt vt aut cunctãter domum emeret, aut res certas, quas tu mihi emeres. itemq; .i. & conſimiliter video culpã eſſe Iunij, quẽ familiarẽ Auiani ego puto eſſe notũ tibi. Quædã noua ſunt inſtituta .i. incepta mihi exhedria .i in ſedili, aut loco ad ſedendũ in porticula .i. parua porticu, Tuſculani .i. villæ Tuſculanæ, dici poſſet quædã exhedra, niſi exhedra fœmininũ ſit. ego volebã ornare, tabellis .ſ. depictis ea videlicet noua. Etenim, ſi quid iſtiuſmodi generis, quod ad ornatũ pertinet, delectat, pictura me delectat. Sed tñ, ſi iſta .ſ. ſigna, quæ emiſti, ſunt habẽda mihi .i. ſi debeo ea hr̃e, velim ſup. facias me certiorẽ vbi ſint, qñ accerſantur .i. aſſerantur, & quo genere vecturæ. Si .n. Damaſippus nõ manebit in ſnia, quia dicebat ſe ea velle retinere: nos reperiemus aliquẽ pſeudo .i. falſum. Damaſippũ .i. qui ea ſigna recipiet, vel .i. etiã, cum iactura .i. damno rei nr̃æ, quia minoris illi vendemus, quam nobis conſtent. Quod ſcribis iterum ad me de domo .ſ. tibi emẽda aut potius conducẽda, ego iam proficiſcens mãdaram id Tulliæ meæ .ſ. filiæ. Ego .n. acceperã literas tuas ea ipſa hora .ſ. qua proficiſcebatur. Egeram etiã cum Nicia tuo .ſ. liberto, aut amico, ꝗ .i. quia, is .ſ. Nicia, vtitur familiariter Caſſio, vt ſcis. Autem .i. ſed, vt .i. poſtquã redij, prius q̃ legi has literas tuas proximas, quęſiui de Tullia mea .ſ. filia, quid egiſſet .ſ. de negotio tuo. dicebat ſe egiſſe per Licinium. Sed opinor Caſſium .ſ. familiarem Niciæ, non vti ita inuitum ſorore .ſ. ſua, aut tua. Res inter eos nota, nobis propterea obſcurior eſt. Porro .i. ſed ea .ſ. ſoror, negare .i. negabat, audere ſe cum vir abeſſet. {Decius enim .i. vir, maritus eius, profectus eſt in Hiſpaniam} migrare .i. mutare habitationem .ſ. viro, & abſente, & inſciente gratiſſimum eſt mihi, conſuetudinem vitæ, victuſq; noſtri æſtimatam ſup. eſſe à te tanti, primum, vt ſumeres eam domum .i. tã vicinam domui meæ; vt non modo poſſes habitare prope me, ſed plane .i. oino mecum: quia frequenter vna ſint futuri: deinde vt feſtines tantopere migrare .i. mutare habitationẽ, & immigrare in eã domum. ſed ne viuã .i. nolim vt viuã, ſi cõcedo tibi, vt tu ſis cupidior eius rei .ſ. vt mecum aut prope me habites, quàm ego ſum. Itaq; ego experiar .i. tentabo omnia .i. quæ ad hoc conducere poterunt. Enim .i. quia, ego video .i. cognoſco, quid interſit mea .i. quantũ ſit mihi vtile, & quid interſit vtriuſq; noſtrum .i. quid vtilitatis vtriq; afferat Ego ſi quid egero .ſ. de ea re faciã, vt ſcias. Tu & .i. pariter reſcribes ad oĩa, & facies me certiorem, ſi videbitur .ſ. vtile futurũ, qñ expectã .i. expectare debeam te. Vale.

MANEAT Damaſippus in ſententia} vt emat à me, quemadmodum dixit, quæ mihi non placuerint. eſt autem is, de quo Horatius ſat. 3. lib. 2. Inſanit veteres ſtatuas Damaſippus emendo. PAVL. MAN.

CVM M. Tullij epiſtolas familiares enarrarem Patauij maxima prouincialium frequentia, nec abdicatis tñ noſtratibus, incidi in epiſtolam ad Fabiũ Gallum ex libro (ni fallor) ſeptimo, in qua ita legebamus. Trapezophorum, ſi te delectat, habebis. Id verbum, tanquã obex moleſtior, multum iniecit moramenti, quod non ita frequẽs videretur: & interpres pleruq; auribus paulo erectioribus minus ſatisfaceret. Sed cum in græcorum penu diuertiſſem, vaſarijs omnibus, quod aiunt, excuſſis, tandem quod inquiſitione diuturnæ, & ſolicitæ fuerat, ſum viſus reperiſſe. Siquidẽ in lib. Iulij Pollucis decimo ita legi: Licet porro menſam, in qua pocula reponuntur, tetrapum dicere, aut etiam monopum, vel ſi quis ambitioſe ne nouis quidem abſtineat, Trapezophorum, velut qui mẽſam geſtet. Hęc pollux. Qui etſi non omnino vetus verbum putat trapezophorum, interpretis tñ refellit inſcitiam, in eo hallucinantis maxime. Nam etiam ſi veteribus Græcorum libris in ea notione Trapezophorus non ferre cõperiatur: quis tñ inficias eat Ciceronis ætate in vſu fuiſſe? Pollux certe negare non videtur. Nam alibi menſam coquinariã ab iunioribus dici epicopanon ſcribit: & tñ infert ſtatim, verbum id extare in Menandri Meſſenia. Verum & apud iureconſultum Florentinum Digeſtis de ſupellectili legata id Verbum reperias notione, quàm præſtruximus. Porro quis vnquam vel legit, vel audiuit ſacerdotis, quę dicta ſit trapezophoros, ſtatuã, vt rẽ plane uiſendã, ac velut obrizatum oino nummum, circũferri ſolitam? Quid tam pręſigne in Palladis miniſterio vel fecit illa, vel excogitauit, ut non abſonum ſit, hmõi honores illi fuiſſe contributos? Præter nomẽ uix aliud reperias quicquam de ea in literis. quod ita eſſe ſignare vr̃ Harpocratio, à quo exponit ea dictio Ego vero Trapezophorũ intelligo apud Ciceronẽ ſtatuã, q̃ poculorũ menſam ſuſtineret. nã ex Vitruuij doctrina manifeſto liquere oib⁹ puto, imagines, Cæl. Rhod. antiq. lect. lib. 7. c. 12.

nominum exculpi solitas, quæ columnas subiectæ fulcirent, aut tigna, vel id genus alia, quas Græci Atlãtas vocent, Latini Telamones. Quo in genere habentur, quæ in Cariatydes vocantur, nec non Epistylia sustinẽtes statuæ Persicæ quod & nostris tẽpibus nullo nõ in loco conuisitur. Sed in re cõfessa nimis multa.

ARGVM. Narrat, quàm inique Tigellius sibi irascatur. idem scribit lib. 13. ad Att. 47. nec est dubitandum, quin huius nepos sit is, de quo Horatius Sat. 2. & 3. lib. 1.

M. CIC. S.D. M. FABIO GALLO. 24

vide locutionem candẽ ep. 51. l. 2. & ad Att. l. 13. ep. 42

*AMoris quidem tui, quoquò me uerti, uestigia, * uel proxime de Tigello: sensi. n. ex literis tuis, ualde te laborasse. amo igitur uoluntatem. sed pauca de re. Capius, opinor, olim, NON omnibus dormio: sic ego non omnibus, mi Galle, seruio. etsi quæ est hæc seruitus? olim, cum regnare existimabamur, nõ tam ab ullis, quàm hoc tempore * obseruor a familiarissimis omnibus, præter istum. id ego in lucris pono, nõ ferre hominem pestilentiorem patria sua: eumq́; addictum iam tum puto esse * Calui Licinij Hipponacteo præconio. at uide, quid succenseat. Phameæ causam susceperam, ipsius quidem causa: erat enim mihi sanè familiaris. is ad me uenit, dixitq́; iudicem sibi operam dare constituisse eo ipso die, quo de P. Sextio in consilium iri * necesse erat. respondi, nullo modo me facere posse, cũ uellem: alium diem si sumpsisset, me ei non defuturum. ille autem, qui sciret se nepotem bellum tibicinem habere, & sat bonum unctorem, discessit a me, ut mihi uidebatur, iratior. Habes Sardos uenales, alium alio nequiorem. cognosti meam causam, & iustius Salaconis iniquitatem. Catonem tuum mihi mitte: cupio enim legere. me adhuc non legisse, turpe utriq́; nostrum est. Vale.*

ep. 20. l. 9.

Caluus in Ciceronem scripsit, quia prætor patrem suum damnarat. Plutarch.

quia præstituti dies erant eorum iudiciorum quæ lege Põpeia fiebãt ad Att. l. 13. ep. 47.

NVBAA.

AMORIS} Cõqueritur Cic. de leuitate Tigellij Sardij cantoris & musici, de quo Horat. in ser. mentionẽ fecit is. n. cõmotus fuerat in Cic. ꝙ qua die eius operã exegisset in iudicio, dixisset Cic. se præstare non posse, quia necesse fuisset ei ire in cõsilium pro P. Seruio, quocunq; aũt alio die voluisset, se præstaturũ. quare Tigellius discessit à Cic. iratissimus. Deinde in fine ep. petit Cic. à Gallo librum, quendã, quẽ ipse Gallus de Cat. scripserat. {Vestigia} signa, subaudi video. {Quo quò me verti}. i. in quancunq; partẽ me verti, quacunq; aspexi. {Vel} etiam. {Proxime} nuperrime. {De Tigellio}. i. in causa Tigell. s. vidi vestigia amoris tui. {Pauca}. s. dicã. {Citius, opinor} deest vel dicendũ fuit, vel aliquid tale. {Nõ dormio omnibus}. i. non nego oibus operam meã. {Non seruio oibus}. i. nõ expono me oium arbitrio. {Quæ est hæc ser.} q. d. parua aut nulla. {Olim} libera ciuitate, & rep. nondũ à Cæs. oppressa {Regnare} obtinere principatum. {Non tã ab vllis}. s. obseruabar, q obseruor. i. honoror. {Præter istũ} excepto illo Tigellio Sardo. Istum aũt ad contemptũ dictũ est. Fuit aũt, vt scribit Acron, gratissimus Cæs. {Id in lucris pono}. i. existimo mihi esse magnum lucrum hr̃e inimicum hunc Tigellum maledicũ & pestilentem, sicut est patria sua. Sardinia aũt à Sardo Herculis filio dicta est, auct. Solino, duabus rebus maxime pestilens Soli fuga serpente perexiguo, & herba Sardonia, quæ in desertis fontanis prouenit largius iusto. ea si edulio fuerit, vescentibus neruos cõtrahit. Diducit ora rictu, vt qui mortẽ oppetunt, intereãt facie ridentiũ. vnde in prouerbio erat risus Sardonius, vt in seq. epist. videbimus. {Non ferre} nõ tolerare, nõ hr̃e amicũ sed dixit ferre, quasi cũ molestia & tædio. {Eumq́;} Tigelliũ. {Addictũ} destructũ destinatũ. {Calui Licinij} hunc cõijcimus fuisse hoiem mordacem & maledicum. {Præconio} publicæ detractationi. {Hipponacteo}. i. asperrimo, quali vtebatur Hipponax poeta Iambographus. Strab. lib. 14. & Plin. l. 36. auctoribus. Ephesius patria fuit notabilis vultus fœditate, qui in statuarios Bubalũ, & Athenidem, qui statuas ipsius deformissimas in eius contumeliam affixerant, acerrime inuectus est, & qui imaginẽ eius lasciuia sororum, proposuerat ridentiũ circulis: eos Hipponax indignatus tanta amaritudine carminum distrinxit, vt credatur aliquos ad laqueũ cõpulisse. quod falsum est, & Ioãnes, cognomento Cæcus, auct. græcus, in Hæsiodũ scripsit, q in catalogo oium poetarũ, cũ Iambographorũ mentionẽ faceret, inquit. ἰαμβογρά φους γλωττοτομοῦντας τοῦ πάρου τε ἀρχίλοχον αἰσχρὸν ἐν λόγοις καὶ ἱππώνακτα πικρῶς πλέον. Iambographus lingua ferientes vnde Parim, & Archilocũ turpem in verbis, & grauẽ Hipponacta amaritudinis plenum. {Vide} intellige. {Quid} cur, ob quã causam. {Succẽseat} irascatur mihi. {Susceperã} receperã defendẽdã. {Dare operã} curaturũ, auditurum. {De P. Sextio}. i. pp Sextiũ. {Iri} à me. {Quæ vellẽ} quæ cuperẽ pro eo facere. {Me non defuturum ei} me futurũ ei paratũ. {Sumpsisset} elegisset. {Aliũ diem} præter illũ. {Ille aũt} per contemptũ h. d. q. d. vide quid fecisset, si habuisset aliquos ex suis magnos, cũ ita esset superbus, qui haberet suos vilissimos. s. tibicines & vnctores. {Bellum} ironice. {Tibicinẽ} peritũ tibiæ. {Bonũ vnctorẽ} vnctor dicebatur q in gymnasio palæstritas vngebat. Mar. Nec rapit immeritas sordidus vnctor opes. græce dr̃ aliptes. Erant aũt inter vilis officij hoies. {Discessit irat.} q a nõ impetrauit, vt vellẽ dimittere cãm P. Sextij, pro qua necesse erat iri in consiliũ, vt agerem cãm Phameæ, pro qua ipse me adiuuerat. {Habes} cognoscis, intelligis. {Venales} q. d. seruilis conditionis. {Aliũ alio nequiorẽ} q. d. oẽs pessimos. {Iniquitatẽ} iniustitiã in suscipiendis inimicitijs cõtra me ob hanc cãm. {Salaconis}. i. arrogantis, superbi. Salacon. n. vir fuit, qui cũ pauper esset, se diuitẽ simulabat vnde Salacones superbi, & Salaconia superbia dicta est, auct. Suida. {Catonem} librum, quẽ de Cat. scripsisti {Turpe vtriq; nostrum} quia tu videris negligere amicitiam meam, cui nondum ostenderis, & ego esse negligẽs, qui nondum curauerim videre.

ASCEN.

AMORIS, &c.} Conqueritur de leuitate Tigelli Sardi cantoris, & musici, de quo Hor. lib. 1. ser. Oibus hoc vitium cãtoribus, inter amicos, Vt nunquã inducãt aios cantare rogati: Iniussi nunquã. Petit deinde librũ, quẽ Gallus de Catone scripserat. Ordo est. Ego pspexi quoquò. i. quocunq; verti me, quidẽ. i. certe, vestigia amoris tui, vel. i. etiã proxime de Tigellio. i. in eo, quod egisti pro me de Tigellio Sensi. n. ex lr̃is tuis te laborasse valde. Igitur amo voluntatẽ. s. tuã, licet parum effeceris, sed sup. loquar pauca de re. i. de negotio qđ mihi cum illo est, opinor citius sup. q̃ credat cogendũ, quod iustum est facere. Olim non oibus dormio, alijs placet esse verbũ Cic. vt subaudiatur particula, vt, sic, vt mi Galle ego, olim. i. iam à multo tp̃e, non dormio oibus. i. nõ ne ego oibus operã meã, sic non seruio oibus, quia Tigellio, si opera mea eguerit, nõ seruiero: Alijs vñr, vt etiã mihi, verba superba Tigelli dicẽtis, cũ illi exprobatum esset à Cic. ꝙ ad cœnã inuitatus, loco cãtus doceriebat, olim non oibus dormio, vt sit, sicut dixit sup. Tigellius, ego olim nõ oibus dormio, sic ego o mi Galle nõ oibus seruio. Etsi. i. tametsi, quæ. i. qualis est hæc seruitus. s. mea in patrocinio præstando? q. d. nulla, quia ego nõ obseruabar olim cũ existimabar regnare, eo ꝙ ex sñia mea oia fiebãt, tã. i. tã vehemẽter ab vllis. s. clientibus aut ciuibus, q. i. quantũ, ego obseruor. i. color, & honoror, nunc ab oibus familiarissimis Cæsaris, pręter istũ. s. Tigelliũ. Ego pono id in lucris, aut in lucrũ non ferre. i. ꝙ nõ fero aut nõ cogor ferre. i. tolerare, cum nulla sit mihi familiaritas cum eo, hoiem pestilentiorẽ patria sua. i. qui sit pestilentior, q Sardinia patria sua, quæ tñ pestilẽs præcipue duabus rebus. Soli fuga serpente perexiguo, & herba Sardonia, quæ si edulio admisceatur, neruos vescentibus contrahit, & diducit ora rictu, sic vt morientes ridere videãtur. vnde est risus Sardonicus in adagio. Præterea in ea est vis taxi, vnde mel inficitur. Et puto eũ addictũ. i. destinatũ, iam tũ. i. iam ab eo tp̃e, quo mihi inimicari cœpit, præconio Hipponacteo. i. carmini iãbico graui & mordaci. quali Hypponax vsus est. Calui Licinij. i. quo Gallus Licinius Hipponactis imitator eũ pscindet. At. i. sed vide. i. animaduerte aut agnosce. quid. i. pp quid, succenseat. i. irascatur mihi. Ego receperam, aut susceperã. s. protegendã cãm Phameæ, quidẽ. i. certe, cã ipsius. s. Phameæ erat. n. mihi familiaris, sane. i. valde. Is. s. Phameæ venit ad me, dixitq́; iudicẽ constituisse dare operã sibi eo ipso die, quo. s. die, necesse erat iri in cõsiliũ de P. Sextio. i. pp negotiũ P. Sextij. rñdit me nullo mõ posse facerere. i. agere cãm ipsius. & rñdi si sumpsisse aliũ diẽ quẽ vellet me nõ defuturũ ei. Ille aũt, q. i. vtpote q sciret se hr̃e tibicinẽ. i. canẽtẽ in tibijs bellũ. i. aliquantulũ bonũ, & vnctorẽ. s. palęstritarũ, hoc est aliptẽ. qđ vile & sordidũ erat officiũ, sat. i. satis bonũ. i. peritũ, vtpote Tigelliũ nepotẽ. i. q sibi nepos esset, discessit à me iratior. i. aliquãtulũ iratus, quasi q minitaretur se expostulaturũ eã iniuriã corã nepote suo, vt videbat mihi. s. ex vultu ei9. Hẽs Sardos. s. duos Phameã & Tigelliũ, venales. i. facili pretio corruptibiles, & quasi ser

uilis

uilis cōditiones, aliū nequiorē alio. Valla diceret alterū altero, nisi plures sint q̄ duo. Tu o Galle cognouisti cām meā,&iniquitatē istius Salaconis.i.arrogantis & inaniter superbientis,vtpote de propinquitate Tigellij.Salacon.n.vir fuit,qui cum pauper esset, se diuitem simulabat. vnde Salacones inaniter superbi, & Salaconia superbia dr̄,auctore Suida.Mitte mihi Catonē tuum .i.librum,quem de Catone scripsisti. cupio.n.legere, sup. eum , quem sup.ma non legisse adhuc,est turpe vtrique nostrum .

PAVL. MAN. CAPIVS, opinor,olim,non oībus dormio§ dixit,Opinor,quia de noīe,non de dicto dubitabat.& sane Cipiū, non Capiū,Festus notat:adagiumq; hoc, Nō oībus dormio,natū esse à Cipio quodā scribit, qui Pararhencon diceretur,q̄ simularet dormientē, vt impunius vxor mœcharetur.Libri veteres,Citius,& Cæpio, alij vero aliter hn̄t. §R̄ndi, nullo modo me facere posse,cū vellē:aliū diē si sumpsisset,me ei non defuturū§malim sic:Respondi, nullo modo me facere posse: quem vellet, alium diē si sumpsisset, me ei nō defuturum. & eodem modo eadem de re epi.47.lib.13. ad Atticū locutus est.

COEL. RHOD. antiq. libr. 13.c.16, CICERO ad Fabium Gallū septimo familiariū epistolarum scribens,Amo,inquit,voluntatē:sed pauca de re, Citius,opinor,olim,nō oībus dormio:sic ego nō oībus mi Galle, seruio. Hæc Cic. In cuius loci enarratione, Deus bone,in quę deliramenta procurrunt, qui locū mēdosum ne suspicantur quidē, nec oīno remotiorē vnr̄ odorati historiā, quamuis à grāmaticis quadantenus illustratā. Igitur meo periculo fremant licet nostrates Lyncei:Ciceronis studiosi sic legēt atq; interpretabuntur:Amo voluntatē,sed pauca de re.Cepius, opinor,olim,non oībus dormio:sic ego non oībus seruio. Sēsus aūt hic:Cępius, inquit, nisi memoria labor, olim dicebat, non oībus dormio. Nā Pomp. Festus ad verbū ferè ita scribit: Non oībus dormio,natum vr̄ à Cepio quodā,qui Pararhenchon dictus est,q̄ dormientē simularet, quo impunitius vxor mœcharetur.cuius etiā Lucilius meminerit. Ad quē sensum alludit satyricum interpretātur grammatici, Doctus & ad calicē vigilāti stertere naso.In quo tn̄ loco sunt, qui vigilantē nasum pro sonanti,& ronchis obstrepero accipiāt,nulla huius historiæ habita ratione, cū in Milite Plautus quoq; festiuiter & scite admodū ita scribat:An dormit Sceledrus intus?non naso quidē.nā eo magnū clamat. Legimus vero & in græco penu pertinētem ad hoc ipsum historiam . Quippe Mæcenatem cōuiuio exceperat Gabbas quidā,vt vr̄,ridicularius.procedēte potu,vbi ex nutibus, renutibusq; in vxorculæ amorē prolapsum vidit Mæcenatem, atq; illā procliuius adlubescere, caput ceu dormiturus proclinauit.Accedēte vero imprudentius seruo,ac vinū suffollente,placide insusurrauit is, κακόδαιμον, οὐκ οἶδας, ὅτι μόνῳ Μαικήνᾳ καθεύδω.i.Infelix,an ignoras, quia soli Mæcenati dormio? Quòd aūt Tigelliū epistola eadē patria sua pestilentiorē dicit Cicero, ad Sardiniā quidem referendum putāt, sed pestilentē intelligūt propter Salpugam formicæ genus venenatum,& Sardoniā herbam.Ego ad aerē noxiū referri oportere contenderim. quod vt credam,facit L. Florus,cum ait: Sardiniā pestilentē sortitu. Sed & Val.Martialis elegāti epigrāmate hoc ipsum cōprobat apertissime:Nullo fata loco possis excludere, cū mors Venerit in medio Tybure Sardinia est.Sed & Silius Italicus etiamnū apertius vt hæsitasse iam pudeat:Serpētum tellus pura,ac viduata veneno,Sed tristis cælo,& multa vitiata palude. Ad ea vero,quę de Salacone dicuntur epistola eadē,amplius sciendū,Salaconē fuisse Autolyci patrē,molliculum quendā,& delicijs defluentē, defamatumq; propterea in Vespis Aristophanes, τρυφερῶντι διὰ σαλακωνίαν Sed & in quadā epist. Menander ad Glyceriā οἶδα γὰρ μου τὰς συνήθεις ἀσθενείας, ἃς οἱ μὴ φιλοῦντες μου τρυφὰς, καὶ σαλακωνίας καλεῖν εἰώθασιν.Hoc est, Consuetū mihi imbecillitatem nosti,quā qui me minus amant, delicias vocāt,& Salaconias. Aristoteles in rhetoricis à delicato disparare Salaconē vr̄. ntā diuitū mores exprimēs,eos esse ait trypheros.i. deliciosos & salaconas. Et trypheros quidē ob delicias & felicitatis ostētationem salaconas aūt & solœcos,quia insueuerint oēs circa id,qd̄ amāt,immorari,quodq; admirātur,ac putare eisdē cetero affici quibus ipsi.Quidā porro deflexū inde verbum σαλακωνίζειν exponunt,τὴν πρωκτὸν αἰσχρῶς κινεῖν.i.sedem parū decore agitare,quod nos Ceuere dicimus . Id & σαῦλα πρωκτιᾶν dicere Aristophanes videtur. σαῦλον enim dicunt vitiosum , fluxumque .

DOCT. IIIT. OLIM non oībus dormio:sic ego,mi Galle, non omnibus seruio§ videtur indicare Cic.alterū,puta, Non omnibus dormio,vetus fuisse.alterum,nempe, Non oībus inseruio, nouū. Vtrunq; certe prouerbiale,sed prius illud pertinet ad concessionem iuris , hoc posterius ad obsequiū

impendēdum.§Habes Sardos venales, alium alio nequiorem§ sentit Cic.de contemptis & improbis, &, ni fallor, patria quoque Sardis . nam ita scribit paolo ante hunc locum · Id ego in lucris pono,non ferre hominem pestilentiorem patria sua .

CICERO S. D. FABIO GALLO. 25

QVòd epistolam conscissam doles,noli laborare:salua est domi: petes cū libebit. Quod aūt me mones, ualde gratum est: idq; ut semper facias,rogo uideris enim mihi uereri,ne,si istum habuerimus,rideamus γέλωτα σαρδάνιον. Sed heus tu,manum de tabula:* magister adest citius,quàm putaramus. uereor,ne in Catonem,Cato in nos. Mi Galle,caue putes quidquam melius,quàm epistolæ tuæ partem ab eo loco, Cetera labuntur. secreto hoc audi : tecum habeto:ne Apellæ quidem liberto tuo dixeris . præter duo nos loquitur isto modo nemo : bene , malé ue , uidero : sed , quidquid est, nostrum est. urge igitur,nec transuersum unguem,quod aiunt,a stylo: is enim est dicendi opifex.atque ego quidem aliquantum iam etiam noctis assumo. Vale.* Cæsarem. Cæsar.Africano bello cōfecto;quū redeunti se natus delata censura, moribus p̄fecerat, ludit igitur in magistri nomine ambiguo. Dio.l.43.

QVòd§Mandarat Gallus Cic.vt quādā suā ad eū ep.laceraret:deinde pœnituerat & scripserat se dolere illā epist.laceratā. Itaq; adhuc Cic.ostēdit ep.integrā esse apud se,& nondū scissam.deinde quædam dicere vr̄ de Cæs.nouo quodā more & sibi inusitato,ne ab vllo præterquam ab ipso Gallo intelligatur.& re vera obscura est hæc epi.§Noli laborare§noli angi,noli cruciari.§Salua§integra.§Petes§.s.eā, cum libebit.§Me mones§quantū possumus cōijcere, monebat eū Gall.vt videret quō loqueretur de Cæs.§Vereri mihi§ mea causa vereri,& timere.§Istū§quidā intelligūt Cæs. §Rideamus γέλωτα σαρδάνιον§.i.rideamus risum Sardoniū , quē aliqui dn̄t eos tenere vsq; ad mortē, quos tarcōtella animal momorderit, puto tn̄ intelligi risum Sardonium.p p herbā Sardoniā:quā qui insciens comederit , mortem obit facie ridētis,vt in præcedenti epist.diximus.§Sed heus§nō tam vocātis,q̄ monentis est.§Manū§.s.aufer.§De tabula§.s.ne scribas contra eū.§Magister§Cęsarem intelligit.quē magistrū appellat,quia eū timeant,tanquā discipuli magistrū. §In Catonē,Cato§ ita scriptū erat in cod. vetustiss.quidā hoc loco somniāt Catonios intelligi seueros, vt sit.vereor ne Catonios in Catoniū.s.Cæs.se verū lubaudi videamus,aut moueamus.ego aūt nihil adhuc inueni, aut audiui,aut excogitaui,qd̄ mihi satisfaciat:puto.n. Cic. ita de industria locutū esse,ne intelligeretur. sunt tn̄ qui ita legūt:vereor ne in Catonē Cato in nos.quæ lectio est tolerabilior.sed, vt dixi,fateor me non satis intelligere quid Cic.sentiat.§Quidquā melius§.s. esse.§Ab eo loco§in eo loco & in ea parte epi.quæ incipit,Cetera labunt.hæc.n.verba erāt in epist.Galli.§Hoc§ qd̄ dixi, nihil esse melius q̄ partē epist.tuæ ab eo loco,Cetera labunt.§Præter nos duo§duo pro duos dixit,in accusatiuo more græco. sic Horat Duo si discordia vexet inertis . Et Virg. Si duo præterea tales idea tulisset Terra viros.§Isto modo§ita obscuro.§Ne§ an, §Quidqd§.i. scilicet, quod loquimur isto modo. §Nostrū est§ nostræ inuentionis est.§Vrgeo§.s me.alij intelligūt, vrge:quod minus placet.§Trāsuersum vnguem§.s.mouea.& est trāslatio à marmorarijs,qui lapidum cōmissurā & æqualitatē digito experiuntur. vnde hoies ad vnguem facti, dn̄r ad perfectionē Hora. Fonteius ad vnguē factus homo.§Quod aiūt§quod est in prouerbio.§Is§Cęs. signāt, vt diximus.§Opifex§ magr̄. §Assumo aliquātulū noctis§.i.etiā multū vigilo in nocte,qa video quo cū hoc noie mihi sit res.aliqui volunt allegorice intelligi, Aliquātulum noctis.i.aliquantulum obscuritatis.i.obscure loquor propter hoc.placet tamen melius, Aliquantū noctis.i.aliquātulum vigiliarum:ne negligentiæ ab eo notetur, qui est dicēdi artifex.

HVBER.

ASCEN. QVòd epistolā,&c.§Mādarat Gallus Cic.quādā epi.lacerare:deinde petierat id eū non facere:vnde scribit se eā integrā hr̄e.Deinde quædā obscura,quæ erant in illa epistola,sic tangit, vt præter eos vix quisquā intelligere possit.nec mirum,cū secretum id haberi velim. Veruntn̄ illud,quod Hubert.penitus incognitum eēset,ne in Catoniū,&c. Beroaldus explicare vr̄.dicit.n. Catonium Laberianū esse vocabulū, hoc est quo Laberius vsus est pro inferno , in illo versu

Tollet bona fide vos orcus nudas in Catoniũ.i.infernum. Et legit non Catonios, sed Cato nos. vt sit, vereor ne Cato nos sup. deducat in Catonium.i.quasi ad orcum aut morté. Si quis tamé Catonios malit legere, nõ absurdus fuerit sensus, vt cũ ordine aperiam. Ordo aũt est. Quòd doles epistolam.s.quã iusseras cõscitdendã, cõscissam sup. esse, noli laborare i.propterea dolore affici ipsa sup. est domi.s.meę, salua.i.adhuc integra: petes sup. eã à me, cũ.i qñ lubebit. Valde gratũ est sup. mihi, q̃ mones me.s.cauere, aut prospicere mihi, & rogo, vt facias id semper Tu .n. videris mihi vereri, nisi habuerimus istũ.s defensoré, aut aliũ qué impune ridere possemus. rideamus i q̃ redeamus, τὸν γέλωτα.i.risum σαρδώνιον.i.perniciosum, qualé rident, qui herbã Sardoniã comederunt, & facie ridentibus simili moriuntur aperto ore. Sed heus tu reuocantis est vox, & adhortantis, sup. retrahe, manum de tabula.s.lusoria, aut, vt quidã opinantur.i.noli iocari, cũ lupus sit in fabula, aut de tabula, in qua q̃dquã in Cęs scribas. Magr.i.qué, vt magistrũ timere debeamus. Cæs. adest citius q̃ putaramus.s.affuturũ. Vereor ne Cato.s. cuius nos imitatores sumus, trahat, aut ducat, aut pręcipitet in Catoniũ.i.orcum aut barathrum inferni, hoc est ne eius imitatio sit nobis causa mortis. Si legatur Catonios, pro Catonianos, sensus est vereor ne sup. Cęs. mittat Catonios.i. Catonis partes sequẽtes, aut facta probantes, vt Gallus, qui in Catonis laudé librum cõposuerat, vt patet in fine superioris epist. & Cic. ob qué Anticatones scripserat Cęs. Alludit ergo ad vocabulũ Catonium, vocãs Catonios Catonis amicos. id aũt potius dixero q̃ Cato nos, iã.n. mortuus fuerat, sed tñ Cato.i.laus quæ de eo scribebatur & studium eius poterat mittere in Catonium. quod vocabulũ nõ est à Catone deductum qñ infernũ sigñat. O mi Galle caue putes quidquã melius, q̃ parté epistolæ tuæ ab eo loco. Cetera labuntur. Audi hoc secreto, & habeto tecũ, ne quidé.i.non saltẽ, dixeris Apellę liberto tuo: Nemo loquĩ isto modo præter nos duo .i.duos, antiquus est accusatiuus, auctore Pris. quo & Virg. vtitur in Aen. Si duo tales Idea tulisset Terra viros. Et Horat. in Serm. Duo si discordia vexet inertes, &c. Videro.i.permitte vt videã, ne.i.an sup. nos sic loquamur, bene an male. Sed quidq̃d est.i.siue rectum, siue prauũ genus loquẽdi, sup. ipsum est nr̃um .i.nobis peculiare. Vrgeo igitur ne sup. quidé, vnguem transuersum à stylo.i.nõ exorbito à stylo in transuersum ad latitudiné vnguis, quod est in prouerbio, hoc est ego sino stylũ libere fluere, & nõ cogo cũ vllius me tu. Is enim scilicet stylus & opifex.s. optimus, quod etiam Fabius ait dicendi. atq; equidem assumo iam etiam aliquantum noctis.i.aut noctu scribo, aut obscure.

PAVL. MAN.

VERBOR, ne in Catoné, Cato in nos; hãc lectionem eum alij vetusti libri hñt, tum is, qui est apud Bernardinum Maffeum. sensus est. vereor, ne non scribamus in Catonem, & eum nostris scriptis laudemus: Cato autẽ laudatus exitio nobis sit, Cęsare nos, q̃ ipsius inimicum laudemus, male multante. quasi dicat: vereor ne Catoné extollamus, ipsi aũt deprimamur. & dixit, in Catonem, (subaudi, scribere).i. in Catonis laudé, vt de oratore lib. 2. & de nat. deorũ lib. 1. Alij malunt legere, Vereor ne in Catonium Cato nos, hoc sensu. vereor, ne Cato in Catonium.i.exitium suo simillimum nos trahat. M. Antonius Muretus vereri se aiebat, ne pro Catonium, Charoniũ legi deberet. eo.n. nomine vocabatur Athenis ianua quædam nomophylacij, per quã damnati abducebãtur ad mortem. qua de re Pollucis e lib. 8. verba sunt hæc. τῶν δὲ νομοφυλακίων θύρα ἡ Χαρώνιον ἐκαλεῖτο δι᾽ ἧς ἐπὶ θανάτω ἀπῆγοντο.

COEL. RHOD. Antiq. Lect. l. 12. c. 17.

ET quia in Cic. epistolas peruenimus, in quibus pleraq; reconditã hñt doctrinam, proindeq; illotis, quod dr̃, nõ adeunda pedibus, nec populari trutina, sed aurificis statera examinanda, subtexemus, insequentium literarum obscuriora nonnulla ab vertice, quod dr̃, fere ad vnguem extremum, quæ Delium requirere natatorem imperitioribus fortè vĩsr, lucemq; pro virili inferemus. Sed heus tu, inquit, manũ de tabula: magister adest citius q̃ putaramus. Desinamus, inquit, Cæs. lacessere: discriminis haud parũ ingruit ab eo, qui pręter q̃ fueramus opinati, & præcinctura monere videbatur, dictaturã arripuit. Vnus deniq; est oĩa, isq; est sine prouocatione magr̃atus, nec vsquã præsidij spes nisi in cura parendi. Sum veritus, ne si libere, ac Catonis more mẽtem nr̃am retegere perrexerimus in Catonium cõtrudamur.i.in euidens præcipitemur exitium. id ipsum scripserat ad Cic. Gallus, vt stylo parceret, nec Cæs. irritaret. Hoc etenim illa verba sigñant, videris.n. mihi vereri, ne si istum habuerimus. sic.n. legendũ est.i. si Cęs. proscideriimus, & epistolarum argm̃ ab eo duxerimus, rideamus γέλωτα σαρδώνιον.i. dum illũ ridemus, ipsi pereamus. Quod vero magr̃m pro dictatore accipiamus, forte ridiculũ sciolis haud ita multa versantibus videatur. id si vsu veniat, non vtiq; ἐγκαίνια ducendũ. Ceterum scribit Sen. eum qué modo dictatorem dicimus, & in historijs ita nominari lectitamus, apud antiquos magistrũ populi vocatum; & id in libris adnotatũ auguralibus, & locis duobus, testatur Varro: docẽt & Pompeij Festi fragmẽta. præterea esse argumẽto, q̃ qui ab illo noiabatur, magister equitum erat & dicebatur. Porrò T. quoq; Liuius dictatorem refert moderatorem, atq; magistrum consulibus appositũ. Sed de Fin. item. 3. lib. de sapiente: Rectius, inquit, appellabitur magister popoli (is .n. est dictator) q̃ Sylla, qui trium pestiferorum vitiorum, luxuriæ, auaritiæ, crudelitatis, magister fuit. Recte ergo Cic. ait i Sed heus tu, manũ de tabula, magister adest. quod eum hẽt sensum. Ne hoc quidé fortassis rectè scribo, non esse distringẽdum stylum in Cæs. nã si hoc fecisse sigñarimus, verendũ est, ne libertas nimia fraudi sit, ac in morté crudat. Siqmdé Catonium pro inferis rectè poni, ex Laberio comprobauit Gell. Noctium At. lib. 16. etiam si inter sordida, ob soletaq;, ac maculantia, id esso vocabulum putat. Nec eo verbo esset vsus orator, nisi de industria ex obscuritate iocum captasset. Quod vero est in epistolę calce, ita legendũ est: Vrgeo igitur, nec transuersum vngué, q̃d aiunt, à stylo: is.n. est dicendi opifex. atq; equidé aliquantũ iam etiam noctis assumo. Ego, inquit, ad syntaxin & compositioné totum me dedi: festinoq; ita, vt mihi ipse otiũ negé. à stylo.n.i. à scribendo, & de ingenij fertilitate quippiã promendo ne minimum quidẽ reuellor, qñ assiduitas exercitationis dicendi copiã maximã parit. Cõfirmatur snia hæc Cic. præcepto ex 1. de Or. Caput aũt est, inquit, quod, vt vere dicã, minime facimus. est.n. magni laboris, qué pleriq; fugimus, quãplurimũ scribere: stylus, optimus & præstantissimus dicẽdi effector atq; magister. Quæ oia repetẽs Fab. lib. x. Vt laboris, inquit, sic vtilitatis etiã longe plurimum affert stylus. Nec immerito M. Tullius hunc optimũ effectorem, ac magistrum dicendi vocat. Cui sententiæ personam L. Crassi in disputationibus, quæ sunt de Oratore assignando, iudicium suum tum illius auctoritate cõiunxit. Quòd vero ad Cæs. ista referunt enarratores, plane ridiculum est.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nuntiat amico, quo pacto in morbum inciderit, & quo pacto se habeat.

CICERO S. D. GALLO. 26

CVM decimum iam diem grauiter ex intestino laborarem; neq; ijs, qui mea opera uti uolebant, probarem me non ualere, quia febrim non haberem: fugi in Tusculanum; cum quidem biduum ita ieiunus fuissem, ut ne aquam quidem gustarem. itaq; confectus languore, & fame, magis* tum officium desideraui, quàm abs te requiri putaui meum. ego autem cũ omnes morbos reformido, tum quo Epicurum tuum Stoici male accipiunt, quia* dicat δυσεντερικὰ, καὶ δυσεντερικὰ πάθη sibi molesta esse: quorum alterum morbum edacitatis esse putant, alterum etiam turpioris intemperantiæ. sane δυσεντερίας pertimueram. sed uisa est mihi uel loci mutatio, uel animi etiã relaxatio, uel ipsa fortasse iam senescẽtis morbi remissio profuisse. attamẽ, ne mirere, unde hoc acciderit, quomodóue commiserim: *lex sumptuaria, quæ uidetur λιτότητα attulisse, ea mihi fraudi fuit. nam dum uolunt isti lauti terra* nata, quæ lege excepta sunt, in honorem adducere; fungos, heluellas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil possit esse suauius. in eas cum incidissem in cœna* augurali apud Lentulum, tanta me διάῤῥοια arripuit, ne hodie primũ uideatur cœpisse consistere ita ego, qui me ostreis, & murenis facile abstinebam, a beta etiam, & malua deceptus sum. post hac igitur erimus cautiores. tu tamen, cum audisses ab Anicio, (uidit.n. me nauseantẽ) non modo mittẽdi causam iustã habuisti, sed etiã uisendi. Ego hic cogito cõmorari, quoad me reficiã. nam et uires, et corpus amisi. sed, si morbũ depulero, facile, ut spero, illa reuocabo. Vale.*

in forensibus causis.

ut ipse potius ad me uenires, quã ego ad te.

uide epicuri epistolã in Laertio.

morborum remedia, loci mutatio, animi relaxatio.

epist. 15. & 26. l. 9. Gellius l. 2 c. 24. ubi, ut pro natam, mendosè legitur.

Varro de re rust. l. 3. c. 6.

Cum

HVBER. CV m iam} Scribit Cic. se petiuisse Tusculanũ rus suum, quia cũ iam decẽ dies laborasset ex fluxu ventris, & febre tñ caruisset, nõ poterat persuadere ijs, qui suã operã exigebãt, se esse ægrotũ, quia careret febre. exponit aũt, quẽadmodũ in quadã cœna augurali cõtraxit hunc morbũ, holusculis quibusdã auidius comestis. Postremo dicit se cõmoraturum in Tusculano, donec se refecerit: quia erat admodũ debilitatus eo morbo. {Ex intestino}.i.ex morbo intestinorũ.i.ex fluxu vẽtris. {Neq; probarẽ}.i.neq; ostenderẽ, & persuaderẽ. {Nõ valere}.i.me nõ esse sanũ. {Quia febrim nõ haberem} multi.n. putãt eũ, qui nõ habeat febrẽ, nõ esse ægrotũ, cũ tñ multæ ægritudines sunt sine febribus. {Ne aquã quidẽ} quæ maxime solet ægrotãtibus cõcedi, & maxime cocta. {Cõfectus} debilitatus. {Lãguore} ægritudine {Et fame} inedia. q.a per duos dies nihil penitus gustauerã. {Tuũ officium} vt tu ad me scriberes, vel vt ad me visendũ venires. {Quã meũ requiri abs te} q.a in tali casu debueras existimare me nõ posse pstare officiũ, & ideo nõ putaui illud à te reqri. {Ego aũt} dicit Cic. se timere oẽs morbos, sed pcipue duos.s. dysuriam.i. difficultatẽ vrinæ, vel, vt alij volũt excoriationẽ vesicæ, & dysenteriã.i. intestinorũ morbũ, vel ventris fluxũ. q.a Stoici adscribũt hos duos morbos duabus turpissimis causis, alterũ intẽperantiæ, alterũ edacitati. {Male accipiũt} reprehẽdunt. notãt. {Tuum} latenter accusat Gallũ voluptatis. {Dicãt stoici δυσουρικὰ} δυς in cõpositione apud Græcos malũ semper aliquid signat, οὐρέω vrino: vnde δυσουρία.i. grauitas siue difficultas vrinãdi, vel (vt diximus) excoriatio vesicæ, eadẽ rõne δυσεντερία morbus intestinorũ. nã ἔντερον intestiũ significat, πάθη.i. passiones. dysurica & dysẽterica adiectiua sunt.i. passiones vrinales & intestinales, vt ita dixerim. {Alterũ edacitatis}.s. dysenteriã.i. crapulæ, & nimiæ comestionis, q.a ex nimia repletione plerũq; prouenit fluxus vẽtris. {Intẽperãtiæ turpioris}.i. libidinis & actus venerei, ex quo puenit excoriatio vesicæ. {Iã senescẽtis} quia vincit tpe morbus, sicut homo. {Remissio} imminutio. {Ne mirere} cũ dixerim hæc ex duabus rebus turpissimis prouenire: quibus scis me nõ delectari. {Cõmiserim} peccauerim {Lex sumptuaria}.i. de sumptu, q̃ moderabatur sumptũ cõuiuiorũ & victus, & numerũ conuiuarũ præscribebat: fuit aũt prima lex Orchia, deinde Fania, & postea aliæ multæ, vt scribit Macr. in Saturn. {λιτότητα} frugalitate. λιτότης, frugalitatẽ signat. {Isti lauti}.i. isti qui laute & splendide viuũt. {Terra nata}.i. ea quæ ex terra nata sunt, qualia sunt ea, quæ subdit.s. fungos, &c. {Quæ excepta sunt lege} q̃ non cõtinẽtur in lege sumptuaria, q.a per eã nõ prohibemur eis vesci. {Heluellas} heluellæ, auct. Festo, dñr olera minuta. {Herbas oẽs} post speciẽ trãsiuit ad genus, ne singula cõmemoraret. {Cõdiunt} conficiũt, sapide cõponunt. {In cœna augurali} aut q̃ fiebat inter augures. aut quæ fiebat cũ nouis auguris. {διάῤῥοια} fluxus, effusio vẽtris. {Hodie primũ} tñ hodie. nã superioribus decẽ diebus coactus sum iacere. {Ostreis & mur.} cibis delicatoribus. ostreæ.n. i magno luxu & exprobatione apud antiquos fuerũt. Sergius Orata, vt scribit Plin. in baiano ostrearũ viuaria instituit: primumq; docuit optimũ saporẽ esse Lucrinis Murenæ vero, anguillis similes, olim in delicijs fuerũt, præcipue ex freto Siculo missæ. illic n. saginabãtur, vt in summo pelagi emergerẽt & fluitarent: inde à Græcis plotæ, à πλέω.i. nauigo, à nostris flutæ à fluendo dñr: nã torrefacta pelle sole mergi iterũ nõ põt: & manu capiũtur. Mart. Quæ natat in Siculo grãdis murena profundo, Non valet exustã mergere sole cutẽ. Murenarũ aũt viuaria primus, auct. Plin. excogitauit Curius, q triũphalibus cœnis Cæs. dictatoris septẽ millia murenarum appẽdit. {Beta & Malua} herbæ sunt viles, & qbuslibet hortis familiares. {Deceptus sum} q.a comessem auidius, eo q nõ viderẽtur esse gulositatis, mouerũt fluxum vẽtris. {Cautiores} neq; credemus facile qbuslibet cibis. {Nauseantẽ} nausea dr̃ ex graui odore pturbatio stomachi ad vomitũ, dicta à naui, ex cuius sẽtina mouenẽ vomitus: inde nauseare, stomacho turbari & ad vomitũ moueri dr̃. Iuuẽ. Ergo maritus nauseat. {Mittẽdi} aliquẽ ad me. {Hic} in Tusc. {Quoad} quousq;, donec. {Et vires, & cor.} vires corporis. {Morbũ} hunc fluxũ vẽtris {Reuocabo} recipiã, resumã. {Illa} vires & corpus.

ASCAN. CV m decimũ, &c.} Dicit se petijsse Tusculanũ suũ, quia iam decẽ dies laborauerat ex fluxu vẽtris, quẽ in cœna augurali cõtraxerat, docetq; se inde nõ abiturũ, donec cõualeat. Ordo est. Cũ ego laborarẽ grauiter ex intestinis.i. dolore & profluuio alui, iam decimũ diẽ, neq; probarẽ.i. persuaderẽ, ijs qui volebãt vti opera mea, nõ valere.i. nõ sanũ & validũ esse, q.a nõ hrẽm febrim, nõ.n. putabã morbũ alui sine febre satis grauẽ, vt à causis dicẽdis abstinerẽ, fugi.s. à frequẽtia populi, in Tusculanũ.s. agrũ & villã, cũ quidẽ fuissem iam ita ieiunus, vt ne quidẽ gustarẽ aquã. Itaq;.i.& ita, ego cõfectus.i. ferè cõsumptus lãgore & fame, desideraui magis officiũ tuũ, vt.s. me sustẽtes, q̃ putaui officiũ meũ reqri abs te. Ego aũt cũ.s. ita sit, q reformido oẽs morbos, tũ q.i. q.a Stoici male accipiũt.i. tractãt hoc est carpũt & arguũt Epicurũ tuũ.i. cuius sectã sequeris, q.a dicãt.s. stoici, πάθη.i. passiones & morbos, δυσουρικὰ.i. male vrinãdi, aut mingẽdi, cum grauitate & excoriatione vesicæ, καὶ.i.& δυσεντερίαν.i. intestinorũ male se habentiũ, esse molesta, p p vitia vnde procedũt, sanè particula δὺς dys, græcis in cõpositione malũ notat, sicut interdũ p nobis vt peruersus, pfidus, &c. Vnde δυσουρία dysuria.i. mala, aut difficilis vrinatio & mictio, cũ vesicæ excoratione. adiectiue aũt dr̃ dysuricus. Vñ q.a pathos neutri est generis, & in plurali dr̃ pathe, dixit dysurica pathe molesta, sĩr entera dñr intestina vnde dysenterica intestinorũ morbus, & adiectiue dysenterica pathe, aut vt Græci pronũtiãt pathi, quorũ.s. dictorũ ipsi putãt. Alterũ.s. dysentericũ pathos, esse morbũ edacitatis.i. auidæ, ac nimiæ comestionis, alterũ.s. dysuricum pathos, intẽperãtiæ etiã turpioris, vtpote Veneris, quæ nimiã potationẽ sequit. Sanè ego pertimuerã dysenteriã.i. malũ intestinorũ, & alui profluuiũ, sed visa est mihi profuisse vel mutatio loci, vel relaxatio etiã animi, vel ẽt fortassis remissio morbi iam senescẽtis.i. debilitati per diuturnitatẽ. Attamẽ ne mirere.i. mireris, vnde hoc.s. genus morbi, aut pathos acciderit, vel p vel qũo cõmiserim: lex sumptuaria.i. lata de sumptibus in conuiuijs imminuẽdis, q̃.s. lea vr̃ attulisse λιτότητα, litote ita profertur, tñ græcis litotita.i. frugalitatẽ. nã λιτότης litotetos, &c. frugalitas est. ea fuit mihi fraudi.i. detrimẽto sospitatis.i. imposuit mihi. Nã dũ isti lauti.i. elegãtis, & exquisiti conuiuiorũ instructores volũt adducere in honorẽ nata terra.i. fruges, herbas, & similia, quæ sunt excepta lege, q.a de eorũ sumptu lex nõ loquitur, ipsi cõdiunt fungos, heluellas.i. minuta holera, auctore Festo, & herbas oẽs, ita vt nihil possit esse suauius. Cũ incidissẽ in eas.s. herbas dictas, aut in ea.s. terra nata, in cœna augurali.i. quæ augurũ collegio erat posita, apud Lẽtulũ, tanta diarrhœa.i. effusio, aut profusio alui arripuit me, vt videar cœpisse primum hodie consistere.i. fluxũ repressisse & stare fecisse. Itaq;.i.& ita, ego qui abstinebã me ostreis.i. delicatis illis & lubricis conchylijs, & murenis.i. delicatis piscibus, quas lãpredas quidã, alij flutas, græci plotas vocãt, deceptus sum etiã à beta & malua, herbis notis & vulgaribus. Igiẽ nos erimus posthac.i. deinceps cautiores. Tu tñ cum audisti.s. morbum meum ab Anitio, (enim.i. quia Anitius vidit me nauseantẽ.s. è languore) habuisti causam iustã nõ modo mittendi.s. aliquẽ ad me, sed etiã visendi.i. veniẽdi visum, q.d quorũ neutrũ fecisti. Ego cogito cõmorari hic.i. in Tusculano, quoad.i. donec reficiã me. Nã amisi & vires & corpus.i. corpulentiã, sed reuocabo.i. recuperabo, facile illa.s. vires, & corpus, vt spero, si depulero morbum, videlicet fluxum alui.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Ad capita accusationis. Galli respondet, & ita, vt se innoxium, illum vero dignum accusatione dicat.

CICERO S. D. GALLO. 27

MIROR cur me accuses; cum tibi id facere non liceat. quòd si liceret, tamen non debebas. Ego enim te in consulatu obseruaram. & ais fore, ut Te Cæsar restituat. Multa tu quidem dicis, sed tibi nemo credit. Tribunatum plebis dicis te mea causa petisse. utinam semper esses tribunus: * intercessorẽ non quæreres. Negas me audere, quod sentiam, dicere: quasi tibi, cum parum prudenter me rogares, parum fortiter responderim. Hæc tibi scripsi, ut isto ipso in genere, in quo aliquid posse uis, te nihil esse cognosceres. quòd si humaniter mecum questus esses; libenter tibi me, & facile purgassem. non enim mihi ingrata sunt, quæ fecisti, sed, quæ scripsisti, molesta. Me autem, propter quem ceteri * liberi sunt, tibi liberum non uisum, demiror, nam si falsa fuerunt, quæ tu ad me ut ais, detulisti; quid ego tibi debeo? sin uera; tu es optimus testis, quid mihi populus Rom. debeat. Vale.*

verba ex epistola Galli.

tribuni.n. intercedebãt. Gallus autem Ciceronem rogauerat, vt p se intercederet apud Cæsarem. est igitur ἀμφιβολία.

cõiuratione oppressa.

Miror}

HVBER.

MIROR} M.Gallus cum esset in exilio, quia Põp.partibus fauisset, acerbius questus fuerat de Cic.accusaueratq; grauiter. quãobrẽ Cic ei rescribit ẽt acerbius & huius acerbitatis cãm in eũ transfert, à quo fuerit lacessitus.{ Nõ liceat tibi} nõ deceat te.{ Obseruaram} honoraueram.{ Et ais} sensus est: dicis ꝙ Cæs.te restituet in patriam.{ Intercessorẽ} apud Cæs.vt ipse te restituat.{ Quasi rñderim parũ for.} .i.tanq̃ nõ rñderim tibi magno aio, cũ tu sine verecũdia me rogares.{ Purgassem} excusassem.{ Quæ fecisti} contra me.{ Molesta} grauia.{ Quæ scripsisti} acerbius de me cõquerẽdo.{ Propter quẽ ceteri} q̃a liberaui patriã, & vniuersos ciues à cõiuratoribus.{ Nõ visum} nõ existimatũ.{ Liberũ} liberi animi, qui nõ audeã dicere quod sentiã, sicut tu scribis.{ Quæ d. ad me} .i.q̃ mihi attribuisti. nã Gallus multas laudes attribuebat Cic. & psertim de liberatione patriæ. deinde dicebat se admirari talẽ hoiem esse ita timidũ, vt nõ auderet sñiam suã dicere. Dicit ergo Cic. ꝙ si ea sunt falsa, q̃ ei attribuit Gallus, nihil ei debet. sin aũt sunt vera, nõ debet ignorare quid ei debeat P.R. qđ aũt exponaẽ, Detulisti, denũtiasti, nõ satis probo: quia nõ video, qua rõne.{ Tu es optimus testis} Tu optime scis.{ Quid} q̃tũ.

ASCEN.

MIROR, &c.} Reijcit culpã acerbitatis epistolæ scriptæ in Gallũ sic meritũ, dicens. Miror cur accuses me, cũ nõ liceat tibi facere id.i.accusare me q̃a in me culpa nõ est. qđ si liceret, tñ nõ debebas.s.accusare me. Ego.n.obseruauerã.i honorauerã, te in cõsulatu. Et ai. fore.i. futurum, vt Cæs.restituat te.s.patriæ, aut pristinæ dignitati. Tu quidẽ dicis multa, sed nemo credit tibi. Tu dicis te petisse mea causa tribunatũ, vtinã tu esses semper tribunus, q̃a sup.nõ quæreres intercessorẽ. Negas me audere dicere qđ sentiã, quasi responderim tibi parũ fortiter, cũ rogares me parũ pudenter. Ego scripsi tibi hæc.i.has acerbas literas, vt cognosceres te nihil esse.i.nihil posse aut valere, in isto ipso gñe.s.accusandi & maledicendi, aut minitãdi, in quo vis posse aliquid. ꝙ si questus esses mecum.i.de me, sed mecũ.i.scribẽdo ad me, humaniter.i.mansuete & benigne, ego purgassem me tibi libẽter & facile. Nõ.n. ea, quæ fecisti, sunt ingrata mihi, sed ea molesta sunt, quæ scripsisti. Aũt.i.sed ego demiror me nõ visum tibi liberũ, sed more seruili sub Cæsare degere, propter quem.i.cuius in consulatu vigilantiam ceteri liberi sunt. Nam si falsa fuerũt ea.s.præconia, quæ tu detulisti ad me, vt ais, quid debeo ego tibi? q.d.nihil boni. sin vera sup.fuerunt, tu es optimus testis, quid P.R. debeat mihi, quia dixisti ꝙ plurimum, cum per me saluus sit.

PAVL. MAN.

GALLO S.D.} alij credunt, hũc esse M.Fabiũ Gallũ, qui de coniuratione Catilinæ, quæ ab Allobrogibus acceperat, ad Ciceronẽ detulit. sed Octauius Pantagathus, vir sane his literis quæ humaniores appellãtur, instructus, sed maximarũ doctrinarũ cognitione longe præstãtior, hũc potius existimat esse P.Sextiũ, pro quo extat oratio, cui cognomẽ fuerit Gallo. fuisse.n.hoc Sextiæ gẽtis cognomẽ, intelligitur ex oratione pro Milone, vbi ita scriptũ est: Sacratiũ, qđ est in fundo T.Sextij Galli. Tribunatũ aũt plebis & petijsse Sextiũ Ciceronis restituẽdi caussa, & pro eius salute gessisse, ex ipsius Ciceronis orone notissimũ ẽ. qđ idẽ de M.Fabio dici nõ põt. neq;.n. is, quo tpe Cic. exsulauit, tribunus fuit: ne alijs q̃dẽ tpibus, qđ sciri possit. nã qđ infra dixit, si falsa fuerũt, q̃ tu ad me detulisti: sigñat ea, q̃ Sextius, C.Antonij consulis q̃stor, ad Cic. cõsulẽ de ipso Antonio, cõsule suo, detulit. sic.n. in oratione pro eodẽ Sextio habita. Quæstor C.Antonij, collegæ mei, fuit forte, sed societate cõsiliorũ meus. impedior nõ nullius officij, vt ego interpretor, religione, quo minus exponã, quãta ad me detulerit. Hæ rõnes faciũt, vt amicissimi hominis sentẽtiæ libẽter acquiescã.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Curij cõsiliũ, qđ antea iprobauerat, nũc pbat, &, qd Romę agat, nũciat.

M. CICERO S. D. MAN. CVRIO. 28

*MEMINI, cum mihi desipere uidebare, quòd istic potius uiueres, quàm nobiscum. erat enim multo domicilium huius urbis, cum quidem hæc urbs, aptius humanitati, & suauitati tuæ, quàm tota Peloponnesus. nedum Patræ. nunc contra & * uidisse mihi multum uideris, cum, probe desperatis his rebus, te in Græciam contulisti; & hoc tempore non solum sapiens, qui hinc absis, sed etiam beatus. * quanquam quis, qui aliquid sapiat, nunc beatus esse potest? sed quod tu, cui licebat, pedibus es cõsecutus, ut ibi esses, ubi nec * Pelopidarum: nosti cetera nos idem propemodum consequimur alia ratione. cũ enim salutationi nos dedimus amicorum, quæ fit hoc etiam frequentius, quàm solebat quòd, quasi auem albã, uidentur bene sentientem ciuem uidere: abdo me in bibliothecam: itaq; opera efficio tanta, quanta fortasse tu senties. intellexi enim ex tuo sermone quodam, cum mæstitiam meam, & desperationem accusares, domi tuæ dicere te, * ex meis libris animum meum desiderare. sed mehercule & tum remp. lugebam, quæ nõ solum suis erga me, sed etiã meis erga se beneficijs erat mihi carior: & hoc tempore, quanquam me non ratio solum consolatur, quæ plurimum debet ualere sed etiam * dies, quæ stultis quoq; mederi solet, tamen doleo ita communem rem esse dilapsam, ut ne spes quidem, melius aliquando fore, relinquat nec uero nunc quidem culpa in eo est, in cuius potestate omnia sunt: nisi forte id ipsum esse non debuit: sed alia casu, alia etiam nostra culpa sic acciderunt, ut de præteritis non sit quærendum. reliquam spem nullam uideo. quare ad * prima redeo. sapienter hæc reliquisti, si consilio, feliciter, si casu. Vale.*

Margin notes: discessit.n. Curius ante exitum reip. — subaudi ne que facta audias, neque nomen. epist. 30. h. l. Phil. 13. — nõ eum me esse, qui viderer in meis libris. — ep. 5. l. 4. & 16. lib. 5. — ad Att. ep. 10. lib. 1.

HVBER.

MEMINI} Curius, Cæs.rerũ potito, se in gratia cõtulerat, neq; curabat R.reuerti: quod propositũ scribit Cic. se prius improbasse, & existimasse Curiũ dementẽ, qui mallet viuere in aliena patria q̃ in sua. nũc aũt dicit se laudare, q̃a nõ videat multa, q̃ R. crudeliter fiũt. Oñdit aũt Cic. se, omissis negotijs publicis, dare operã studijs literarũ, quibus dicit curas suas vehemẽter leuari. dicit.n. se scribere multa, q̃bus oñdit aium suũ magnũ & fortẽ in rebus aduersis.{ Desipere} .i.parũ sapiẽs esse, insanire.{ Istic} in Græcia.{ Domiciliũ} habitatio.{ Humanitati} doctrinæ.{ Peloponnesus} insula est à Pelope, qui in ea regnauit dicta. de ea Plin.lib.4. & Str. scribunt.{ Nedũ} multo minus. &, vt alio loco supra notauimus, & docet Laur. Valla semper postponiẽ.{ Patræ} nomẽ est vrbis Pelopõnesi.{ Nedũ Patræ} .s.sunt aptæ tuæ humanitati.{ Nũc cõtra} .i ecõtrario, aliter atq; primo.{ Vidisse} prouidisse, prospexisse.{ Prope} ferè.{ Non solum sap.} s.videris.{ Beatus} felix.{ Quãquã} corrigit qđ dixit eũ esse beatũ. dicit.n. nemine, q aliquid sapiat, posse esse beatũ, amissa rep. sua.{ Sed} .s.videris mihi beatus.{ Quòd} .i.q̃a.{ Cui licebat} q poteras, cui erat permissum.s.discedere.{ Es consecutus ped.} .i.profectione & discessu tuo ab vrbe Roma, hoc effecisti, vt esses vbi nec Pelopidarũ, &c.{ Pelopidarũ} vel subaudi mores, aut scelera, aut nomẽ, & intelligemus Pelopidarũ.i.sceleratissimorũ hoium, quales fuerunt Atreus & Thyestes fratres: q cũ in discẽsione sibi nocere non possent, simulata gr̃a sceleratissime egerunt. nã Thyestes Atrei fratris vxorẽ, Aeropẽ noie, turpiter amauit, & cũ ea concubuit. Atreus aũt filios fratri comedẽdos apposuit. q̃ rẽ cũ vidisset sol, dr̃ fugisse, vt scribit Seneca in Thyeste & Virg. Nec tã auersus equos Tyria sol iungit ab vrbe. Ouid. lib. 5. Trist. Si nõ Aeropẽ frater sceleratus amasset, Auersos solis nõ legeremus equos. vel vt alij volũt, Pelopidarũ.s.aios & cãm. nã Pelopidas vir Thebanus fuit, q patria pulsus, vt scribit Plut. eã ope quorundã aliorũ exulũ liberauit. sed prior sensus magis cõuenit. & est verus, vt secũda sequẽti epistola videbimus.{ Propemodũ} ferè.{ Consequimur} efficimus.{ Idẽ} .s.qđ tu, vt nõ audiamus nomẽ aut facta Pelopidarũ.{ Alia rõne} alia via, alio modo. tu.n. hæc cõsecutus es discedẽdo Roma, nos aũt manẽdo Romæ, sed latendo in bibliotheca nostra.{ Dedimus nos} exhibuimus nos.{ Amicorum} salutãtium, & visentiũ nos.{ Quasi auẽ alb.} vel prouerbialiter dixit rarissimũ tanq̃ coruũ albũ, vt Iuuẽ. Felix illa tñ, coruo quoq; rarior albo. vel certe, Quasi auẽ albã.i.tanq̃ auẽ felicissimi augurij, qualis solet eẽ Cygnus, de quo scriptũ legimus: Cygnus in augurijs nautis gratissimus ales. Hũc optãt semper, quia nunq̃ mergiẽ vndis. q.d. vñt videre rẽ egregiã & venerandã, cũ vidẽt ciuẽ bonũ.{ Ciuẽ bene sentientẽ} .i.ciuẽ bene affectum erga rẽp. q̃a ferè nullus reperiẽ.{ Abdo} occulto, recipio.{ In bibliothecã} in pluteũ meũ. vbi sunt libri mei. nã ἡ βίβλος librũ sigñat, θήκη repositionẽ.{ Tãta} tã magna, vt ipse in proœmio 3.

mio 3. off Nos aũt, qui nõ tñ laboris habemus, vt cogitatione tacita à solicitudine abstrahamur, ad hãc scribẽdi operã omne studium curamq; cõuertimus: Itaq; plura breui tpe euersa, quã multis annis stãte rep. scripsimus. {Ex sermone quodã tuo} ex quibusdã verbis, quæ de me habuisti. {Cũ acc.} reprehenderes. {Desperationem} meã, q̃ haberẽ de amissa rep. {Tu desiderare animũ meũ ex meis lib.} .i. re cupere, vt talis eẽt animus meus, qualẽ eũ ostenderẽ in meis libris, in qbus semper laudarẽ fortitudinẽ & animi magnitudinẽ in rebus aduersis. {Tum} cum tu accusares meã męstitiã. {Ratio} prudẽtia. {Dies} tẽpus. {Mederi stultis quoq;} ergo multo magis sapiẽtibus. {Dilapsam} dissipatã. {Aliqñ fore melius} .i. ei rei cõi & P. .i. vt nulla sit spes, qđ vnq̃ si habitura melius. {In eo} Cæs. {Idipsum} .s. vt oia essent in eius potestate, quia ipse solus non debuit sibi submittere tot ciues. {Casu} fortuna, quæ multũ in rebus humanis dominat. {Nostra culpa} qui tarde prouidimus rebus nostris, neq; citius obstitimus potẽtiæ Cæs. antequã tantas assumeret vires. {Reliquam spem} .i. reliquũ & in futurũ. {Ad prima} ad ea quæ dixi circa initiũ epistolæ. .s. nũc contra, & vidisse mihi multum, videris, &c. {Sapienter} cũ magna sapientia. {Si consilio} .s. reliquisti .i. consideratione diligenti prius facta. {Feliciter} .s. reliquisti. {Si casu} si fortuito, sine alia consideratione .i. fuisti sapiens, si cõsiderasti ista relinquenda. sin antẽ non considerasti, & casu quodam reliquisti, fuisti felix, quia tibi bene euenit.

ASCEN. MEMINI, &c.} Dicit se laudare absentiã Curij pp acerba, quæ Romę cõtingebãt, licet prius eã cõdẽnauerat: dicitq; se ad literas contulisse. Ordo est. Memini .i. memoria teneo q̃ videbare .i. videbaris mihi desipere .i. male sapere, q̃ viueres potius istic .s. in Gręcia vbi nũc es, q̃ nobiscũ, hoc est Romæ. Enim .i. qa domiciliũ .i. habitatio huius vrbis .s. Romæ, qdẽ .i. certe, cũ .i. qñ, hæc sup. erat vrbs, & nõ spelũcha latronũ, vt regũ, dominorũ, aut qđ simile intelligit, aptius humanitati & suauitati tuæ, q̃ tota Pelopõnesus .i. insula à Pelope dicta, nedũ .i. nõ solũ, sup. q̃ Patræ, quæ sunt in ea vrbs vna. Nũc cõtra .i. ecõtrario tu videris mihi, & .i. simul, vidisse .i. perspexisse multũ, cũ cõtulisti te in Græciam his rebus .s. vrbanis, propẽ .i. quasi, desperatis, & .i. simul videris hoc tpe nõ solũ sapiens, qui .i. q̃ absis, hinc .i. ab ijs malis, sed etiã beatus, q̃q̃ quis, qui sapiat aliqd, põt nunc esse beatus, q.d. nemo. insipiẽtes aũt qui nesciunt quantũ amiserint, rep. oppressa, sibi beati frustra vñr. Sed quod tu, cui licebat .s. abire, cõsecutus es pedibus .i. abeundo, hoc est otium securũ, vt esses ibi, vbi nec Pelopi, qui insulã à se denominauit, datum est secure vitã agere, aut quid simile nosti cetera .s. quæ ad historiã Pelopis pertinẽt. Nos cõsequimur idẽ propemodũ .i. quasi, alia rõne .s. q̃ pedibus. Enim .i. qa, cũ .i. postquã dedimus .i. adhibuimus nos salutationi amicorum, q̃ prima diei hora fiebat, quæ salutatio amicorũ fit etiã frequẽtius, q̃ solebat hoc .i. pp hoc q̃ .s. diuites amici, quos saluto, vñt videre ciuẽ bene sentientẽ .s. de rep. quasi auẽ albã .i. auspicatissimã, vt est Cygnus nautis, q̃ nunquã mergitur, aut rarissimã, vt est Coruus albus, abdo .i. abscõdo, & includo, me in bibliothecã quã librariã dñt. Itaq; efficio tãta opera, quãta tu senties .i. percipies fortasse, quia missurus erat ea ad Curiũ. Intellexi n quodã sermone tuo, cũ accusares męstitiã meã & desperationẽ .s. de salute reip. te dicere .i. q̃ tu diceres, domi tuæ .i. inter familiares tuos, te desiderare animum meũ ex libris meis .i. vt talẽ aium haberẽ, qualem scribẽdo ostenderẽ, aut potius vt animum meum scribẽdo indicarẽ. Sed mehercule ego lugebã, & .i. simul, tum .i. tunc, rẽp. quæ erat carior .s. q̃ reliquis, nõ solum beneficijs suis erga me, quia per eã cõsulatum obtinuerat, sed etiã meis erga se, quia in consulatu eã ab iniuria cõiuratorum defenderat. res aũt quibus multa impẽdimus, nobis cariores sunt, & .i. simul, sup. lugeo, hoc tpe. q̃q̃ nõ solum ratio .i. prudẽtia, quæ debet valere plurimũ, sed etiã dies .i. diuturnitas, quæ solet medere quoq; .i. etiã stultis, cõsolatur me. tñ doleo rem cõem .i. publicã, ita delapsam, vt ne spes quidẽ relinquatur, fore .i. futurũ esse, super aliquid melius. Nec vero culpa est nunc in eo, in cuius potestate sunt oia, hoc est in Cæsare, nisi forte idipsum .s. vt oia in eius potestate sint, nõ debuit esse, sed alia acciderunt casu, alia etiam culpa nostra, sic vt non sit quærẽdum de præteritis. Ego nullam spem video reliquam .i. relictam. quare ego redeo ad prima .i. quæ in principio epistolæ tibi cõmẽdaui, & in te laudaui. Tu reliquisti hæc .s. vrbana, sapienter, si reliquisti ea consilio, & feliciter, si casu.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hæc epistola partim officiosa, partim petitoria, qua literas petit commendaticias ad Sulpicij successorem in Græcia.* De hoc Man. Curio vide epist. 27. & 30. lib. 13. & 5. lib. 6. & ad Att. epist. 5. lib. 8.

M. AN. CVRIVS S.D. M. CICERONI SVO. 29

*SI uales, bene est: sum enim χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici nostri. ergo fructus est tuus, mancipium illius. quod quidem si inter senes coemptionales uenale proscripserit, egerit non multũ. at illa nostra prædicatio quãti est? nos, * quòd simus, quòd habeamus, quòd homines existimemur, id omne abs te habere. quare Cicero mi perseuera constanter nos conseruare: & Sulpicij successori nos de meliore * nota commenda, quo facilius tuis præceptis obtẽperare possimus, teq; ad urbem lubentes uidere, & nostra desigere, deportareq; tuto possimus. sed amice magne noli hanc epistolam Attico ostendere: sine eum errare, & putare me uirum bonum esse, nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare. ergo patrone mi bene uale, Tironemq; meum saluta nostris uerbis.* D.A.D. IIII. *kal. Nou.*

epist. 27. lib. 10 & ad Att. epist. 23. lib 5.

à dolijs metaphora: q diuersis notis distinguntur, vt internoscantur vina.

HVBER. SI vales} Curius cũ esset in Græcia, vt supra diximus, cupiebat impetrare à Cic literas cõmendaticias ad eũ, qui erat successurus S. Sulpicio, qui præfuerat ipsi Græciæ, vt supra in epistolis ad eũ scriptis vidimus, quare blanditur Cic. & ostẽdit, q̃ se illi obligatũ putet. deinde ab eo petit literas cõmendaticias ad ipsum successorẽ Sulpicij postremo iocãs cũ Cic. dicit ne ostẽdat has literas Attico, ne intelligat se deceptum, quia credebat se magis amari à Curio, q̃ aliũ quẽlibet. quod cognosceret, nõ ita esse ex hac epistola, in qua Curius fatetur se debere Cic. quidquid sit. {Sum. n.} enim, hic nõ male locatur, quia nõ est principiũ epistolæ, sed iungitur cũ superiori clã sic: Si vales, bene est: sum. n. &c. sicut diximus in vlt. epist. 1. lib. {χρήσει} vsu, à χρῶμαι .i. vtor. {μὲν} quidẽ. {κτήσει δὲ} possessione autẽ. {Fructus est tuus} .i. tu es fructuarius: quia habes me ad vsum tuũ. {Mancipiũ} seruitus, obl'o, proprietas. {Illius} .s. Attici, quia habet possessionẽ tñ iuris, non etiã facti. dr aũt mãcipium, qđ manu capitur. Quod} mancipium. {Si inter nos} vidi in quodã codice nõ infideli scriptũ, qui inter nos. {Qui proscripserit} ppposuerit, subhastauerit proscribebatur. n. bona venalia, vt etiã nunc. {Coemptionales} qui delectamini cõcionibus. in cod. vetustissimo scriptũ erat cõpertionales, sed non placet, nisi intelligamus, qui ambo partẽ habetis de me, alter in vsu, alter in possessione. {Nõ egerit multum} quia sum parui pretij, neq; multũ poterit de me lucrari. {Quãti est} q.d. plurimi faciẽda. {Perseuera} vt cępisti. {De meliore nota} de meliori scriptura, &, vt dr, de meliori atramento: nam nota pro literis ponitur. Ouid.

Inspicit acceptas hostis ab hoste notas.

{Obtẽperare} obsequi, obedire. {Ad vrbem} pro in vrbe. {Defigere} collocare, firmare. {Tutò} sine periculo. {Sed amice} iocatur Curius. {Nõ vis er.} esse in errore. {Et putare} subaudi vis. {Nec solere} prouerbialiter dixit. q.d. si vis eũ putare me nõ solere eundẽ amorem duobus promittere, sicut qui de vno colore duos muros dealbat. {Fidelia} genus est vasis. Persius,

Disce, nec inuideas, q̃ multa fidelia putet.

In loco penultimo hic ponitur p vase, vbi tenenẽ colores ad pingẽdũ. {Tironẽ} libertũ tuũ. {Meis verbis} meo noie, mea parte.

ASCEN. SI vales, &c} M. Curius Cic. blandiens dicit se totum esse ipsius & Attici, petitq; literas cõmẽdaticias, iocans in fine. Principiũ aũt epistolæ exponit vir doctissimus Gulielmus Bud. in annot. in Pand. legales argute dicens: Mancipiũ & κτῆμα significat .i. ἀνδράποδον & αἰχμάλωτον, hoc est hoiem in bello captũ & seruituti mancipatũ, & κτῆσιν .i. dominij cõparationem possidẽdiq; ius. atq; etiã δεσποτείαν .i. dñium, & χρῆσιν .i. mãcipationẽ. Mãcipium latine dici debet id quod Sęsinã lingua vernacula dicimus, & mãcipare Sęsinæ. cum .s. alicuiẽ rei sibi titulo iusto quæsitæ possessorẽ efficere volemus, &c. Ordo est. Si vales bene est. q.d. oẽs valemus. sum. n. μὲν .i. quidẽ χρήσει, chresi .i. vsufructu tuus, quia tueris me qñ vales, δὲ de .i. aũt κτήσει .i. mãcipio, hoc est dñio & iure possessionis, Attici nostri .s. cõis amici. Ergo fru .i. vsufructus est tuus: mancipium .i. ius possidẽdi & dominium mei illius .s. Attici est. {Quod .s. dñium, & ius possidẽdi, quidẽ .i. certe, is qui proscripserit venale inter nos cõcionales .i. qui frequentatis conciones & præconia scitisq; q̃ venalia sunt, egerit nõ multum, quia neuter vestrũ velit me emisse. Et quãti est .i. ęstimatur à te illa prædicatio .i. cõfessio nostra? q.d. merito plurimi.

plorimi.prædicatio aũt est,nos ꝙ simus in rerũ natura, ꝙ habeamus.s.aliqd,ꝙ existimemur, hoĩes,hr̃e id oẽ abs te. Quare ò mi Cic.perseuera cõstiter nos cõseruare: & cõmenda nos de meliore nota.i.qua vinũ optimũ signari solet.i.verbo ex animo prolato,Sulpicio successori.s.tuo,quo i.vt possimus facilius ob tẽperare præceptis tuis,& videre te lubenter ad.i.propè ver.alij vrbẽ legũt.& defigere.i.transmutare & deportare tutò nostra.i.res nostras.i.ad aliũ dñium trãsigere. Sed ò magne amice noli ostẽdere Atticu hãc epistolã: sine.i pmitte, eũ errare & putare me eẽ virũ bonũ,nec solere dealbare de eadẽ fidelia.i.testa, qua colores cõtinent,duos parietes.i.duobus inseruire.ergo ò patrone mi bene vale.& saluta Tironẽ libertũ tuũ verbis nostris, &c.

Virim. SEd amice magne noli hãc epistolã Attico ostẽdere: sine eum errare,& putare me bonum virũ esse,nec solere duos parietes de eadẽ fidelia dealbare} volebat.n.Curius pariter & Attico & Ciceroni videri summus,ac de se vno fructum quidem Ciceronis, mancipium autem Attici facere.

Gul.Bud. SI vales,bene est}sum.n.χρήσει μὲν tuus,κτήσει δὲ Attici nostri.ergo fructus est tuus,mãcipiũ illius}vsu quidẽ, inquit, tuus sum:possessione vero, Attici. Mãcipiũ aũt pro iure dominij posuit,qđ ab vsu distinguitur. Vide Budęi annotationes.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Narrat,qđ gesserit in cãpo Martio,& sd persõnã cõmẽdaticiæ tẽdet.

CICERO S. D. CVRIO. 30

Simile principiũ epist. 6.lib.4. & 5 lib.9 ep. 11 lib. 15. ad Att.

*EGo * uero iam te nec hortor, nec rogo, ut domum redeas: quin hinc ipse euolare cupio,& aliquo peruenire,ubi nec Pelopidarum nomen, nec facta audiam. incredibile est,quàm turpiter mihi facere uidear,qui his rebus intersim. næ tu uideris multo ante prouidisse,quid impenderet, tum, cum hinc profugisti. quanquam enim hæc etiam auditu acerba sunt: tamen audire tolerabilius est,quàm uidere. in campo certe non fuisti,cum hora secunda,comitijs quæstoris institutis,sella Q.Maximi, quem illi consulem esse dicebant, posita esset. quo mortuo nuntiato,sella sublata est. ille autem, qui comitijs * tributis esset auspicatus,cẽturiata habuit, consulem hora septima renuntiauit,qui usq; ad kal.Ian. esset,quæ erant futuræ mane postridie. ita * Caninio consule scito neminem prandisse. nihil tamen eo consule mali factum est. fuit enim mirifica uigilantia, qui suo toto consulatu somnum non uiderit. hæc tibi ridicula uidentur: non enim ades: quæ si uideres,lacrymas non teneres. quid,si cetera scribam? sunt enim innumerabilia generis eiusdem: quæ quidem ego non ferrem, nisi me in philosophiæ portum contulissem,& nisi haberem sociũ studiorum meorum Atticum nostrum. cuius quando proprium te esse scribis mancipio et nexu,meum autem usu & fructu: cõtentus isto sum.* ID ENIM *cuiusq; est proprium,quo quisq; fruitur,atq; utitur. Sed hæc alias pluribus. Atilius, qui in Græciam cum legionibus missus est,maximo meo beneficio est: bis enim est à me iudicio capitis rebus * saluis defensus: et est homo nõ ingratus, meq; uehementer obseruat. ad eũ de te diligẽtissime scripsi: eamq; epistolã cum hac coniunxi: quã ille cũ acceperit,ecquid tibi pollicitus sit,uelim ad me scribas. Vale.*

tributis.s. quæstores, centuriatis cõsules creabantur. lib.8.de bel. Gal.

Idem epist. 8.lib.4.cum de rep. loqueretur.

HVBER. EGo vero} Sicut alia epist.3.ab hac Cic.laudat propositum Curij,q in desperatione reip.malit abesse Roma, quã videre multa,ꝙ inique fiunt, cũ etiã dicat se cupidũ abeundi,ne ea videat. Deinde narrat quędã ridicula facta in cãpo Martio in comitijs quæstorijs dicitq; se tãtis perturbationibus contulisse ad portũ philosophiæ,habereq; sociũ studiorũ Atticũ virũ doctissimũ. Postremo scribit se eũ cõmẽdasse diligẽter Acilio: qui proficiscebatur in Græciã cũ exercitu {Iã nec hortor} sicut antea feci,nec cũ mirabar, & accusabam te ꝙ abesses. {Quin}.i.immo. {Euolare}celeriter discedere. {Hinc} Rom. {Pelopidarum}diximus supra in epistolã ante præcedẽtem. {Quàm turpiter}.i.cõtra dignitatẽ & honorẽ meũ. {His rebus}quæ Romæ inique & inhoneste fiũt. {Næ} certe. {Quid impẽderet}quid immineret,quid mali futurũ esset. {Audire tolerabilius}sniæ pro locis variãtur: hic.n.dicit tolerabilius audire q̃ videre,q a vult psuadere Curio,vt absit. Supra vero lib.4. ad M.Marcellũ,cui volebat persuadere, vt reuerteret in patriã, dixit: Sed cũ leuiora nõ multo essent,quæ audirẽtur, q̃ quæ viderent. Idẽ alio loco ad eundẽ,nõ est porrò tuũ vno oculorum sensu moueri,cũ illud idẽ auribus percipias, &c. {In campo}.s. Martio.vbi cõgregabat populus ad comitia. {Institutis comitijs quęstorijs}.i.paratis comitijs quæstorũ causa. {Sella}sedes {Sublata}remota. {Qui esset auspicatus}qui cepisset auspicia. {Cẽturiata}.s.comitia,de quibus diximus abũde lib.1. {Consulẽ}.s.Caniniũ. {Renũtiauit} declarauit {Qui esset}.s.futurus. {Quæ}calẽdæ. {Mane postridie}.i.mane sequentis diei. {Scito neminẽ prãdisse Caninio cõsule}q a fuit tantũmodo cõsul per vnã noctẽ: quo tpe nullũ est prandiũ. {Nihil tñ mali} iocatur Cic. {Fuit.n.vigilãtia mirifica}.i.valde vigilãtia. est aũt scõma in hũc Caniniũ,qui tã breui tpe cõsul fuit, vt nunq̃ in cõsulatu suo dormierit. huiõi.n.scõmatibus & Plut.& Macr.scribũt Cic. prõptissimum fuisse. {Ridicula}digna risu. {Nõ teneres lacrymas}nõ putares ridicula,sed lacrymabilia, q a ostẽdũt ciuitatẽ male gubernari. {Generis eiusdẽ}.i.talia. {Portũ} quasi profugium quoddã & locũ quietis, qualis solet esse portus nauibus. {Cuius}Attici. {Qñ}qm̃. {Scribit}vt in præcedẽti epist.visum est. {Nexo}vel nexu.vtrunq;.n.dr̃ in orone Cic.pro Murena. Qđ si in his repetũdis,q̃ mãcipij sunt,ijs periculũ iudicij pstare debet,q se nexu obligabit,&c. {Cõtẽtus ist.}ex sequẽti clã,quæ nõ recte huic cõiungit,vr̃ hic aliqd deesse.siue.n.cõtentus, siue contẽptus legas:nõ põt perfectus elici sensus. {Iudicio capitis} in pęna capitali. {Rebus saluis}.i.sine diminutione, aut amissione rerũ suarũ. {De te} p p te,ad cõmendationẽ tui. {Coniunxi}alligaui,posui in eodẽ fasciculo. {Ec quid pollicitus sit}quid promiserit se pro te facturum p p meam commendationem.

EGo vero,&c.} Laudat iterũ ꝙ Curius tãta mala, quãta Romæ cõtingebãt, nõ videat: recitatq; ridiculũ facinus in comitijs euenisse,& se ad philosophiæ portũ collatum. Ordo est. Ego vero.i.pro vero & certo,nec hortor iam te,nec rogo,vt redeas domũ.i.in vrbẽ,q n.i.quinimmo, ipse.i.egomet,cupio euolare.i.celeriter discedere hinc.i.ab vrbe vbi sum,& peruenire aliquo,vbi nec audiã nomẽ Pelopidarũ.i. nepotũ Pelopis Thyestis & Atrei,de quibus frequẽs in Pelopõneso fit mẽtio,nec facta,eo ꝙ turpissimo inter se odio, inter se certarũt,cũ essent fratres.nã Thyestes Aeropẽ Atrei coniugem incestu polluit,& Atreus Thyesti proprios filius epulãdos apposuit. Simile aũt quiddã inter Cæs.socerũ,& Põpeium generum eius contigit, & quotidie tũc inter Cæsarianos & Põpeianor cõtingebat. Incredibile est q̃.i.quantũ turpiter videar mihi facere,qui intersim his rebus.s.pene tragicis. Nę.i.certe, tu videris prouidisse multo ante,quid.s.mali,impenderet.i.immineret,ab impendo,vnde media est longa,tracta metaphora à gladio in caput familiaris Dionysij tyrãni Syracusani impẽdente, tum.i.tunc,cum.i.qñ,profugisti hinc.q̃q̃ hæc.s.q̃ Romæ fiunt, licet ea nõ videas: sed ẽt acerba auditu.i.dũ audiuntur vel ad audiendum,tñ tolerabilius est audire supple ea,q̃ videre. Certe licet forte audisti quid actũ sit, tu nõ fuisti in cãpo.i.Martio tpe comitiorũ,cum.i.qñ comitijs quęstorijs.i.cõuocationibus populi ad eligẽdos quæstores,sella Q.Maximi, quẽ illi s.fautores eius dicebãt esse cõsulẽ,esset posita hora secũda,quo.s.Q.Maximo nũtiato,mortuo sella.i.sedes illi posita,est sublata.i.clã ablata. Aũt.i.sed,ille qui esset auspicatus.i.per auspicia initiatus,& habilis factus,comitijs tribunitijs.i.ad comitia tribunitia habẽda,habuit cẽturiata.s.comitia.i.per centurias, plebe vocata ad cõsules legẽdos,renũtiauit.i.suffragijs declarauit,cõsulẽ.s.Caninium hora septima.s.diei. Renũtiare dr̃, q̃ qđ alijs accepit,alijs renuntiat. Qui.s.cõsul.esset futurus vsq; ad cal.Ian.i.primũ Ianuarij diẽ,quæ.s.calendæ erãt futuræ postridie.i.die sequẽte diẽ, electionis,mane.i.prima luce,& ita paulo vna nocte plus cõsul, futurus erat. Itaq; scito neminẽ prandisse.i.prandũ fecisse, Caninio cõsule,quia post prandiũ erat creatus,& ante prandiũ sequens abrogatus. Prima.n.hora in ortu solis erat, & ad quintã ea tẽpestate meridies erat,tñ nihil mali factũ est eo consule,qđ difficile esset probare. Enim.i.q a mirifica vigilãtia fuit.s.Caninij,q curis distẽtus,nõ viderit.i.perceperit somnũ toto cõsulatu suo. Hæc vñr tibi ridicula.i digna risu,nõ.n.ades,q̃ si videres nõ teneres.i.cõtineres,lacrymas. Quid sup.faceres,si scribã cetera? Sunt.n.innumerabilia eiusdẽ generis,quæ ego quidem non

ferrem

ASCEN.

ferrem.i.tolerarem, nisi cõtulissem me in portũ philosophiæ.i. studium eius,& nisi haberem Atticum nostrum sociũ studiorũ meorum,cuius: qñ.i.qm̃, tu scribis te esse propriũ mancipiũ.i. dñio,& nexu.i.deuinctione,meum aũt vsu & fructu id.n.est cuiusq; proprium quousq; fruitur. Sed sup.scribã hæc alias pluribus.s. verbis. Acilius qui missus est in Græcia cũ legionibus affectus est maximo beneficio meo. Enim.i.quia defensus est bis à me iudicio capitis.i.in vitæ periculo, rebus saluis, & est homo non ingratus,& obseruat.i.veneratur me. Scripsi ad eum diligẽtissime de te,& coniunxi eam epistolam cum hac, quam velim scribas,ad me quõ ille acceperit, & quid sit pollicitus tibi, aut quando accepit,ecquid.i.quid sit pollicitus tibi,&c.

PAVL. MAN.

SALVIS rebus} potius,rep.nondũ afflicta,q̃,vt quidã volũt, sine bonorũ imminutione.sic.n.dixit etiã ad Sulp.epist.1. lib.4. Vtinã Serui,saluis rebus,colloqui potuissemus inter nos.& Academ lib.2. Deli fuisse permultos saluis rebus illis.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Respõsoria ad epistolã Curij, & hortatoria iocosa, vt in vrbẽ redeat.

CICERO S. D. CVRIO. 31

FACILE perspexi ex tuis literis, quod semper studui, & me à te plurimi fieri, & te intelligere, quàm mihi carus esses. quod quando uterq; nostrum consecutus est: reliquum est, ut officijs certemus inter nos: quibus æquo animo uel * uincam te, uel uincar abs te. Acilio non fuisse necesse meas dari literas, facile patior. Sulpicij tibi operam, intelligo ex tuis literis, non multum opus fuisse, propter res tuas ita contractas, ut, quemadmodum scribis, nec caput, nec pedes. equidem uellem uti pedes haberent, ut aliquando redires. uides enim exaruisse iam ueterem * urbanitatem, ut Pomponius noster suo iure possit dicere, nisi * nos pauci retineamus gloriam antiquam Atticam. ergo is tibi, nos ei succedimus. ueni igitur, quæso; ne tantum semen urbanitatis una cum rep. intereat. Vale.

ep. 7. lib 3. molestũ.n. non est, ab amico in officio vinci.

leporẽ,acumẽq; dictorum.

princeps Curius ì dictis socijs Atticus, Cicero tertius. ep.11. lib.8.

RVBER.

FACILE} Testatus fuerat Curius suis literis suam erga Cic. beneuolentiã, admoneratq; eũ se oĩa fuisse obtẽturũ ab Acilio, quæ voluisset ẽt sine literis Cic. quibus oĩbus rñdet Cic. se gaudere. Deinde cũ eo iocatur, hortaturq;, vt domũ redeat, ne omnino illa vrbanitas & Attica dicẽdi gratia, qua se Curiũ & Atticũ præcipue valere dicit, amittat. {Studui} optaui. {Et me} &c. {Quod} q rem.s. vt ego intelligerẽ me à te plurimũ fieri, & tu intelligeres, q̃ mihi carus esses. {Est cõsecutus} efficit. {Officijs} beneficijs. {Certemus} amice cõtendamus, & videamus vter vtri possit plura præstare. {Quibus} officijs. declarat aũt quo sit certandũ. {Facile patior} valde cõtentus sum. {Meas literas de te cõmendaticias} quas in præcedẽti epist. vidimus esse scriptas. {Nõ fuisse} opus, nõ fuisse necessarium. {Operã} fauorẽ laborẽ. {Cõtractas} implicitas. {Nec caput, nec pedes} .s. habeãt prouerbialiter dixit.i. nullũ ordinẽ nec principiũ, nec finẽ. {Equidem} iocatur Cic. {Haberent pedes} vt eis posses vti ad redeundũ. {Exaruisse} exiccasse, & exhaustã esse, & defecisse, metaphora ab aquis. {Põponius} q cognominatus est Atticus. {Suo iure} merito quodã & quadam prærogatiua. {Atticam} cultam, tersam quali vtuntur Attici, qui ceteris omnibus græcis cultiores habentur. vnde & eloquentia Attica. κατ' ἐξοχὴν dicitur.i. per excellentiam. {Ergo is} .s. Atticus. {Tibi} .s. succedit, quia tu es primus in vrbanitate. {Nos ei} Attico succedimus post ipsum. {Semen} materia, copia. {Tantum} .s. quantum.s. est in te {Intereat} pereat, & penitus amittatur.

ASCEN.

FACILE perspexi ex literis tuis, sup. id, quod studui.s. assequi semper: videlicet &.i. simul, me fieri plurimi à te, & te intelligere q̃.i. quantũ carus esses mihi. Quod qñ.i. qm̃. vterq; nostrũ est assecutus, reliquũ est.i. restat, vt certemus officijs inter nos.i. mutuis. quibus ego vel vincam te, vel vincar à te, æquo animo.i. inoffenso. Facile patior nõ fuisse necesse dari literas meas ad Aciliũ. Intelligo ex literis tuis, nõ fuisse tibi opus multũ opera.i. labore & industria Sulpicij, pp res tuas cõtractas ita.i. attractas, vt nec haberẽt caput nec pedes.i. nec principium nec finẽ, quẽadmodum.s. Sulpicius scribit. Equidem.i. ego quidẽ vellẽ vti.i. vt, haberẽt pedes, vt redires aliqñ.i. tandẽ. Tu vides.n. veterẽ vrbanitatẽ.i. leporẽ & sales vrbis exaruisse iam, vt Põponius nr.s. Atticus, possit dicere iure suo.i. auctoritate sibi debita. qđ aliqñ dixisse vr: nisi nos pauci retineamus gloriã antiquam Atticam.i. Atheniensem. Ergo is.s. Atticus, succedit tibi.s. in vrbanitate, nos succedimus ei.s. Attico. Veni igitur quæso, ne tm̃ semen vrbanitatis intereat vna cum rep.

ARG. Scribit hãc epistolam in prouincia: prima pars de dictis est, secunda de iudicijs, tertia de rep. vltima de Dolabella, nondũ genero.

CICERO S. D. VOLVMNIO. 32

QVOD sine prænomine familiariter, ut debebas, ad me epistolam misisti: primũ addubitaui, num à Volumnio * senatore esset, quocum mihi est magnus usus: deinde εὐτραπελία literarum fecit, ut intelligerem tuas esse. quibus in literis omnia mihi periucunda fuerunt, præter illud, quòd parum diligenter possessio saliuarum mearũ à te procuratore defenditur. ais enim ut ego discesserim, omnia omnium dicta, in his etiã Sextiana, in me * conferri. quid? tu id pateris? nonne defendis? non resistis? equidem sperabam, ita notata me reliquisse genera * dictorum meorũ, ut cognosci sua sponte possent. sed quando tanta fæx est in urbe, ut nihil sit tã ἄκυρον quod non alicui * uenustum esse uideatur: pugna, si me amas, nisi acuta ἀμφιβολία, nisi elegãs ὑπερβολὴ, nisi παράγραμμα bellum, nisi ridiculum παρὰ προσδοκίαν, nisi cetera, quæ sunt à me in secundo libro de oratore per * Antonij personã disputata de ridiculis, ἔντεχνα & arguta apparebunt, ut sacramento contendas, mea non esse. Nam de iudicijs quod quæreris, multo laboro minus. trahantur per me pedibus omnes rei: sit uel Selius tam eloquens, ut possit probare se liberum: non laboro, urbanitatis possessionem, amabo, quibusuis interdictis defendamus. in qua te unum metuo, contemno ceteros. Derideri te putas? nunc demum intelligo te sapere. Sed mehercule, extra iocum, ualde mihi tuæ literæ facetæ, elegantesq; uisæ sunt. illa, quamuis ridicula essent, sicut erant, mihi tamen risum non mouerunt. cupio enim nostrum illum * amicum in tribunatu quamplurimum habere grauitatis, idq; cum ipsis causa, (est enim mihi, ut scis, in * amoribus) tum mehercule etiam reip. quam quidem, quamuis in me ingrata sit, tamen amare nõ desinam. Tu, mi Volumni, quando & instituisti, & mihi uides esse gratam, scribe ad me quamsæpissime de rebus urbanis, de rep. iucundus est mihi sermo literarum tuarum, præterea Dolabellam, quem ego perspicio, & iudico cupidissimum esse, atq; amantissimum mei, cohortare, & confirma, & * redde plane meum. nõ mehercule quo quidquam desit, sed quia ualde cupio, non uideor nimium laborare. Vale.

de quo Varro lib.2. de re rust.& in Attici vita: inde etiã dictus est Volumnius Eutrapelus. epist. 26. l.9. Plin. lib. 18 cap 7.

pro meis cõferri.

Macr. lib. 2 Sat.

Quinct. lib. 6.c.3. Phil. 13 & or. l.2. & ad Her. lib. 1.

immo p Iulij personã. mendum librarij puto, non memoriæ Ciceronis. epist. 19. lib. 13. ad Att.

C. Curionẽ.

ita loquebãtur ad indicandũ summum quendam dolorẽ ad Att. lib. 16. & Phil. 12.

ep 19. l.16.

QVOD sine} Laudat Cic. Volumnium facetiarũ præstantia: cum.n. duo essent Volumnij: alter senator, & hic, qui scripserat epistolã de Cic. sine prænomine: dicit Cic. se cognouisse eius epistolã tm̃modo ex facetijs. deinde cõmẽdat etiã Cic. facetias suas, quas ostẽdit esse nõ ineptas, sed artificiosas & quales 2. lib. de or. dicit esse oportere: quas dicit se velle à Volũnio defendi quẽ ceteris omnibus anteponit. Postremo petit ab eo vt sæpe ad se scribat. sibi.n. gratissimas dicit esse eius literas. {Sine prænomine} sine præpositione prænominis tui: qđ ad differentiã ponitur, sunt.n. propriorum nominũ species quatuor. Nomen, qđ vnicuiq; est necessarium: prænomen qđ ponitur driæ causa, vtputa filij Cn. Põp. Magni, cũ proprio noĩe dicerẽtur ambo Põp. vt discernerentur prænominibus, alteri fuit prænomen Cn. alteri Sext. Reliquæ duæ species cognomẽ & agnomen, quorum primũ est familiæ, alterum

RVBER.

alterum fortunæ, licet interdũ abutantur auct.& præcipue poetæ. Virg. Cui nũc cognomẽ Iulo. {Debebas} quia scribebas ad amicissimũ. {Esset} .s.epist.missa, vel data. {Vsus} cõsuetudo, cõuersatio. {Deinde} post hãc dubitationẽ. {εὐτραπελία} vrbanitas, vel festiuitas, vel faceta comitas. {Tuas esse} quẽ sciebã natura facetissimum. {Possessio} proprietas. translatio à rebus, de quibus proprie possessio dr̃. {Salinarum} salina proprie dr̃ locus vbi sal fit. sed qm̃ sal pro facetijs ponit Cic. intelligis salinas trãslatiue apophthegmata & facetias suas. {Te procuratore} .i. à te quẽ reliqui quasi procuratorẽ mearũ facetiarũ. {Vt} postq̃. {Omnia omniũ dicta} .i. oĩa apophthegmata cuiusq;.i. scõmata & facetias oĩum mihi attribui, cũ mea dicta possint ab alijs facile discerni, p̃p quandã elegãtiã {Etiã Sextiana} .i. etiã dicta Sextij, quæ nullã habent cõparationẽ cũ eis. {Quid?} cur. {Pateris id} vt oĩa oĩum dicta attribuãtur mihi, & p̃cipue Sextiana, q̃ maxime sunt inepta. {Resistis?} ijs qui ea in me contulerunt, & negas esse mea. {Ita notata} ita signata. {Sua spõte} per seipsa, vt qui ea videret aut audiret, ẽt sine inscriptione mei nominis posset nosse & dicere, hæc sunt Cic. {Tanta fęs} tãta vilitas & sorde. {Tã ἄκυρον} Hæc est cõis lectio, sed q̃d significet ἀκύρον nec ex libris, nec ex viris græcis, satis mihi cognosci potuit. puto aũt melius legi, vel ἄκυρον .i. abrogatũ nõ autẽticum, improprium, absonum, vel ἀκάθαρτον .i. sordidũ, impurũ, immũdum. {Pugna} enitere. Ordo est. Pugna vt cõtendas sacramẽto non esse in ea .s. dicta nisi acuta, &c. {ἀμφιβολία} ambiguitas. {Acuta} ingeniosa, qualis fuit in eũ cuius matrẽ cũ velles significare impudicã, & quæsitũ esset, quis fuisset eius pater, r̃ndit Cic. r̃sionẽ hanc difficiliorẽ efficit mater tua. {Elegãs} nõ vulgaris ὑπερβολή superlatio. {παράγραμμα} .i. inscriptio. {Ridiculũ} res ridicula: vt in eũ, q̃ tres filias deformosissimas habebat, de quo cũ sibi obuius esset, ita submissa voce apud quosdã dixit, hic haud oriẽte sole liberos genuit. {παρὰ προσδοκίαν} præter expectationẽ. {Per Antonij personã} .i. introducto Antonio, q̃ in eo lib. de his disputat. {ἔντεχνα} artificiosã. {Arguta} subtilia, callida, quodã certo iudicio probata. {Sacramẽto} iniureiurãdo. {Cõtendas} asseras. {Nã de iudicijs} dicit se his vrbanis dictis delectari, iudicijs vero, hoc est causis iudicialibus nõ multũ. {Amabo} blãdientis est. {Quibusuis interdictis} tractũ à iure quo quidem solẽt fieri interdicta ad prohibendã turbationẽ possessionũ, vnde dicis faciẽda esse interdicta, ne quispiã vsurpet vrbanitatẽ suã. {In qua} vrbanitate. {Te vnum} re solũ, ne à te vincar. {Contẽno} paruifacio. {Ceteros} quos nõ video multũ valere. {Derideri} q.d. dico te solũ à me metui. {Extra iocũ} sine ioco .i. vt serio loquar. {Illa, quãuis ridicula} scripserat, vt coniicimus, de aliquo q̃ leuissime aliq̃d egisset, de quo Cic. dicit se nõ risisse, licet videret fuisse ridẽdũ. {Illũ amicũ} ignotũ, de quo dicat {Resp} .s. causa, cuius interest hr̃e viros & graues & optimos. {Quam} rẽp. {Ingrata} quia nõ cognoscit & quãtũ ei profuerim, & prodesse possim. {Sermo tuarũ literarũ} .i. q̃d mecũ colloquaris, p̃ literas {Cohortare} vt i amore meo p̃seueret. {Redde} effice. {Quidq̃ desit} quominus sit meus {Laborare} curare.

ASCEN. Voo, &c.} Laudat Volũnium ob facetiarum præstãtiam. cum .n. duo essent Volumnij, dicit se cognouisse vtrius esset epistola ex solis facetijs, quas commendãs innuit libros suos de oratore velle defendi à Volumnio, monetq́; vt ad se scribat. Ordo est. Quod misisti ad me epistolã familiariter, vt debebas, sine prænomine, quo eiusdem nominis homines discerni solebãt, primũ addubitaui, nũ .i. nunquid, sup. epistola esset à Volumnio senatore, cum quo est mihi magnus vsus .i. magna cõsuetudo viuẽdi. Deinde εὐτραπελία .i. faceta vrbanitas & comitas literarum, fecit vt intelligerem esse tuas. In quibus literis oĩa fuerunt mihi periucunda præter id quod possessio .i. ius possidendi, siluarũ mearũ, aut salinarũ .i. locorum in quibus sal fiebat, sed malim siluarũ legere, & pro variarũ rerũ cõgerie, in vnũ lib. potius, q̃ pro siluis arboreis, defenditur parũ diligẽter à te procuratore. Ais .n. oĩa dicta .i. apophthegmata & scõmata oĩum, cõferri in me, vt .i. postq̃ ego discessi, & ais in his .s. dictis, ẽt Sextiana .s. dicta cõferri .i. iaculari, in .i. cõtra me. Quid? modus interrogãdi ex idignatione, tu pateris id? q.d. nõ deberes pati, nõne defendis? nõne resistis? Eqdẽ .i. ego quidẽ sperabã me reliquisse genera dictorũ .s. vrbanorũ ita notata .i. signata, vt possent cognosci sua spõte .i. p̃ se sine defensore cuius eẽnt possessoris, hoc est vt posśẽt agnosci mea, vñ de siluis dictorũ prius locutus est. Sed qñ .i. qm̃, tanta fęx .i. corruptio & infectio linguæ Romanæ est in vrbe .s. Roma, vt nihil sit ἄκυρον akyron .i. abrogatũ, aut ἄκτιστον axtiston .i. infabricatum, aut ἄκριτον akriton .i. imperfectũ, quod non videatur alicui esse venustum, pugna .i. acriter insta, si amas me, nisi, sup. in dictis meis sit amphibolia .i. dubia locutio, aut ambiguitas sniæ acutæ .i. subtilis, & nisi sit hyperbole .i. superlatio sententiæ, seu locutio per hyperbolen, elegans .i. apta & culta, nisi paragramma .i. inscriptio venusta, nisi bellũ, nisi ridiculum .i. risum excitans, παρὰ προσδοκίαν .i. præter expectationẽ, nisi cetera q̃ sunt disputata à me in 2. lib de Orat. per personã Antonij .s. oratoris clarissimi, de ridiculis .s. dictis apparebũt ἔντεχνα .i. artificiosa & arguta .i. subtilia & callida, vt cõtẽdas sacramento .i. affirmes iuramẽto non esse mea. Nam quod quæreris de iudicijs .i. q̃ in eis dicat dormitasse, laboro multo minus, nõ laboro, trahãtur .i. etiam si trahãtur, oẽs rei .i. accusati per me .s. quantũ est de iudicijs per me traditis, pedibus .s. anterioribus iniecto vnco, vel .i. etiã, Selius sit tã eloquens, vt possit probare, sicut iactat, se liberum sup. esse. Amabo, blandientis vox, ò Volumni, defendamus possessionem vrbanitatis .i. vt nostra dicatur propria, quibusuis interdictis, in qua .s. possessione, metuo te vnũ .s. ne eripias eam mihi, contẽno ceteros. Putas te derideri? q.d. etiam. Vnde dicit. Ego intelligo nũc demum te sapere, sed mehercule sup. loquor extra iocum, tuæ literæ visæ sunt mihi valde facetæ & elegãtes. Illa .s. alia in epistola tua scripta, q̃uis essent ridicula, sicut erãt, tñ nõ mouerunt mihi risum. Cupio .n. illum amicum nostrum habere q̃ plurimum grauitatis in tribunatu, cum .s. ita sit, q̃ velim id causa ipsius, est .n. mihi vt scis in maioribus .s. amicis, tum mehercule etiã resp. .s. causa, quam .s. rempub. quamuis sit ingrata in me, tñ non desinam amare. Tu ò Volumni, qñ .i. qm̃, &. .i. similiter, instituisti, id incepisti, & vides esse gratum mihi scribe ad me quamsæpissime de rebus vrbanis, de rep. Sermo literarum tuarum est iucundus mihi. Præterea cohortare & confirma & redde plane meum Dolabellam .s. generum meum quem ego video esse cupidissimum atq; amantissimum mei. Mehercule, non sup. id peto quo legato quidquid .s. amoris eius in me desit, sed quia cupio valde, non videor labore nimium.

ARG. Hæc epistola est post ciuile bellum. scribit, se exercitationis causa declamare, auditoribus Hirtio, Cassio, Dolabella. Volumnium vocat ad eadem studia: addit, deliberatum sibi esse, Cæsare permittente, à causis, iudicijsq; discedere.

CICERO S. D. VOLVMNIO. 33

QVOD declamationibus nostris cares, damni nihil facis. Quòd Hirtio inuideres, nisi eum amares: non erat causa inuidendi: nisi forte ipsius eloquentiæ magis, quàm quòd me audiret, inuideres. cur se ad declamandes contulerit, causam vide epist. 18. lib 9. *nos enim plane, mi suauissime Volumni, aut nihil sumus, aut nobis quidem ipsis displicemus, gregalibus illis, quibus, te plaudente, uigebamus,* * amissis*: ut, etiam si aliquando aliquid dignum nostro nomine emisimus, ingemiscamus, quòd hæc pennigero, non armigero in corpore tela exerceantur, ut* ait Philoctetes apud Attium, abiecta gloria. sed tamen omnia mihi erunt, si tu ueneris, hilariora: quanquam uenies, ut ipse intelligis, in maximarum quasi concursum occupationum: quas si, ut uolumus, exceperimus; ego uero multam* salutem & foro dicam, & curiæ, uiuamq́; tecum multum, & cum communibus nostris amatoribus. nam & Cassius tuus, & Dolabella noster, uel potius uterq; noster, studijs ijsdem tenentur, & meis æquissimis utũtur auribus. opus est huc limatulo, & polituto tuo iudicio, & illis* interioribus literis* meis, quibus sæpe uerecundiorem me in loquendo facis. mihi enim indicatum est, si modo hoc Cæsar aut patietur, aut uolet, deponere illam iam personam, in qua me sæpe illi ipsi probaui, ac me totum in literas* abdere, tecumq́;, & cum ceteris earum studiosis honestissimo otio perfrui. Tu, uellem, ne ueritus esses, ne* perinuitus legerem tuas literas. si mihi, quemadmodum scribis, longiores forte misisses. at uelim posthac sic statuas, tuas mihi literas longissimas quasq; gratissimas fore. Vale.*

Margin notes: * ciuili bello. * de quo Varro lib. 6. de ling. lat. * græca locutio, vt epist. 8. lib. 8. ad Att. * ep. 10. lib. 9 * Idẽ alliteribus epist. 10 lib 9. plerbus, habent pleriq; veteres libri.

Quòd

NVBAX.

QVOD declamationibus } Scripſerat Volumnius ad Cic.ſe cupidũ eſſe eius declamationum: deinde q̄ niſi eſſet amicus Hirtij, ei inuideret, q̄a eſſet auditor Cic. itaq; Cic. reſcribit declamationes ſuas nõ eſſe tales, vt damnũ ſit Volũnio eis carere, & nullã eſſe cauſam quare inuideat Hirtio, quod ſit auditor ſuus, q̄a nõ ſit ipſe Cic. prætor inuidioſus: ſed potius fortunã ſuam talem dicit, vt ſibi ipſe diſpliceat, maxime amiſſis ſodalibus & ęqualibus ſuis, quorũ conſuetudine frui dolebat. Deinde dicit ſe deſiderare aduentũ Volumnij, ſeq; habere auditores etiã Caſſium & Dolabellã, quibus ipſe Volũnius ſuo polito iudicio plurimũ prodeſſe poſſit. Poſtremo oſtendit ſe cupidum relinquendi tandem cauſas & negotia ciuilia, & tradendi ſe totũ literis. {Declamationibus} declamationes dñr exercitationes ad dicendum in ficto themate. ſumũtur aũt interdum ex fabulis, nonnunquam etiam ex hiſtoria, vt de Iaſone & Medea. De Hannibale, vt oſtendit Iuuen.

I nunc, & ſæuas curre per alpes,
Vt pueris placeas, & declamatio fias.

{Damni nihil facis} nullum eſt tibi dãnum, quia non ſunt tantæ vtilitatis. {Inuidẽdi} ei q̄ me audiret. {Diſplicemus nobis} non ſumus cõtenti ſorte noſtra. {Gregalibus} ſodalibus, æqualibus, ex eodem grege. {Te plaudente} te gaudente & gratulante nobis. {Vigebamus} ſtabamus in ſtatu noſtro. {Emiſimus} edidimus, diuulganimus. {Pœnigero} pleno pœnis & cruciatibus. quidã legunt pennigero. i. apto pennę. i. calamo, hoc eſt ad ſcribendum: ſed priorem ſenſum verum puto. {Philoctetes} is fuit Pęantis filius, Herculis ſocius, & eius ſagittarũ hæres, quarum vna lapſa ita pedẽ lernęo veneno, quo erat infecta, corrupit, vt odor ferri non poſſet ob quã cauſam à Græcis in Lemno relictus eſt, vt oſtendit Ouid. lib. 13. Met. eum autẽ in tragœdia quadam inducit Attius poeta, dicentem tela exerceri in corpore ſuo pęnigero, non aũt armigero. {Abiecti} ſ. nos. {Concurſum} congregationem, multitudinem, quia vndiq; ad te concurrent. {Exceperimus} ſuperauerimus, vt excipit incautum. {Dicam ſalutem} ſalutabo. i. dicam curiæ & foro, Valete. {Iiſdẽ ſtudijs} quibus ego quoq; delector. {Vtuntur me æquiſſimis auribus}. i. me libentiſſime audiunt, & ſine vlla moleſtia. {Limatulo} terſo & ſubtili. blãdimẽti gratia vſus eſt diminutiuo. {Quibus ſæpe me verecundiorem} quia eas tñ laudas, vt plerunque erubeſcam loqui. {Iudicatum} decretum. {Perſonam} oratoriã Probaui } cum laude, honeſte. {Otio} literario quo nullum põt eſſe honeſtius. {Tu velim} dicit literas Volumnij non poſſe ſibi videri nimis longas, ſed quanto fuerunt longiores, tanto gratiores fore. Hoc autem dixit, quia ſcripſerat Volum. ſe vereri, vt Cicero faſtidio quodam non legeret epiſtolas ſuas, ſi forent longiores, ideoq; ſe breuiores ſcribere.

NON minore equidem aliorum vtilitate, q̄ labore meo Bone Accurſi mi doctiſſime atq; optime, puto me ſeptẽ M. C. Epiſt. Fam. libros explicaſſe, vt te & noſſe & prædicare audio, in quo nõ tam mea, q̄ cõi omniũ cauſa tibi gratias ago. Nõ. n. tam noſtra cauſa, q̄ te multũ velle ſcio quàm cõi omnium vtilitate ſtudiũ laboremq; noſtrũ à te probari intelligo, q̄ vides me adoleſcẽtibus noſtris, qui prius fragili inermiq; quadã cymba fluitabat: nunc remigiu & rutam firmamq; nauẽ ędificaſſe, atq; dediſſe, q̄ per hoc ingens & dubium epiſtolarum pelagus nõ modo nauigare, verum etiam ad optatum portum peruenire poſſit: ex quo non tam mihi gratiam haberi opto, q̄ ne inuidia magis q̄ merito meo in detractores incurrã, vt ſi opus hoc minime laudandum putabitur, certe ſtudium voluntasq; mea non improbetur: quæ profecto tñ negotij nõ ſuſcepiſſet, niſi magis pub. q̄ priuatæ vtilitatis cauſa ſuaſiſſet atq; impuliſſet. Quamobrem, qui meã cauſam aduerſus inuidos obtrectatoresq; meos non tuebitur, is cõis vtilitatis ſe non amicũ eſſe arguet, qui nõ magis fauore digna exiſtimabit, ſi quibus locis defecimus, q̄ reprehenſione. Nã cuiuſuis hominis caſtigationẽ ęquiſſimo animo me accepturũ polliceor, ſi modo liuore caruerit, ſi exiſtimauerit quãto plura bona q̄ mala in hoc tpe ſint, ſi quæ alij ſcripſerũt, ita cum noſtris cõpararet, vt ad iudicandũ non hominum, ſed rerum ratio habeatur: ſunt. n. qui magis auctoritate quorundam q̄ rerũ veritate ducãtur, qui vt ſine ratione mouẽtur, ita & contẽnendi ſunt. itaq; eos omittamus, atq; ad reliqua pergamus, in quibus, velut obex quidã, ſe nobis offert octauus hic liber epiſtolarum non Cic. ſed Cęlij, qui & rerũ plurimarũ obſcuritate, & vitio librariorũ ita difficilis, atq; cõfragoſus eſt, vt iter noſtrum, cuius celeritatem exigis, non impediturus, ſed certe aliquantulum tardaturus videatur. Accelerabimus tñ quantũ fieri poterit: & qm̃ vtilitati conſulimus, nõ quolibet ſcopulo immorabimur, ſed altũ petemus, & remis, velisq; (vt ſpero) plenis ad portũ ꝓperabimus, vt qui ſtudijs noſtris fauent, eis aliqñ & frui & gaudere poſſint: qui vero dolent, verã dolendi cãm habeant, inuidia rumpantur, vt illa Codro. Tu interea vale, & nos ama: nos ad inſtituta pergemus.

QVOD declamationibus, &c. } Scripſerat Volũnius ſe cupidũ eſſe declamationũ Cice. & q̄ niſi eſſet amicus Hirtij, ei inuideret q̄ eſſet auditor Cic. Rñdet igitur Cic. ſe & ſua non eſſe tanti. Ordo eſt. Quòd cares declamationibus noſtris, nihil facis damni. Quòd inuideres Hirtio, niſi amares eum: nõ erat cauſa inuidendi, niſi forte inuideres magis eloquentiæ ipſius, q̄ q̄ audiret me. Sunt aũt declamationes orationes, in ſcholis rhetorũ habitæ, quibus oratoriæ ſtudentes ad vtranq; partem argumẽtantes ſe exercẽt in fictis cauſis, vt ad veras habiles fiant. Se aũt extenuat dicens. Ehim. i. quia ò mi ſuauiſſime Volũni, nos aut nihil ſumus. i. nullius artificij aut diſplicemus nobiſipſis & hoc gregalibus. i. ſodalibus illis gregatim nos frequẽtare ſolitis, quibus vigebamus te plaudente. i. applaudẽte, amiſſis. i. poſtq̄ eos amiſſimus, vt ingemiſcamus etiã, ſi qñ. i. aliqñ emiſſimus aliquid dignũ nomine noſtro, quod tũc celebre erat, & nũc celeberrimũ eſt, ingemiſcamus, inquam, q̄ hæc tela, allegoricos loquitur, alludẽ ad verba Acciana in Philoct. vnde dupliciter exponã, primo ſm hiſtoriã accipienda ſunt, deinde vt ſm allegoriã. Secũdũ hiſtoriam igitur. ſ. fatalia ad euerſionem Troiæ deſtinata execrantur, vt ait Philoctetes apud Accium poetam Tragicum, in corpore pẽnigero. i. in auibus ſagitta petendis, nõ in corpore armigero. i. belligero gloria abiecti, quia aũt deieciſſe parũ eſt gloriæ, virũ bellicoſum multum. Alij in corpore pœnigero legunt, quia in ſuo corpore ærũnoſo exercuit. Secundũ allegoriã aũt ſic, q̄ hæc tela. i. verba acuta & oratoria exerceantur in corpore pẽnigero. i. in auditorio molli & indocto, & nõ in corpore belligero. i. auditorio acri, & ad oratoriã apto gloria amiſſa, vt ait, licet in alio ſenſu Philoctetes comes Herculis apud Accium in fabula. Sed tñ omnia erunt mihi hilariora. i. lætiora q̄ nunc ſint, ſi tu veneris, quãquã venies, vt. i. quẽadmodum, ipſe. i. tute intelligis quaſi in concurſum maximarum occupationum, quas. ſ. occupationes ſi exceperimus. i. ſuperauerimus: vt apud Virg. Excipit incautum, aut expleuerimus, vt volumus: ego dicam vero. i. ex animo, & pro vero multam ſalutem & foro. ſ. iudiciali, & curiæ. i. ſenatui. corã illis. n. orandum eſt, & in cõcione, & viuam tecum, & cum omnibus amatoribus. i. quos poſſidemus, aut noſtri. i. q̄ nos amãt. Nam & Caſſius tuus. ſ. amicus, & Dolabella noſter, vel potius vterq; noſter tenentur eiſdẽ. i. ijs ipſis ſtudijs, q̄ vtũtur me auribus equiſſimis. i. libẽtiſſime audiunt me. Opus eſt huic, videlicet Dolabellæ, iudicio tuo limatulo. i. belle limato & terſo, & pro. i. polito, quia nõ eſt tãto iudicio vt tuo. & illi. ſ. Caſſio opus eſt literis meis interioribus. i. ſecretis & arcanis, quas nõ omnibus cõmunico, aut quas nõ oẽs imitari pñt, quibus. ſ. literis, facis me ſæpe verecundiorẽ in loquẽdo, vt q̄ ea ſic imiteris vt me ſuperes, aut q̄ me cõmode ob eas extollas. Enim. i. quia iudicatum. i. penitus decretũ eſt mihi ſi modo. i. dummodo, Cæſ. patietur. aut volet hoc deponere iam. i. deinceps illã perſonam. ſ. oratoriam & cauſidicã, in qua. ſ. perſona, ego probaui. i. commendatum feci me ſæpe illi ipſi. ſ. Cæſari, ac iudicatum eſt mihi abdere. i. abſcondere, me totũ in literis. ſ. otio literario & perfrui honeſtiſſimo otio tecũ & ceteris ſtudioſis earum. ſ. literarum, præcipue ethicarum. Vellem ne. i. vt non, eſſes veritus, ne. i. q̄ nõ legerem literas tuas, pluribus ſup. verbis ſcriptas, ſi forte miſiſſes mihi longiores, quemadmodũ ſcribis, aut pluribus ſup. vicibus & nõ ſemel, ac velim ſtatuas. i. cõſtituas & perſuadeas tibi poſthac ſic literas tuas longiſſimas quaſq;. i. vt quęq; erũt longiſſimæ, fore mihi gratiſſimas. i. ita futuras mihi gratiſſimas. ASCAN.

PENNIGERO, non armigero in corpore } nõ dubium eſt intelligi de auibus, quas Philoctetes cõfigebat tardus celeres, ſtans volantes. alij tñ, pinnigero maluerunt, cõtra Quinctiliani ſententiã, qui pinnas de auibus dici nõ vult. PAVL. MAN.
{Illis interioribus literis meis, quibus ſępe verecũdiorẽ me in loquendo facis} iam diu ſuſpicatus ſum hunc locum eſſe deprauatum. neq;. n. ſi ita legatur, ſenſus elici bonus poſſit. Hieronymus autem Ferrarius Corrigienſis arbitratur eſſe legendũ, illis interioribus literis, eis, quibus ſæpe verecundiorem me in loquendo facis, cuius ſententiæ nos facile acquieſcimus. ita. n. & aptus colligetur ſenſus, & erit locutio ſanequam elegans: qua in ſuis ſcriptis ita frequenter Cicero eſt vſus, vt eius exempla huc afferre putidum prope ſit.

Epiſto-

EPISTOLARVM M. COELI AD CICERONI. LIBER OCTAVVS.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

PEtierat à Cœlio Tullius, vt acta omnia vrbana ad illum scriberet: quod cum fieri vix posse videretur; respondet Cœlius, se Ciceroni librum misisse, ex quo eorum partem exciperet. postremo, qui sint rumores de Pompeio & Cæsare, nunciat.

M. COELIVS S. D. M. CICERONI.

*QVOD tibi decedēti pollicitus sum, me omnes res urbanas diligentissime tibi perscripturum: data opera paraui, qui sic omnia persequeretur, ut uerear, ne tibi arguta nimium hæc sedulitas uideatur, tametsi tu scio quàm sis curiosus, & quàm omnibus peregrinantibus gratum sit, minimarum quoq; rerum, quæ domi gerantur, fieri certiores, tamen in hoc te deprecor, ne meum hoc officium arrogantiæ condemnes, quòd hunc laborem alteri delegaui: non quin mihi suauissimum sit & occupato, & ad literas scribendas, ut tu nosti, pigerrimo, tuæ * memoriæ dare operam: sed ipsum uolumen, quod tibi misi, facile, ut ego arbitror, me excusat. nescio, cuius otij esset, non modo perscribere hęc, sed omnino animaduertere. omnia enim sunt ibi S.C. edicta, * fabulæ, rumores. quod exemplum si forte minus te delectarit: ne molestiam tibi cum impensa mea exhibeam fac me certiorem, si quid in reip. maius actū erit, quod isti operarij minus commode persequi possint: & quemadmodum actum sit, & qua * existimatio consecuta, quæq; de eo spes est. diligenter tibi perscribemus. Vt nunc est, nulla magnopere expectatio est. nam & illi rumores de comitijs transpadanorum * Cumarum tenus caluerunt, Romam cum uenissem, ne tenuissimam quidem auditionem de ea re accepi. præterea Marcellus quidem adhuc nihil retulit de successione prouinciarum Galliarum. in Kal. Iun. ut mihi ipse dixit, eam distulit relationem, sane quàm eos sermones * repressit, qui de eo tū fuerant cum Romæ nos essemus. Tu, si * Pompeium, ut nolebas, offendisti; qui tibi uisus sit, & quam orationem habuerit tecum, quamq; ostenderit uoluntatem, (solet enim aliud sentire, & loqui, neq; tamen tantum ualere ingenio, ut non appareat, quid cupiat) fac mihi * perscribas. Quod ad Cæsarem attinet, crebri, & non belli de eo rumores, sed susurrationes dūtaxat ueniunt. alius, equitem perdidisse, quod opinor certe factum: alius, septimā legionem uapulasse, ipsum apud Bellouacos circūsideri, interclusum an reliquo exercitu. neq; adhuc certi quidquam est, neq; hæc incerta tamen uulgo iactātur, sed inter paucos, quos tu nosti plane, secreto narrantur. at Domitius, cum manus ad os apposuit? Te ad ix. kal. Iun. subrostrani, quod illorum capiti sit, dissiparant perijsse: ita ut in urbe, ac foro toto maximus rumor fuerit, te à Q. Pompeio in itinere occisum. ego, qui scirem Q. Pompeium Baulis * schœnobaticam facere, & usq; eò, ut ego misererer eius esuriei, non sum commotus, & hoc mēdacio, si qua pericula tibi impenderent, ut defungeremur, optaui. Plancus quidem * tuus Rauennæ est, & magno congiario donatus à Cæsare, nec beatus, nec bene instructus est. Tui politici libri omnibus uigent. Vale.*

Id est, nō is sum, qui de te non libēter cogitem in scena recitatæ.

epist. 5. h. l.

vide ad Att. lib. 5. epist. 2.

epist. 6. h. l. retudit, dixit.

offendit eū Tarēti. ep. 8. lib. 2. & ad Att. lib. 5. epist. 9. vide epist. 8. lib. 2.

embæneticam.

ironia, nam fuit, Cicerone accusāte cōdēnatus. ep. 32. lib. 9

QVOD tibi} Hic est Cælius, ad quem Cic. multas epistolas scripsit lib. 2. cui cum Cic. mandasset, vt ad se diligenter perscriberet quæcūq; in vrbe fierent: hac epistola scribit Cœlius sensum omni diligentia, vt cū ipse manu propria scribere nō posset, per quosdam omnia etiam minutissima ad ipsum Cic. perscriberentur. dicit tñ se ad eū misisse volumen quoddam, in quo omnia cōplexus sit. quod si minus ei placuerit, rogat se fieri certioré. Deinde scribit qui rumores sint in vrbe de Pōp. & Cæs. & postremo, vbi sit Plancus, qué Cic. plurimū diligebat. {Decedēti} à te. {Data opera} adhibito studio. {Prosequeretur} tractaret. {Sedulitas} diligentia. {Arguta} studiosa, callida. {Curiosus} diligens inuestigator rerū. {Peregrinantibus} absentibus à patria. {Arrogantiæ} superbiæ, elationis. {Delegaui} mādaui, tradidi. {Excusat me} quia testatur, ꝗ ego non dedignor ad te scribere. {Nescio cuius otij esset} q. d. nullius, aut certe paucorum. i. nescio cui posset esse tñ otium {Ibi} in volumine meo ad te misso. {Omnia S.C.} quidqd senatus consultauit & decreuit. {Fabulæ} sermones vulgi, à fando. Iuuen. It noua nec tristis per cunctas fabula cœnas. {Rumores} rumor fama est sine certo auctore. {Quod exemplū} quæ copia voluminus mei. {Molestiam} .i. tędium. {Exhibeā} præbeam. {Cum mea impensa} profundendo laborem & chartam. {Isti operarij} isti quibus dedi negotiū, vt ad te scribant, & qui à me sunt conducti ad hanc operam. {Existimatio} opinio. {De eo} quod erit actum magis in rep. {Transpadanorum} .i. eorum, qui colunt transpadanum. {Caluerunt} februerunt, frequentati, & celebres fuerūt. {Cumarum tenus} .i. vsq; Cumas. Tenus autem genitiuo iunxit more Græco, sic Virg. 3. Georg. Et crurum tenus, à mento palearia pendent. {Tenuissimā auditionem} .i. audiuisse. {Marcellus} .s. M. Mar. qui consuluerat. {Retulit} proposuit in senat. {De successione Galliarum} .i. qa successor mitteretur in Gallias, quibus iam multos annos præfuerat Cæs. {Repressit} aperuit, declarauit {Offendisti} inuenisti. {Qui} qualis. {Aliud sentire, & loqui} .i. aliud habere in animo & aliud dicere. {Valere tm ingenio} .i. esse ita ingeniosum. {Vt non appareat quid cupiat} vt nō detegatur eius voluntas. multi. n. solent simulare ita, vt non appareant quid cupiant, qđ Pomp. non posse facere dicit. {Quod ad Cæsarem} .s. attinet. {Non belli} non boni. {Susurratores} murmuratores, qui non audent aperte dicere. nam susurrus dr paruū & submissum murmur. {Duntaxat} tantummodo. {Alius} .s. susurrator, subaudi dicit. {Vapulasse} cæsam & percussam esse ab hostibus. {Bellouacos} populos Galliæ in Belgis auct. Str. {Circunsideri} obsideri. {Neq; iactantur vulgo} .i. neq; passim, & vbiq; dñr & sparguntur. {Inter paucos} inimicos Cæs. qui vellent ita esse. {Secreto} occulte, nō multis præsentibus. {At Domitius cum manus} irridet hunc Domitium. cuius erat mox, cum loqueretur, manus ad os opponere. {At domitius} deest verbum. q. d. quid iactat. {Subrostrani} qui erant infra senatores: hoc est, qui sub rostris sedebant. {Dissiparant} diuulgauerant, disparserant famam. {Quod} quæ res. s. vt pateāt. {Sit} accidat. {Capiti} vitæ. Virg. Quod dij prius omen in ipsum Cōuertant {Illorum} .s. subrostrariorum: rostra. n. erant sedes ante curiam, vbi concionabantur, à rostris nauium captarū, de quibus primo fixæ sunt, auct. Varro. {Pōpeium} Q. Pompeium. {Baulis} .i. locus apud Baias dictus. quasi Boauli, ꝗ illic Hercules boum stabulum fecit, quas Geryoni abstulit. {Schęnobaticam facere} artem. i. qui sciret eum, ꝑꝑ paupertatem factum schęnobatem. i. funabulum. nam schęnobates dr qui per funes graditur. nam σχοῖνος funem significat, βαίνω gradior. {Vsq; eò} adeo, in tantū. {Esuriei} inediæ, fames. {Et hoc mendacio} .i. etiam hoc mendacio. {Impenderent} imminerent. {Inde fugeremus} alij codices habent, vt defungeremur optaui. {Defungeremur} non moreremur, vt quidam interpretantur, sed pœnis liberaremur: vt apud Virg O tandé magnis pelagi defuncte periclis. Et Terent. Defunctus iam sum. {Rauēnæ} quæ vrbs est Italiæ à Thessalis condita, auctore Strab. {Cōgiario} congiarium proprie dr munus principū, siue imperatorum, vt sæpe apud Tranquillum in vitis Cæs. Macrob. in Satur. Augustus, cum ab eo Pacuuius Taurus congiarū peteret, diceretq; iam hoc homines, vulgo loqui non

paruam

HVBSL.

paruam sibi ab illo pecuniam datam, sed tu, inquit, noli credere. {Nec beatus} .s. illo congiario. {Nec bene instructus} quia pluribus eget. {Politici} de rep. quos scripsisti. nam πόλις ciuitatē significat. inde libri politici dñr qui de ciuitate & administratione reip. tractant. {Vigens} puto melius legendū esse, vigent, vt sit tui libri politici vigent omnibus. Ne miteris lector: sic vbi variat hic & itē deinceps epistolarū series, aut verborum, ab exemplaribus cæteris: cām vero intelligis, ac probabis arbitror, si a 5. caput primæ Cēturiæ miscellaneorum Politiani legeris.

ASCEN. QVod tibi decedens, &c.} Totus hic octauus liber est M. Cœlijs, eius videlicet, ad quem lib. 2. à Cic. scriptæ sunt cōplures epistolæ. verū, quia ad C. scriptæ sunt, & ad Ciceronianū stylū accedūt, inter Ciceronianas cōputantur. Huius aūt argm̄ est huiuscemodi. Cum Cic. manens in prouincia mandasset Cęlio proficiscenti Romā, vt ad se diligenter scriberet quæcunq; in vrbe fierēt: scribit se perasse· qui oīa etiā minima quoq; scriberet. q̄ diligētiam, si Cic. nō probaret, monet vt scribat. Deinde quæ ab illo prætermissa putat, scribit qui rumores sunt in vrbe de Pompeio, & Cæs. & postremo vbi sit Plancus quē Cic. plurimum diligebat. Ordo est. Quòd. i. quia ego decedēs. s. à te in vrbē, pollicitus sum me perscripturū tibi diligentissime oēs res vrbanas. i. quæ in vrbe fierent, paraui. i. cōparaui & disposui opera data. i. ex cōposito & deliberato proposito, sup scribā, qui persequeretur. i. plane perscriberet hæc oīa, sic vt verear, ne hæc sedulitas. i. diligētia mea & fidelitas in seruādis promissis: (dr̄. n. quasi seorsum à dolo) videatur tibi nimiū arguta. i. callide interpretata mandatum tuū. Tametsi scio q̄. i. quantū, tu sis curiosus. i. rerū nouarum, & q̄. i. quantū gratū sit oībus peregrinātibus. i. in externis regionibus agētibus sup. eos fieri certiores quoq;. i. etiā minimarū rerum, quæ gerātur dñmi in sua cuiusq; patria. Tñ ego deprecor te in hoc ne condēnes hoc officium meū arrogātiæ. s. vitio, q̄ delegaui. i. cōmisi alteri, hūc laborē. s. ad te scribendi, quæ hic gerātur. Nō sup. delegaui alteri hoc officiū, quin. i. q̄ non sit suauissimū mihi, &. i. simul, aut licet occupato, & pigerrimo ad literas scribēdas, vt nosti. s. per experientiā, dare operam tuæ memoriæ. s. excitādæ. Sed ipsum volumē. s. rerū vrbanarū quod misi tibi excusat me facile, vt ego arbitror, q. d. alia scripta i eo esse, vt Cic. nō censeat ea à Cęlio fuisse scribēda. Nam nescio cuius otij esset. i. quis tāto ocio redūdaret, vt vacet, nō modo. i. nō solū perscribere hæc. i. hmōi nugas & res nullius momēti, sed oino animaduertere. i. animo cōplecti, & cōsiderare. Oīa. n. sunt ibi. i. in eo volumine, vtpote senatuscōsulta. i. decreta, fabulæ dictæ. s. in senatu, rumores. s. incerto auctore perlati. Quod exēplum. i. quæ forma scribēdi res vrbanas etiam minimas, si nō delectat te, fac me certiorē: ne exhibeā tibi molestiā. i. tædium cum impensa mea. i. pecunia, q̄ his rebus scribēdis impendi & impendam. Siquid. i. aliquid maius. i. maioris momēti erit actū in rep. qđ isti operarij. i. scriptores rerū leuiū, possint persequi minus. i. nō satis cōmode &. i. simul quēadmodū sit actū, & quæ existimatio. i. opinio sit cōsecuta. i. actionē talē, & quæ spes est de eo. s. qđ inceptū est, nos perscribemus tibi sup. hæc oīa diligēter. Vt nunc est i. sm qđ res nunc hñt, nulla expectatio. s. magnæ rei est magnopere. Nā & illi rumores. i. sermones ab incerto auctore orti, de comitijs Trāspadonorū. i. eorū qui trans Padū incolūt, habendis. s. an deberent in ciuitatē recipi, aut ad bellum mitti, aut quid simile, caluerūt. i. increbuerūt Cumarū tenus. i. vsq; ad Cumas quæ vrbs est in litore Tyrrheni maris. Cum ego venissem Romā, ne quidē. i. nō saltē, accepi auditionē tenuē. i. quantiuis exilē de ea re. Præterea Marcellus quidē nihil retulit. s. ad senatum. s. nihil egit adhuc in senatu de successione prouinciarum Galliarum: & distulit eā relationē, vt ipse dixit mihi, in. i. vsq; ad Cal. Iunij. s. mensis, qui. s. Marcellus expressit. i. explicauit, sanè. i. omnino, sermones meos, qui fuerāt de eo, tū. i. tunc, cum. i. qñ nos essemus Romæ. Tu si offendisti. i. conuenisti obuiā habitum Pōpeium, vt volebas, fac perscribas mihi, qui. i. qualis sit tibi visus, & q̄ orationem, qualē sermonē habuerit tecū, & quā. i. qua est, volūtatē. s. suā, ostēderit. i. vultu & alijs iudicijs inter loquēdū. Solet. n. aliud sentire & loqui, neq; valere ingenio tm̄. i. ta multū. i. nō esse tā callidius, & cautus, vt non appareat quid cupiat. Quod. s. attinet, aut spectat ad Cæs. crebri & non belli. i. nō boni sermones, sed dūtaxat susurrationes. i. quæ in aures dñr veniūt. i. afferūtur, ad nos de eo. alius sup. dicit Cæsarē perdidisse equitē. i. equitatū, qđ opinor certe factū esse, alius sup dicit aut sustinet septimā legionē vapulasse. i. cæsam, aut perculsam esse & sup. ipsum circūsederi. s. à Gallis interclusū ab reliquo exercitu apud Bellouacos populos Galliæ olim iam bellicosos, quorū fama & nomē adhuc durat, neq; quidquā certi est adhuc, neq; tñ hæc incerta iactātur vulgo, sup narrātur secreto inter paucos, quos tu nosti planè. q. d. Cæs. inimicos. At. i. sed Domitius sup. talia narrat, fingēs se nolle aut nō audere talia dicere, cū apposuit manū ad os. i. cū digito cōpescuit labellū, ne quidq̄ perperā dicat. subrostrarij. i. qui sub rostris sedent nouarū rerū captatores. nā à rostris oia Romæ edicebātur, dissiparāt. i. in vulgū disseminauerāt te perijsse ad nonū Cal. Iunij, quod. s. perijsse sit. i. eueniat, capiti. i. in caput eorū, vt Aeneid. 2. Qđ dij prius omen in ipsum Cōuertant. ita sup. dissiparāt vt maximus tumor fuerit in vrbe ac foro toto, atq; sup. dissiparāt Pompeium. s. Q. nō Cneū occisum. in itinere. Ego qui scirē Q. Pōpeium facere Baulis. i. in eo loco, apud Baias vbi Hercules bouū stabulū fecit, vnde Bauli quasi Boauli. i. bouū aula. i. caula dicti, sunt facere scęnobaticā. i. artē funambulorū. i. ambulantiū ac gradientiū super funem extentū. σχοῖνος scęnos. n. dr̄ funis: βαίνω bęno gradior, ambulo. qui talia facit, græce schęnobates, latine funambulus dr̄. & scirē eū facere schęnobaticā vsq; eo. i. in tm̄ artificij, quod nullū illi erat, vt ego misérer esuriei. i. famis eius. nō sum cōmotus. s. ex tali rumore, & optaui sup. vt nos defungeremur hoc mēdacio. i. liberaremur & absolueremur vt apud Maro. O tādē magnis pelagi defuncte periclis. i. illis trāsactis liberate. Credebant aūt miseri gētiles malū, qđ dij pararēt, alio malo posse deuitari, vt mēdacio præuiso qđ impēderēt malū, sup. periculis, si qua pericula impenderēt tibi. Plancus tuus quidē i. certe. q. d. q̄ sine mendacio dr̄, est Rauēnæ, in ea vrbe Italiæ à Thessalis condita, & donatus à Cæsare magno cōgiario. i. munere, vt à principe, & imperatore in eū collato, nec beatus est, nec bene instructus. libri tui politici, quos de rep & politia scripsisti, vigent oībus. i. oībus eos legētib. sūt in vigore, hoc est placēt & tractant.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nunciat, quēadmodum, absoluto Messalla, Hortēsius sinistre defensionem illius susceperit. deinde petit, vt pātheras in Cilicia ad ornandā ædilitatem Cic. conquirat. Huic epistolæ respondet lib. 2. Putarē ne, &c.

M. COELIVS S. D. M. CICERONI. 2

CERTE, inquam. absolutus est. me repræsentante pronuntiatū est, & quidem omnibus ordinibus, sed et singulis in unoquoq; ordine sentētijs. uide modo, inquis. non mehercules: nihil enim unquam tam præter opinionem, tam quod uideretur omnibus indignū accidit. quin ego, cum pro amicitia ualidissime fauerem ei, & me iam ad delendum præparassem, postquam factum est, obstupui, & mihi uisus sum captus esse. quid alios putas? clamoribus scilicet maximis iudices corripuerunt; & ostenderunt plane esse, quod ferri non posset. itaq; relictus lege Licinia, maiore esse periculo uidetur. accessit huc, quod * postridie eius absolutionis in theatrum Curionis Hortensius introijt: puto, ut suū gaudium gauderemus. hic tibi strepitus, fremitus clamor, tonitruum, & rudentum sibilus hoc magis animaduersum est, quòd intactus à sibilo peruenerat Hortensius ad senectutem sed tamen ita bene, ut in totam uitam cuiuis satis esset, & pœniteret eum iam * uicisse. De rep. quod tibi scribam, nihil habeo. Marcelli impetus resederunt, non inertia, sed, ut mihi uidebatur, consilio. De comitijs consularibus * incertissima est existimatio. Ego incidi in competitorem nobilem, & nobilem agentem: nam M. Octauius Cn. F. & C. Hirrus mecum petit. hoc ideo scripsi, quòd scio te atriter propter * Hirrum nuntium nostrorum comitiorum expectaturum. tu tamen simul ac me designatum audieris: ut tibi curæ sit, quod ad * pantheras attinet, rogo. * Syngrapham Sitianam tibi commendo. Commentarium rerum urbanarum primum dedi L. Castrinio Pæto, secundum ei, qui has literas tibi reddet.

ad Att. ep. 12. lib. 5.

vide epist. 8. h. l.

epist. 2. l. 9.

Messallæ absolutione, obtinuisse.

qui cōsules futuri sint:

cōperiendū tuū epist. 3. & 9. h. l.

epist. 4. 6. 9. 10. h. l et lib. 2. ep. 11. ep. 4. 7. et 9. h. l.

HVBER.

CERTE} Scribit primo quendam absolutum esse præter omnium opinionem ex qua re ostendit Hortēsium oratorem, qui eius causam susceperat, multum exibilatum fuisse. Deinde quia petebat ędilitatem, dicit quem competitorem habeat, & rogat Cic. vt cum primum intellexerit, eum designatum ędilem, quærat pantheras, de quibus ad eū scripserat, vt patet lib. 2. epistola, quæ incipit, putares ne vnquā. Dicit. n. Cic. de pantheris per eos, qui venari solent, agitur mandato meo diligenter. Postremo quia Cic. ad eum scripserat, vt se certiorem faceret de rebus vrbanis, dicit se fecisse commentarios rerum vrbanarum, dedisseq́; primum L. Castrinio, sēm vero ei, qui attulit has literas ad ipsum Cic. }Certe inquā} q. d. admiratiue affirmat absolutum quendam, quem nō nominat. potest tamen intelligi Messalla, de quo dicit in epistola, quæ incipit, Inuideo tibi. }Pronuntiatū est} de eius absolutione. }Omnibus ordinibus} s. iudicum, vel ordinibus senatorio, equestri, & plebeio, licet iudices eligerētur maxime ex ordine equestri. }Singulis} non. n. sententia fuit vniuersalis pronuntiata ab omnibus ordinibus, sed singulæ sententiæ ab vnoquoq; ordine dictæ sunt. }Vide modo} inueni hunc locum ita mendosum & varie scriptum, vt non putem esse frustra laborandum ad interpretandum. }Præparassem ad dolendum} instituissem fortiter pati dolorem, ꝙ putarem illum non posse impetrare, quod vellet. præparassem autem dixit, quia leuius dolet, cum ita est animo institutum. vnde Dido apud Virgil. Dum mea me victam doceat fortuna dolere. }Obstupui} fui quodammodo alienus à me ipso. }Quid alios putas} fecisse, cum ego, qui ei fauebā pro amicitia, ita obstupuerim. }Scilicet} certe. }Corripuerūt} accusauerunt, reprehenderunt. }Iudices} qui eum absoluissent. }Esse quod ferri non posset} i. non tolerabile quod egissent. }Lege Licinia} nescio, an fortasse hic quæreret ius ciuitatis Romanæ, id est, fieret ciuis R. id quod prohibebatur per legem quam Licinius Crassus tulerat. }Hortensius} orator qui egerat causam eius qui fuerat absolutus. }Suum gaudium} gauderem. ad ęmulationem Terent. qui in Andr sic inquit: Nam hunc scio mea solide solum gauisurum gaudia. }Hic} tunc. }Strepitus} dicit multos infremuisse & sibilasse viso Hort. quod quidē animaduersum est, maxime quia Hort. nunquam antea tota vita sua fuerat exhibilatus. }Tonitruum} i. quasi tonitruum. i. magna voce clamabatur. }Et rudentum} vel est participium, & significat asinorum more rudentium. i. clamantium. nam rudere asinorum est. Persius, Findor vt Arcadiæ pecuaria rudere dicas, quod magis probo, vel substantiuum est, & exponitur rudētum. i. funium, vt sit quasi stridor funium. Virg. 1. Aeneid. Insequitur clamorq́; virum, stridorq́; rudētum. }Sibilus} exibilatio. sibilo. n. maxime contemnebantur homines. vnde exibilari dicebantur histriones, aut actores imperiti, cum è scena per contemptum expellabantur. & Horat. 1. serm. Populus me sibilat, At mihi plaudo ipse domi, simul ac nummos cōtemplor in arca. }Animaduersum} cognitum. }Intactus à sibilo} i. nūquam exibilatus & sibilo derisus. }Sed tota bene} & mendosus & obscurus textus. }Pęniteret vicisse} i. obtinuisse causam illius, qui fuerat absolutus, quia propter hoc exhibilabatur, vel vicisse: qa videbat se in senectute exibilari, quod nunquam ei ante acciderat. }Resederunt} quieuerunt, vt, Omnisq; repente resedit Flatus. }Non inertia} non quia ei desit animus. }Consilio} prudencia. }Existimatio} opinio. nascitur. n. quando sint futura. }Competitorem} qui simul ædilitatem mecum petit. }Agentem} alij codices habent agentem }Comitiorum n.} i. quæ fient causa nostræ ædilitatis. }Simul ac} vt primum, postquam. }Designatum} s. ædilem curulem. }Ad pantheras} quas à te petiui mihi mitti. }Syngrapham} bulletam, notam. }Commentarium} dicit misisse duos commentarios rerum vrbanarum, & primum dedisse Castrinio. }Secundum} s. commentarium.

ASCEN.

CERTE inquam} Scripserat Cic. se mirari quendā vtrique notum absolutum, vnde confirmans id dicit Cœlius. Certe inquam absolutus est, pronunciatū est. s. iudicium de eius absolutione, ne præsentante. i. exhibēte reum, aut supplicationem & quidem sup. absolutus est, omnibus ordinibus. i. ab iudicibus omnis ordinis, sed &. i. etiam singulis sententijs, in vnoquoq; genere. s. iudicum. Vide modo inquis. s. an ne quid vtrum verum addas, aut quid simile. Respōsio. Non mehercules, sup. quidquam addo aut mentior. nihil. n. accidit vnquam tam præter opinionem & quod videretur omnibus tam indignum. Hæc est vera lectio, quam non intelligentes, credebant deesse verba, quæ alij supposuerunt sic. vide modo inquis mihi literis, ostendens me isto missurum alios. alij sic, vide modo inquis mihi, &c. habentq́; ante hanc epistolas octo, quas alijs postponunt. Quin. i. quinetiam, ego cum fauerem ei validissime pro amicitia. s. nostra, & præparassem me ad dolendum. s. condemnatione eius, obstupui. i. de eius absolutione, & visus sum mihi esse captus. i. priuatus sensu, aut intellectu præ stupore. Quid putas alios sup. fecisse? Responsio, alij sup. corripuerunt. i. reprehenderunt iudices maximis clamoribus, & ostēderunt plane esse. s. iudicatum, aut iudicium, aut facinus, quod non posset ferri i. tolerari, ęquis animis. Itaq; sup. absolutus illo iudicio, relictus. s. à iudicibus videtur esse maiore periculo, lege Licinia, per quam contra sentētiam populi absoluti iterum in iudicium vocabantur. Accessit hic. i. ad hanc rem, ꝙ Hortensius. s. orator insignis, qui absolutum defenderat, introijt postridie eius absolutionis. i. die qui proxime absolutionem eius secutus est, in theatrum Cur. puto sup. introisse, vt gauderemus gaudium suum. i. vt sibi gratularemur. Sic & Comicus in Andria locutus est. Nullum est n. verbum quod non regat accusatiuum proportionabilis significationis, vt gaudeo gaudium, eo iter, curro cursum, viuo vitam miseram, &c. Hic sup. factus, & factum est tibi, vacat tibi, quod tn̄ ex more loquendi apte additum est, quo modo dicimus, Hic mihi semper dormit, &c. strepitus. s. pedum, fremitus. s. oris, clamor tonitruum. i. tantus sonus ex reflexione vocum in theatro, vt tonitruum putetur, & sibilus rudentum. i. more asinorum obstrepentium Hoc animaduersum. i. annotatum est à populo, magis, ꝙ Hort. peruenerat ad senectutem. i. senex factus erat, intactus à sibilo. i. nunquam adhuc explosus, exhibilatus, aut irrisus ob turpem, aut iniquā actionem. Sed sup. egerat tot bene. i. decenter, vt satis esset. s. ei laudis in totam vitam, quamuis. i. quantumuis sup. longam, & pœniteret eum vicisse iam. s. in causa illius rei inique absoluti, quia nisi vicisset, sibilum passus non esset. Nihil habeo de rep. quod scribam tibi: aut, si est quid, lege sic: Quid scribam tibi de rep. nihil habeo. Impetus Marcelli resederunt. i. sedati sunt, non inertia. s. Marcelli, sed cōsilio, vt videbatur mihi. Existimatio i. diiudicatio de comitijs consularibus. s. habendis est incertissima. Ego incidi in competitorem. s. ædilitatis mecum, nobilem & ignobilem, quia egentem. alij legunt, & nobilem agentem. i. præseferentem. Nam M. Octauius filius Cnei, & Caius Hirrus petit mecum. s. ædilitatem. Ego scripsi hoc ideo, ꝙ scio te expectaturum acriter pp Hirrum, nuntium comitiorū nostrorum. s. ædilitiorum. Tu tn̄ simulac. i. eodem tēpore, quo aut statim post, q̄ audieris me designatum. s. ædilē, fac, sup. alij habent rogo, sed sic diceretur te, nisi Græco more, quē Comici sequuntur, proximo dederit, quod sequentis est. dicunt. n. nescis, quid velim, pro eo quo est, scis quid ego velim. Hoc autem loco, quia Cęlius multa subaudire solet, credam verbum omissum, vt curæ sit tibi. sup. id quod attinet ad pātheras. s. in Cilicia capiendas, & ad ædilitatis pompam Cœlio mittendas: de quibus lib. 2. sæpe meminit Cic. ego commendo tibi, vt. s. absoluas syngrapham Sictianam. i. quam Sictius ad te afferret, petiturus pecuniam. vulgus Buletam, aut Schedulam obligatoriam vocat, vt lib. 7. in epist. ad Treb. patuit. Ego dedi primum commentarium rerum vrbanarum Lucio Castrinio Pæto. secundum supple dedi ei, qui reddet tibi has literas.

LIB. octauo, epist. xj. Cęlij ad Ciceronem, }Hic tibi strepitus, fremitus, clamor, tonitruum, & rudentum sibilus} in libro manuscripto est, Et rudentū similis sibilus: quæ vna demum vera lectio. Perperam etiam Heruagius, Ridentium, contra ac ceteri ferè omnes. Est autem hic locus, ni fallor, ex veteri aliquo poeta sumptus. nam integer trochaicus est, Strepitus, fremitus, clamor, tonitruum, & rudētum sibilus, quo trochaico Cęlius magna cum gratia abutens, de suo addit & affert, Similis. Quod res poscere videbantur, quo commodius clariusq́; rem ostenderet. DOCT. INT.

ARGVM. Suum in scribendo officium prædicat. scribit, de comitijs suis quæ opinio sit: de Milonis te quid egerit: præterea, cupere se aliquo Ciceronis libro illustrari.

M. COELIVS S. D. M. CICERONI. 3



*EST * ne? uici, & tibi sæpe, quod negaras discedens curaturum, literas mitto? est, siquidem perferuntur, quas do. atq; hoc eo diligentius factito. quòd, cum otiosus sum, plane, ubi delectem otiolum meum, non habeo. tu cum Romæ eras, hoc mihi certum ac iucundissimum*

tale illud, et eodē sensu. Am tandē ep. 41. lib. 4

ep. 30. l. 12. pro tempus insidum,

*dissimum * uacanti negotium erat, tecum id * otij * tempus consumere : idq; non mediocriter desidero : ut non modo mihi solus esse, sed Roma, te profecto, solitudo uideatur facta : & qui, quæ mea negligentia est, multos sæpe dies ad te, cum hic eras, non accedebam, nunc, quotidie non esse te, ad quem cursitem, discrucior. maxime uero ut te dies noctesq; quæram, competitor Hirrus curat.*

epis. 9. h. l.

*quo modo illum putas auguratus tuum * competitorem dolere, & dissimulare, me certiorem, quàm se, candidatum? de quo ut, quem optas, quamprimum nuntium accipias, tua mediusfidius magis quàm mea * causa cupio. nam mea, si fio, forsitan cum locupletiore referã : sed hoc usq; eò suaue est, quòd, si acciderit, tota uita risus nobis deesse non poterit sed tanti? sed mehercules non multum M. Octauius eorum odia, quæ Hirrum premũt, quæ permulta sunt, subleuat. Quod ad Philotimi liberti officium, & bona Milonis attinet : dedimus operam, ut & Philotimus quamhonestissime * Miloni absenti, eiusq; necessarijs satisfaceret, & secundum eius fidem, & sedulitatem æstimatio tua conseruaretur. Illud nunc à te peto, si eris, ut spero, otiosus, aliquod ad nos, ut intelligamus nos tibi curæ esse, σύνταγμα cõscribas. qui tibi istuc inquis, in mentem uenit, homini non inepto? aliquid, ex tam multis tuis monumentis extare, quod nostræ * amicitiæ memoriam posteris quoq; prodat, uelim. cuiusmodi, puto quæris, tu aptius, qui omnem nosti disciplinam, quod maxime conueniat, excogitabis : genere tamen, quod & ad nos pertineat, & διδασκαλίαν quandam, ut uersetur inter manus, habeat. Vale.*

quod mihi eri sum. pus. nã locus dandis cũ locuplete collega gratabo.

ad Att. ep. 8. lib. 5.

ambitionẽ suam vel at amicitiæ nomine.

RVBER.

EST ne?} Primum Cœlius sense eo diligentius ad Cic. scribere, quod nihil habet, quo otium suum delectet: accusatq; seipsum, quòd cum esset apud eum, non vsus sit frequentius eius consuetudine. deinde scribit de competitione Hirri: & post quædam alia eum hortatur, vt aliquid scribat, quod testificetur eorum amicitiam. {Est ne} cum discederet Cic. ab vrbe, dixerat Cœlium non curaturum ad se scribere, & Cœlius dixerat se curaturum. & intelligimus eos, quasi sponsiunem de hac re fecisse: vnde cum Cœlius nunc ad eum scriberee, quasi conuincat Cic. mendacij, dicit. {Est ne}. i. vt tu dixeras, quod ego non curarẽ ad te scribere? {Vici} sum victor spõsionis, q fecimus. {Quod} quam rem. s. mittere literas. {Curaturum}. s. me. {Et siquidem} pro si {Tu} ordo est, cum tu eras Romæ, hoc negotium erat certum ac iucundissimum mihi vaganti. i. consumere tecum id tempus otij. puto tñ melius legi vacanti. s. otioso. {Id}. i. cõsumere tecũ tempus otij. {Et mihi} sensus est, non solum videtur mihi me esse solũ, sed te absente solitudo videtur esse facta Romæ. i. Roma videtur esse deserta. {Te profecto}. i. te digresso Roma, postquã es profectus. i. discessisti. {Quæ mea neg.}. i. ea negligentia. i. propter eam negligentiam quæ negligentia est mea. i. ea erat negligentia mea, q ad te nõ accedebam, cum eras hic. {Discrucior} valde crucior. {Te non esse} scilicet hic. {Auguratus tuum competitorem} id est, fingens esse competitorem tuum {Quomodo putas d.}. i. quo dolore eum affici putas? {Et dissimulare se incertiorem}. i. magis incertum de eo quod intelligit se non posse obtinere. {Quem optas} qualem desideras, vt ille habeat repulsam, & ego designer ędilis. {Nam mea, si fio} sic est legendum. {Nam mea} scilicet causa. {Si fio} scilicet ædilis. nam quidam cod. mendose habent, nam me, si fio. {Forsitan, &c.} ea verbis non video posse elici sensum, qui mihi satisfaciat. {Vsque eo} in tantum. {Quod si acciderit} scilicet est vt possumus ridere tota vita nostra. {Sed mehercule} iurantis est. {M. Octauius}. h. d. quòd M. Octauius, qui etiam erat competitor, multum subleuat, & sustinet odia eorum, qui premebant Hirrum. {Officium} debitum erga Milonem. {Aestimatio} auctoritas. {Illud} nunc petit à Cice. si erit otiosus, vt aliquid scribat, vt intelligat se ei curæ esse. {Aliquod syn.} aliquam ordinationem rerum. nam συντάσσω ordino, constituo. Inde σύνταγμα, id est, ordo, constitutio. {Qui tibi} obiectio. q. d. quomodo hoc cogitasti, quia es homo non ineptus. {Aliquid ex tam} quasi responsio obiectionis. {Tuis monimentis} tuis scriptis. {Prodat} tradat. {Cuiusmodi velim} id est, posses fortasse quærere cuiusmodi, & quale monimentum velim à te prodi in memoriam amicitiæ nostræ. {Tu aptius} dicit Cœlius Cice. melius posse cognoscere quo genere scriptorum debeat vti, qui optime nouerit omnem disciplinam. {Genere} id est, in generali. {Habeat quod pertineat ad nos} quod sit accommodatum. {διδασκαλίαν} doctrinam. διδάσκω. n. doceo significat, inde διδάσκαλος. i. doctor magister: & διδασκαλία doctrina. {Vt versetur inter manus}. i. vt multi delectentur habere in manibus, & frequenter legere.

ASCAN.

EST ne} Cœlius gestit, & penè exultat ex voto suo, vt constituerat, venisse & vicisse. Cice. enim abiens dixerat, & quasi sponsionem fecerat, & deposuerat non nihil, Cœlium ad se absentem non daturum literas. quod cum Cœlius curasset faciendum, se vicisse gestit: & causam affert, cur diligentius scribat, videlicet q aliud non habeat, quo otium suum oblectet. nam cum Cic. Romæ esset, interdum negligebat vti eius consuetudine, qua nunc vti velit. Demum nonnihil de competitore Hirro locutus, monet Cice. vt ad se scribat. Ordo est. Est ne, id est, euenit ne vt dixeram, hoc est scribo ne ad te? quasi dicat planissime, vnde addit vici, & pro, id est, mitto literas tibi, quod tu discedens negaras, sup. me curaturum. respondet autem ipse ad interrogatum illud, est ne? dicens, est, id est, euenit, vt dixeram, quidem, id est, certe, si sup literæ, quas do, id est, mitto ad te, proferuntur. Atque facio hoc, id est, curo ad te literas dandas eo, id est, propterea libentius, quòd cum, id est, quando sum otiosus, non habeo planè, id est, omnino, vbi delectem, id est, cum delectatione transigam otium meum. Cum. i. quando tu eras Romæ, hoc negotium erat mihi vacanti, scilicet à cæteris negotijs, certum, ac iucundissimum videlicet consumere tecum id tempus otij, id est, vacationis à publico præsertim negotio, & desidero nõ mediocriter, immo vehementer, id, videlicet consumere otium tecum, ita sup. vt non modo. i. non solum, sup. videar mihi esse solus, sed solitudo videatur esse facta Romæ, te profecto, id est, postquàm tu es profectus, & discessisti Romæ, quasi dicat, quia tecum non sum, solus mihi esse videor. & est adamanter dictum. Et qui, quæ negligentia mea est, non accedebam ad te, sæpe multos dies, id est, per spatium multorum dierum, cum eras hic, id est, vbi nunc sum, hoc est Romæ, discrucior, id est, varijs tormentis animi & quasi cruciatibus quibusdam torqueor, nunc quotidie, te non esse, scilicet Romæ, id est, non adesse, ad quem cursitem, id est, frequenter curram. Id autem frequenter vsu venit, vt dum copiam rerum habemus, eas contemnamus, quas eis carentes desideramus postea. Vero, id est, sed, Hirrus competitor, scilicet ędilitatis mecum, curat, id est, efficit etiam, si non curet, maxime, id est, præcipue, vt quæram te dies & noctes. Quomodo putas illum, id est, temerarium & insanum competitorem tuum. Auguratus, id est, qui ausus est tecum petere Auguratum, videlicet Hirrum, dolere, & dissimulare? q. d. ęgerrime, licet plurimum conetur, me candidatum, id est, designatum futurum ædilitatis competitorem, accepto candido habitu, quem accipiebat præcipue duabus de causis, altera vt candido animo, & è rep. petere indicarent, altera vt nõ ex meritis suis, quæ in vestibus insignibus conspici poterãt, sed ex mero populi dono sperare profiterẽtur. De quo. s. Hirro, vt accipias nuntium sup. eum talem, quem. i. qualem, optas hoc est eum esse à me victum, ego cupio medius fidius magis tua causa, q̃ mea. q. d. scio te magis gauisurum, q̃ me ipsum. Nã affert causam dicti superioris, quæ sanè obscura est, dicens, si forsitan fio. s. ædilis, mea. s. quantum ex ea re vtilitatis capiam, ego feram. s. vtilitatem cum re locupletiore. i. abundantiore vtilitate, aut si referam, vna est dictio: sic, referam. i. recẽsebo & commemorabo forsitan cum locupletiore. i. tecũ, qui plus commodi ex ea re capies, q̃ ego, eo q vltus fueris etiã inimicũ tuũ in petitione auguratus. Sed hoc. i. vicisse Hirrum, est suaue. i. delectabile, vsq; eo. i. valde, q si acciderit, risus. i. occasio ridendi, non poterit deesse nobis tota vita. i. per totam vitam. Alij legũt possit, & q sic vsq; eo. i. in tantum, q si acciderit. s. Hirrũ vinci, risus non possit deesse nobis tota vita. sed tãti sup. fuerit risus. i. tanti momẽti, vt semper ridere velimus. Sed mehercule, M. Octauius, qui etiam competitor erat, & ita odio habendus, tñ non multũ subleuat. i. imminuit odia eorum, qui premunt. i. opprimũt Hirrum, quæ. s. odia sunt permulta, & tñ minus solet esse odium in aliquẽ: si sociũ habuerit culpæ, q̃ si solus peccauerit. parcitur. n. sæpe multitudini. Quod attinet ad officium. i. debitum obse-

quium, Philotimi liberti.s.tui, & ad bona Milonis.s.amici tui, quos contra Clodiū defenderat Cic. nos dedimus operam.i.curauimus, vt &.i.simul, Philotimus satisfaceret, q̄ honestissime, id est, decentissime, Miloni absenti & necessarijs eius, &.i.simul existimatio tua.i.auctoritas & reputatio, conseruaretur s̄m fidem i.fidelitatē & sedulitatē eius.s.Philotimi, hoc est, vt fides quidē eius sedulitas agnosceretur, sed tn̄ totum officiū tibi acceptum ferretur. Ego pero nunc illud à te, si eris, vt spero, otiosus, vt scribas ad nos aliquod syntagma.i.aliquā ordinationē rerū, & aliquod opus præceptoriū, vt intelligamus nos esse tibi curæ. In quis.s.scio q̄ modo dicis, qui.i.q̄uo, istuc.i.ista res, vt istud petas, venit in mentē tibi homini nō inepto. Respōdet Cœlius, venit sup.in mentem aliquid ex tam multis monimentis tuis.s.literarijs, hoc est scriptis tuis, extare.i.vt aliquid extat, quod prodat.i.manifestet, quoq;.i.etiam posteris.i.post nos venturis hominibus, memoriā amicitiæ nostræ. Puto sup.q̄ tu nūc quæris, cuiusmodi velim sup.scriptū, aut syntagma. Respōsio, tu qui nosti oēm disciplinā, excogitabis aptius sup.id, quod conuenit maxime sup.nobis, tn̄ sup.id habeat, genere.i.in generali, aut sit in eo genere scribēdi, vt habeat sup.illud aūt aliquid, qđ &.i.simul pertineat ad nos: &.i.simul, habeat quādā didascaliam.i.doctrinā, vt versetur inter manus.i.sit nobis tanquā enchiridion. Nam libri in quibus bonæ doctrinæ cōtinentur debēt nobis assidui esse in manibus. Sanè διδάσκω didasco, dr̄ doceo: διδάσκαλος magister, doctor: hypodida scalus magister, hoc est sub alio docens. Didascalia doctrina, διδασκαλικός didascalicus præceptorius, doctrinalis. didascalice liber doctrinam tradens, &c.

GIBBRTI LONGOLII LEMMA.

Nuntiationis perfectum exemplū, dum ea exponit, quæ Romæ geruntur, itemq de Pompeij, Cæsarisq; rebus certiorem facit. Ciceronē postremo & ipse vicissim certior fieri cupit de Ptolemæi morte, regis Aegypti.

M. COELIVS S. D. M. CICERONI. 4



epist.2. h.l.

fortasse, a caninio Gallo, Fabio Gallo, epist.8. lib.2 & 5.lib.7. quod Cœlius, & Cicero essent ex ordine equestri, postea, senatoriam dignitatē affecuti, ex ordine senatorio dicebantur.

NVIDEO tibi: tam multa quotidie, quæ mirere, istoc perferuntur: primum illud, absolutum Messallam, deinde eundem condemnatum: C. Marcellum consulem factum: M. Claudium à repulsa postulatum à * Gallis duobus: P. Dolabellā * quindecimuirum factum. hoc tibi non inuideo, caruisse te pulcherrimo spectaculo, & Lentuli Cruris repulsi uultū non uidisse at qua spe, quàm certa opinione descenderat? quàm ipso diffidente Dolabella? & hercules, nisi * uostri equites acutius uidissent, pene concedente aduersario superasset. illud te non arbitror miratum, Seruiū pl. des. condemnatum: cuius locum C. Curio petijt. sanequam multis incutit, qui eum, facilitatemq; eius non norunt, magnum metum. sed, ut spero, & uolo, & ut se fert ipse, bonos & senatum malet. totus, ut nunc est, hoc scaturit. huius autem uoluntatis initium, & causa est, quòd eum nō mediocriter Cæsar, qui soles infirmorum hominum amicitias sibi qualibet impensa adiungere, ualde cōtempsit. qua in re mihi uidetur illud perquam uenuste cecidisse, quod à reliquis quoq; usq; eò est animaduersum, ut Curio, qui nihil consilio facit, ratione, & insidijs usus uideretur in euitandis his consilijs, qui se intenderant aduersarios in eius tribunatum: Lælios, & Antonios, & id genus ualentes dico. Has ego tibi literas eo maiore misi interuallo, quod comitiorum dilationes occupatiorē me habebant, & expectare in dies exitum cogebant, ut, confectis omnibus, te facerem certiorem, ad kal. Sext. usque expectaui. prætorijs mora quædam inciderunt. mea porro quem euentum sint habitura, nescio: opinionem quidem, quod ad Hirrum attinet, incredibilem ædilium pl. comitijs nacta sunt. nam M. Cælium Vicinianum mētio illa fatua, quam deriseramus olim, & promulgatio de dictatore subito deiecit, & deiectum magno clamore insecuta est. inde Hirrum cuncti iam, non faciendum flagitare. spero te celeriter & de nobis, quod sperasti, & de * illo, quod uix sperare ausus es, auditurum. De rep. iam noui quidquam expectare desieramus: sed, cum senatus habitus esset * ad Apollinis ad xi. kal. Sext. & referretur de stipendio Cn. Pompeij; mentio facta est de legione ea, quam expensam tulit C. Cæsari Pompeius, quo numero esset, quo appeteretur: cum ex Gallia coactus est dicere Pompeius se legionem abducturum, sed nō * statim sub mentionem, & conuicium obtrectatorum. inde interrogatus de successione C. Cæsaris. de qua, hoc est de prouincijs, placitum est, ut, quàm primum ad urbem reuerteretur Cn. Pompeius; coram eo de successione prouinciarum ageretur. nam Ariminum ad exercitū Pompeius erat iturus, & statim yt. puto * idib. Sext. de ea re factum iri. profecto aut transigetur aliquid, aut turpiter intercedetur. nam in disputando coniecit illam uocem Cn. Pompeius, omnes oportere senatui dicto audientes esse. ego tamen sic nihil expecto, quo modo Paullum cos. * des. primum sententiam dicentem. Sæpius te admoneo de * syngrapha Sitiana: cupio enim te intelligere, eam rem ad me ualde pertinere. item de pantheris, ut Cibyratas accersas, curesq;, mihi ut uehantur. Præterea nuntiatum nobis, & pro certo iam habetur, regem Alexandrinum mortuum. quid mihi suadeas, quo modo regnum illud sese habeat, quis procuret, diligenter mihi perscribas. Kal. Sext. Vale.*

ep.10. lib.8

antiqua locutio, de græcis deducta sonibus epist.2. l.14.

erat. n. tardus, & dissimulator. epist. 5. lib. 9. & epist.1. h.l.

epist.6. h.l.

consul designatus primus sententiam dicebat.

vt exigeretur pecunia in Cic. prouincia.

INVIDEO tibi} Scripserat Cic. ad se multa deferri facta esse in vrbe, quæ quidem enumerauerat. Itaq; Cœlius scribit se ei inuidere tam multa ad eum deferri, quæ ipse miretur: & dicit quæ sint ea deinde multa narrat, quæ Romæ agantur, & de rebus Cæs. & Pomp. Postremo ab eo petit pantheras, ad se mitti, & se certiorem fieri, quomodo habeat se Aegyptus post mortē Ptolemæi, quem dicit se audiuisse esse mortuū. {Inuideo tibi} placet mihi sors tua. {Quòd} quia. {Istoc} pro istuc. {A repulsa} pro repulsam. {Quindecimuirum} nomen magistratus. sicut enim dicimus triumuirum, & decemuirum, ita & quindecimuirum, ideo quod in eo magistratu 15. essent. {Caruisse te} .i. quòd carueris. {Et non vidisse multum} quia erat tristissimus. videbatur enim lacrymari propter repulsam. {At qua spe} q.d. certissima. non enim dubitauerat, quin impetraret. {Diffidente} non sperante se impetraturum quindecimuiratum. {Descenderat} ad petendum quindecimuiratum contra Dolabellam. {Nostri equites} fauebant Dolabell. {Qui acutius} codex vetustus habebat, quæ acutius, vt sit sensus, nisi nostri vidissent quæ.i.aliqua. {Concedente aduersario} non repugnante Dolabella eius aduersario. {Seruium} nomen proprium alibi scriptum est Seruæum. {Cuius} Seruij. {Locum} vt designaretur tribunus pro eo. {Quàm magnum metum incutit} id est, magnum timorem inijcit. {Facilitatem} humanitatem, mansuetudinem. {Vt fert ipse} vt ait, siue vt se gerit. {Bonos} .s. mallet, melius autem legitur bonos, q̄ bono, sic: sed vt spero, & volo, & vt fert ipse bonos & senatum mallet. {Totus scaturit} tractum à fontibus, qui aquam scaturire, id est abunde effundere dicuntur. {Vt nunc est} id est, pro tempore. {Infirmorum} nam Cæs. semper quæsiuit conciliari sibi plebē. {Ijs consilijs} id est, consilijs eorum. {Intenderant} apposuerant. {In eius tribunatum} contra tribunatum eius, in quo dixit eum fuisse condemnatum. {Lælios & Antonios} nominat qui intenderant se aduersarios tribunatui Cic. {Valentis} pro valentes.i. potentes. {Maiore interuallo} longiore spatio. {Expectare exitum} videre qui finis esset futurus. {Confectis omnibus} quæ in comitijs fuissent acta. {Sextiles} Augustas. {Prætoris moræ} sic est scribēdum, & intelligendum sic. {Quædam moræ} id est, quædā dilationes. {Inciderunt} inuenerunt. {Prætoris} subaudi, comitijs. {Mea} quæ propter meam ædilitatem sunt futura. {Quod} quantum. {Deiecit} prostrauit. {Ad non faciendum} vt non faceret. {De illo Hirro} eum esse victum. {De nobis} quòd obtinuerimus ædilitatem. {Abducturum} à Cæs. {Conuicium} cōtumeliam in Cæs. {De qua} successione.

{Hoc

{Hoc est}declarat quæ sit hæc successio {Transigeretur} perficeretur. {Intercederetur}fieret intercessio, & prohibitio aliqua vt supra in 1.lib. Cui Cato,& Caninius intercesserunt. {Côiecit}obtulit,emisit. {Audientes} obedientes. {Sic}.i.ita. {Nihil tñ expecto} q̃ Paulum designatum consulem. {Dicentem sententiam}sciebat.o.Cœlius illum animatum esse contra Cæs. {Syngrapha Sitiana}de qua in 13.epis.huius 8.lib.diximus. {Cibyratas}.i.ex Cibyra,q̃ est vrbs Asiæ australis,vt scribit Strab. lib.3.& Horat.in epist. Ne Cibyretica,néue Bithynia negotia perdas. {Regem Alex.}.i.Ptolemæum regem Aegypti.erat.n. Alexandria regia regû Aegypti,vt vidimus in 1.lib. {Mihi suadeas}puto legendum esse,si audeas,vt sit sensus,& ordo,Perscribas mihi diligéter,si audeas,quomodo illud regnum & habeat se, & quis procuret.i.tueatur nomine regis.

ASCEN. INVIDEO, &c.} Scripserat Cic.multa ad se afferri,quæ facta erant in vrbe : quapropter nûc scribit Cælius se inuidere Cic.q̧ tanta ad eû deferentur : narratq̧ multa,quæ Romæ,aut agebantur,aut iam acta erant, & nônihil de rebus Cæs.& Pôp.Et postremo petit à Cicerone vt Pantheras è prouincia sibi mittat,& se certioré faciat,quid Aegyptij post mortem Ptolemæi regis agant. Ordo est.Inuideo tibi,hoc est puto te nimis fortunatû,q̧ multa , quæ mireris (sunt qui legunt mirer) perferuntur quotidie istoc pro illuc.i.in Ciliciâ , vbi tu es. Primû illud sup.perfertur aut perlatum est, Messalam absolutum.s.in iudicio,deinde eundem condénatum,Caium Marc. factum sup.esse consulem,M.Claudium seu Clodium postulatum.i.in ius vocatum à duobus Gallis.s.cognomento, à repulsa.i.post repulsam,Dolabellam factum quindecimuirum.i.vnû in magistratum quindecimuirorum, vt erant , quibus libri Sibyllini curæ erant. Ego non inuideo tibi hoc.i.an ea re fuisti minus felix,quia felicibus inuidemus & non miseris,te caruisse spectaculo pulcherrimo,& non vidisse vultum Lent. Suræ repulsi.s.i quindecimuiratu. At.i.attamen,qua.i.ò quali spe, q̃.i. ò quantum,certa opinione,descenderat sup.ipse in campû Martium,locum Comitiorum & disceptationis cû Dolabella ? q.d. cum euidétissima spe,& certissima opinione victoriæ, q̃.i.quantum, ipso Dolabella diffidente ? q.d.plurimum . Et hercule nisi nostri.s.amici,vidissent qua.i.aliqua.s.parte, acutius , Lentulus sup.superasset,penè.i.quasi,aduersario.s.Dolabella,côcedente.i.locum dante. Ego arbitror te non miratum illud. Ergo in principio legendû est mireris non mirer, videlicet Seruiû designatum.i.declaratum à populo tribunû,condemnatû.s.à Cæs. vt verisimile est. Cuius Seruij condénati locum Caius Curio petit. Et supple Curio, qui orator fuit, & Cæsari primû aduersarius,deinde sic amicus, præsertim pecunia corruptus , vt pro eo occisus sit,incutit sane quam multis.i.valde multis.q̃ superlatiuo construi vult , sed præcedentibus oppido,sane,per,positiuo.qui nô norunt.i.nocuerunt,eum, & facilitatem.s.ad veniâ dandam.i.benignitatem eius,magnû metum . Sed, vt spero , & volo,& vt.i.simul, ipse.s.Curio fert.i.gerit se , bono.i.in bono, aut ad bonum,& sup.senatus totus mallet.hoc scaturit.i.pullulat,in aures omniû,& diuulgatur,vt nunc est. Hubert.legit bonos,quo modo non est legendum se , sed vt ipse fert bonos.vtcunq; legatur,obscura est locutio.sensus aût videtur: Licet multi meruerint tribunatum Curionis,tñ sicut præfert & senatus mallet eum esse,ita fama diuulgatur ipsum fore. Aût.i.sed , initium & causa voluntatis huius.i.nouæ à Curione acceptæ , est q̧ Cæsar,qui solet adiungere valde sibi qualibet.i.quantalibet impensa,amicitias hominum infimorum.i.minus potentium, contempsit eum s.Curionem, non mediocriter.i vehementer. Qua in re.i.in qua re iam dicta,illud vr̃ mihi cecidisse.i.accidisse,perquam.i.valde venuste.i.pulchre , quod animaduersum.i. consideratum est,quoq;.i.etiâ eo vsq;.i.consumate à reliquis.s. ciuibus,vt Curio , qui nihil facit consilio.s.aliorum , videretur vsus ratione.i consideratione propria, & insidijs.s.aliorum,hoc est conuertisse insidias aliorum in vtilitatem suam. nam cû sensit sibi insidias tendi,attentior factus est in euitandis consilijs eorum,qui intenderant se.i.acriter exhibuerant aduersarios in tribunatum eius.s.Curionis,dico Lælios & Antonios & valentes.s.viros,id genus.i.eius generis , hoc est nobiles & egregios. Ego misi tibi has literas maiore interuallo.i.dilatione post ré gestam,eo.s.propterea , q̧ dilationes comitiorum.i.temporû, quibus noui eligerentur magistratus,q.d.electionû , habebant me occupatiorem.s.in solicitandis rebus meis , quos Galli brigas vocant.& cogebant me expectare exitum.s.comitiorum.i. declarationem eorum,qui electi essent,vt omnibus confectis.i. plene factis & electis,ego facerem te certiorem.s.de electis. Ego expectaui.s.exitum rerum vsq; ad Calend.Sext.i.primum diê Augusti,quædam moræ.i.dilationes,inciderunt prætorijs.s.comitijs.i.habendis de prætore eligêdo. Porrò.s.sed nescio qué.i. qualem,euentum.i.exitum fortuitum,cum sit in volûtate plebis,comitia mea.s.ædilitia,in quibus competitor ero,sint habitura m . Quidem.i.certe, sup.comitia mea nacta sunt comitijs ad plebem.s.habitis,antequam electio fieret,opinionem incredibilem s.difficilem creditu.q̧.i.quantum , attinet ad Hirrum, quia omnes opinantur eum cum derisione exibilandum & explodendum. Nam illa fatua mentio.i.commemoratio rei, quâ tacuisse melius fuisset,quam nos desideramus olim,& promulgatio de dictatore.s.creâdo,deiecit.s.ab spe,& petitione M.Cælium Vicinianum,qui alioqui competitor fuisset,& insecuta.i. prosecuta & magno clamore.s.populi explodentis deiectum.s. M.Cœlium. Inde.i.deinde,hoc viso , aut inde.i.ex ea re cuncti flagitare sup.cœperunt,aut flagitare.i.flagitabant , Hirrum ad non faciendum.i.vt non faceret.i.non peteret mecum ædilitatem. Spero supple itaq; id te auditurum celeriter , &.i.simul de nobis,quod sperasti.s.nos ædiles designatos & de illo.s.Hirro, quod vix ausus es sperare,videlicet,aut explosum cum ignominia,aut damnatum . Nos desieramus , aut potius desideramus, iam expectare quidquam noui de repub. Sed cum senatus habitus esset ad Apollinis.s.ædem.i.iuxta vndecimum Cal. Sext.i. Augusti,& referretur.i.consultaretur de stipendio Cn.Pôpeij, mentio facta est de ea legione.s.militum, quam Pompeius tulit expensam.i.tanquam esset expensa,C.Cæs.quo numero esset.s.legio illa,quo s.numero appeteretur,id est exigeretur esse, aut quo.i.ad quid appeteretur,cum Pompeius coactus est dicere,se abducturum legionem ex Gallia,sed nô statim supple coactus est dicere, aut dixit id,sup.i.post mentionem & conuicium obtrectatorum.s.Cæsaris inde,id est,deinde,Pompeius interrogatus supple est de successione Cæsaris.i an Cæsari succederetur.de qua.s.successione,hoc est de prouincijs omnibus placitû est.s.senatui,vt cum primum Cn.Pompeius reuerteretur ad vrbem,ageretur coram eo de successione prouinciarum. Nâ Pôp. erat iturus Ariminum ad exercitum.s.Romanum vt puto illic locatum ne Cæsar Rubiconem armatus transiret,& puto S.C. id est,senatusc.factum iri.i faciendum esse de ea re.idib. Sext.i. Aug. Profecto,id est, reuera,supple tûc aut aliquid transigetur, aut intercedetur,id est,opponetur ab aliquibus, turpiter.i.inhoneste. Nam Cn.Pompeius,coniecit , id est,cum alijs verbis in medium iecit disputando,id est consultando de rep.illam vocé, oportere omnes,erga etiam Cæsarem esse audientes.i.obediêtes,dicto,id est,decreto,& mandato senatus.s.Romani. Ego tamen nihil expecto sic.i.eo modo,quomodo.s.expecto Paulum, scilicet Aemilium designatum.i.declaratum consulem , dicentem primum i.vt dicunt,prima vice,sentétiam.s.suam de re super qua consultabitur. Deinde ad priuata negotia rediens dicit. Ego admoneo te sæpius de syngrapha,id est,schædula obligatoria conscripta à duobus,Sictiana,id est, per quâ Sictius à te pecuniam postulauit. cupio enim te intelligere, eam rem, scilicet vt Sictius pecuniam recipiat : pertinere valde ad me. Item admoneo te sæpius de pantheris.s.pro ædilitatis pompa mittendis,vt accersas,id est ad te venire facias, Cibyratas.i.ex Cibyra vrbe Asiæ australis (auctore Strab.lib.3.) & cures,vt.s.pantheræ vehantur mihi. Præterea nuntiatum est nobis, & habetur,id est,tenetur iam pro certo,regem Alexandrinum, id est , Ptolemæum regem Aegypti,cuius regia erat Alexandriæ, mortuum esse.scribas supple igitur mihi diligenter quid suadeas mihi tétandum, pp mortem eius,quomodo regnum illud habeat se.s. post mortem regis.quis procuret.s.regnum illud.& ita quæsiuit quid sibi suaderet Cic.an videlicet eius procurationem sibi deposcat. Quarto cal.Sext.i.Aug.

LENTVLI Cruris} hic est,opinor,L.Lentulus Cruscellus,qui anno sequenti consul fuit cum C.Marcello.puto autem illum & Cruris , & Cruscelli cognomine indifferenter appellari solitum. {Ratione , & insidijs vsus videretur in euitandis eorum consilijs} forte melius, Ratione, & consilio vsus videretur in euitandis eorum insidijs. {Lælios} forte , Lollios, qui Cæsaris amici fuerunt , quemadmodum Antonij . nam Lælij Pompeiani . qua in opinione magis sum confirmatus, postea quàm in epistola 3.libri quinti vbi Læliû impressum erat, vetustissimos libros , Lollium , habere vidi. {Mea porro comitia quem euentum sint habitura} sic antea in omnibus impressis . nos vocem , comitia , sustulimus : quæ subintelligitur , vt etiam cum dixit, Prætorijs moræ quædam inciderunt.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Dissuadet Ciceroni, ne confligetur cũ Parthis, quòd illius copiæ exiguæ sint, & nihil subsidij sperãdum sit, deinde excusat se, quòd nihil scribat, cum non habeat quod scribat de gestis in vrbe. postremo narrat, quid Marcellus de prouincijs constituat.

M. COELIVS S. D. M. CICERONI. 5

QVA tu cura sis, quod ad pacem prouinciæ tuæ, finitimarumq; regionũ attinet. nescio. ego quidem uehemẽter animi pendeo. nã si hoc moderari possemus, ut pro uiribus copiarum tuarũ belli quoq; existeret magnitudo, &, quantum gloriæ, * *triũphoq; opus esset, assequeremur; periculosamq;, & grauem* * *illã dimicationem euitaremus: nihil tam esset optandũ. nunc, si Parthus mouet aliquid, scio non mediocrem fore contentionem. tuus porro exercitus* * *uix unum saltũ tueri potest. hanc autem nemo ducit rationem: sed omnia desiderantur ab eo, (tãquam nihil denegatum sit ei, quo minus quamparatissimus esset) qui publico negotio præpositus est. Accedit huc, quòd successionẽ futuram propter Galliarum* * *controuersiam non uideo tametsi hac de re puto te constitutum, quid facturus esses, habere: tamen, quo maturius* * *constitueres, cum hunc euentum prouidebam, uisum est, ut te facerem certiorẽ. nosti enim hæc translaticia. De Gallijs constituetur: erit, qui* * *intercedat: deinde alius existet, qui, nisi libere liceat de omnibus prouincijs decernere senatui, reliquas impediat. sic multum. ac diu ludetur, atq; ita diu, ut plus biẽnium in his tricis moretur. Si quid noui de rep. quod tibi scriberem, haberem; usus essem mea consuetudine, ut diligenter, & quid actum esset, & quid ex eo* * *futurum sperarem, perscriberem. sane tanquam in quodã silice iam omnia adhæserunt.* * *Marcellus idem illud de prouincijs urget: sed neq; adhuc frequentem senatum efficere potuit. hoc si præterito anno, Curio tribunus, & eadem actio de prouincijs introibit: quàm facile nunc sit omnia impedire, & quàm hoc Cæsari, & ijs, qui sua causa, rempub. nõ curet,* * *superet, non te fallit. Vale.*

ep. 10. lib. 2 cum omnes copiæ confligunt.

nã duæ tñ legiones erant. ep. 15. lib. 5. ad At.

cum Cæsar sibi succedi nollet.

quã prouinciæ præponeres. epis. 6. h. l.

intercedet Cæsarianus tribunus, Põpeianus reliquas impediet.

epist. 1. h. l.

vide epist. 3. lib. 7.

quasi difficultas impẽdeat.

HVBER.

QVA tu cura} Cum dubitaretur de bello Parthico, & alij pacẽ conficiendã putarent, alij prælio decertãdũ: scribit Cælius se vehemẽter esse de hac re solicitum, & lateuter monet Cic. vt fugiat dimicationẽ. ostẽdit enim eius exercitũ paruũ esse ad tñ bellum, neq; expectãdum à successoribus, quos negat futuros ꝑꝑ cõtrouersiã, quæ erat in senatu de Gallis. Postremo dicit, ꝙ si haberet, quæ scriberet de rep. scriberet diligentissime, sicut solitus est. tñ dicit, quod agat Mar. de prouincijs. }Qua cura} qua solicitudine. }Pendeo animi} i. aio pendeo, & solicitus sum. figurate aũt dixit pẽdeo animi, sicut præstans animi, & discrucior animi. }Hoc modo} hoc via. }Vt pro viribus, &c.} sensus est. si solũ esset tñ bellum, quãtum copiarũ habes. }Copiarũ} exercitus, }Assequeremur} efficeremus, haberemus. }Illam dimicationem} aduersus Parthos, quã etiã Cicero libẽter cupiebat euitare, vt lib. 2. Magni belli timor impẽdet, qđ videmur effugere, si ad diẽ statutã discedemus }Tam optãdum} q̃. s. vt euitaremus ipsam dimicationẽ. }Non mediocrem} sed maximã. }Vnum} s. quia ad saltus tuendos solent opponi milites cõtra hostes. }Hanc rationẽ} ꝙ tuus exercitus vix possit tueri tuum saltũ ꝑꝑ paucitatem. Saltus aũt, ſm Ser. Campi spatiũ & locus siluæ est. Virg. Georg. 3. Saltibus in vacuis pascuntur plena ſm Flumina. à saliendo aũt dr̃, ꝙ ibi arbores saliãt. i. crescãt. inde saltarius cãporũ custos. }Desiderantur} expectantur. }Ab eo} s. exercitu tuo. }Tanq̃ nihil denegatum sit ei} i. tanq̃ oĩa possit. }Publico negotio} i. cura, & cõseruatione reip. }Huc} ad hoc. }Futurã} tibi. }Controuersiã Gal.} quæ est de successione Galliarũ. }Te habere cõstitutum} i. iam decreuisse. }Maturius} prudẽtius, & grauius. }Hunc euentum} ꝙ nemo sit tibi successurus. }Tralaticia} fictitia, ad rẽ nõ pertinentia. }De Gallijs} hæc omnia, quæ narrat, sunt, quæ tralaticia esse dicit. }Qui} s. alius. }Impediat reliquas} successiones, si quisquã intercesserit gallicis successionibus. }Nisi libere senatui} s. nisi plena libertas permittatur senatui. }Ludetur} frustra conteret tempus. Persius. tibi luditur. }Atq; ita diu} s. ludetur. }Vt moretur} stet, cõteratur. }Plus bieunium} i. vltra duos annos. }In his tricis} in his inuolutionibus, & impedimentis. Nã, auct. Nonio, tricæ dñr impedimẽta, & intricationes: & intricare, impedire, morari: & per cõtrarium expedire, explicare. vide apud Noniũ plura. }Vsus essem mea cõsuetudine} fecissem, vt soleo. }Vt diligenter} hanc dicit suã consuetudinẽ. }Omnia adhæserunt in Cil.} oĩa sunt redacta in Ciliciã. }Tanq̃ vi.} quasi molestia quadã ꝑꝑ periculũ belli Parthici. }Illud idẽ} quod antea retulit. vt detur successor Cæsari }Hoc si} puto legẽdũ, hoc sic, vt sit sensus. Curio trib. hoc sic. s. egit. }Et eadẽ actio} . i. eadẽ mentio, & relatio. }Introibit} facta est }Vt} ordo est, vt te non fallat, q̃ facile nũc sit impedire omnia, & q̃ superet Cæsari, qui nõ curet rẽp. sua causa. }Superet} supsit Cæsari. s. impedire oĩa.

ASCEN.

QVA tu cura, &c } Cum dubitaretur de bello Parthico, scribit Cælius se vehemẽter de eo esse solicitũ, monetq; Cic. dimicare tam paruis copijs fretus caueat. Ordo est. Nescio qua cura tu sis. i. q̃ curam habeas, quod. i. quantum atrinet ad pacem prouinciæ tuæ. s. Ciliciæ, & regionum finitimarũ, vt Antiochiæ, Aegypti, &c. Ego quidem pendeo animi, sup. cura, sicut, discrucior animi, apud Comicum vehementer. Nã si possumus moderari hoc more. i. hoc modo, aut hoc. i. hanc rem, mora. i. dilatione, & magnitudo belli existeret pro viribus. i. ſm vires copiarũ tuarũ, & sup. non amplius, & assequeremur sup. tñ quantum opus esset gloriæ, & triũpho. i. ad impetrationẽ gloriæ, & triumphi. Nihil esset optandũ tam. i. tantoperæ. Nunc. s. vbi tibi tam paruæ sunt copiæ, si Parthus. i. populus Parthicus mouet aliquid. s. belli, scio contentionem. i. coocertationem, fore. i. futuram, nõ mediocrem. i. vehemẽtem. Porrò. i. sed, tuus exercitus vix põt tueri. i. defendere à transitu Parthorum, vnum saltum. i. locum siluosum & spaciosum, vbi feræ, & pecora saliant. Autem. i. sed, nemo. s. senatorũ, aut P. R. ducit hanc rationem. i. habet hanc considerationem de paucitate exercitus tui, sed omnia desiderantur. i. expetũtur ab eo qui præpositus esset negotio publico, hoc est ab imperatore in prouincia agẽte, q. d. à te, tanq̃ nihil sit denegatũ ei, quo minus. i. vt non esset quãparatissimus. i. valde paratus ad omnem casum, & ad omnẽ vim hostilem repellendam. Accedit. i. additur, huc. i. ad hanc difficultatẽ, prouinciæ quam obiuisti, ꝙ nõ video successionem futurã. s. tibi, ꝑꝑ cõtrouersiam. i. dissensionẽ Galliarum, quas Cæsar amplius regere volebat, vetante id Põp cũ bona parte senatus. tametsi ego puto cõstitutum. i. decretum à te de hac re, quid facturus esses. i. an tibi succedi velis nec ne. tñ visum est. s. operæ pretiũ, vt facerẽ te certiorẽ quo. i. ideo, vt constitueres maturius. i. citius, sed cũ maturitate: cum prouidebam. i. prospiciebam futurum, hunc euentum. i. exitũ rerum Gallicarum. Tu. n. nosti hæc translaticia. i. de vna re ad aliũ accõmodaticia. Hubert. dicit fictitia, quod mihi non placet. Cõstituetur. s. in senatu de Gallis, vt. s. successio illic fiat. erit sup. aliquis nomine Cæsaris, qui intercedat. i. obsistat: deinde alius existet. i. emerget, & exorietur, qui impediat reliquas. i. reliquarũ prouinciarũ successiones, nisi liceat senatui decernere libere de oĩbus prouincijs. Sic. i. hoc modo, ludetur. i. frustra certabitur, multum, ac diu, atq; ita diu, vt moretur. i. mora fiat in his tricis. i. difficultatibus, & nexibus prouinciatũ inextricabilibus plus biennio. i. q̃ biennium. Si haberem quid. i. aliquid, noui de rep. quod scriberem. i. scribere possem tibi, vsus essem cõsuetudine mea, vt perscriberem diligenter, & quid actum esset & quid sperarem futurum ex eo. s. ꝙ actum esset. Sanè omnia adhæserũt in Cilicia. i. firma manserunt, & immutata tanquam vi quadam. Marcellus vrget. i. vrgenter procurat illud idem. s. quod antea vrgebat de prouincijs. s. successoribus decernendis: sed neq; potuit efficere adhuc senatum frequẽtem, vt. s. de ea re senatusc. fiat. Hoc scilicet factum fuisset, si Curio sup. fuisset tribunus anno præterito, & sup. non isto, & eadem actio de prouincijs introijt. s. in curiam, vt non fallat. i. lateat te q̃. i. quantum facile sit nunc impedire omnia. i. omnium prouinciarum successionem, & quã. i. quantum, hoc superet. i. suppeditet Cæsari, qui nõ curet remp. sua causa. i. proprium commodum.

PAVL. MAN.

QVONAM silice iam omnia} liber vetustis Ioãnis Scalæ sic habet, Quodã oĩa in Sicilia: Bernardini Maffei, Quodã victilicra oĩa: Qui est in Medicea bibliotheca, & qui apud Vbaldinũ Bandinellũ, Quodã incilicia oĩa. vulgata lectio non est in antiquis libris. videndũ an ita legi possit, Quodã incili iam omnia. notum aũt, incile quid sit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Prior pars epistolæ Appij causam Ciceroni indicat: &,quid in ea ab ipso faciendũ sit,monet: posterior vero narrationẽ habet earũ rerũ, quæ à Curione in Cæsaris gratiã facta sunt, aliasq; narrationes festiuas. post hæc redit ad Appium,& ad pantheras: de quibus multis epistolis agit.
ep.10. lib.3 *Huic epistolæ respondet Cic.lib.2.epist.13.& epist.11.lib.3.

M. COELIVS S. D. M. CICERONI. 6

NON dubito, quin perlatum ad te sit, Appium à Dolabella reum factũ, sanequàm non ea, qua existimaueram, inuidia. neq; enim stulte Appius, qui, simul atq; Dolabella accessit ad tribunal, introierat in
ep.10.lib.3 urbem,* triumphiq; postulationem abiecerat. quo facto
epist.2. h.l. * retudit sermones: paratiorq; uisus est, quàm sperauerat accusator. is nunc in te maximã spem habet. scio tibi eum non esse odio. quàm uelis eum obligare, in tua manu est: tum quo simultates si tibi non fuissent, liberius tibi de tota re esset. nunc, si ad illam summã seueritatem legitimum ius exegeris; cauendum tibi erit, ne parũ simpliciter, & candide posuisse inimicitias uidearis. in hãc partem porrò tutum tibi erit, si quid uolueris, gratificari. nemo enim necessitudine, & amicitia te deterritũ ab
epist.2. l.2 ad Quin.F. officio dicet. Illud mihi occurrit, quòd inter *postulationem, & nominis delationem uxor à Dolabella discessit.
ep.12.lib.3 quid mihi discedens * mandaris, memini; quid ego tibi scripserim, te non arbitror oblitum. nõ est iam tẽpus plu
vt ei Tullia matrimonio iungatur. ra narrandi. unũ illud mouere te possum: si * res tibi non displicebit, tamẽ hoc tempore nihil de tua uoluntate ostẽdas, & expectes, quemadmodum exeat ex hac causa, ne qua inuidiosum tibi sit, si emanarit. porrò significatio ulla si intercesserit, clarius, quàm deceat, aut expediat, fiat. neq; ille tacere eã rem poterit, quæ suæ spei tã opportuna acciderit, quæq; in negotio conficiendo tanto illustrior erit: cum præsertim is sit, qui, si perniciosum sciret esse loqui de hac re, uix tamen se contineret. Pompeius
nam Põp. filius erat Appij gener epist.4. lib.3. dicitur ualde pro Appio * laborare, ut etiam putent alterutrum de filijs ad te missurũ. hic nos omnes absoluimus, & hercules cõfecta, omnia fœda, et inhonesta sunt. Consules autem habemus summa diligentia. adhuc S.C. nisi de ferijs Latinis, nullũ facere potuerunt. Curioni no
ep.13.lib.2 stro tribunatus * conglaciat. sed dici nõ potest, quo modo hic omnia iaceant. nisi ego cum tabernarijs, & aquarijs
ep.20.lib.5 ad Att. pugnarem,* ueternus ciuitatẽ occupasset. si Parthi uos nihil calfaciunt, nos hic frigore frigescimus. tamen, quoquo modo hic omnia iaceant, potuit sine Parthis.* Bibulus in Amano nescio quid cohorticularũ amisit. hoc sic nuntiatum est. Quod tibi suprascripsi, Curionem frige-
minime otiosus est. ep.7 l.3. ad Att. re: iam * calet: nam feruentissime concerpitur: leuissime enim quia de interkalando non obtinuerat, transfugit ad populum, & pro Cæsare loqui cœpit, legemq; uiariam non dissimilẽ agrariæ Rulli, et alimentariam, quas
se latorum. iubet ædiles metiri,* iactauit. hoc non dum fecerat, cum priorem epistolæ partem scripsi. Amabo te, si quid, quod opus fuerit, Appio facies, ponito me in gratiam. De Dolabella integrum tibi reserues, suadeo. & huic rei, de qua loquor, & dignitati tuæ, æquitatisq; opinioni hoc ita facere expedit. Turpe tibi erit pãtheras Græcas me non habere. Vale.

RVBEN. NON dubito} Quẽadmodũ patet lib.3.epist.q̃ incipit: Cũ est ad nos allatũ,&c.& alijs duabus sequẽtibus p̃dictã, accusatus fuerat Appius à Dolabella, & à quibusdã fautoribus Dolab. ambitus, & maiestatis, ex quo cũ triũphum de reb. gestis in Cil. esset petiturus, amiserat eius habẽdi spẽ. q̃ rẽ hac epistola Cœlius indicat Cic. ostenditq; eũ plurimũ prodesse posse Ap. sed monet eũ, vt ita ei prosit, vt videat omnino deposuisse oẽs inimicitias & simultates, quas ante habuit cũ ipso Appio: dicit aut Põp. ei plurimũ fauere, & pro eius causa laborare. Narrat p̃terea q̃dã, quæ fecit Curio in fauorẽ Cæs. postremo rogat Cic. Cœlius, vt eũ in gr̃a Appij ponat. & rursus ab eo panteras græcas petit. {Factũ reũ} accusatũ ambitus, & maiestatis. {Nõ ea} nõ tãta. {Inuidia} maleuolẽtia. {Neq;.n. stulte} .s. fecit. {Simulatq;} cũ primũ, statim. {Ad trib.} vbi sedebãt iudices, apud quos eũ accusauit. {Abiecerat} deposuerat. {Triũphi} de rebus in Cil. gestis, cui præfuerat ante Cic. vt lib.3. visũ est. {Accusator} Dolabella. {Is} Appius. {Eum} Appiũ. {In tua manu} .i. in potestate. {Quàm} .i. quantũ. {Velis eũ obligare} adiuuãdo eũ cõtra Dol. {Liberius} magis in potestate tua, vt & non faueres ei si nolles, quia nemo diceret te fauere hoc odio. {Nũc} dicit oĩno, ei esse fauẽdũ, ne videat aliq̃d retinuisse de veteribus inimicitijs. {Ius legitimũ} iustũ ius recõciliationis. {Parum simplr} .i. parũ sincere. {Et parũ cãdide} .i. parũ benigne, & pure. Horat. Albi nostrorũ sermonũ cãdide lector. {Tutũ} sine periculo, & infamia tua. {Deterritũ} ab off. i. p̃termisisse officiũ tuũ erga App. {Necessitudine} q̃ est tibi cũ Dolab. {Occurrit} in mentẽ venit. {Discessit à Dolabella} reliq̃t Dolabellã, fecit cũ eo diuortiũ. {Quid mãdaris mihi} nõ dicit quid sit, intelligimus ei mãdatũ fuisse à Cic. vt si q̃s inueniret aptus, cuius matrimonio Tullia locaret, se certiorẽ faceret, vel daret operã, vt etiã nõ admonito patre, locaret, sicut ipse Cic. lib.3. ad Appium scribẽs testatus est. Vnde nũc Cœlius significat Dolabellã esse fuisse vxore, & se memorẽ eius mãdati. {Quid scripserim} conijcimus eũ scripsisse multa de Dol. {Hoc t̃pe} nũc ex hac causa, q̃ habet cũ Appio. {Quẽadmodũ} an cũ honore, an turpiter. {Inuidiosum} carũ. {Emanarit} effluxerit. {Porrò} deinde. {Significatio} demõstratio tuæ volũtatis. {Clarius} manifestius. {Quã dec. aut q̃ expediat} neq; decet, neq; expedit res matrimoniales à multis sciri priusquã cõficiant. {Ille} Dolabella. {Tã opportuna} accõmodata, vtilis. {Cũ is sit} .i. talis naturæ. {Vix se cõtineret} q̃n loqueret. {Alterutrũ} alterũ. {De filijs} .s. suis vel Sex. Põp. vel Cn. Põp. {Hic} Romæ. {Nos oẽs} cõsules prouinciarũ {Cõfecta} facta, instituta {Et} .i. etiã. {Sũma diligentia} ironice q.d. negligentissimos. {Ferijs Latinis} Latinæ feriæ, vt scribit Var. dicebãt dies cõceptiuus, dictus à Latinis populis, q̃bus ex Albo mõte & sacris carnẽ petere fuit ius cũ Rom. à q̃bus Latinis latinæ dictæ sunt. {Cõglaciat} friget. {Iaceãt} sint p̃strata, & deiecta. {Nisi ego} signãt Cic. iocose hoĩes deditos esse pigritiæ, ita vt ea marcescãt {Aquarijs} ijs q̃ vẽdũt aquã. Iuuen. Venit & cõductus aquarius. {Ex tabernarijs} i. cauponibus q̃ vinũ vendũt. {Pugnarẽ} resisterẽ, ne facerẽt copiã aquæ, & vini. {Veternus} auctore Seruio, morbus est intercus. i. hydrops, qui homines efficit pigros, vnde & pro pigritia ponitur apud Virg in Georg. Nec corpore diu passus sua regna veterno. Bibit autem multũ veternosus, vt oñdit Horat. Crescit indulgẽs sibi durus hydrops. Nec sitim pellit, nisi cã morbi Fugerit venis, & aquosus albo Corpore languor. & Cato ait, veternosus quãplurimũ bibit, tã plurimũ sitit. {Occupasset} innasissent i. oẽs iam essent veternosi. {Parthi aff. nos nihil} .i. nihil curamus. in quodã codice scriptũ erat, sed Parthi vos calefaciũt. {Potuit sine Parthis} .s. esse, vt oĩa iacerẽtur. {Bibulus} q̃ p̃erat Syriæ. {In Amano mõte} de quo diximus in 3. lib. {Cohorticularũ} .i. paruarũ cohortiũ. {Sic} .s. eũ amisisse. {Quòd supra} cõstat hãc epistolã scriptã esse quodã interuallo t̃pis. q̃a ergo supra dixerat, q̃ tribunatus glaciat Curioni, nũc se corrigit, & dicit multũ calere. {Cõcerpitur} dilaceratur {Leuissime} stultissime. {Viariã} de vijs quæ quid cõtineret, nõ facile scitur. {Alimentariã} legende alimẽtis {Agrariæ Rulli} .i. legi quã Rullus de agris diuidundis tulerat. {Iactauit} publice nominauit: {Quas leges} viariam & alimẽtariam. {Iubet ædiles metiri} vult ædiles falso dicere esse probatas. {Hoc} q̃ iactasset has leges. {Ponito me in grat.} dicito ei persuasum à me, vt ita faceres. {Integrum} vt mihi ostendas de voluntate tua collocandæ filiæ. {Huic rei} matrimonio filiæ. {Dignitati æquitatis tuæ} quantum pertinet ad Appium.

NON dubito} Visum est lib.3. accusatus fuerat Appius Pulcher ambitus à Dolabella, & fautoribus eius, quare triũphũ amisit: quod nũc Cœlius scribit, monẽs Cic. vt deposita simultate Appio recõcilietur. Ordo est. Nõ dubito q̃n perlatũ sit ad te Appiũ .s. Pulchrũ, q̃ ante Cic. Ciliciã receperat, factũ reũ .s. ambitus, & maiestatis, à Dolabella, qui postea gener Ciceroni fiet, sanè nõ ea .i. tãta inuidia q̃ .i. quãtũ, existimauerã .s. Appio futura Neq;.n. Appius stulte sup. egit, q̃ simul atq; .i. statim, postq̃ Dolab. accessit ad tribunal .s. accusaturus Appiũ, introierat i vrbẽ, & abiecerat postulationẽ triũphi, q̃ ASCEN.

qui ſpetabat,foris manebat,donec decretum ſenatus fieret,quo facto Appius retulit ſermones.i.rñdit, & viſus eſt paratior.ſ.ad ſeſe purgandū, q̃ accuſator.ſ.Dolabella ſperauerat. Is.ſ.Appius habet nūc maximā ſpē in te. Scio eū.ſ.Appiū non eſſe tibi odio eſt in manu i.ptāte tua, obligare eū.ſ.tibi q̃.ſ.quantū velis,cum quo.ſ.Appio,ſi ſimultates nō fuiſſent tibi.ſ.prius, eſſet tibi liberius.ſ.agere,de tota re,q̄a poſſes eū iuuare,& deſerere,vt velles. Nūc ſi exegeris legitimū ius.i.rigorē iuris ad illā ſummā verita tē.i.iuſtitiā,ſicut verū pro iuſto ſæpe ponit,cauendū erit tibi, ne videaris poſuiſſe.i.depoſuiſſe inimicitias, parū ſimplr.i.ſine dolore & parū cādide.i.ſine liuore. In hāc,&c. Ordo eſt. Porrò.i. ſed tutū erit tibi ſi q̄d volueris gratificari.i.gratū facere Appio, in hāc partē.ſ.mitiorē. Nemo.n.dicet te deterritū ab officio,ne ceſſitudine,& amicitia,q̃.ſ.tibi eſt cū Dolabella,vr̄ tñ nōdū,hęc cū ſcriberent.Ciceroni gener factus,q̄a id poſt Appij liberatio nē purgauit lib.3.q̄d etiā ſequens ep̄la cōprobat. vnde intelligā, ideo id neminē dicturū eo,ꝙ tūc nulla fuerat Ciceroni cū Dola bella neceſſitudo,aut amicitia.Illud ſ.q̄d ſeq̄tur,occurrit mihi, ꝙ vxor.ſ.Dolabellæ diſceſſiſſet.ſ.ꝑ diuortiū, à Dolabella inter poſtulationē.i.vacationē in ius,& delationē nominis.ſ.rei.Memini.i.memoria teneo,ꝙ tu diſcedēs.ſ.in ꝓuinciā,mādaris pro mādaueris mihi,q.d.ꝙ Tulliā tuā idoneo marito locarē, te incōſulto.Et arbitror te nō oblitū,q̄d ego ſcripſerim tibi.ſ.de Do labella,q̃ eſſet idoneus gener futurus.Tēpus narrādi plura non eſt iam.Ego poſſem monere te illud vnū, ſi res nō diſplicebit ti bi,ſup.cū Dolabella poſſe matrimoniū cōtrahi: tñ nihil oſtēdas de volūtate tua hoc t̄pe.ſ.lite pēdēte,& expectes quēadmodū.ſ. Dolabella accuſator,exeat ea hac cā.i.accuſatione Appij.Denique ſi emanarit.i.diuulgatū fuerit filiā tuā nubere Dolabellæ, Appij accuſatori,id ſup.ſit tibi inuidioſum. Porrò.i.ſed, ſi vlla ſignificatio.ſ.volūtatis tuæ itercesſerit.i.interuenerit,id ſup.fiat clarius.i.manifeſtius,q̃ deceat,aut expediat.i.vtile ſit,& ita monet,vt occultiſſimū habeat.Neq; ille.ſ.Dolabella, poterit tacere eā rē.i.tua volūtate filiā tuā tibi deſponſatā, quæ.ſ.res.accide rit tā oportuna ſpei ſuæ.ſ.de cōdēnatione Appij, quæq;.i.& q̃.ſ. res,erit tāto illuſtrior.i.clarior & magis ꝑſpicua,in negotio cōficiundo.i.perficiūdo,præſertim cū.ſ.Dolabella,ſit is.i.talis, qui ſi.i.etſi ſciret ꝑnicioſum eſſe loqui de hac re.ſ.q̃ inter nos agimus,hoc eſt de matrimonio filiæ tuæ:tñ.i.nihilominus vix.i.cū ſumma difficultate,cōtineret ſe.i.abſtineret à loquēdo.Pōpeius dr̄ valde laborare pro Appio.i.vt Appius abſoluat̃ q̄d etiā cōtigit vt etiā putēt.ſ.hoīes Pōp.ſup.miſſurū ad te alterutrū de filijs.ſ.ſuis,vel Seatū,vel Cneū,ideo aūt miſſurus putabat̃.vt Cic. qui tūc erat in ꝓuincia,vbi Appius crimē cōmiſiſſe accuſabat̃, facta q̄ōne,& vt dn̄t,informatione, beneuole rē interpretetur, & ad ſenatū reſcribat. Nos oēs abſoluimus.ſ.quodā præiudicio, hic.i.Romæ,ſup.Appiū,hoc eſt opinamur eum abſoluendū, & Hercule.i.ꝑ Herculē,oīa cōcepta.ſ.crimina, de Appio.i.quæ in eius accuſationis libello cōtinētur,ſup.ſunt fęda & moleſta.Autem.i.ſed,nos habemus cōſules ſumma diligētia.ſ.præditos,q̄d (vt Hubertino placet) per ironiā dicit.nā addit,ipſi ſup.nullū.i. nō vllū nō potuerūt facere adhuc ſenatuſc.i decretū ex ſenatus ſn̄ia factū,niſi de ferijs latinis ſ.celebrandis.Tribunatus cōglaciat.i.friget plurimū,hoc eſt abolitur,Curioni nr̄o,ſed non pōt dici qūo oīa laceāt.i.neglecta ſint, & torpeant hic.i.Romæ,niſi ego pugnarē cū tabernarijs & aquarijs.i.vendētibus vinū, aut portātibus aquā pretio.Iuuen. Veniat cōductus aquarius.veternus.i.torpor ex morbo intercute,& hydrope,occupaſſet ciuitatē nimio potu.quocirca dicit ſe pugnare cū tabernarijs.i.cauponibus & aquarijs,ne.ſ.tm̄ vini potus venderent,aut ex corpore. Vnde Philippus Beroaldus ex hoc loco argumētatur lib.aj.in epiſt cuius principiū eſt, Raras tuas quidē,&c. vbi vulgo legit̃, Erat in eadē epiſtola veteranus ciuitatis,legendū eſſe,veternus ciuitatis.Hic.n.inq̄t Pōpeiū appellat quo legionū Romanarū præfecto nullū exercitamentū P.R.dabatur.Hæc ex illo.Verūtamē nō vr̄ dicta epiſtola huic rñdere, propterea ꝙ dicit in eadē epiſtola ſcriptū eſſe manu Cęlij,Cic.nō defendi à Curio,ſed potuit illa pars ſeorſum ſcripta deleta eſſe. Veruntñ minus placet,ꝙ dicat Pōp.Veternū dici cū dicat ſe gaudere q̄d amicus in otio ſit.Intelligā ergo de otio totius ciuitatis,aut intercute, vt dixi,aut nimia potatione,melius tñ de corpore, eo ꝙ præmiſit qūo hic omnia iaceant,q.d.nullā litem agitari, niſi cū tabernarijs,& aquarijs pugnaret.ſ.in foro iudiciali,accuſando nos pluris iuſto pretio operā ſuā,aut aquā vendere,illas res corruptas. Si Parthi nihil calfaciūt nos aut vos.i.ſi nullū incutiūt timorē, nos nihil frigeſcimus.i.frigidi ſimus,aut ſumus, frigore.i.metu, eo ꝙ metus frigus inducit,vſq; adeo vt frigus pro metu ponat̃.

Aeneid.1.Extēplo Aeneę ſoluunt̃ frigore mēbra.tñ quoqūo.i. qūocunq; oīa iaceāt hic, potuit.ſ.Veternus eſſe,ſine Parthis.i. niſi Parthi nos ſolicitos facerēt.Bibulus,q̄ Antiochiā curabat, amiſit neſcio q̄d cohorticularū in Amano.ſ.mōte, in confinio Ciliciæ hoc eſt nunciatū.ſ.ſenatui nūc ſic,q̄d.i.q̃q̃ ſcripſi tibi ſupra,Curionē frigere i.in otio eſſe,ipſe calet iam.ſ.rubore.nā cōcerpitur.i.à multis carpit̃ feruētiſſime.Enim.i.q̄a ipſe nō obtinuerat intercalādo.i.remittēdo,ipſe trāſfugit leuiſſime.i.inconſtantiſſime,ad populū,& cępit loqui pro Cæſ.& iactauit legem viariā.i.de vijs faciēdis,nō diſſimilē Agrariæ.ſ.lege,Rulli.i.quā Rullus tulit & iactauit legē alimētariā.i.de alimētis faciendis, quas ſ.leges,ipſe iubet ædiles metiri.i.metiendo exercere, & in vſum adducere. Hubertinus legit mētiri.q̄d nō placet.Cū ego ſcripſi priorē partē epiſtolæ.ſ.huius(nā prius vnā partē ſcripſerat,deinde poſt aliquot dies eam abſoluit, nō deletis prius ſcriptis) ſup.Curio nondū fecerat hoc.i.nondū iactauerat Amabo te blandienter dictū,ſi facies quid i aliquid,quod fuerit opus.i. vtile Appio,ponito me in gratiam.ſ.Appij· ſuadeo ſup.vt ſerues tibi ſup.negotiū de Dolabella integrū, ita vt eū & ſuſcipere generum,& refutare libere poſſis. Expedit.n.& huic rei de qua loquor.i.matrimonio filiæ tuæ,aut gratiæ Appij cōſeruandæ,& dignitati ęquitatis tuæ facere hoc ita,quod opinio eſt. Me non habere.i.ſi non habuero,cum munera ædilitia dabo, Pantheras Græcas,erit turpe tibi, quia culpaberis defuiſſe amico.

ONFACTA, omnia fęda, & inhoneſta ſunt} hoc in loco vetuſti libri inter ſe diſcrepāt.nō eū, quē hēt Ioan nes Scala,vt minus deprauatū,ſecuti ſumus: ſic.n.in eo legit̃:cōfecta oīa fęda,& inhoneſta ſunt.ex quo adducti ſumus,vt vna litera immutata,legeremus:confecta, oīa fęda,& inhoneſta ſunt.poſt in Petri Bēbi libro,cōfecta oīa,diſerte ſcriptū animaduerti.} Tabernarijs} aquarū ius penes ędiles,& cēſores erat. itaq; cū tabernarij publicas aquas i ſuū vſū deducerēt, Cęlius,q̄ tūc ædilitatē gerebat,ea de re cū tabernarijs & aquarijs pugnauit:cōcionē ēt de aq̄s ſcripſit,cuius meminit Frōtin° lib.2.de aquæ ductib.} Viariā }dicit neſcio q̄d Appianus de vijs à Curione iſtauratis:tñ,Vinariā,magis ꝓbarē,q̃ Viariā,& poſt, Queis iubet ædiles metiri.vt.h.d.iubet ædiles legibus, quas ipſe fert,vinū,& alimēta populo metiri.legē & P.Clodius tulerat de annona: de qua in orōne pro Sextio,& Aſconius in Piſonē. PAVL. MAN.

APVD Cic.in epiſt.fam.à Cęlio concinnatis, vr̄ eſſe aquarij,qui aquā circumferunt venalem. Niſi ego,inquit,cū aquarijs & tabernarijs pugnarē, ciuitatē Veternus occupaſſet.Iuuē. Veniat cōductus aquarius Aquaria prouincia in Cicerone aduerſus Vatiniū,cura eſt quæſtorijs, præfecta mercibus,quæ mari vel omnino aquis ſubuehūtur, ne quid exportetur. Sed & publicis aquis præfici ſolitos quoſdā ſcimus.De quibus q̄n̄q; ſit S.C.factū,vt cū eius rei cauſa extra vrbem forent,lictores binos,& ſeruos & publicos ternos, architectos ſingulos,& ſcribas,& librarios,accēſos, & præcones totidē habere liceret.Hoſce dici q̄n̄q; aquarū curatores animaduerto, interdum & aquarios.Iulius Frontinus,Ille aquariorū tollendus reditus,quē vocant punctā.Et mox docet fuiſſe quendam, qui appellaretur à punctis.Pertinebāt & ad eandē aquarum rationem,qui vocabantur villici,caſtellani,ſilicarij,rectores. Sed hæc fermè miniſteria erant.Alibi Frontinus, aquariorū fraudē nominat,quos aquas ex publicis ductibus in priuatorum vſum deriuare deprehēdiſſet.Super qua re Cęlij Rufi edita quoq; legebatur oratio,cui titulus fuit.De aquis: vbi aquariorū dolo,irriguos agros,tabernas,cęnacula ꝑpetuis ſaliētibus coarguebat inſtructa.Vnde illuſtratur Cęlij eiuſdē locus, de quo diximus. COEL. RHOD. Antiq.lect. lib.18.c.40.

ARGVM. Scribit de belli Parthici periculo,de Cornificij nuptijs, de Valeriæ diuortio, de Ocellæ adulterio.

M. COELIVS S. D. M. CICERONI. 7

*QVAM cito tu iſtinc decedere cupias, neſcio: ego quidem eo magis, quo adhuc felicius rem geſſiſti.dū iſtic eris,de belli Parthici periculo cruciabor, ne hunc riſum meum metus *aliqui perturbet. Breuiores has literas properanti publicanorum tabellario ſubito dedi. tuo liberto pluribus uerbis ſcriptas pridie dederā. Res autem nouæ nullæ ſane acciderunt niſi hæc uis tibi ſcribi, quæ certe uis Cornificius adoleſcens *Oreſtillæ filiam ſibi deſpōdit. Paulla Valeria,ſoror Triarij, diuortium*

*pro, aliqs, antique,

*Oreſtilla vxor Catilinæ fuerat Saſt.

diuortium sine causa, quo die uir e prouincia uenturus ep.7.l.11. *erat, fecit. nuptura est D.* * *Buto. nō dum retulerat. multa in hoc genere incredibilia, te absente, acciderunt. Ser.* * *Ocella nemini persuasisset se mœchum esse, nisi triduo* ep.13.3.a. *bis deprehensus esset. quæris. ubi? ubi hercules ego minime uellem. relinquo tibi, quod ab alijs quæras neq;.n. displicet mihi, imperatorem singulos percunctari, cum qua sit aliquis deprehensus. Vale.*

HYAAR. QVàm cito} Cœlius primum se cupere dicit, vt Cic. ex prouincia discedat & sua, & ipsius Cic. cā. deinde quædam iocosa, & risu digna scribit, & præcipue Ocellam repertū in adulterio, sed nō dicit cū qua muliere. vult .n. vt Cic. id ab alio perquirat. Hæc epistola satis faceta, & facilis est. {Istinc} ex Cilicia. {Ego magis} .s. cupio, vt discedas. {Quo} quāto. {Aliqs metus} de isto bello, & periculo Parthico cui cā. {Hunc risum meū} de ijs rebus, quæ ridēdæ acciderūt. {Pridie} heri. {Quæ certe vis} .s. scribi tibi. {Despōdit sibi filiū} non intelligo, quod fecerit filiū responsum suū, sed quod fecerit eum sponsum. vt dicam, ego feci mihi sponsum filium meū, nō intelligo, q̄ sit sponsus meus, sed q̄ in gratiam meam & lętitiā sit, factus sponsus. {Diuortium} discessionem, separationē a marito. {Triarij} nomē propriū. {Sine causa} quia multę erāt cāæ diuortij vt exponūt iurisc. ff. diuort. {Nondū retulerat} ad seipsum dicit qui nondū dixerat hoc. {In hoc genere} talia qualia hæc sunt. {Ocella} hic est ille, de quo Cic. lib. 2. ad Cœlium scribens, dicit de Ocella parū ad me scripseras, & in actis non erat. {Nemini persuasisset} nemini fecisset credibile. {Triduo} in tribus diebus. {Deprehensus} in adulterio, & proprie deprehendi dicuntur nautæ, & adulteri. De nautis Virg. Aen. Hūc ego si Getulis agerem, si syrtibus exul, Argolicó ue mari deprehensus, & vrbe Mycenæ. de adulteris Horat. in sermon. deprehensi nō bella est fama Treboui. {Quęres} voles scire. {Vbi} in qua domo vel in qua muliere. {Minime vellem} .s. deprehensum, vbi deprehensus est. erat. n. fortasse deprehensus apud amicum. {Relinquo tibi} .s. hoc. {Imperatorem} sicut es tu. {Percontari} interrogare. {Singulos} qui Roma istuc veniunt. {Cum qua} muliere nam hoc pacto aliquis tandem tibi dicet.

ASCEN. QVàm, &c} Dicit se cupere vt Cic. ex prouincia discedat, affertque iocosa quædam vt pote Ocellum deprehensum in adulterio, nec tamen dicit cum qua volēs Cic. id ex alio inquirere. Ordo est. Nescio quā. i. quantum cito tu cupias discedere istinc. i. ex prouincia vbi nūc es. ego quidem cruciabor de periculo i. propter periculum belli Parthici, dum. i. donec eris istic. i. in Cilicia, eo. i. tāto magis, quo .i. quanto felicius gessisti adhuc res, quia fortuna solet mutari, nec cuiquam esse perpetuo bona. Vnde Philippus, Macedo cū tres lætos nuntios vno die accepisset, deos precatus est, vt modicum supplicij pro tantis bonis reponant. Ne aliquis metus perturbet hunc. i. quem hic habeo. risum meum. Ego dedi tabellario. i. ad tabellarium, hoc est literarum perferendarum ministro, publicanorum. i. qui publica conduxerunt properanti. i. festinanti subito has literas breuiores, dederam pridie. i. die præcedenti hanc tuo liberto literas sup. scriptas pluribus verbis. Autem. i. sed res sane. i. multum, nouæ nullæ acciderūt, nisi vis hæc .i. huiusmodi res scribi tibi, quæ certe uis quia ridicula putat. Cornificius adolescens despondit sibi filiam Orestillæ. Paula Valeria soror Triarij fecit diuortium. i. dissolutionem matrimonij, & separationem à viro, sine causa supp. eo die quo die vir .i. maritus, venturus erat é prouincia. vnde Cic. reuersus etiam repudium facturus erat, ea sup. nuptura est D. Bruto, ipsa nondum retulerat. i. ad senatum tulerat, an senatu placeret. Multa incredibilia in hoc genere. s. matrimoniali, acciderunt te absente. Seruius Ocella nemini persuasisset se esse mœchum, nisi deprehensus esset. s. in adulterio bis triduo. i. intra tres dies. Quæres vbi. s. deprehensus sit. i. in cuius domo, & cum cuius vxore, Hercule sup. illic, vbi ego minime vellem. Relinquo tibi q̄ quęras ab alijs. Neq;. n. displicet mihi, imperatorem. s. te percunctari. i. interrogare singulos, cum qua aliquis sit deprehensus. q. d. sic Ciceronem quoque vxoris suæ culpam nosciturum.

PAVL. MAN. PAVLLA Valeria} alij, an hæc Bruto nupserit, dubitare videntur, propterea q̄ lib. xj. Pollam Bruti vxorem fuisse perspiciāt. ego nupsisse existimo, & eam ipsam esse, quæ lib. xj. appellatur Polla: vt, quemadmodum ab aula olla, sic à Paulla Polla dicta sit. {Non dum retulerat} si ita legatur, subintelligi poterit, dotē. sed mihi non displicet amicissimi mei coniectura, qui ita legendum putat, mundum retulerant. mundus antem muliebris qui sit exponit Liu. lib. 34. Munditiæ, inquit, ornatus, & cultus, feminarum insignia sunt. hunc mundum muliebrem appellarunt maiores nostri.

ARGVM. Varia scribit, primum de iudicijs quibusdam, tum de rep. satis copiose, postremo de se ipso.

M. COELIVS S. D. M. CIC. 8



ETSI de rep. quæ tibi scribam, habeo: tamen nihil, quo magis gauisurum te putē, habeo, quàm hoc. scito C. Semproniū Rufum, Rufum, mel, ac delicias tuas calumniam maximo plausu tulisse: quæris qua in causa? M. Tutium, accusatorem suum, post ludos Romanos reum lege Plotia de ui fecit, hoc consilio, quòd uidebat, si extraordinarius nemo reus accesisset, sibi hoc anno causam esse dicendam. dubium porro illi non erat, quid futurum esset. nemini hoc deferre munusculum maluit, quàm suo accusatori. itaq; sine ullo subscriptore descendit, & Tutium reum fecit. at ego, simul atque audiui, inuocatus ad subsellia rei accurro: surgo, neque uerbum de re facio: totum Sempronium usq; eò perago, ut Vestorium quoq; interponam, & illam fabulam narrem, quemadmodū tibi pro beneficio dederit, si quid iniurijs suis esset, quod Vestorius teneret. Hęc quoq; magna nunc contentio forum tenet. M. Seruilius, postquā, ut cœperat, omnibus in rebus turbarat, nec, quod non uēderet cuiquam, reliquerat; maxima nobis traditus erat inuidia: neq; Laterensis prætor, postulante Pausania, nobis patronis, quo ea pecunia peruenisset, recipere uoluit. quòd Pilius, necessarius Attici nostri, de repetundis eū postulauit: magna illico fama surrexit, & de damnatione feruenter loqui est cœptum. quo uento proijcitur Appius minor, ut indicet, pecuniam ex bonis paternis peruenisse ad Seruilium, præuaricationisq; causa diceret depositum HS LXXXI. *admiraris amētiam. quid, si actiones stultissimas quid, si nefarias patris confessiones audisses? mittit in consilium eosdem illos, qui litis æstimarant, iudices. cum æquo numero sententiæ fuissent, Laterensis, leges ignorans, pronuntiauit quid singuli ordines iudicassent: & ad extremum, ut solent, Non redigā. postquam discessit, & pro absoluto Seruilius haberi cœptus; legisq; unum & centesimum caput legit, in quo ita erat;* QVOD *eorum iudicum maior pars iudicarit, id ius, ratumq; esto: in tabulas absolutum non retulit, ordinum iudicia perscripsit. postulante rursus Appio, cum L. Lollio transegit, & se relaturum dixit. sic nunc neq; absolutus, neq; damnatus Seruilius, de repetundis, saucius, Pilio tradetur. nam, de diuinatione, Appius, cum calumniam iurasset, contendere ausus non est, Pilioq; cessit; & ipse de pecunijs repetundis à Seruilijs est postulatus, & præterea de ui reus à quodam suo emissario est factus. recte hoc par habet Quod ad remp. pertinet, omnino multis diebus, expectatione Galliarum actum nihil est. aliquando tamen, re sæpe relata, & grauiter acta, & plane perspecta Cn. Pompeij uoluntate in eam partem, ut eum decedere post kal. Mart. placeret, S. C. quod tibi misi, factum est, auctoritatesq; perscripta. S. C. auctoritas. Pridie kal. Oct. in æde Apollinis, scribendo affuerunt, L. Domitius Cn. F. Aenobarbus, Q. Cæcilius Q. F. Metellus Pius Scipio, L. Villius L. F. Pomp. Annalis, C. Septimius T. F. Quirina, C. Lucceius C. F. Pup. Hirrus,*

C. Scribo-

C.Scribonius C.F.Pop. Curio, L.Atheus L.F.An. Capito, M.Oppius M.F.Terētina. Quod M. Marcellus cos. V.F. de prouincijs consularibus: D.E.R.I.C. uti L. Paullus, C.Marcellus cos. cum magistratum inissent, ad ex kal.Mar. quæ in suo magistratu futuræ essent, de consularibus prouincijs ad senatũ referrēt, ne'ue quid prius ex kal.Mart. ne'ue quid coniunctim de ea re referretur à consulibus: utiq; eius rei causa per dies comitiales senatum haberent, S.Q.C.facerent: & cum de ea re ad senatum referretur à consulibus, qui eorum in CCC. iudicibus essent, sex abducere liceret. si quid de ea re ad populum, plebem'ue lato opus esset, ut Ser.Sulpicius, M.Marcellus cos. præt. trib.pl. quibus eorum uideretur, ad populum, plebem'ue ferrent: quod ij non tulissent, uti quicunque deinceps essent, ad populum, plebem'ue ferrent. I.V. Pridie kal.Oct. in æde Apollinis. scribendo affuerunt, L. Domitius Cn. F. Abenobarbus, Q.Cæcilius Q.F. Metellus Pius Scipio, L.Villius L.F. Pomp. Annalis, C.Septimius T.F.Quirina, C.Scribonius C.F.Pop. Cu- L.Ateius L.F.An.Capito, M Oppius M.F.Terentina.

Quod M. Marcellus cos. V.F. de prouincijs: D.E.R.I.C. senatum existimare, neminem eorum, qui potestatem habent intercedendi, impediendi, moram afferre oportere, quo minus de rep. quamprimum ad senatum referri, S.Q.C. fieri possit: qui impedierit eum senatum existimare contra remp. fecisse: si quis huic S.C. intercesserit; senatui placere, auctoritatem perscribi, & de ea re ad senatum, populumq; referri. Huic S.C. intercessit C. Cælius, L.Vicinius, P.Cornelius, C.Vibius Pansa. Item senatui placere, de militibus, qui in exercitu C. Cæsaris sunt, qui eorum stipendia emerita, causas, quibus de causis missi fieri debeant, habeant, ad hunc ordinem referri, ut eorum ratio habeatur, causæq; cognoscantur. si quis huic S.C. intercessit; senatui placere, auctoritatem perscribi, & de ea re ad senatum, populumq; referri. Huic S.C. intercessit C.Cælius, C.Pansa trib. pl. Itemq; senatui placere, in Ciliciam prouinciam, inq; VIII. reliquas prouincias, quas prætorij proprætores obtinerent, eos, qui prætores fuerunt, neq; in prouincia cum imperio fuerunt, quos eorum ex S.C. cum imperio in prouincias proprætores mitti oporteret, eos sortito in prouincias mitti placere: si ex eo numero, quos S.C. in prouincias ire oporteret, ad numerum non essent, qui in eas prouincias proficiscerentur; tum, uti quodq; collegium primum prætorum fuisset, neq; in prouincias profecti essent, ita sorte in prouincias proficiscerētur: si ad numerum ij non essent; tunc deinceps proximi cuiusq; collegij, qui prætores fuissent, neq; in prouincias profecti essent, in sortem conijcerentur, quoad is numerus effectus esset, quem ad numerum in prouincias mitti oporteret: si quis huic S.C. intercessisset, auctoritas perscriberetur. Huic S.C. intercessit C.Cælius, C.Pansa trib. pl. Illa præterea Cn. Pompeij sunt animaduersa, quæ maxime confidendentiam attulerunt hominibus; ut diceret, se ante kal. Mart. non posse sine iniuria de prouincijs Cæsaris statuere; post kal.Mart. se non dubitaturum. Cum interrogaretur, si qui tum intercederent; dixit, hoc nihil interesse, utrum Cæsar senatui dicto audiens futurus non esset, an pararet, qui senatum decernere non pateretur. Quid si, inquit alius, & consul esse, & exercitum habere uolet? at ille, quàm clementer: Quid, si filius meus fustem mihi impingere uolet? his uocibus, ut existimarent homines Pompeio cum Cæsare esse negotium, effecit. itaq; iam, ut uideo, alterutram ad conditionem descendere uult Cæsar; ut aut maneat, neq; hoc anno sui ratio habeatur: aut, si designari poterit, decedat. Curio se contra eum totum parat. quid assequi possit, nescio. illud uideo, bene sentientem, etsi nihil effecerit, cadere non posse. Me tractat liberaliter; & mihi suo munere negotium imposuit. nam si mihi nō dedisset eas, quæ ad ludos ei aduectæ erāt Africanæ; potuit supersedere. nunc, quando dare necesse est; uelim tibi curæ sit, quod à te semper petij, ut aliquid istinc bestiarum habeamus: Sitianamq; syngrapham tibi commendo. libertum Philonem istuc misi, & Diogenem Græcum, quibus mandata, & literas ad te dedi. eos tibi, & rem, de qua misi, uelim curæ habeas. nam, quàm uehementer ad me pertineat, in ijs, quas tibi illi reddēt, literis descripsi. Vale.

ETsi de rep.&c.} Dicit Sempronium calumnias cũ plausu tulisse, affertq; multa de rep. de S.C. & qui scribæ fuerint in eo. quæ cum sint ipsis duntaxat nota, obscuriora visa sunt Hub. quam vt à se explanētur. Nobis tñ breuiter explicanda vñr, si non planè, at qualiter poterimus. Ordo itaq; est. Etsi. i quanquã, habeo quæ scribam. i. scribere possim tibi de rep. tñ nihil habeo, quo putem te gauisurum, magis, q̃ hoc. s. quod sequitur. Scito C. Sempronium Rufum, mel. i. dulcedinem, ac delicias tuas tulisse. i. accepisse calumniam. i. contumeliam, maximo plausu, non suo, sed populi eum libenter vidētis. Quæris qua causa. s. affectus sit calumnia. Ea sup. est, q̃ fecit M. Tutium accusatorem suum. i. vnde prius accusatus fuerat, reum post ludos Rom. lege Plotia de ui. s. illata, hoc consilio, q̃ videbat si nemo accessisset reus extraordinarius cām esse dicēdã sibi. i. se esse. i defendendum anno. Nam causam dicit, qui se purgat, & defendit: sñiam dicit, qui iudicat. Porro. i. aũt sup. id non erat dubium illi. Nemini. i. non alicui, non maluit. i. non magis voluit, deferre. i. præsentare hoc munusculum. s. vt reus extraordinarius fieret, vlli, aut alicui, q̃ accusatori suo. s. M. Tutio. peramarum autem irrisionem vocat talem delationem, & accusationem munusculum. Itaq;. i. & ita, Sempronius descendit. s. in forum cārum ad litem fauendam sine vllo subscriptore. i. assensore, aut astipulatore, qui secum sentiret. Solent. n. idem sentiētes nomina sua subscribere vnde tractum, vt subscriptores sint superioris scripti approbatores, & subscribere superius scripta probare, & fecit Tutium reum. atq; ego simul, atq;. i. eodem tpe quo aut statim postquam audiui. i. Tutium à Sempronio reum factum, accurro inuocatus. i. licet non essem vocatus, ad subsellia rei. i. vbi reus sedebat cām dicturus, surgo vt more aduocati causam dicturus, neq; verbum facio de re. i. causa Tutij, aut lege de reo. s. Tutio Ego perago. i. cōuinco. Peragere. n. est, ad finem vsq; agere, tunc autem peractum est qñ quis victus, & condemnatus est. Sempronium toto. i. ex omni parte, vsq; eo. i. in tm, vt interponam, quoq;. i. etiam Nestoriũ. i. calumniam Sempronij in Nestorium, & narrem. i. recitem, illam fabulã, quemadmodũ dederit tibi pro beneficio. i. loco bñficij, si quid esset iniurijs suis quo Nestorius teneretur. i. afficeretur. Hæc quoq; magna contentio tenet. i. occupat, nunc forum. s. iudiciale. M. Seruius. s. Sēpronios inceperat. s. agere, turbarat sup. eum in omnibus rebus, neque reliquerat quidquam quod non venderet. vt dixi, obscure loquitur: neq; operæpretium esset mentem eius indagasse. Maxime. i. & sup. Seruilius, aut potius Sēpronius, erat traditus maxime. i. præcipue nobis inuidiæ. i. inuidiam. i. molestiam illi excitandam, neq; Laterensis (proprium est nomen) Pausania postulate. i. cum Pausanias postularet prætorem nobis patronis sup. entibus. alij legunt Laterense, prætore Pausania postulante nobis patronis, voluit recipere. i. approbare quo ea pecunia peruenisset. Quod Pilius necessarij Attici nostri. s. communis amici postulauit eum reum de repetondis. i. pecunijs, mala arte prouincialibus ablatis, & ita iure repetundis. Magna fama surrexit illico, & cœptum est loqui feruenter, de damnatione. s. Sempronij. Quo vēto. i. qua obiectione, Appius minor proijcitur. i. obtuitur, vt implicet. i. innuat de pecunia ex bonis patris peruenisse ad Seruilium & diceret cām præuaricationis. i. quare fecerit præuaricationem. Sestertium semel & octogies esse depositum. Dixi alibi, quia sestertium, etiam neutri est generis, & genitiuũ noium neutri generis habentiũ singularē nō solent syncopari,

ASCEN.

ne cum singularibus casibus coincidãt, cum tñ venusta sit cum numerabilibus syncope decentius dici semel, & octogies sestertium q̃ octogintarum sestertia, & sestertiorom. Scribitur aũt sestertium II.S.i.duæ lib. cum semis. Tu admiraris demẽtiã, imo actiones stultissimas. Quid sup. faceres, aut diceres, si audisses nefarias cõditiones patris.s. Apij? Ipse mittit in cõsilium illos eosdem iudices, qui æstimarant litis pro lites, cum sniæ fuissent æquo.i.æquali numero.i.tot absoluentiũ quot cõdemnantium, & econuerso. Laterensis ignorans leges pronuntiauit, quid singuli ordines iudicassent, & ad postremũ non redigant.s. iudices snias varias ad vnam certam, vt solent.s. redigere postquã.s. Laterensis discessit, & Seruilius cœptus est baberi pro absolnto, & legit vnum, aut primum, & centesimum caput legis, in quo.s. capite erat ita.s. scriptum. Id quod maior pars eorum iudicũ iudicarit, esto ius & ratũ.i.certum, & approbarum. Laterensis sup. non retulit absolutum in tabulas.i.instrumenta publicorũ actorum, perscripsit iudicia ordinum. & Appio postulãte.i.in ius vocante rursus transegit cum Lucio Lollio, & dixit sup. se relaturum.s. ad senatum, aut ad iudices. Sic Seruilius nuuc neq; absolutus, neq, damnatus de reperundis tradetur Seruio Pilio.s. discutiendus. sunt qui legant, tradetur saucius.i.læsus in fama, sed (vt dixi) oia obscura sunt. Nam cum Appius iurasset de calumnia.i.calumniã factã, de diuinatione non est ausus contẽdere.s. vltra, & cessit.i.traditus est, aut locum dedit Pilio, & ipse postulatus est à Seruilio de pecunijs repetundis, & præterea reus factus est de iure vsuũ de quodã emissario suo.s. equo cuius vsum alter sibi vendicarat. hoc par.s. contendentiũ habet se recte quia vterq; cautelosus & litium amans est. Quod.i. quantum, pertinet ad remp. nihil actũ est, oĩno multis diebus expectatione.i. propter expectationem Galliarum.s. sniæ dandæ de Gallis, aut successoribus committendis aut Cæs. prorogandis, tñ re relata sæpe, & acta grauiter, & voluntate Cn. Põpeij perspecta aliqñ.i. tandem in eam partem, vt placeret eum decedere.s. in Galliam ad succedendum Cæsari post cal. Mart. S.C. quod misi tibi, est factum, & auctoritates perscriptæ sup. sunt.i. qui eius rei auctores fuerunt. Actoritas S.C.i.senatuscõsulti, sup. scripta est prid. cal. Oct. in æde Apollinis Scribæ.i. vt dicunt notarij, aut suscriptores affuere sequentes, Lucius Domitias, &c.

PAVL. MAN. M.▸ Tutium, accusatorem suũ, &c.§ huius loci sensum, etsi obscurissimus est, tamẽ declarare conabimur. Reorum caussæ ordine agebantur. nam quæ tempote prior fuerat, eius prior item locus erat. excipiebantur tñ eæ caussæ, quæ cũ caussis iam iudicatis coniunctionem aliquam habebant, vt earum quasi appendices quædam viderentur. eiusmodi. n. caussis, etiam si post multas alias delatæ essent, tñ primus locus erat cõstitutus. itaq; in oratione ꝓ Cluẽtio, Fabricium, inquit, reũ statim fecit; vtq; ei locus primus constitueretur, propter caussæ coniunctionem impetrauit. Propter caussæ coniunctioneoı, inquit, ꝙ Fabricij causa eadem erat, quæ Scamandri, qui antea condemnatus erat. & infra in eadem oratione. Apud eosdem iudices reus est factus Oppianicus, cum is duobus præiudicijs iam damnatus esset. ab ijsdem aũt iudicibus locus ei primus est constitutus. Hoc ideo factum est, ꝙ Oppianici causa coniunctionem habebat com Fabricij, & Scamandri causa, quos iudices iam damnauerant. Excipiebãtur etiã caussæ de vi, quæ primo loco agebantur, reiectis alijs caussis, quæ tpe priores fuerant. sic Milonis causa, ꝙ erat de vi, extra ordinẽ est acta. sic M. Cœlius, cum Atratini patrem de ambitu reum fecisset, de vi postea accusatus, cãm ipse prior dicere coactus est. sic etiam C. Sempronius cũ à M. Tutio esset accusatus, & causam suam eo anno nollet agi, (forte, ꝙ ex ijs, qui tunc iudices erant, complures sibi infensos intelligeret) accusauit accusatorẽ suum lege Plotia de vi, eo consilio, vt, interposita extraordinaria cã, tempus tereretur, & suæ caussæ iudicium, cum eius agendæ spatium non esset, in annũ sequentẽ necessario reijceretur. Extraordinarius aũt reus is dicebatur, cuius causa non ordine, vt aliæ caussæ, sed primo loco semper ageretur: & inde extraordinaria causa, quæ statim ante oẽs caussas ageretur, vt cũ erat de vi, vel coniunctionem habebat cum aliqua causa antea iudicata.§ Laterensis leges ignorans, pronuntiauit quod singuli ordines iudicassent) cum ex tribus ordinibus, qui res iudicabant, duo Seruilium absoluissent, vnus condemnasset; vniuersorum autẽ iudicũ æquo numero sniæ fuissent; Laterensis, qui ordines, non snias, spectaret, absolutum credidit, seq; eum in tabulas dixit absolutum relatorum; postea, cum in lege reperisset, non ex ordinum numero, sed è iudicium maiori parte vel absoluendos, vel condemnandos esse reos; non retulit, vt dixerat, in tabulas absolutum; ordinum iudicia perscripsit. Fusius autem explicabimus, propterea ꝙ obscurior est sensus, ita vt eũ pauci viderint, nemo certe ostenderit. non. n. in quo Laterensis prætor deceptus sit, animaduerterunt. quod nos pluribus verbis, vt etiam tardiores intelligant, ostendemus. Iudicia penes tres ordines erant: qui quidem tres ordines ex senatoribus, equitibus, tribunis ærarijs constabant. fieri autẽ poterat, vt quem duo ordines absoluissent vnus condemnasset, is tñ non absolutus, sed condemnatus iudicaretur, hoc modo. Eunt in consilium senatores XXVI. equites XXV. tribuni ærarij XXIV. ex senatoribus absoluunt reum XIV. condemnant XII. ex equitibus absoluunt XIII. condemnant XII. ex tribunis ærarijs absoluunt IV. condemnant XX. si ex ordinum numero iudicaretur reus, absolutum appareret: quippe cũ ex tribus ordinibus absoluerint duo, senatorius, & equester. cum aũt lex, quod iudicũ maior pars iudicarit, id ius ratam esse velit condemnatum reum nemo est, quin videat cum snias graues habuerit XLIIII. absolutorias XXXI. prætor autem Laterensis cum ex more pronuntiare deberet, quot sententijs absolutus, quot esset condemnatus reus; leges ignorans, de numero iudicum nihil, de ordinibus, quod singuli iudicasset, pronuntiauit, ac se in tabulas absolutum dixit relarurum. postea cũ, lege perspecta, erratum intelligeret, dubius animi, quid ageret; ꝙ neque contra legem, neq; contra id, quod pronuntiarat, vellet facere; neq; absolutum, neq; damnatũ retulit; tñ ordinum iudicia perscripsit. ex quo paullo post infert Cælius: Sic nunc neq; absolutus, neq; damnatus Seruilius, de repetundis saucius Pilio tradetur. § Emissario est factus) in antiquo libro mediceæ bibliothecæ, & in duobus præterea, Petri Bembi Cardinalis, & Vbaldini Bandinelli legitur, emissa rustetio factus. forte corrigendũ, emissario, S. Tetio factus: vt existimat amicissimus meus. Tetios aũt & libertos, & amicos Claudiorũ fuisse, è qua gente erat Appius, ostendit Asconius, vbi in oratione pro Milone locũ illum exponit: Hæc insidiata Pompeio est. quanquam ibi tñ de Damione Clodij liberto loquitur. sed Damionẽ Tetię gentis fuisse, ostenditur in lib. 4. ad Atticũ epist. 3. itaq; hic Cœlius, de Appio loquẽs, Accusatus, inquit, est à quodam suo Sexto Tetio. nam cũ, Sextus, antiqui significare volebant, vel Sex. scribebãt, vel S. ita patebit & vera lectio, & snia. quò quidem eo magis inclino, ꝙ etiam in libro peruetere Caroli Sigonij scriptum video, Emissa iustitia vt in hac varietate augeatur mendi suspicio, & ad varietatem indagandam quasi latior via patefiat. § L. Iulius L. F. Pomp. Annalis § Villius, pro Iulius, reposuimus. nam Annales plebeij. & Iulij patricij. sic etiam in Liuio, vbi erat Iulius, correxit, & reposuit, ingenio doctrinaq; excellens, summa mihi coniunctus amicitia, Carolus Sigonius. POM. tribus Põptina fuit. nam ex XXXV. tribubus, aliquã, vt inquit Pedianus, necesse erat, cuiuscunq; esset ordinis, ciuis Romanus obtineret. is aũt ostendebatur à pręnomine suo, à nomine, (nomine autem familia significatur) à patris prænomine, à tribu, à cognomine, vt Philippica IX. Ser. Sulpicius Q. F. Lemonia Rufus. Lemonia. n. tribus est ablatiui casus: vt sit, ex Lemnnia, vt inquit Asconius. in lapidibus antẽ antiquis fere semper, in libris aliquando prioribus tantummodo literis significari tribus animaduertas, vt in hoc S.C. vbi. n. legitur, Pomp. sciendum est Pompt. nam intelligi: vbi Pop. Popiliam: vbi Pup. Pupiniam: vbi An. Aniẽsem: quod cum antea nõ esset exploratum, alij pro An. Cap. e.,duabus vocibus coniunctis legebant Ancapito Bernardinus autem Rutilius, in suis annotationibus credit, antiquas notas fuisse, quæ significarent, Ateij nepos. in quo quàm deceptus sit, nõ attinet dicere. si. n. ab auo ostendendus aliquis erat, nõ ab eius nomine, sed à prænomine ostẽdebatur. sed incidit in errorem, quia tribum Aniensem non agnouit, quæ duabus modo literis, vt iã dixi, scripta fuerat quæ me ratio mouit, vt vbi, Puphirrus, vno tantum verbo antea legebatur, duabus in nostro libro scriberẽ, Pup. Hirrus, id est, Pupinia Hirrus. tribus. n. ante cognomen ponebatur, vt & hic, & alibi licet videre. qm̃ autem hanc tribuum cognitionem non ita facilem esse perspicimus, (nã & Volaterranus, & Alexander, qui dies Geniales scripsit, & alij, quos non necesse est commemorate, parum videntur in suis libris earum numerum, & nomina tenuisse) studiosis non fore prorsus inutile, aut iniucundum arbitramur, si quæ in hanc rationem dispersa in veterum monumentis legũtur, coacta huc afferamus: quę cũ olim scripserim adolescens, cũ hęc noua videbantur, nunc eadem, correctione quadam, breuissime colligam. Fuerunt igitur Romanæ tribus omnino XXXV. quarum numina infra scripsimus, & scriptores aliquot, qui de ijs meminerunt, apposuimus, vt inde facilior earum, ac certior vnicuique cognitio sit.

AEMI. Aemilia. Cicero ad Atticū lib. II. Liuius lib. XXXVIII. antiquæ inscriptiones.

ANI. Aniensis. Cicero pro Plancio. Liuius lib. X. antiq. inscr.

ARNIENSIS. Cicero in agraria II. in Rullum, Liu. lib. VI. & lib. XXIX. vbi corrupte legi putamus Narniensis. nam lapis antiquus, quem Vulsinijs in templi parietibus vidimus, expressam Arniensis mentionem continet.

CLA. Claudia. Liuius lib. II. Virg. lib. VII. Dionysius Halic. lib. V. antiquæ inscript.

CLV. Clustumina. Cicero pro Plancio, pro Balbo, antiq. inscr.

COL. Collina. Varro lib. IV. de ling latina, Plinius lib. XVIII. cap. III. Fest. antiquæ inscr.

COR. Cornelia. Liuius lib. XXXVIII. antiquæ inscript.

ESQV. Esquilina. Varro lib. IV. de ling. lat. Plinius lib. XVIII. cap. III. Festus. antiq. inscr. est præterea in ædibus viri optimi, valdeq; eruditi, Gentilis Delphinij Romani fragmētum antiqui lapidis cum hac tribu.

FAB. Fabia. Horatius epist. VI. lib. I. Suetonius in Augusto, antiquæ inscr.

FAL. Falerina. Liuius lib. IX. Neapoli antiquus lapis est ita inscriptus: C. VIBTORIO. C. F. FAL. FIRMO. AEDIL. II VIR. CVRATORI. OPER. PVBLICOR. item Iosephus ἐν τῷ τῆς ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας λόγῳ ιγ κεφαλαίῳ ιζ.

GAL. Galeria. Liu. lib. XXVII. Plinius lib. VII. cap. XLIX. etsi, pro Galeria, legitur Galerius. sed corrigendus locus est ex antiquo libro auunculi mei Francisci Asulani. & antiqui. inscr.

HOR. vel HORAT. Horatia. Scriptum in libris de hac tribu nihil est: in lapidibus tamen nouites nominatur. deductam satis constat à vetere familia patricia, vt alias non paucas.

LEM. Lemonia. Cicero pro Plācio, Phil. IX. Festus. antiq. inscr.

MAEC. Mæcia. hanc in antiquis lapidibus duobus inuenimus: C. OCTAVIO. C. F. MAEC. VERO. C. HERRACIO. MAEC. ROMANO. in libris quinquies nominatam obseruauimus, à Tullio lib. IV. ad Att. epist. XIV. à Liuio lib. VIII. & XXIX. à Valerio Max. lib. II. cap. IV. à Festo.

MEN. Mentina. Cicero lib. XIII. epist. fam. Iosephus ἐν τῷ τῆς ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας λόγῳ ιγ, κεφαλαίῳ ιζ. cū quibus lapides tres consentiunt: C. VALERIO. C. F. MEN. HOLVTIO. MARCIANO. A. MVNIO. A. F. MEN. EVARISTO. C. CAIIO. C. F. MEN. BALBO. C. CAIIVS. C. F. MEN. GALLVS. & hic epist. IX. lib. XIII. puto tamen hanc tribum fuisse Meneniam potius, quàm Mentinam, & corruptum esse Iosephi locum. deducetur. n. ab antiqua familia patricia, vt aliæ octo, Aemilia, Claudia, Cornelia, Fabia, Horatia, Papiria, Sergia, Veturia. nā Publilia nomen accepit à plebeia gente.

OVF. Oufentina. Liuius lib. IX. Festus. antiquæ inscript.

PAL. Palatina. Cicero in Verrem. Pedianus, Varro lib. IV. de ling. lat. Plinius lib. XVIII. cap. III. Liu. lib. XX. Festus, antiquæ inscript.

PAP. Papiria. Liuius lib. VIII. Festus. antiq. inscrip.

POB. Poblilia, quæ deinde Publilia scripta est. sicuti ex Poblius Publius factus est. reperitur in lapidib. & PV. & PVB. & PVBL. & PVBLIL. & POB. Liuius lib. VII. antiquæ inscript. Puto hanc esse, quam Festus Popilliam nominat: de qua Valerius lib. IX. cap. X & antiquæ inscript.

POL. Pollia. Liuius lib. XXIX. Valerius Max. lib. II. cap. IV. & lib IX. cap. X. antiquæ inscrip.

POM. Pomptina. Cicero ad Atticum lib. IV. Liuius lib. VII. Festus. antiquæ inscript.

PVP. Pupinia. Cicero ad Quinctum fratrem lib. III. Liuius lib. XXVI. Festus. duo antiquorum lapidum exempla extant, alterum Capuæ, D. VIBIDI. D. F. PVP. NIGRI; alterum Patauij, CLAVDIO. C. F. PVP.

QVIR. Quirina. Cicero pro Quinctio. Asconius, Festus. antiquæ inscript.

ROM. Romilia Cicero in Verrem, idemq; in agraria I. Asconius. Varro lib. IV. de ling. lat. Festus. Seruius in comment. III. Aen. antiquæ inscrip. est etiam Ferrariæ semifractus lapis, in imis summi templi parietibus instratus, in quo ita scriptum vidimus, —ITIO. T. F. ROM.

SAB. Sabatina. Liuius lib. VI. Festus. lapis antiquus Romæ in ædibus eximij Cardinalis Carpensis; CN. CORNELIO. CN. F. SAB. MVSAEO. MANCIPI. VIAE. APPIAE.

SCA. Scaptia. Liuius lib. VIII. Suetonius in Augusto, Festus. lapidis antiqui exemplum Romæ extat in regione Pantheonis: C. AVFELIVS. C. F. SCA. SEVERVS. & item aliud, C. GRANIVS. SCAPTIA. MACER.

SER. Sergia. Asconius. antiquæ inscr.

STEL. Stellatina. Liuius lib. VI. antiquę inscr.

SVB. Suburana. Varro lib. IV. de ling. lat. Cicero etiam agraria II. quo in loco videtur corrupte legi, ab Ocriculana: cū in libris quinq; antiquis, legatur, ab vsura nam. vnde mihi orta coniectura est, legi posse, A Suburana, mutatione fere nulla. Plin. libro XVIII. cap. III. Festus. antiq. inscr. & alibi.

TER. Terentina. Cicero pro Plancio. Liu. lib. X. antiq. inscr.

TRO. Tromētina. Festus. Liuius etiam lib. VI. scripsit, Trometina, vt opinor, nō, vt impressum est, Promētina. antiq. inscr.

VEIEN. Veientina. pro Plancio.

VEL. Velina. Cicero ad Atticum libro IV. & in Bruto. Horat. epist. VI. lib. I. Persius, antiq. inscrip.

VET. Veturia, hoc lapide notata, C. CASSIVS. C. F. VET. & hoc, SEX. APVSIVS. SEX. F. VET. & hoc, SEX. CALPVRNIVS. SEX. F. VETVRIA.

VOL. Voltinia. Cicero pro Plancio, antiq. inscr. & in antiquo lapide, qui est Venetijs in turri S. Vitalis, CN. NVMERIVS. CN. F. VOL. FRONTO.

Ex hoc numero quattuor tantum vrbanæ fuerūt, Palatina, Esquilina, Collina, Suburana, in quas, vt inquit Plinius, transferri ignominiæ esset, dictæ à partibus vrbis, in queis habitabant. reliquæ omnes rusticę, laudatissimæ, eorum, qui rura haberent: quæ propriæ ingenuorum erant; cum vrbanæ libertinorum essent: vt in Asconio, & in epitome Liuiana lib XX. Asconium autem, vbi illud in Verrem exponit, V. ET XXX. TRIBVS, cur de nominibus Sabinorum plures tribus esse factas dixerit, mirari nō satis possum; cum à Sabinis non tribus, sed curiæ nomina acceperint, vt inquit Liuius libro I. & Festus

Ad ex Kal. Mart } liber Sigonij, A. D. Ex Kal. Martias, mihi placeret, ex ante diem Kal. Mart. i. ex Kal. Mart. sic. n. loquebantur. dixit etiam paullo ante, Vt eum decedere post Kal. Mart. placeret. & infra subiungit: Ne ue quid prius ex Kal. Mart. Vsus est hoc loquendi modo & M. Varro lib. I. de re rustica · Ex a. d. VII. id. Feb. ex a. d. VII. id. Mai. i. ex eo die, qui dicitur, ante diem VII. idus. Liuius autem lib. XLV. supplicatio pro concione populi indicta est ex ante diem V. idus Oct. cū eo die in quinq; dies. Similiter Cic. epist. XVII. lib. III. ad Atticum: Nuntij nobis tristes, nec varij, venerant ex ante diem non. Iun. quod idem est, ac si dixisset, ex nonis Iun. Sic & epist. I. lib. XV. ante diem VIII. idus Nou. quod imperiti librarij cum ignorarent, sæpe pro a. d. scripserunt, ad. { Sex abducere à iudicijs, vt in senatum venirēt. malim autē, Eos, q̄ Sex. vt intelligatur nō de sex iudicibus, sed plane de oībus in senatum adducendis. præterea ita loquebantur in senatus consultis: itaq; infra: Quos eorum ex S. C. cū imperio in prouincias pro prætore mitti oportere, eos sortito in prouincias mitti placere. { intercedendi, impediendi } aut, Impediendi, abundat, additum ab aliquo, qui dictionem, intercedendi exponeret: aut dic, Intercedendi, ad tribunos pl. referri; Impediendi aūt, ad augures. quos habuisse potestatem impediendi, tū aliorum exempla declarant, tum Cicero ipse de Legibus. { Vibius Pansa } antea, Iulius, mendose. nam Iulij oēs patricij: nec patricij tribuni pl. esse possunt. nos hac rōne adducti, & lapidū ac nummorū auctoritate impulsi, in quibus Pansa Vibiorū cognomen legit, Vibius, reposuimus. { Collegiū primū } ferri pōt, malim tamen, Proximū, quo locutus est infra, post duos versus.

QVòd M. Marcellus N. F. me ad se vel inuitum traxit } IO. BAP. SGN.

In hac epist. sunt hæ in fronte statim appositæ notæ, D. E. R. I. C. quæ sanè, vt video, sic oēs hactenus torserunt, vt cum multum in illis percipiendis insudarint, tandem velut animum desponderēt, aut inenarratas reliquere, aut, (qui morbus iam late serpit) cum minus intelligerent, tanquā nihil cassasq; eraserunt. Est quidem hac tempestate quorundā ea, inscitia dicam, an insania? vt quæ non ipsi intelligant, statim immutari, statim tolli iubeant, æque ac si Censores, apud quos ne obscœno quidem tuta à multa fuerit, oēs notare, oībus equū adimere, vel non adscripta causa, valeant. Nos vero, quos non istæc prurigo, vel potius rabies (vt alia sint) tenet, perquisitis diligentius multorum scriptis, aduertimus eas notas ex veterum frequentiore vsū sic adscribi sæpe solitum, quæ cum id temporis notissimæ essent, nūc desuetudine aut obscuriores, aut superfluæ, si dijs placet, æstimantur. Interpretantur aūt notę illæ ad hanc ferme rationem, D. de. E. ea. R. re. I. ita. C. censuerunt. tametsi Probus est auctor (hunc credo, cuius Gellius libellum de notis citat) pluribus maiores nostros vsos, vt. s. semper ita plebiscitis & senatusconsultis singulares hasce adscriberēt literas Q. D. E. R. F. P. D. E. R. V. I. C. idest, Quòd de ea re fieri placeret, de ea

de ea re vniuersa ita censuerũt. vt facile in eam sniam veniã, qđ & Cœlius hasce oẽs apposuerit, sed sequenti sæculo à scriptoribus, qđ bis repetitũ videbatur, abrasum, amputatumq́;. Quod vitium, sed nõ æque tñ insigne, & Frontini libellum. De aquæ ductibus occupauit quibusdã in locis: quos tu ad hunc modum rectituas oẽs iam facillime, Atque hæc Romanæ vrbi scribendi ratio probata est: illa vero Aegypto, vt aialia depingẽtes, quidquid vellent, significarẽt, &c. Ceterum & illud addimus veluti corollarium, duas illas in eadem Cœlij epist. notas M. & F. nonis Februarijs sigñare. quod addimus, ne quis hoc ita quoq; attentare ausit, vt has quoq; quemadmodum in epist. Mediolani, nuper impressit, priores, illas erasere, sic tradat aliquis. Nisi dixeris, Nobilis familiæ potius, quod displicet, impetrandum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Et nuntiatoria, & petitoria, & commendatoria hæc epistola est. narrat enim quæ Romæ agantur: & pantheras admodum sollicite petit: & M. Feridium equitem Rom. ei commendat.

de industria hos numeros posuimus.

M. COELIVS S. D. M. CICERONI.* 9

SIC tu, inquis, Hirrum tractasti? immo si scias, quàm facile, quàm ne contentionis quidem minima fuerit; pudeat te, ausum illũ unquam esse incedere tanquã tuum competitorem. post repulsam uero risus facit: ciuem bonum ludit, & cõtra Cæsarem sententias dicit: expectationem corripit: Curionem prorsus non mediocriter obiurgatus. hac repulsa se mutauit. præterea, qui nunquam in foro apparuerit, non multum in iudicijs uersatus sit, agit causam liberalis, sed raro post meridiem. De prouincijs quod tibi scripseram idibus Sext. actum iri, interpellat iudiciũ Marcelli consulis designati in kal. reiecta causa est. ne frequentiam quidem efficere potuerant. has literas ad VI. non Sept. dedi, cum ad eam diem ne profligatũ quidem quidquam esset. ut uideo, causa hæc integra in proximum annum transferetur: &, quantum diuino, relinquendus tibi erit, qui prouinciam obtineat. nam non expedietur successio: quando Galliæ, quæ habent intercessorem, in eandem conditionem. quam ceteræ prouinciæ, uocantur. hoc mihi non est dubium: quo tibi magis scripsi, ut ad hunc euentum te parares. Fere literis omnibus tibi de pantheris scripsi. turpe tibi erit, Patischum Curioni decem misisse, te non multis partibus plures: quas ipsas Curio mihi, & alias Africanas decem donauit: ne putes illum tantum prædia rustica dare scire. tu, si modo memoria tenueris, & Cibyratas accersieris, itemque in Pamphyliam literas miseris; (nam ibi plures capiuntur) quod uoles, efficies hoc uehementius laboro nũc, quòd seorsum à collega puto mihi omnia paranda. Amabo te, impera tibi: hoc cura: soles libenter, ut ego, maiorem partem nihil curare. in hoc negotio nulla tua, nisi loquendi, cura est, hoc est imperandi, & mandandi. nam, simul atq; erunt captæ; qui alant eas, & deportent, habes eos, quos ad Sitianam syngrapham misi. puto etiã si nullam spem mihi literis ostenderis, me isto missurum alios. M. Feridium, equitem Romanum, amici mei filium, bonum, & strenuum adolescentem, qui ad suum negotium istuc uenit, tibi commendo: & te rogo, ut eum in tuorum numero habeas. agros, quos fructuarios habent ciuitates uult tuo beneficio, quod tibi facile, & honestum factu est, immunes esse. gratos, & bonos uiros tibi obligaris. Nolo te putare Fauonium à columniarijs præteritum. optimus quisq; eum non fecit. Pompeius tuus aperte, Cæsarem prouinciam tenere cum exercitu, & consulẽ esse: tamen hanc sententiam dixit, nullum hoc tempore S. C. faciendum: Scipio hanc, ut kal. Mart. de prouincijs Gallijs, neu quid coniunctim, referretur. cõtristauit hæc sententia Balbum Cornelium: & scio eum conquestum esse cum Scipione. Calidius in defensione sua fuit disertissimus, in accusatione satis frigidus. Vale.

SIC tu§ In duabus superioribus epistolis, cum longe plus difficultatibus videam, q̃ vtilitatis, non putaui frustra elaborandum, præsertim cum multa sint, quæ nullo pacto intelligi posse puto. hac autem epistola, quæ etiam quibusdam locis est mendosa, edocet Cœlius Cic. multa, quę Romæ agantur, & instanter ab eo petit rursus pantheras, quas dicit ei facillimum esse parare. Deinde commendat ei M. Feridiũ, equitem R. §Sic§ vt eum viceris in contentione & cõpetitione ædilitatis. §Quam facile§ .s. tractauerim. §Ne minimæ quidem§ .s. nullius. §Post repulsam§ postquã non obtinuit ædilitatẽ. §Corripit§ accusat. §Obiurgatus§ hic actiuę est significationis. §Profligatum§ .i. confectum nam id præcipue signat, vt profligatum est bellum i. confectum. §Integra§ sine deliberatione. §Diuino§ .i. præuideo, præcognosco, vel prænuntio. est. n. verbum. §Obtineat§ administret loco tui. §Vocantur§ trahuntur. §Te non plures§ .s. mittere. §Ne putes§ iocatur, quia fortasse Curio donauerat aliquod præmium. §Et Cibyratas§ .s. pantheras. i. ex Cibyra vrbe Asiæ, vt supra diximus. §Pamphiliã§ quæ est finitima Ciliciæ. §Plures§ pantheras. §Laboro§ curo. §Seorsum§ separatim. §Amabo§ blandiẽtis est. §Impera tibi§ .i. velis hoc facere. §Nulla cura§ nullus labor. §Mandandi§ dandi mãdata. §Simul atq;§ statim, vt postquam. §Deportent§ aduehant. §Ad Sitianam syngrapham§ .i. propter Sytianam syngrapham, de qua iam bis fecit mẽtionem superius. fortasse erat hæc syngrapha de pecunijs aliquibus. §M. Feridium§ alia pars epistolæ, in qua commendat ei M. Feridium amicum. §Strenuum§ fortem. §Istoc§ istuc. §Ad suum negotium§ vt agat negotium suum. §Immunes§ sine onere, sine tributo. §Obligaris§ pro obligaueris. §Fauonium§ nomen proprium. §Peccatum§ omissum. §Colũnarijs§ licet à columna columnarius descendat, obscurum tñ est quid Cic. intelligat. §Pompeius tuus§ hæc clausula ita claudicat, puto defectu aliquotum verborũ, vt nihil perfecti sensus afferat. §Hanc§ .s. sententiam dixit. §Coniunctim§ simul, sed separatim de Gallis solum. §Contristauit§ tristem reddidit, perturbauit. §Disertissimus§ facundissimus. §Frigidus§ negligens. HVBER.

SIC tu inquis, &c.§ Hac epist. etiam subobscura docet Cœlius, quid Romæ, agebatur. instat de Pantheris captandis: & commendat Cic. M. Feridium. Ordo est. Tu inquis .s. in epist. quę non extat, Tu o Cœli tractasti Hirrum sic. i. superasti eum cum explosione. Immo sup. id dicas, aut mireris, si scias q̃. i. quantum facile sup. tractauerim sic Hirrum, quamque. i. & quantum fuerit ne quidem. i. non saltem minimæ contentionis. i. laboris, ac difficultatis. pudeat te illum .s. Hirtũ ausum esse vnquam incedere .s. pompose, tãquam competitorem tuum, hoc est q eum non sic vicisti, vt non ausus sit se amplius tecum cõferre. Vero. i. sed Hirrus sup. facit nobis risus. i. præbet materiam risus, post depulsam, ludit. i. ad ludum nobis faciendũ agit bonũ ciuem. i. reipub. fauentem, & dicit snias contra Cæs. & corripit expectationem. i. dilationẽ executionis sniarum contra Cæs. latarum obiurgatus. deponentaliter ponit, cum etiam actiue dicatur obiurgo. prorsus. i. in omnem partem, Curionẽ, non mediocriter. i. vehementer, q .s. lentius in Cæs. agat. Nam in superiore epist. dictũ est. Curio se contra eum, videlicet Cæs. totum parat, sed tñ idem postea corruptus pecunia Cæsaris, totus à Cæs. stetit. Vnde Lucan. Venalis Curio linguæ. Hirrus sup. mutauit se. i. mores suos hac repulsa .s. in ædilitatis petitione accepta. Præterea ipse, qui nunquam apparuerit in foro, nõ versatus multũ in iudicijs, agit causam liberaliter. q. d. sine exactione magnæ pecunię, quia si eam exigeret nullam cãm agendam haberet, sed raro agit post meridiem, aut quia ventris causa agit, & ita pransus nihil facit: aut quia potus agere nihil põt: aut quia hora nona claudebatur forũ, vnde meretrix tunc prostrare promissa, Nonaria, dicta est. Quod scripseram tibi actum iri. i. q agatur de prouincijs, idibus Sextilis, aut Sextilibus. i. Augusti mẽsis, iudicium Marcelli consulis designati reiectũ in cal. Feb. eiusdem mensis, interpellat. i. impedit, ne quidem. i. vt non saltem potuerit efficere frequentiam .s. senatus Ego dedi. i. misi tibi has literas ad 4. non. Sept. cum ne quidẽ. i. non saltem quidquam esset profligatum. i. confectum ad eam diem. i. vsq; ad 4. non. Sept. Vt. i. quantum video, hæc causa transfertur integra. i. ASCEN.

intacta

intacta in proximum annũ, & quantum diuino.i. futurum autumno, ſup aliquis locum tuum tenturus, erit relinquendus tibi, qui obtineat prouinciam:i.regat eam, donec ſucceſſor mittatur. nam ſucceſſio non expeditur.i.non fit mature, qñ.i.qm, Galliæ, quæ habent interceſſorem.i.oppoſitorem & impeditorẽ ſucceſſionis, videlicet Cæſ.vocantur in eandẽ conditionem, in quã ceteræ prouinciæ, & ita ſi Gallis nõ detur ſucceſſor, nec alijs dabitur. Hoc non eſt mihi dubium, quo.i. quocirca, aut quãto magis ſcripſi tibi vt parares te ad hunc euentum. Ego ſcripſi tibi ſere oibus literis de Pantheris.ſ.capiendis, & mittendis ad æ dilitatis pompam exhibendam. Turpe erit tibi patiſchum.i.mious potentem amicum miſiſſe Curioni decẽ pantheras, te non ſup. miſiſſe, aut mittere plures.ſ. q̃ decem, multis partibus.i.e multis locis prouinciæ tuæ. Quas ipſas.ſ.decem pãtheras, Curio donauit mihi, & alias decem Africanas. Ne putes illum.ſ. Curionem.ſ. dare tñ prædia ruſtica quæ vř Curio in detrimentũ ſuũ dediſſe. vnde tacite ridet eum. Tu ſi modo tenueris memoria, acceſſeris.i.aduocaris, &.i.etiam, Cibyratas.ſ.venatores ex Cibyra vrbe Aſiæ, aut vt Hub.vult, acceſſeris.i.adduci feceris, &.i.Cibyratas.ſ.pantheras, iuxta Cibyra captas. itemq́; miſeris literas in Pamphyliam, quæ non procul à Cilicia eſt. Nam aĩut.ſ.qui illinc veniunt, plures capi ibi. tu efficies quod voles. Ego laboro .i.curo hoc nunc vehementius, q̃ puto oĩa paranda mihi ſeorſum à collega.i.coædili. Amabo te, blandientis vox, impera tibi, cura.i.vt cures hoc tu ſoles libenter nihil curare, vt ego maiorẽ partem, ſup.curare ſoleo, & non totum negotiũ, aut vt ego nihil curare ſoleo maiorem partem. Nulla cura tua eſt in hoc negotio.ſ.mittendi pantheras, niſi loquendi.i.mandandi. Nam ſimul atq;.i.ſtatim poſt quam captæ erunt, habes eos qui alãt, & deportent eas, quos mihi ad ſyngrapham Sitianam.i.ex pecunia ex illius obligatione recipienda impenſas faciant. Puto etiam, ſi nullam ſpem.ſ.in ſyngrapha haberem ſup. te pecuniã expenſurũ, aut quid ſimile more ſuo inuoluit. deinde obſcurius addit, vt in tecto vitij ſup. nihil eſt. cetera probabuntur mihi.i. mihi placebunt. Mar.&c. Aggreditur ſecundam partem epiſtolæ, dicens. Commendo tibi M.Feridium, equitem R.filiũ amici mei adoleſcentem bonum & ſtrenuum, qui venit iſtuc.i.ad te ad negotium ſuum.ſ.curandum. Et rogo te vt habeas eum in numero tuorum. vult agros.ſ.ſuos quos ciuitates.ſ. Ciliciæ habẽt fructuarios.i. fructum pendere obligatos, eſſe immunes.i. liberos, ab ea penſione pro beneficio.i.per beneficium tuũ, quod eſt tibi facile & honeſtum factu.i.vt fiat. videtur tñ hic accipi, vt facias. Tu ſup.ſi id feceris, obligaris pro obligaueris tibi viros.ſ. patrẽ & filium gratos & bonos. Nolo te putare Fauonium, aut, vt alij legunt, Fauolum, eſſe pẽm.i. neglectum à columnarijs.i. aut ad columnas ſcribentibus, aut opus columnarum curantibus. optimus quiſq; non fecit eum.ſ.obnoxiũ, aut tanti. Pompeius tuus aperte ſup. pronuntiauit Cæſ. &.i. ſimul tenere prouinciam tũ exercitu, & conſulatum, ipſe tñ dixi, hanc ſniam, videlicet ſenatuſconſultum faciendum hoc tempore. Scipio ſup. tulit, hanc.ſ. ſniam, vt referretur.i. conſultaretur cal. Martijs, & prouincijs Gallicis, neu.i.né ue, quid referretur coniunctim.ſ. de alijs prouincijs, hoc eſt quamuis in Galliã non mitteretur ſucceſſor, nõ ideo in alias prouincias non eſſe mittendum. Hæc ſnia.ſ.Scipionis contriſtauit Balbum Cornelium, & ſcio eum conqueſtum eſſe cum Scipione ſ.eius ſniæ auctore. Calidius fuit diſertiſſimus.i.facundiſſimus in defenſione ſua.i.in defendẽdo, & fuit ſatis frigidus.i.negligens in accuſatione.ſ. aduerſarij ſui. Omnia autem obſcure dicit, quia de rebus Cic. facile notis loquitur.

PAVL. MAN.

CVRIONEM prorſus nõ mediocriter obiurgatus. hac repulſa ſe mutanit} obiurgatus, videtur hic eſſe verbũ deponens. quod alibi nõ memini me legiſſe. itaq; libentius ita legerim, Curionẽ prorſus nõ mediocriter obiurgat. s. hac repulſa ſe mutauit. vt vna litera s ſignificetur.ſ. nihil tñ mutandũ ſine veteribus libris. {Soles libenter, vt ego, maiorem partẽ nihil curare} locus ita interpungẽdus. & eſt antiqua locutio, qua etiam vſus eſt in epiſt. xv. lib. IX. mihi licere, res has nõ oino quidẽ, ſed magnã partẽ relinquere. & alibi ſæpius. Cæſar aũt initio lib. IV de bello Gall. Magnã partẽ lacte viuunt, & Lucretius lib. III. Non minimã partẽ mortis formidine alunt.

Agros quos fructuarios hñt ciuitates} ita legitur in duobus vetuſtis libris Ioannis Scalæ, & in libro Petri Bembi, etiam in vno Caroli Sigonij. itaq; nihil muto, cum ſit aperta ſententia.

COEL. RHOD. antiq. lect. lib. 21. c. 52.

COLONARIOS in epiſtola Cœlij humiliores intelligimus hoĩes, forteq́; ruſticanas tribus. Nolo te putare, inquit, Fauoniũ à colonarijs prætericũ, optimus quiſq; nihil cũ fecit. Sic.n.vř legendũ. In epiſtolis ad Att. colonariũ eſſe arbitror publicũ, vnde publicanis aſcitũ nomen eſt ſeu vectigal, quod pro re penderetur ruſtica. De aquæ ductu, inquit, probe feciſti, colonarium vide ne vllum debeamus quanquam audio, eam illic cõmutatam eſſe legẽ. Lege illud caput.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Exponit Ciceroni, quis rumor in urbe ſit de Parthorum copijs: &c, ut certiorem eius rei faciat, petit. deinde, quid deliberauerit ſenatus in ea re edocet. poſtremo operam ſuam Ciceroni de ſuccedendo ei pollicetur.

M. COELIVS S. D. M. CICERONI. 10

SANEQVAM literis C.Caſſii, & Deiotari ſumus commoti. nam Caſſius, cis Euphratem copias Parthorum eſſe, ſcripſit: Deiotarus, profectas per Commagenem in prouinciam noſtram. ego quidem præcipuum metum, quod ad te attinebat, habui, qui ſcirem, quàm paratus ab exercitu eſſes, ne quod hic tumultus dignitati tuæ periculum afferret. nam de uita, ſi paratior ab exercitu eſſes, timuiſſem, nunc hæc exiguitas copiarum, receſſum, non dimicationem mihi tuam, præſagiebat. hoc quo modo acciperent homines, quàm probabilis neceſſitas futura eſſet, uereor etiam nunc. neq; prius deſinam formidare, quàm tetigiſſe te Italiam audiero. ſed de Parthorum tranſitu nuntij uarios ſermones excitarunt. alius.n. Pompeium mittendum; alius, ab urbe non remouendum; alius, Cæſarem cum ſuo exercitu; alius, conſules; nemo tamen ex S.C. priuatos. conſules autem, quia uerentur ne illud S.C. fiat, ut paludati exeant, & contumelioſe præter eos, ad alium res transferatur, omnino ſenatum haberi nolunt; uſq; eò, ut parum diligentes in rep. uideantur. ſed honeſte, ſiue negligentia, ſiue inertia eſt, ſiue ille, quem propoſui, metus latet ſub hac temperantiæ exiſtimatione, nolle prouinciam. à te literæ nõ uenerunt: & niſi Deiotari ſubſecutæ eſſent, in eam opinionem Caſſius uenerat; quæ diripuiſſet ipſe, ut uiderentur ab hoſte uaſtata, finxiſſe bellum, & Arabas in prouinciam immiſiſſe, eoſq́; Parthos eſſe, ſenatui renuntiaſſe. quare tibi ſuadeo, quicunq; eſt iſtic ſtatus rerum, diligenter, & caute perſcribas; ne aut uelificatus alicui dicaris, aut aliquid, quod referret ſcire, reticuiſſe. Nunc exitus eſt anni: nã ego has literas ad XIIII. kal. Dec. ſcripſi. plane nihil uideo ante kal. Ian. agi poſſe. noſti Marcellum, quàm tardus, & parum efficax ſit; itemque Seruium, quàm cunctator euiuſmodi putas hoc eſſe? aut qui id, quod nolint conficere poſſe, qui, quæ cupiunt, tamen ita frigide agunt, ut nolle exiſtimentur? nouis magiſtratibus autem ſi Parthicum bellum erit, hæc cauſa primos menſes occupabit. ſin autem aut non erit iſtic bellum, aut tantum erit, ut uos, aut ſucceſſores, paruis additis copijs, ſuſtinere poſſint: Curionem uideo ſe dupliciter iactaturum; primum, ut aliquid Cæſari adimat; inde, ut aliquid Pompeio tribuat, quoduis, quamlibet tenue munuſculum. Paullus porro non humane de prouincia loquitur. huius cupiditati occurſurus eſt Furnius noſter. plures ſuſpicari non poſſum. Hæc noui. alia quæ poſſunt accidere, non cerno. multa tempus afferre, & præparata multa ſcio: ſed intra fines hos, quæcunq; acciderint, uertentur. Illud addo, ad actiones C. Curionis de agro Campano: de quo negant Cæſarem laborare, ſed Pompeium ualde nolle; ne uacuus aduenienti Cæſari pateat. Quod ad tuum deceſſum attinet, illud tibi non poſſum polliceri, me curaturum, ut tibi ſuccedatur: illud certe præſtabo, ne quid amplius prorogetur. tui conſilij eſt, ſi

tempus

tempus, si senatus coget, si honeste a nobis recusari non poterit, uelis ne perseuerare. mei officij est meminisse, qua obtestatione decedens, mihi, ne paterer fieri, mandaris. Vale.

HVBER. SAnequam} Scribit Cœlius se cõmotũ esse vehementer nũtio, quem acceperat de Parthis, qui ferebaotur trãsisse Euphratem, idq́; maaime causa Cic. quẽ sciebat, oon esse paratum idooen exercitu aduersus tm̃ bellũ. Eaponit deinde qui sermones essent io vrbe propter hmõi ountios de transitu Parthorum. Itaq; rogat Cic. vt scribat diligẽter, qũo se habeat iu prouincia. Deinde dicit quid putet deliberatũ iri Romæ. Postremo quia scripserat Cic. Ad Cæl. vt daret operam, vt sibi succederetur, pollicetur se esse facturũ diligẽter. {Quàm cõmoti} valde cõmoti. {Cis} citra. {Euphratrẽ} fluuiũ Armeniæ maioris, vt scribit Sol. cuius ortus est supra Zizamam sub radicibus montis, quẽ Catonem accolæ noiant, & Scythis proximũ. Hic receptis in se aliquot amnibus conualescit, & stipatus coouenis aquis luctatur cũ mõtis Tauri obiectu quem apud Elegeã scindit, licet resistat 12. millia passuum latitudine, longisq́; excursibus dextra Comagenem, Arabiã læua relinquit. Deinde prælabens plurimas gentes Babyloniã quondã Chaldeorũ caput diuidit, &c. {Deiotarus} .s. scripsit. is fuit rex Armeniæ, vt scripsit Cæs. lib. 4. Alea belli. {Cõmagioem} pars est Syriæ. {Quod} .i. quia. {Quàm paratus} .s. sciebat se malũ paratũ, vt supra. Tuus porrò exercitus vix vnum saltum tueri potest. {Quod} aliquid. {Tumultus} proprie dixit de subito, & repentino bello. {Dignitati} hoonri, si esses fusus, aut fugatus. {De vita} oe fortasse obijceres te nimiom periculis, si haberes maiorem exercitum. {Exiguitas} paucitas. {Præsagiebat} prædiuinabat. {Potius recessum, q̃ dign.} .i. potiusq; esses discessurus, quàm dimicaturus. {Quomodo} in quam partẽ existimarent, oe id à te cõsilio an timore fieri. {Necessitas tua} discedẽdi potius q̃ dimicãdi. {Sed de Parth.} dicit quę sniæ fuerint Romæ de prouidẽdo huic bello. {Alius, coosules} .s. mittendos cẽset. {Priuatos} .s. censet mittendos. {Paludati} .i. paludamẽto ornati. Nã paludameota insignia suot, ac ornamẽta militaria ex cocco, & purpura, quibus imperatores induebãtur. Iuuen. Cumq; paludatis ducibus præsente marito Ausa loqui. Ideo ad bellum cũ exit imperator, ac lictores mutarunt vestem, & signa iocinuerũt, paludatus dr̃ proficisci, quæ propterea q̃ conspiciuotur, qui ea hñt ac fiuot palã, paludamenta sunt dicta. ergo consules timẽtes ne paludati exirent, qui mitterentur, oolebant q̃ senatus haberetur. Ordo est. consules autem nolunt senatũ haberi, quia verentur, ne fiat illud senatusconsultum vt paludati, &c. {Alij præter eos} i. ad alium q̃ ad ipsos. voluissent. o. ipsi mitti. {Vsq; eo} .i. tantũ. s. voloor senatum haberi. {Ille metus} ne exeant paludati, qui mittãtur. {Existimatione} opinione, prætextu. {Nolle} prouincia} .i. quod non videantur curare velle prouiociã. {Diripuisset} depopulasset, prædatus esset. {Arabas} populos finitimos Ciliciæ. {Eos Parthos} quos immisisset prouinciã. {Reoũtiasse} signasse. {Velificatus} .i. nauigasse. Velificor. o. nauigarẽ signat. interdum passiue accipitur, vt apud Iuue. Creditur olim velificatus Athos. In quibusdam codicibus erat bellificatus, quod ita intelligetur, ne dicatis bellificatus .i. fecisse bellum & pugnasse. {Qđ referret} quod interesset, quod vtile esset. {Exitus} finis. {Posse agi} de succeossotibus mittendis. {Tardus} negligens. {Parũ efficax} parum vehemens in agendo. {Seru. Sulpitius} is o. erat collega Marcelli. {Conctator} morator dubius. {Cuiusmodi} quale. {Aut qui} .i. quomodo. & est sensus, qũo putas eos posse conficere id, quod noliot .i. quod fiat eootra eorũ voluntatẽ, cum ea quæ cupiunt, ita frigide ab eis agaotur, vt oos existimemus eos nolle ea fieri. {Occupabit primos menses magistratibus} i. detinebit primos menses anni in magistratibus diligendis. {Successores} qui mittentur in prouincia loco vestro. {Sustinere} tueri, defendere. {Additis} adiunctis ad vestras. {Iactaturũ} exercitaturum. {Adimat} auferat, minuat. {Quoduis munusculũ} quodlibet paruum munus. {Quamlibet} .i. quantumlibet. {Non humane} acerbe. {Occursurus} oppositurus impedimeotũ {Plures} .s. occursuros cupiditati Pauli, præter Furnium. {Nooi} scio. {Cerno} manifeste. {Multa} snia est exornatio, & est sensus, scio te perspicere, quod tempus multa affert noua, multa, quæ iam suot præparata, mouat. {Intra hos fioes} .i vel ita, vt dixi, vel non procul ab ijs, quæ dixi. {De agro Cãpano} quẽ, vt ostendimus lib. 5. curabat Cæs. diuidendum. {Vacuus} ooo occupatus. {Prorogetur} differatur. {Tui coosilij} .i. tuæ deliberationis & est ordo, tui consilij est, velis ne perseuerare, si tempus, si senatus coget, &c. {Qua obtestatiooe} quibus precibus, qua rogatione, & quodãmodo adiuratione. {Ne paterer} ne sinerem. {Fieri} .s. vt perseuerares vltra tempus tibi decretum.

ASCEN. SAnequam, &c.} Scribit Cœlius se cõmotum esse vehemẽter ob nuntium, quem acceperat de Parthis, qui ferebãtur transisse Euphratem idq́; causa Cic. quem sciebat noo habere exercitum idoneũ ad tm̃ hostem repellendũ. Deiode exponit. qui sermones esseot io vrbe super hmõi terrore. Rogatq́ue Cic. vt ad se scribat diligeoter qũo sese res habebat, polliceturq́; se curaturum, vt ipsi succedatur. Ordo est. Nos sumus sanequam .i. valde, cõmoti, literis C. Cassij, & Deiotari .s. regis Armeniæ. Nã Cassius scripsit copias .i. exercitus copiosos Parthorum, esse cis Euphratem .i. transisse Euphratem R. prouinciam versus Deiotarus sup. scripsit profectas .s. copias Parthorum in prouinciam nostrã .s. Rom. per Cõmagenem .s. partem illã Syrię. ego quidẽ habui præcipuũ metum, quod .i. quantũ attioebat ad te .i. spectaret ad periculũ tuũ: qui scirem, q̃ .i. quantũ, hoc est quantũ parũ paratus esses ab eaercitu i. quantũ ab exercitu auxilij sperares, ne hic tomultus afferret dignitati tuæ, quod .i. aliquod periculum .s. aut vitæ, aut famæ. Nam si esses paratior ab exercitu .i. si haberes exercitum satis instructum, & copiosum, timuissem de vita .s. tua, quia sciebã te pugnã nõ detracturũ. Nũc eaiguitas copiarum præsagiebat .i. quodã præsagio futurũ denũtiabat, recessum .s. tuum, non dimicationem tuam. vereor etiam quomodo hoies acciperent .i. interpretareotur hic .s. re, ob paucitatẽ copiarum recessisse, si forte recesseris, & q̃ .i. quãrum, probabilis necessitas .s. recedendi futura esset. Neq; desinam formidare prius audiero te tetigisse Italiã. Sed nuntij excitaruot sermones varios, & ita minus constantes, de transitu Parthorum. Enim, pro quia alius, sup. censet, aut dicit, Pompeiũ mittendũ .s. cootra Parthos, alius sup. censet Pompeium oon remouẽdum ab vrbe, alius sub. censet Cæsarem sup. mittendũ, cum suo exercitu .s. quem habet in prouiocia. Alius, sup. censet consules mittendos, nemo tñ ex senatusconsulto censet, sup. priuatus .i. non fungentes magistratu sup. mittẽdos. Consules aũt nolunt oino senatum haberi .i. consultationẽ de ea re fieri, quia verentur oe illud senatusconsultũ .i. decretum senatus fiat. s. vt cõsules exeãt in bellum paludati .i. veste imperiali, vt ad publicos hostes proficiscentes insigniti, & vel aut verẽtur, oe res trãsferatur ad aliũ .s. imperatorẽ præter eos contumeliose .i. quod in contumeliam eorũ cederet, si senatus plus spes in alio reponeret, vsq; eo .i. intantũ, sup. nolunt senatum haberi, vt videantur parũ diligentes io rep Sed hoc negligẽtia est, siue inertia, siue ille metus, quem proposui .i. modo dixi sup. ea, aut is latet .i. occoltatur honeste, sub hac existimatione i. opinione tẽperantiæ oolle .i. q̃ ipsi oolleot obire, aut eripere tibi prouinciam. Literæ non venerunt .i. non sunt missæ ad seoatũ à te, & oisi literæ sup. Deiotari .s. regis essent subsecutæ .s. literas Cassij, Cassius venerat .i. venisset in eã opinioοem, finaisse .i. quod finxisset bellũ, vt ea quæ ipse rapuisset, viderentur vastata ab hoste, & immisisse Arabas in prouinciam Cic. aũt confirmauit Arabas fuisse in habitu Parthico, & renuntiasse .i. significasse senatui eos esse Parthos. Quare ego suadeo tibi quicunq; iste status rerũ est, sup. vt perscribas diligẽter, & caute, ne videaris alicui aut velificarus .i. velo tectus detulisse, sicut apud Iuuen. Velificatus Athos. per velum aũt tentoriũ intelligo. Hub. nauigasse exponit, aut reticuisse aliqd. quod referret .i. expediret scire. Eaitus anni .s. tui io prouincia, est .i. appropinquat ouoc. Nam ego scripsi has literas ad 14. cal. Dec. & plane .i. oino nihil video posse agi ante cal. Iao. io quibus est noui anni principium. Tu nosti Marcellum q̃ .i. quantũ tardus sit, & q̃ parum efficax .s. ad procurãdum tibi successorem itemq́; .i. & similiter, oosti, q̃ .i. quantũ, Seruius .s. Sulp. sit cunctator .i. immoratot. Cuiusmodi putat hos esse, aut qui .i. quomodo, putas eos, sup. posse conficere .i. perficere id, quod veliot .s. confici, qui agunt ita frigide ea quæ cupiunt vt existimẽtur nolle. Aũt .i. sed si bellum Parthicum erit, hæc causa occupabit nouis magistratibus primos menses. Sinautem .i. sed si, aut non erit istic bellum, aut tum .i. tunc post nouos magistratus erit, vt successores .s. vestri, possint sustinere .i. defendere contra Parthos vos, paruis copijs additis. Ego video .i. cõsidero, Curiooẽ iactaturum .i. periculo obiecturum se dupliciter. primũ vt adimat .i. auferat aliquid Cæs. cui tunc aduersabatur .i. deinde, vt tribuat Pompeio aliqđ muousculum, quoduis .i. quodlibet, & quãlibet .i. quantumlibet, tenue .i. exile, & modicum. Porrò .i. sed, Paulus .s. Aemi. loquitur, de prouincia oon humane. Furnius ooster .s. cõmunis amicus occursurus est .i. obstabit cupiditati huius .s. Pauli. ego non possum suspicari plures .s. occursuros. Ego noui hæc, & oõ ceroo .s.

animo

animo alia quæ possunt accidere. Scio tempus. s. noui anni, afferre multa. s. noua, & multa esse præparata. s. vt fiant, sed quæcunque acciderint, vertentur Intra hos fines. s. pñtis anni. Illud addo ad actiones C. Curionis de agro Campano. s. ad volũtatem Cæs. diuidendo, de quo. s. agro negant. s. pleriq; Cæs. laborare. i. solicitum esse, sed Pompeium valde nolle. s. vt diuidatur ne pateat Cæs. venienti. s. ex Gallis vacuus. s. Romano milite. Qđ. i. quantũ, attinet ad decessum tuũ. s. ex prouincia, ego nõ possum polliceri me curaturum illud, vt succedatur tibi certe. i. haud dubie præstabo. i. exhibeo, illud, ne. s. prouincia prorogetur. i. extẽdatur tibi amplius. Est tui consilij. i. pertinet ad consilium tuũ, si tempus coget, etsi nõ poterit recusari à nobis. s. qui pro te precamur honeste, ne. i. an, velis perseuerare. s. in prouincia. Mei officij est meminisse, qua obtestatione tui decedens mandaris pro mandaueris mihi, ne paterer fieri. s. prorogationem imperij.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Narrat Ciceroni Cœlius, quanta fuerit contentio in senatu, ob relationem supplicationum, pro te gesta feliciter pro Cicerone.

M. COELIVS S. D. M. CICERONI. 11



ON diu, sed acriter nos tuæ supplicationes torserunt. incideramus. n. in difficilem nodum. nam Curio, tui cupidissimus cui omnibus rationibus comitiales eripiebãtur, negabat se ullo modo pati posse, decerni supplicationes; ne, si quid furore Paulli adeptus esset boni, sua culpa uideretur amisisse, & præuaricator causæ publicæ existimaretur. itaq; ad pactionem descendimus: & confirmarunt consules, se his supplicationibus in hunc annum non usuros. plane, quòd utrisq; consulibus gratias agas, est; Paullo magis certe. nam Marcellus sic respondit ei, spem in istis supplicationibus non habere: Paullus, se omnino in hunc annũ non dicturum. Renuntiatum nobis erat, Hirrum diutius dicturum. prendimus eum: non modo non fecit, sed, cũ de hostibus ageretur, & posset rem impedire, si, ut numeraretur, postularet, tacuit: tantum Catoni assensus est: qui, de te & locutus honorifice, non decrerat supplicationes. tertius ad hos Fauonius accessit. quare pro cuiusq; natura, & instituto gratiæ sunt agendæ; his, quòd tantũ uoluntatem ostenderunt pro sententia; cum impedire possent, non pugnarunt; Curioni uero, quòd de suarum actionum cursu tua causa deflexit. nam Furnius, & Lẽtulus, ut debuerunt, quasi eorũ res esset, una nobiscum circũierunt, & laborarunt. Balbi quoq; Cornelij operam & sedulitatem laudare possum. nam cum Curione uehementer locutus est: & eum, si aliter, fecisset, iniuriam Cæsari facturum dixit: tum eius fidem in suspicionem adduxit. decrerant, qui inique transigi uolebant, Domitij, Scipiones, quibus hac re ad intercessionem euocãdam interpellantibus, uenustissime Curio respondit, se eo libenter non intercedere, quòd quosdam, qui decernerent, uidere confici nolle. Quod ad remp. attinet, in unam causam omnis contentio coniecta est: de prouincijs inquam adhuc est incubuisse cũ senatu Pompeius uidetur, ut Cæsar ante id. Non. decedat. Curio omnia potius subire constituit, quã id pati: ceteras suas abiecit actiones. nostri porro, quos tu bene nosti, ad extremum certamen rem deducere non audent. Scena rei totius hæc. Pompeius, tanquam Cæsarem nõ impugnet, sed, quod illi æquum putet, constituat ait Curionem quærere discordias. ualde autem nõ uult, & plane timet, Cæsarem cõsulem designari prius, quàm exercitum, & prouinciam tradiderit. accipitur satis male à Curione: & totus eius secundus consulatus exagitatur. hoc tibi dico: si omnibus rebus premẽt Curionem, Cæsar defendetur: intercessorem si, quod uidentur, reformidabunt, Cæsar, quoad uolet, manebit. Quam quisq; sententiam dixerit, in commentario est rerum urbanarum: e quo tu, quæ digna sunt, selige. multa transi, in primis ludorum explosiones. & funerum, & ceterarum ineptiarum plura habet inutilia. deniq; malo in hanc partem errare, ut, quæ non desideras, audias. quàm quidquã, quod opus est, prætermittatur. Tibi curæ fuisse de Sitiano negotio, gaudeo: sed, quando suspicaris minus certa fide eos tibi uisos: tanquam procurator sic agas, rogo. Vale.

NON diu} Rebus bene gestis à Cic. in Cil. vt lib. 2. visum est, rogauerat Cic. Cœl vt daret operam supplicationes sibi decerni, scripseratq; idem ad alios quosdam amicos. suos. Itaq; Cœl. ostendit quid quisq; aut dixerit, aut fecerit pro Cic. exponitq; contentiones, quæ in senatu fuerunt, maximeq; dicit quid Curio pro Cæs. egerit. {Nõ diu} quia cito expeditæ sunt, vt Ipse Cic. lib. 2. Nõ potuit accuratius agi nec prudentius, q̃ est actum à te cum Cur. de supplicatione & hercule confecta rès mea ex sentẽtia est tum celeritate, tum q̃ is, &c {Torserunt} cruciarunt. {Nodum difficilem} impedimentũ. {Comitiales} dies, quia nolebant, q̃ propter eiusmodi res fierent comitia. {Præuaricator} desertor, nam præuaricatores eos dicimus, qui aduersarijs suis causam donant, & ex parte actoris in partem rei concedunt. à varicari aũt dr̃ præuaricari. Varicari vero, à varicibus, quæ, auct. Nonio, dñr venæ in suris inflexæ & obtortæ. {Est, q̃ agas grãtias} i. debes agere gratias. {Paulo magis} s. est q̃ agas gratias. {Respondit ei} s. Paulo. {Dicturum} s. dixit de supplicationibus tuis. {Diutius} longius q̃ in hunc annum. {Non fecit} non dixit diutius. {Prendimus} familiariter allocuti sumus. {Cum ageretur de hostibus} i. cũ fieret mentio de hostibus à te fictis. {Vt numeraretur} nam cũ supplicationes præcederent triumphum, lege cautũ erat, vt constaret de numero hostium, & ne quis triũpharet, nisi qui quinq; millia hostium in acie cecidisset. de his moribus, & institutis vide Val. Max. lib. 2. c. 3. de iure triumphandi. {Tacuit} non postulauit, vt numerarentur. {Honorifice} de te. {Accessit} additus est. {Non pugnarant} i. non cõtenderunt, vt impedirent. {Curioni vero} s. agẽdæ sunt gratię. {Deflexit de cursu suarũ actionũ} i. prætermisit actiones suas. {Tua causa} vt ageretur de supplicationibus tuis. {Circuníerunt} i. hunc & illum ambierunt & allocuti sunt pro te {Sedulitatem} diligentiam. {Interpellantibus} impedientibus, interrumpẽtibus. {Venustissime} facetissime. {Non interc.} non prohibere. {In vnam cãm incubuisse} dedisse operam, intendisse. dicimus aũt incumbo huic, & in hanc rem. {Decedat} ex Gallia. {Quam pati id} vt Cæs. discedat ante idus Nouemb. {Abiecit} deposuit. {Quos tu bene no.} nõ vult eos nominare. {Scena} actio. & est trãslatio, quia actiones fabularum in scenis fiebant. {Tradiderit} deposuerit hanc materiã. vide apud App. lib. 1. & apud Plut. in vita Cæs & Pomp. {Accipitur} tractatur. {Exagitatur} vexaĩ, impugnatur. {Quod vid.} quam rem. s. intercessorem vñr reformidare. {Quoad} quãdiu, quosq;. {Manebit} in prouincia. {Cõmẽtario} registro. {E quo} i. ex quo. s. cõmentario. {Selige} secerne, excipe. {Transi} Omitte. {Explosiones} explodere est eijcere, vituperare. Horat. Explosa arbuscula dix. Cic. 1. off. Aristonis, Pyronis & Herili iampridem explosa snia est. facti. n. fuerant ludi à multis improbati. {Et funerum explosiones} funerum aut. i funebrium pomparum {Ineptiarum cet.} i. ceterorum, quæ inepte sunt acta, & in ipso cõmentario rerũ vrbanarũ scripta. {Habet} s. cõmentariũ. {Plura vtil.} s. q̃ inutilia, vel quàm ea, quæ dixi de ludis & de funeribus, &c. {Quæ non desidera} i quæ non cures audire. {Qđ opus est} quod vtile est. {De negotio Sit.} de quo supra dixit, Sitianam syngrapham. {Minus certa fide} i. non satis fideles. {Tanquam procurator} tanquam gestor alieni negotij. HVBER.

NON diu} Rebus bene gestis in Cilicia, vt visum est lib. 2. rogauerat Cic. Cœlium, vt ille curaret sibi supplicationes decerni, idq; alios itidem rogauerat non ignorante Cœlio: qui nunc scribit quid quisque aut dixerit aut fecerit pro Cic. exponitque contentiones, quæ in senatu factæ erant, & quod pro Cæs. Curio fecerat. Ordo est. Supplicationes tuæ. i. quas petisti tibi decerni, torserunt. s. angore, nos non diu sed acriter. Enim. i. quia, nos incideramus in nodum difficilem. i. in rem cuius difficilis erat exitus. Nam Curio cupidissimus tui, cui comitiales. s. dies eripiebantur, quia ASCEN.

differebant,

differebantur, aut absumebantur omnibus rationibus. negabat se posse pati vllo modo supplicationes decerni. Ne si adeptus esset quid.i aliquid, boni fauor.t.per fauorem Pauli s.Aemilij, videretur amisisse, sup.illud sua culpa, & existimaretur.i.iudicaretur preuaricator i.desertor causæ publicæ.i.ad remp spectantis. Itaq; idest & ita nos descendimus.i.deuenimus ad pactioné.i.vt dicit compositioné, & confirmarunt pro confirmauerunt, sup se non visuros in hunc annû de his supplicationibus. Plane.i.omnino est quod.i.propter quod agas gratias vtrisque consulibus certe magis Paulo. Nam Marcellus respondit et sic sup. se non habere spem in istis supplicationibus, Paulus. supp. respondit se non dicturû s sententiâ de supplicationibus omnino in hunc annum. Renunriatum erat nobis Hirrum dicturum diutius.i.q velle dicere, q̃ in hunc annum nos præhendimus eum.i.obuiam factum complexi sumus, depræcâtes ne id faceret, & ipse nô modo.i.non solum, non fecit.s.q renunciatum erat eum facturum, sed cum ageretur de hostibus.s.a te deuictis, & posset impedire rem.s.quam petis, hoc est supplicationem, si postularet, vt sup. hostes numerarentur, tacuit.i.noluit hoc postulando impedire tm̃.i.solummodo assensus est Catoni. qui etsi locutus honorifice.s.de te non decreuerat, sup.tm̃ supplicationes. Fauonius accessit ad hos.s.duos, & Hirrum, & Catonem, tertius.i.eiusdem cum eis sententię. Quare gratiæ sunt agendæ, sup.a te pro natura, & instituto.i.moribus vniuscuiusq;. His.s.posterius noîatis sunt agende gratiæ, q tm̃.i.duntaxat, ostenderunt voluntatem .s.suam, & sup. non pugnauerût.i.nô acriter contenderunt pro sententia.s.sua stabilienda, cum possent impedire.s.supplicationem. Curioni vero, sup. agendæ sunt gratiæ, quòd desinxit, sup. se, causa tua, id est propter te, decursu suarum actionum, quæ differebantur eo quòd de rebus tuis referebatur. Nam Furnius & Lentulus circunierunt, & laborarunt, pro laborauerunt, vna.i. pariter, nobiscum vt debuerunt quia tibi obnoxij erant, quasi esset sua.i.negotium eorum. Ego possum quoq; laudare operam, & sedulitatem Balbi Cornelii. nam ipse locutus est, vehementer cum Curione.s.pro te, & dixit eum facturum iniuriam Cæsari, si fecisset aliter, quàm dictum est. Tum.i.insuper, adduxit fidem eius.s.Curionis in suspicionem, vt si nocere voluisset, non potuisset. Quidem.i.certe, non deerant qui volebant rem transigi inquàm, vtpote Domitij & Scipiones, quibus interpellantibus i.inter agendum asserentibus, hanc rem reuocandum. sup. esse ad intercessionem.i.impeditionem, Curio respondit venustissime, se non intercedere.i.impedimentum facere, eo libentius, quòd videret quosdam, qui decernerent.i.adiudicarent mihi supplicationem, nolle sup.eam confici.i.executioni mandari. Quod.i.quantû attinet ad remp. omnis contentio.s.Cæsaris & Pompeii coniecta est.i.redacta, in vnam causam.i.actionem de prouinciis.s.non prorogandis, in quam.s.causam, Pôpeius videtur adhuc incubuisse.i.inclinatus esse, cum senatu.i.vt sentit senatus.s.vt Cæsar decedat.s.de prouincia, ante id Nou. Curio cõstituit potius subire oîa q̃ pati id: & adiecit ceteras actiones suas, quas supra dixit dilatas. Porro.i.sed nostris.s amici, quos tu nosti bene, non audent deducere rem ad extremum certamen.s. cum Cæs.futurum. Summa.i.finalia sententia totius rei sup. est hæc, Pomp. tanq̃ non impugnet Cæs.id constituat, quod putet æquum illi, aut Curionem quærere discordias, sup.negando Cæsarem debere decedere. Aût.i.sed Pôpeius non vult valde, & timet.plane.i manifeste, Cæs.designatum, sup.iri consulé prius, q̃ tradiderit exercitum, & prouinciam. Sup. Pôpeius, accipitur.i.tractatur satis male : Curione, & totus secundus consulatus eius.s. Pompeij, exagitatur.i.ab eo turpiter depellitur. Ego dico.i.denuntio tanq̃ c... ...am tibi hoc, si.s.Pôpeius & senatus præment Curioné omnibus rebus, Cæsar defendetur.s.a prouinciæ continuatione. si reformidarint intercessorem.s.Curionem quod vitr.s.facturi, Cæsar manebit.s.in prouincia, quoad.i.quandiu volet. Est.i.habetur in cõmentario rerum urbanarum ad Cic.tunc misso, quam sententiam quisq; dixerit, e quo.s.cũmentario tu selige.i.seorsum ab aliis elige, quæ sunt digna.s.lectione.trãsi multa.in primis explosiones.i.cõtumeliosas excogitationes. ludorû .i.actorum, fabularum, & sup.narrationes funerum, & ceterarum ineptiarum, sup.cõmentarium, aut cõmentarius, habet plura.i. multa, vtilia. Deniq; ego malo.i.magis volo, errare in hanc partem.s.nimis, multa scribendo, vt audias ea quæ non desideres, quàm sup. vt quidquàm quod sit opus.s.scitu, prætermittatur. Gaudeo fuisse tibi curæ de negotio Sitiano, vt syngrapha Sitiana persoluatur. Sed quando.i.qm̃, suspicaris eos.s.qui attulerût visos tibi fide minus.i.non satis certo, rogo agas sic tanquam procurator scilicet eorum, non iudex. Vale.

PAVL. MAN.

DEcrerant qui inique transigi volebant } vt veteres libri quidã, deerant, alii, deserant, alii aliter habent, ex tam varia lectione adducti sumus, vt, decrerant, legendû crederemus. loci autem sensus hic est Domitius, Scipio, cum, de Ciceronis supplicationibus transigi, moleste, & inique ferrent easq; Curionis tribuni pl. intercessione impediri cuperent. simulatione beneuolentiæ supplicationes Ciceroni decreuerunt, vt ea re Curioné, qui oîbus eorû actionibus acriter aduersari solitus erat, ad intercedendû elicerent. quibus interpellantibus venustissime Curio respondit, se eo libentius non intercedere, quòd quosdam, qui decernerent. {Significabat autem Domitium, & Scipionem} eo animo esse intelligeret, vt confici minime vellent. &, Decrerant, imminutum, dixit, vt, Decresset, Cicero in Vertem.

GIBERTI LONGOLII LEMMA

Grauiter de Appio calũniatore & vitiligatore hac epistola cõqueritur.

M. COELIVS S.D. M. CICERONI. 12

*PVDET me tibi confiteri, et quari de Appij, hominis ingratissimi, iniurijs; qui me odisse, quia magna mihi debebat beneficia cœpit et cũ homo auarus, vt ea solueret sibi imperare non posset; ocultum bellum mihi induxit ita occultum tamen, vt multi mihi renuntiarent, & ipse facile animaduerterem male eum de me cogitare. postea quam vero comperi eum *collegium tentasse, deinde aperte cũ quibusdam locutum, cum L.* Domitio, vt vt nũc est, mihi inimicissimo homine, deliberare velle, hoc munusculum deferre Cn. Pompeio: ipsum reprehenderem, & ab eo deprecarer iniuriam, quẽ vitam mihi debere putarem, impetrare a me non potui, quid ergo est? tamen, quasi aliquid, amicis, qui testes erãt meorum in illum meritorum, locutus sum. postea quàm illum, ne cui satisfaceret quidem, me dignum habere sensi; malui *collega eius, homini alienissimo mibi, &, propter amicitiam tuam, non æquissimo, me obligare, quàm illius simiæ vultum subire. id postquam rescijt, incanduit; & me causam inimiciarum quærere clamitauit; vt, si mihi in pecunia minus satisfecisset, per hanc speciem simultatis eum consectarer postea non destitit accersere palã Seruium accusatorem, inire cum Domitio consilia. quibus cum parum procederet, vt vlla lege mihi ponerent accusatorem; compellari ea lege me noluerunt, qua dicere non poterant insolentissimi homines summis Circensibus ludis meis postulandũ me lege Scantinia curant. uix hoc erat Pola elocutus, cũ ego Appium censorem eadem lege postulaui. quod melius caderet, nihil vidi. nam sic est a populo, & non infimo quoq; approbatum, vt maiorem Appio *dolorem fama quàm postulatio, attulerit. pręterea cœpi sacellum, in domo quod est, ab eo petere. Conturbat me mora serui huius, qui tibi literas attulit. nam, acceptis prioribus literis, amplius quadraginta mansit. Quid tibi scribam, nescio. *Scis Domitio diem timori esse? expecto valde, & quamprimum videre cupio. A te peto, vt meas iniurias proinde doleas, vt me existimas & dolere, & vlcisci tuas solere. Vale.*

augurum.

Qui Appij collega fuerat in consulatu.

P M. demẽdo suspicatur, nam, deferre munusculum, est apud Cælium, accusare. ep. 8. Huius lib.

L. Pisonis. Appij collegæ in censura.

Erat.n.Scãtinia lex de cõcubitu puerorum.

Idem ep. 14 h.l.

ASCEN.

PVDET me } primũ Cœlius exponit magnã Appij erga se ingratitudiné: qui cum ei plurimum deberet, cœpit eum odisse, & bellum gerere. exponitq; quo id fecerit. Deinde narrat quemadmodum Appius subornauit qui eũ accusaret contra quẽ dicit se defensum esse, retorquẽdo accusationem in eũ cum magna eius infamia. {Confiteri} dicere. {Imperare sibi} se adducere. {Induxit} denũtiauit, uel innotuit. [Et, ipse} ego. {Male cogitare de me}.i.malã habere de me opinioné, male affectũ esse erga me. Ouid. Non tñ Aeneam, quãuis male cogitet,

gitet, odi. {Tentasse} solecitasse contra me. {Vt nunc est} inimicissimus. {Deferre hoc munusculũ, Cn. Pōpeio} facere hanc gratiã Pōpeio. {Deprecarer iniuriam ab eo} .i. cum ab eo peterã ne hanc iniuriam mihi inferet. {Non potui .s. impetrare. Ordo est cũ ab eo deprecarer iniuriam, putaram me impetrare. {Quòd} idest quia deberet mihi vitam, {Quasi am.} tanquam amicis. {Aliquot} quibusdam. {Qui testes erant meritorum} qui sciebant mea erga illum merita & beneficia. {Satisfacere illi} facere q illi se vellet. {Dignũ me} quod me deceret. Non æquissimo m. }.i. iniquissimo & inimicissimo, & pessimo animo. {Quã subire vultum q̃ adire conspectum. {Illius s.} per contemptum appellauit eum simiam. {Incanduit} incensus est. tractum a ferro quod cũ calet, candet. {Per hanc speciem} per hunc prætextum. {Accersere} incitare, subornare. {Inire consilia} capere cõsilia .s. non destitit. {Cum Domitio} inimicissimo meo. Quibus} consiliis. {Cum procederet parum} .i. cum nõ efficeret, q͏̃d volebat. {Vt poneret mihi accusatorem} idest vt accusaret me. {Vlla lege} .i. aliqua lege. {Compellari} accusari. {Postulandum} accusandum. {Ludis meis} quos ego exhibui. {Insolentissimi} sup .s. Appa. & Domit. {Lege Scantinia} quid hæc lex ferret contra Cœlium, non facile scitur. Alia fuit lex Scantinia cõtra concubitores puerorum de qua Iuuen. Quod si vexantur leges ac iura citari Ante oẽs debet Scantinia. Potest tñ intelligi hæc lex, de qua nunc dicit contra immoderatos sumptus ludorum. {Eadem lege} qua me accusauerat. {Caderet} accideret. Ordo est. Nihil vidi, quod melius caderet .i. quod melius esset ad propositum, quàm ut ille accusaretur a me ea lege, qua me accusaret. {Approbatum} affirmatum .s. quod dixit contra Appium. {Fama} infamia. {Sacellum} locus erat sacer, in quo seruabantur imagines deorum penatum, & colebantur. {Conturbat} affert mihi molestiam. {Mora} quia non reuertitur. {Scis diem} .s. dictum, quia accusatus est. {Timori esse?} deo eo die. {Videre} illum diem. {A te peto} sensus est, velim eum dolorem de iniuriis in me illatis capias, quem ego de tuis capio, & ita doleas, sicut ego vlciscor iniurias tuas.

ASCEN. PVDET me &c.} Cœlius primo loco huius epistolæ exponit magnam Appi. cognomento Pulchri, erga se ingratitudinem, qui cum primum deberet gratiæ, cœperat odisse. Deinde narrat, quemadmodum idẽ Appius subornauerat quendam, qui ipsum Cœlium accusaret, cõtra quẽ dicit se defensum esse, retorquendo accusationẽ eandem actionis in eum qui accusarat cum insigni eius infamia Erat autẽ Appius. vt ex superioribus patet, homo superbo, & mobili ingenio, Ciceroni magis pp nobilitatem & potentiam, q̃ ob virtutẽ obseruatus. Ordo est. Pudet me confiteri tibi .s. rei veritatem, & quæri .i. conqueri, de iniuriis Appii .s. Pulchri, hominis ingratissimi, qui cœpit odisse me quia debebat mihi beneficia maxima .s. a me recepta. qui enim accepit beneficium etiam gratia collatum, obligatur si potest saltem parta referre, Et cũ homo auarus .s. ipse Appius. non posset imperare sibi .i. adducere aĩum suum, auaritia captum ad hoc, vt solueret ea .s. debita beneficia, indixit mihi bellũ occultum .i. simultates latentes: tñ .i. nihilominus, ita occultum vt multi renuntiarent mihi, & ipse .i. egomet animaduerterem facile eum cogitare male de me .i. vt faciat mihi malum. Vero .i. posteaq̃ comperi eum tentasse .i. solecitasse contra me collegium, vt opinor augurũ. nã ipse augur fuit vt prius visum est deinde locutum aperte cum quibusdã .i. etiã mihi notis, & animaduerterem deliberare cũ Lucio Domitio homine inimicissimo mihi, vt nunc est quia non semper ita fuit velle deferre Cn. Pōp. etiã inimico, quia Cæs. fauebat. Cœlius, hoc munusculũ .i. facere hanc gratiolam, libenter .n. vidisset Cœlium accusari, tũ reprehendente ipsum .s. App. nõ potui impetrare, vt deprecarer .i. præcando amouerẽ ab eo iniuriam .s. mihi inferendã, quem putarã debere mihi vitam. Quid ergo est? sup. interrogo .i. q͏̃d contigit postea? rñsio. Tum .i. tunc quidem locutus sum aliquot amicis, qui testes erant meorum meritorũ in .i. erga illum posteaquam sensi .s. Appium, ne quidem .i. non saltem, habere .i. æstimare me dignum cui satisfaceret .i. reponeret debitum, malui, me obligare .i. deuincere, collegæ, idest concensori eius homini alienissimo mihi, & non æquissimo .i. non plurimũ fauenti, nec rectissimo in me animo, propter amicitiam tuam .i. quia nouit me tibi esse amicum, q̃ subire vultum .i. me offerre tanquam supplicem, conspectui illius simiæ .i. turpissimæ hominis nihil præter figuram hominis habentis, videtur autẽ inuidiose simiam dicere, cum illi cognomentum Pulchri fuerit. Postq̃ sup. Appius resciit .i. postquã cognouit id .s. me obligatum collegæ suo. Resciri propriè est percipere rem aliquam postquam facta est. Deprehendere autem in ipso facto, vt in adulterio, aut furto Et ideo quia nautæ, in mari sunt quasi in alieno elemento dñr a tempestate deprendi. vnde Maro. Deprehensis olim statio tutissima nautis. Excanduit .i. inflammatus est, & multa ira incensus & clamitauit .i. frequenter. clamauit me quærere causam inimicitiarum, vt si ipse Appius minus .i. non satisfecisset mihi in pecunia, qua videtur mutuo accepisse, a Cœlio, eo cõlectaret .i. persequerer eum per hanc speciem simulatis .i. latẽtis odii. Postea .s. q̃ in apertas inimicitias res deuenit, ipse Appius non destitit accersere .i. incitare, aut in auxilium suũ aduocare, palam .i. manifeste, Seruium accusatorem, & inire consilia cum Domitio .s. homine inimicissimo, quibus .s. consiliis cum procederet parum, vt poneret mihi accusatorem, vlla lege .i. per vllã legem voluerunt me cõpellari .i. in ius vocari ea lege, qua .i. per quam ipsi non poterant dicere .i. agere contra me. Insolentissimi &c. Probat quod dixerat eos iusta lege se accusare non posse, sed iniuste agere, quia ipsi homines insolentissimi .i. proteruissimi, & superbissimi, curant me postulandum .i. in ius vocandum, & accusandum summis Circensibus ludis meis .i. quo tpe summo ædilitatis meæ honore fungar, quia Circenses ludos populo exhibebo, lege Scantinia, quæ lata est in pædicones, & masculorum concubitores omnium facile turpissimo, sed Romæ saltem illis temporibus frequentissimos vnde Iuuen. Quòd si vexantur leges, & iura citari, Ante omnes debet Scantinia, &c. sup. Appius vi a erat prælocutus hoc .i. ut me lege Scantinia postularent, cum ego postulaui eadem lege .s. Scantinia Appium censorem. Nihil vidi q͏̃d caderet melius quia ea lege in alium agere curabat, qua ipse reus faciendus erat. nam sup. id factum meum est approbatum sic a populo, & a quoq; non infimo .i. a summo quoq; homine vt fama .i. diffamatio, attulerit Appio maiorem dolorẽ q̃ postulatio .i. vocatio in ius, aut accusatio. Præterea .i. insuper, cœpi petere ab eo sacellũ .i. locum sacris addictum, vulgus Capellam vocat. quod est in domo .s. Appii, aut quia eius ornamenta Cœlii erant, aut quia in eo turpiter vixerat & pueros ad sacra inuitatos corruperat. vt sit, cœpi petere ab eo, quod .i. quale sacellum est in domo .s. eius. q. d. Bacchanalium aut impudecorũ. Hactenus aũt de App. & eius inuidia locutus conuertit sermonem ad alia negotia dicẽs, Mora Seruii huius mei, qui attulit tibi literas conturbat .i. multũ turbat me. Nam prioribus literis acceptis .i. postq̃ acceperat priores literas, mansit amplius 40. diebus. Nescio quid scribam tibi .s. de ea itu litis nostræ. Tu scis diem .s. iudicii futuri esse timori .i. ad timorem, Domitio. Expecto valde te, & cupio videre q̃primum .i. valde cito quia iam expleta fuerat Cit. prouincia. Peto a te vt doleas .i. dolenter, & cum dolore feras iniurias meas .i. mihi illatas ab Ap. vt existimas .i. iudicas, & censes, ac opinaris me solere & dolore, & vlcisci tuas .s. iniurias .i. tibi illatas. Notum est doleo cum datiuo, & cum accusatiuo construi posse, sed cũ datiuo quasi absolute positũ unde dicimus dolet mihi aduersus casus tuus .i. dolori est & ita verbum ipsum adiungitur rei dolorem inferẽti interdũ etiam dolorem patienti, vt dolet mihi caput, dolent tibi ilia &c q͏̃d non dicemus pœtice, doleo caput, doles ilia, &c. Cum accusatiuo autem additur rei accipienti dolorem, vt doleo iniurias tuas &c.

VIx hoc erat Pola elocutus} In vetusto libro, qui est Florẽtiæ in Medicea bibliotheca ita legitur, vt impressis huius lectionis alii quoq; meminerunt, sed eam minus integram existimarunt, offensi, ut opinor, in voce Pola, q eam se alibi vidisse non meminerant. est autem id Seruii accusatoris cognomen, de quo ad Q. fratrem epistola ante vltimam secundi libri his verbis. Vereor, homo ne teter, & ferus Pola Seruius accusationem veniat. Via igitur, inquit Cœlius, hoc elocutus erat Pola, Appium .s. & Domitium summis Circensibus ludis meis lege Scantinia me postulandum curare; cum ego eadem lege Appium censorem postulaui. hac de lege meminimus in lib nostro de legibus. Addo illud, vbi paulo ante legitur, Palam Seruium, legendum fortasse, Polam Seruiũ. {Cœpi sacellum, in domo quod est ab eo petere} Censorem erat curare, vt sacella non in domo cuiusquam essent sed populo paterent. itaq; Liu. lib. XL. vbi loquitur de Lepido & Fuluio censoribus, Complura, inquit, sacella, publicaq; sacra, occupata a priuatis, vt paterent, essentque populo, curarunt. Cœlius autem vt ostenderet, Appium censorem officio suo deesse, petere cœpit ab eo, vt sacellum in domo priuata ne relinqueretur: cuius rei cura Apii, qui censor erat, esse debuerat. sed libentius intellexerim de sacello ipse q Appius occupasset: ex quo grauior ei concitata esset inuidia, occupatis rebus a censore, quas censor ab aliis occupatas populo restituere deberet. PAVL. MAN.

M. Cœlius.

M. COELIVS S.D. M. CICERONI. 13

Vide ep. 16 lib. 2.

GRatulor tibi affinitate viri mediusfidius optimi nam hoc ego de illo existimo. cetera porro, quibus adhuc ille sibi parum vtilis fuit, & ætate iam sunt decursa, & consuetudine, atque auctoritate tua, pudore

Vide ep. 55 lib. 2.

**Tulliæ, si qua restabunt, confido celeriter sublatum iri. non est enim pugnax vitijs, neque habes ad id, quod melius sit intelligendum. deinde, quod maximum est, ego illum valde amo. Vides Cicero Curionem nostrum lautum intercessionis de prouincijs exitum habuisse? nam cũ de intercessione referretur; quæ relatio fiebat ex S. C. primaq; M. Marcelli sententia pronuntiata esset, qui agendum cum tribunis pl. censebat: frequẽs senatus in *alia omnia yt. stomacho est scilicet Pompeius Magnus nunc ita languenti, vt vix id, quod sibi placeat, reperiat. transierant illuc, ut ratio esset eius habenda, qui neq; exercitum, neq; prouincias traderet. quemadmodum hoc Pompeius laturus sit, cum cognoscat, quidnam reipub. futurum sit, si aut * non curet, vos senes diuites videritis. Q. *Hortensius, cum has literas scripsi, animam agebat. Vale.*

Pro dissensit. Vide ep. 2. lib. 2.

Orator illa summus, Ciceronis æmulus: de quo vide in Bruto.

NVS.

GRATVLOR] Cũ Cic. præesset Ciciliæ eius filia Tullia Dolab. matrimonio coniuncta est opera amicorũ quib⁹ id mandauerat, quẽadmodũ ipse supra ad Appiũ scripsit. Itaq; ei hac epist. Cœlius gratulatur laudatq; Dolab. & ostẽdit a se amari. Deinde scribit de Curione, q̃d egerit de ꝓuinciis, & de Cn. Põp. [Medius fidius] ꝑ Iouis filiũ. iurantis est. [Existimo hoc] habeo hãc de eo opinionẽ. s. ꝙ sit optim⁹ [Cetera] alia quædã vitia [Aetate] per ętatem quia erat iuuenis, & pene adolescẽs. [Decursa] participiũ sine verbi origine. [Pudore] verecũdia, prudẽtia. sic lib. 2. Nã ea, q̃ speras, Tulliæ meæ prudẽtia tẽperari posse scio. est. n. illa epist. q̃ incipit, Nõ potuit accurati⁹ rñsiua ad hãc, & ad superiorẽ, q̃ incipit, Nõ diu, sed acriter. [Sublat. iri] remouẽda ab eo. [Nõ ẽ n.] laudat Dolabellã. [Pugnax] cõtumax, ꝑseuerans. [Neq; hebes] tardus, obtusus. [Maximũ] ꝑcipuũ. [Intercessiones] puto melius legendũ, intercessionis, vt sit sensus: Vides o Cic. nostrũ Curionẽ lautũ habuisse exitũ intercessionis de ꝓuincijs ironice dixit, q̃a cũ intercessisset, nõ ei bñ cessit. [Intercessiõe] .i. de itercessiõe. [In alia oĩa] .i. hãc sñiam penitus aspernatus est. [Stomacho] trãslatio est. [Languẽti] debilitato [Trãsierãt] trib. pl. [Eius] Cæsaris. [Quẽadmodũ] quo animo, q̃ patiẽter. q. d. male. [Vos se. di.] q. d. q. & ætate deberis plus sapere, & multũ habetis ꝙ possitis amittere. [Q. Hortẽsius] orator fuit clarissimus. [Agebat aĩam] efflabat vitam expirabat.

ASCEN.

GRatulor, &c] Cũ Cic. ꝑesset Ciliciæ, Tullia, filia ei⁹ post mortẽ Crassipedis nupsit Dolabellæ, opera amicorũ, quibus id oneris abiẽs dederat, vt ẽa iurecõsulto filiã locarent, si virũ illa dignum inuenerint, vt Cic. ipse supra ad Appiũ scripsi purgãs, ꝙ Dolab. Appij inimico nupserit. Itaq; Cælius, Appij inimicus, vt ꝓxima epist. visum est gratulaẽ id ei, laudatq; Dolabellã, & ostẽdit se ab eo amari. Deinde scribit de Curione q̃d egerit de ꝓuinciis, & addit nõnulla de Cn. Põpeio. Ordo est. Gratulor tibi. i. felicitatẽ tuã mihi gratã ꝑdico, affinitate. i. ꝑp affinitatẽ, aut de affinitate, viri, mediusfidius. i. ita me deus fidei, aut Iouis filius Hercules iuuet, vt verũ dico, optimi s. Dolab. Nã ego existimo i. iudico hoc de illo. s. ꝙ sit vir optimus porro. i. sed cetera. s. instituta eius q̃ ad rẽ domesticã pertinẽt, aut ad bonã fortunæ augẽda, quibus ille fuit adhuc parũ vtilis sibi, sunt decursa. i. trãsacta, & abolita iã, & .i. simul, ætate, q̃a nõ est amplius adolescẽs. adolescẽtib⁹ aũt raro est aĩus ad rẽ auidior, & cõsuetudine i. cõuersatione cũ maturis viris, atq; si qua. i. aliqua restabũt ego cõfido, sup. ea sublatũ iri i. abolẽda celeriter, auctoritate tua, q̃a verebitur sub tali socero luxuriose aut ꝓdigaliter viuere, & pudore Tulliæ. s. filiæ tuæ prudẽtissimæ, ĩ cuius ꝑñtia nõ audebit post hac peccare. Enim. i. q̃a, ipse nõ est pugnax. i. ꝑtinaciter addictus vitiis aut pugnax. i. cõtumax in vitijs. neq; est habes. i. tardus, & obtusus ad intelligẽdũ, id ꝙ sit melius, deinde q̃d maximũ est, quia quos amam⁹, nõ sinimus faciliter corrũpi, & optimos iudicamus, ego amo illũ valde. O Cic. tu velles Curionẽ nr̃m ironice dicit, q̃a cõtra sentiebat habuisse exitũ intercessionis. i. obstaculi de ꝓuinciis lautũ. i. pulchrum. Nam cũ referretur. i. consultaretur, de intercessione, quæ relatio fiebat ex senatusꝯsulto & sentẽtia M. Marcelli, esset pronuntiata prima, q̃ cẽsebat agendum cum trib. pl senatus iit frequẽs in alia oĩa. i. aliter censuit. Scilicet i. scire licet. qui id viderint, Põpeius Magnus. s. prius habitus est nũc stomacho. i. aio ita languenti, vt vix reperiat, quod placeat sibi. Transierat. i. confugerat illuc, vt ne ratio esset habenda illius. s. Cæs. qui neque traderet exercitum neque prouincias. Vos senes diuites videritis, quemadmodũ, i. quomodo Põpeius laturus sit hoc, cum cognoscat, quid nam futurum sit reip si aut non possit, aut non curet s. iuuare eam. Q. Hortensius agebat animam, idest expirabat, cum scripsi has scilicet literas.

PAVL. MAV.

STomacho est. s. Põpeius Magnus] libentius legerẽ, Stomacho est Magnus: vt duę illæ dictiones. s. Põpeius, indutãq;, tanq̃ inanes, & superuacaneæ, nõ a Cœlio, sed ab imperito scriptæ; qui cũ inter legendũ in eã vocẽ, Magnus incidisset, existimans eã obscuriorem fore, nisi aliis ipse verbis illustrasset, supra scripsit s. Põpeius. postea qui librum exscripserunt, imperiti, vt id genus hominum esse solet, neq; quod adulterinum fuit, agnoscentes, glossema ad verba Ciceronis admiscuerunt.

M. COELIVS S.D. M. CICERONI. 14

Quia Cicero cum Parthis bellum gerebat, quorum rex Arsaces, regia Seleucea.

*TANTI non fuit *Arsacẽ capere, *Seleuceam expugnare, vt earum rerũ quæ hic gestæ sunt, spectaculo careres. nunquã tibi oculi doluissent, si in repulsa Domitij vultũ vidisses. magna illa comitia fuerunt: & plane studia ex partium sensu apparuerunt, perpauci, necessitudinem, secuti, officiũ præstiterunt. itaq; mihi est Domitius inimicissimus, vt ne familiarẽ quidem suum quẽquam tã oderit, quàm me; atq; eo magis, quod per iniuriã sibi putat ereptũ, cuius ego auctor fuerim nunc furit tã gauisos homines suum dolorẽ, vnumq; me studiosiorẽ *Antonij. Nã Cn. Saturninũ adolescentẽ ipse Cn. Domitius reũ fecit sanequam superiore a vita inuidiosum. quod iudicium nunc in expectatione est, etiã in bona spe, post Sex. Peducei absolutionem. De summa rep. sæpe tibi scripsi me annũ pacem non videre: &, quo proprius ea cõtentio, quàm fieri necesse est, accedit; eo clarius id periculũ apparet. propositum hoc est, de quo, qui rerũ potiuntur, sunt dimicaturi: quod Cn. Põpeius cõstituit non pati, C. Cæsarem cõsulem aliter fieri nisi exercitum & prouincias tradiderit: Cæsari aũt persuasum est, se saluum esse nõ posse, si ab exercitu recesserit. fert illam tamen conditionẽ, vt ambo exercitus tradant sic illi amores, et inuidiosa coniunctio nõ ad occultam recedit obtrectationem, sed ad bellũ se erumpit. neq; mearum rerũ quid cõsilij capiam, reperio: quod non dubito quin te quoq; hæc deliberatio sit perturbatura. nam mihi cum hominibus his et gratia & necessitudo est. tũ causam illam, non homines, odi. illud te non arbitror fugere, quin homines in dissensione domestica debeant, quàm diu ciuiliter sine armis certetur, honestiorẽ sequi partẽ; vbi ad bellum & castra ventum sit firmiorẽ, & id melius statuere, quod tutius sit. In hac discordia video Cn. Põpeium senatum, quiq; *res iudicant, secum habiturũ; ad Cæsarem oẽs qui cum timore, aut mala spe viuãt, accessuros: exercitum conferendum nõ esse. oĩno sat spatij sit ad considerandas vtriusq; copias, et ad eligendã partẽ. Prope oblitus sum, quod maxime fuit scribendũ. Scis Appium censorem hic ostenta *facere? de signis, & tabulis, de agri modo, de aere alieno acerrime agere? persuasum est ei, censurã lomentũ aut nitrũ esse errare mihi videtur. nam sordes eluere vult venas sibi oẽs, et viscera aperit curre, per deos, atq; hoĩes & quamprimum hæc risum veni: legis Scantinię *iudiciũ apud Drusum fieri Appium de tabulis, & signis agere. crede mihi, est properandũ. Curio noster sapienter, id quòd remisit de stipendio Pompeij. fecisset existimatur. ad summã quæris, quid putẽ futurũ? alteruter eorum ad Parthi-*

Competitoris sui, qui auguratum obtinuit. ep. 22. l. 12.

Ita loquebatur, cum iudices significarent.

Cum bonã ciuem simulet.

Iudiciũ esse Drusum, qui reus esse deberet.

*cum bellum non eat video magnas impendere discordias quas ferrũ, et vis iudicabit. vterq; & animo, & copiis est paratus. si sine summo periculo fieri posset, magnum, et *iucundum tibi fortuna spectaculum parabat. Vale.*

loquitur ex ingenio suo nam Ciceroni minime iucundum. HVB.

TANTI non fuit § Exponit Cœlius q̃ iucundum spectaculum prebuerit Dom. qui ęgerrime tulit repulsam de quodam magistratu, optatq; Cic. interfuisse. deinde dicit quemadmodũ non solũ suspicatur, sed ẽt aperte quoddãmodo videt bellũ futurũ inter Cæs & Põp. & dicit quid putet futurũ in hoc bello. § Arsacem § regẽ Persarũ, vnde oẽs reges Persarũ Arsacidæ dicti sunt. § Seleuciã § vrbẽ Syriæ. § Expugnare § pugnando vincere. § Non fuit tanti § i tantæ gloriæ § Spectaculo careres § i. vt non videres ea quæ hic gesta sunt. § Repulsa § dr̃ quoties qs a magistratu, vel honore quem petit, repellitur. § Illa comitia § quibus Domitio data est repulsa § Magna § p̃clara. § Ea sensu § ea aio, ex volũtate. § Patrũ § factionũ § Secuti necessitudinẽ § i. valde pauci hñtes respectũ necessitudinis suæ cũ Domitio fecerunt, qd' debuerũt. § Quẽquam familiarẽ § quem cognouit non habuisse rationẽ necessitudinis § Ereptum § .s. magistratũ quem sperabat hr̃e. § Cuius § erepti magistratus. § Ego fuerim auctor § i cã vt ipse putat. § Nunc fuerit § insanit, impatienter dolet. § Hoĩes tã gauisos suum dolorẽ § .i. impatiẽter fert q̃ hoies ita gauisi sint, quia viderint eũ dolere. § Vnumq; mo § hoios particulæ verba ĩtelligi quidẽ via p̃nt sensus aũt minimæ. § In est in bona spe § .s. Saturninus, vt absoluatur quia Sex. Pędu ceus de eadẽ cã absolutus est. § Annũ § .i. per annũ. § Nõ videre § nõ sperare. § Id periculum § belli futuri, & perturbationis reip. § Qui potiuntur rerum § qui obtinent summa imperij § Nõ pati § non permittere. § Aliter § alia conditione. § Prouincias § Gallias. § Saluum § incolumen & integra dignitate. § Fert § patitur. § Ambo § ipse Cæs. & Põp. § Illi amores § qui erant inter Cæs. & Põp. § Coniunctio § affinitas quia Iulia filia Cæs. vxor erat Põpeij. § Occultam obtrectationẽ § .i. ad simultatem, ad occultam maleuolentiam. § Erumpit § exit § His hominibus § Cæs. & Põp. § Et gratia, & necessitudo § .s. est. § Tũ § prçterea. § Odi cãm § qua mouetur ad discordiã. § Nõ homines § .s. odi .i. nõ odi ipsos, sed cãm. § Illud nunc § quodãmodo dat cõsilium Cic quid ei sit agẽdum. § Domestica § .ciuili § Sine armis § .s. in verbis & sententiis. § Honestiorem § iustiorẽ. § Firmiorẽ § .i. fortiorẽ. s. partẽ debeant sequi. § Statuere § iudicare. § Melius § honestius, & ita innuit, vt potius sequatur Cæs. q̃ Pomp. § Senatum § senatores. § Ad Cæsarem § .s. video. § Accessuros § ituros. § Conferendũ § comparandũ quia robustior erat exercitus Cęs q̃ Põp. § Sat. spatij sit § i. satis spatiũ detur nobis ad cõsiderandũ exercitũ vtriusq; & ad eligendum eum, q̃ videbitur posse nos magis defendere. § Prope § fere. § Ostenta § prodigia, monstra. § De signis, & tabulis § .i. de imaginibus, & tabulis pictis, quibus ita Romani delectabantur, vt eas magna pecunia cõpararẽt. hanc aũt impensam volebat moderari App. creatus cẽsor § De ære alieno § de debito pecuniæ, vt remitteretur debitoribus, quemadmodum scribit ipse Cic. lib. 2. off. esse factum, cum esset consul. cui ordinationi testatur se restitisse, quia erat iniqua, q̃ alij eriperetur, quodq; alij daretur. § Loramentum § i. rem quandam mollem, quam posset flectere in quancunq; partem velit. a loco. n. dr̃ loramentũ. § Aut Vitrũ § i. fragilẽ vt vitrũ. § Nã § textus hic erat mẽdosus, debet aũt ita legi, nã sordescit vere vultu, & venas sibi oẽs, & viscera aperit. metaphorice aũt ita intelligit, detegit istis malis actionibus malos & corruptos animi sui sensus, ita vt ex exterioribus iudicetur, qd habeat interius. § Per deos, atq; hoĩes § subaudi, oro, vel obtestor § Risum § ad ridendum. § Ad summã § deniq;. in cõclusione. § Eorũ § .s. Cæs & Põp. § Impẽdere § imminere. § Vindicabit § vlciscetur, finiet. § Iucundũ si posset fieri sine periculo § quia cũ sit futurũ cum periculo, nemini viro bono poterit esse iucũdum. § Spectaculum § res digna spectari. § Fortuna § quia non vincet qui iustiorẽ habebit cãm sed quẽ fortunã volet. § Parabit § dabit.

ASCEN.

TANTI, &c. § Narrat risum, quẽ Domitius repulsa accepta præbuerat, denuntiatq; bellum futurum inter Cæs, & Põp. Ordo est. Capere Arsacẽ regem Persarũ, & expugnare. i. pugnando superare, Seleucia, non fuit tanti. s. tanto pręcio estimandũ, vt careres. i. deberes velle carere, spectaculo earũ rerũ, quæ gestæ sunt hic .s. Romæ. Oculi nunq̃ doluissent tibi, sed semper excitasset te ad risum si vidisses vultum Domitij in repulsa, .s. magistratu petito. Illa comitia qbus populus conuerat ad creandos magistratus, fuerunt magna, quia multi conuenerant, & studia .i. fauores apparuerunt plane. i. oino, aut vbi ea sensu. i. snĩa partium. s. cõpetitorũ, perpauci secuti necessitudinẽ. i. eo q̃ essent necessarij p̃stiterunt offm̃. Triplex est sensus aut q̃ pauci p̃stiterunt offm̃ alicui, qa plurimi secuti erant necessitudinẽ: aut q̃ pauci p̃estiterunt offm̃ Domitio tẽpore soli secuti necessitudinẽ. aut q̃ p̃pauci secuti necessitudinẽ. i. etiã de necessarijs Domitii, p̃stiterunt offm̃ Domitio. q sensus congruit ei qd' sequitur. Itaq, Domit. est inimicissimus mihi, vt ne quidẽ. i. non falsẽ oderit quenq̃ familiarẽ suum, tã. i. tñ. q̃. i. q̃rum me. Ideo aũt odit familiares, q̃ licet essent necessarij, nõ tñ p̃stiterũt offm̃ Domitio. Atq; Domit. odit eo magis me, q̃ putat .s. magistratũ ereptum sibi p̃ iniuriam, cuius .s. iniuriæ, ego fuerim auctor. Nunc Domitius furit hoies, tam. i. tñ gauisos dolorẽ suũ. i. p̃p dolorem suũ. quia sicut dicimus gaudeo gaudiũ tuum, ita & dolorẽ tuum. i cum gaudeo video, sup fuerit me vnũ .s. gauisum dolorẽ suum vt studiosiorẽ Antonii. i. magis fauente Antonio. Nam ipse Cn. Domitius fecit Cn. Saturninũ adolescentẽ, reum i. accusauit eũ. Vita sup. erit ei inuidiosa, sane q̃. i. multo magis, q̃ superior. qd' iudiciũ. s. de Saturnino, est nũc in expectatione, sup. Saturninus inest etiã in bona spe. s. absoluẽdi, post absolutionẽ Sex. pæducci. scripsi tibi sæpe de summa reip. me non videre pacem annouam. i. quæ duret annũ, aut intra hunc annũ. Et quo. i. quanto, ea cõtentio .s. Cæs. & Põp. accedit p̃prius, q̃ necesse est fieri, eo. i. tanto id periculũ appareat clarius. i. euidentius Propositũ, de quo sunt dimicaturi qui potiũtur rerum, est hoc. i. hmõi, quod Cn. Põpeius constituit non pati C. Cæsarẽ consulem fieri aliter, nisi tradiderit exercitũ, & prouincias. Cæsari aũt persuasũ est se non posse esse saluũ, si recesserit ab exercitu, tñ ipse fert. i. offert illã conditionẽ, vt ambo tã ipse, q̃ Põp. tradant exercitus .s. senatui. Sic. i. in tñ illi amores. s. soceri & gñi, & coniunctio. s. affinitatis, inuidiosa. s. cui plurimi inuiderũt, nõ recedit ad obtrectationẽ occultam, sed erumpit. i. extendit se ad bellũ. Neq; reperio, qd cõsilij mearum re[illegible] capiã, quod. i. p̃p quod ne sup. quidẽ dubito, quin hæc liberatio perturbarit quoq; te sic. s. vt me. Nam & gratia, & necessitudo est mihi cũ his oibus .s. qui bellũ acceptant. Tum. i insuper, ego odi cãm illã. s. certaminis, nõ homines. s. ipsos. Ego nõ arbitror illud fugere te. i. nõ dubito te scire quin hoies debeant sequi partẽ honestiorẽ in dissensione domestica. i. ciuili, quandiu certetur ciuiliter sine armis, vbi. i. postq̃ ventum sit ad bellũ & castra sup. sequi partẽ firmiorẽ. s. fortiorẽ & statuere i. existimare id melius, qd' sit tutius. Ego video Cn. Põpeium habiturũ secum in hac discordia, senatum. i. oẽs senatores & qui iudicent res. i. iudices, & oẽs qui viuant in timore, aut mala. i. dubia spe, accessuros ad Cæsarem exercitum sup. eorum non esse conferendũ i. cõparandum oino, cum lõge melior sit Cæsarianus: aut cõferendum ad dimicandũ, modo. i. dũmodo sat. i. satis spatii sit ad cõsiderandas copias vtriusq; & ad partem eligẽdam. Ego p̃pe. i quasi obligatus sum, qd' erat maxime scribendum. Scis Appium censorẽ facere hic ostenta. i. monstra in censendo & agere acerrime de signis. i. effigiebus rerũ, de tabulis .s. pictis, de agris mõ. i. interdum, de ære alieno i. debito persuasũ est ei censurã esse loramentũ. i. extendi posse vt loramenta, aut vitrũ. i. frangi posse vt vitrum. Nã. s. Appius sordescit. i. fit sordidus, vere, vultu & apit. sibi venas oẽs, & viscera. i. intima animi sui manifestat. Curre. s. admonitus, p̃ deos atq; hoies, & veni risum hæc q̃ plurimũ. Iudiciũ legis Scantiniæ i. de turpi libidine, fieri apud Drusum .s. turpissimũ Appiũ. s. censorẽ agere de signis & tabulis. s. non possidendis. Crede mihi properandum .s. est tibi Curio noster existimatur fecisse sapiẽter id qd'. remisit. i. detraxit de stipendio Pompeii. Ad summam i. finaliter quæris, quid putẽ futurum. si alteruter .s. aut Cæs. aut Põp. nõ eat ad bellum Parthicum, video impendere. i. imminere magnas, discordias, quas ferrum, & vis. i. violentia, vindicabit. i. vlciscetur. Vterque est paratus & animo & copiis. si possit fieri sine periculo. s. reip. fortuna, parabit tibi spectaculum magnum & iucundum. qui. n. in arena dimicantes spectant, extra periculum sunt. Vale.

PAVL. MAN.

AD bellum se erumpit §. sic in antiquo lib. & recte. nam Virg. lib. 2. Georg. Aut vbi sub lucem dẽsa inter nubila sese Diuersi erũpunt radii & lib. vi. ibi. Et caput, vnde. altus primum se rumpit Enipeus. & l. i i i. Aen. Interdumq; atrã prorumpit ad ęthera nubẽ. Terẽt. aũt in Eun. Iã ne erumpere licet hoc mihi gaudium? § De agri mõ, de ære alieno § libentius ita lego, q̃ ut alii, de agris modo. forte aũt id fieri volebat Appius, quod maiorũ memoria voluerant C. Licinius, & L. Sextius tribuni pl. qui leges promulgarunt, vnã de ære alieno ut deducto de capite q̃ vsuris pernumeratũ esset, id, qd' superesset, triennio equis portionibus persolueretur, alterã de modo agrorum, ne quis vltra D iugera agri possideret. epitome Liu. lib. 58.

GIBERTI LONGOLII LEMMA

Pompeium facta collatione vituperat, Cæsarē vero ad cœlū tollit. Ad ficit se magnopere exoptare, ut cū Cicerone cōferre possit. Postremo narrat, quēadmodū ob subitos Galliæ motus iter facere i prouinciā cogatur.

M. COELIVS S.D. M. CICERONI. 15

ECquando tu hominē ineptiorē, quàm tuū Cn. Pōpeiū, vidisti qui tātas turbas, qui tam nugax esset, commorit? ecquem aūt Cæsare nostro acriorē in rebus gerēdis, eodem in victoria temperatiorē aut legisti, aut audisti? quid est? nūc tibi nostri milites, qui durissimis, & frigidissimis locis, teterrima hieme, bellum ambulando confecerūt, malis orbiculatis esse pasti vidētur. quid? iā in quis, gloriose oīa. si scias, quàm solicitus sum; tū hanc meā gloriam quæ ad me nihil pertinet, derideas. quæ tibi exponere, nisi corā, non possum: idq; celeriter fore spero. nā me, cū expulisset ex Italia Pōpeium, constituit ad vrbē vocare: id quod iā existimo confectū: nisi maluit Pōpeiū Brūdisii circunsedere. peream, si minima causa est properādi istò mihi, quòd te videre, & omnia intima cōferre discupio. habeo aūt quàm multa. hui vereor, quod solet fieri, ne cū te videro, omnia obliuiscar. sed tamē quodnam ob scelus iter mihi necessariū retro ad alpes versus incidit? adeo, quòd Intemelij in armis sunt, neq; de magna causa. Bellienus, verna Demetrij, qui ibi cū præsidio erat, Domitiū quendam, nobilē illic, Cæsaris hospitem, a cōtraria factione nūmis acceptis, comprehendit, & strangulauit. ciuitas ad arma ijt. eò nūc cohortibus mihi per niues eundū est. Vsquequaque, inquis, se Domitij mali dant. Vellē quidem Venere prognatus, tantum animi habuisset in vestro Domitio, quantū ipse cadenatus in hoc habuit. Ciceroni F. S. D. Vale.

HVA. ECquando] Laudat Cœlius Cæs. & vituperat Pomp. qui P.R. ad arma excitauerit. Deinde scribit se valde solicitū esse optareq; aduentum subitum Cic. vt cū eo possit oīa secreta conferre. Postea dicit accidisse, vt sibi sit eundum trans alpes pp tumultus quosdā motos in Gallia pp quendam Dominum gallicū virum nobilē interfectū. [Ecqū] .i. nunqū nā hæc particula adiuncta dictionibus incipiētibus a, q, int errogatiue positis, signat an, vel nū, vt ecquis i. nunquis. vt dicit Dona. ergo ecqū .i. an aliqū, & aliquo tpe. [Ineptiorē] .i. stultitiorem. [Tuum] quē tu tāti facis. [Turbas] turbationes. [Acriorē] sapientiorē. [Confecerunt] finierūt. [Teterrima] pessima. [Malis] pomis. [Orbiculatis] rotundis, uel sunt gnā pomorū, quæ orbicularia dicuntur. significat aūt eos macilentos esse. [Inquis] obiectio. [Quid iam] .s. q̄ris. [Gloriose oia] .s. eueniunt. [Quę] quas res [Fore] futurū, vt ubi corā exponā. [Expulisset] eiecisset. [Circūsedere] i. obsidere, & detinere. s. me [Periā] moriar. optantis est [Istò] istuc. est. n. aduerbiū. [Discupio] valde cupio [Intima] secreta. [Quàm multa?] .s. quæ tecum cōferre cupiā. [Hui] quasi timentis est interiectio. [Quod solet fieri] nam cū parauimus nos dicturos multa alicui, accidit plerunq; vt cum sumus i eius pñtia, obliuiscamur multa. [Quoddā ob scelus] .i. pp quoddā scelus, & flagitiū. [Adeo] valde. [Intimidi] audaces. Sūt populi Transalpini. alij volunt, Intimidos nomen esse ipsorū populorū, vt sit Intimidi sunt in armis. i. sumpserūt arma. [De] pp [Bellienus] nomē proprium [Verna] significat seruum. sed hic puto esse cognomē. [Ibi] Trans alpes. [Cū præsidio] cū militibus positis ad tutelā loci. [Quendā ne putetur esse Domitius Romanus. [Hospitē] amicū, apud quem Cæs. solebat hospitari. [Factiōe] parte. [Ad arma] .s. surrexit, vel mota est. est. n. eclipsis. [Vsquequaq;] semper. [Domitij mali] quia de altero Domitio dixit superius, q Cn. Saturninū adolescētē accusauit. [Propugnaturus] pugnādo defensurus. [In nro] Romano. [Catenādus] ligādus. [In hoc] Domitio Gall. [Ipse] Bellienus, vel Domitius.

ASCEN. ECquandu] Laudandu Cæsarem vituperat Pōpeiū, qui excitauerat P.R. ad arma. dicit se optare aduentū Cic. & quæritur sibi trās alpes pficiscendū esse. Ordo est. Ecqū .i. nunq̄ aliqū, vidisti hoiem ineptiorem, q̄ Cn. Pōpeium tuū, q cōmorit .p cōmouerit, tātas turbas .i. turbationes rerū, q esset tā nugax .i. tā vanus & futilis? q. d. nō. Ecquē nunquid aliquē aut legisti, aut audiuisti acriorē Cæs. nro in rebus gerēdis. s. fortiter, & tēperatiorē eodē in victoria? q. d. scio q nullū. Quid est? hoc est q̄ris cur si gestiā? milites nostri .i. Cæsariani, qui ambulādo locis durissimis & frigidissimis, hyeme teterrima .i. asperrima cōfecerunt .i. finiuerunt, nūc tibi .ad nullā psonam spectat illud tibi. bellū, vnt esse pasti malis orbiculatis .i. pomis rotūdis. sunt qui allegorice mūdū intelligere dicāt, q. d. mūdi imperiū obtinuisse. alij a pomorū pastu macilētos factos. Quid, inqs, iā sumpsit. Rñdet oīa gloriose si scias. q̄ .i. quātū solicitus sū, cū derideas hāc gloriā meā, quæ nihil pertineat ad me. Quæ .i. quales res ego non possum exponere tibi. nisi coram .i. in pñtia, & spero id .i. q possim corā exponere, fore celeriter. Nā cū Cæsar expulisset ea Italia Pōp. constituit vocare me ad vrbem .s. Romā, & existimo id esse confectū .i. peractum modo, nisi maluit sup. me circūsedere .i. obsidere Pōp. Brūdisii si est cā minima, Properandū est mihi isto .i. ad istum locū vbi tu es, q .i. quia discupio .i. anxie cupio videre te, & cōferre .s. tecū oīa intima. Habeo aūt, q̄ .i. o quātum multa. hui vereor ne obliuiscar oīa cū uidero te qd' solet fieri. Sed tñ i. insuper, iter necessariū incidit mihi, ob quoddam scelus retro i. retrorsum ad alios, versus adeo .s. necessarij, q Intemelij populi trāsalpini, sunt in armis. neq; de magna cā .i. ob magnā causam. Bellienus, verna .i. seruus Demetrii, qui erat ibi cū præsidio, comprehendit, & strāgulauit illic Domitium quēdam nobilem hospitem Cæs. numis acceptis. ideo eo q nūmos acceperat a factione contraria, ciuitas iit .i. cū fluxit, ad arma, eundū est mihi .i. debeo ire eo .i. ad eum locum, cū quattuor cohortibus per niues, q a hiemē. Inquis .i. tu forte modo dicis. Vsquequaque .i. an semp tibi laborandum erit. q. d. vellem quidem aliter esse, sed domitij mali .i. perniciosi dant .s. id mali, aut negotij. Vellem quidem sup. vt verna .s. Bellienus propugnaturus, habuisset tm animi in Domitio nostro .s. Roni. aut hospite & amico, quantum ipse catenatus, alii legunt catenandus, habuit in hoc. Cic. fratris filio.

PAVL. MAN. QVANTVM ipse catenatus] legit Octauius Pantagathus, quantū Psecade natus: vt significet Bellienus verna psecas. n. ancilla est: vernas aūt eos esse, q ancillis nascātur, nemo nescit. itaq; dixit: Si Bellienus, ancilla natus, Domitiū cōprehēdere, & strāgulare nō dubitauit: qd Cæsari Venere pgnato, in vestro Domitio faciūdū fuit? Hęc amicissimi hoīs lectio, nō dubito, q n a doctis probetur: cū & sensum habeat optimū, & a vetusto lib. parū, ac pæne nihil discrepet. De psecade meminerū Iuuen. sat. VI. & Ouid. Metam. l. III. Cū hæc iam scripsissem, liber est allatus ad me perātiquus, in quo scriptū erat ipse cadenatus. posteaq; eodē mō in lib. Pet. Bēbi scriptum aiaduerti; itēq; in alio, quē Cypro aduectū chirurgus mihi quidā cōmodauit, & duob' Caroli Sigonii, itē alio, q est apud me itaq; cū hāc lectionē & antithetorū gratia cōmendet; (nā Cœlius Cœliano illo suo more, hoc est, perargute, psecade natus, & Venere pgnatus, opposuit) & veterū librorū confirmet auctoritas: non est, quod quisquam, nisi siquis obtrectādi studiū nimis amet, de illius integritate dubitare amplius debeat. qua in sñia eo magis confirmor, q eam summo consensu eorū oium, qui de literis optime iudicant, quibusq; ego plurimū tribuo, cōprobari aiaduerto. Vtinamq; Pantagatho meo tm esset a grauioribus studiis otiū vt similia multa excogitare, aut ea potius, quæ iam pridem in hoc genere innumerabilia excogitauit, cōmodo suo colligere, & cum studiosis cōicare posset. sperarem fore, vt veterē scriptis, magna ea parte integritati suæ restitutis, multorum, qui nunc sese inani labore torquentes, nihil omnino nisi quod ipsi peperint, approbare animū inducunt, superuacanea opera videretur.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Suadet Ciceroni, ne se ad Pōpeium transferat, idq; pulcherrimis quibusdam argumentis a metu, & exitu victoriæ. In fine consilium dat, quo pacto se in his angustiis tutum conseruet. Huic autem epistolæ respondet, libro secundo epist. 16. Magno dolore, &c.

M. COELIVS S.D. M. CICERONI. 16

EXANIMATVS sum tuis literis: quibus te nihil, nisi triste cogitare ostendisti: neq; id quid esset, perscripsisti: neq; nō tamen quale esset, quod cogitares, aperuisti. has ad te illico literas scripsi. Per fortunas tuas Cicero, per liberos te oro, & obsecro, ne quid grauius de salute, & incolumitate tua consulas. nam deos homines que, amicitiamque nostram testificor me, neq; temere tibi prædixisse, neq; temere monuisse, sed, postquàm

*Cæsarem conuenerim, sententiamque eius qualis futura esset parta victoria, cognouerim, te certiorem fecisset. Si existimas eandem rationem fore Cæsari in dimittendis aduersarijs, & conditionibus ferẽdis erras, nihil, nisi atrox, & sæuum, cogitat, atq; etiam loquitur: iratus senatui exijt: his intercessionibus plane incitatus est non meher cules erit deprecationi locus. quare, si tibi tu, si filius vnicus, si domus si spes tuæ reliqua tibi caræ sunt; si aliquid apud te nos, si vir optimus gener tuus valet; quorum fortunas non debes velle conturbare: * sequere eam causam, in cuius victoria salus nostra est; ne aut odisse, aut relinquere cogamur; aut impiam cupiditatem contra salutem tuam habeamus. deniq; illud cogita; quod offensæ fuerit, in ista cunctatione te prius subijsse. nunc te contra victorem facere, quem dubijs rebus lædere noluisti, & ad eos fugatos accedere, quos resistẽtes sequi nolueris, summæ stultitiæ est vide, ne, dum pudet te parũ optimatem esse, parum diligenter, quid optimum sit eligas. quòd si totum tibi persuadere non possum: saltem dũ, quid de Hispanijs agamus scitur, expecta: quas tibi nuntio aduentu Cæsaris fore nostras. quam isti spem habeant amissis Hispanijs, nescio: quod porro tuum consilium sit ad desperatos accedere, non medius fidius reperio. hoc, quod tu, non dicendo, mihi significasti, Cæsar audierat: ac simul atq; , haue, mihi dixit, statim, quid de te audisset, exposuit. negaui me scire: sed tamẽ ab eo petij, vt ad te literas mitteret, quibus maxime ad remanendum cõmoueri posses, me secum in Hispaniam ducit nam, nisi ita faceret, ego prius, quàm ad vrbem accederem vbicunq; esses, ad te percurrissem, & hoc a te præsens contendissem, atq; omni vi te retinuissem. Etiã atq; etiam, mi Cicero, cogita, ne te, tuosq; omnes funditus euertas; ne te sciens, prudensq; eò demittas, vnde exitũ vides nullum esse. quòd si te aut voces optimatum cõmouent; aut non nullorum hominum * insolentiam, & iactationem ferre non potes; eligas, censeo, aliquod oppidum * vacuum a bello, dũ hæc decernũtur, quæ iã erunt confecta. id si feceris; et ego te sapienter fecisse iudicabo; et Cæsarẽ non offendes. Vale.*

alij habent, in eam causam, in cuius victoriã salus nostra est, odisse, &c.

ep. 16 l. 2. & 2. l. 9. ep. 16 l. 2.

XVII. EXaminatus] Cum versaretur resp. in magnis periculis propter discordias Cæs. & Pomp. questus fuerat Cic. de miseria, ipsorum, diaeraiq; sibi incertum esse, & difficile, quod consilium suis rebus caperet. Itaq; suspicatus est Cœlius Cic. aliquid mali cogitare, & maxime ne se trãsferret ad Pomp. qđ ne faciat, nititur multis causis dissuadere, ne euertat, & se & oẽs suos, si ad desperatos accesserit, censet aũt Cœlius potius ei eligendũ esse aliquẽ locum solum, & vacuũ quò se conferat, donec bellum confectum fuerit. Huic epist. Cic. rñdet lib. 2. epist. 16 quę incipit, Magno dolore me affecissent literę tuę, &c. [Examinatus] territus perturbatus. [Aperuisti] declarasti. [Illico] statim. [Per fortunas] adiurat Cœlius Cic. ne aliquid faciat contra salutem suam [Per liberos] per filios. [Consulas] deliberes, cõsilium capias. [Prædixisse] quæ essent futura, & maxime de victoria Cæs. [Conuenerim] allocutus sim. [Fecisse te certiorem] i testificor deos, & hoies. [Dimittẽdis aduersariis] i. in dimittendis iis, qui eum persecuti fuerint [Atroa] crudele. [Senatui] quia assentitur Põp. magis q̃ sibi. [His intercessionibus] quæ facta sunt, ne decernatur cõsul, nisi tradat exercitũ, & prouincias. [Nõ deprecationi locus] nullius precibus, flectetur, neminẽ deprecatorem exaudit. [Quare] cõcludit ex vtilitate oium suorũ ne a Cæs. discedat ad Põp. [Eam cãm] .s. Cæsarianã. [Sequere] adiuua partibus & fauoribus tuis: [Odisse] .s. te [Aut relinquere] .s. tu fueris Põpeianus, cũ nos simus Cæsariani [Aut habeamus impiã cupiditatẽ contra salutem tuam] .i. aut optemus mortẽ tuã, quod est impiũ, quia te paterno amore prosequi debeo. [Cunctatione] mora, cũ nõdum essent aperta bella. alias legitur cõcitatione .i. perturbatione, sed magis probo priorem lectionẽ [Quod offensæ] quæ iniuria, quæ læsio. Nũc cum res est non in cunctatione, sed discrimine Pompeianorum, [Victorẽ] Cæs. [Noluisti lædere] quia Cic. in principio bello rum ciuilium neutrũ sequebatur. [Dubiis] cum nulla spes est de victoria Põpeij. [Fugatos] Põpeianos iam victos a Cæs. [Parum optimatẽ] .i. non electũ .s. a Cæs. [Exspecta] priusq̃ sequaris Põp. [De Hispaniis] vbi erat exercitus Cæs. contra Petreiũ, & Afranium duces Põpeianos [Quas] Hispanias. [Nũtio] certifico. [Fore] futuras. [Nostras] .i. Cæsarianas, quia Cœlius Cæsarianus erat. [Isti] Põpeiani. sed per cõteptum dixit isti. [Porro] certe, vel deinde. [Quod] quale. q. d. nisi stultum. [Desperatos] pro quibus nulla est spes. translatio est sumpta ab ægrotis, qui in extremis laborãtes, & iam, morituri desperati dñr. [Hoc] se secuturum Põpeianos. [Audierat] ab aliis. [Simul atq;] cum primũ. [Negaui me scire] dixi me non intelligere, quid esses facturus. [Quibus l.] Cæs. Commoueri persuaderi, incitari. [Ad remanendũ] ne accederes ad Põpeianos. id autem diximus alio loco factũ fuisse a Cæs. qui hortatus est Cic. ne exiret ad bellum, & neutrũ oino sequeretur. cui Cic. maximo aio rñdit vt scribit Plut. in eius vita. [Nisi ita faceret] me Cæs. secum in Hispaniã. [Cõtendissem] vehementissime postulassem. [Oi ui omni violentia .i. contra voluntatem tuam. [Etiã atq; etiam] repetit Cælius admonitionẽ suam ne Cic. sequatur Põp. [Fũditus] penitus. tractum ab ædificiis. [Sciens] a me admonitus. [Prudens] p te ipsum intelligens. [Demittas] cõmittas. [Eò] ad id. [Vñ] ex quo. [Nullũ] exitum .i. vñ vides te non posse exire, cũ ingressus fueris est. o. cã Põp. quasi labyrinthus quidam, vñ non est regressus. [Voces] sermones. exhortationes. [Optimatũ] .i. principum in ciuitate. & est cõfutatio cõtra id, quod posset dicere, q non põt sustinere vocẽ optimatum increpantiũ ipsum, q se solus dissentiat ab vniuerso senatu. dicit Cœlius ad fugiendas has voces, eligendum esse aliquem locum vacuũ. [Insolentiã] superbiã. [Vacuũ a bello] qđ non sit Cæsarianum, aut Põp. [Decernuntur] bello determinantur. [Quæ tua erunt] quæ ad te pertinebunt. in cod. scriptum legi, quę cum erunt confecta. [Et te sapienter] .i. & iudicaberis sapiens si nihil feceris cõtra Cæs. quod eum offenderit, quia dummodo non sequeris Pomp. non curas, vt ei faueas, aut eum sequaris.

EXaminatus, &c. Cum versaretur resp. in magnis periculis propter discordias Cæs. & Põp. idq; questus esset Cic. suspicatus Cœlius ipsum a Cæs. ad Põp. defecturum monet, ne id faciat. Huic aũt epist. rñdet illa lib. 2. Magno dolore, &c. Ordo est. Ego sum examinatus .i. factus ex ps animi tuis literis .i. per literas, quibus ostẽdisti, te nihil cogitare nisi triste neq; scripsisti, quid id esset. Nõ. n. aperuisti quale esset, quod cogitares. Scripsi illico has litera ad te quibus sup. o Cic. oro te, & obsecro, p fortunas .i. facultates tuas, & p liberos tuos, vt ne consulas .i. per deliberationem incipias, ac facias quid .i. aliquid grauius de salute, & incolumitate tua, hoc est ne aut tibi per desperationem manũ inferas, vt ea incipias, vñ saluti tuæ timendũ esset. Nã ego testificor, i. testes facio, deos & homines & amicitia nostrã, me neq; temere prædixisse .s. quidquã, neq; monuisse. Sed postq̃ conuenerim .i. allocutus fuerim Cæs. & cognouerim sniam eius qualis esset futura parta victoria .i. si obtinuerit victoriã, testificor sup. me fecisse te certiorem .i. tibi eã significasse. Si existimas eandẽ rationẽ fore Cæs. in dimittẽdis aduersariis .i. iis, q eum persecuti fuerint, & sup. in ferẽdis .i. offerendis cõditionibus .s. cõcordiæ, erras, q a si victor fuerit, in eos nihil aget, nisi atrox, & sæuũ, atq; etiam nihil loquitur: ipse iratus senatui exiit .i. se proripit e senatu ipse est plane .i. oino incitatus .s. ad irã. His intercessionib⁹ .i. obstaculis a senatu factis locus nõ erit depcationi .i. purgationi culpæ, aut peritioni veniæ si vicerit. Quare si tu, sup. es curæ tibi, si fili⁹ vnicus .s. M. Cic. si domus .i. familia, etsi reliq̃ spes tuæ sunt tibi caræ si nos sup. valemus, etsi gener tuus .s. Dolabella amicus Cæs. vir optim⁹, nõ talis tñ oib⁹ visus, valet aliqd apud te .i. habem⁹ aliqd auctoritatis, tu nõ debes velle cõturbare fortunas eorũ .i. tibi carissimorũ & maxime necessariorũ, ne cogamur aut odisse, aut relinq̃re eã cãm Cæs. i cuius victoria salus nr̃a est, aut ne habeamus impiã cupiditatẽ cõtra salutẽ tuã .s. adhærẽdo Cæs. & inimicis eius oib⁹ exitũ optãdo, Deniq; cogita illud, videlicet qd offensæ .i. læsionis. Cæs. fuerit ĩ ista .s. tua cũctatione .i. mora te subiisse .i. paruisse prius & sup. facere nũc cõtra uictorẽ, quẽ noluisti lædere reb⁹ dubiis .i. cũ adhuc dubius esset belli exitus, & accedere ad eos .s. Põpeianos, fugatos .s. a Cæs. quos nolueris seq resistẽtes .i. cũ adhuc resisterẽt, est summæ stultitiæ Vide .i. attẽde, & pspice, ne dũ pudet, te esse parũ .i. nõ satis optimatẽ .i. haberi in numero optimatũ & primorũ ciuitatis, eligas parum diligẽter sup. id, qđ sit optimũ, qa melius esset in media dignitate secure uiuere q̃ ad summã pperantẽ interfici. Qđ si nõ possum psuadere, tibi totũ .i. ut oino Cæs. recõcilieris, expecta saltẽ dũ .i. donec, sciatur quid

ASCEN.

quid agamus de Hispanis, quas s. Hispanias, ego nūtio. i. indico tibi fore nostras. i. nostrarum partiū, aduentu Cæs. s. in eas, q etiā euenit. Nescio quam specie, isti. s. temerarij. Pōp. sequentes habere poss nt, Hispaniis amissis. Porro. i. sed medius fidius nō reperio. i. non possum cogitare, q. i. quale consilium tuum sit accedere ad desperatos. s. de salute tuenda Cæs. audierat hoc, quod tu significasti mihi non dicendo. i. vehementem dolorē tuum pp Pomp. aduersitatem, aut debilitatem, quā non es ausus mihi scribere, sed solummodo signis ostendere, ac simul atq; dixit mihi, hæc exposuit statim, quid audisset de te, negaui me scire, sed tñ petij ab eo, vt mitteret literas ad te quibus. s. literis, posses cōmoneri maxime ad remanendū s. in prouincia, donec res cum. Pōp. transigatur. Cæs. ducit me in Hispaniā secum, nam nisi faceret ita, ego percurrissem ad te prius, quā accederē ad vrbem vbicūq; esses, & ego presens. i. corā, cōtendissem. i. diligēter impetrare studuissem hoc a te, atq; tenuissem te oi vi. O Cic. cogita etiā atq; etiā. i. sæpe, & diligenter, ne euertas funditus te & tuus oēs ne tu sciēs & prudēs. i. prudens periculū dimittas te eo. i. ad id periculū vnde vides nullū exitū esse. Qd̄ si aut voces optimatū te ad Pōp. inuitantium & cōmouent te, aut potes ferre. i. tolerare, insolētiā i. superbiam, & iactationē. i quorundā hominū Cæs. adulantium censeo sup. vt eligas aliquod oppidum vacuū. i. immune a bello, dum. i. donec, & quādiu, hæc. s. negotia bella decernūtur. s. vtri cedant, quę cum s. postq̄ aut qñ confecta. i. expleta, &. i. pariter, ego iudicabo te fecisse sapienter, & non offendes. i. non lædes Cæsarem, qui permittet te neutrius partes sequi.

GIBERTI LONGOLLII LEMMA.

Conqueritur multū de Cic. Cœlius, & pœnitētia se duci scribit, q Pōpeium non secutus sit. Postremo, quod contra Cæsarē moliatur, exponit.

M. COELIVS S. D. M. CICERONI. 17

ERGO me potius in Hispania fuisse tum, quàm Formijs, cū tu profectus es ad Pōpeium? quòd vtinam aut Ap. Claudius in ista parte, aut C. Curio: cuius amicitia me paulatim in hāc perditam cām imposuit. nam mihi sentio bonā mentem *iracūdia, & * amore ablatam. Tu porro, cū ad te proficiscens noctu Ariminum, venissem, dum mihi pacis mandata das Cæsarem, & mirificū ciuem agis, amici officium neglexisti, neq; mihi cōsuluisti. neq; hæc dico, quod diffidam huic causæ: sed, crede mihi perire satius est, quam hos videre. quod si timor vestrę crudelitatis non esset, eiecti iā pridē hinc essemus. nā hic nunc præter fæneratores paucos, nec homo, nec ordo quisquam est nisi Pōpeianus. equidem iā effeci, vt maxime, plebs, &, qui antea noster fuit, populus vester esset. cur hoc inquis? immo reliqua expecta; vos inuitos vincere coegero. arrūtanum me Catonem. vos dormitis; nec hæc adhuc mihi videmini intelligere, quā nos pateamus, & quā simus imbecilli atq; hoc nullius præmij spe faciam sed quòd apud me plurimum solet valere * doloris, atq; indignitatis causam, quid istic facitis? prælium expectatis, quod firmissimum est? vestras copias non noui nostri valde depugnare, & facile algere, & esurire consuerunt. Vale,

Iracūdia in Appium, amore i Cur. de Appio epist 13. de Cur. ep. 8. 9. & 12. lib.

huius doloris causam vide apud Cæs. l. 3. de bello c.

NVD: ERgo me] Cœl. cum scripsisset in superiore ep. se duci a Cæs. in Hispaniam, nō iuerat, sed remāserat Formijs mādato Cæs. Cic. aūt qui se iam ad Pōp. contulerat, scripserat quod melius fecisset Cœlius ire in Hisp q̄ remanere Formijs. ad quod cū quadā indignatione Cœl. rñdet. Deinde cōqueritur de Cic q cū ante fuisset in pposito pacis, nō petiuerit ab eo cōsilium, quid esset agendū Deinde signat se pęnitere, q locutus fuerit Cęs. & dedisse operā, vt multi qui erat Cæsariani, efficerent Pōpeiani: postremo se optare, vt Pōpeiani sint victores spe alicuius pmij sed pp indignitatē causæ. & incitat Pōpeianos aduersus Cæsarianos. [Ergo] nō est hoc loco illatiua cōiūctio, sed inceptiua maxime cōueniens indignationi. Iuuen. Impune ergo mihi recitauerat ille togatas. [Fuisse potius] idest melius. [Formis] q est oppidū Cāpaniæ. [Profectus es] i. discessisti. [Prohibuisset] s. te pficisci ad Pōp. vel melius sine esse Formis [Cuius] Curionis [Imposuit] deduxit. Curio. n. vt supra diximus in ep. ad Cur. a Cæs. in partes suas tractus fuerat, cū antea ei esset inimicissimus. hic Curio postea traxit etiam in partes Cæs. Cœliū. [Paulatim] multis suasionibus. [Bonā mentē] bonā dispositionē animi. & iā damnat cām Cæs. [Tumore it.] ira. n. facit hoiem tumidum. [Tu porro] accusat nunc Cœlius Cic. q Cic. ab eo cōsiliū nō petiuerit, cū ipse ad eū venisset Ariminū, & Cic. dixisset ei vt cōsuleret Cæs. qd̄ potius sequeretur pacē q̄ bellum. [Offm amici] quia noluisti cō care res tuas mecum [. Neq; mihi cōsuluisti]. i. nō petiuisti a me cōsiliū, & est declaratio neglecti officij. [Huic causæ] Cæs. [Satius] melius. [Hos] Cæs. pœnitebat. n. se secutum Cæs. qd̄ declarauit, cū dixit, mihi sentio bonam mente iracundiæ tumore ablatā. sed timore crudelitatis Pōp. nō audebat discedere. & hoc est, qd̄ dicit, Qd̄ si timor, &c. [Vestrę] Pōpeianoꝝ. [Hic] a Cæs. [Eiecti essemus] discessissemus. [Hic] parte Cæs. [Nec ordo quisq̄]. i. nullus magistrat⁹. nā supradixit in hac discordia video ad Cn. Pōp. senatū. qq; res iudicāt secum obituros, ad Cæs. aūt oēs, qui cū timore, aut mala spe viuāt accessuros. [Nisi est Pomp.]. i. nisi fauet Pomp. [Noster] Cæs. [Esset vester] fieret Pōpeianus. [Cur hoc inqs] obiectio, quæ posset fieri sic quare hoc fecisti, vt q erāt Cæsariani. fierēt per te Pōpeiani. [Reliqui] q adhuc sunt cū Cæs. Vel reliqui, quæ sunt apud Cæs. [Inuitos] etiam cōtra voluntatē vestram. [Corrūcano.] puto mendosum esse textū alibi scriptum erat irritaui M. Cat. [Vos] Pōpeiani. [Dormitis] estis negligētes. [Nos] Cæs. [Qua pateamus]. i. quā simus expositi, vt a vobis vincamur. [Imbecilli] debiles. [Atq; hoc faciā] vt vos sitis victores [Nō spe premij] nō expectatione alicuius remunerationis. id. n. mihi turpe putarem, [Doloris] quòd videam temp. opprimi. [Indignitatis] iniustitiæ. [Quid facitis] vos Pomp. excitat n. eos ad prælium [Quod firmissimum est]. i. quod est certissimum. [Nostri] Cæsariani. [Algere] pati frigus. [Esurire] tolerare famem.

ASCEN: ERGO me, &c.] Scripserat Cœl se cū Cæs. abducendū in Hisp. quò tñ adductus non erat sed Formiis māserat: qd̄ Cic. improbarat. vnde Cœl. nunc dure ad eū scribit incusans eū neglectę amicitiæ, se tñ Pōpeianū effectū dicit, sed vt risisse putari possit. Ordo est. Ergo me fuisse potius profisci in Hisp. q̄ esse Formijs? q. d. sic licet Cic. aliter cōsulerat, antequā tu profectus es ad Pomp. tamen non eras profectus ad eū. Quod vtinā aut App. Claudius prohibuisset in ista parte, aut Caius Curio, cuius amicitia imposuit me paulatim in hāc partē. s. causæ. s. Pōpeianæ. Nā sentio mentē bonam ablatam mihi tumore. i. inflatione iracūdiæ. Nā impedit ira animū. Tum. i. insuper tu porro cū pficiscens ad te venissem noctu Ariminū, dum das mihi mandata pacis. i. vt te pacificum nunciarem ad Cæs. & agis ciuē mirificum [ironia est] neglexisti offm amici, neq; i. quia nō cōsuluisti. i. cōsilio perspexisti mihi. Neq; dico hoc, q diffidā huic causæ s. Cæs. Sed crede mihi, satius. i. melius est perire, q̄ videre hos. i. nostros milites & fautores iā insolentes Qd̄ si timor crudelitatis vestræ s. quā exerceris in victos, vt Cic. ipse nō semel futurā fuisse testatus est, non esset nos essemus iampridem. i. a pluribus diebus eiecti hinc. i. ex vrbe. aut p superbiā Cæsarianorū, aut spōte. sed inuidiose eiectos fuisse dicit. Nā nec hō, nec ordo quisq̄ est nunc hic, pter paucos fœneratores, nisi Pōpeianus Equidē, i. ego quidē, effeci iā maxime vt partes sup sint vestræ, & vt popolus, q fuit antea nr̄, esset vester Cur inqs, imo reliq expectāt sup. scne, cur hoc. s. effecerim Ego coegero vos inuitos vincere. s. nos, vos inq̄ Corruncanū, & M. Catonē in me, vt expergiscat. Vos dormitis nec videmini mihi intelligere adhuc, q̄. i. q̄tum, nos pateamus s. iniuriæ, & q̄. i. quantū simus ibecilli. i debiles. Atq; faciā hoc i cogiā vos inuitos vincere nullius. i non alicuius nō spe alicuius pręmij. sed q. i. qa aut qd̄. i. q̄ res solent valere plurimū apud me cā doloris atq; indignitatis i. indignationis. Quid facitis istic. Expectatis prælū, qd̄ est firmissimum. i. certissimū futurū. Ego non noui copias vras, nostri s. milites, videlicet Cæsariani, cōsueuerūt valde depugnare i detractare pugnā, vt aut finire pugnā fugiēdo vt innuit, sed sic tñ vt nescias vtri parti faueat, p pea q ales belli incerta erat, & cōsueuerūt algere, & esurire. i. pati frigus, & inediā quod etiam duplicem habet sensum, aut per inertiam, aut per fortitudinem, quia assueti sint malo, & ita ad militiam aptiores.

PAVL. MAN. REliqua expecta] valde hic & ab impressis, & inter se dissentiūt veteres lib vnus, q est apud me habet, reliqua exspectāt: alter Caroli Signoij reliquas expectāt: tertius eiusdē, reliq expectant. Qd̄ aūt, sequitur, Vos inuitos, meus liber habet, nos inuitos: liber Signoij, nos inuictos. Præterea, vbi legitur, Irritaui in me Catonē, meus liber, & Sigoniani habēt arrūtanū me Catonē, vnus pro me habet, M. Obscura plane sētētia qd. n. e deprauatis verbis eliciatur? Alit igitur aliquid excogitēt.

M. T. CICERONIS EPIST. FAMILIARIVM LIBER NONVS.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Cupit aduentum Varronis: & , quod ad pristina studia literarum se contulerit nunciat,

M. CIC. S. D. M. TERENTIO VARRONI.



*X iis literis quas Atticus a te missas mihi legit, quid ageres, & vbi esses, cognoui: quando autem te visuri essemus, nihil sane ex eisdem literis potui suspicari. in spem tamen venio, appropinquare tuũ aduentũ: qui mihi vtinam solatio sit. etsi tot, tantisq; rebus vrgemur, vt nullam alleuationem quisquam non stultissimus sperare debeat. sed tamen aut tu potes me, aut ego te fortasse aliqua re iuuare. scito enim me, postea quàm in verbem venerim, redisse cum veteribus amicis, id est cum libris nostris in gratiam etsi non iecirco eorum vsum demiseram, quòd ijs suceenserem, sed quod eorũ me suppudebat. videbar enim mihi, cum me in res turbulentissimas, infidelissimis sociis, demisissem, praeceptis illorum non satis paruisse. ignoscunt mihi, & reuocant in consuetudinem pristinam: teque, quod mea *permanseris, sapiẽtiorem, quam me, dicunt fuisse. quamobrem, quando placatis his vtor, videor sperare debere, si te viderim, & ea, quæ præmant, & ea, quæ impendeant, me facile transiturum. quamobrem, sive in Tusculano, siue in Cumano ad te placebit, siue, quod minime velim, Romæ; *dummodo simul simus, perficiam profecto, vt id vtrique nostrum, commodissimum esse videatur. Vale.*

vide ep. 6. h.l.

ep.l.1.7.

NVB.



X ijs literis] M. varro vir doctissimus fuit qui ling. Lat. libro ad Cic. scripsit. is studiosissimus reip. secutus fuerat Pomp. partes, sicut & multi alij boni ciues. cum igitur abesset ab vrbe, scribit Cic. se ex eius literis sibi ad Attico redditis, intellexisse vbi esset, sed non quando venturus esset. optat autem eius aduentum fore sibi solatio in tantis malis & miseriis reip. quæ iam tenebatur oppressa a Cæs superatis Pompeianis. deinde dicit quemadmodum retulit se ad libros quos aliquantulum intermiserat. ex quibus dicit se sperare magnum adiumentum ad terenda aduersa, præsertim si ipse Varro. venerit; & ostendit quò maxime velit eum venire. [Atticus] Pomponius qui propter singularem doctrinam literarum græcarum quibus Athenis operam dedit, Atticus cognominatus est, vt testatur Cic. in procemio Cat. maioris. [Suspicari] coniicere, putare. [Appropinquare] propinquũ esse [Qui] aduentus tuus. [Quisquam non stultissimus] .i. quisquam, qui aliquid sapiat. [Alleuationem recreationem. sed dixit alleuationem, quia dixit. [Vrgemur] ,i. premimur. [Aut ego] .s. possum. [Id est, cũ libris] declarat, qui sunt veteres amici, hoc est libri. [Succenserem iis] essem eis iratus. [Suppudebat] aliquãtulum pudebat. [Præceptis illorum] qui me mouebant nequit temere facerem ex libris enim philosophorum discimus, quid nobis sit agendũ. [Sociis] propter socios. [Ignoscunt] dant veniam. iocatur autem Cic. qui dat libris quasi sensum quemdam. [In consuetudinem] quæ mihi fuerat cum eis. [In ea cõs.] quia non intermisisti eos, sicut ego [Qñ] quoniam [His] libris. [Placatis] factis amicis, quia ei do operam sicut ante consueueram. [Transiturum] superaturum, eu isurum. [Quæ premant] quæ nunc sentimus [Quæ impendeant] quæ immineant, & futura sint nobis mala. [Cumano, & Tusculano in his enim habebat Cic. prędia sua. [Quod minime velim] quod non valde placet. [Simul simus] .i. dummodo conueniamus [Vt] idest sicut. est enim hoc loco aduerbium, non autem coniunctio.

X iis, &c] M. Terent. Varro. vir doctissimus, qui de ling. Lat. libros ad Cic. scripserat, cum esset studiosissimus reip. secutus erat partes Pomp. vt plurimi alij. cum igitur abesset ab vrbe, scripsit Cic. se eius literis ab Attico acceptis intellexisse vbi esset sed non quando venturus esset. Optat autem eius sibi aduentum solatio fore in tantis reip malis. deinde se contulisse ad literarum studia: docetq; quò eum venire velit. Ordo est. Ego cognoui ex iis literis quas missas a te Atticus legit mihi, quid ageres & vbi esses Autem idest sed nihil sane idest nullo modo potui suspicari ea iisdem literis quando essemus visuri te. tamen venio in spe cie.i. incipio sperare aduentum tuum appropinquare, qui scilicet aduentus tuus, vtinam sit solatio idest ad solatium.i. tibi tam prosper vt mihi solatium afferat. Etsi.i. quanquã vrgemur i præmimur tot, & tantis rebus scilicet aduersis, vt quisquã non idest qui non sit stultissimus nullam idest non vllam, non debeat sperare, possit tamen optare, vllam alleuationem.i. diminutionem mali, & recreationem animi sed tamen aut tu potes iuuare me, aut ego fortasse sup possum iuuare te aliqua re. Scito, enim me postquam venerim in verbẽ redisse cum veteribus amicis idest cum libris nostris, in gratiam idest cum eis consuetudinem innouasse. Etsi idest quanquam, non dimiseram Vsum eorum, ideirco, quod succensere ẽ idest subiratus essem iis. scilicet libris nostris, sed quod subbudebat i. aliquantulũ pudebat me eorum.i. quod ea eis pudorem contraxerim, sicut solemus ab iis, quos ostendimus oñ qui nobis dedecori sint quod probat dicens Videbar enim mihi cũ demisissem me in res turbulentissimas idest in bellum contra Cæs. sociis fidelissima, aut qui temere remp periculo obiecerunt, aut qui eam defendere non potuerunt, non paruisse idest non obediuisse satis præceptis illorum scilicet librorum nostrorum vetantium nil temere agere. Libri sup. ignoscunt mihi, & reuocant sup. me in consuetudinem pristinam, hoc est libenter mecum conuersantur, hoc est ego cum illis libenter versor, & dicunt te fuisse sapientiorem quam me, quod permanseris in ea scilicet consuetudine cum libris. Quamobrem quando idest quoniam, ego vtor iis scilicet libris, placatis idest pacificatis, ego videor debere sperare, si viderim te, me facile transiturum, & ea scilicet mala, quæ premãt idest in pręsentia nos vrgeant, & ea quæ impendeant.i. immineãt Quamobrem siue placebit te adire sup me siue, in Cumano sup. agro, vbi villam habebat Cic. siue in Tusculano vbi alteram habuit, & Tusculanas quęstiones scripsit, siue quod minime velim Romæ dummodo idest si modo simus simul, perficiam profecto, vt id videatur commodissimum esse vtrique nostrum. ASCEN.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Reddit rationem, cur epistolam, multis ante diebus scriptam, Varroni etiamnum miserit. Deinde suadet, vt a conspectu inimicorum se trãsferat. Se autem valde cupere, vt simul in otio literario viuere possint, &, vt Varro operam det, vt id fiat, hortatur.

CICERO S. D. VARRONI. 2



Aninius, idem tuus, & idem noster, cum ad me peruesperi venisset, & se postridie mane ad te iturum esse dixisset; dixi ei me daturum aliquid mane & vt præaret, rogaui. conscripsi epistolam noctu: nec ille ad me rediit. oblitum credidi. attamen eam ipsam epistolam misissem per meos, nisi audissem ex eodem, postridie te mane, e Tusculano exiturum. ac tibi repente paucis post diebus, cum minime expectarẽ, venit ad me Caninius mane, proficisci ad te statim, dixit. etsi erat ἕωλος illa epistola, præsertim tantis postea nouis rebus allatis: tamen perire meam lucubrationem nolui, & eam ipsam Caninio dedi. sed cum eo, & homine docto, & amantissimo tui, lo-

Sic locutus est infra ep. 37 & l. 8. de diuinat. Marcellus, idem imperare, idem augur.

cutus

cutus ea sum, quæ pertulisse illũ ad te existimo. Tibi aũt idẽ cõsilij do, quod mihimet ipsi; vt vitemus oculos ho minũ, si linguas minus facile possumus. qui n. victoria se efferunt, quasi victos nos intuentur: qui autem victos esse nostros

vide ep. 3. & 13. & seq. *moleste ferunt, nos dolent* vivere. Q ueres fortasse, cur, cum hæc in vrbe sint, non absim, quemadmodum tu. tu n. ipse, qui & me, & alios prudentia vincis, omnia, credo, vi disti: nihil omnino te fefellit. Q uis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat? nusquam incurrat? Ac mi bi quidem iam pridem venit in mentem, bellum esse, ali quò exire, vt ea, quæ agebantur hic, quæq; dicebantur, nec viderem, nec audirem, sed calumniabar ipse: putabam, qui obuiam mihi venisset, vt cuiq; commodum esset, suspi caturum, aut dicturum etiam, si non suspicaretur: Hic autem metuit, & ea re fugit; aut aliquid cogitat, & ha bet nauem paratam. deniq;, leuissime qui suspicaretur, & qui fortasse me nouisset optime putaret me iccirco discede re, quòd quosdam homines oculi mei ferre non possent. Hæc ego suspicans, adhuc Romæ maneo: & tamen λιλήθότως consuetudo diuturna callum iam obduxit stomacho meo. Habes rationem mei consilij. tibi igitur hæc. Censeo laten dum tantisper ibidem, dum deferuescat hæc gratulatio, & simul dum audiamus, quemadmodum negotium cõfectum sit: confectum n. esse existimo magni autem interierit, qui fuerit victoris animus, qui exitus rerum. quàm quàm, quò me coniectura ducat, habeo: sed expecto tamen. te vero nolo, nisi ipse rumor iam raucus erit factus, ad Baias ve nire. erit. n nobis honestius etiam, cum hinc discesserimus, videri venisse in illa loca ploratum potius, quàm natatum. Sed hæc tu melius: modo stet nobis illud, vna viuere in*

ep. 3 l. 4. & 5. h. l. & 13. l. 5. *studijs nostris, a quibus* antea delectationem modo pete bamus, nunc vero etiam salutem: non deesse, si quis adhi bere volet non modo vt architectos, verum etiam vt fa bros ad ædificandam remp. potius libenter accurrere: sin*

Ænimum pu blicarum re ctiones. *nemo vtetur opera, tñ & scribere, & legere* πολιτείας;*

alq. gnaua. re remp. le gibus for tasse, tum re. *& , si minus in curia, atq; in foro, at in literis, & libris, vt doctissimi veteres fecerunt,* nauare resp. & de moribus, ac legibus quærere. Mihi hęc videntur. tu quid sis acturus, & quid tibi placeat, pergratum erit, si ad me scripseris.*

MYSSA. CANINIVS] Primum Cic. accusat se de epist. ad Var. missa quæ iam multis diebus antea fuerat scripta. Deinde ei consulit vt oppressa rep conferat se in aliquem locum, vbi non videatur a suis inimicis, quemadmodum dicit se etiam facere decreuisse. Reddit autem rationes quare adhuc non discesserit Roma deinde hortatur eum vt stet in proposito viuendi simul cum ipso Cic. ostendit. n. quantum sint pro futura studia ipsa literarum, si his dederint operam, vt consueuerunt [Idem tu, & idem noster] i. & tuus, & noster, ornare, & significanter dictũ. Virgil. Res Anius, rex idem hominum Phœbiq; sacerdos. [Vesperi] aduerbialiter ponitur. i. circa noctem, [Postridie] sequenti die daturom aliquid, quod ad te deferret. [Rogaui] ipsum [Vt peteret] a me. [Oblitum] s. ad me redire, [Exiturum] discessurum. [Esset erat ἕωλος] vana, inanis. [Presertim] ostendit quare esset illa epistola inanis, quia post quam fue rat scripta, multa erãt nouata [Lucubrationem meam] vigilias meas. i. meam epistolam, quam lucubraueram. i. noctu scripserã. [Pertulisse ad te] nunciasse tibi [Quod] cõsilium. [Mihimet] s. do. [Vitemos oculos hominum] fugiamus conspectum hominum, ne ab eis videamur. [Si minus linguas possumus] s. vitare, si nihil possumus facere, quin de nobis loquantur. [Efferunt se] superbiunt [Nostros] Pompeianos [Dolent nos viuere] vellent, nos esse mortuos [Quæres] facit obiectionem, & ei respondet [Lynceus] acutus oculis. Lynx enim animal acutissimo visu esse perhibetur. [Nihil offendat] i. nihil cespitet. [Incurrat nusquam] i. qui in nullum malum noo incidat. [Venit in mentem] cogitaui. [Bellum esse] i. bonum, & vtile. [Aliquò] in aliquem locum [Hic] Rom. [Calumniabar] recusabar, reprehendebar. [Vt cuique commodum esset] sicut cuique visum fuisset, alium alio modo, & alium aliter. [Hic] Cicero [Nauẽ paratam] quia discedat ex Italia [Qui suspicaretur leuiss] i. qui minus male de me opinaretur. [Oculi mei non possent ferre quosdam] i. qui non possit quosdam videre. [Hæc] quæ de me possunt, aut dici aut putari [λελήθότως] i. latenter [Obduxit] super imposuit. [Callu] quandam duritiem, vt nihil fastidiam. est trãslatio sumpta a corpore, quod exercitatione crebra callum. i. duritiem carnis facit. [Tantisper] tandiu. [Deferuescat] refrigeratur, cessat. [Gratulatio] Cęsar. [Confectum] finitum [Qui] qualis. [Quò coniectura ducat] i. quid coniectura alsequa futurum esse [Rumor] fama, quæ est de iis, qui secuti sunt hoc bellum. [Raucus] defessus nã ex assiduo clamore, rauci efficimur. dicit ergo, nisi, cum ipse rumor iam defecerit. [Hinc] Roma. [In illa loca] i. Baias [Quàm natatum] quia Baiæ erant in litore loca amœna propter mare, & balneas quibus abundat. dicit ergo Cic. erit honestius venisse illuc causa deflẽdæ miseriæ reip. q̃ causa voluptatis. [Tu melius] s. iudicas vel nosti [Modo stet nobis] dummodo cõstet, & permaneat nobis hoc firmum. [Modo petebamus] i. tantummodo capiebamus delectatiõnẽ, cum res erant prosperiores, vt supra ad Oppium Balbum. Sed vnum est perfugium, doctrina ac literæ, quibus semper vsi fuimus, quæ in secundis rebus delectationem modo habere videbantur, nunc vero etiam salutem. [Non modo vt arc.] non modo, vt consiliarios io rep. sed translatione vsus est. Architecti n. dicuntur qui fabricandi artem habent. Fabri vero qui ipsi manu aliquid faciunt in ædificijs alteri igitur ingenio, alteri opera valent. [Vtetur] opera s. nostra [πολιτείας] ciuilitatis. nam πόλις ciuitatem significat. [Si minus in curia] in genere deliberatiuo [Atq; in foro] i. forensibus causis, & in genere iudiciali. [At] certe, saltem. [Nauare] diligenter agere, & tractare remp. [Hæc videntur mihi] . s. facienda.

CAninius tuus &c.] Excusat se de epist. tardius ad Varronem missa. deinde cõsulit Varroni, vt oppressa rep. conferat se in aliquem locũ, vbi non videatur a suis amicis. quod se facturũ dicit Reddit ad hoc rõnes quare adhuc nõ discesserat Roma, & demum monet, vt persistat in proposito viuendi secum literarũ studijs, quæ cõmendet. Ordo est. Caninius tuus. s. amicus, & idẽ noster, cũ venisset nuper i paulo antehac ad me, vesperi. i. tempore vespertino, & dixisset se esse iturum ad te postridie. i. die proxime sequente, mane, dixi me daturum aliquid literarum, & rogaui vt peteret s. eas a me. Conscripsi epistolam noctu, nec ille. s. Caninius redijt ad me. ego credidi oblitum. s. promissi, aut ad me redire. attamen misissem eam ipsam. i. eandẽ epistolam per meos, nisi audissem ea eodem te exiturum postridie. i. die proxime subsequente, e Tusculano. s. agro cum villa. At i. sed tibi, vacat illud tibi, cum ad nullum referatur. se tantum ea modo loquendi additum sit. noo omocs iñ ie a tue ipsum habent. Caninius venit ad me repente. i. celeriter, paucis diebus post, cum expectarem minime, dixit se proficisci statim ad te, & si illa epistola. s. quam noctu scripseram, erat ἕωλος colos. i. antiqua non recens, & marcida. & ita vana præsertim tantis rebus nouis allatis postea. i. cum essent tantæ res nouæ allatæ postea. Tameo nolui meam lucubrationem. i. operationẽ, quasi ad lucernam, perire i perditum ire, etsi nullo vsui esset illa epistola, & dedi Caninio eam. Eã tamen his rosertam non puto forte, q fuit raptim scripta, & de rebus autem scitu dignis. Sed locutus sum, cum eo. s. Caninio, & i. simul homine docto, & i. simul amãtissimo tui. i qui te maxime amat, ea quæ existimo illum pertulisse ad te. i. denunciasse tibi, q. d. se ideo nunc breoiorem esse, q illius verbis multa Varroni nunciata putet. affert tamen consiliũ sui rationem coniungens Tibi &c. Autem i sed ego do mehercule s ita conseruante, vt verum dico, tibi id consilij, quod mihimet ipsi, videlicet, vt vitemus. i fugiamus, oculos hominũ, si minus. i. non satis facile possumus. s vitare linguas hominũ. Enim i quia sup. ij, qui efferunt. i. extolluot se victoria i propter victoriam Cæs. intuentur i. inspiciunt nos quasi victos, & ita despiciunt nos. Autem. i. sed, ii qui moleste ferunt nostros i. Pompeianos, esse victos, dolent. i. ægre ferunt, nos viuere, aut quia oos in culpa putant, aut quia indignos vita censent, q cum aliis non perimus. Tu forte quæres, cum hæc. s. mala sint io vrbe s. Roma, cur noo absim s. ab vrbe, quemadmodum tu sup. abes. To. n ipse, qui vincis, & me, & alios prudentia, vidisti credo omnia nihil omnino fefellit i. fugit prudentiam tuam. Quis est tam lynceus i. tam acute videns, tracta, metaphora, aut a Lynceo animali acutissimi visus, aut a Lynceo viro, qui in porto Charthaginiensi stans naues a Sicilia proficiscẽtes cernebat. vnde Horat. in epist. Non poteris

ASCAN.

poteris oculis quãtum contendere Lynceus &c. qui nihil offendat .i. peccet, aut erret in tantis tenebris .i. ignoratione rerum futurarum, & qui nusq̃ incurrat .s. dãnum, q d nullus. Ac quidem .i. certe, in mentem venit iampridem mihi .i. cogitaui, esse bellum .i. aliquantulum bonum, exire .s. vrbe, aliquò .i. in aliquẽ locum, vt nec viderem ea, quę agebantur hic, nec audirem quę dicebantur hic ipse .i. egomet, calumniabar .i. per modum cauillantis, licet nescirem rectè sentire, arguebam tamen me ipsum, quia putabam eum qui venisset obuiam mihi .s. egredienti vrbem, suspicaturum, aut dicturum etiam si non suspicaretur, vt cuique esset commodum .i. oportunum visum, hic .s. Cic. ea vrbe fugiens, aut metuit, & fugit ea re .i. ob eam causam, aut cogitat aliquid .i. mali in Cæs, & habet nauem paratam .s. qua ad hostes transfugiat. Denique is, qui suspicaretur leuissime .i. de leuissima culpa, & qui fortasse nouisset me optime, putaret me discedere iccirco, q̀ oculi mei non possent ferre .i. pati quosdã homines .s. insolentes propter victoriam. Ego suspicans hæc .s. de me suspicanda, maneo adhuc Romæ, & tamen consuetudo diuturna obduxit .i. opprimendo imposuit, λελήθότως .i. latenter, iam stomacho meo callum .i. partem induratam e a frequentia malorum. Tu habes rationem cõsilij mei. Igitur sup. scribo, aut consulo tibi hęc. alii dicunt censeo tibi hoc. censeo .i. iudico, latendum sup. esse tibi tantisper ibidem .s. vbi es. tantisper .i. tandiu dum .i. donec, hæc gratulatio .s. quæ fit Cæs. & Cæsarianis de victoria, effetuescit .i. frequẽter fit aut donec feruorem amittit, & refrigeratur, & dum .i. donec, audiamus, quemadmodum .i. qualiter negotium sit confectum .i. absolutum, existimo .n. esse confectum. Autem .i. sed, intererit magni .i. multum referet, qui .i. qualis, fuerit animus victoris .s. Cæs. qui .i. qualis, exitus rerum .s. bellicarum, q̃q̃ habeo, quò coniectura ducat me .i. quod per coniecturam de exitu iudicem, sed tamen .i attamen expecto .s. exitum rerum. Vero pro sed, nolo te venire ad Baias .i. locum illum amœnissimum. vnde Satyricus, Ianua Baiarum, & gratum littus amœni Secessus &c. nisi ipse tumor .s. de victoria, erit iam factus raucus .i. defessus, multo clamore, ita vt non amplius diuulgetur. Enim .i quia, honestius erit nobis, cum discesserimus hinc .i. ab vrbe, videri venisse in illa loca .s. amœna, potius ploratum .s. calamitatem reip quàm natatum .i. balneatum. Sed tu melius sup. considerabis, aut iudicabis hęc. Ista sunt persanda nobis, modo .i. in hoc rerum statu. Illud .i. firmum sit propositum, & stet .i placeat, ac constitutum sit, nos viuere vna .i. pariter, in studiis nostris a quibus .s. studiis nos petebamus, aut, vt plures habent, cupiebamus antea .s. dum resp. floreret, & nos in ea delectationẽ, & modo .i paulo ante solatium .s. malorum Vero pro sed, à quibus nos arbitramur etiam nunc salutem non deesse. Si quis volet adhibere .s. literatos, non modo .i. non solum architectos .i. magistros ædificiorum, & principes in ædificando, verumetiam, vt fabros .i. operarios, ad rempub. ædificãdam, poterimus, & .i. etiam, nos accurrere libenter. Sin .i. sed si, nemo vtetur opera .s. nostra, tamen sup. poterimus & legere, & scribere politias .i. gubernationes ciuitatum, etsi minus .i. non poterimus id facere in curia .i. coram senatu, atq; in foro .i. corã iudicibus, at .i. saltẽ, poterimus in literis, & libris, vt veteres doctissimi .s. Plato, Arist. & alij philosophi fecerũt, nauare .i. dare operã reip. & quęrere .i. disquirere, & disputare de moribus, ac legibus. Hæc videntur mihi .s. verisimilia aut facienda. Pergratũ erit, si tu perscripseris ad me, quid sis acturus, & quid placeat tibi.

GIBERTI LONGOLII LEMMA:

Promittit aduentum suum Varroni: sed locum, in quo hæret Varro, reijcit: in fine de fructu literarum differit.

CICERO S.D. VARRONI. 3

hæc est epistola, quam supra vocas ἔωδον.

ETSI, quid scriberem non habebam: tamen Caninio ad te eunti non potui nihil dare. quid ergo potissimum scribam? quod velle te puto, cito me ad te esse venturum. etsi vide quæso, satis ne rectum sit, nos hoc tanto incendio ciuitatis, in istis locis esse. dabimus sermonem ijs, qui nesciunt, nobis, quocunq; in loco simus, eundem cultum, eundem victum esse. quid refert? tamen in sermonem incidemus. valde id, credo, laborandum est, ne, cum omnes in omni genere, & scelerum, & flagitiorum volutentur, nostra nobiscum, aut inter nos cessatio vituperetur. ego vero, neglecta barbarorum inscitia, te persequar. quamuis .n. hæc sint misera, quæ sunt miserrima: tamen artes nostræ, nescio quo modo, nunc vberiores fructus ferre videntur, quàm olim ferebant: siue quia nulla nunc in re alia acquiescimus: siue quòd grauitas morbi facit, vt medicinæ egeamus, eaque nunc apparet, cuius vim non sentiebamus cum valebamus. sed quid ego hæc ad te, cuius domi nascuntur. γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας? nihil scilicet, nisi vt rescribens aliquid, me expectares. sic igitur facies. Vale.*

vide ep. 5. l. 4. & 2. l. 5.

ETSI] Pollicetur Cic. se celeriter vẽturum ad Var. ostendit tamen sibi non placere, vt sint in his locis, vbi tunc erat Var & adducit huius suæ sententiæ rationes postremo ostendit se capere magnum fructum ex studiis literarum. [Quid igitur] interrogatiue. [Potissimum] præcipue. [Quod puto te velle] .i. desiderare .s. scribam. [Cito] hoc est, quod putat eum velle. [Incendio] vt dicimus, sæpius comparare miserias ciuitatis aut tempestatibus, aut incendio. [Dabimus sermonem] dabimus causam loquendi de nobis. [Cultum] .i. obseruationem vitæ. [Quid refert] quid interest, quid hoc prodest, q̀ idem sit nobis cultus, & victus vbicunq; simus. Tamẽ incidemus in sermonem] .i. nihilominus loquentur de nobis. [Laborandum] curandum. [Volutentur] versentur, sed voluari proprie dicimur in sordibus, & rebus turpibus. Inde volutabra dicuntur loca, vbi sues voluntantur. [Nobiscum] per nos solos. [Aut inter nos] inter te, & me. [Inscitia] ignorantia. [Barbarorum] inuidorum nostrorum? qui indocti sunt, & quasi barbari [Quæ sunt mis.] quæ non possent esse miseriora. [Artes nostræ] liberales. [Nescio quomodo] q. d. occulta quadam ratione. [Vberiores] maiores, fertiliores. [Siue] ponit rationes quare fertiliores fructus afferant artes suæ, q̃ ante. [Grauitas morbi] per quã intelligit maximam miseriam & calamitatẽ ciuitatis. [Cuius] medicinæ. [Vim] virtutem, potestatem: quia non facile appareat in sano, quid possit medicina. [Hæc] præcepta philosophica [Cuius domi nascuntur] apud quem abundant & qui aliis dare cõsueuisti. [Γλαῦκας] noctuas. [Eis] in. [Ἀθήνας] Athenas prouerbium erat. quoniam Attica regio abundat noctuis, ideo prouerbialiter dixit, Porto noctuas Athenas, q. d. aquã mari addo qui tibi hæc dico, qui melius me nosti. [Scilicet] certe. [Nihil] .s. fuit scribẽdũ ad te. [Sic] vt rescribẽs aliquid me expectes.

ETSI] Pollicetur se celeriter venturum ad Var significat tamen locum, vbi tunc erat Var. sibi displicere, & demum dicit se magnum fructum ex literis capere. Ordo est, Etsi .i. q̃q̃, non habebam quid scriberem, tamen non potui nihil .s. literarum dare amico eunti ad te. Quid ergo scribam potissimum? Scribam sup. id quod puto te velle, videlicet me venturum esse cito. Etsi .i. tãetsi, quæso vide .i. considera, ne i. an sit rectum .i. non erroneum nos esse in istis locis .s. tam notis aut deliciosis, tanto incendio .i ardore irarum & prosecutionum ciuitatis .s. Romanæ. Nos dabimus sermonem .i. occasionem de nobis loquendi iis qui nesciunt eundem cultum, & eundem victum esse nobis in quocunq; loco sumus, hoc est philosophiæ vacare, & putabunt nos contra se consilia agere. Quid refert? sup. inquies, quid de te loquantur homines dummodo tu bonus sis? tamen .i. nihilominus, incidemus in sermonem, quem bonum esset deuitare: quia cura habenda est de nomine bono & ideo liceat etiam nostra asserere. Diuus pater Aug. dicit bonam vitam nostram nobis esse necessariam, bonam famam nostram proximo. Est tamen etiam aliena expositio sic, Quid refert .s. an vna simus nec ne? Tamen .i nihilominus incidemus in sermonem .s. hominum de nobis. Ego credo, inquit Cic. id laborandum .i. annitendum est nobis valde, ne cum omnes .s. alii volutentur .i. frequenter inuoluãtur, in omni genere & scelerum & flagitiorum: cessatio nostra vituperetur nobis, aut inter nos. Vero pro sed, ego persequar .i. donec te conuenero sequar te, inscitia Barbarorum .i. ineptiorum hominum neglecta i. cõtempta. Enim .i quia, quamuis hæc quæ sunt miserrima, quia temp. pessum dederunt, sunt misera .s. nobis: tum artes nostræ .s. liberales, & philosophicę videntur nunc nescio quo ferre fructus .i. vtilitates vberiores, q̃ ferebant olim siue quia nunc in nulla alia re quiescimus, siue q̀ grauitas morbi facit, vt egeamus medicinæ, & ea .s. medicina appareat nunc, cuius vim .i. potentiam, non sentiebamus cum valebamus .i. sani eramus. Sed quid .i. ad quid, ego sup. scribo hæc ad te, cuius domi .i. in cuius domo nascuntur γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας .i.

an vt

an veferam, γλαῦκ'.i.noctuam, εἰς i.in Athenas, vbi plurimæ sunt noctuæ,q d.frustra laborem,sicut qui noctuam inferat Athenas,aut aquam in mare. Nihil.i.ad nullum commodum id facio, nisi vt tu rescribens aliquid expectares me. Facies igitur sic.i. me ea pectans aliquid rescribes.

ARG. De Varronis aduētu ex Diodori philosophi sententia locaturi: tū in lib. de Fato Diodori opinionē improbat, & Chrysippo assentitur.

CICERO S. D. VARRONI. 4

Περὶ δυνατῶν me scito κατὰ Διόδωρον κρίνειν. quapropter, si venturus es, scito, necesse esse te venire: si autem non es, τῶν ἀδυνάτων est te venire. nunc vide, vtra te κρίσις magis delectet, Χρυσιππεία ne, an hæc, quam noster* Diodotus non concoquebat. sed de his etiam rebus, otiosi cum erimus, loquemur. hoc etiam est κατὰ Χρύσιππον δυνατόν. De Costio mihi gratum est: nam id etiam Attico mandaram. Tu si minus ad nos, nos accurremus ad te. si hortū in bibliotheca habes, nihil deerit. Vale.

Ciceronis magister l. 1. de nat. d. & in Bruto.

HVBER. Περὶ δυνατῶν] Iocatur Cic. cū Var. de eius aduentu; introducitq; duas sentētias de possibilitate, & necessitate. [περὶ] de. {Δυνατῶν} possibilibus {Κατὰ} secundum {Διόδωρον} Diodorum philosophum. {Κρίνειν} iudicare. dicebat.n. Diodorus, quidquid erat venturum, necesse erat.i.non poterat aliter esse. Chrysippus vero dicebat non esse necesse, quod esset euenturum, licet esset possibile. {Sin autē} s.non esset venturus {Non es, τῶν ἀδυνάτων}.i.non est possibilium.s.te venire {Χρυσιππείας} sententias Crysippi. {Non concoquebat.i.non admittebat. tractum a stomacho, quia non concoquit: hoc est non digerit ea, quæ aspernatur. {Κατὰ Χρύσιππον δυνατόν} s̃m Chrysippum impossibile. {De Costio} quod egisti. {Si minus} si non. {Ad nos} subaudi accurre. {Hortum} delectationē, amœnitatē.

ASCEN. Περὶ &c.} Iocose ad Var. scribit de eius aduētu, inducens sententias de futuris contingentibus, vt cum ordine aperiam. Ordo autē est. Scito me κρίνειν crinin.i.iudicare, περὶ peri.i de δυνατῶν.i.possibilibus aut contingentibus, κατὰ cata.i.s̃m Διόδωρον Diodorum, qui dicit, quidquid venturum est, necesse esse euenire. Quapropter si es ven.scito necesse te venire: sin autem.i.sed si, non.s.es venturus, est τῶν ἀδυνάτων.i.contingētium te venire. Nunc vide.i.considera vtra κρίσις.i.indicatio, & sententia delectet magis te, an hæc.s.posterior, qua etiam si non sit venturus contingentium esset te venire, Χρυσιππεία.i.a Chrysippo edita. Est autem Chrysippias forma patronymici fœminini pro nomine possessiuo posita. quasi sit Chrysippea, aut Chrysippica, an.s.prior, quam Diodotus noster.s.præceptor in philosophia, non cōcoquebat.i.non satis digerebat, & ad verum enucleabat. Sed nos loquemur etiam de his rebus, cum erimus otiosi. Hoc.i. nos locuturos esse de his rebus est etiam κατὰ Χρύσιππον.i s̃m Chrysippum, δυνατόν.i.contingēs, vt dicunt ad verum libet, sup. quod scripsisti te fecisse. De Costio. vt opinor vnguento ex Costio. est mihi gratum. nam ego mandaram etiam id Attico.s.vt emat, aut transigat. si de negotio cum Costio transigendo loquitur. Si tu minus.i.non sup. accurres ad nos, accurremus ad te. Si habes hortum.i.locum amœnum, aut deambulatorium in bibliotheca.i.loco bibliothecæ vicino, nihil deerit.s.ad voluptatē.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Probat diem, quo conuenturi essent, & excusat se cum Varrone, quòd Pompeio adhæserint, deuicto vero eo, otio sese dederint.

CICERO S, D, VARRONI. 5

Mihi* vero, ad nonas, bene maturum videtur fore, neq; solum propter remp sed etiā propter anni tēpus. quare diem istum probo: itaq; eundem ipse sequar. Consilij nostri, ne si eos quidem, qui id secuti non sunt, non pœniteret, nobis pœnitendum putarem. secuti enim sumus non spem, * sed officium; reliquimus autem, non officium, sed desperationem. ita verecundiores fuimus, quàm qui se domo non commouerunt; saniores, quàm qui amissis opibus, domum non reuerterunt. sed nihil minus fero, quàm seueritatem otiosorum: &, quoquo modo res se habet, magis illos vereor, qui in bello occiderunt, quàm hos curo, quibus non satisfacimus, quia viuimus. Mihi si spatium fuerit in Tusculanum ante nonas veniendi, istic te videbo: sin minus, persequar in Cumanum; & ante te certiorem faciam, vt lauatio parata sit. Vale.

vide ep. 6. l. 4. & 30. lib. 7.

vide ep. 2. lib. 6.

HVBER. Mihi vero} Constituerat Var. cum Cic. se venturum ad nonas mensis, quem non nominat. Itaq; Cic. probat eum diem. deinde excusat Cic. factum vtriusq;, quod secuti essent Pomp. partes, & mortuo Pomp. deposuissent arma. {Vero} expletiua particula, quæ ad ornatum tantum ponitur. {Bene maturum} bene in tempore tempestiuum. nam, vt alio loco ex auctoritate A. G. diximus, maturū dicitur, quod nec tardius nec citius fit, q̃ debet. {Tempus anni} intelligimus.n. fuisse satis commodum ad veniendum. {Probo} affirmo, laudo. {Eundem} diem nonarum. {Nisi non p.} i.nisi non reprehenderetur ab iis, qui non sunt secuti illud: quia etiam qui non fecerunt, quod nos, dicunt tñ nos non male fecisse. {Non spem} victoriæ aut prædæ. {Sed officium} quo cogebamur defendere patriam, si boni ciues esse volebamus. {Reliquimus} cum discessimus ab armis. {Desperationem} defendēdæ patriæ. vnde illud Virg. Sat patriæ Priamoq; datum. vt honestior videatur discessus amissa spe subueniendi patriæ. {Verecundiores} modestiores, quia puduit nos sequi officium patriæ. {Saniores} sapientiores. {Non reuerterunt domum} sed contulerunt se ad Cat. & Iuba, & bellum renouare conati sunt. {Nihil minus fero} .i.nihil est mihi molestius. {Seueritatem} derisiue dixit. {Otiosorum} hominum qui nihil habent, quod curent, qui de nobis loquuntur. cauendum ne legatur otiolorum. {Occiderunt} perierunt. {Quibus non satisfacimus quia viuimus}.i.qui non possunt bene sentire de nobis, quia viuimus amissa rep. {Istic} in Tusculano. {Lauatio} balneum. est autem formatum ab antiquo participio lauatus lauati.

ASCEN. Mihi vero, &c.} Constituerat Var. Cic. conuenire ad nonas cuiusdam mensis, quem non nominat: vnde respōdet se diem illum probare. Deinde purgat factum vtriusque, q̃ secuti essent Pompeianas partes, & q̃ eo occiso arma deseruissent, in quibus non erat salus. Ordo est. Vero.i.pro certo, quidquid tibi videtur, videtur mihi bene.i.multum maturum.i.tempestiuum, neq; citius, neq; serius sup. te venire ad nonas.s.mensis per Varronem significati, neq; solum, sup. videtur, id propter tempus.i.oportunitatem reip. sed etiam propter tempus anni. quare.i.quā obrem, ego probo.i approbo istum diem, itaq;.i.& ita, ego sequar eundem.s.diem Nonarum. Ego putaram pœnitendum esse.i.pœnitudinem habendam esse nobis, consilij nostri, nisi non pœniteret eos, qui non sunt secuti id, quia etiam illi, qui sequi noluerunt, vel ausi non sunt, dicunt sequendum fuisse. Nos.n. secuti sumus non spē, quia maior spes erat de victoria Cæsaris, sed officium.s.debitum reip. Autem.i. sed, nos reliquimus non officium, quia nemo vltra q̃ potest tenetur, sed desperationem qua alii vltima audebant. Itaq; nos fuimus verecundiores.s.erga remp. q̃ qui non commouerunt se domo.i.ab vrbe, & fuimus saniores.i.prudentiores, q̃ qui non reuerterunt domum opibus.i.facultatibus belli amissis. Sed nihil fero minus.s.patienter q̃ seueritatem otiosorum.i.qui nihil egerunt, & tamen alios taxant, & quoquo.i.quocunque modo res habet se, ego magis vereor, tanquam iustiores censores, illos, qui occiderunt in bello, quàm curo hos, quibus non satisfacimus, quia, viuimus. Si spatium fuerit mihi veniendi in Tusculanum ante Nonas, videbo te istic: sin minus.i.si non, persequar te in Cumanum, & faciam certiorem antea vt lauatio sit parata. Et ita de Costio vnguento locutus videtur.

PAVL. MAN. Consilii nostri, ne si eos quidem, qui id secuti non sunt, non pœniteret, nobis p.p.) vetusti libri sic habent oēs: tantum in eo differunt, q̃, vbi nos, ne si, scripsimus, habent, nisi: quam vocē non temere immutauimus. qui.n. aliter fuisset absurdissimus, is nunc, vt mihi quidē videtur, aptissimus est sensus: quem pluribus verbis ostendemus vt, si quis eum probabit, (probabit autem, nisi fallor, quicunq; recte iudicat) acceptam referat huius loci emendationem diligentiæ, & iudicio Hieronymi Ferrarii. Consilii, inquit, nostri, q̃ & Pompeium in bellum secuti simus, &, eo in Pharsalia superato, victos nos crediderimus, ne tum quidem nobis pœnitendum putarem, si eos, qui minus id secuti sunt, non pœniteret. significat enim,

enim, qui secus fecerint, eos iam pænituisse. quos si non pæniteret, ego tamen, inquit, nobis pænitendum non putarem.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nuntiat Varroni Cæsaris aduentum laudatque ampliter eum quod otio literarum, relictis turbis bellorum, sed tradiderit.

CICERO S. D. VARRONI. 6



ANINIVS noster me tuis verbis admonuit, vt scriberem ad te, si quid esset, quod putarem te scire oportere. Est igitur aduentus in expectatione: neq; tu id ignoras. sed tamen, cum ille scripsisset, vt opinor se in Alsiense venturum, scripserunt ad eum sui, ne id faceret: multos ei molestos fore, ipsumq; multis: Ostiæ, videri commodius, eum exire posse. id, ego non intelligebam, quid interesset: sed tamen Hirtius mihi dixit, & sed ad eum, & Balbum, & Oppium scripsisse, vt ita faceret, homines, vt cognoui, amantes tui. hoc ego iccirco nosse te volui, vt scires hospitium tibi vbi parares, vel potius vtrobiq;. quid.n. ille facturus, incertum est. & simul ostentauit tibi, me istis esse familiarem. & consilijs eorum interesse. quod ego cur nolim, nihil video. NON.n. est idem, ferre, si quid ferendum est; & probare, si quid probandum non est. etsi, quid non probem quidem, nescio, præter initia rerum. nam hęc in voluntate fuerunt. vidi.n. (nam tu aberas) nostros amicos* cupere bellum, hunc autem non tam cupere, quàm non timere. ergo hæc consilij fuerunt, reliqua necessaria. vincere autem aut hos, aut illos, necesse est. scio te semper mecum in luctu fuisse; cum videremus, quam illud ingens malum alterutrius exercitus ex ducum interitu: tum vero, extremum malorum omnium esse ciuilis belli victoriam: quam quidem ego etiam illorum timebam, ad quos veneramus.* crudeliter.n. otiosis minabantur: eratq; ijs & tua inuisa voluntas, & mea oratio. nunc vero si essent nostri potiti, valde intemperantes fuissent: erant.n. nobis perirati: quasi quid quam de nostra salute decreuissemus, quod non idem illis censuissemus; aut quasi vtilius reip. fuerit, eos etiam ad bestiarum auxilium cōfugere, quàm vel mori, vel cum spe si non optima, at aliqua tamen viuere. At in perturbata rep. viuimus. quis negat? sed hæc viderint ij, qui nulla sibi subsidia ad omnes vitæ status parauerunt.* huc.n. vt venirem, superior longius, quàm volui, fluxit oratio. cum enim te semper magnum hominem duxi; tum, quòd his tempestatibus es prope solus in portu, fructusq; doctrinæ percipis eos, qui maximi sunt, vt ea consideres, eaq; tractes, quorum & vsus, & delectatio est omnibus istorum, & actis, & voluptatibus anteponenda. equidem hos tuos Tusculanenses dies* instar esse vitæ puto: libenterq; omnibus omnes opes concesserim, vt mihi liceat, vi nulla interpellante isto modo viuere. quod nos quoq; imitamur, vt possumus, & in nostris studijs libentissime conquiescimus. QVIS enim hoc non dederit nobis, vt, cum opera nostra patria siue non possit vti, siue nolit, ad eam vitam reuertamur, quam multi docti homines, fortasse non recte, sed tamen multi etiam reip. præponendam putauerunt? quæ igitur studia, magnorum hominum sententia, vacationem habent etiam publici muneris, ijs, concedente rep. cur non abutamur? Sed plus facio, quàm Caninius mandauit. is.n. si quid ego scirem, rogarat, quod tu nescires: ego tibi ea narro, quæ tu melius scis, quàm ipse, qui narro. faciam ergo illud, quod rogatus sum, vt eorum, quæ temporis huius sint, quæ tua interesse audiero, ne quid ignores. Vale.*

de hac ep. vide ep. 2. h. l. Cæsaris ex Afric.æ.

ep. 1. & 14. l. 4. & 12. lib. 6.

ep. 14. l. 4. vlt. l. 8. & ad Att. 6. lib. 13. & Cæs. l. 2. de bel. c.

ep. 1. h. l.

instar mortis, l. 2. off.

CANINIVS] Diuerterat Var. in Tusc. vbi cum ageret, miserat ad Cic. per Caninium amicum communem, vt aliquid ad se scriberet, quod putaret Cic. eum scire oportere. quamobrem scribit Cic. aduentum Cæs. ex Gallia expectari, sed dicit non placere quibusdam eius amicis, vt in Alsiensem agrum, sicut ille constituerat, veniret. Deinde dicit quare vtatur familiariter Cæsarianis. Postea vero dicit, quòd quamuis viuat in perturbata rep. tamē æquius feret, quia parauit se ad omnem statum vitæ. laudatq; consilium Var. qui in Tusc. daret operam literis, non autem voluptatibus sicut quidam otiosi. cuius vitæ dicit se esse cupidissimum. [Admonuit] in memoriam adduxit. [Alsiense] absolute dixit pro in Alsiensem agrum, vel in Alsiense solum, sicut supra, tñ ex Arpinati veneram. s. agro. est autem Alsia nomen loci in Italia. [Ne faceret id] i. ne veniret in Alsiense. [In expectatione esse aduentus] s. scripserunt. i. quòd eius aduentus expectatur Romæ. [Quid interesset] vtrum veniret in Alsiense, an Romam. [Amãtes tui] i. qui te diligunt. [Hunc] s. scriptum esse ad Cæs. ne in Alsiense veniat. [Vel potius vtrobiq;] correctio. quia dixerat tibi, ideo subdidit, vel potius vtriq; s. tibi & mihi. [Ille] Cæs. [Ostentauit] iactauit, dixit. [Istis] Cæsarianis. [Quod] quam rem. s. esse familiarem istis. [NON est] ratio quare liceat ei esse familiarem Cæsarianis. quia aliud est ferre, quod est ferendum, & probare quod non est probandum. quia alterum viri sapientis & fortis, alterum non boni ciuis. Dicit ergo Cic. nō est idem, &c. quia licet ferat, quod est ferendum, non tñ probat, quod non est probandum. [Quid non probem] quia dixerat, quòd licet ferat, quod ferendum est, tamen non probat si quid non est probandum, ne videatur aliquid fieri, quod non sit probandum, dicit quid non probem. i. quid est, quod non debeam probare. [Quid.n. scio] s. de rebus Cæsarianis. [Hæc initia] potuimus.n. non ingredi in bellum. [Nam tu aberas] Roma & est parenthesis [Nostros] Pōpeianos. [Hūc] Cæsarem. [Hæc] initia [Consilii] deliberationis. quia potuimus deliberare facienda, an non facienda essent. [Reliqua] quæ postea sunt consecuta. [Necessaria] quia postquam ingressi sumus, necesse fuit sequi. [Aut hos, aut illos] aut Pompeianos, aut Cæsar. [Interitu] amissione. [Alterutrius] Cæsaris, & Pomp. [Illorum] s. victoriam. [Otiosis] iis qui non immiscebant se bello. [Nostri] Pompeiani [Essent potiti] i. obtinuissent victoriam. [Intemperantes] incontinentes in ipsa victoria, & crudeles [Quod idem] s. quod esset decretum de nostra salute [Non cēsuissemus illis] non fuisset etiam decretum pro eis. [Eos] qui Pomp. secuti fuerant. [Bestiarum] elephantorum propter Iubam regem Aphricæ, qui elephantis in bello vtebatur ad quem mortuo Pōpeio Pompeiani se cōtulerunt. [Vel viuere] i. quasi vtilius fuerit viuere cum spe, &c. [Cum spe] quia saltem aliqua erat nobis proposita spes. [At] obiectio, quòd ducam vitam in rep. perturbata, & oppressa. [Sed hoc viderint] s. quòd rep. perturbata viuant. [Qui parauerunt nulla subsidia] i. qui non ita se instituerunt, vt tam aduersa, quàm prospera ferre possent. quod faciunt tantummodo sapientes. Nam conscientia rectorum consiliorum, & factorum, & studium ac doctrina bonorum artium dicuntur subsidia. i. præparationes, & munitiones quædam contra res aduersas. Hor. in carm. Speret infestis, metuat secundis Alteram sortem bene præparatum pectus. significat ergo Cic. quòd & si viuit perturbata rep. habet tamen quo ferat hanc reip. perturbationem, sicut sæpe antea scripsit. [Fluxit] descendit. [Vt venirem huc] vt tangerem hanc sententiam. [Magnum] excellentem, & dignum laude. [In portu] in tranquillitate, in tuto tractum à nauigantibus, qui portum habent salutis locum. [Quę maximi sunt] quia vt supra vidimus, in prosperis rebus afferunt tantummodo delectationem, in aduersis aūt etiam salutem ... γραμματεῦσι; ea cogitas, intētus es. [Vsus] vtilitas. [Istorum] qui malunt sequi bellum. [Dies tuos] quos agis in Tuscul. [Instar vitæ] i. posse, proprie vitam dici. [Concesserim] pro concedam, vt omnes alij sint diuites, dummodo possim ita viuere, sicut in studiis literarum. [Interpellante] impediente, prohibente. [Imitamur] sequimur. [Non dederit] non concesserit. [Ad eam vitam] contēplatiuam, & quietam, quæ versatur in studiis literarum. [Multi docti] vt Plato & alii academici. [Fortasse non recte] vt ipse in 1. off. disputat his verbis: Itaq; videndum est, ne non satis sit id, quod apud Platonem est in philosophos dictum; quòd in veri inuestigatione versentur, quodq; ea quæ plerique vehementer expetunt, de quibus inter se digladiari solent, contēnant, & pro nihilo ducant, propterea iustos esse. nam dum alterum iustitiæ genus assequuntur, inferenda ne cui noceant iniuria; in alterum incidunt. discendi.n. studio impediti, quos

HVBAR.

tueri debent deserunt, itaq; eos ne ad remp. quidem accessuros putant, nisi coactos. æquius autem erat id voluntate fieri, &c. [Vacationem] cessationem, intermissionẽ. [Eadem] puto melius legendum esse tandem, vt sit sensus: cur non abutamur, rep. concedente, ijs studijs, quæ studia tandem habent vacationẽ publici muneris sententia magnorũ hominum ostẽdit. n. Cic. in 1. off. vt diximus, fuisse sententiã Platonis, vt liceret deserere rẽp. & tradere se studijs literarum & philosophiæ [Muneris publici]. i. administrationis reip. [Abutamur] i. vtamur præter consuetudinem nostram. [Rogarat]. s. vt scriberẽ. [Tua] i. ad te pertinere.

ASCEN. CANINIVS] Admonitus per Caninium Cic. a Varrone, qui in Tusculano erat, desiderare, si quid noui accepetit, velle certiorem fieri, scribit aduentum Cæsaris ex belli reliquiis expectari: docetq; vt Cæsarianis vtatur, & q in re turbata consolationem capiat, ex eo q se ad omnem statum præparauerat. laudatque Varronem q otio se dediderit. Ordo est. Caninius noster admonuit me verbis. i. ex mandatis tuis, vt scriberem ad te, si quid esset, quod putarem oportere te scire. Igitur, hoc est vt aliquid eiusmodi scribam, ad ventus Cæs. est in expectatione. s. multorum, neq; tu ignoras id. Sed tamen cum ille s Cæs. scripsisset, vt opinor, se venturum in Alsiense s solum, aut in Alsiensem agrum Italiæ. sui. s. amici, & necessarii, scripserunt ad eum, ne. i. vt non faceret id, hoc est ne diuerteret se ad Alsiensem agrum scripserunt. n. aut dixerunt, aduentum eius esse in expectatione, & multos fore molestos ei, & ipsum fore molestum sup multis, & scripserunt eum posse exire cõmodius in Pontinum. s. agrum. vnde non placet, quod Hubert dicit ex Gallia expectari Cæs. Ego non intelligebam quid interesset. s. in Alsiensem agrum, an in Pontinum exiret. s. e nani, Sed tamen Hirtius dixit mihi, & dixit se scripsisse ad eum, hoc est ad Cæs. & Balbum, & Oppium, qui cum Cæsare erant, vt faceret ita, Balbum, inq̃, & Oppium homines, vt cognoui, amãtes tui. i qui te amant. Ego volui te nosse hoc iccirco, vt scires vbi parares tibi hospitium s. procul a Cæs. itinere, vel potius, sup. vt parares hospitium vtriq; s. nostrum. Incertum. n. est, quid ille sit facturus, & simul ostentaui me esse familiarem istis s. Cæsarianis, & inter esse consilijs eorum. Quod. s. esse illis familiarem nihil video cur nolim. Non. n. idem est ferre. i. tolerare, & pati, si quid est ferendum. i. necesse, vt feratur, & probare. i. approbare si quid. i. aliquid non est probandum. Etsi. i. tametsi, quid non probem. i. quid est. quod dicere possim me non probare, q d nescio. Enim. i. quia qui i scio iam præter initia rerum, q. d nihil, & de initiis nihil est, quod recte damnare possit in Cæs. Nam hæc. s. initia fuerunt in voluntate i libera electione. Vidi. n (nam tu aberas) q. d dixissem nos vidisse, sed non dico te vidisse quia aberas, amicos nostros. s. Pompeianos cupere bellum. Autem. i sed, hunc. s Cæs. non tam. i tantum, cupere. s. bellum, q̃ non timere si necesse esset gerere. Ergo hæc. s. initia fuerunt consilij. i. deliberationis liberæ. reliqua s quæ secuta sunt, sup. fuerunt necessaria. Autem i. sed vbi duo pugnant necesse est, aut hos, aut illos vincere, aut applicemus notis, aut hos. s. Pompeianos, aut illos. s. Cæsar. Scio te semper fuisse mecum in luctu, cum videremus, q̃ i quantum, ingens, sup. foret illud malum exercitus alterius ex interitu ducum. Vero i. sed, nos vidimus, tum. i. præcipue sup. vidimus extremum. i. maximum oium malorum esse victoriam belli ciuilis. quam. s. victoriam, ego quidem timebam etiam illorum. i. si contigisset illis. ad quos veneramus. s. Pompeianis, ipsi. n. minabantur crudeliter otiosis. i. non gerentibus secum bella aduersus Cæs. & tua voluntas & oratio mea. s. cohortantis ad pacem, erat inuisa iis. s. cupientibus bellum. Nunc vero si nostri. i Pompeiani essent potiti. s. victoria, aut imperio, ipsi fuissent valde intemperantes. s. vltione faciẽda. Ipsi n. erant perirati nobis, quasi decreuissemus quidq̃ de salute nostra, q non idem censuissemus. i. adiudicassemus illis. s. bella gerentibus vt quasi fuerit vtilius reip. eos confugere etiam ad auxilium bestiarum s. elephantorum regia Iubæ qui rex erat in Africa, aut etiam serpentium Africæ, per quos Cato transiuit bellum in Cæsarianos gesturus, q̃ vel mori, vel viuere cum spe, si non optima, attamen aliqua. At. i. sed nos viuimus. s nunc, vt illi dñr, in rep. perturbata, quis negat, sup. illud, q. d. nemo. Sed ij viderint hæc. s. mala reip. qui nulla. i. non vlla, non parauerunt, sup. sibi vlla subsidia. i. subterfugia, aut sustentacula, ad omnes casus vitæ. hoc est, qui in solo foro vitam tutari poterant. Oratio superior fluxit. i. deducta est longius q̃ volui, vt venirẽ huc. i. ad hoc dicendum. Cum. n. ita sit, quod dixi. i. æstimaui semper te hoiem magnum, tum sup. verum est quod te duco magnum hominem his tempestatibus q es prope. i. quasi solus in portu, & percipis eos fructus doctrinæ, qui maximi sunt vt consideret ea, & tractes ea. Quorum & vsus & delectatio est anteponenda omnibus, & actis, & voluptatibus istorũ s. contẽnendorum, cum se beatos putant. Equidem. i. ego quidem, puto hos dies tuos Tusculanenses. i quos in Tusc. cum literis ducis esse instar. i ad statum & æquiualentiam vitæ: & ego concesserim libenter omnibus q. d. etiam inimicis, omnes opes. i. facultates meas, vt liceat mihi viuere isto modo. i. in otio literario, nulla vi. i. violentia, interpellante. i. impediente. Quod. i. quam rem nos quoq; imitamur, vt possumus, & conquiescimus libenter in studiis nostris. Quis n. non dederit. i. permiserit & concesserit nobis hoc, vt cum patria siue non possit, siue nolit vti opera nostra. s. in reip. administratione, nos reuertamur ad eam vitam s. philosophicã quam multi homines docti, vt Plato, & alii fortasse non recte. i. non decenter, vt disputat in lib. off. sed tamen multi putauerunt præponendam etiam reip. i administrationi eius, q d. nullus iustus iudex non dederit, sed omnes dederint. Igitur quæ studia habent vacationem. i. cessationem, & intermissionem, sententia i. s̃m sententiam magnorum hominum. s. Platonis, & aliorum, cur non abutamur eadem. s. vacatione muneris publici, rep. concedente iis. s. studiis. s. vacationem, hoc est cum philosophi plurimi dicant ab rep. cessandum, interdum propter veri inquisitionem, quare non possimus cessare ab eadem, eadem concedente, cum nolit, aut non possit vti opera nostra. Sed ego facio plus q̃ Caninius mandauit. Is n. rogarat, sup. vt scriberem ad te, si ego scirem quid. i aliquid, quod tu nescires. Ego autem narro tibi ea, quæ tu scis melius, quam ipse. i. egomet, qui narro. s. ea. Faciam ergo illud, quo rogatus sum, vt nequid. i. non aliquid non ignores, aliquid eorum, quæ sint huius temporis. i. tempestatis, quæ audiero tua s. interesse.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Reddit rationem Cicero, cur tantopere accelerarit, vt Varronem conueniret, Deinde de aduentu Cæsaris rumores varios aperit.

CICERO S.D. VARRONI. 7

CORNABAM apud Seium, cum vtriq; nostrum reddita sunt a te literæ. Mihi vero iam maturum videtur. nam quòd antea te calumniatus sum, indicabo malitiam meã. volebam prope alicubi esse, si quid bonæ salutis σύμπ. δύ' ἐρχομένω. nunc, quando confecta sunt omnia, dubitandum non est, quin equis viris. nam, vt audiui de L.* Cæsare filio, mecum ipse, Quid hic mihi faciet patri? itaque non desino apud istos, qui nunc dominantur, cænitare. quid faciam? tempori seruiendum est. sed ridicula missa, præsertim cum sit nihil, quod rideamus. *(à Cæsare occiso. Suet.)*

Africa terribili tremit, horrida terra, tumultu. itaque nullum est ἀποπροηγμένον, quod non vereat. Sed, quod quæris, quando, quà, quò; nihil adhuc scimus: istuc ipsum de Bajs. non nulli dubitant, an per Sardiniam veniat. illud. n. adhuc* prædium suum non inspexit; nec vllum habet deterius, sed tamen non contemnit. ego omnino magis arbitror per Siciliam: vel iam sciemus: aduentat enim Dolabella. eum puto magistrum fore. *(per locum Sardiniam prædiũ vocauit quasi prouinciæ populi R. essent prædia Cæsaris.)*

πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων. *(.i. multi discipuli meliores magistris.)*

sed tamen, si sciam quid tu constitueris, meum consilium accommodabo potissimum ad tuum: quare expecto tuas literas. Vale.

HVBER. CORNABAM] Scripserat Cic. ad Varronem nondum esse tempus veniendi ad eum: accusaueratq; eum, q tanto tempore accelerater. Itaq; nunc scribit id fecisse, vt videret, si interea aliquid salutis accidisset, vt puta per mortem Cæs. de cuius aduentu scribit se ignorare per quæ loca sit futurus. [Vtrique] mihi & Seio. [Maturum] tempestiuum. s. venire. [Calumniatus sum] te accusaui. [Indicabo malitiam meam] dicam qua causa & astutia id fecerim. [Propè] non longe ab vrbe. [Si quid bonæ salutis] s. euenisset nobis q. d. si interea dii voluissent nobis prouidere per mortem Cæs. [σύν τε δύ' ἐρχομένω] .i. duobus simul eũtibus. & est temesis σύν τ' ἐρχομένω simul euntibus, δύο duobus. est autem apud Hom. sensus perfectus,

ctus, quem Cic. abscissum protulit, quia loquebatur apud eum, qui optime tenebat Hom. vt si apud aliquem Virg. familiarem dicam, si qua fata sinant, intelliget, quid præcedat & sequatur ex 10. Il. Homeri. sunt autem verba Vlyssis renuentis ire exploratum res Troianorum, nisi habeat socium, & comitem. est autem dualis numerus, & nominatiuus pro genitiuo, qui apud eos ponitur eo loco, quo nos ponimus ablatiuum absolute, vel in consequentia voluit ergo dicere Cic. simus simul, quia tutiores erimus duo quam vnus. §Confecta sunt omnia} datus finis bellis. §Aequis amicis} s. Cæsarianis, & subaudi, vtamur. & sic intellige dicit. §De filio L. Cæs.} quo modo eum tractauerit Cæsar. §Mecum ipse} dixi vel cogitaui. §Quid mihi faciet patri?} verba sunt Simonis apud Terent. in Andr. de filio familiariter ferentis nomen Chrysidis, quæ nunc Cic. accommodat proposito suo, q. d. si tractauit ita L. Cæs. filium, quid faciet mihi? q. d. multo peius. est n. sensus hic contrarius Terentiano sensui. §Cœnitare} freq. cœnare, vt eos retineã mihi amicos. §Istos} Cæsarianos. §Quid faciam} q. d. necesse est ita facere quod declarat dicens. §Seruiendum} obsequendũ. §Missa f.} i. dimittamus. §Africa terribili} versus est Ennij, quem Cic. ponit ad probandum, quod nihil sit ridendum, quia tumultus bellicus omnia perturbauerit. §Nullum ἀπροηγμένον} ita inueni scriptum in multis codicibus & declaratũ eiectum. nam προάγω præcedo significat, præcedor προάγομαι, vnde ἀπροηγμένον. i. non propositum ergo reiectum. reiecta. n. à philosophis dicuntur bona externa. §Quod non verear} quod non timeã. §Quando} s. sit venturus Cæs. §Qua} per quam regionem. §Quò} ad quem locum. §Illud prædium suum} h. d. Cic. quia Cæs. possidebat totam Sardiniam, ideo appellauit eam prædium Cæs. §Deterius} quia supra * dixit Sardos esse pessimos. §Non cõ.} i. diligit. §Per Siciliam} venturum. §Vel} etiam. §Iam} i. mox, statim. §Dolabella} quia erat ex intimis Cæs. §Magistrum fore} qui instruat Cæs. quã sit venturus. §πολλοί} multi. §μαθηταί} discipuli. §κρείττονες} meliores, prestantiores §διδασκάλων} magistris. §Quid constitueris} quid decreueris facere §Accommodabo} aptabo. §Ad tuum consilium} i. faciã quod tu consulueris.

Inmo ob confi. & esse fertilitatem.

ASCEN.

C OENABAM &c} dicit se nõ probasse properationem Var. in vrbem propter speratam necem Cæs. quem dicit venturum, sed nescire quã. Ordo est. Ego cœnabam apud Seium, cum literæ redditæ sunt a te. s. missæ, vtrique nostrum hoc est & Seio, & mihi. Vero pro sed, aut certe sup. te venire in vrbem, videtur mihi iam maturum. i. tempestiuum. Nam quod calumniatus sum. i. iniuste arguerim te antea, indicabo militiam meam. Ego volebam esse alicubi propè. s. te, si quid bonæ salutis, sup. contingere posset σύν τε δύ᾽ ἐρχομένω. i. duobus simul euntibus, aut dum duo simul erunt, vt apud Hom. inquit Vlysses. nunc quã omnia sunt confecta. i. sopita bella, non est dubitandum quin. s. aliquid bonæ salutis sit viris æquis. i. iustis & integris, q. d. tibi, & mihi. aut non est dubitandum quin oĩa sint confecta viris bonis, & integris i. per bonos, &c. Nam vt. i. postquã ego audiui de filio L. Cæs. s. quo benigne tractauerit aliquem ex hostibus: ipse. i. egomet sup. aio, iam mecũ, quod Simo Ter. in And. ait de Pamphilo suo qui nimis familiariter complexus fuerat Glycerium, quam Simo non putauit illi notam, nisi propter familiaritatem eorum qui Chrysidem amabant. Quid hic. s. tam pius in hostes faciet mihi patri. i. patris locũ, post te conciliationem habendo? Itaq; non desino cœnitare apud istos, qui dominantur nunc. Fingit autem per imaginationẽ id Varronem reprehendere, vnde addit. Quid faciam? Seruiendum. i. inseruiendum est tẽpori. Sed faciamus missa i. omittamus ridicula, præsertim cum nihil sit quod rideamus. i. recte ridere possimus, ergo superiora per risum dixit. nam, vt cecinit Ennius prius de bello, quod Scipio in Africa gessit, Africa terra horrida tremuit terribili tumultu. Itaq; i. & ita, nullum est apoproegmenõ. i. non propositum, sed reiectum quod non verear. Sed quod quæris quã, quà, quò s. Cæs. veniet, nihil scimus adhuc. Istud ipsum. s. quod dicis te audiuisse de Baijs, nonnulli dubitant, an veniat per Sardiniam. Ipse. n. non inspexit adhuc illud prædium suum. s. quod in Sardiniam per victoriam acquisiuit, nec habet vllum deterius, quia terra veneni ferax est, sed tñ non contemnit. Ego arbitror oĩno. s. magis venturum per Siciliam, vel i. etiam iam sciemus. Enim i. quia Dolabella s. gener meus, aduentat. i. appropinquat. Ego puto eum fore magistrũ. s. itineris. polli. i. multi, mathetæ. i. discipuli, crettones. i. meliores, didascalon. i. magistris, sup sunt. Apud Græcos cõparatiua genitiuos regunt, apud nos ablatiuum, comparatiue posita, itaque genitiuum in ablatiuum conuerti. Sed tamen si sciam quid tu constitueris, ego accommodabo consilium meum potissimum ad tuum: quare expecto literas tuas.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Exigit promissum literarum a Varrone: dicitque, quomodo Academicas quæstiones tractarit. postremo pollicetur se plura editurum.

CICERO S. D. VARRONI. 8

ETSI munus flagitare, quãuis quis ostenderit, ne populus quidem solet, nisi concitatus: tamen ego expectatione* promissi tui moueor, vt admoneam te non vt flagitem. misi autem ad te quattuor admonitores, non nimis verecundos. nosti. n. profecto os eius adolescentioris Academiæ. ex ea igitur media excitatos misi: qui, metuo, ne te forte flagitent: ego autem mandaui, vt rogarent. expectabam omnino iam diu, meq; sustinebam, ne ad te prius ipse quid scriberem, quàm aliquid accepissem: vt possem te remunerari quamsimillimo munere: sed, cum tu tardius faceres, id est, vt ego interpretor, diligentius; teneri non potui, quin coniunctionem studiorum, amorisque nostri quo possem literarum genere declararem. feci igitur sermonem inter nos habitum in Cumano cum esset vna Pomponius. tibi dedi partes Antiochinas; quas a te probari intellexisse mihi videbar; mihi sumpsi* Philonis. puto fore, vt, cum legeris, mirere id nos locutos esse inter nos, quod nunquam locuti sumus: sed nosti morem dialogorum. posthac autem, mi Varro, quamplurima, si videbitur, & de nobis, & inter nos: sero fortasse: sed * superiorum temporum fortuna reip. causam sustineat. hæc ipsi præstare debemus, atq; vtinam quietis temporibus, atq; aliquo si non bono, at saltem certo statu ciuitatis hæc inter nos studia exercere possemus. quanquam tum quidem vel aliæ quæpiam rationes honestas nobis & curas, & actiones darent. nunc autem quid est, sine his cur viuere velimus? mihi vero cum his ipsis vix: his autem detractis, ne* vix quidem: sed hæc coram, & sæpius. Migrationem, & emptionem feliciter euenire volo; tuumque in ea re consilium probo. Cura vt valeas.*

Significarit se daturum.

Librorũ de lingua lat.

ep. s. l. 7 & Tusc. 2.

Quòd ante hac minus scripsimus, eorum temporum causam resp. sustinere debet: hæc autem tempora præstare ipsi debemus, quoniam otium conceditur. sic l. 2. de Fin.

HVBER.

E TSI munus} Quia M. Varro promiserat se scripturum aliquid, quod ad Cic. mitteret, idq; distulerat: ideo Cic. nunc exigit promissum. quod ideo magis dicit esse debitum, quia ad eum miserat lib. 4. Acad. quos dicit esse tanquam admonitores obligationis Varronis. Ostẽdit igitur illud opus Academicorum factum esse per dialogum, quia introductæ sunt personæ loquentes. pollicetur q; scripturum alias plura, & præsertim quia cum alio tpe possit fortasse habere honestas aliquas curas vel actiones: nunc dicit se sine literis nullo modo viuere posse. §Etsi} ponit similitudinem, cuius contrarium dicit se esse facturum. est autem sensus, licet populus non audeat postulare minus aliquod ludorum etiam ab aliquo propositum & promissum, nisi aliquis incitauerit ipsum populum, vt flagitet: tñ spe muneris ipsius Varronis se ita moueri scribis, vt audeat eum nõ flagitare, sed admonere, vt præstet promissum. §Munus} intelligimus non pecuniarum, sed ludorum, qui populo exhibebãtur, vt diximus lib. 2. ea epistola, quæ incipit, Nempe non defuit studium declarandorum munerum. §Flagitare} exigere, instanter petere. §Nisi concitatus} nisi cõpulsus persuasione tribunorum, aut alicuius viri grauis. §Quis} aliquis. §Ostenderet} declararet, proponeret se esse exhibiturum. §Expectatione} spe. §Moueor} adducor. §Admoneam} faciã te memorem. §Quattuor admonitores} intelligit quattuor lib. Acad. quos ad Varr. scripsit. §Non nimis verecundos} i. aliquantũ audaces in petẽdo. §Nosti n. hos} s. libros vel admonitores. in alio codice scriptũ erat os sine aspiratione. quod mihi non displicet: vt sit sensus, nosti os. i. audaciam loquẽdi. §Adolescent.} i. iunioris, quia vetustior. cuius fuit auctor Plato, erat verecundior. mediam ferũt fuisse Arcesilai, vltimam Carneadis. §Ex ea} adolescentiore. §Excitatos} cõmotos. §Media} s. Academia. i. misi eos libros ex adolescẽtiore Academia, sed excitatos e media. i. capientes audaciam ex media Academia, quæ est etiã liberior veteri. §Qui} s. monitores. §Ne flagitent} astute Cic. ostendit obligationem Varronis, cum dicit

veteri,

veteri, ne libri sui eum flagitent, quia acceptis ijs libris intelliget obligationẽ suam. {Sustinebam} me reprimebam, ne scriberem aliquid ad te. {Remunerari} actiua significatione dixit. i. redonare, vt ita dicam. {Tardius faceres} i. cum differes in longum. sed ne videatur eum accusare negligentiæ, quæ differt promissa, statim correxit dicẽs. {id est, diligentius} nam plerunq; differimus aliquid eo ꝙ diligentius volumus id facere. {Teneri} prohiberi. {Feci} finxi {Pomponius} Atticus. {Partes Antiochianas} i. vt tu defenderes, quod Antiochus sentiebat. {Quas} partes. {Probari a te} quia intelligebam tibi placere eius sententias. {Philonis} is. n. doctus vir fuit. {Nos locutos esse} s. in ipsis libris. {Q đ nunq̃ sumus locuti} cũ essemus in Tusculano, quia multa finxi nos locutos: & addidi, quæ tñ non locuti sumus. {Dialogorum} i. quibus multa adduntur. præter ea, quæ antedicta sunt {Quàplurima} s. dicemus vel colloquemur. {Fortasse sero} nimis in longum. {Sustineat} defendat, tueatur. {Prestare} efficere. {Certo} stabili, non ita dubio, vt nũc est. {Tum} si status reip. esset, vel bonus, vel certus. {Quæpiam} aliquæ. {Rõnes} viæ, modi. {Curas} cogitationes. {Actiones} negotia, operationes. {Nunc} his miseris tpibus. {Quid est} q. d. nihil. {Via} s. est cur velim viuere {Cũ his} studijs. {Detractis} remotis. i. si nõ essent hæc studia. {Ne vix qdem} s. viuerẽ, sed prorsus nullo modo. {Migrationẽ} discessum tuum ex Tusculano. {Emptionem} emerat. n. villã, ad quã se conferebat. {Volo} opto. {Tuum consilium} i. iudicium.

ASCEN. ET si &c. {Quia M. Varro promiserat se scripturum aliquid quod ad Cic. mitteret, idq; distulerat. Cic. nunc exigit promissum, quod ideo magis dicit esse debitum, quod ad eum miserat libros quattuor Academicorum, quos dicit esse tanq̃ admonitores obligationis Varronianæ. Ostendit aũt opus Academicorum factum esse per dialogum, quia introductæ sunt personæ loquentes. polliceturq; se scripturum plura alias. Ordo est. Etsi. i. q̃q̃, ne populus quidem tñ inuerecundior esse videtur, q̃ viri graues, solet flagitare. i. instanter, & vrgenter exigere munus. s. publicum, vt ludoꝝ scenicoꝝ, & gladiatoꝝ aut circensium, quãuis quis ostenderit. s. ludos paratos, aut munus paratum, nisi, sup. sit concitatus. s. ad flagitandum, aut a tribunis, aut ab rei spectabilitate: tñ ego moueor expectatione promissi tui. s. de libris ad me scribendis, vt admoneã te, non vt flagitem. Misi aũt ad te quattuor admonitores, videlicet quattuor libros Academicaꝝ disputationum, non nimis verecundos, q. d. satis audaces exactores promissi, quia qui munus accipit, se ad referendum obligat. tu. n. profecto nosti os. i. impudẽtia Academiæ adolescentioris. i. recentioris. Igitur ego misi. s. quattuor admonitores excitatos ex ea media. i. recentiore Academię, qui metuo ne forte flagitent te. ego aũt mandaui, vt rogarent te, quod modestius est. Expectabam oĩno iandiu s. vt per te promissum exhiberes, & sustinebam me. i. repressi auiditatem meam ne ipse scriberem quid. i. aliquid prius ad te, q̃ accepissem aliquid. s. a te, vt possem remunerari. i. redonare te, munere quãsimillimo. i. perquam simili, quia etiam literario, & philosophico: sed cum tum faceres tardius. s. promissum. i. vt ego interpretor, cum faceres diligẽtius non potui teneri. i. contineri, quin declarem coniunctionem studioꝝ, & amoris nostri sup. eo genere literarum, quo possem. Feci igitur sermonẽ habitum inter nos in Cumano. i. villa nostra Cumani agri, cum Pomponius s. Atticus esset vna. s. nobiscum ego dedi. i. assignaui tibi. s. in disputando partes Antiochenas. i. munus defendendi ea, quæ ab Antiocho dicta afferentur, quas. s. partes, ego videbar intellexisse probari a te, quia visus est tibi bene locutus, ego sumpsi mihi, sup. partes Philonis. s. defendendas. Puto fore. i. futurũ esse, vt mirere cum legeris nos locutos esse. i. introductos esse, tanq̃ loquentes, id quod nunq̃ locuti sumus. Sed tu nosti morem dialogoꝝ. i. variorum sermonum, & disputationum fictarũ. Autem. i. sed ò mi Varro, sup. ego scribam ad te, aut nos colloquamur. quod verbum quidam adiecerunt alii maluerunt intelligere, eo quod verba ad loquelam spectantia sæpe subaudientur. post hæc quamplurima. s. alia. si videbitur. s. congruum. aut oportunum, & colloquemur, sup. aut cõmentabimur inter nos de nobis. i. de rebus nostris, & calamitatibus tpum nostroꝝ. fortasse sero. i. nobis tarde. sed fortuna superiorum tpum s. tristissimorum sustineat causam reip. i. faciat, vt reip. satisfiat de iactura accepta. ipsi. i. nos, debemus præstare, hæc. s. nostra, hoc est vt scribendo sustineamus cõmoda nostra. Atq; vtinam nos possemus exercere inter nos hæc studia. i. literaria tpibus quietis, atq; aliquo statu ciuitatis. s. Romæ, si non bono. At. i. sed, saltem certo, vt possit quis licet misere, securus tñ viuere. Quanq̃. i. tametsi vel. i. etiam aliæ quæpiam rationes, darent nobis, tum. i. tunc, certus esset reip. status honestas curas, & actiones, Autem. i. sed, quid est, nunc cur velimus viuere sine his. s. curis & actionibus literariis, q. d. nihil. Vero. i. pro certo via est mihi cur velim viuere cum his ipsis s. literis. Autem. i. sed his detractis nec quidem vix, sed nullo modo. quod. n. via fit, fit quidem licet cum difficultate, quod quasi fit non fit. Sed, sup. dicam hæc coram s. te. & sæpius. Ego volo. i. opto, migrationem. i. mutationem habitationis, & emptionem. s. nouæ domus, euenire feliciter tibi, & probo consilium tuum in ea re. Cura vt valeas.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Suada socero gener, vt à Pompeio ad Cæs. se transferat. vide ep. 16. l. 8.

DOLABELLA S. D. M. CICERONI. 9

SI vales gaudio: & ipse valeo, & Tullia nostra recte valet. Terentia minus belle habuit: sed certum scio, iam conualuisse eam. præterea rectissime sunt apud te omnia. Etsi nullo tempore in suspicionem tibi debui venire partium causa potius, quàm tua tibi suadere, vt te aut cum Cæsare, nobiscumq; coniungeres, aut certe in otium referres: præcipue nunc, iam inclinata victoria, ne possum quidem in vllam aliam incidere opinionem, nisi in eam, in qua, scilicet, tua de re tibi suadere videar, quod pie tacere non possum. tu autem, mi Cicero, sic hæc acipies, vt, siue probabuntur tibi, siue non probabuntur, ab optimo certe animo, ac deditissimo tibi & cogitata, & scripta esse iudices. Animaduertis, Cn. Pompeium nec nominis sui, nec rerum gestarum gloria, nec etiam regum, aut nationum clientelis, quas ostẽtare crebro solebat, esse tutum; & hoc etiam, quod infimo cuiq; contigit, illi non posse contingere, vt honeste effugere possit, pulso Italia, amissis Hispanijs, * capto exercitu veterano, * circumuallato nunc deniq;: quod, nescio, an vlli vnquàm nostro acciderit imperatori. quãobrem, quid aut ille sperare possit, aut tu, animum aduerte pro tua prudentia. sic. n. facillime quod tibi vtilissimum erit cõsilij capies. Illud* autem a te peto, vt, si iam ille euitauerit hoc periculum, & se abdiderit in classem, tu tuis rebus consulas, & aliquando tibi potius, quàm cuiuis, sis amicus. * satisfactum est iam a te vel officio, vel familiaritati: satisfactum etiam partibus, & ei reip. quam tu probabas. reliquum est, vbi nunc est resp. ibi simus potius, quàm dum illam veterem sequimur, simus in nulla. quare uelim, mi iucundissime Cicero, si forte Pompeius, pulsus his quoq;* locis, rursus alias regiones petere cogatur, vt tu te vel Athenas, vel in quamuis quietam recipias ciuitatem. quod si eris facturus, velim mihi scribas: vt ego, si vllo modo potero, ad te aduolem. quæcunq; de tua dignitate ab imperatore erunt impetranda; qua est humanitate Cæsar, facillimum erit ab eo tibi ipsi impetrare: & meas tamen preces apud eum nõ minimum auctoritatis habituras puto. erit tuæ quoq; fidei, & humanitatis, curare, vt is tabellarius, quem ad te misi, reuerti possit ad me, & a te mihi literas referat. Vale.*

Vnde Magni cognomen assumpserat.

In Hispania.

ad Dyrrhachium.

ab vtil.

ab Honesto.

Dyrrachij Pompeius obsidebatur.

HVBER. SI valles {Postq̃ Pomp. aliquot cladibus bellicis perculsus est, expulsusq; est Italia, amissisq; Hispaniis, superatis ducibus suis, Dolabella gener Cic. hac epistola conatus est persuadere Cic. qui erat in castris Põp. vt discedat ab ipso Põp. in quo iam nullam videret esse spẽ, transferretq; se vel Athenas, vel in aliquem alium locum vacuum bello. pollicetur aũt se impetraturum oĩa a Cæs. quæ ad Ciceronis dignitatem pertineãt, & de his rebus petit sibi rescribi per eundem tabellarium. {Minus belle} non satis bene. {Iam conualuisse} iam bene habere, & factam bene volentem, & sanã. {Apud te} domi tuæ, in rebus tuis. {Etsi} h. d. ꝙ quãuis Cic. nunq̃ debuerit suspicari Dolabellam suadere ei, vt esset potius cum Cæs. q̃ cum Pomp. magis, quia ipse Dolab. esset Cæsarianus, q̃ ꝙ eius vtilitatis cupidus esset: nunc tñ dicit se multo magis eandem habere opinionẽ, cum videat victoriam inclinatam erga Cęs {Causa partium} i. causa Cæs. i.

Cæs.i quia sequar partes ipsius Cæs.} Quàm tua} .s. causa.} Nobiscum} meeum } Certe} saltem, si nolles te coniungere Cæsari. } In otium} in pacē, non sequereris castra.} Inclinata} pendere. } Pie} ex pietate, quia sumus affinitate coniuncti, & eam pietatē tibi debeo, quam patri. Siue probabuntur}.i. siue placebunt.} Ab optimo animo} ab optima intentione.} Animaduertis} iam enumerat causas, quibus suadeat discedēdum à Pōp.} Gloria rerum gestarum} quæ est iam ita imminuta, vt nullus iam multū eum admiretur.} Clientelis} amicitijs, obsequijs, } Ostētare} iactare. } Cuiq; infimo} cuiq; etiā minimo viro } Honeste} quia sine maxima infamia fugere nō pōt.} Veterano} optimo, laboribus militiæ exercitato.} Circumuallato} obsesso a Cæs. Brundusii } Sic an.} & tuā & illius spem.} Hoc periculum} præsentis obsidionis. } Abdiderit} artificiose dixit, non cōtulerit, sed abdiderit quasi fugiens, & timens occultauerit.} Consulas} prouideas, cōsilium capias.} Aliqñ} tandem.} Cuiuis} cuilibet, etiā iis, qui non curant salutem tuam.} Satisfactū} occurrit obiectioni, q͂a sciebat se loqui cum viro forti, & amico reip. sic illud ad Aeneam apud Virg. Sat patriæ Priamoque datum. } Officio} quo eras astrictus erga Pōp. pp beneficia ab eo in te collata. } Familiaritati} erga Pōp. } Partibus} quia ostēdisti te male defendere eam partē, quæ esset iustior.} Vbi est resp.} quia est cum victore. } Illam veterē} quæ olim esse consueuerat } Simus in nulla } amittamus & veterē & nouam.} Mi iucundiss. Cic.} blandit ei.} Quamuis} quālibet potius sis cum Pōp } Q͂d} vt recipias te Athenas vel in alium quēuis locum quietū.} Aduolē} celeriter accurram, & veniā.} Imperatore} Cæs } Qua est humanitate}.i. p ea humanitate, qua est. } Tibi ipsi}.i. tibi sine alterius auxilio.} Et meas} pollicetur se tñ pcaturū Cæs. p eo.} Tabellarius} q fert lras.} Referat} reportet.

ASCEN. SI vales, &c.} Vbi res Cæsaris crescere, & Pōpeii decrescere cœperunt: Dolabella Ciceronis qui in castris Pōpeianis erat, gener, cohortatur hac epistola eum, vt discedat illinc, vbi nullam spē salutis videat, transferatq; se Athenas, vel in aliquē alium locum bello vacuum. polliceturq; se impetraturum oia à Cæs quæ ad Ciceronis dignitatem pertineāt. petitq; vt Cicero rñdeat. Videtur aūt hæc epistola scripta ante pugnam Pharsalicam, sed Pōpeio iam obsesso. Ordo est. O Cicero gaudeo si vales. s. bene, equidē.i. ego quidem, valeo, & Tullia nostra, quia filia tua, & coniunx mea & Cicero .s. filius tuus valet. Terentia .s. vxor tua, & socrus mea, habuit, sup. se minus belle.i. bene, quia valetudinaria fuit aut finait. turpiter. n. vixit. Sed scio certum, sup. esse eam conualuisse iam. Præterea.i. præter valetudinē Terentiæ, oia sunt rectissime apud te.i. in domo tua. Etsi.i. q͂q͂, ego nullo t pe debui venire tibi in suspicionē.i. vt suspiceris me suadere tibi potius causa partium.i. vt parti Cæsarianæ prosim, q͂ causa tua.i. vt tibi consulam, vt coniungeres te aut cum Cæs. nobiscum, aut certe referres. s. te in otium. s. literarū, & vacationem à bello. Ego ne quidem.i. non saltem possum, præcipue tūc iam victoria inclinata. s. ad Cæs. incidere in vllam aliam opinionem, nisi in eam in quā ego videar. s. suadere tibi, sup. id quod nō possum tacere pie.i. salua pietate in te socerum meum. Tu aūt ò mi Cic. accipies hæc sic in eam partē, vt siue probabuntur.i. placebunt tibi, siue non probabunt, iudices certe.i. nihilominus esse & cogitata, & scripta ab aio optimo, & deditissimo tibi. Animaduertis.i. bene consideras, Cn. Pomp. non esse tutum, nec gloria nominis sui quæ tanta est vt Magnus ab oibus nominetur, nec gloria rerum gestarum, quæ etiam incōparabilis erat, nec etiam clientelis.i. obseruantiis, & cultoribus tanq͂ patroni debitis, regum & nationum, quas solebat ostentare.i. iactantet oñdere, crebro.i. frequēter, dum Rom. floreret, & animaduertis hoc etiam, quod contingit infimo cuiq;, non posse contingere illi, videlicet vt possit honeste effugere, illi tanq͂ pulso.i. expulso Italia. s. patria sua, ad quā non auderet se recipere, Hispaniis quas prius tenuerat, amissis, quia Cæs. Pōpeianos ante bellum Pharsalicum illinc expulerat, & Hispaniā totam in deditionē receperat, & illi capto, quia veterani exercitu circūuallato i. obsesso nunc deniq; .i. tandē, vt Huber. sentit, circa Brundusium, q͂d. s. capi cum exercitu veterano.i. eum obsideri, & circūuallari, nescio an acciderit vnq͂ vlli imperatori. quia veterani milites ea erant animi præstantia, vt mori maluerint, q͂ obsideri. Quāobrem aduerte animum.i. considera, pro tua prudentia.i. sm prudētiam tuam, quid aut ille. s. Pōpeius possit sperare, aut tu. n. capies facillime sic sup. id consilii, quod erit vtilissimum tibi. Aūt i. sed ego peto à te illud, vt si ille s. Pōpeius, euitauerit hoc periculum.i. ab obsidione liberatus fuerit, & abdiderit se in classem.i. per mare aufugerit meticulosus, tu consulas.i. prospicias tuis rebus, & sis aliqñ.i. tandem, potius amicus tibi.i. plus facias pro salute tua, q͂ cuiuis. s. alteri.i. q͂ facias pro amicitia alterius. Satisfactum est iam à te, vel officio, si fuisti obnoxius Pōpeio, vel familiaritati, si nihil debes præter consuetudinis vicē, satisfactum etiam est s. a te partibus & reip. quam tu probabas.i. pro qua Pōpeius se dicit militare. reliquū est.i. id restat, vt nos simus ibi.i. in illis partibus, vbi.s. in cuius potestate resp. est nunc, hoc est simus cum Cæsare potius, q͂ dum sequamur illam veterem. s. remp.i. collegium illorum qui iamdiu rēp. tenuerūt, simus in nulla. s. rep. quia vetus perit, & nouæ ex partes simus. Quare velim o mi Cicero iucundissime, si forte Pōpeius pulsus his quoq;.i. etiā locis, quia aliis multis, vt Hispaniis totis, & Italia iam pulsus fuerat, cogatur rursus petere alias regiones, vt tu recipias te vel Atheoas vel in q͂uis.i. quamlibet aliam sup. ciuitatē quietam. s. ab hoc bello. Quod si eris facturus, velim scribas mihi, vt ego adoolē ad te, si potero vllo modo Facillimum erit impetrare tibi ipsi quęcunq; erunt impetranda ab imperatore de tua dignitate, qua humanitate Cęs. est.i. tam magna est Cæs. humanitate ab eo. s. imperatore Cæs. quod relatiuū postposuit, vt habeat quò referatur. Et tñ.i. licet, facillimum fuerit impetrare tibi ipsi.i. per te ipsum, oia a Cæs. quia tibi bene velit, si Pōp. deserueris, tñ ego puto preces meas habituras apud eum non minimum, immo plurimum auctoritatis. Erit quoq;.i. etiam fidei, & humanitatis tuæ.i. pertinebit ad fidem, & ad humanitatem tuam, vt is tabellarius.i. nuntius, qui tabellas hoc est literas, quia olim in tabellis scriptitabant, perferendas suscepit, quem ego misi ad te, possit reuerti ad me, quia periculum erat ne detineretur captus, eo q ab aduersæ partis homine missus venerat. & referat mihi literas a te.

GIBERTI LONGOLII LEMMA:

Animi causa Cicero litem Niciæ Vidijque, inter quos constitutus iudex erat, scribit.

CICERO S. D. DOLABELLAE. 10

NON sum ausus Saluio nostro nihil ad te literarum dare: nec mehercule habebam, quid scriberem, nisi, te a me mirabiliter amari: de quo, etiam nihil scribente me, te non dubitare certo scio. oīno mihi magis literæ sunt expectandæ a te, quàm a me tibi. nihil. n. Romæ geritur, quod te putem scire curare: nisi forte scire vis me inter Niciam nostrum, & Vidium iudicem esse. profert alter, vt opinor, duobus versiculis expensum Niciæ: alter Aristarchus hos ὀβελίζει. ego, tanquàm criticus antiquus, iudicaturus sum, vtrum sin τοῦ ποιητοῦ, an παρεμβεβλημένοι. puto te nunc dicere: Oblitus ne es igitur fungorum illorum, quos apud Niciam? & ingentium culinarum cum Sophia* Septimæ? Quid ergo? tu adeo mihi excussam seueritatem veterem putas, vt ne in foro quidem reliquiæ pristinæ frontis appareant? sed tamen suauissimum συμβιώτην nostrum præstabo integellum: nec cōmittam, vt, si ego eum condemnaro, tu restituas; ne habeat Plancus Bursa; apud quem literas discat. Sed quid ago? cum mihi sit incertum, tranquillo ne sis animo, an, vt in bello, in aliqua maiuscula cura, negotio ve* versere. labor longius. cum igitur mihi erit exploratum, te libenter esse risurum; scribam ad te pluribus. te tñ hoc scire volo, vehementer populum solicitum fuisse de P. Syllæ* morte antequàm certum scierit. nunc quærere desierunt, quo modo perierit. satis putāt se scire, quod sciūt. ego cætero qui animo æquo fero: vnum vereor, ne hasta Cæsaris refrixerit. Vale.*

Liberto. subaudi stulta. in bello Hispaniensi. ep.17.l.15a

NON sum} Cum non haberet Cic. aliquid graue, quod ad Dolabellam scriberet, & tñ Saluio, ad eum proficiscenti, non auderet negare literas, scribit rem facetam, se delectum iudicem inter Niciam & quēdam Vidium, de quadam controuersia pecuniaria: quā alter duobus versiculis probare volebat, alter negabat. significatq; cām esse pro Vidio, idq; se iudicaturum, licet a Nicia aliqñ cœna fungorum fuerit acceptus, dicit tñ se ita dānaturum Niciam, vt non ferat magnū damnum. Hæc aūt cum ioco quodam dicit. Deinde ostendit se breuius scribere, quia incertum habet, an Dolabella læto an solicito sit animo. Postremo dicit quomodo acceperit P. R. mortē P. Syllæ. HVBER.

P. Syllæ. [Mirabiliter] vehementissime. [Nihil] scri ere me. i. etiam si ego nihil scriberem. [Romæ] vbi ego sum. [Nisi forte] q. d. qđ est dignum risu. [Nostrum] amicū & familiarem. [Duobus versiculis]. i. breui scripto, quasi versiculis quibusdam. [Expensum profert]. i. scribit, & scripto ostendit se pecuniam dedisse. id. n. auct. Asconio, significat expensum ferre. [Alter] Nicia. [Aristarchus. i. tanq̃ Aristarchus. [ὀβελίζει]. i. negat, oblitterat. Aristarcus. n. vt diximus lib. 3. ad Appium, interpretatus est Homerum. & qm̃ multi versus putantur additi Homero, qui ab eo facti nō sunt: quos minime probabat, Homeri esse negabat. sic Cic. vt. n. Aristarchus Homeri versum negat, quē nō probat. Sic tu libet. i. iocari, q̃ disertū non eris, ne putaris meū. ὀβελὸς antē veru significat vel hastam: ὀβελίζειν vero iugulo, sed hoc loco significat oblitero, deleo, reprobo. nā antiqui corrigētes codices, qđ improbabant, signo oblongo notabant in modū hastæ, idq; appellabant obelū. i. veru a similitudine. qđ vero probabant, notabant signo paruæ stellæ, qđ appellabant asteriscū, vt ostendit D. Hyeron. in epist. ad Desiderium. ergo nunc dicit Cic sicut Aristarcus versus Homeri, quos non probat, obelo notabat: sic alter Nicia improbans versiculos Vidij de expenso ὀβελίζει. i. notat obelo & oblitterat. [Criticus] iudex. nam critici proprie dicebantur, qui iudicabant de poematibus. Horat. Ennius & sapiens. & fortis, & alter Homerus, vt critici dnt, leuiter curare videtur. Quo promissa cadāt, & somnia Pythagorea. [τοῦ ποιητοῦ] . i. poetæ: sicut Aristarchus iudicabat vtrum essent Homeri. [An παρεμβεβλημένοι]. i. interpositi, & inserti: cū nō sint poetæ. [Puto nunc] quia Nicia dederat cœnam Cic. adeo dicit. posses fortasse mihi dicere, oblitus ne es fungorē, quos dedit tibi Nicias, vt velis contra eum iudicare. [Quos apud Niciā?]. s. edisti. [Et ingentiū culinarum]. i. plenissimarū culinarū. alij codices habēt cochlearum. est aūt cochlea testudo, quam limacam appellant. [Cum Sophia Septimę]. s. filia. sunt aūt Sophia, & Septimia nomina propria. Erat aūt Sophia vel vxor vel propinqua Niciæ, apud quā Cic. cœnauerat, & comederat cochleas. [Quid ergo] ridet Cic. credis ne me ita allectum his cibis, & cœnis, vt non seruem grauitatē meam in iudicando? corrumpebantur. n. iudices carminum cœnis, & alijs muneribus. Persius: Calidum scis cum ponere sumem. Scis comitem horridulum trita donare lacerna. Horat. in epist. Non ego ventosę plebis suffragia venor Impensis cœnarum & tritæ munere vestis. [Quid ergo]. s. dicta [Excussam] eiectam, amissam. [Seueritatem] grauitatem. [Pristinę] frontis quæ solebat esse grauis, neq; mutari huiusmodi illecebris cœnarū. [Vt non appareant] vt non ostendā me eundem esse, qui eram. [Sed tñ] licet velim retinere pristinā seueritatem. [συμβιώτην] conuiuam. s. Niciam, apud quē comedimus fungos. [Præstabo] reddam. [Integellum]. i. indemnē. diminutiuū. n. est, ab integro. [Nec cōmittam] non sinā. [Tu restituas] tu facias eum indemnē. [Ne habeat]. i. non cōmittam ne [Plancus Bursa] nomen propriū alio codice erat Bursæ. & nūc intelligetur filius. [Apud quem] iocatur Cic. erat. n. vt conijcimus, Nicia præceptor planci imperitus. [Sed quid ago] corripit seipsum, q̃ scribat iocosa ad Dolabellam, quē ignorat, quo animo sit. [In aliqua cura maiuscula] in aliqua grandiuscula solicitudine, & tristitia. [Vt in bello]. s. solet fieri, in quo nunq̃ possumus esse sine cura. [Labor] defluo, descendo. s. scribendo, & loquendo: est. n. verbū labor. [Exploratum] certū. [Risurum] te esse animo tranquillo, vt ridere possis. [P. Syllæ] hic erat de genere Lucij Syllæ. [Sciuerit certū]. s. eum esse mortuū. [Desierunt] omiserunt, cessarunt: est aūt synthesis populus desierunt. quia cum significato, non cum voce concordat verbum. [Quod sciunt]. s. esse mortuū. [Vnum tm̃] solū. [Vereor] timeo. [Ne hasta Cæs refriaerit]. i. qđ adhuc fuerat hasta Cæsaris nō adhuc refrixerit. i. cessauerit, incertum aūt vtrum intelligat hastā Cæs. de bello, an de subhastatione bonorū proscriptorum, quam fecit Cæs. Cic. 2. off. Sic par est agere cū ciuibus nō vt iam bis vidimus hastā in foro ponere, & bona ciuiū voci subiacere p̄conis.

N[On sum ausus, &c.] Cum nihil scribere non audeat, tē ridiculā scribit, sed ideo breuiter, q̃ nesciat quo animo sit Dol. Ordo est. Non sum ausus nihil literarum dare Saluio. s. venienti ad te. Nec mehercule habebam, qd scriberē nisi te amari mirabiliter a me de quo scio certo te non dubitare etiā me nihil scribente. Literæ sunt oino mihi magis expectandæ a te, q̄ tibi a me. Nihil. n. geritur Romæ qđ putē te curare scire. i. vt tu scias: nisi forte scire vis me esse iudicem inter Niciam nostrum, & Vidium. Opinor alter. s. Vidius profert. s. in libello postulatorio expensum Niciæ. i. pecuniā in rē eius, ea positā & ita sibi debitā: alter. s. Nicias, Aristarchus. i. tanq̃ esset Aristarchus, sicut Horatius dicit de eo, qui carmina nō placentia veru, aut stellis, hoc est obelisco aut asteriscis notaret, fiet Aristarchus. i. Aristarchi similis, obelizei. i. veru transfigit hos. s. versiculos, hoc est negat debitum, & dicit delēdum. obelus dicitur veru uel hasta, obelizo iugulo hoc est veru trāsfigo. Ego iudicaturus sum tanq̃ criticus. i. iudex literarū antiquus, verum. s. versiculi illi, quibus Vidius sibi Niciā obligatū dixit, sint τοῦ ποιητοῦ. i. poetæ, hoc est Homeri. Nā Aristarcus receperat versus Homeri recognoscēdos, erāt. n. plurimi Homero ascripti, qui eius nō erāt, ea lege, vt addititios transfigat, & deleat, hoc est an sit Nicię seuere obligantis, an παρεμβεβλημένοι. i. interpositi, & ab alio inserti. i. non scripti a Nicia, sed Vidio, aut altero eius nomine. Puto, sup. te nūc dicere, O Cic es ne igitur, quia te seruere dicis iudicaturum, oblitus fungorum illorū. s. tam delicatorū? sunt aūt fungi boleti, quos. s. cœnasti, aut comedisti apud Niciā, & ingentium cochlearū. i. limacū, sup. comesarum cū Sophia. s. matre Septimiæ? quæ erat vxor Niciæ. Sunt qui legant culinarū i. coquinarum. sed aptius laudantur ingentes cochleæ q̄ culinæ. Quid ergo o Dolab. tu, putas veterē seueritatem. i. obseruationem, & sequelam veri & æqui esse excussam mihi adeo i. in tm̃, vt ne. i. non saltem in foro. s. iudiciali appareant reliquiæ frontis i. seueritatis pristinæ? Sed tñ. licet, nolim ob cœnas perperā iudicare ego præstabo. i. exhibebo iudicādo, symbioten. i. cōuiuam nostrum. s. Niciam, suauissimum. i. iucundissimum, integellum. i. in modica illa re indemnē. q. d. iudicabo scriptū illud esse adulterinum, nec cōmittam, vt si ego cōdemnaro eum, tu restituas. i. facias eum, indemnē, ne Plancus Bursa, aut Bursæ. s. filius habeat. s. Niciam, apud quem discat literas. q. d. per risum inuidere Planco talē pręceptorem, tñ non dubito quin si litem amiserit, ad te confugiturus sit, & ita ad Plancū, vt ab illo iterū audiatur accessurus, vnde vr̃ Plācus vir multo doctior aliq̃ñ Niciam præceptorem habuisse, aut constituisse hr̃e, qđ Cic. nunc ridet. Sed qd ago, alij hn̄t ego, sed opinor legendū ego, vt per parentesim multa sint incerta. & ordo sit, labor. i. dicendo progredior lōgius cum certum sit mihi, ne. i. an sis aīo tranquillo, an verseris, vt in bello in aliqua cura maiuscula i. aliquatulū magna ve, pro vel, in negotio. Igitur cum erit exploratum mihi te risurum esse libenter, scribā ad te pluribus. Tamen volo te scire hoc populū fuisse solicitum vehementer de morte Publij Syllæ. qui erat de gn̄e Lucij Syllæ anteq̃ sciuerit certum nunc. s. postq̃ sciunt mortuū esse, desierunt quærere quo modo perierit satis putant se scire quod sciunt. i. mortuum esse, vnde vr̃ solicitū fuisse, quia timerent q̃ non esset mortuus. Ego qui fero cetera æquo aīo, vereor vnum, ne. i. vt non hasta Cæsaris, sub qua ipse proscriptorū bona vendebat, non refriaerit, sed adhuc ferueat. i. feruenter exerceat. Sanè quia idem dicimus cū verbo vereor, cum negatione, & sine negatione, dubius est sensus. Nā si dicit se vereri, q̃ refriaerit, ironia est. certum. n. est q̃ malit refrixisse, & ideo exposui sic, vt negatio in particula, ne, referatur ad verbum refriaerit: vt sic, vereor q̃ non refriaerit. Mutauit aūt supra numerū dicēs, scierit, & statim post, desierūt, eo q̃ duplex est numerus in vocabulo popul⁹, & similibus collectiuis, singularis in voce, unde dixit scierit, & pluralis in re, unde per synthesin addidit, desierunt.

ARG. Deplorat Tulliolæ mortem; & in Dolabellæ sermonibus plurimum sibi ait solatij futurum. quanquam iam eam Dolabella demiserat; sed fingendum erat Ciceroni temporis caussa; cum Dolabella apud Cæsarem dominantem gratia plurimum valeret.

CICERO S. D. DOLABELLAE SVO. 11



*Vel meo ipsius interitu mallem literas meas desiderares, quàm eo casu, quo sum grauissime afflictus: quem ferrem certe moderatius si te haberem. nam et oratio tua prudens, et amor erga me singularis multum leuaret. sed quoniam breui tempore, vt opinio nostra est, te sum visurus: ita me affectum offendes, ut multū a te possim iuuari: non quo ita sim fractus, ut aut, hominē me esse, oblitus sim, aut fortunæ succumbendum putem; sed tamen *hilaritas illa nostra, & suauitas, quæ te præter ceteros delectabat erepta mihi omnis est firmitatem tamen, & constantiam, si modo fuit aliquando in nobis, eandem cognosces quam reliquisti. Quod scribis, prælia te mea causa sustinere: non tā id labo* ad Att. ep. 39. li. 12.

ro, vt si qui mihi obtrectent, a te refutentur, quã intelligi cupio, quod certe intelligitur, me a te amari. quod vt facias, te etiã atq; etiam rogo ignoscasq; breuitati mearum literarum nã & celeriter vna futuros nos arbitror: & nõdum satis confirmatus sum ad scribendum. Vale.

RVBER. VEl meo] Tm̃, vt alio loco diximus, amauit Cic. Tull.ã filiã, vxorẽ Dol. vt quidã ẽt de eo falso turpissime suspicati sũt: ei⁹.n. mortẽ, vt ipse supra ad Sulp scrib. molestissime tulit qđ idẽ hac ep. ostendit. Dicit.n. q mallet Dol. accipere lr̃as de interitu suo, q̃ de obitu filiæ suæ, cui⁹ casu dicit se grauissime affectũ: ostẽdit aũt se desiderare aduẽtũ. Dol. postremo, q a Dol. scripserat se sustinere multa bella, vt defenderet Cic. aduersus obtrectatores, dicit Cic se gaudere nõ tam, q Dol. refutet si q̃d falso adscribit̃ sibi, q̃ q cognoscit se ab eo amari. [Vel] ẽt. [Meo ip.] meo proprio [Interitu] morte. [Eo casu]. s. de morte Tulliæ filiæ meæ, vxoris tuæ. [Afflictus] perculsus. [Moderatius] æquius, modestius. [Si te hr̃em.] i. si adesses. [Multũ leuaret] s. de dolore. [Offendes] inuenies. [Ita affectũ] ita dispositũ, ita dolore cõmotũ. [Hoĩem] q. d. subiectũ oĩbus relis fortunæ, & legibus naturæ. [Succubendũ fortunæ. [Vincẽdũ a fortuna. [Hilaritas] iocũditas: quæ mihi aspectu Tulliæ offerebat̃. [Et suauitas] p p elegantissimos mores, & mirabilẽ facũdiã vt ipse supra ad Sulp. Habebã quo cons. vbi cõquiescerẽ: cuius in sermone & suauitate oẽs curas, doloresq; depoo erẽ. [Firmitatẽ] constantiã, fortitudinẽ in ferẽdo hoc casu. sic ẽt ad S. Sulp. Turpe.n. esse existimo me nõ ita ferre hunc casum meũ, vt tu tali sapiẽtia p̃ditus ferẽdũ putas: sed opprimor interdũ, & vix resisto dolori. [Eãdẽ quã reliqsti] i. talẽ qualẽ reliqsti. [Prælia] cõtẽtio mea cũ multis, qui mihi detrahũt. [Mea cã] q̃a amas me [Laboro] curo. [Refutẽt] cõuincant. [Obtrectãt] detrahũt male dñt. [Intellig.] ab oĩbus. [Qđ] ut intelligat̃, me a te amari [Vna] simul. [Cõfirmatus] p p dolorẽ quẽ accepi de obitu filiæ meæ.

ASCEN. VEl meo &c.] Ostendit mortem Tulliæ filiæ suæ sibi maximo esse dolori, vsq; adeo, vt ad scribendũ inutilia sit gratũ præterea sibi esse, q a Dolb. cõtra detractores defenditur, nõ tã q maleuoli refutantur, q̃ q per hoc se a Dolab. amari intelligat. Ordo est. Ac si dicat Cic. scio o Dol. q tu desideras literas meas, quia multis diebus ad te nõ scripsi. verũ mallem, sup. vt desiderares literas meas, vel. i. etiã, interitu meo ipsius. i. p p interitũ propriũ, quia si interiisset, amplius scribere non posset, q̃ eo casu. i. p p eum casum. s. mortis filiæ, quo sum afflictus grauissime. q. d. q ad te nõ scripsi plusculis diebus est p p mortẽ filiæ meæ, velim aũt sit potius p p mortem meam Quem. s. casum de morte filiæ meæ, ferrẽ certe moderatius. i. tẽperantius, si hr̃em te. i. si mecum esses. Nam & oratio tua prudens & amor. s. tuus singularis erga me leuaret multũ, sup. dolorem meũ. Sed qm̃ ego sum visurus te breui tp̃e, vt opinio nostra est, tu offendes. i. inuenies me affectũ s. dolore ita, vt possim iuuari multũ a te nõ q sim fractus, ita vt aut sim oblitus me esse hoiem, aut vt putem succumbẽdũ sup. esse. i. necesse esse succũbere fortunæ. Sed tñ illaritas nostra, & sua. i. comitas, & affabilitas morũ, quæ delectabat te p̃ter ceteros, est mihi oĩs. i. tota erepta. tñ tu cognosces in nobis eandẽ firmitatẽ & constantiam, q̃ reliquisti, si modo demus, q ita sit, qđ firmitas & cõstãtia fuit aliqñ in nobis. Qđ scribis te sustinere prælia. i. certamina, mea cã. i. p me ab obtrectatoribus defendẽdo, ego nõ tã laboro id, vt si qui obtrectent mihi. i. de laude mea ob inuidiã detractent, refutentur a te, q. d nõ sum appetẽs vindictæ aut nõ tãti eos facio, vt magni, faciam eorum refutationẽ q̃. i. quantũ cupio intelligi s. ab oĩbus, q d. ego. n. certe scio sup. id qđ certe intelligitur, me amari te. Qđ tu facias. i vt me ames ego rogo etiã atq; etiam, & sup. vt ignoscas breuitati mearũ literarum: Nã &. i. simul arbitror nos futuros celeriter. i. breuiter, vnã. i. pariter, & nondum sum satis confirmatus ad scribendum, p p dolorẽ de morte filiæ.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Familiaris est epistola, amorem Ciceronis erga Dolabellam declaris. Est autẽ responsoria ad duo capita epistolæ illius, de Baiarum scilicet aere mutato, & orationẽ pro Deiotaro, quam se mittere dicit.

CICERO S. D. DOLABELLAE. 12

quo se valetudinis causa conferebant. ep. 14 li. l.

*GRATVLOR *Baijs nostris; siquidem, vt scribis, salubres repente factæ sunt: nisi forte te amant, & tibi assentantur: & tam diu, dum tu ades, sunt oblitæ sui. quod quidem si ita est; minime miror, cœlum etiam, & terras vim suam, si tibi ita conueniat, dimittere. Oratiunculam pro Deiotaro quam requirebas habebam mecum: quod non putaram itaq; eam tibi misi. velim sic legas, vt causam tenuem, & inopem, nec scriptione magnopere dignam. sed ego hospiti veteri, & amico munusculum *mittere leuidense crasso filo, *cuiusmodi ipsius solent esse *munera. Tu velim animo sapienti, fortisq; sis, vt moderatio, & grauitas aliorum infamet iniuriam. Vale.*

sic in antiquis libris. vi subaudiatur, volui. nec.n. benignus erat Deiotarus.

RVBER. GRatulor} Cõtulerat se Dolab. Baias ad balnea, sed cũ antea fuisset aer illic, aliquantulum morbosus, & molestus scripserat Dol factum esse salobrem. Itaq; hac epistola Cic. ei gratulatur, & ei assentatur, cum dicit se nõ mirari aerem & terras mutare naturam suam ad cõmodum ipsius Dolab. Deinde quia petiuerat Dolab. orationẽ, quam Cic. habuerat pro Deiot. rege; responderatq; Cic se non habere eã: hac epistola dicit se habuisse apud se, sed nõ sciuisset. extenuatq; Cic. orationem illam, vt vitet arrogantiam. {Si quidem} qm̃. {Salubres} sanæ, salutiferæ. {Nisi forte} ac si dicat, nisi id fiat in gratiam tuam. {Assentantur} blandiuntur. {Oblitæ sui} i. tuũ reliquerunt naturã suam propter te. Virg. Oblitus ve sui est Itachus. {Cælum} aera. {Vim} potestatem. {Dimittere} non exercere. [Si ita conueniet tibi} si ita tibi conducat, & vtile sit {Oratiunculam} vsus est diminutiuo arrogantiæ uitandæ gratia. {Pro Deiot.} quam habui pro Deiot. rege, Armeniæ qui accusatus fuerat a nepote suo apud Cęsarem, q ei parasse insidias & q dixisset Cæs. plausum non esse factum a P. R. tanq̃ tyranno. {Requirebas} exigebas. {Quod} habere eam mecũ. {Tenuem} paruam, non multum locupletem copia orationis. Nec dignam scriptione} nec valde dignam, cuius exemplum accipias eam transcribendo {Hospiti} Deiotaro, qui est vetus hospes, & amicus meus. {Munusculum} vt haberet hanc orationẽ qualemcunq; pro munusculo meo. {Leuidensæ} leuidensa genus vestis est, auctore Ser. ita dictæ, qm̃ filo admodũ raro, & leuiter dẽsata & texta sit & perteouis. Ordo est. Sed ego volo mittere veteri hospiti, & amico munusculũ leuidensæ. i. hãc orationem tanquã munusculũ leuidensæ. i. vilis, vestis. translatiue intelligit orationem crasso filo sermonis contextam, non q ita sit, sed quia non vult extollere res suas. {Ipsius} Deiotari, quia ipse dabat munera parua. {Infamet aliorum iniuriam} i. faciat vt qui tibi iniuriam faciunt, infames sint. faciat deducus aliorum iniuriæ.

ASCEN. GRatulor, &c.} Gratulatur Cic. Dolab. q apud Baias pristinam receperit sospitatem. deinde dicit orationẽ pro Deiot. rege sed non plurimi faciendam. Vnde modestia sua exte ouat. Ordo aũt est. Gratulor Baiis nostris. i. nobis, aut familiaribus, quidẽ. i. certe, si vt scribis factæ sunt sup. tibi repente. statim, vbi in balnea earum te immiseris, salubrea. i. salutem, & sospitatem afferentes, nisi forte sup. Baiæ, aut balnea apud Baias, amant te. i. captæ sunt amore tui, & sunt oblitæ, sui. i. naturæ suæ, tantisper. i. tandiu, dũ. i. donec tu ades. Latẽter autem quantum perspicere possum, h. d. Baias quidem corporibus sospitatem afferre, sed cũ delicias immodicas afferrant, aĩos eneruare. Grauior aũt est animorum, quàm corporum morbus. Vnde si plenam sospitatem attullerunt Dolabellæ, dicit eas motasse naturam suam. aut potius. nam sic Dolab. nisi manifeste carperet Dolab. eo genere. morbi laborasse, qui apud Baias potius augeri, quã leuari soleret. Vnde si leuatus est, Baiæ naturã suam mutauerant. Quod quidem. s. eas oblitas sui, si est ita, ego miror minime cœlum etiam, & terras dimittere vim suam, si conueniat ita tibi. i. si tibi vtile sit. Ego habebam mecum oratiunculam. i. paruam orationem pro Deiot. pe. bre. rege Armeniæ habitam, quam requirebas. i. exigebas a me. Quod nõ putaram. Itaq; . i. & ita misi tibi eã quam. s. orationculã, velim sup. vt legas sic, ut causam tenuem. i. exilem, & inopẽ. i. non argumẽtosam, de qua difficile sit copiose dicere, nec dignam magnopere scriptione. i. vt scribatur. Sed ego volui mittere hospiti veteri & amico. s. Deiotaro, monusculum leuidense. i. habens formam, leuidensem. i. vestis leuiter densatæ crasso filo, hoc est orationẽ leuiter contextam, & rationibus parum acutis, cuiusmodi munera ipsius. s. Deiotari solent esse, hoc est modici ualoris, & parũ elegantiæ. Leuidensa genus est uestris, auctore Seruio, ita dicta q leuiter densata & texta sit. Ego uelim sup. ut tu sis animo sapienti, & forti, vt moderatio & grauitatem infamet. i. infamia efficiat iniuriam aliorum. s. qui de te male loquuntur.

GIBERTI

GIBERTI LONGOLLII LEMMA:

Petit a Dolabella, vt apud Cæsarē Suberini causam agat, cum excusatione artificiosa Caleni, quod necessitate Pompeij parte secutus sit.

CICERO S. D. DOLABELLAE. 13

ep. 7. l. 31 
Suberinus Calenus et meus est familiaris, & *Leptæ, nostri familiarissimi, pernecessarius. is cum, vitandi belli causa, profectus esset in Hispaniā cum M. Varrone ante bellum, vt in ea prouincia esset, in qua nemo nostrum, post Afranium superatum bellum vllum fore putarat: incidit in ea ipsa mala, quæ summo studio vitauerat. oppressus est. n. bello repentino
T. Quinctio Scap. Dio l. 43. quod bellum commotū a *Scapula, ita postea confirmatū est a Pōpeio, vt nulla ratione se ab illa miseria eripere posset. Eadem causa fere est M. Planij heredis, qui est item Calenus Leptæ nostri familiarissimus. Hosce igitur ambos sic tibi commendo, vt maiore cura, studio, solicitudine animi comendare non possim. volo ipsorum causa: meq; in eo vehementer & amicitia mouet. & humanitas. Lepta vero cum ita laboret, vt eius fortunæ videantur in discrimen venire; non possum ego non aut proxime, atque ille, aut etiam æque laborare. quapropter, etsi sæpe expertus sum, quantum me amares: tamen sic velim tibi persuadeas me in hac re maxime iudicaturum. Peto igitur a te, vel si pateris, oro, vt homines miseros, & fortuna, quā vitare nemo, potest, magis, quàm culpa, calamitosos, conserues incolumes; velisque per te me hoc muneris cum ipsis amicis hominibus, tum municipio Caleno, quicum mihi magna necessitudo est, tum Leptæ, quem omnibus antepono, dare. Quod dicturus sum, puto equidem non valde ad rem, pertinere, sed tamen nihil obest dicere. res familiaris alteri eorum valde exigua est, alteri vix equestris. quapropter, quādo his Cæsar vitā sua liberalitate concessit; nec est quod ijs præterea magnopere possit adimi: redditum, si me tantum amas, quantū certe amas, hominibus confice: in quo nihil est, præter viam longam quam iccirco non fugiunt, vt & viuant cum suis, & moriantur domi. quod vt enitare, contendasq; vel potius vt
erat enim apud Cæs. gratiosissimus Dolabella. perficias, (posse enim te, mihi persuasi) vehementer te etiam atque etiam rogo. Vale.

Nva. SVberinus} Cum plurimū posset Dol. apud Cæs. commendat ei Cic. C. Suberinū, & M. Planium, non solum familiares suos, sed etiā Leptæ, quē Cic. plurimum diligebat. Cum igitur post deuictū Afranium hi confugissent in Hispaniam tanq̄ in locum tutum, & ibi repentino bello fuissent oppressi: rogat Cic. Dolab. vt eos commendatos habeat. & qm̄ prohibebantur patria, quia secuti erant Pōp. partes: rogat etiā vt & sua, & Leptæ causa det operam cū Cæs vt restituātur in patriam, præsertim cum non sint diuites, vt Cæs. possit eis multū adimere. {Calenus} ex Caleno, quæ est, vt scrib Stra. vrbis Campaniæ adiuncta Casilino vtroq; ex latinæ latere dextrorsum. {Nostri} vtriusq; amicissimi. {Pernecessarios} magna necessitudine coniunctus. {M Var} .i. ad quem Cic. suprascripsit epistolas {In ea prouincia} Hispania, {Afranium} ducē Pōp. {Superatum} victum simul cum Petreio ab exercitu Cæs. {Putarat} quia existimabamus illam prouinciā superatis illis duobus fore vacuam bello. {In ea ipsa mala} in bella. {Vitauerat} vitare curauerat. {Oppressus} circumuentus. {Commotum} excitatū. {A Scapula} is vnus ex Pōp. factionis ducibus fuit, qui bellū in Hispaniam excitauit, qd̄ postea Sex. Pompeius, filius C. Pōp. confirmauit, & secutus est, superatus postea apud Mondam, {Nulla ratione} nulla via, nullo modo. {Eripere} liberare. {Ab illa miseria} infelicitate bellorū. {Eadem cā} .i. similis, quia & ipse profectus est in Hispaniam, vt etiā vitaret bellum, in qd̄ incidit. {Hered s} puto esse cognomen. {Item etiam} sicut Suberinus. {Studio} amore, {Hosce ambos} Suberinū, & Planium. {Volo} cupio {Ipsorum cā} .i. eo℞ respectu. s. vt sint tibi cōmendati, vel volo ipsorum cā. i. ipsis bene cupio. {In eo} vt ipsorum causa velim. {Amicitia} quæ est mihi cū eis. {Et humanitas} quia hominis est homini prodesse. {Lepta vero} addit & aliam cām, quia videt hanc rē magnę curæ esse Leptæ. {Cū Lepta ita laboret} .i. ita curet, & ita sit solicitus pro eis {Eius fortunę} res eius. {In discr.} in periculū. i. vt ita videatur agi de periculo re℞ suarum. {Proxime atq; ille} .i. paulo minus sue æq; .i. tm̄, & æqualiter. {Laborare} angi, curare. {Id} q̄ me multū ames. {In hac re} si habueris cōmendatos hos duos. {Vel} correctio. {Si pateris} q̄a amicus non debet pati se orari {Calamitosos} infelices, infortonatos. {Nemo vitare potest} quia omnes sumus subiecti fortunæ, & ita excusat eos. ne, videatur incidisse in calamitatem culpa sua. quia si ita esset, essent minus digni fauore & auxilio. {Velisq;} ostēdit Cic. hoc bn̄ficio nō solum illos duos in quos cōferetur, sed ēt totū oppidum Calenū & maxime Leptā obligatū iri. est igitur ordo, & peto vt velis me dare hoc muneris p te. {Cum} .i. &. {Ipsis amicis} Suberino, & Planio {Municipio} oppido. {Tū} maxime & præcipue {Lepę} cui hi duo sunt familiarissimi. {Nihil obest} nihil nocet {Res fam.} patrimoniū {Exigua} tenuis, parua. {Vix equæstris} .s. est res familiaris. i. vix tāta, q̄ ia exigit cēsos equestris, quē oportebat esse quadrigēto℞ milium sestertium. {Vitam q̄ po. eis er.} quia fuerant eis hostes, & secuti fuerant Pomp. {Sua lib} laudat eum Cic. vt ab eo impetret, vt qui donauit vitam, donet etiā quod est minus. s. reditum in patriā. {Adimi} eripi {Confice} impetra {In quo} reditu. {Quā} .s. viā longam. {Non fug.} quia potuisset dicere Dol. quare ergo volunt redire, si via est longa, dicit eos hoc curare tm̄ vt viuant cum suis {Et moriantur domi} quod solet esse magnum solatium viuere & mori apud suos {Perficias} te ipsa facias. posse. n. parenthesis, per quam occurrit obiectioni.


CAivs Suberinus, &c. {Cū apud Cæs plurimum posset Dol. cōmēdat ei Cic. C. Suberniū, & M. Planiū tā suos, q̄ Leptæ familiares. rogatq; vt in Hispania cōmendatos habeat, & apud Cæs. p eis restituendis patriæ diligēter agat. Ordo est. C. Suberinus Calenus. i. Caleno vrbe Cāpaniæ Italiæ est & simul familiaris meus, & p necessarius. i. valde necessarius Leptæ familiarissimi nr̄i. Is. s. Suberinus cū pfectus esset in Hispaniā cum M. Varrone cā vitādi belli, ante bellū, vt in ea pruincia, in qua nemo post Afraniū nr̄m. i. Rom. imperatorē superatum, putarent vllū bellum, fore. i. futurū esse, incidit in ea ipsa mala. s. belli, q̄ vitauerat summo studio. Ipse. n. oppressus est bello repētino. q̄ bellum cōmotum. i. incitatū a Scapula. s. duce a Pomp. misso, cōfirmatū est postea a Pōp. s. Sex. Cnei filio, ita vt nulla rōne posset eripere se ab illa miseria. Eadem cā ferè M. Planij Heredis. s. cognominati Nisi sit legendum Planci, heredis i. qui est heres Plāci. sed si id esset, Cic. eum potius pp Plancū, q̄ Leptā cōmendasset, qui est itē .i. similiter Calenus familiarissimus Lepti nr̄i. Igitur ego cōmēdo tibi hos, aut hosce ambos. sic vt non possim cōmendare sup. eos maiore cura, studio, sollicitudine animi. Volo. s. eos tibi cōmēdatos esse cā ipso℞, quia ita de me meriti sunt, & amicitia, & humanitas mouet me vehemēter .s. vt velim cā ipso℞ etiā si non essent familiares Leptæ, Lepta vero cum laboret. s. p eis, ita vt fortunæ. i. diuitiæ eius videātur venire in discrimē. i. periculū, ego non pōt non laborare, aut proxime sup. tm̄, atq; .i. etiā sicut ille, aut ēt æq; .i. æqualiter. Quapp etsi. i. q̄q̄, expertus sum sæpe q̄tum amares me. tn̄ ego velim persuadeas tibi sic, me iudicaturū id. s. quātū me ames maxime in hac re. i. in susceptione huius cōmendationis. Igitur peto a te, vel oro, si pateris. s. te a me orari, vt cōserues incolomes i. saluos & illæsos homines miseros & calamitosos. i. ærumnosos, magis fortuna. s. aduersa q̄ nemo pōt vitare, q̄ culpa s. sua. Et velis me dare. i. vt ego dē s. p intercessionem tuā, hoc muneris. i. beneficii cum. s. ita sit q̄ ipsis hoībus amicis. s. Sub. & Pla. tū. i. multo magis Caleno municipio, quicū. i cū quo, hoc est cū quibus ciuibus est mihi magna necessitudo. i. obligatio mutui offici. Tū. i. adhuc magis velis me dare hoc muneris Leptæ quē antepono oibus, equidē. i ego certe puto, sup id qd̄ sum dicturus, non pertinere valde ad rē, sed tn̄ nihil obest i. nocet dicere. Res familiaris est alteri eo℞ valde exigua. i modica, & ē alteri. i. reliquo vix equestris. i. q̄ satis sit ad cēsum equestrē, hoc est quadringento℞ milliū sestertium. Quapp qn̄. i. qm̄ Cæsar cōcessit his vitam liberalitate sua, nec est qd̄ possit p̄terea. i. præter vitā adimi i. auferri iis, magnope. i. magni æstimādū confice. i. plene impetra hoībus reditū. s. in patriā suam, videlicet Calenū, si tu amas me tm̄, q̄tū certe amas. In quo. s. reditu nihil est. s difficile, aut potius ipsis obtinendū, quia in patria parū aut nihil hn̄t preter viā longā s. ex Hispaniis Calenū vsq; q̄. s. viā longā, ipsi nō fugiū iccirco, ut uiuāt cū suis, & moriantur domi. q̄ ut enitare & contēdas vel po

eius perficias persuasi.n.mihi te posse.s. perficere : rogo te vt vehementer etiam atque etiam .i.iterum atque iterum.

GIBERTI LONGOLLII LEMMA.

Laudat hac epistola fortitudinem prudentiamq; Dolabellæ, vt dein ceps, sibi similis sit, hortatur. vide l. 14. ad Att. & Lact. l. 3. c. 15

CICERO S. D. DOLABELLAE COS. 14



*T S I contentus eram, mi Dolabella, tua gloria : satisq; ex ea magnam lætitiam, voluptatemq; capiebam: tamen non possum confiteri, cumulari me maximo gaudio, quòd vulgo hominum opinio socium me adscribat tuis laudibus. neminem conueni, (conuenio autem quotidie plurimos : sunt n. permulti optimi viri, qui valetudinis causa, in hæc *loca conueniant, præterea ex municipijs frequentes necessarij mei) quin omnes, cum te summis laudibus ad cælum *extulerunt; mihi continuo maximas gratias agant. negaut.n. se dubitare, quin tu, meis præceptis, & consilijs obtemperans, præstantissimũ te ciuem, & singularem *consulem præbeas. quibus ego quamquã verissime possum respondere, te, quæ facias tuo iudicio, & tua sponte facere, nec cuiusquàm egere consilio: tamen neq; plane assentior, ne imminuam tuam laudem, si omnis a meis consilijs profecta videatur, neque valde nego: sum. n. auidior etiã, quàm satis est, gloriæ. est tamen non alienũ a dignitate tua, quod ipsi* Agamẽnoni, regum regi, fuit honestum, habere aliquem in consilijs capiundis Nestorẽ: mihi vero gloriosum, te iuuenem consulem florere laudibus quasi *alumnum disciplinæ meæ. L. quidem Cæsar, cum ad eum ægrotum Neapolim venissem quanquàm erat oppressus totius corporis doloribus, tamẽ ante quàm me plane salutauit, O mi Cicero, inquit, gratulor tibi, cum tantũ vales apud Dolabellam, quantum si ego apud sororis filium valerem. iam salui esse possemus. Dolabellæ vero tuo & gratulor, & gratias ago: quẽ quidem, post, te consulem. solum possumus vere consulem, dicere. deinde multa de facto, ac de re gesta : tum nihil magnificentius, nihil præclarius actum vnquàm, nihil reip. *salutarius, atq; hæc vna vox omnium est. A te autẽ peto, vt me hanc quasi falsam hereditatem alienæ gloriæ sinas *cernere; meq; aliqua ex parte in societatem tuarũ laudum venire patiare. quanquàm, mi Dolabella, (hæc.n. iocatus sum) libentius omnes meas, si modo sunt aliquæ meæ laudes, ad te *transfuderim, quàm aliquam partem *exhauserim ex tuis. nam cum te semper tantum dilexerim, quam tum tu intelligere potuisti : tum his tuis factis sic incensus sum, vt nihil vnquàm in amore fuerit ardentius NIHIL est.n. mihi crede, virtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. Semper amaui, vt scis, M. Brutum propter eius summum ingenium, suauissimos mores, singularem probitatem, atq; constantiam : tamen *idib. Mart. tantũ accessit ad amorem, vt mirarer locum fuisse augendi in eo, quod mihi iam pridem cumulatũ esse videbatur. Quis erat, qui putaret ad eũ amorem, quem erga te habebã, posse aliquid accedere? tantũ accessit, vt mihi nunc deniq; amare videar. antea *dilexisse. Quare quid est. quod ego te horter, vt dignitati, & gloriæ seruias? proponam tibi claros viros; quod facere solẽt qui hortantur? neminem habeo clariorẽ, quam te ipsum, te imitare oportet, tecum ipse certes. nec licet quidẽ tibi iam, tantis rebus gestis, non tui similem esse. quod cum ita sit hortatio non est necessaria, gratulatione magis vtendum est. contigit.n. tibi, quod haud scio an nemini, vt summa seueritas animaduersionis non modo non inuidiosa, sed etiam popularis esset, & cum bonis omnibus, tum infimo cuiq; gratissima. hoc si tibi fortuna quadam contigisset; gratularer felicitati tuæ; sed contigit magnitudine tum animi tum etiam ingenij, atq; consilij. legi.n. concionẽ tuam; nihil illa sapientius. ita pedetentim & gradatim tũ accessus a te ad causam facti tum recessus, vt res ipsa maturitatem tibi animaduertendi omnium concessu daret. liberasti igitur & vrbem periculo, & ciuitatem metu: neq; solum ad tempus maximam vtilitatem attulisti sed etiam ad exemplum. quo facto intelligere debes in te positam esse remp. tibiq; non modo tuendos, sed etiã ornandos esse illos viros a quibus *initium libertatis profectum est. Sed his de rebus coram plura propediem, vt spero. Tu quoniã remp. nosq; conseruas, fac vt diligentissime te ipsum, mi Dolabella, custodias. Vale.*

Marginal notes: nõ erat amplius Cic. gener. diuortium.n. fecerat cum Tullia. lib. 13. ep. 24. ad Att. — ad Baias ep. 32. h. l. ob euersam a te columnam, atque aram ep. 2. lib. 12. & 1. lib. 11. — erat.n. consul Dol. cũ Antonio. — Hom. Il. lib. 1. — discipulum suum vocat ep. vlt. l. 7. & 7. & 9. h. l. — vide ep. 1. lib. 12. — .i. adire — antitheta — translata. — ep. 28. l. 10. — vide ep. 1. ad M. Brutum. — q.d. reliqui a te expectantur.

HVB.

Ergo Iulio Cæs. in senatu interfecto, cum quidam ei arã & magnos honores decernerent : Dolab. consul singulari animi magnitudine ei restitit, & puniendos curauit qđ tanta iustitia ab oĩbus factum existimatum est, vt vehementer a toto populo probaretur in quo Cic. nunc vehemẽter gratulatur ipsi Dolab. ostendens laudẽ & gloriã eius sapientiæ sibi a multis ex magna parte attribui, qui existimabant Dol. talem esse, quia ita fuisset iostitus, præceptis & monitis Cic. licet ipse Dol. ea faceret sponte sua, & proprio iudicio Itaq; Cic. dicit multum additum esse ad amorẽ, quo antea prosequebatur eum, sicut etiã erga Brutum postq̃ Cæs. interfecit. hortatur aũt eum vt pergat quemadmodũ incepit, & imitetur se ipsum: deinde vt nõ solum tueatur interfectores Cæs. qui fuerunt auctores libertatis, sed etiã ornet, & honoribus amplificet postremo eũ monet vt salutẽ diligẽter custodiat, cum reip. cõseruatio ex eo pendeat. Aduertẽdum est tñ Cic. seipsum latenter laudare, licet dissimulet. [Tua] .s. sola & propria. [Non possum non c.] non possum negare, nõ possum facere, quin aperte dicã [Cumulari] impleri. tractum a mensuris, quibus nihil potest addi. [Socium] participẽ. [Conuenio aũt] parenthesis. [Valetudinis causa] .s. curandæ, qui veniunt huc tanq̃ ad loca salubria vt curent valetudinem, aut vt bene valeant. [Municipiis] ex ciuitatibus quibus ab vrbe Roma tantũmodo muneris partem non etiã magistratum licebat accipere: diximus alio loco plura ex auctoritate Festi, & A. Gel. [Quin] qui nõ. [Cõtinuo] statim. [Obtẽperans] parens, auscultans [Te spõ.] per teipsum, sine monitis meis. [Tuo iudicio] tuo cõsilio. [Neq; assentior e.] q̃ meis præceptis obtẽperans te præbiturus sis singularẽ consulẽ. [Omnis] tota. l. laus tua. [Profecta] deducta ꝓcessisse. [Neq; nego] neq; recuso. [Etiam q̃ satis] .i. etiam aliquanto plus q̃ deceat [Est tñ] probat Cic. exemplo qđ non modo Dol. non debeat indignari, si Cic. cõsilio multa recte facere dr̃ & pręceptis, verumetiã potius debeat gaudere. [Non alienũ a dign.] .i. non contra honorem. [Quod ipsi] argũ a maiori ad minus. [[Ipsi emphasim habet. [Regum regi] sic Ouid in Heroid Tantalidas oẽs ipsumq; regebat Achillem. Hic pars militiæ, dux erat ille ducum. [Aliquem Nest.] .i. aliquem similẽ Nestori, qui sæpe dabat consilia Agamẽnoni, ex cuius Nest. lingua, vt ait Horat. dulcior melle fluebat oratio. & dux ille Græciæ nunquã optauit vt Aiacis similes haberet, at ut Nestoris, qđ sibi si accederet, non dubitabat quin breui esset Troia peritura. [Mihi vero] .q.d nec tibi est turpe, & mihi est magnæ gloriæ. [Quasi alumnum disciplinæ meæ] .i. tanq̃ mea disciplina institutum. [L. Cæs.] auunculus M. Antonii. [Tantum vales] tm potes, tantũ habes auctoritatis. [Apud filium sororis] apud M. Ant. natum ex sorore mea. [Vere] .i. reipsa. nam multi cõsules sunt solo nomine. qui tñ reipsa non consulunt reip. sicut tu fecisti & nunc Dol. [De facto] de eo qđ egisti in puniendis iis, qui videbãtur cõtra libertatem Rom. sentire & facere. [Salutarius] vtilius. [Vna vox omnium] .i. oẽs vno ore ita dĩt [Atq;] nunc Cic. petit admitti in partẽ gloriæ ipsius Dolab. [Hãc falsam hereditatẽ] .i. licet non merear, nec debeã esse particeps glorię tuæ tñ patiaris me esse heredẽ, licet falso, huius tuæ gloriæ. [Quanq̃] nunc Cic. artificiose se corrigit, dicens se potius daturum oẽs laudes suas si quas habet, ipsi Dolab q̃ diminuturũ aliquid de illius laudibus. [Trãsfuderim] pro transfundã, & transmittã, vel transfunderẽ. [Exhauserim] attulerim, amouerim. [His] quę gessisti in hoc consulatu tuo. [Nihil fuerit ardentius in amore] .i. nihil magis

fuerit

fueric infenfum amore q̃ ego fum incenfua amore tuo. [Nihil eft.n.] oftendit Cic.amorem fuum eacitatum effe erga Dol.pp folam virtutem.[Ambabilibus] quod magis mereatur amari. [Semper amaui]probat q̃d nihil fit virtute amabilius,quia pp eam dicit,Brutũ a fe plurimũ amari, & præcipuæ poftq̃ interfecit Cæfarem,qa eo die oftendit virtutẽ fuã,cum patriã tyrammi de liberauit.[Idibus Mar.] 15.die Martij cum Cæf.interfecit. [Acceffit]additũ eft.[Augendi] amorẽ.[Cumulatũ[pleniffimam q̃d nullũ augmẽtũ accipere poffe videretur.[Quis erat] ficut dixit auctũ fuiffe amorẽ fuũ ergo Brutum pp mortẽ Cæf. ita dicit auctũ amorẽ qui videbatur,cumulatiffimus erga Dolab. [Nunc amare] ponit apertiffimã dfiam inter amare & diligere, qm amare maiorẽ vim habet.[Seruias] obtẽperes.i.facias id,q̃ & dignitas & gloria tua exigit [Proponas]fubaudiendũ eft,q̃d eft q̃d horter te,vt proponas tibi,&c.[Q̃d].f.pponere,claros viros.[Tecũ cer.] ftudeas vincere te ipfum, & quotidie aliquid melius facere.[Nec licet nõ effe tui fimilẽ].i.nõ potes non effe is qui es.i.clariffimus.[Hortatio] ad dignitatẽ & gloriam cõparandam.[Magis]potius q̃ hortatione.[An nemini].f.contigerit.[Seueritas] afperitas.[Animaduerfionis] punitionis in eos, qui aram & colũnam & reliquos honores Cæf.decreuiffent:vel in eos qui contra libertatẽ patriæ fentirent. Non inuidiofa].i. non odiofa,nam inuidia,vt alio loco diximus,interdũ pro odio ponitur. [Popularis] grata populo,fauoribus plena [Infimo] .i.etiã plebeis.[Confilij]fapientię.[Concionẽ] orationẽ licet alia ẽt interdũ fignificet, vt alio loco diximus.[Acceffus]ingreffus,exordiũ.[Receffus] cõclufio.[Pedetẽtim] paulatim.[Res ip.].i.rei honeftas.[Cõceffu om.].i.oĩbus cõcedentibus & probantibus.[Vrbẽ] ædificia ipfa.[Ciuitatẽ]ciues.[Ad tp̃s].f.aliq̃d.i.ad pñs,[Repofita in te].i.in te hr̃e magnũ præfidiũ, & effe fub tutela tua.[Illos viros] Brutũ & Caffium [Profectũ eft] proceffit,factũ eft.[Plura].f.dicã.[Qñ] qm [Nosq̃] ciues R.

ASCEN. ETfi contentus] Cæfare in fenatu interfecto cum quidã eidẽ aras,& diuinos honores decernerẽt,Dolabella conful fingulari animi magnitudine eis reftitit,& puniendos curauit q̃ factum fũma æquitate populus cenfuit. vnde nũc eidem Cic.vehemẽter gratulatur,docetq̃, laudẽ quodãmodo in fe cõuerti,atq; ita fe multũ adiecifie ad amorẽ fuum in eũ Ordo eft.Etfi.i.q̃q̃ o mi Dolabella, ego contentus eram gloria tua & capiebam ex ea fatis magnã voluptatẽ & letitiam,tñ ego non poffum nõ confiteri.i.quin confitear me cumulari.i.augeri maximo gaudio, q̃ opinio hoĩum adfcribat me vulgo.i.paffim quafi p totũ vulgus, fociũ tuis laudibus.i.participẽ effe debere, in laudibus tuis tanq̃ focium & adiutorẽ præclari facti.Ego neminẽ conueni.i.colloquẽdi gratia adii.(Conuenio aũt quotidie plurimos.Sunt n.pmulti viri optimi qui cã valetudinis.f.malæ .i.ægritudinis,cõueniant in hæc loco.f.vbi fum.videtur aũt Baiis tunc fuiffe, aut in Cumano, feu Tufculano. preterea,neceffarij mei conueniunt frequenter ex municipiis f.proximis) quin oẽs eum.i.poftq̃ ea tulerunt te fũmis laudibus ad cœlũ, agant mihi cõtinuo maximas gratias.Negãt.n.f.oẽs,fe dubitare,q̃n tu obtẽperans præceptis & cõfiliis meis pbeas i.exhibeas te ciuẽ præftantiffimũ & confulem fingularẽ.i.egrẽgie excellentẽ.Quibus ego q̃q̃ poffum rñdere veriffime te facere ea quæ facias,iudicio tuo & fponte tua,q̃d dñt proprio inftinctu,nec agere confilio cuiufq̃: tñ neq; planè.i.oĩno & aperte affentior, ne imminuã laudem tuã.quia, vt docuit Hefiodus,primus virtutis gradus eft p fe bene agere.Secũdus confilio alterius.fi nis.f.laus tua videatur profecta i orta a cõfiliis meis. neq; nego valde. Sum.n.auidior gloriæ etiã q̃ fatis eft.Eft tñ non alienũ a dignitate tua hr̃e aliquem Neftorem.i.fenem prudentẽ vt Neftor erat qui iã tertiã viuebat etatem,in capiundis confiliis,q̃d.f.habere Neftorẽ,fuit honeftum.i.pulchrum & honore dignũ Agamẽnoni regi regum .i.fũmo imperatori Græcorũ in quorũ exercitu multi ẽrãt reges.Vero pro fed gloriofum eft mihi te iuuenẽ confulem florere laudibus quafi alumnũ difciplinæ meæ.L.Cæfar auũculus M, Antonij quidẽ.i.certe,q.d.vt de aliis taceã, cum veniffem Neapolim ad eũ ægrotum,q̃q̃ effet oppeffus doloribus totius corporis, tñ anteq̃ me falutauerit plane.i.plene, inquit o mi Cic.ego gratulor tibi cũ.i.qm tm̃ vales apud Dolabellã,quantũ fi ego ualerẽ apud filiũ fororis.f.mæę,hoc eft apud M.Antoniũ,qui Cæf. occifum mirifice extulit,nos poffemus effe falui.q̃a refp recíperet priftinas vires.Vero.i.fed aut ad verum,ego gratulor & ago gratias Dolab tuo.f.quondã genero & adhuc neceffario.Quem quidẽ .f.Dolab.nos poffumus dicere.i.appellare vere cõfulẽ folũ,poft te confulẽ,quafi oẽs intermedii nõ fuerint veri cõfules, q̃a nõ cõfuluerint reip.fed nocuerint,Deinde fup.adiecit aut locutus eft multa,de facto.f.tuo ac de te gefta,tũ fup.adiecit nihil actũ fup.effe magnificẽtius,nihil pręclarius,nihil falutarius reip. Atq; hæc vna vox oium.i.q̃d L. Cæfar de te præiudicauit, oẽs prædicãt.Autẽ.i.fed ego peto a te vt finas.i.permittas me cernere hãc quafi falfam hereditatẽ gloriæ alienæ,hoc eft gloriæ a te partæ,me fuccedere tanq̃ heredem cũ non fim verus heres. nõ .n.e me nata eft,& ita nõ debet ad me reuerti,& patiare me venire ex aliqua parte in focietatẽ tuarum laudũ. q̃q̃ o mi Dolabella (fum.n.iocatus.i.iocũ locutus,hæc.f.fuperiora) ego trãsfuderim.i.q.de vafe in vas fundendo adduxerim libẽtius ad te,oẽs laudes meas,fi modo aliquæ funt laudes meæ,q̃ exhaulerim aliquã partũ ex tuis.f.laudibus. Nã cum ego dilexerim te fp tm̃, quantum tu potuifti intelligere.Valla dicit,Cum & tũ fic pofita folo indicatiuo cõgruere, vnde hic legendũ putaret dilexi,tũ .i.multo magis incẽfus fum his factis tuis.Si quęras a Valla q̃uo his dicat & tuis,dicet his de quibus loquor,& tuis,quæ fecifti fic vt nihil fuerit mihi vnq̃ ardentius in amore. Enim.i.quia crede mihi,nihil eft formofius virtute,quæ vt ex fñia Platonis inq̃t in officiis,fi oculis cerni poffet, admirabiles excitaret amores fui. Nihil eft pulchrius, nihil amabilius virtute.i.animi fortitudine quæ a viribus proprie virtus dr̃ Ego amaui fp,vt tu fcis M.Brutũ interfectorem Cæf. pp fummũ ingenium eius fuauiffimos mores, fingularem probitatem,atq; conftantiam eius,tñ tm̃ acceffit ad amorẽ.f.eius, Idib.Martij,quibus cũ Caffio & aliis cõiuratis Cæf.interemit,vt putarer,locũ augẽdi.i.vt augeatur,fuiffe in eo.i.in ea re,hoc eft vehementiffimo amore, q̃d videbatur mihi iã pridem.i.a plurimis dicbus etiã cumulatum.i.fic refertũ & plenũ,vt nihil poffet fuper addi.metaphora eft a menfura referta & cumulo defuper aucta.Quia erat qui putaret aliq̃d poffe accedere.i.addi ad eũ amorem quem habebã erga te?q.d.nullus.tñ.i.attamen tm̃ acceffit, vt videar mihi nũc deniq;.i.tandẽ amare.f.te,q̃d longe plus eft quã diligere,nã diligere.i.feorfum quemuis legere,vt eum fi dignus fit amemus,& fup. videar dilexiffe fup.te antea.i ante hoc tẽpus. Quare quid eft.f.cãæ aut tationis,q̃d.i.pp quod ego horter te vt feruias.i.inferuias dignitati & gloriæ,& fup.proponas tanq̃ exemplar,claros viros? q̃d folet facere fup. ii qui hortãtur.q.d.nihil eft caufæ,q̃a neminẽ habeo clariorem q̃ teipfum, oportet fup. vt imitere te.f.ipfum,& fup.vt ipfe certes tecũ, nec quidẽ.i.certe licet tibi tantis rebus geftis.i.poftq̃ tantas res geffifti,non effe fimilẽ tui.i.degenerare deinceps a præclaris inceptis tuis. fæpe admonui, cũ de moribus loquitur,nomẽ,fimile,aptius genitiuo iungi: vnde hic fimilem tui dixit, de corporis fimilitudine cũ datiuo. Quod.i. quæ res,cũ fit ita.f.vt dictũ eft, hortatio.f.tui nõ eft neceffaria. fed fup.vtendũ eft magis gratulatione.f.ob præclara incepta, a quibus, degenerare non liceat.Contingit.n.tibi,q̃d haud fcio.i. nefcio an nemini.f.alteri contigerit. vr̃ dicendũ alicui.f.alteri, fed vtrunq; nefciffe & dubitaffe põt.Cic.an.f.alicui alteri contigerit,& an nemini,fup.alteri,quia duarũ contradictoriarũ veritas eft æque incerta.nota.n.veritate vnius,ftatim fcitur falfitas alterius.Et ita quicũq; nefcit an alicui,etiã nefcit an nemini.nã altero fcito alterũ ignorari non põt.Confuetior tñ modus loquendi effet,an alicui, fed interdum duæ negationes non plus efficiunt,q̃ vna.Cõtingit aũt vt fũma feueritas.i.fummus rigor animaduerfionis.i.iuftæ punitionis in eos, qui Cæfari diuinos honores decreuerant,nõ modo.i.non folum nõ effet inuidiofa fed effet etiã popularis.i.plaufibilis,& placẽs populo,& ita fit q̃ effet gratiffima.oĩbus bonis.tum.i.multo magis fuit gratiffima infimo cuiq;.i.maxime plebeio. Si contigiffet hoc tibi quadam fortuna.i.felici euentui,ego gratularer felicitati tuæ:fed cõtigit magnitudine.i.pp magnitudinem,tũ animi.f.tui, tũ etiam ingenij atq; confilij.Ego.n.legi concionẽ tuam.i.orationẽ quam habuifti ad populũ.nihil,fup.fuit,aut legi fapientius illa.f.cõcione tua. Ergo etiã fapiẽtia dici pñt.ita.i.vfq; adeo, pedetẽtim.f. quafi tenendo ingreffum pede, hoc eft ita gratim,fup. factus eft tum acceffus a te ad caufam facti,tum regreffus.f.facti ad te, vt ipfa res.i.cafus qui euenerat,dare tibi maturitatẽ.i.celeritatem animaduertendi.i.puniendi,cõceffu.i.permiffione,feu(vt alij legunt) cõfenfu oium.Notum eft ex præceptis rhetoricis,qñ caufa turpis eft a caufa ad perfonam tranfeundum effe,& rurfus qñ perfona inuidiofa ad neceffitatem facti.itaq; Dolabellæ nũc acceffus caufæ ad te fuit,nũc receffus a fe ad cãm facti,vt perfuaderet maturandũ fuiffe.Igitur hoc faciẽdo,tu liberafti & vrbẽ periculis.f.pereũdi,& ciuitatẽ.i.populũ metu,neq;.i.& non & attulifti non folũ ad tẽpus i.pro tpĩs parte maximã vtilitatem,fed et debes intelligere rẽp.i falutem reip. effe repofitã.i.collocatam in te,ad exemplum facti.f.tui,quia facto tuo oftẽdifti aliis quid

facete debeant. & debes etiam intelligere illos viros .s. Brutum Cassiũ, & reliquos coniuratos, a quibus initiũ libertatis. a tyrannide Cæs. est perfectũ .i. ortum, non solũ tuendos .i. protegendos esse tibi, sed etiam ornãdos .s. dignitatibus, & honoribus publicis. Sed, sup. nos loquemur propediem de his rebus plura, vt spero. Tu o mi Dolab. qñ .i. quandoquidem conseruas remp. & nos, fac vt custodias .s. ab insidiis Antonij, & Augusti diligenter te ipsum.

GIBERTI LONGOLLII LEMMA.

Duabus epistolis Pæti respondet, duabus partibus. priore per asseuerationem illatum rerum, quas prius Pæto de eius valetudine curanda scripserat: posteriore autem de Neapolitana domo, quam dicit se tempestiue emisse, cum recte Romæ esse non liceat.

CICERO S.D. PAPIRIO PAETO. 15

DVABVS tuis epistolis respondebo, vni, quam triduo ante acceperam a * Zetho; alteri, quam attulerat Phileros tabellarius. Ex prioribus tuis literis intellexi

seruorum nomina.

pergratam tibi esse curã meam valetudinis tuæ, quam tibi perspectam esse gaudeo: sed mihi crede, non perinde, vt est * reapse, ex literis perspicere potuisti. nam cum a satis multis, (non. n. possum aliter dicere) & coli me videam, & diligi; nemo est illorum omnium mihi te iucundior. nam quòd me amas; quod id & iam pridem, & constanter facis; est id quidem magnum, atque haud scio, an maximum, sed tibi commune cum multis: quòd tu ipse tam amandus es, tamque dulcis, tamque in omni genere iucundus: id est proprie tuum. accedunt nõ Attici, sed salsiores, quàm illi atticorum, Romani veteres, atq; vrbani sales. ego autem (existimes licet quod lubet) mirifice capior facetijs, maxime nostratibus, præsertim cum eas videam primum * oblitas Latio tum, cum in vrbem nostram est infusa peregrinitas, nunc vero etiã bracchatis, & * transalpinis nationibus, vt nullum veteris leporis vestigiũ appareat: itaq;, te cum video, omnes mihi * Granios, omnes Lucilios, vere vt dicã, Crassos quoq; & Lælios videre videor. moriar, si præter te, quenquã reliquũ habeo, in quo possim imaginem antiquæ, & vernaculæ festiuitatis agnoscere. ad hos lepores cum amor erga me tantus accedat, miraris me tanta perturbatione valetudinis tuæ tam grauiter exanimatum fuisse? Quòd autem altera epistola purgas te, non dissuasorem mihi emptionis Neapolitanæ fuisse, sed auctorem commorationis vrbanæ neque ego aliter accepi: intellexi tamen idem, quod his intelligo literis, non existimasse te, mihi licere, id quod ego arbitrabar, res has non omnino quidem sed * magnã partem relinquere. Catulum mihi narras, & illa tempora: quid simile? ne mihi quidem ipsi tunc placebat diutius abesset ab reip. custodia. sedebamus enim in puppi, clauumque tenebamus: nunc autem vix est in sentina locus. an minus multa S. C. futura putas, si ego sim Neapoli? Romæ cũ sum, & vrgeo forum, S. C. scribuntur apud * amatorem tuum, familiarem meum. & quidem, cum in mentem venit, * ponor ad scribendum: & ante audio S. C. in Armeniam, & Syriam esse perlatum, quod in meam sententiã factum esse dicatur, quàm omnino mentionem vllam de ea re esse factam. atque hoc nolim me iocari putes, nam mihi scito iam a regibus vltimis allatas esse literas, quibus mihi gratias agant, quòd se mea sententia reges appellauerim: quos ego non modo reges appellatos, sed omnino natos nesciebam. quid ergo est? tamen, quàm diu hic erit noster hic * præfectus moribus, parebo auctoritati tuæ: cum vero abierit, ad fungos me tuos conferam. domum si habebo. in denos dies, singulos sumptuariæ legis conferam. sin minus inuenero, quod placeat; decreui habitare apud te. scio. n. me nihil gratius tibi facere posse. Domum Sullanam desperabam iam, vt tibi proxime scripsi, sed tamen non * abieci. tu, velim, vt scribis, cum fabris eam perspicias. si enim nihil est in parietibus, aut in tecto vitij; cetera mihi probabuntur. Vale.

pro re ipsa lib. 1. de diuin. l. 5. de Fin.

inquinatas.

h. d. quia Cæsar multos ex Gallia trãsalp. ciuitate donarat.

vide lib. 2. de orat. & l. 1. off. bis.

Paul. M. pro, ex maiori parte. sic ep. 6. l. 8 Acade. 2. Ter. in Eun. & Cæs. magnam partem lacte viuunt.

ep. 15. h. l. cũ ipsi Cæsari in mentem venit, ponit in senatusconsulto, me affuisse scribendo.

Cæsar, a senatu moribus per trienium præfectus. Dio lib. 43.

sic abijcere ædificatione ep. 2. lib. 13.

DVABVS] Vna epistola scripserat Pętus ad Cic. gratum esse eius erga se animum, quem eius literis perpexisset, præcipue quod ei esset magnæ curæ valetudo sua. quare rñdens Cic. dicit maiorẽ esse re ipsa, q̃ ille absens literis perspicere potuisset. deinde eum vehementer laudat, quod tñ dignus esset amari, cõmendatq; plurimum eius sales & facetias, ita vt eum comparet clarissimis oratoribus, ex quo merito dicit se perturbatum esse, quod intellexisset talem virũ male habere. qđ Papirius scripserat se admirari. Altera aũt epistola excusauerat se Pætus quod non dissuasisset Cic. vt emeret domum Neapoli sicut instituerat: sed exhortatus fuerat, vt cõseruaret quæ Romæ haberet. ad quæ oĩa scripsit Cic. & ostendit nullam causam esse, quare nũc debeat notare esse Rom. quãuis ostẽdat se in magna esse existimatione Romæ. Postremo petit se reddi certiorẽ de Syllana domo qualis sit. erat. n. Cic. eam empturus. [Quam triduo ante] .s. q̃ scriberem ad te .i. quatuor diebus præteritis. [A Zetho] nomen proprium. [Phileros tabellarius] cuius officiũ est ferre tabellas .i. literas. [Ex prioribus] incipit rñdere primo prioribus literis. hic textus reperitur variatus: inueni. n. codicẽ, in quo ita scriptum erat, Ex prioribus literis tuis intellexi, tibi pergratam esse curam meam valetudinis tuæ, quã tibi perspectam esse gaudeo. alij codices hñt aliter: sed mihi magis probatur ea lectio, quã notaui, nam Cic. scripserat sibi magnæ curæ esse valetudinẽ Pęti. quod etiam patebit inferius. [Perinde, vt est reapse] .i. ita vt est in effectu. [Perspicere literis] cognoscere meis scriptis, quia maior est, q̃ possim exprimere literis. [A satis multis] .i. a valde multis. [Non. n.] parenthesis, quæ ostendit ita esse qđ intelligat se a multis amari. [Illorum omnium] a quibus video me diligi. [Nam quod] probat qđ nemo sit se iucundior ipso Pæto. non tñ quia ab eo ametur, quia etiã id habet ab alijs, sed quod ipse sit dignus amari. [Pridẽ diu] .i. iam multo tempore. [Constanter] perseueranter. [Sed tibi cõe cum multis] .i. quod multi alij faciunt sicut tu. [Quòd tu ip.] nunc dicit id qđ est proprium ipsius Pæti. [Sales] facetiæ. [Salsiores] suauiores, sapidiores. præponit aũt sales Romanos salibus Atticis. [Vrbani] ciuiles, ornati. [Licet existimes qđ lubet] .i. licet putes de me quid velis. [Capior] delector. [Nostratibus] Romanis nostræ gentis & patriæ. [Oblitas Latio] .i. latiis moribus refertas. ab oblinor participiũ .i. cum videam eas esse vetustissimas & sapere latinum .i. tales, quales erant tunc cum priorũ peregrini immissi sunt in Italiã. nam postea, superueniente copia Gallorum & ceterorũ barbarorũ incepit perire gratia vetustarum facetiarum. [Peregrinitas] .i. peregrini qui in vrbem veniunt. [Infusa] immissa. [Brachatis. n.] .i. gallicis a brachis longioribus quibus vtebantur. dicit aũt nunc corruptas esse veteres facetias Romanas in mistione transalpinarum & barbararum, ita vt vestigia veteris leporis in nullo remaneãt, nisi in solo Pæto. [Et transalpinis] .i. oĩno barbaris. & subauditur video esse oblitas. [Vestigium] signum, reliquias. tractũ a pedibus, quorũ saltem apparẽt signa. [Oẽs Granios] Sẽpronium, Gracchum, & Tiberium, & C. Gracchos, viros eruditissimos & facetos. [Vere vt dicam, C.] .i. Crassum oratorẽ intelligit. de quo ipse in 1. off. erat in L. Crasso, & L. Philippo multus lepor. [Et Lelios] propter C. Lælium. de quo eodem lib. de off. At iisdem temporibus in M. Scauro, & in M. Druso adolescente singularis seueritas, in C. Lælio multa hilaritas. Comparat igitur Pętum Cic. his claris oratoribus. [Moriar] iurantis est. [Vernaculæ] domesticæ. tractum a seruis, qui in domo nascuntur, qui vernæ appellãtur. inde vernacula lingua dr̃. qua alij maternã, alij vulgarem appellant. [Ad hos lepores] .s. ad tale facetias. [Accedat] addatur. [Tanta perturbatione] supra dixit curam .i. solicitudinem. [Exanimatũ] attonitum, perculsum [Quòd aũt] respõdet secũdæ epistolæ. [Purgas] excusas. [Emptionis Neapolitanæ] .i. eius, quod Neapoli eram empturus. [Auctorem] suasorem, consultorem. [Aliter] in aliam partem .s. q̃ tu dixisti. [Nõ licere. mihi] nõ me posse facere id. [Quod arbitrabar] .s. me facturũ. [Has res] .s. quas habeo Romæ. [Non omnino] non in totum [Catulum] confutat rationem, quam Pętus confirmauerat exẽplo

plo Catuli, qui nunquam censuit vendendum esse Romæ, vt emeretur alibi dicit ergo ꝙ illa tempora alia erant q̃ nunc. illis.n.temporibus dicit talem fuisse statum reip. ꝙ nec ipsi placebat abesse diutius ab vrbe, quemadmodum nec Catulo. [Sedebamus in puppi] in loco honoratiore nauis.q.d.eramus tūc magistri & gubernatores nauis, per quam intelligit remp. [Clauumq́;] gubernaculum, temonem, quem tenet gubernator. Virg.5.Aen. Talia dicta dabat, clauumq́; affixus & hærens Nusquam amittebat. Idem lib.6. Namq; gubernaculum multa vi forte reuulsum, Cui datus hærebam custos. [Nunc.] hoc in tempore [In sentina] in loco vilissimo nauis. est n. sentina pars in fundo nauis quo sordes defluunt, dicta ꝙ grauiter sentiatur eius odor. Iuu. Tunc sentina grauis. intelligit aūt Cic. se vix habere locum inter infimos ciuitatis. [Minus multa] .i. pauciora. q.d. non fient pauciora. hoc aūt dicit quia eo absente, multa S. C. fiebant, quæ ei ascribebantur, cum esset omnino eoꝝ ignarus [Vrgeo] frequento. [Amatorem t.] ridicule dicit amatorem quē non nominauit. [Cum in mentem venit] cū cogito. [Ponor] adhibeor. [Ad scribendū] senatusc [In Armeniam & Syriam] has duas posuit pro omnibus regionibus remotis. [In meam sententiam] .i. pro mea sententia, s̄m sententiam meam nā, vt in alio loco exemplis probauimus, & pro, & contra significat. [Esse factam] s.audiam.i.celerius audio senatusc. sentētiæ meæ ante esse delatū in remotas regiones q̃ facta sit aliqua mentio, ita oīa mihi ascribuntur etiam quæ non facta sunt. [Iocari] ex ioco dicere. [Vltimis] remotissimis [Appellauerim sententia] appellauerim eos reges [Nesciebā natos] .i. quos nesciebā esse in mundo. [Præfectus] præpositus moribus.i.censor, & magister morum quē intelligat, non satis cōncimus, [Probo auctoritati tuæ] faci vt tu consules. alij codices hñt probo auctoritatē tuā, sed melius placet prior lectio. [Tuis] quibus delectatis, & quos soles mihi apponere. [Conferā in denos dies] i.impendā in decem dies tm̄ quantum lex sumptuaria decernit in singulos dies. [Lex sumptuaria] quę sumptibus modum præscribebat latæ sunt aūt leges sumptuarię, vt docet Macr. in Satur prima Orchia a C. Orchio trib pl. in qua p̄scribebatur numerus, conuiuarū. Secunda lex Fania, quę nō vt prima cohibebat numerū conuiuarū, sed sumptibus modū fecit centum assibus Huic successit lex Didia, deinde Licinia, & multæ aliæ. de quibus vide plane apud Macr. quia nimis in longum esset hic recensere. [Minus] .i.non. [Nihil gratius] q̃ habitare apud te. [Desperabam] nō sperabā me posse assequi. [Nō abieci] non deposui ea aio, cum eā, cupiā. [Fabris] murarijs & lignarijs. [Nihil vitij] nihil defectus, vtputa ꝙ sit male materiata vitium aūt etiam ad alia transfertur q̃ ad homines, vt hic de domo dicit vitium. & Ouid. de domo Pirami & Thysbæ, quæ rimosa erat dixit. Id vitium nulli per secula longa notatum. [Mihi probabuntur] placebūt mihi.

ARGVM. DVabus, &c.] Respondens Cicero duabus epistolis Papirij, primo dicit incolumitatem tibi curæ esse: deinde laudat eū & eius sales ac leporē in dicendo. demum, q a cōsuluerat, ne vendita domo, quā Romæ habuerat, Neapolim migret: rn̄det nullam cām esse, cur Romæ esse velit. Ordo est. Ego rn̄debo s.hac vna epistola, duabus epistolis tuis, vni s.epistolæ, quā acceperam a Zetho triduo ante. s. q̃ secunda esset allata, alteri q̃ Phileros tabellarius i.tabellarium, hoc est literarū portator attulerat Ego intellexi ex prioribus literis tuis curam meam esse pergratā tibi, & animū meum perspectū sup. esse.i.plane cognitum circa curam valetudinis tuæ, quā s.valetudinem. s.bonam, ego gaudeo tibi esse. Sed crede mihi tu absens non potuisti perspicere.i.perfecte videre & cognoscere literis perinde i.ita vt est re.s.ipsa hoc est quantū de valetudine tua solicitus fuerim. Nā cum videam me & coli & diligi a satis multis non.n.possum dicere aliter.q.d.nō possum dicere ab omnibus, tn̄ sup.i.nemo omniū illorū.s.qui me colunt & diligunt, est iucundior mihi te.i. q̃ tu sis. Nam ꝙ tu amas me, & qđ facis.i ꝙ amas me, etiā pridē.i.a pluribus diebus, & constanter.i.perseueranter, est quidē.i. certe magnum, atq; haud.i.nō scio, an.s.sit maximum, sed est tibi cōmune cū multis, quia multi me & colunt, & amāt. Sed qđ tu ipse es tam amandus.i.amabilis, tamq́; .i.& tam dulcis, tamq́;.i. & tam iucundus in eo genere.s.dotium, & caritatum i.proprie.i.peculiariter tuū accedūt.s.ad mores tuos iucundissimos, sales.i.lepores dicēdi, hoc est sermones bene conditi lepore, & acrimonia. non Attici.i. Athen. sed veteres Romani atq; Vrbani i.in vrbe Romana.i.salsiores.i.aptius cōditi q̃ illi.i nobilissimi sales Attici. Ego aūt, licet existimes i tu iudices. quod libet.i.quidquid lubet, capior.i.afficior delectatione mirifice facetijs maxime nostratibus.i.Romanis, præsertim, cū videā eas oblitas.i.obliuioni traditas Latio.i.in Latio Huber. aūt exponit oblitas Latio.i.Latijs moribus refertas, ab oblino participio i.cū videas eas esse vetustissimas & sapere Latiū.i.tales, in quit, quales erant tunc, cū primum peregrini immissi sunt in Italiam, &c Quæ expositio mihi non placet, primū ꝙ non diceret oblitas media breui de facetijs, q bus nihil rā alienum, q̃ esse oblitum: deinde, ꝙ manifeste dicat, paulatim oblitas: & demum qđ aptior est sententia, si obliuioni traditas, q̃ si illatas Latijs moribus dicas. nam penuria rerum solet earū excitare caritatē. neq; possent esse vrbanæ, si non essent latinis moribus congruæ. Accipitur ergo ab obliuiscor passiue, siue in Bucol Virg. Nūc oblita mihi tot carmina. Tum.i.tūc primum cū peregrinitas i.ratio loquendi externa præsertim græcanica, est infusa in nostrā vrbē.s. Romam, nunc vero videam eas oblitas nationibus ēt braccatis .i.bracchis, hoc est longioribus tunicis vtentibus, a quibus dicta est Gallia braccata Et pro.i.nationibus transalpinis, vnde vñr sicut nunc clerus, ita tunc totus P.R. Gallicanus Romanā linguā accepisse quæ in eā, quæ nūc, est degenerauerit, ita vt nullū vestigium veteris leporis appareat s.alibi. itaq; .i.& ita cum i. qn̄, ego video te, ego videor mihi videre oēs Gracchos, oēs Lucilios, &, vt dicā vere.i.sincere & nō ficte ego videor mihi videre oēs Crassos quoq; & Lælios.i oēs priscos Romanos facundia & lepore dicēdi nobilitatos, quales fuerūt Grachi, Lucilij, Crassi, & Lælij. Moriar.i.permitto vt moriar, si habeo quenq̃ reliquū præter te, in quo ego possim agnoscere imaginem.i.imitatricem spēm festiuitatis.i.vt dōt, solennitatis loquendi antiquæ .i.priscę, & vernaculę.i.natiuæ & domesticæ, nō peregrinæ, sed quasi inter vernas.i.natos domi nostræ ex ancillis nostris. Cum tantus amor.s.tuus erga me accedat.i addatur ad hos lepores.i. sales, & festiuitates dicendi, miraris me fuisse exanimatum i.animo priuatū tam grauiter, tanta perturbatione.i.ob tantā perturbationē valetudinis tuæ? q.d.non debes mirari Deinde trāsiens ad alteram epistolam dicit, ꝙ aūt purgas.i.excusas te altera epistola, te non fuisse mihi dissuasorem.i.dehortatorē emptionis Neapolitanæ.i.nouæ domus Neapoli habēdæ, sed auctorē.i.approbatorē commorationis vrbanæ.i.quę esset in urbe Roma, neq; ego accepi.i.interpretatus sum aliter.s.q̃ tu dicis intelligendū. intellexi tn̄ idem qđ intelligo his literis.i.ultimo datis, te non existimasse.i.iudicasse licere mihi id qđ ego arbitrabar, videlicet non licere relinquere has res s.vrbanas omnino.i.penitus, sed magnā partem.s.earum, tu narras.i.adducis mihi in exēplum Catulum, q nunq̃ voluit penitus rem suam vrbanam distrahere & alienare. Quid simile sup. est de Catulo & de me? q.d.nihil, qa ne quidem.i.non etiam aut non saltem, placebat mihi ipsi tunc cum essem exilio damnatus, abesse diutius ab custodia reip. Nos.n.sedebamus s.tunc in puppi, & tenebamus clauum.i.gubernaculū, nauis.i.regebamus ad nutum remp. ut nauclerus seu patronus nauem. Nunc autē via locus est.s.nobis, in sentina.i. infimo & vilissimo loco nauis, quo oēs sordes defluunt. An putas minus multa senatusconsulta futura s Romæ, etsi ego sim Neapoli? q.d. non esse putandū, cū nulla sint p eum futura, siue Romæ, siue alibi futurus sit, Cum ego sum Romæ, & vrgeo.i. cogo forum.i.iudicea senatusconsulta scribuntur apud amatorē tui familiarem meū.q.d.quem bene nosti. & sunt qui ironicos locutū velint. Equidē i.ego quidem, cum venit in mentē i.cum cogitem, ponor.i.adhibeor ad scribendum.s.filiam, & audio ante senatusc. esse perlatum in Armeniā, & Syriam, qđ.s.senatuscōsultum dicatur esse factum, in.i s̄cd̄m sententiam meam, q̃ omnino vllam mentionē esse factam de ea re. Atq; nolim sup. vt putes me iocari.i per iocum dicere hoc. Nā scio literas esse allatas mihi iā ab vltimis.i. vltimarum regionum regibus, quibus agūt gratias mihi, quod appellauerim se reges mea sententia.i. pronunciando sententiam meam, quos ego nesciebam non modo reges appellatos, sed omnino natos. Ergo quid est? i.quæris quid decreuerim facere. tn̄ i nihilominus quamuis triste sit Romę esse, quādiu hic noster perfectus, moribus.i censor. quē nosti, erit hic.s.Romæ, ego parebo auctoritati tuę.i.non migrabo, nec discedam ab vrbe. Vero.i.sed cum.i.qn̄ ipse aberit, conferam me ad fungos tuos.i.boletos, optime conditos, hoc est veniam ad te. Si ego habebo s. Neapoli domum, ego conferam singulos dies legis sumptuariæ .i.scriptæ de sumptibus moderandis, in dies denos.i.tam parcus ero, vt quę lex sumptuaria permittit expendere in singulos dies, expendam tm̄ in denos. sin autem.i. sed si minus.i.nō inuenero quod placeat i.domum quæ placeat ego decreui habitare apud te. Scio.n.me nihil posse facere gratius tibi. Ego desperabam.i.nullo modo sperabam iam, ut scripsi tibi proxime, domum Syllanam, sed i tn̄ non abieci eam.i.si præ-

cer spem mihi offeratur, acceptare eam. Ego velim sup. vt tu perspicias eam cum fabris.i. mutantis, vt scribis f.te factum. Si enim nihil vitij i. corruptionis est in parietibus, aut in tecto, cetera probabuntur.i.placebunt mihi.

PAVL. MANV. INtellexi pergratam tibi esse curam meam valetudinis tuæ; hunc locum ex antiquis libris restituimus, cum antea mendose legeretur.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Narrat Cicero, qua moderatione & prudentia vtatur in viuendo & loquendo cum Cæsare. Cæsarianisq; deinde consolationum suarum capita aliqua illi perscribit. postremo iocos aliquot festiuos de victu vtriusque adijcit.

CICERO S.D. PAPIRIO PAETO. 16



DELECTAVERVNT me literæ tuæ: in quibus primũ* amaui amorem tuum, qui te ad scribendum incitauit, verentem ne Silius suo nuntio aliquid mihi sollecitudinis attulisset. de quo & tu mihi antea scripseras, bis quidẽ eodem exemplo, facile vt intelligerem te esse commotum: & ego tibi accurate rescripseram, ut quoquo modo in tali re, atque tempore aut liberarem te ista cura, aut certe leuarem. sed quando proximis quoque literis ostendis, quantæ curæ tibi sit ea res; sic mi Pæte habeto; quidquid arte fieri potuerit, (non enim iam satis est consilio pugnare: artificium quoddam excogitandum est) sed tamen quidquid elaborari, aut effici potuerit ad istorum beneuolentiam conciliandam, & colligendam, summo studio me consecutum esse nec frustra, vt arbitror. sic enim color, sic obseruor ab omnibus ijs, qui a Cæsare diliguntur, vt ab eis me amari *putem. nam, etsi NON facile dyudicatur amor verus, & fictus. nisi aliquod incidat eiusmodi tempus, vt, quasi aurum igne, sic beneuolentia fidelis periculo aliquo perspici possit: cetera sunt signa communia: *sed ego vno vtor argumento, quamobrem me ex animo, vereq; arbitrer diligi, quòd & nostra fortuna ea est, & illorum, vt simulandi causa non sit. De illo autem, quem penes est omnis potestas, nihil video, quod timeam, nisi quòd omnia sunt incerta, cum a iure discessum est: nec *præstari quidquã potest, quale futurum sit quod positum est in alterius voluntate, ne dicam libidine. sed tamen eius ipsius nulla re a me offensus est animus. est enim adhibita in ea re ipsa summa a nobis moderatio. vt enim olim arbitrabar esse meum, libere loqui, cuius opera esset in ciuitate libertas; sic, ea nunc amissa, nihil loqui, quod offendat aut illius, aut eorum, qui ab illo diliguntur, voluntatem. effugere autem si velim non nullorum acute, aut facete dictorum offensionẽ; fama ingenij mihi est abijcienda quod si possem, non recusarem. sed tamẽ ipse Cæsar habet peracre iudiciũ & vt Seruius frater tuus, quem literatissimum fuisse iudico, facile diceret, hic versus Plauti non est, hic est; quòd tritas haberet aures *notandis generibus poetarum, & consuetudine legendi: sic audio Cæsarem, cum volumina iam confecerit *ἀποφθεγμάτων, si quid afferatur ad eũ pro meo, quod meum non sit, reijcere solere. quod eo nunc magis facit, quia viuunt mecum fere quotidie illius familiares. incidunt autem in sermone vario multa quæ fortasse illis, cum dixi, nec illiterata, nec insulsa esse videantur. hæc ad illum cum reliquis actis perferuntur: ita.n. ipse mandauit. sic fit, vt, si quid præterea de me audiat, non audiendum putet, quamobrem Oenomao tuo nihil vtor. etsi posuisti loco versus Attianos. sed quæ est inuidia aut quid nunc mihi inuideri potest? verum facesse omnia,

sic video philosophis placuisse, ijs, qui mihi soli videntur vim virtutis tenere: NIHIL esse sapientis *præstare, nisi culpam. qua videor mihi dupliciter carere: & quod ea senserim, quæ rectissima fuerint: & quòd, cum viderem præsidij non satis esse ad ea obtinenda, viribus certandum cũ valentioribus non putarim. ergo in officio boni ciuis certe non sum reprehendendus: reliquum est, ne quid stulto, ne quid temere dicam, faciamúe contra potentes. id, quoq; puto esse sapientis. cetera vero, quid quisq; me dixisse dicat aut quo modo ille accipiat, aut qua fide mecum viuant ij, qui me assidue colunt, & obseruant, præstare non possum ita fit, vt & superiorum consiliorum cõscientia, & præsentis temporis moderatione me consoler; & illam Attij similitudinem nõ modo iam ad inuidiam, sed ad fortunam transferam: quam existimo *leuem & imbecillam, ab animo firmo, & graui, tanquàm fluctum a saxo, frangi oportere. etenim, cũ plena sint monumenta Græcorum, quemadmodum sapientissimi viri regna tulerint vel Athenis, vel Syrachusis, cum seruientibus suis ciuitatibus fuerint ipsi quodam modo liberi: ego me non putem tueri meum statum sic posse, vt neq; offendam animum cuiusquàm, nec frangam dignitatem meam? Nunc venio ad iocationes, tuas: quando tu secundum Oenomaum Attij, non, vt olim solebat, *Atellanum, sed, vt nũc fit, Mimum introduxisti. Quem tu mihi *Popilium, quem denarium narras? quam tyrotarichi patinam? facilitate mea ista ferebantur antea: nunc mutata res est. Hirtium ego, & Dolabellam discipulos habeo, cœnandi magistros. puto enim te audisse, (si forte ad vos omnia perferuntur) illos apud me declamitare, me apud illos cœnitare. tu autem quòd mihi bonam copiam eiures, nihil est tum enim cum rẽ augebas, quæstiunculis te faciebam *attentiorem: nunc, cum tam æquo animo bona perdas, non eo sis consilio, vt, cum me hospitio recipias, æstimationem te aliquam putes accipere. etiam hæc leuior est plaga ab amico, quàm a debitore. Nec tamen eas cœnas quæro vt magnæ reliquiæ fiant. quod erit, magnificum sit, & lautum: memini, te mihi Phameæ cœnam narrare. temperius fiat: cetera eodem modo. quod si perseueras me ad matris tuæ cœnam vocare; feram id quoque. volo enim videre animum, qui mihi audeat ista, quæ scribis, apponere, aut etiam polypum Miniani Iouis similem. crede mihi, non audebis. ante meum aduentum fama ad te de mea noua lautitia veniet: eam extimesces. neque est, quòd in promulside spei ponas aliquid: quam totam sustuli. solebam enim antea *delectari oleis & lucanicis tuis. Sed quid hęc loquimur? liceat modo istò venire. tu vero (volo enim abstergere animum tui metum) ad tyrotarichum antiquum redi. ego tibi vnum sumptum afferam, quòd, balneum calfacias, oportebit: cætera more nostro, superiora illa lusimus. De villa Seliciana & curasti diligenter, & scripsisti facetissime. itaque puto me prætermissurum. *salis enim satis est, Sannionum parum. Vale.

Marginal notes:
- sic, dolere dolorẽ, gaudere gaudium. epist. 8. lib. 7. & lib. 8.
- potest.n. alij coli, nec amari.
- pro, tamen; vt referatur ad, Etsi.
- procerto affirmari.
- & quia attente legerat, & quia multum.
- .i. dictorum
- efficere, vt non sit, cauere, vtare. nã, culpa quidẽ vt vitetur, in nobis est.
- antitheta, leue, & graue; imbecillum, & firmum.
- Donatus in vita Terentij, & Liu: lib. 7.
- &, popillã, &, pelypũ, de quo paulo infra, in antiquis. legitur.
- .f. ad rẽ conseruandam; vt Hor. ep. 7. Durus, ait. Vultei nimis, attentusq; videris.
- alij, delibitari, quasi leuiter palato delibo
- .i. amoenitas quidem locus, sed soli ratius. NVB.

DElectauerunt] Cum nosset Pætus libertatem Cic. in loquendo, & dicendo sententiam suam verebatur, ne fortasse aliquid diceret, quod animũ Cæs. aut eius amicorum offenderet, quia tunc rerum potiebatur Cæs. qui multis Pompeianis male erat amicus. Itaque cum de ea re locutus esset cum Selicio, timens ne Selicius ei aliquid solicitudinis afferret, si ei hoc nuntiasset, scripserat ad Cic. binas literas eodem exemplo, vt saltem vnæ redderentur, si alteræ amissæ fuissent. quibus ei consulebat quid esset agendum. Ad qua primum Cic. dicit se rescripsisse diligenter. Deinde narrat quo artificio, & moderatione vtatur in viuendo cum Cæs. & Cæsarianis,

& Cæsarianis, à quibus dicit se & coli & amari, qm̃ nihil dicat quod merito eorum amicos offendat. q̃ si forsan aliqua sua dicta acuta & faceta, quæ videant habere aliqd aculei, ad Cæs. referantur: dicit non capere in malam partem, & facile secernere dicta Cic. à dictis aliorum. Deinde dicit à quibus rebus cõsolationem capiat his tpibus. Postremo iocatur multum cum ipso Pæto de victu & cibarijs vtriusq;. }Amaui amorem tuum} .i. fuit mihi gratus & iucundus amor tuus. }Bis quidem} .i. scripseras. }Eodem exemplo} eadem, vt ita dicam, copia. }Cõmotum} propter me, nequid solicitudinis mihi nunciaretur. }Quoquo modo} qualicunq; ratione. }Liberarem} penitus tollerem. }Leuarem} minuerem, alleuarem. }Ista cura} quam de me habebas. }Sic habeto} sic tibi persuade. }Non.n.} parenthesis vsq; ad eum locum, sed tñ. }Consilio} prudentia. }Artificium} industria. }Excogitandum} inueniendum cogitatione }Elaborari} summo labore curari. }Istorum} Cæsarianorum. }Me consecutum esse} ordo est. Sic mi Pæte habeto, me consecutum esse summo studio quidquid arte fieri poterit, quidquid elaborari aut effici poterit ad conciliandam & colligendam beneuolentiam istorum. reliqua dicta sunt per parenthesim. sed qm̃ propter parenthesim clausula videbatur longior, repetiuit dicens, sed tñ. quod sæpe apud alios idoneos inuenitur. }Nec frustra} sum consecutus. }Nam etsi} sententia est per similitudinem. sic Ouid. lib. 1. qui inscribitur Tristium: Scilicet vt fuluum spectatur in ignibus aurum, Tempore sic duro est inspicienda fides. }Periculo} experientia. Terent. fac periculum in literis. }Cetera} præter tẽpus aliquod malum & aduersum. }Signa cõia} quæ oẽs possunt ostendere, quæ non habent multum certitudinis. }Sed} i. tñ. }Argumento} signo, probatione }Quamobrem} propter quod argumẽtum. }Vere} non ficte. }Ea} talis, quia simulatur amor ab ijs, qui sunt in aduersa, vel tenui fortuna erga eos, qui vtuntur rebus secundis. Itaq; ea hoc cognosco eorum amorem erga me verum esse, quia nec ego vtor rebus secundis, & magnis, nec ipsi sunt in humili fortuna, vt debeant simulare. }Penes quem} apud quem. intelligit aũt Cæs. }Præsciri} præuideri, præcognosci. }Ne dicam libidine} occupatio, exornatio, libidine, appetitu sine ratione. }Eius} ipsius Cæs. }In ea re ipsa} ne offenderẽ animum eius. }Olim} alias, superiori tpe. }Cuius} s. mei. }Opera} .i. causa & beneficio. }Esset libertas in ciuitate} .i. qui fecissem opprimendo coniurationem sceleratissimorũ hominum, vt ciuitas nostra esset libera. Iuuen. Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit. }Ea} libertate. }Nihil loqui} subaudi esse meum arbitror. }Illius} Cæs. }Effugere autem} occurrit obiectioni, q̃ vereretur quibusdam scommatibus & apophthegmatis, quæ fortasse offendant. dicit. n. se non posse aliter facere, nisi abijciat famam ingenij prompti ad talis dicta, quod est impossibile. }Effugere} offensionem dictorum} .i. si velim fugere & vitare, ne quædam mea dicta acuta, aut faceta offendant, faciendum esset, ne dicar esse ingeniosus & doctus. quod fieri non potest }Peracre} seuerũ, vel velox, & promptum, & intelligens }Et vt} habuit Pætus Seruium fratrem literatissimũ, & ita assuetum in lectione poetarum, & maxime Plauti, vt si quis versus allatus fuisset pro versu Plauti, qui non fuisset Plauti; statim iudicaret, & negaret esse Plauti. cõparat igitur ingenium Cæs. in iudicandis apophthegmatis ingenio & doctrinæ Seruij in iudicãdis versibus. dicit n. sicut frater tuus Seruius propter magnam consuetudinẽ legendi diceret, hic versus non est Plauti. ita Cæs. cum audit aliquid dictũ aut apophthegma, quod mihi ascribatur, quid non sit meũ, statim solet reijcere & cognoscere non esse meum }Tritas} vsitatas. tractum à rebus, quæ vsu teruntur, vnde & vestis trita dicitur, longo ferè vsu consumpta. }Notandis} iudicandis, inspiciendis, sic adaptat similitudinẽ Cęs. ad Seruium. }Confecerit} cõposuerit. }ἀπόφθεγμα} sententia breuis, acutum dictum. alius codex habebat ἀσυνετώτερον .i. obscurius. nam ἀσύνετος signat, sine intellectu reijcere, respuere familiares illius, qui testificantur ei de facetijs, & acumine meorum dictorum. }Incidunt} casu dñi. }Vario sermone} inter loquendum varijs de rebus }Nec insulsa} insipida aut infaceta. }Nec illiterata} non illiterati hominis }Cum reliquis actis} .s. publicis, quæ vult ad se deferri. }Præterea} quæ sint nec insulsa, nec illiterata. }Non putet audiẽdum} non delectetur audire. }Oenomao tuo} Oenomaus, nomen est tragœdiæ, sicut & Orestes. fuit autem Martis filius, rex Elidis & Pisæ & Hippodamiæ pater: quem Attius poeta in tragœdia introducit de inuidia conquerentem. de qua dicit Cic. non esse sibi querendum, quia nihil habebat, quod sibi inuidendum sit. }Posuisti loco} .i. notasti. }Quid potest inuideri} quid est, quod sit mihi inuidendum. q. d. nihil. }Fac} pone, finge. }Iis} Stoicos intelligit. }Vim virtutis} quia valeat virtus }Nihil præstare} nihil esse, ad quod sit obligatus. }Qua} culpa }Dupliciter} duplici ratione. }Et q} prima ratio }Senserim} iudicauerim. }Et q, cum} secunda ratio. }Ad obtinenda ea} .i. ad sustinenda, quæ essent rectissima. }In officio boni ciuis} in eo, quod debet facere bonus ciuis. }Temere} inconsiderate. }Potentes} Cæs. & Cæsarianos. }Cetera vero} hæc sunt, quæ sequuntur. }Quod modo} in quam partem. }Præstare non possum} .i. non est in potestate mea. }Conscientia} quia rectissime sensi. }Moderatione} modestissimo regimine quo vtor. }Illam similitudinẽ Attij} .s. de inuidia, quam adducis. }Non modo} non solum. }Leuem, & imbecillem} .i. tanquã leuem, & imbecillem. }Tanquam fluctum à saxo} nam scopuli repellunt & retundunt fluctus ita, vt eos frangant: ita fortis animus debet retundere & frangere fortunam. }Monumenta} scripta, historiæ. }Tulerint regna} passi sint reges & tyrannos. }Athenis} vbi aliqñ fuerunt etiam tyranni. }Syracusis} quæ vrbs est Siciliæ Dionysii tyrannide nota. }Ipsi viri} sapientissimi. }Liberi} in libertate, quia contemnebãt fortunam. }Suis c. seruientibus} s. cum suæ ciuitates essent in seruitute, ipsi tñ erant quodammodo liberi }Non putem} .q. d. immo putabo. }Tueri} conseruare. }Nec frangam} nec minuam. }Nunc venio} incipit Cic. agere iocis cum Pæto. }Quando} qm̃. }Vt solebat olim} vt olim fieri solebat. }Atellanum} ab oppido Atellano, comœdiæ Atellanæ appellatæ sunt. }Quem tu} hoc genus iocationis magis intelligebatur ab iis, inter quos agebatur, q̃ exprimeretur. }Quam tyrotarichi patinam?} .s. narras tyrotarichum. Alij dicunt genus esse salsamenti, alij placentam, siue, vt vulgus ait, artocream. deriuatio autem videtur significare genus esse casei salsi. nam τυρὸς caseus dicitur, ταριχεύω salso, & τάριχος, salsus poterat tamen esse condimentum aliquod ex caseo salso, quod non erat valde sumptuosum. }Felicitate mea ista ferebantur} .i. cum essem ditior, & res mihi essent meliores; ista ferebantur .i. talia cibaria. Alij legunt, facilitate mea, quod magis probo. }Mutata res} quia non sunt in eo statu, in quo solebam. }Hirtium, & Dolabellam} hi duo adolescentes erant nobilissimi Cæs. gratissimi. }Dicendi discipulos} iocatur Cic. dicit. n. hos duos sibi discipulos in arte dicendi, in arte aũt cœnandi esse magistros. }Iures} affirmes iurando. }Bonam copiam} aut per bonam copiam deam, aut bonã copiam. s. esse tibi, comicimus Cic. fuisse inuitatũ à Pæto. }Cum rem habeas} cum eras ditior. Nunc ostẽdit Pætum male agere rem suam. }Tam æquo animo} tam sine sollicitudine, & cura, tam libenter. }Non sis eo consilio} non hoc credas, non tibi hoc persuadeas. }Vt eum} .i. vt putes augere reputationem suam, si accipias me hospitem, & des mihi cœnas. vult. n. Cic. significare se excipiendum familiariter, sine ambitione, & impensa Pæti ab amico, qui erat sponte, & non inuitatus }Quàm à debitore} .i. q̃ ab eo, qui ex debito eat. }Eas} tales. }Fiant magnæ reliquiæ} .i. vt multa supersint, vt solet fieri in magnis conuiuijs. }Et} .i. etiam. }Lautum} mundum. }Fiat temperius} .i. temperatius, q̃ cœna Phameæ .i. minori impensa vel melius }Temperius} .i. magis in tpe vel citius. Ouid. 4. Met. Modo surgis eo temperius cœlo .i. citius. }Cœna matris tuæ} quam intelligimus esse sumptuosam. }Feram} iocatur q. d. veniã ad eam. }Videre} experiri. }Audeat} quasi in rem magnam. }Polypum} genus est piscis à multitudine pedum sic dicti. }Miniani} Iouis similem ex aliqua comœdia est hic locus vbi fortasse polypus Ioui appositus scribebatur, aut qualis polypus, qui appositus est in cœnam Iouis Miniani, quem Minius aliquis scripsit, aut repræsentauit. alij legunt minuam, vt sit sensus, minuam .i. consumam }Non audebis} .s. inuitare ad cœnam matris. }De mea noua lautitia} nunciatur tibi, q̃ sim nimis lautus. }Eam} lautitiam. }Promulside} genus est liquaminis, vt quidam volunt ex mulso. }Sustuli} amoui, quia non amplius delector. }Oleis} aqua & sale conditis. }Lucanicis} Lucanica genus est farciminis ex porcinis carnibus à Lucanis populis, vnde primũ fuit inuenta sic dicta }Abstergere} penitus amouere }Antiquũ} quo solebam delectari i. patã tyrotarichum. erat. n. cibus pauci sumptus quem prius dixit Cic se iam fastidire cum antea ferret nunc aũt dicit Pęto, vt illud sibi paret. }Vnum} pręcipuum. }More nostro} sic vt consueuimus .i. moderate. }Illa superiora} cum diximus non esse lautos. }Lusimus} ex ioco egimus. }Prætermisurum} .s. villam Selicianam. }Satis} facetiarum. }Sãnionum} Sanniones, qui sunt in dictis fatui, & moribus obscœnis. Cic. lib. 2. de or. Quid porrò tam ridiculum, quàm Sannio? hos Græci appellant βωμολόχους quorsum autem subdiderit, Satis. n. satis est, sannionum purum, non facile potest intelligi.

DElectauerunt &c.} Veritus erat Papirius Pætus ne Cic. libertate nimia in loquẽdo efferretur contra Cæs. aut amicos ASCEN.
eius.

eius. Itaq; cum de eo locutus esset cum Silio, timēs ne Silius aliquid solicitudinis afferret, si ei hoc renūtiasset, scripserat ad Cic. binas literas eodem exemplo, vt saltem alteræ redderentur. Ad quas Cic. primum dicit rescripsisse diligenter deinde narrat qua arte vtatur in viuendo cum Cæsare & Cæsarianis, ita vt libere dicta non accipiantur in malā partem. Denium declarat vnde il lis tēpibus consolationem accipiat iocans cum ipso Pæto & victum vtriusq;. Ordo est. Literæ tuæ delectauerunt me, in quibus primum amaui amorē tuum, qui te incitauit ad scribendum verentem. i. timentem, ne Silius attulisset mihi aliquid solicitudinis. i. negotij suo nuntio. i. denuntiatione. de quo & tu scripseras mihi ante a bis quidem eodem exēplo. i. iisdem verbis & sententijs vt intelligerem facile te esse commotum s. timore. Et ego rescripseram tibi accurate. i. adhibita cura, vt aut liberarē te ista cura. i. solicitudine, quoquo. i. quocunq; modo, in tali re ac tēpe aut certe. i. saltem, si liberare non possem aut nollē, leoarem te. i. deoneratem te. s. ista cura. Sed qm̄ tu ostendis quoq;. i. etiam, proximis literis. s. tuis, quantæ curæ ea res sit tibi, o mi Pæte habeto sic. i. teneto procerto, quidquid potuerit fieri arte: (non. n. est iam satis pugnare consilio, quia quoddā artificium est cogitandum i. cogitando inueniendum) sed tñ. i. nihilominus quidquid potuerit elaborari aut effici, me consecutum esse. i. obtinuisse summo studio ad conciliandā i. de nouo acquirendam & colligendam. s. ex occasionibus quārumlibet paruis beneuolentiā istorū. s. Cæsarianorū. Nec sup. consecutus sum frustra, vt arbitror. Ego. n. color. passiuū verbum color coleris. i. veneror, & obseruor. i. timeor lædi, sic ab oībus iis, qui diliguntur à Cæs. vt putem me amari ab his. Nam etsi. i. q̄q̄ amor verus & fictus, non diiudicatur. i. decernitur facile nisi aliquod tempus eiusmodi incidat, vt quasi. i. perinde, atq; aurum pōt perspici i. probari igne. sic beneuolentia fidelis posīt perspici. i. perfecte nosci, periculo aliquo. cetera. s. extra periculum sunt signa cōia. s. tam vero, q̄ ficto amico. Sed ego vtor vno argumento, quamobrem ego arbitror me diligi ea aio & vere. Quia & nostra fortuna est ea, & illorum, vt non sit causa simulandi. i. cur simulent. s. me amare si non amarent, aūt. i. sed nihil video, quod timeam de illo penes quem. i. in cuius manibus est oīs potestas, hoc est de Cæs. Nisi q̄ omnia sunt incerta, cum discessum est à iure. i. cum quis regit remp. non s. leges, sed pro arbitrio suo: nec quidq̄ potest præstari. i. firmiter pollicer i cautione data, quale sit futurum, quod positum est in voluntate, ne dicam in libidine alterius. Sed tñ animus ipsius, videlicet Cæsaris, nulla re est offensus à me. n. pro quia, vt. i. quemadmodum ego arbitrabar olim meum esse loqui libere, cuius. s. mea opera. i. diligētia & labore libertas esset in ciuitate, s. Roma, quæ aliter periisset, sic sup. meum est, ea. s. libertate ciuitatis amissa, nunc nihil loqui quod offendat voluntatem aut illius. s. Cæs. aut eorū qui diliguntur ab illo. Autem. i. sed, si ego velim effugere offensionem nonnullorū dictorū acute aut facete, fama ingenij est abiicienda mihi quod. s. abiicere famā ingenii si ego possem, id ego non recusarem. Sed tñ ipse Cæsar habet peracre iudiciū; & vt Seruius frater tuus, quem iudico fuisse literatissimum, diceret facile, hic versus non est Plauti, q̄. s. Seruius haberet aures tritas. i. assuetas notandis generibus. i. notando genera poetarum, & consuetudine legendi, sic audio Cæs. cum iam confecerit. i. ex diuersis collegerit, volumina. i. libellos, apophthegmaton. i. acute & sententiose, ac mordaciter dictorū, solere. i. q̄ ipse Cæs. soleat reiicere. i. abiicere & non recipere, si quid. i. si aliquid dictum afferatur ad eum pro meo quod non sit meum. i. à me dictum & excogitatum. Quod. i. quā rem ipse facit nunc eo. i. tanto magis, quia ferè. s. oēs familiares eius viuunt mecum quotidie. Autem. i. sed multa incidunt in sermone vario. i. in loquendo, cum dum loquimur de variis rebus non dicit in sermonē quia de vno eodemq; sermone loquimur, citra transitionem in alium, quæ fortasse cum dixi illis. s. familiaribus Cæs. videantur nec illiterata nec insulsa, immo sapere literaturam & sales. Hæc. s. dicta mea perferuntur ad illū videlicet Cæs. cum reliquis actis. i. publicis, meis dictis & iam in acta relatis ipse n. mandauit. s. suis, ita sup. facere Sic fit vt si Cæs. audiat præterea. i. præter ea quæ à suis afferuntur quid. i. aliquid de me, ipse putet non audiēdum sup. esse. Quamobrē ego nihil vtor Oenomao tuo. i. tragœdia tua scripta de Oenomao Martis filio rege Elidis & Pisæ & patre Hippodamiæ quem Accius in tragœdia inducit. de inuidia conquerentem de qua dicit Cic. non esse sibi quærendum cum nihil habeat cui inuidendum sit, etsi. i. q̄q̄ posuisti. i. inseruisti versus Accianos. i. Accii poetę tragici. Sed quæ est inuidia, aut quid pōt inuideri nunc mihi? q. d. nulla, & nihil. Verum fac esse. i. esto vt sint omnia. i. inuideatur mihi immerito. Ego video sic placuisse iis philosophis, videlicet Stoicis, qui soli videntur mihi tenere vim. i. potestatem virtutis. i. cognoscere quantū valeat, & quid sit virtus, nihil esse sapientis pertinere ad sapientem, pręstare. i. persoluere & quod dñi facere bonum. est. n. præstare quod ab alio aut à se peccatum est emendare & reparare nisi culpam i. sapientē nulli rei esse obnoxium q̄ præter culpam suā euenit, qua. s. culpa ego videor mihi carere dupliciter, &. i. simul q̄ senserim ea. s. de bello ciuili fugiēdo, quæ fuerunt rectissima & cum viderem non satis præsidii. i. roboris militaris ad obtinenda ea. s. quæ sensi obtinenda, putarim, pro putauerim non supp. esse certandum cum viribus valentioribus quales erant Cæs. Ergo cum s. ita sit, ego non sum certe reprehendendus in officio. i. facto ciuis boni. Reliquū est i. restat cum nihil male fecerim in remp. nequid dicam stulte ne quid dicam temere, ve, pro vel, nequid & faciam stulte & temere contra potētes, quales sunt Cæsariani & ego puto id quoque. s. nihil dicere, aut facere temere esse sapientis. vero, pro sed non possum præstare. i. exhibere cetera vtpote quid quisq; dicat me dixisse, aut q̄uo ille. s. Cæsar accipiat, aut qua fide viuant me cum ij, qui colunt & obseruant i. venerantur me assidue. Ita. i. & sic fit vt ego consoler me, &. i. simul conscientia consiliorum superiorum. i. superioris tpis quæ recta fuerunt, & moderatione. i. temporatione in dictis & factis, temporis præsentis, & transferam illam similitudinē Accij. i. quam adduxisti ex tragœdia Accii, non modo non ad inuidiam. i. non imputabo factum meum inuidiæ, sed trāsferam ad fortunam. i. imputabo fortunę, quam. s. fortunam, ego existimo leuem & imbecillem. i. debilem oportere frangi ab animo firmo & graui tanquam fluctum à saxo. i. à scopulo in mari posito. Etenim. i. nam certe cum plena sint monumenta. i. scripta ad memoriam rerum Græcorum. s. auctorum quemadmodum viri sapientissimi tulerunt regna. i. dominia & tyrannides, vel Athenis vel Syracusis, cum ipsi. s. sapiētissimi viri fuerunt quodāmodo liberi quia animus eorū non seruiebat, cum liberaliter quæ imperarentur facerent ciuitatibus suis. i. reliquis ciuibus, quibus præsidere debebant, seruientibus: quia inuite imperata obeuntibus. ego non putem, sup. me posse tueri statum meum, sic vt neq; offendam. i. lædam, & ad successionem prouocem animum cuiusquam, nec frangam i. non imminuam dignitatem meam. Quia necesse est sub tyranno alterum facere, aut illum offendere seruando dignitatem, aut illi obsequendo dignitatem diminuere. Nūc venio ad iocationes tuas. Quando. i. qm̄quidem tu introduxisti fm Oenomaum. i. fabulam illam ab Oenomao (vt iam dixi) denominatam Accii. s. poetæ, non Atellanam. i. actorem verbis rudibus, & in composito gestu, vt solebat olim. s. introduci, sed vt nunc fit, mimum. i. gesticulatorem, qui gestu verba, & mores eorum, quos agit, imitatur. Quē Popilium narras tu mihi, quem denarium sup. narras tu mihi? locus obscurus est, quia desiderātur Accii tragœdiæ, quibus notis, locus erit apertissimus, sicut qui diceret Gnathonem Terentii plane agis, si periisset Eunuchus Terentii plane obscurus esset locus, nunc clarissimus, Dubium est an denarium pro hoīe, an potius pro nummo accipiat, & dicat Cic. more Popilii emisse denario patinam Tyrotarichi. i. casei salsi & vetusti. vnde ait, quam patinam Tyrotarichi supp. narras mihi? ista. s. scōmata amara ferebantur facilitate. i. lenitate mea, nunc res est mutata. Ego habeo Hirtium & Dolabellam discipulos dicendi, & sup. magistros cœnandi, quia sumptus faciunt, aut coquēdi peritiores sunt. Puto. n. audisse te, si forte oīa. s. quæ Romæ fiant, perferantur ad vos, illos declamitare. i. frequenter se exercere in dicēdo per causas fictas apud me, & me cœnitare. i. frequenter cœnare apud eos. Autem i. sed nihil est q̄ tu eiures i iurādo eripias, & extorqueas mihi bonam copiam. s. obsoniorū. Hubert. intelligit eiures. i. expresse iures pee bonam copiam deam. Ego. n. faciebam te attentiorem quæstiunculis. i. paruis q̄onibus tunc, cum habebas rem. i. diuitias, hoc est te exercebam, vt hoīem qui mihi curæ esset, nunc, cum perdas bona. s. tua tam æquo. i. in vtranq; sortem, parato animo, non sis eo cōsilio i. ne hoc tibi persuadeas, vt cum recipias me hospitio, putes te accipere aliquam existimationem, aut potius æstimationem s. obsoniorū tuorū. Etiam. i. præter hoc q̄ bona tua mihi facis, hæc plaga. i. pœna & mulcta, est leuior ab amico, q̄ à debitore, quia lentius est nihil ab amico q̄ à debitore recipere. Nec tñ quæro. i. exigo eas cęnas, vt magnæ reliquiæ fiant. Id quod erit, sit magnificum & lautum. oīa accipi debent ioco dicta. Memini te narrare mihi cœnam Phameæ. s. lautam & immensam. sup. cęna tua sit tēperius. i. non sit tam magna: cetera. sup. fiant eodem modo. i. æque laute. Quod si perseueras vocare me ad cœnam matris. s. tuæ, ego feram. i. patiar quoq;. i. etiam id volo. n. videre animum sup. eius, qui audeat apponere mihi ista quæ scribis, aut

etiam

etiam polypum.i.piscem multorum pedum similem Iouis Miniani.i.rubicundi, quasi minio tincti. aut mimiani à mimo introducti in fabula, crede mihi non audebis sup.talem apponere. Fama de mea lauticia veniet ad te ante aduentum meum, tu eam timesces eam. Neq; est q ponas aliquid spei in promulside.i. dulciario illo aut liquamine ea mulso, hoc est quod putes me promulside contentum fore, quam.s. promulsidem ego sustuli.i. deposui de cœna mea totam. Ego.n. solebam delectari antea oleis & lucanicis.s. illis tuis salsis ex carne suilla rubente. Sed quid.i. ad quid loquimur hæc? liceat modo venire istò.i. ad illum locum vbi tu es. Tu vero redi ad Tyrotarichum.i. caseum salsum antiquum. volo.n. abstergere metum animi tui. Ego afferam tibi vnum sumptum, quia oportebit q calefacias balneum, cetera sup.facias & pares, more nostro nos iusimus i. per iocum diximus illa superiora. Tu & curasti diligenter & scripsisti facetissime de villa Seleiana. Itaq; ego puto me prætermissurum.i. dimissurum eam. Salis.n. satis.i. facetiarum est, parum sup. est Sanniorum.i. fatuorum, obscœniorum, quos Græci βωμολόχους vocant.

PAVL. MAN. TV autem q mihi bonam copiam eiures, nihil est) Hieronymus Ferrarius, legendum arbitratur, bonam copiam iures, hoc sensu: non est, quod te mihi semper præsto fore, tuiq; bonam copiam facturum esse iures. vt respexerit ad id, quod M. Varro scribit lib 6. de lingua Latina. Debitores non nulli pro pecunia, quā debebant, operas in seruitutem dabant, dum soluerent. id Sylla dictator sustulit; voluitq;, vt ij bonam copiam iurarent.i. vt, sui facultatē creditoribus semper esse facturos, iureiurando promitterent. Ferrarius sic accipiebat. ego aūt puto hic dictum esse, Quòd mihi bonam copiam eiures, pro q iures mihi, te non habere vnde sumptum facias. tantumq; abest, vt ex Varrone Ciceronis locum emendē, vt potius ex Cicerone Varronis locum putē esse corrigendū: vt legatur, voluitq;, vt ij bonam copiam eiurarent.i. vt iurarent, se non habere vnde creditoribus satisfacerent. hoc multis argumentis probare nunc conabor. recitabo locum Sex. Pompeii, qui nostram sententiam ita confirmat, vt dubitatio prorsus nulla relinquatur. Eiuratio, inquit lib. 5. significat, id, quod desideretur, non posse præstari, Plautus, Eiurauit militiā. Est igitur, Eiurare, iureiurando recusare. idq; satis tum ea, quæ attulimus, tum alia quoq; exempla declarant. § Aestimationem te aliquā putes accipere § allusit ad æstimationem possessionum, quā Cæsar per arbitros debitorum causa fieri voluerat, vt ii creditoribus facilius satisfacerent qua de re initio libri 3. de bellis ciuilibus, his verbis. Cum fides tota Italia esset angustior, neq; creditæ pecuniæ soluerentur, constituit, vt arbitri darentur; per eos fierent æstimationes possessionū, & rerum, quanti quæq; earum ante bellum fuissent, atq; eæ creditoribus traderentur. hoc & ad timorē nouarum tabularum tollendum, minuendumue, qui fere bella, & ciuiles dissensiones sequi consueuit, & ad debitorum tuendam existimationem esse aptissimum existimauit. Suetonius etiam in Cæsare, De pecuniis, inquit, mutuis, disiecta nouarum tabularum exspectatione, quæ crebro mouebatur, decreuit tādem, vt debitores creditoribus satisfacerent per æstimationem possessionum, quanti quasq; ante ciuile bellum comparassent, deducta summa æris alieni, si quid vsuræ nomine numeratum, aut perscriptum fuisset. qua condicione quarta pars fere debiti deperibat. Cum igitur Papirius ea eo Cæsaris decreto magnam à debitoribus plagam accepisset, æstimatis eorum possessionibus, non quanti venire tunc possent, sed quanti ante ciuile bellum fuissent; iocans, vt solet, Cicero, Ne credas, inquit, cum me hospitio recipias æstimationem te aliq̄ accepturum. & dixit, æstimationem aliq̄. tanq̄ si, magnum aliquod damnum, diceret. Papirius.n. æstimationes.i. prædia, per arbitros ita que æstimata, à debitoribus accipiens, crediti iacturam non minimam fecerat. deinde sequitur. Etiam hæc leuior est plaga ab amico, quām à debitore, hoc est, & tamen, q ab amico bona tua comedantur, non id tibi æque graue esse debet, atque illud est, quod debitorum causa deperdis: à quibus possessiones, quanti vendere nunquam poteris, accipiendæ tibi sunt.

CIcero in quandam ad Pætum epistola, Quam mihi, inquit, tyrotarichi patinam narras? facilitate mea ista ferebantur antea, nunc mutata res est.) quæri scio inter eloquētiæ Cic. candidatos, quid verbum non admodum frequens apud Latinos sibi velit, tam hic, q̄ epistolis ad Att. Inuenio apud Græcos dici quidem tarichos salsamentum, Suidas tñ, carnē intelligere mauult sale conspersam: addito etiam etymo παρὰ τὸ εἰς γαρὸν ἕξω χωρίζεσθαι, quod eliquetur inde tabes gari modo. nam ichor tabes est, aeruor. id fuisse annonæ vilioris, vt credam, facit Aristophanis interpres, cum in comœdia, cui titulus est ἱππῆς, ita scribat, ὅπου τὰ ταριχοπωλεῖον, ἀντὶ τοῦ ὅπου τὰ εὐτελῆ πωλεῖται. Vbi, inquit, est tarichopoleon, hoc est, vbi tenuia venduntur. Tarichos Phrygium, & Gadiricū est apud Eupolin, in Marica. Iul. Pollux Aegyptia addit, & Sardoa quoque. Sed & Tilui, Tarichos dicitur ab eodem, & λεπιδωτὸν, quod squāmatum intelligit, quod seruile cibarium fuisse monstrat comicus Pluto, καὶ πρίων ἅμα τῷ ἀλλῷ τάριχος πριάμενος τοῖς οἰκέταις. Ex ijs ducor coniectura non tam (vt monitorum plerisq; est visum) à Caseo duci Tyrotarichum, q̄ à loco, vbi conficeretur, moxq; Romā subuectaretur, vti ex Hispania, & locis alijs. Nec me fallit Apiciū scribere, quisquis is est, pate lā Tyrotaricho ex quocunq; volueris salso coques ex oleo eaossabis & cerebella cocta, pulpas piscium, iecuscula pullorum, caseum mollem eacaldatū, hæc omnia calefacies in patella. Apud Philippidē, Eustathio referente, legitur, τυρὸς καὶ τάριχος, vbi auctori idem probare nitiē, tarichos neutro dici genere. vt apud Menād ἐπίπασσε ἐπὶ τὸ τάριχος ἅλας. i. sale inspū tarichos. & mascul. apud Aristoph. τάριχον τοῦτον πλύνων i. tarichū abluēs hunc. Horęū tarichos inueni apud Pollucē lib 7 siue horaiarichos sicuti ēt tarichopolas, quos latine salarios dixit Martialis, hoc est qui salsamenta venduot.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petit a Papiro, vt scribat illi, qd de agris diuidundis futurū cēseat: simul exponit, quā spē de suis Cic. ppter Cæsaris bñuolentiā obtinebat.

CICERO S.D. PAPIRIO PAETO. 17

NOn tu homo ridiculus es, qui, cum Balbus noster apud te fuerit, ex me quæras quid de istis municipijs, & agris futurum* putem? quasi aut ego quidquàm sciam quod iste nesciat; aut, si quid aliquando scio, non ex isto soleam scire. immo vero, si me amas, tu fac, vt sciam, quid de* nobis futurum sit. habuisti.n. in tua potestate, ex quo vel ex sobrio, vel certe ex ebrio scire posses. sed ego ista, mi Paete, non quæro: primum quia de lucro prope iam quadriennium viuimus; si aut hoc lucrum est, aut hac vita, superstitem reip. viuere: deinde quòd scire quoq; mihi videor, quid futurum sit fiet.n. quodcunq; volent. qui valebunt: valebunt autem semper arma. nobis igitur satis esse debet, quidquid conceditur. hoc si quis pati non potuit, mori debuit. Veientem quidem agrum, & Capennatem metiuntur. hic non longe abest à Tusculano. nihil tamen timeo: fruor, dum licet: opto, vt semper liceat. si id minus contigerit: tamen, quando ego, vir fortis, idemq; philosophus, viuere pulcherrimum duxi, non possum eum non diligere, cuius beneficio id consecutus sum. qui si cupiat esse remp. qualem fortasse & ille vult, & omnes optare debemus: quid faciat, tamen non habet; ita se cum multis* colligauit. Sed longius progredior: scribo.n. ad* te. hoc tamen scito non modo me, qui consilijs non intersum, sed ne ipsum quidem principem scire, quid futurum sit. nos.n. illi seruimus, ipse temporibus, ita nec ille, quid tempora postulatura sint; nec nos, quid ille cogitet, scire possumus. hæc tibi antea non rescripsi, non quo cessator esse solerem, præsertim in literis: sed cum explorati nihil haberem, nec tibi solicitudinem ex dubitatione mea, nec spem ex affirmatione afferre volui. Illud tamen ascribam, quod est verissimum, me his temporibus adhuc de* isto periculo nihil audisse. tu tamen pro tua sapientia debebis optare optima, cogitare difficillima, ferre quæcunq; erunt. Vale,*

intimus Cæsaris amicus. num fore putem, vt diuidantur. nō de agris, sed de nobis ipsis. ep. 14. h. l. quem nihil latet. vide ep. 2. h. l. de agris istis diuidūdis hac ipsa epist.

HVBER. NOn tu § Romani moris fuit militibus veteranis post cōfectam militiam agros aliquos dare, quorum prouentibus possent senectutem suam & familiam sustentare, vt ostendit Iuuen. Tandem pro multis via iugera bina dabantur Vulneribus. Et Lucan. lib. 1. Pharſ. Quæ sedes erit e meritis, quæ iura dabūtur, Quæ noster veteranus aret. Id igitur tum Cæs. facturus diceretur, petiuerat Pætus à Cic. quid putaret esse facturum de his agris. Itaq; Cic. rescribens ostēdit, eum melius scire debere qui Balbum, Cæs. intimum & familiarem, apud se habuerit,

habuerit, à quo potuit omnia multo melius intelligere. Itaq; à Pæto petit quid putet non de agris, sed de seipsis esse futurum, Cęs. tenente oĩa. deinde tñ dicit Cic. quid intelligat de diuisione agrorũ: & licet ager suus Tusc. pp vicinitatem immineat periculo diuisionis, dicit tñ se non timere, sed vt virum fortẽ & philosophum existimare satis sibi esse, q̃ viuat, seq; amare Cęs. cuius beneficio habeat vitã. Postremo dicit non solum sibi, sed etiam ipsi Cęs. qui omnia regit, incertum esse quid sit futurum: quia res ipsæ pro tpibus mutantur. [Non tu] interrogatiue legendum est. nõ ne es homo dignus videri. q.d. simplex. [Balbus] qui Cæs. consilia nouit. [Municipiis] oppidis, quæ assignabantur ad habitationem militum. Lucan. An melius fient piratæ magne coloni. [Et agris] diuidundis. [Iste] Balbus. [Ex isto] q.a quidquid de factis Cæs. scio, Balbus mihi dicit. immo petit à Pæto quid putet futurum de seipsis. [Si me amas] adiuratio [Habuisti] Balbum. [Vel ebrio] quia bene poti facilius reuelant secreta. Hor. Quid non ebrietas designat, operta recludit? Vult autem intelligere, habuisti eũ apud te qui vel deliberata mente quod faciunt sobrii, vel ex casu & temere, vt faciunt ebrii, tibi dixit q̃d sit Cæs. facturus [Ista] .i. talia. [De lucro] .i. vltra quam sperabamus & optamus, Terent. Quidquid preter spẽ euenerit, in lucrũ deputato. [Quadriennium] quattuor annos præteritos. [Si aut] quasi correctio est. quia dixit lucrum esse q̃ viuat. [Aut vita] si vita potest appellari viuere post rempub. amissam. q.d quæ potius est mors. [Deinde] .s. non quæro ista. [Quòd] .i. q.a. [Videor scire] conijcio quodammodo quid sit futurum. [Fiet.n.] id, quod videtur scire, q̃ omnia regẽtur arbitrio eorum, qui habebunt potentiam. [Valebunt] poterunt. Valebunt arma significat q̃ magis regentur res vi quadam q̃ iustitia. [Quidquid conceditur] q.d. sola vita etiam sub imperio Cæs. q̃n viuendo aliter facere non possumus. [Hoc] sic ostẽdit Catonem non sine causa perijsse, ne veniret in hanc seruitutem. [Si quis] significat Cat. qui seipsum Vticæ interemit, ne Cæs. tyrãnidem videret. [Veientẽ agrum] agrum Veiorũ qui populi sunt finitimi Romanis. [Capenatẽ] A Capena oppido. vnde & porta, quæ illuc ducebat, Capena appellata est. Iuuen. Substitit ad veteres arcus madidãq; capenam. [Metiuntur] mẽsurant, vt diuidant s. Cæsariani. [Hoc] .s. quod metiuntur istos agros [Non abest longe à Tusculano] quia propinquum est, imminet periculo Tusc. propter vicinitatem. Virg. Mantuaue miseræ nimium vicina Cremonæ. [Fruor] capio voluptatem, & fructum ex eo agro. [Dum licet] dum permittitur mihi, dũ possum. [Semper liceat] .s. frui. [Id] vt fruar meo agro. [Minus] non. [Quando] q̃m [Vir fortis] bene armatus contra omnia diuersa. [Duxi] æstimaui. [Pulcherrimũ viuere] vitam esse pulcherrimam oĩum, quæ nobis contingunt. pro locis mutat Cic. sententias. alibi.n. ostendit vitam, amissa dignitate & honestate, nullo pacto esse appetendã. [Eum] Cæs. [Beneficio] liberalitate, quia poterat mihi eripere, si voluisset. [Id] .s. viuere. [Qui] excusat Cęs. q̃ licet bonam habeat voluntatẽ, necesse tñ sit eum multa facere ad arbitrium aliorũ, quos habet sibi coniunctos & amicos. [Quid faciat] .i. aliqd quod possit facere, vt vult. [Colligauit] q.d. implicauit. [Lõgius prog.] plura dico, q̃ opus erat. [Ipsum principem] ipsum Cæs. qui est princeps consiliorũ. [Nos.n.] rõ, quare Cæs. nesciat futura. [Ipse tpibus] .s. seruit. [Tempora] quæ assiduæ mutantur. [Ille] Cæs. [Cogitet] habeat in aĩo, quia cogitationes alieni cordis nobis sunt ignotæ. [Non rescripsi] cum à me petisses. [Antea] olim. [Cessator] piger. [Nihil explorati] nihil certi. [Nec] duplicem assignat rõnem quare citius non rescripserit: quia cum nihil haberet explorati, noluit ponere rem in dubio, ne ex dubitatione daret ei solicitudinẽ: nec voluit etiam affirmare, quod erat incertum, ne ex affirmatione daret spẽ vanam. [Ascribam] subiungã, quasi post oĩa scribam. [De isto periculo] quod tu times imminere nobis. [Tu tñ] consiliũ sapientis, vt optemus à deis semper optima, & tñ cogitemus potius mala posse euenire, q̃ bona. quia si ita cogitabimus, minus nos oppriment, quia p̃cogitata euenient etiã si erunt mala. Si aũt euenient bona, id erit in lucro quia cũ cogitatio nostra esset de malis superuenerit. [Quęcũq; erunt] siue bona siue mala. Virg. Quidquid erit superanda oĩs fortuna ferẽdo est.

ASCEN. NVm tu homo &c.] Mos erat Romanis, vt veteranis militibus aliquot agros ad vitæ sustentationem darent: quod Cæs. se facturum decreuerat. quod cum Pætus à Cic. doceri voluit, scribit eum melius debere scire, qui Balbum consulere potuerit. aperit tñ quid sentiat: & quo animo, quod euenerit, ferendum sit, docet. Ordo est. Num .i. nõne tu o Pæte es homo ridiculus .i. risum excitans, & ridendus quia Bcum Balbus noster fuerit apud te, quæras ex me quid putem futurum de istis municipijs .i. oppidis municipalibus & agris .s. illis adiacentibus quos rumor erat Cæs. velle veteranis suis distribuere, quasi aut ego sciã quidq̃ quod iste .s. Balbi nesciat, aut, si ego scio quid .i. aliquid aliquã, ego non soleam scire sup. ex isto .s. qui apud te fuit, hoc est ex Balbo. Immo vero .i. e cõtrario, si tu amas me, tu fac, vt sciam quid sit futurum de nobis .i. de agris nostris. Tu.n. habuisti in tua ptãte .s. Balbum, ex quo tu posses scire vel ex sobrio, vel certe ex ebrio, quia ebrius, insipiens, pueri dicent tibi verũ. Sed o mi Pæte ego non quæro ista .i. non sum solicitus de istis rebus. Primũ quia viximus, iam prope .i. quasi quadriennium, de lucro .i. vltra q̃ putauimus nos viuere posse, si aut hoc est lucrum, aut hic est vita videlicet, viuere superstitẽ reip. .i. post interitũ reip. Deinde non quæro, sup. q̃ .i. eo q̃ ego videor mihi scire, quoq; .i. etiam quid sit futurũ. Enim .i. quia, id sup. fiet quodcunq; volent qui valebunt .i. plus poterunt, aũt .i. sed arma .i. in armis p̃stantiores, vt Cæsariani valebunt semper. Igitur satis debet esse nobis quidquid conceditẽ. Siquis non potuit pati hoc .i. vt habeat satis ex eo quod sibi conceditur, ipse debuit mori. Quidẽ .i. certe sup. Cæsariani, metiuntur .i. metiendo inter se diuiduxe agrum Veientẽ & Capenatem .i. iuxta Veios & Capenas iacentem, hic .s. ager nõ abest longe à Tusculano .s. agro, vbi Cic. erat possessio. Tñ .i. nihilominus, ego nihil timeo .s. de ablatione agri mei Ego fruor .i. ex eo fructũ capio, dum .i. quandiu licet apto vt liceat semper. Si id .i. semper licere frui meis minus .i. non contigerit .i. datum sit tñ q̃n .i. q̃m, ego vir fortis .s. habitus aut haberi cupidus .i. philosophus, duxi .i. æstimaui, viuere esse pulcherrimum, non possum non diligere eum .s. Cæsarem, cuius beneficio ego consecutus sum id .s. vt viuam. Qui si cupiat remp. esse, qualem & .i. ẽt ille vult fortasse & nos oẽs debemus optare: tñ non habet quid faciat, quia non posset etiã si vellet, remp. restituere pristinæ libertati. ita .i. vsq; adeo colligauit .i. deuinxit se cũ multis, qui .s. si resp. vigeret, deponendi essent. Sed ego progredior longius .s. q̃ necesse est. Scribo.n. ad te cui .s. pauca sufficerent, cũ sis vir prudẽs & perspicaci ingenio. Tñ scito hoc non modo me, qui non intersum, consilijs, non scire quid futurũ sit, sed nequidem .i. non etiã ipsum principem .s. Cæs. scire quid sit futurũ Vbi est non modo non me, legi posset non modo me, vt illa negatione vtriq; particulæ seruiret. Nos seruimus illi .s. Cæs. ipse sup. seruit .i. inseruit tpibus .i. rebus se pro tpe habentibus. Ita nec ille sup. scire põt quid tpa sint postulatura, nec nos possumus scire quid ille cogitet. Ego non scripsi hæc antea nõ q̃ melius q̃ quo solerem esse cessator .i. pigritans, præsertim in literis .s. scribẽdis, sed cum nihil haberem explorati .i. certi, nec volui afferre tibi solicitudinem ex dubitatione mea, nec spem ex affirmatione .s. de re dubia. Ego tñ adscribam .i. scribendo addam illud, quod est verissimum, me nihil audisse adhuc his tẽporibus de periculo isto .s. quod times de agris nobis eripiendis: tu tamen debebis optare optima pro sapientia tua .i. s̃m quod exigit sapiẽtia tua, & debebis cogitare difficillima .s. explicata posse euenire, & debebis ferre quæcunque erunt siue difficillima, siue mediocria.

VIx fortis, idemq; philosophus) sic in meo vetere libro, & duobus Sigonianis. est aũt peruenusta sententia. cum & viri fortes, ex animi quadã præstantia, & philosophi, ex doctrina, patriam, honestatẽ, libertatem vitæ anteponant; ego tñ, qui vtrunq; profiteor, & virum fortem, & philosophum, viuere pulcherrimum duxi. Itidem locutus est epist. 1 t. huius libri: Caninius idem tuus, & idem noster: Et lib. 1 t. de Diuin. M. Marcellus, idem imperator, idem augur optimus. Cum igitur & veteres libros, & sententiam ipsam, & consuetudinem latine loquendi sequar, dissentire cogor ab ijs, qui non, Idemq;, sed Idem quod, imprimi voluerunt. nunq̃ enim, quoad quidem per me liceat, studio sum lectorem fraudari veritate pariar. [Nõ modo] me libri vẽs vetusti hanc lectionem habent; quam, vt incorruptã, secuti sumus. qui aũt ea sunt offensi, ex ingenio particulã, non, interiecerunt vide quę diximus in illum locu epistolæ penultimæ libri 1. Non modo præmijs, sed ne periculis quidem. PAVL. MAN.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Dicit se oĩbus modis nõ modo vti, sed & frui suo cõsilio & prudentia, q̃a bonarũ artiũ studia sibi cordi esse asserit, & de ludo quoq; suo iocat.

CICERO S. D. PAPIRIO PAETO. 18

*CVm essem otiosus in Tusculano, propterea quòd *discipulos obuiam miseram, vt ijdem me quã maxime conciliarent familiari suo; accepi tuas literas plenissimas suauitatis: ex quibus intellexi, probari* tubi

.s. Cæsaris amicorum amicitia, Hirtij, Dolab.

tibi meum consilium, quòd, vt Dionysius tyrannus, cum Syracusis expulsus esset, Corinthi dicitur ludum aperuisse; sic ego, sublatis iudicijs, amißo regno forensi, ludum quasi habere cœperim. quid quæris? me quoq; delectat consilium. multa.n. consequor. primum id, quod maxime nunc opus est, munio me ad hæc tẽpora. id cuiusmodi sit, nescio; tantum video nullius adhuc consilia me huic anteponere. nisi forte mori melius fuit: in lectulo, fateor; sed non accidit. in acie non fui. ceteri quidem, Põpeius, Lentulus tuus, Scipio, Afranius fœde perierunt: at Cato præclare. iam quidẽ, cum volemus, licebit: demus modo operam, ne tam necesse nobis sit, quàm illi fuit: id quod agimus. ergo hoc primum. sequitur illud: ipse melior fio, primum valetudine; quam intermissis exercitationibus, amiseram: deinde ipsa illa, si qua fuit in me, facultas orationis, nisi me ad has exercitationes retulissem, exaruisset. Extremum illud est, quod tu nescio, an primum putes: plures iam pauones confeci, quàm tu pullos columbinos. tu istic te Ateriano iure delectato, ego me hic Hirtiano. veni igitur, si vir es, & disce iam* προλεγόμενα quæ quæris. etsi sus Mineruam. sed quando, vt video, æstimationes tuas vendere non potes, neq; ollam denariorum implere: Romam tibi remigrandum est. satius est hic cruditate, quàm istic fame. video te bona perdidisse: spero idem istuc* familiares tuos. actum igitur de te est, nisi prouides. potes mulo isto, quem tibi reliquum dicis esse, quando cantherium comedisti, Romam peruehi. sella tibi erit in ludo, tanquam hypodidascalo,* proximam: eam puluinus sequetur. Vale.*

quia do operam vt munium me ad ista &c.

i. iam dicta

cenam tibi dare solitos

prope meũ solium.

RVAAA.

CVm essem } Occupata rep. à Cæs. cum Cic. arti nullus esset locus in curia, aut in foro, vt ipse multis locis conquestus est, se totum abdidit in studia literarum, vt ex eis aliquam medicinã miseriarum acciperet, & quosdam adolescentes nobilissimos, in arte dicendi docẽdos, accepit, non tñ multos, vt multi suspicantur, qui credunt eum aperuisse ludum oibus venire volentibus: habebat.n. paucos, vt Balbum, Hirtium, & Dolabellam: licet ipse gratia ioci dicat se aperuisse ludum. itaq; hac epist. iocatur cum Pæto, & ostendit se sapiẽtius fecisse qui secutus sit tpa, q̃ eos qui seipsos interemerunt. Commemorat cõmoditates, quas ex hoc exercitio consequitur. Postremo irridet Pætum qui bona sua paulatim consumerat. significat.n. eum aliqñ deuenturum ad eundem exitum, ad quem ipse peruenit, vt aperiat ludum literarium, sed minore tñ auctoritate. } Otiosus } sine occupatione. } Discipulos } Hirtiũ & Dolab. quos supra dixit se habere dicendi discipulos, & cœnandi magistros } Familiari } Cæs. cui miserat eos obuiam, cum intelligeret eum venire Romam, vt conciliarent ipsum alienatum pp partes Pomp. qoas secutus fuerat. } Probari } laudari. } Consilium meum } id, quod institui facere. } Quòd } quia. } Vt Dionysius } honestat Cic. factũ suum illustri exemplo à rege sumpto, & simul per transitum ostendit principibus & regibus prodesse interdum etiam scientiam, & literarum cognitionem. } Dionysius } filius prioris Dionysij, de quo Cic. mentionem facit lib. 3. Tusc. quæst. quod ludum aperuerit Corynthi, cum Syracusis expulsus fuisset. & Ouid. lib. 4. de Ponto, Ille Syracusia modo formidatus in vrbe, Vix humili duram repulit arte famem. } Corinthi } in Corintho. aduerbialiter posuit, est autem vrbs Achaiæ, de qua supra alio loco plura memoranda diximus. } Ludum } scholam. ponitur.n. ludus pro loco vbi exercetur aliqua ars: vnde dicimus ludum palæstræ, ludum literarũ. } Sublatis } amotis. } Iudicijs } caussis iudicialibus quas solebam agere. } Regno forensi } ad laudem suam dixit, quia ita obtinebat principatum inter oratores Cic. vt diceretur regnare in caussis. } Quasi } vt ostẽderet se penitus esse magistrũ docendi. } Quid quæris? } genus dicendi cum volumus breuiter aliquid concludere q.d. non est opus pluribus. sic Hor. in epist. Quid quæris? viuo, & regno, simul ista reliqui. Quę vos ad cœlum fertis tumore seuero. } Multa } s. cõmoda. } Munio } facio me fortem. } Ad hæc tpa } contra conditionem horum temporum, quæ est pessima. } Cuiusmodi } quale. } Id } s. quod sequor literas. } Me anteponere c. } i. plus laudo consiliũ meum, q̃ aliorũ, quidquid alij faciunt. } Nisi forte } occurrit obiectioni } In lectulo fateor } i. si mortuus essem in lecto meo, vt dici solet, febri, vel alio morbo consumptus, fateor q̄ melius fuit mori: sed non accidit: fortuna noluit, vt in lecto morerer. } In acie } i. in bello, quia poterat etiã obijci quare nõ potius voluisti perire in bello pugnando pro libertate, quod fuisset tibi summæ laudi, vt, Pulchrumq; mori succurrit in armis. rñdet se non fuisse in bello. } Lentulus, Afranius } isti fuerunt duces Pomp. } Pompeius } s. Magnus. } Fœde } crudeliter, vel certe turpiter & ignaue. Mors Põp. à Plut. & App. & ab alijs ita scribitur, vt hic non sit memoranda. vide etiã Lucan. } Scipio } pater Corneliæ vxoris Pomp. cum.n. esset Cæs. post mortem Cat. qui seipsum Vticæ interemerat ex trecentis, qui senatus formã præferebant, quoscunq; reperiret, morti traderet: L. Scipio, qui eo in bello imperator erat, hyemem, in mari agens, hostilibus nauibus casu obuius peregre gie se gessit, donec fortuna aduersante eius naue superata seipsum interemit, sponteq; in mari p̃cipitem se dedit. } At Cato prę clare } s. perijt. i. cum magna laude. qm̃ maluit mori liber, q̃ viuere seruus. } Istuc } s. perire. } Licebit.n. cum volemus } erit semper in potestate nostra quotiescunq; placebit. } Demus operã } enitemus } Illi } Catoni i. ne ita sit nobis necessitas nos interficiendi, sicut illi fuit. } Id } ne sit nobis necesse. } Primũ } q̄ diximus munire nos ad hæc tpa. } Illud } quod mox dicam } Melior f } melius habeo, &, vt vulgarius dicã, melius sto. } Valetudine bona } s. fio melior. i. quantũ ad sanitatem. } Exercitationibus } quæ plurimũ conferunt ad conseruationem humani corporis, vt infra ipse scribet ad Tir. } Deinde } alia ratio, q̄ nisi dedisset se exercitationi, amisisset oẽm facultatem dicendi, quã habebat. } Audiat n. del. } immo & otiosa iuuentus, quæ satis putat semel in anno scribere epistolam aut carmen, & posse retinere dicendi facultatem, cum fons eloquentiæ veretur, ne parua intermissione exaresceret. } Exaruisset } exiccata esset, tractum ab aquis. } Extremum } vltimum. & incipit iocari. } Primũ } i. pręcipuum & anteponendum oibus alijs cõmodis } Pauones } qui ita erant in delicijs, vt pontificali cœnæ apponerentur. Primus aũt posuisse dicitur Hortẽ. cum augur esset, vt scribit Plin. apud quem vide plura de pauonibus. } Confeci } consumpsi, qui mihi sunt donati à discipulis meis. } Pullos colũbinos } qui sunt viliores } Ateriano } quidam somniauit Ateriom & Hirtium fuisse coquos, qui bene fercula condirent: re aũt vera Aterius familiaris erat Pæti; Hirtius vero Cic. vt supra dixi. dicit ergo Cic. vtere tu iure, qđ dabit tibi Aterius tuus, ego aũt iure quod dabit mihi Hirtius meus } Delectato } fruitur. } Iure } brodio, aqua cõdita, & pingui. } Προλεγόμενα } προλέγω predico significat. Intelligit aũt Cic. propõnes. i. sententias quas Hirt. & Balbo p̃ponebat, ad quas audiẽdas inuitat, Pæt. sed ne eum ad indignationem moueret, subdit. } Etsi sus Mineruam } i. licet ego imperitus doctissimum velim docere. Sus. n. ad Mineruam deam sapientiæ nullam habet comparationẽ. } Sus } i. ego imperitus, tanq̃ sus erat aũt prouerbium. } Qñ } qm̃ } Aestimationes } qoidam diuinant significare, quæ vulgo præcipue Mediolani appellant, libella vel augmenta facta super bonis emphitheoticis: ego aũt puto Cic. intelligere per æstimationes, censum oẽm, quem per iocum dicit Pætum non posse vẽdere, quia ille cõsumpserat ferè omnia bona, vt paulo post apertius dicet. } Non potes vendere } quia nullæ iam tibi relictæ sunt. } Ollã } vrnam. } Remigrandum } reuertẽdum. } Hic } Romæ. s. laborare, vel perire. } Cruditate } ingurgitatione & repletione ciborũ nam crudus dicitur, qui tñ comedit, vt non facile concoquat. Iuuen. Et crudum pauonẽ in balnea portas. pauonem.n. dicit crudum non duræ digestionis, vt quidam putant, cum sit cibus delicatissimus, sed pp nimiam repletionem. sic Horat. Crudi tumidiq; lauemur. } Spero } pro timeo. est aũt acyrologia: vt, Hunc ego si tñ potui sperare dolorẽ. } Factũ de te } i. actum de te. i. nulla spes est de te, & rebus tuis } Prouehi } portari. } Mulo isto } iocatur Cic qa Pætus vẽdiderat equum, & scripserat, reseruasse sibi tñ mulum } Cantherium } equum, cui testiculi amputati sunt, qui ideo fit, mansuetior. distat aũt ab equo, q̄ Maialis à verre, capus à Gallo, veruex ab ariete. } Reliquum } relictum superfuisse tibi. } Comedisti } facete, quia pecuniam, quã ex cantherio vendito contraxerat, in ventre consumpserat. sic Iuuen. Quis.n. te deficiente crumena, Et crescente gula manet exitus ære paterno? Ac rebus mersis in ventrẽ fœnoris atq; Argenti grauis, & pecorum agrorumq; capacem. } Sella } incipit iam eum deridere, quia dixit se aperuisse ludum, significat Cicero, q̄ etiam cogetur Pætus idem facere. Dicitur ergo Sella cathedra à sedendo. } Hypodidascalo } secundo magistro, qui cum primo & generali magistro subest, dicitur hypodidascalus ab ὑπὸ, sub & διδάσκαλος, magister. vulgo ap-

Scipio se ipsum, vt Cato, occidit, ergo nõ fuit de. epitome Liuiana lib. 114.

go appellat repetitorem. § Proaima § post me. § Puluinus § torua quasi pluminus solet aut supponi cathedris, vt mollior sit sessio.

ASCEN. Cvm essem § Amissa rep. se dicit ad literarum studia conuersum, Balbo, Hirtio, Dolabellæ ludum aperuisse, eo quod illos in arte dicendi exercoit, non tamen post consulatum mercede præcepit. Ordo est. Cum essem otiosus in Tusc. s. agro cum domo, propterea quod miseram discipulos. i. meos obuiam. s. officij gratia, vt opinor, Cæs. vt iidem s. discipuli mei Balbus, Hirtius, & Dolabella côciliarent i. amicitia coniungerent me, quam maxime familiari suo. s. Cæs. accepi literas tuas plenissimas suauitatis. Ex quibus intellexi consiliū meum probari. i. approbari, tibi, i. à te, quod vt. i. quemadmodum Dion. tyrānus cum esset expulsus Syracusis, vrbe Siciliæ, vbi tyrannidē exercuerat, dicitur aperuisse, i. oībus patefecisse, ludum. s. literarium, hoc est scholas publicas, sic ego iudicijs. s. fori sublatis & regno forensi. i. actione causarum in qua Cic. nuper regnauerat amisso, cœperim habere quasi locū. i. locum exercitationis in arte dicendi. Quid quæris. i. quid vis vt amplius dicam? consiliū sup. hoc delectat quoq;. i. etiam me. Ego. n. consequor. i. obtineo multa. Primum munio me ad hæc tēpora, vitam tuendo & amicos côparando, quod est maxime opus nūc. Id cuiusmodi &c. Ordo est. Nescio cuiusmodi. i. quale sit id. s. se munire ad tempora, tamen. i. duntaxat video. i. cognosco me nullius consilia anteponere. i. præferre adhuc huic. s. consilio meo nisi forte melius fuit mori in lectulo. i. non violēta morte, fateor. s. melius fuisse si accidisset, sed non accidit, & non fui in acie. s. vt violenta morte perirem. Ceteri quidē sup. nobiles viri vt Pompeius, Lentulus tuus, Scipio, Afranius perierunt fœde. i. ignominiose. aūt. i. sed Cato sup. dices, quod perijt præclare, quia Vticæ ne in potestatem Cæs. veniret, sibi manum intulit. Alij aūt aut fugam meditantes, aut non fortiter bellantes perierunt. August. tamen sanctus in lib. de ciuit. Dei, docet Catonem neq; fortiter, neq; prudenter, neq; iuste egisse inferendo sibi manum. Iam quidē istuc. i. sic præclare perire, vt Cato Vtic. perijt, licebit. i. concedetur sup. nobis cum volemus, modo. i. solūmodo demus operam. i. efficiamus ne sit tam necesse nobis. s. sic perire, quam fuit illi. s. Catoni, qui perpetuum tenorem vitæ suæ conseruare non potuisset nisi mortē sibi consciuisset, id quod. i. quā rem agimus. i. curamus. ergo hoc. s. quod dixi me munire ad hæc tēpora est sup. primum, illud. s. manū inferre in summa necessitate, sequitur. i. est secundarium. Ipse. i. ego fio melior, primū valetudine quia sanior fio, quam. s. valetudinē amiseram exercitationibus s. in dicendi arte amissis. deinde illa ipsa facultas. i. facilitas & potestas orationis, si qua fuit in me, exaruisset. i. extincta fuisset, nisi retulissem me ad has exercitationes. s. dicendi, declamandi, scribendi. Illud. s. quod iam dicam, est extremum, quod nescio an tu putes primū. i. primo eligendum, ego iam confeci. i. assumpsi, deuoraui iam plures pauones, quam tu sup. confecisti pullos columbinos. Delectato tu istic. s. vbi es tu, iure. i. succo, seu brodio, hoc est aqua, in qua carnes sunt decoctę, Ateriano. i. quod Aterius tibi apponit. Ego sup. delectabo me bis sup. iure Hirtiano. i. quod Hirtios, familiaris meus, & Cæs. amicus mihi apponet. Igitur veni si es vir. i. virilis animi, & disce prolegomenas. i. prædicationes, & declamationes præuias, quas quæris. Etsi. i. quamquam hoc ego videor facere quod sus. i. imperitissimum aial, sup. faceret docēdo Mineruam. i. deam scientiæ, & artificij oīs inuentricem. Sed qn. i. quoniam vt video. i. cognosco, tu non potes vendere æstimationes tuas. i. prætia rerum tuarum, neq; implere, ollam. i. fideliam, hoc est vas terreum in terram defodiendum, denariorum. i. nūmis, remigrandum sup. est tibi Romam. Satius est, sup. perire hic. i. Romæ cruditate. i. cibo indigesto propter crapulam, quam istic. s. vbi es, fame. ego video. i. intelligo te perdidisse bona, & spero istos familiares tuos idem. s. fecisse. Igitur actum est de te. i. tu peristi, nisi prouideas. Omnia iocose sunt dicta, non tamen sine notatione Pæti. Tu poteris peruehi Romam isto molo, quem dicis relictum fuisse tibi, quandu. i. quoniam, comedisti. i. prætia in obsonijs absumpsisti, cantherium. i. equum castratum, & molliter ingredientem, ideo aūt castratum ne inter equas petulantior sit. Sella. i. sedes erit tibi in ludo literario, hoc est in schola mea, proxima. s. mihi præceptori, tanquam hypodidascalo. i. submonitori, seu submagistro. puluinus. i. plumis oppletum sedis fulcimētum sequetur eam. s. sellam, hoc est habebis super sellam puluinum.

PAVL. MAN. Æstimationes tuas vendere non potes) hunc locum qui recte interpretaretur, neminem video fuisse. significat autem possessiones per æstimationē à debitoribus acceptas. &, quemadmodum supra, posuit æstimationes pro rebus æstimatis.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Iocosa epistola, qua accusat Pætum, qui negauerat Balbum magnifice a se exceptum, cum aliud Balbus confessus sit.

M. CICERO S. D. PAPIRIO PAETO. 19

TAMEN à malitia non discedis. tenuiculo apparatu significas Balbum fuisse contentum. hoc videris dicere, cum reges tam sint continentes, multo magis consulares esse oportere. nescis me ab illo omnia expiscatum: recta. n. à porta domum meam venisse. neq; hoc admiror, quòd non ad tuam potius, sed illud, quòd nec ad suam. ego autem tribus primis verbis, Quid noster Pætus? at ille adiurans, nusquam se vnquam libentius. hoc si verbis assecutus es; aures ad te afferam non minus elegantes: sin autem obsonio; peto à te, ne pluris esse Balbos, quàm disertos putes. Me quotidie aliud ex alio impedit. sed, si me expediero, vt in ista loca venire possim; non committam, vt te sero à me certiorem factum putes. Vale.

quasi rex esset Balbus, quia potentissimus erat apud Cæsarem.

HVBER. Tamen § Scripserat Pætus ad Cic. Balbum à se conuiuio modico, & tenui acceptum contentum fuisse: sed quoniam ipse Cic. iturus erat ad Pætum, dicit eum hoc astute & malitiose scripsisse, vt significaret, quod si Balbus, qui erat vir magnæ auctoritatis apud Cæs. fuerat côtentus tenui apparatu, multo minori deberet esse contentus ipse Cic. dicit aūt se locutum esse cum Balbo, & oīa ab eo cognouisse: qui multum laudauit Pætum. vnde nō videtur esse verū, quod apparatus fuerit tenuis. Petit aūt ab eo, ne eum minoris æstimet, quam Balb. Hæc aūt omnia ex ioco dicta sunt § Tamen § inceptiua est particula, sicut etiam sæpe hęc dictio, ergo. § Non discedis à malitia § pergis in malitia, & astutia tua. § Tenuiculo § modico, paruulo. § Hoc videris dicere § das mihi hoc intelligēdum. § Reges § diuites, vt est Balb. nam rex pro diuite ponebatur. § Continentes § moderati, frugales in victu. § Consulares § sicut ego sum. sunt. n. consulares minores regibus. § Expiscatum § i. diligenter inuestigasse. tractum à piscatoribus qui arte pisces inquirūt & capiunt. § Venisse § s. nescis. § Recta § s. via, sed magis intelligitur, quam apponitur. § A porta vrbis § ille. n. accepit iter domum meam. § Ad suam § i. venerit. § Quid § s. facit. § Adiurans § s. dixit. § Nusquam § apud aliquem. § Libentius § fuisse. § Hoc si § iocatur Cic. & h. d. quod Balb. tamen te laudet, aut verbis blandis. & dulcibus, quæ ei dixisti, hoc assecutus es, aut obsonijs. i. delicata cœna: si verbis assecutus es; ego etiā præstabo tibi aures non minus ad audiendum elegantes, quam ipse. si aūt fuerint obsonia quibus eū ita ceperis, noli me minoris facere quam ipsum. § Balbos quam disertos § i. ipsum quam me. q. d. si ipse est Balb. ego sum Cic. iocatus est aūt in nomine proprio illius, trahens ad appellatiuum. Balbus. n. dicitur qui non bene exprimit verba; disertus aūt, qui eleganter, & expedite dicit ita aūt plerunq; solemus iocari, vt puta si quispiā lōgioris corporis dicatur de eo, qui proprio noīe vocetur Picininus, noli pluris facere picininos, quam magnos. i. quam me, qui sum magnus. & ita Cicero, quam me, qui sum desertus. § Aliud ex alio § i. innumerabilia negotia. i. aliud post aliud. Sic Virg. Nos alia ex alijs in fata vocamur. § Non cōmittam § non faciam. sed quasi de malo dixit, committam. § Sero § ne possis postea te excusare, quod melius parasses, si citius esses factus certior.

ASCEN. Tamen à militia &c.) Scripserat Pætus Balbum à se tenui mensa acceptum, & contentū fuisset. Sed quoniam Cic. iturus erat ad Pætū ipsum, dicit eum hoc fecisse astute. vt Cic. qui minor Balbo erat, cogatur minore sumptu contētus esse. Verum quia à Balbo laudata est cœna, petit se non minoris à Pæto fieri, quam Balbum fecerit. Omnia aūt per iocum scripta puto. Ordo est. Tamen. i. tametsi, te sæpe admonui, vt simplicius & benignius mecū agas, tu non discedis à malitia. i. fraude & versutia tua. Tu significas Bal. fuisse contentū apparatu tenuiculo. i. aliquantulum tenui, & hoc dicendo, videris dicere, hoc cū reges. i. opulentissimi viri, & magnifici cœnarum datores, aut reges, hoc est Cæs. familiares, sint continētes. i. modici sumptus, oportere consulares, sup. viros, qualis erat Cic. multo magis sup. continentes esse. Tu nescis me expiscatū. i. quasi per piscationem, qua pisces capiuntur, oīa subtiliter extorsisse ab illo. s. Hirtio. Enim. i. quia, nescis sup. venisse domū meam, recta. i. nullam partē exorbitādo à porta. s. vrbis. Neq; admiror hoc quod non potius sup. venerit ad tuam. s. domū; sed illud, sup. admiror, quod nec sup. veneret prius ad suam, sup. domum quam ad meam. Ego aūt, sup. allocutus sum, aut percunctatus tribus primis verbis, Quid noster Pætus, sup. egit te recipiendo? at ille Bal. adiurans, sup. dixit, nusquam libentius. s. cœnaturum, aut cœnatum fuisse. Si tu assecutus es hoc. i. tale testimonium

testimonium Balbi, aut talem prædicationem Balbi verbis. i. sermonibus ego afferam ad te non minus elegantes aures ĩ q̃ Balbus. Sin autem. i. sed si sup. assecutus es, obsonio. i. genere cibi, ego peto. i. exigo à te, ne putes Balbos, q. d. balbutientes. alludit enim ad vocabulum, cum Balbus minime balbutiret, quàm disertos. q. d quam me diserte loquerer. Aliud. s. impedimentum, sup. ortum ex alio. i. vnum natum ex alio impedit quotidie me, sed si expediero me. i. liberauero his impedimentis ita, sup. vt possim venire in ista loca. s. vbi tu es. non committam. i. non faciam, aut non dabo occasionem, vt putes. i. putare possis te factum certiorem à me. s. de aduentu meo serò. i. nimis tarde, ne. s. excusandus sit, si nihil parauerit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Iocosa & hæc epistola, dũ de studio suo culinario Pætũ certiorẽ facit.

M. CICERO S. D. PAPIRIO PAETO. 20

forte ob mala a Papirio dono missa.

*DVPLICITER delectatus sum tuis literis, & quòd ipse risi, & quòd te intellexi iam posse ridere. me autem à te, vt scurram velitem, * malis oneratum esse, non moleste [...] illud doleo, in ista loca venire me, vt constitueram, [...] fuisse. habuisses. n. non hospitem, sed contubernalem. [...] quem virum? non eum, quem tu es solitus promulside conficere. integram famem* ad ouum afferο: itaq; ad assum vitulinum opera perducitur. illa mea, quæ solebas antea laudare, o hominem* facilem, o hospitem non grauem, abierunt. nam omnem nostram de rep. curam cogitationem de dicenda in senatu sententia, commentationem causarum abiecimus: in Epicuri nos, * aduersarij nostri, castra coniecimus, nec tamen ad hanc insolentiam, sed ad illam tuam lautitiam, veterem dico, cum in sumptum habebas: etsi nunquam plura prædia habuisti. proinde te para: cum homine edaci tibi res est, & qui iam aliquid intelligat. ὀψιμαθεῖς autem homines, scis, quàm insolentes sint. dediscendæ tibi sunt sportellæ, & artolagani tui. nos iam ex areis tantum habemus, vt Verrium tuum, & Camillum, qua munditia homines? qua elegantia? vocare sæpius audeamus. sed vide audaciam Hirtio cœnam dedi, sine pauone tamen. in ea cœna cocus meus præter ius feruens nihil potuit imitari. Hæc igitur est nunc vita nostra mane salutamus domi & bonos viros multos, sed tristes, & hos lætos victores: qui me quidem perofficiose, & peramanter obseruant. vbi salutatio defluxit, literis me* inuoluo: aut scribo, aut lego. veniunt etiam, qui me audiant, quasi doctum hominẽ quia paulo sum, quàm ipsi, doctior. inde corpori omne tempus datur. patriam eluxi iam & grauius, & diutius, quàm vlla mater vnicum filium. sed cura si me amas, vt valeas: ne ego, te iacente, bona tua comedam. statui. n. tibi ne ægroto quidem parcere. Vale.*

ad initium cœnæ.

qui quolibet cibo cõtẽtus esset. ep. 56. h. l.

magna. n. Epicuro cũ Academicis de sũmo bono cõtrouersia est.

abdo me in literis, idem est. ep. 31. lib. 7.

HVBAR,

DVpliciter} Iocatus fuerat liberius cũ Cic. Pætus: & enim aliquãtulum, vt coniicimus ex hac epist. tetigerat: quod Cic. non sibi molestum fuisse significat. deinde quia promiserat se iturum ad Pætum, dicit se nũc non posse ire: & cum eo iocatur, de se faceta quædam narrans. Postremo scribit quæ vita sit sua. i. quid agat in miseriis patriæ: quam dicit se plus luxisse, q̃ mater soleat lugere filium mortuum. {Dupliciter} duabus de causis. {Vt s.} tanquam mimum. {Velitem} iocularibus verbis expositum. nam velitatio, teste Festo, dicta est vltro citroq; proborũ obiectatio, ab exemplo velitaris pugnæ. Velites. n. erãt milites ad pugnam agiles, qui prælium lacessabant & inchoabant. Naso in Ibin: Vtq; petit primo plenum fluentis arenæ, Nondum calfacti velitis hasta solum. Inde velitari, agiliter pugnare, & contẽdere significat. {Malis} maledictis, probris. {In ista} vbi tu es. {Non hospitem} i. non commoratus essem apud te paucos dies, vt hospes, sed multos, vt contubernalis. qui idem dictus est, q̃ iisdem tabernis vtatur. Dicuntur aũt tabernæ auctore Vlp. iurisc. omne vtile ad habitandum ædificium, ex eo quod taberna tabulis claudebatur. {Constitueram} tecum pepigeram. {At quem virum} s. habuisses. {Promulside} diximus supra esse genus liquaminis, vel salsamenti. {Conficere} s. curare, implere. {Integram} totã. {Vitellus} oui pars rubra. Horat. in Serm. Quatenus ima petit voluẽs aliena vitellus Idẽ, Nanq; marem cohibent callosa vitellum. {Opera mea} edendi. {illa} dicit nunc Cic. se amplius non habere, quæ solebãt in se laudari à Pæto: quæ cõmemorat s. {O hominem facilem} solebat. n. ita dicere Pætus de Cic. {Non grauem} lætum, & facetum, deposita omni seueritate, cum es apud me. ita dicebat Pætus. {nunc hospitem} verba Cic. nunc non sunt amplius in me ista. {Cõmentationem} i. mentionem, & sermonem. {Abiecimus} deposuimus. {In castra Epicuri} facti sumus milites Epicuri: qui antea erat aduersarius noster, factus sum transfuga. de quo accusauit superius Trebatium. {Nec tñ} ordo male intellectus & distinctus facit textum obscurum puto autem sic ordinandum: nec tñ proinde te para ad hanc insolentiam. s. Epicuri, sed ad illam tuam lautitiam. dein[...] correxit, dicens, veterem dico. s. lautitiam, non autem qua nun[...]eris. s. n. ad hanc insolentiam subaudias, dico, quæ erit hæc insolentia, cum nullam nominauerit? & hic pronomen sit demonstratiuum. {Cum in sumptũ habebas} s. cum certabas mecum conuiuijs. {Etsi nunq̃} i. licet nunq̃ feceris plures sumptus, q̃ nunc. {Plura prædia} i. plures impensas, translatiue dixit. {Cum homine edaci} i. comedone voraci, & multi cibi. {Qui aliquid intell.} qui nouit differentiam ciborũ, & scit qui sint delicati, & qui viles, quem non facile possis fallere. {Insolentes} arrogantes. {Dediscendæ} obliuiscendę. {Sportellæ} conuiuiola sua. dimin. n. est sportula, de qua & Iuuen. mentionẽ facit, & Tranquill. dicit Neronem cœnas ad sportulas reuocasse, & Domitianum sportulas ad rectas cœnas. {Artolagani} genus cibi, ab ἄρτου. i. panis & λάγανον, quod græce dicit̃, vt exponit Hesychius. auctor græcus, genus placentæ ex simula in oleo coctæ in patella. est ẽt, eodem auctore, genus panis oleo aspersi. {Nos} iocatur Cic. & dicit se tantos habere reditus ex areis suis, vt audeat inuitare lautissimos & elegãtissimos hoĩes Verrium & Camillum {Qua munditia} magis admiratiue, q̃ interrogatiue dictum est. q. d. maxima, quia aspernantur cibos nisi delicatissimos & elegantissimos. {Ex areis} areæ proprie loca in vrbe pura, ab arendo, q̃ ardore solis arescant. Ser. quoq; dicit, Aream locum esse in vrbe sine ædificio, qui rure ager appellatur. idem & Fest. scr. ex areis aũt locatis magni prouentus capiebantur, vt oñdit Cic. vlt. parad. his verbis. Etenim si isti calidi rerum æstimatores prata & areas quasdã magni æstimant, q̃ ei generi quasi nocere nihil põt, quanti æstimanda est virtus, quæ neq; naufragio, neq; incendio amittitur. dñr tamen ẽt areæ in agris, vbi frumenta arescunt, & teruntur, de quibus Virg in Gor. & Var. de re rust. quidam corrupit hunc locum, & pro areis fecit arcis, vt esset ablatiuus ab arca, non intelligens areas fuisse in summa æstimatione, vt probauimus ex sentẽtia Cic. {Sed vide audaciam} s. meã. q. d. maius etiam [...], qui dedi cœnã Hirtio sine pauone, cum eo libenter vesceretur {Ius} condimentũ est ex aqua adipata. {Feruens} calidum. {Nihil potuit imitari} nihil potuit facere ex iis quibus libẽter solet vesci Hirt. præter ius calidum. {Hæc} talis, qualẽ mox dicam. {Mane salutamus} id. n. solebat fieri prima & secunda hora. Mart. Prima salutantes atq; altera continet hora. Virg Mane salutantũ totis vomit ædibus vndam. {Sed tr.} propter oppressam remp. & quia fuerunt victi. {Hos lætos} s. Cæsarianos. {Perof.} valde humane. {Vbi} postquã {Defluxit} prętereijt. {Literis m. in.} i. trado me totum literis. Horat. in serm. Aut ego lectο, aut scripto quod me tacitum iuuet. {Paulo d.} q̃ ipsi, quia scio aliquanto plusquam ipsi audiunt me tanquã doctum. {Inde} vltra hæc. {Corpori} valetudini vel voluptati: sic Hor. Vngor oliuo. & circa finẽ eius sermonis oñdit quæ corpori tribuantur. {Eluxi} fleui, tanq̃ mortuam. nam luctus de mortuis proprie dicit̃. dicitur tñ & de ceteris rebus nobis carissimis. {Vlla mater} cuius fletu non potest cohiberi. Ouid. Quis matrem, nisi mentis inopis in funere nati Flere vetet? {Vnicum} cuius magis doletur amisso. Virg. de Pallãte Mea sola & sera voluptas. {vnicum filium} subaudi luxerit. {Nec ego} i. ne ego cõsumam comedendo bona tua, dum tu iacebis, & eris ægrotus. {Statui} dicit. n. decreui, etiam si tu ęgrotaueris nullam habere rationem ægritudinis, quo minus etiam te ęgrotante comedam bona tua.

DVplicitet &c.} Locutus fuerat Pætus liberius in Ciceronem & eum quodammodo momorderat: quod sibi inime molestum fuisse, nunc scribens Cic. vicissim in eum iocatur. Ordo est. Ego sum delectatus literis tuis dupliciter, &, q̃ ipse. i. egomet risi, & q̃ intellexi te posse iam ridere. Autem. i. sed ego tuli non moleste, me oneratũ esse à te malis. i. maledicis

ASCEN,

maledicis probris, & conuicijs, vt scurram velitem. i. velitari solitum, hoc est leuiter referre, & ita contēptibilem. Leuis. n. armaturæ milites velites dñc per metaphoram. ergo dicit se velitem æstimatum, vt qui non nisi leuia conuicia referre valeat. Ego doleo illud, me non potuisse venire in ista loca. s. vbi tu es, vt constitueram s. venire. Habuisses. n. non hospitem. i. amicū hospitio susceptum, & cito recessurum, sed contubernalē. i. cohabitatorem assiduum eiusdem contubernij. At. i. sed quem. i. qualem virum, sup. habuisses, non eum. quem tu solitus es conficere. i. exaturare promulside. i. liquamine aut alio cibo dulciario, & vili. Manet autem in metaphora à valite incepta. nam velites vulneribus confici solent, vbi aūt fames sedata est, viri manducones confecti, & quasi enecti. Ego affero, hoc est attulissem temem integram ad ouum i. ad primū ferculum. Nam ab ouo cęnas incipere solebāt & finire pomis, vt attestatur Horat. 1. Serm. & ita opera s. edendi, perducitur vsq; ad assum vitulinū. credam esse nouissimū genus obsonij, quod ea carne vitellini, quæ facilis digestionis est, apponebatur. Hubert. aūt de vitello oui intelligit, sed modica esset opera, quæ ab ouo ad vitellum perduceretur. Illa mea. s. sobrietatis pconia, quæ solebas laudare. s. dicendo de me, o hoiem facilem, o hospitem non grauem. i. non molestū, abierunt. i. recesserunt, nunc. s. à me. Nam nos obiecimus oēm curam nostram de rep. & oēm cogitationem de sententia dicenda in senatu, & omnem cōmentationem. i. inuentionem dicendarum. s. causarum. Sententiam dicit iudex, cūm reus, aut eius defensor. Nos coniecimus. i. intrusimus nos in castra Epicuri aduersarij nostri, hoc est militamus nunc sub Epicuro, summum bonum in voluntate ponente, cuius sententię maxime refragantē nostri, hoc est Stoici, in virtute & honestate summum bonum locātes. Nec tñ sup. coniecimus nos ad hanc insolentiam s. ad hunc immodicū sumptum, quem nuper cępi facere, sed ad illam. i. nobilem lautitiam tuam, dico veterem non recentem cum habebas prædia in sumptus. i. quæ satis essent sumptibus faciendis. Etsi i. q̄q̄ nunq̄ habuisti plura prædia. s. q̄ nunc habes. Innuit ergo q animus, non copia rerum diuitem faciat. nam quæ olim in sumptus sufficiebant Pæto prędia, nunc non sufficiunt. Proinde. i. ideoq; para te, res. i. negotium est tibi cum hoie edaci. i. assidue, & multum edente, & qui intelligat iam aliquid. s. de lautitijs cœnarum licet tarde inceperit discere. Autem. i. sed tu scis, q̄. i. quantum, insulcentes. i. importuni, & proterui sint hoies ὀψιμαθεῖς. i. qui iam grādes natu discunt. Aliter legitur ab Hubert. à quo in multis dissedo scicos, & forte non inscienter. Sportellæ. i. minimæ portiones pecuniariæ, quæ salutatoribus dabantur a diuitibus, sunc dediscendæ i. abolendæ tibi, & attolagant tui. i. cibi ea pane, & placcotis. sup. sunt dediscendi tibi. Nos habemus iam tm. s. vectigalis aut pēsionis. ex areis. i. tritura quæ fit in areis, vt audeamus sæpius vocare. s. ad cœnā Vertium tuum, & Camillum, qua. i. o. qua. i quasi munditia, hoies. qua elegantia. i. eleganti munditia. Sed vide i. animaduerte, audaciam. s. meam. Ego dedi etiam Hirtio, q. d. delicatissimo homini cœnā sine pauone. Tñ cocus meus nihil potuit imitari in ea cœna præter ius feruens. Igitur, quia nos Epicuro addiximus. si hæc. i huiusmodi est nunc vita nostra? Nos salutamus mane dom. s. nostræ. & i. simul bonos viros multos, sed tristes, & sup. salutamus hos victores læros, qui obseruāt quidem me. i. venerantes cauent me offendere ac lædere, perofficiose. i. valde officiose, & peramanter. i. valde amanter. Vbi. i. postq̄ salutatio, officium salutandi, de quo Mar. Prima salutantes atq; altera suscipit hora, Exercet raucos tertia causidicos. defluxit. i. transijt. inuoluo. i. occupo me literis, aut scribo sup. aliquid. Veniunt etiam qui audiunt me s. doctorem, quasi hominē doctum quia paulo. i. modico doctior sum quam ipsi. Inde. i. deinde omne tempus datur. i. impenditur, corpori. s. curando & fouendo. Ego eluxi. i. vsq; ad finem luxi, iam patriam. i. interitum reip. & i. simul grauius, & diutius, q̄ vlla mater sup. luxit, filium. s. suū vnicum. Sed cura i. diligentem operam da, si amas me, vt valeas. i. saluus sis, ne ego comedam bona tua, te iacente. i. decumbente propter ægritudinem. Enim. i quia, statui. i. constitui ne quidem. i. non etiam ægroto parcere tibi. i. bonis tuis.

PAVL. MAN. NEc tamen ad hanc insolentiam) alij mendum esse in voce, insolentiam, existimarunt. ego insolentiam pro nimijs sumptibus, qui fiebant in cenas, accipio: à quibus se alienum esse dicit; lautitiam tñ, quæreret quod etiam supra, epistola huius libri xv. his verbis ostendit: Nec tñ eas cenas quæro, vt magnæ reliquiæ fiant quod erit, magnificum sit, & lautum. insolentiam eodem sensu posuit Philipp. ta. Magnifice enim, inquit, Ser. Sulpicius maiorum continentiam diligebat, huius sæculi insolentiā vituperabat. & in oratione pro Sex. Roscio, Qui in sua re fuisset egentissimus, erat, vt fit, insolens in aliena. {Cum in sumptum habebas} vetustiorum librorum hæc est lectio: quam alij quoq; receperunt, licet eam, vt ipsi dixerūt, mendosam suspicati. mihi ea vel maxime probatur, vt desiderari nihil credam. dixit aūt, cum in sumptum habebas, pro eo quod dicimus, cum ad sumptum copiæ suppetebant, cum pro sumptu facultates erāt; cum erat tibi, quod esset in sumptum satis. sic. n. hoc loco, in sumptum, id est, pro sumptu dixit, quemadmodum etiam ad Atticum epist. v. lib. viii. Tironem Curio cōmendes, vt ei, si quid opus erit, in sumptum eroget. epistola etiam, quæ sequitur, eodem libro, Sed eum, inquit, video in sumptum ab alijs mutuatum. & ad eundem lib. xv. Velim cures, vt permutetur Athenas, quod sit in annuum sumptum. Imitamur igitur lautitiā tuam, inquit, illam veterem, cum habebas in sumptum: etsi nūc quidem plura prædia tibi sunt, quæ. s. à debitoribus pro pecunia, quam credideras, inuitus accepisti, æstimata ex edicto Cæsaris, quanti quęq; ante ciuile bellum fuissent. Hęc. n. quasi per iocum dicta sunt; vt irrideatur Pætus, qui non habeat in sumptum, vt antea; cum ei possessiones multo, quàm antea, plures sint.

DOCT. INT. LIbro ix. epistola ad Papirium Pætum, cuius initium, Duplicitec delectatus sum tuis literis &c. sic in fine hodie. {Sed cura, si me amas, vt valeas, ne ego, te iacente, bona tua comedan. statui n. tibi ne ægroto quidem parcere} Non. Marcellus adnotauit, Comedim, hic esse legendum, pro comedam, qūo Plautus in Bacc. Quod dē scortis, quodq; in lustris comedim, congreget pater. Neq; vero mihi displicet illud, comedim, verbum antiquum. nam verisimile est hunc locum, Ne ego, te iacente, bona tua comedim, sicuti alios plerosq;, ex vetere aliquo esse poeta sumptum. Quod quidā, credo, parum aduertentes, cum insolentia verbi offenderentur, locum deprauarunt.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Est hæc epistola propemodum contentiosa. confutat enim, q Papirius fulmina, contumaq; in epistolis Ciceronis esse dixerit, quæ ipse assequi nequiret. confutat etiam falsum Papirij de familia sua mendacium, quod putaret neminem, nisi plebium, hoc nomine Romæ floruisse.

CICERO S.D. PAPIRIO PAETO. 21

AIN' tandem? insanire tibi videris, quòd imitere verborum meorum, vt scribis, fulmina? tum insanires, si consequi non posses: cum vero etiam vincas, me prius irrideas, quàm te, oportet. quare nihil tibi opus est illud à Trabea. sed potius ἀπότευγμα meum. veruntamen quid tibi ego videor in epistolis? non ne plebeio sermone agere tecum? nec. n. semper eodem modo. quid. n. simile habet epistola aut iudicio, aut concioni? quin ipsa iudicia non solemus omnia tractare vno modo. priuatas causas & eas tenues, agimus subtilius: capitis, aut famæ. s. ornatius. epistolas vero quotidianis verbis texere solemus. Sed tamen, mi Pæte, qui tibi venit in mentem negare, Papirium quenquam vnquam nisi plebeium fuisse? fuerunt. n. patricij minorum gentium: quorum princeps L. Papirius Mugillanus: qui consul cum L. Sempronio Atratino fuit, cum antea censor cum eodem fuisset, annis post R. C. CCCXII. sed tum Papisij dicebamini. post hunc, VIII, fuerunt, sella curuli, ante L. Papirium Crassum, qui primus Papisius est vocari desitus. is dictator cum L. Papirio Cursore magistro equitum factus est, annis post R. C. CCCCXV. & quadriennio post consul cum K. Duillio. hunc secutus est Cursor, homo valde honoratus: deinde L. Maso ædilicius: inde multi Masones: quorum quidem tu omnium patriciorum imagines habeas volo deinde Carbones, & Turdi insequuntur. hi plebeij fuerunt: quos contemnas, censeo. nam præter hunc Cn. Carbonem, quem Damasippus occidit, ciuis e rep. Carbonum nemo fuit. cognouimus Cn. Carbonem, & eius fratrem scurram: quid his improbius? de hoc amico meo, Rubriæ filio, nihil dico. tres illi fratres fuere, C. Cn. M. Marcus, P. Flacco accusante, condemnatus,

sic l. 6. ad Att. 4. de Fin. 1. & 3. de leg.

.i. quod non successit.

humili, nec elaborato,

librarij mēdā nā Liu. lib. 4. primū cos. quam censf. facit.

Val Maxi l. 9. c. 2.

lib. 2. & 3. de orat. & in Bruto. & Tacitus. Cnæum significat. Valer. M. l. 3. cap. 3. oratore, L. Crassi genero.

condemnatus fur magnus ex Sicilia. Caius, accusante L. Crasso cantharidas sumpsisse dicitur. is & tribunus pl. seditiosus, et P. Africano vim attulisse existimatus est.* hoc vero, qui Lilybæi à Pompeio nostro interfectus est, improbior nemo, meo iudicio, fuit. iam, pater eius, accusatus à M.* Antonio, sutorio atramento absolutus putatur. quare ad patres, censeo, reuertare. plebeij quàm fuerint importuni, vides. Vale.*

HVBER.

AIn tandem? } Scripserat Pætus Cic. vti tanta vi, & vehementia dicendi, vt ipse insanus videretur, dũ velle, eum imitari: cui ridens Cic. et adulatur, dicens, ꝙ insaniret, si nõ posset assequi & æquare eius orationem. sed cum longe superet, dicit se potius irridendum, qui tali genere orationis vtatur, q̃ ipsum Pætum: ostendit tñ epistolas suas non habere fulmina, & vehementiam orationis, vt dicebat Pætus, sed potius esse in humili genere dicendi, & quotidianis verbis contextas. deinde quia Papirius Pætus dicebat nullum ex Papirijs vnquam fuisse nisi plebeium, id confutat Cic. & recenset familiam Papiriorum. cuius originem longius repetẽs sumit à L. Papirio Mugillano vsq; ad tempora sua. { Ain tãdem } .i. aiane? est autem mos quidam reprehendendi, & inuehendi in aliquem, cum ita dicimus. est. n. comicum, quo vtitur Terent. { Quòd imitere } ꝙ velis sequi. { Fulmina } vim, vehementiam. translatio est. hoc. n. vocabulo vsus fuerat Pætus videtur autem dictum esse quasi ad iniuriam Cic. ideo dicit, sicut tu scribis, non ꝙ ita sit. { Consequi } æquare. { Vincas me } qui vehementior es in dicendo q̃ ego. { Irrideas me } qui tibi cedam. { Quare } concludit, ꝙ non insaniendum ei sit propter fulmen eius orationis. { Illud à* Trabea } genus vestis quã primum vsi sunt reges, deinde & consules. hic aũt videtur esse nomen viri siue poetæ, siue oratoris, licet de eo non meminerim apud aliquem factam esse mentionem. illud aũt à trabea pro illud trabeæ dicitur, sicut dicimus à vobis est pro vester, & verbum à Cic. pro verbo℞ Cic. { ἀποτευγμα } .i. non assecutionẽ .i. non assequaris me. τυγχάνω. n. assequor, cum ἀπὸ negationem signĩat. { Verũtamen } dicit se nullo fulmine, & vehementia orationis vti in epist. { Agere } loqui. { Plebeio } vulgari. { Nec semper eodẽ modo } .s. ago. { Quid habet simile iudicio } .i. in quo habet cõparationem cum gñe iudiciali. { Aut concioni } demonstratiuo, & deliberatiuo generi, qđ in cõcionibus habebatur. { Ipsa iudicia } ipsas cãs iudiciales, quę magis desiderãt graue genus. { Et priuatas } priuatorum hoĩum. { Ess tenues } .i. tenues. eas. n. à Cic. ad ornatũ addit, vt supra alio loco diximus plenius. { Tenues } .i. nõ magnas, neq; valde periculosas. { Capitis } .s. cãs. { Ornatius } .s. agimus: agi cum maiori elegãtia verbo℞ sniarum. { Texere } cõponere, tractum à telis, vnde & filum orationis dicimus. { Sed tñ } transit ad aliam partẽ epistolæ. in qua repetit originẽ Papirio℞. { Quid venit in mentẽ } quid cogitaueris. { Quenquam Papirium } .i. aliquẽ ex familia Papirio℞. { Nisi plebeium } de ordine plebeio. { Patricij } nobiles, quo℞ maiores patres appellati sunt. { De gente maiore } quia erant & de gente maiore à Romulo instituta. { Cum eodem } Sẽpronio. { Tum } eo tpe aũt .i. fuerũt. { Sella curuli } .s. decorati .i. fuerũt ędiles curules. { Qui } L. Papirius Crassus. { Est desitus vocari Papisius } .i. fuit vltimus qui vocatus est Papisius. { Dictator } cui summa potestas fuit, & non creabatur nisi cũ aliqua vis maior oborta de improuiso ingentem vrbi cladem minari videretur de quo vide plura apud Fenestellã, & de officio magistri equitum, cui ita in oẽs milites ius fuit, sicut dictator in populum. { Cum C. Duillio } is fuit, qui primus Carthaginienses bello nauali superauit, cui permissum est primũ & tibicine & funali vti. { Aedilicius } ædiliciæ dignitatis. { Insequunt } sunt post hos. { Contẽnas } parui facias. { Rep. } .i. de rep. hoc est amicus reip. { Is Cn. Carbonem, & eius fratrem scurram } adducit in contẽptum familiam Papirio℞, qui fuerunt plebij, ostẽdens eos fuisse & viles & improbos. { De hoc amico } ironice, non erat amicus, sed ita est mos dicẽdi, cum aliquem volumus nominare præ indignatione. { Rubriæ } nomen mulieris. { Tres } cõmemorat tres Carbones improbos, & malo exitu assumptos. { Cantharidas } vermes quidem sunt terreni, quo℞ succus in venas ingressus, vt venenum, interimit. hoc genere mortis interiit Magnetes filius Gelonis & Nereidos filiæ Pyrrichi, vt Ouid. in Ibin. Vtq; nepos dicti nostro modo carmine regis Cantharidum succos dante parente bibas. A matre. n. propter negatum ei incestum dato poculo cantharidum interẽptus est. { Vim attulisse } Existimatur is esse, qui Scip. Africanum nocte necauit. { Lilybei } promontorium est Siciliæ, sed hic pro oppido eiusdẽ regionis ponitur. { Sutorio atramento } q. d. vano iudicio. sutoriũ atramentum appellant tincturam, qua sutores, hoc est calcearij pelles & calceos tingunt. est aũt pessimi coloris. hortatur nunc Cic. Pætum, vt malit esse de Papirijs patricijs, q̃ de plebeijs, qui fuerunt pessimi. { Ad patres } ad patricios. { Importuni } mali improbi. Inciderat in manus impressoris exemplar quoddã meum mẽdosum, vbi erat circa principium huius epistolæ locus male expositus, cum aduerti non esse datum exemplum fidum. Itaq; statim reuocaui & correxi ante, q̃ omnes chartæ fuissent impressæ. eum locum declarandum putaui fideliter: ne quispiam ex ignorãtia factũ esse putaret, simul ne ij, ad quos peruenient priores impressiones, fallãtur. Locus est vbi ἀπόφθεγμα erat scriptũ: debuerat. n. esse ἀποτευγμα .i. inassecutio, vt ita dicam, quod illa verba græca, quæ supposuimus, declarabãt. .s. ἀποτυγχάνω hoc est nõ assequi .s. me, vel, quod magis placet, opus est tibi ἀποτευγμα meum .i. opus est tibi inassecutio, & quodãmodo impossibilitas mea: quia non assequor illa fulmina, quæ scribis. deriuatur. n. à verbo ἀποτυγχάνω, quod significat, impos sum, non assequor.

ASCEN.

AIn tandem } Scripserat Pætus se imitando vehemẽtiam dicendi Cic. visum sibi insanire: ad quod respõdet Cic. simulq; redarguit ꝙ dixerat Papirios oẽs plebeios fuisse. Ordo est. Ain .i. ais ne tandem, vt tu videris tibi insanire, ꝙ merere, vt scribis fulmina .i. vehementẽ impetum verborum meo℞: tum insanires, cum .i. tunc si non posses, & sup. velle consequi .i. obtinere vim meam dicendi. vero pro sed, cum .s. ita vt, ꝙ vincas .i. superes me, oportet sup. vt irrideas prius me, q̃ te. Quare cum sis in dicẽdo acrior q̃ ego, nihil opus est tibi illud à trabea .i. sumptum ab oratione habita in trabea .i. in veste regali, & augurali, & ita tranquillum & sedatum, sed potius apophthegma .i. acre dictum meum, & sententiosum. Veruntñ quid videor, tibi agere in epistolis? non ne videor agere tecum sermone plebeio .i. vulgari? Nec. n. sup. decet loqui semper eodem modo. Enim .i. quia, quid simile habet epistola aut iudicio aut concioni? q. d. nihil, & ita licet simus in iudicio, aut concione acuti & vehementes, non continuo tales erimus in epistolis. Quin .i. quia etiã nos non solemus tractare ipsa iudicia vno modo etiam ois, quia nos agimus causas priuatas & oẽs tenues .i. modici momenti subtilius .i. deductiua, & magis tenuiter. .s. id est scire licet cur id faciamus, quia agimus causas capitis aut famæ .i. vbi aut vita, aut fama in periculo est, ornatius vero .i. sed nos solemus texere .i. componere epistolas verbis quotidianis. Sed tñ o mi Pæte quid .i. ad quid. aut legamus qui .i. q̃uo, venit tibi in mentem negare quenq̃ Papirium fuisse vnq̃ nisi plebeium .i. humilẽ & ignobilem? fuerunt. n. sæpe Papirij, patricij .i. de genere patrum conscripto℞, seu senato℞ gentium mino℞ .i. posterio℞ non ab illis centum quos Romulus patres legerat, orti, quorum L. Papirius Mugillanus sup. fuit princeps .i. principium capiẽs & primus, qui fuit consul cum L. Sempronio Atrocino, cum fuisset antea censor eum eodem .s. Sẽpronio annis trecẽtis duodecim. sed vos qui estis de genere Papirio℞ dicebamini tum .i. tunc Papisij. Sic Valesij dicebãtur, qui postea Valerij, & Fusij qui fuerunt. Tredecim .s. magistratus de genere Papirio℞ fuerunt sella curuli .i. qui ædiles facti eo ꝙ nobiles sella curuli gaudebant post hunc .s. Sempronium ante L. Papirium Crassum. qui primus est desitus .i. desinit vocari Papisius, quia sumpsit cognomentũ Crassi. Is Papirius factus est dictator cum L. Papirio Cursore magistro equitum annis quadringentis, seu trecentis quindecim post Romã conditã, & factus est consul cum C. Duillio quadriẽnio .i. spatio quattuor anno℞. post Cursor .s. alter de genere Papiriorum homo valde honoratus secutus est .s. in magistratu, hunc .s. L. Papiriũ. Deinde sup. secutus est L. Masso ædilicius .i. ædiliciæ dignitatis. inde sup. secuti sunt multi Massones. quo℞ quidem oĩum ego volo sup. vt habeas imagines .s. cereas in stẽmate tuo quia oẽs sunt de progenie tua. Deinde insequuntur .s. in locum Papirio℞ Carbones & Turdi .i. sic cognominati. hi .s. Carbones & Turdi, fuerunt Plebeii quos censeo sup. vt contẽnas .i. vilipendas. Nam nemo Carbonum fuit ciuis e rep. per publicum magistratũ quem gesserit, præter hũc Cn. Carbonem quem Damasippus occidit. Nos cognouimus Cn. Carbonem, & eius frẽm scurram .i. infami uita, & sermone victũ queritantẽ. Quid, sup. fuit improbius iis? q. d. nihil. Ego nihil dico de hoc .s. Carbone amico meo, filio Rubriæ. Tres frẽs fuerunt illi, Publius, Caius, M. Carbones. Publius cõdẽnatus Flacco accusatore .i. accusante, fugit .s. ab vrbe. Marcus sup. fugit ex Sicilia. Caius, L. Crasso accusante .i. cum ab illo accusaretur, dr sumpsisse cãtharidas .i. vermiculos venenatos in ficis interdũ nascentes, quo℞ succo hoĩes cito enecantur. Is .s. Caius sup. erat trib. pl. seditiosus, & existimatus est attulisse vim .i. necẽ Africano, qui

Immo poeta comico, Cic. de Fin. l. 2. & in Tusc. 4. & apud Gell. l. 15. c. 24.

nn,q domi suę inuētus est extinctus. Vero ꝓ sed, nemo fuit meo iudicio .i. quantū ego iudico, improbior hoc .s. M. Carbone, qui interfectus est Lilybæi cū fugam pararet, à Pōp. nostro .s. amico. Iam .i. deinde pater eius accusatus à M. Antonio putat absolutus atramento sutorio .i. cū nota infamiæ, sicut improbi sutorio atramento .i. quo sutores pelles denigrāt, suggillari solēt, quare ego censeo sup. vt reuertare ad patres .i. ad primos illos Papirios, qui patritij ac viri boni fuerunt, hoc est te de illorū genere etiam moribus asseras, quia in vides q̄ .i. quātum importuni fuerint plebeii .s. Papirii .i. qui e plebe in familiam Papiriorum asciti sunt.

PAVL. MAN. Illud à Trabea} cum Papirius ostendere vellet Ciceroni, se frustra ipsius orationē imitari, Trabeæ poetæ verbis id ostenderat. qđ reiicit Cicero, ac potius sibi illud ipsum à Trabea opus esse affirmat. nam cum Papirius non solū consequatur, sed etiam vincat, suum esse, frustra conari, affirmat. ἀπόϑυγμα igitur meum subaudi, est. tu .n. oia, quæ vis, consequeris: quod ego non possum: itaq; ἀπόϑυγμα meū est, non tuū. {CCCXII.} discrepat à Liuio; qui consules fuisse Papirium & Sempronium tradit anno CCCIX. ꝗ si quis annorū numerum ad cēsuram, non ad consulatum, referat: ne sic quidem inter eos conueniet. cū, anno post consulatum proximo cēsores fuisse, idem Liuius narret.

BOCT. INT. Iam pater eius accusatus à M. Ant. sutorio atramēto absolutus putatur) subesse videtur prouerbiū. sentit, opinor, hominem absolutū fuisse iudicum corruptela, non citra infamiā.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Faceta disputatio, nec, vt apparet, affectata. est autem tota pro sententia Stoicorum, qui nullum verbum inhonestum putabant, cuius significatio erat honesta. Laudat tamen postea Academicos, vtpote verecundiæ amatores.

CICERO S. D. PAPIRIO PAETO. 22

correctio. amo equidē verecūdiā, sed magis libertatem loquendi.

Amo verecundiam, vel potius libertatem loquendi. atq; hoc Zenoni placuit, homini mehercule acuto: etsi Academię nostra cum eo magna rixa est. sed, vt dico, placet Stoicis suo quāq; rem nomine appellare. sic .n. disserunt, nihil esse obscenum, nihil turpe dictu: nam, si quod sit in obscenitate flagitium, id aut in re esse aut in verbo; nihil esse tertium. in re non est: itaq; non modo in comœdijs res ipsa narratur, vt ille in Demiurgo modo, (forte nosti* canticum: meministi Roscium) Ita me destituit nudum: totus est sermo verbis tectus, re impudentior: sed etiam in tragœdijs. quid est .n. illud? Quæ mulier vna? quid, inquàm, est?* Vsurpata duplex cubile. quid illud? Pheræi hic cubile inire est ausus. quid est? virginem me quondam inuitam per vim violat. Iupiter bone, violat? atqui idem significat, sed* alterum nemo tulisse. Vides igitur, cum eadem res sit, quia verba non sint, nihil videri turpe. ergo in re non est: multo minus in verbis. si .n. quod verbo significatur, id turpe non est: verbum, quod significat, turpe esse non potest. Anum appellas alieno nomine: cur non suo potius? si turpe est, ne alieno quidem: si non est, suo potius. Caudam antiqui penem vocabant, ex quo est propter similitudinem peniculus: at hodie penis est in obscenis. at vero Piso ille Frugi in annalibus suis queritur adolescentes peni deditos esse. quod tu in epistola appellas suo nomine, ille tectius penem. sed* quia multi, factum est tam obscenum, quàm id verbum, quo tu vsus es. Quid, quod vulgo dicitur,* cum nos te volumus conuenire, num obscenum est? memini in senatu disertum consularem ita eloqui, Hanc culpam maiorem,* an illam dicam? potuit obscenius? non, inquis: non .n. ita sensit. non ergo in verbo est. docui autem in re non esse: nusquam igitur est. Liberis dare operam, quàm honeste dicitur. etiam patres rogant filios: eius operæ nomen non audent dicere. Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen is Connus vocitatus est. num id obscenum putas? cum loquimur, terni, nihil flagitij dicimus: at, cum bini, obscenum est.* Græci quidem, inquies. nihil est ergo in verbo; quando & ego græce scio; & tamen tibi dico, bini; idq; tu facis, quasi ego græce, non latine dixerim. Ruta, & menta, recte vtrunq;. volo mentam pusillam ita appellare, vt rutulam: non licet. Bella tectoriola dicis: dic ergo etiam* pauimenta isto modo: non potes. Vides igitur nihil esse, nisi ineptias, turpitudinem nec in verbo esse, nec in re, itaq; nusquàm esse. Ergo in verbis honestis obscena ponimus. quid .n., non honestum verbum est diuisio? at inest obscenum, cui* respondet intercapedo. num hæc ergo obscena sunt? nos autem ridicule, si dicimus, ille patrem strangulauit, honorem non præfamur: sin de Aurelia aliquid, aut Lollia, honos præfandus est. Et quidem iam non etiam obscena verba pro obscenis sunt batuit, inquit, impudenter: depsit, multo impudentius. atqui neutrum est obscenum. STVLTORVM plena sunt omnia. Testes, verbum honestissimum in iudicio, alio loco* non nimis. at honesti Colei Lanuini, Cliternini non honesti. Quid? ipsa res modo honesta, modo turpis. suppedit, flagitium est: iam erit nudus in balneo, non reprehendet. Habes scholā Stoicam.* ὁ σοφὸς εὐϑυῤῥημονήσει. Quàm multa ex vno verbo tuo? te aduersus me omnia audere, gratum est. ego* seruo, & seruabo (sic .n. assueui) Platonis verecundiam. itaque tectis verbis ea ad te scripsi, quæ apertissimis agūt Stoici. sed illi etiam crepitus aiunt æque liberos, ac ructus esse oportere.* honorem igitur Kalendis Martijs. Tu me diliges, & valebis.*

vno in scena loquētę, canticū dicitur, duobus vel tribus, diuerbiū latine, dialogus græce.

Liu. l. 7.

verbum de ponēs temporis præterit. futuri.

quia multi penem appellant.

in Oratore.

quasi an illam.

Bινε n. apud græcos est, futue, a βινέω, coeo.

pauimenta lanascetur.

est .n. apertus diuisio, partibus intercapedo.

non multū, parum.

i. sapiēs recte loquus eris.

amat libertatem, sed verecundiā seruat.

subaudi habere volui.

HVB. R.

Amo verecundiam} Sicut de rebus & sententiis magna fuit inter diuersarum sectarum philosophos dissensio, ita etiam de verbis. Academici .n. & Peripatetici existimauerūt multa esse, quæ licet essent re honesta, tñ suis vocabulis non essent appellanda: contra Stoici nihil esse re honestum, quod suo vocabulo non esset appellandum: idq; probabant argumento sumpto à contrario nam si res turpes vt adulterium & furtum & homicidium, & similia proprio vocabulo non inhoneste dicuntur, quanto honestius erit suo vocabulo appellare rem honestā. Quæsiuerat igitur Pætus à Cic. vtra sententia videretur honestior. & scripserat ad eum quedā obscœna suis nominibus. Itaq; Cic. primum excusat in quibusdam sniam stoicorum: dicit tñ se malle imitari scholā & opinionē Academicorū, qui sunt verecundiores. Est aūt tota faceta hæc epistola. {Vel potius} correctio. {Zenoni} hic .n. stoicæ sectæ princeps & magister fuit, ex Cypro. {Acuto} ingenioso, subtili {Nostræ} quam nos imitamur: nam Cic. interdum fuit Stoicus, in multis etiam Academicus, vt ipse in ꝓœmio 1. off. qm̄ vtriq; Socratici & Platonici esse volumus. {Rixa} contētio. {Stoicis} hoc idem & Cynicis, quia stoicis tm̄ vestibus distabant, qm̄ nullis vtebantur. Iuuen. Dolia nudi non ardēt Cynici. Idem, Et qui nec Cynicos, nec Stoica dogmata legit A Cynicis tunica distātia. Cic. 1. off. Quæ .n. natura occultauit, eadem oēs, qui sana mēte sunt, remouent ab oculis, ipsiq; necessitati dant operā, vt q̄ occultissime pareant: quarumq; partium corporis vsus sunt necessarii, eas neq; partes, neq; earum vsus suis noībus appellāt: quodq; facere non turpe est, modo occulte, id dicere obscœnum est. itaq; nec actio rerum illarū aperta petulātia vacat, nec oratio obscœnitate. Nec vero audiēdi sunt Cynici, aut si qui fuerunt Stoici pene Cynici, qui reprehendunt, & irrident ꝙ ea, quæ turpia re non sunt, verbis flagitiosa dicamus; illa aūt, quæ turpia sint, nominibus appellemus suis &c {Nam si} vtitur argumento, quod dilēma appellant, quod ex vtraq; parte cōcludit. obscœnitatem .n. oēm dicit esse aut in re, aut in verbis, nihil esse tertiū, sed neq; in re, neq; in verbis probat esse obscœnitatem. ergo nulla est, idq; exemplis probat, vt patebit. {Itaque} probat ꝙ in re non sit obscœnitas, quia non solū in comœdiis narratur res ipsa, verum etiā in tragœdiis, quæ sunt seueriores. {Trinummo} nomen est comœdiæ. {Forte nosti canticum} .i. forte scis o Pæte carmē illud. {Meministi} quia aderas, cum egit illam comœdiam. {Roscium} comœdū, de quo diximus lib. 7. {Ita me} hæc sunt comœdiæ verba quæ Roscius pronuntiauit. {Nudū} erat .n. aliquis introductus in comœdia qui dicebat, Ita me destituit nudum. quæ verba ex antecedentibus, & sequentibus si inuenirēt comœdia, facilius intelligerentur.

gerẽtur.habent.n.nescio quam turpitudinẽ quæ verbis tegitur, sicut apud Terent.Eun.Quid siũ fitue.Et apud Virg.Fuit aut ti bi quidq̃ Dulce meum.Et item.Speluncam Dido dux & Troianus eandẽ deueniunt. Subticuit.n.quod videbatur obscœnum dictu {Re} quia aliud intelligũdi q̃ destituiũ esse nudum. {Sed etiã in tragœdijs} quæ sunt seueriores {Quid est.n.} i.quale est quod alias obscœnũ. {Quæ mulier vna?} s.cõcubuit, vel aliud ẽt turpius intelligitur.est.n.eclipsis.{Quid, inq̃} repetit Cic interrogationẽ ea admiratione obscœnitatis {Vsurpata duplex cubilia?} est ne aliud dicere q̃ obsequitur duobus viris, vel si de viro intelligimus,duabus cõcubuisse mulieribus.{Quid illud? Pheræi} quos hactenus audiui, & quoꝶ scripta ad manus meas peruenerunt,affirmauerunt Pheræum nomen esse poetæ , de quo nusq̃ legi.ego vero affirmo non temere,sed magna auctoritate nisus, sic distinguendum esse. {Quid illud?} i.quale illud.s.dictum.erat aũt alicuius comici : qui qm̃ eo tpe erat tritus,& familiaris,non nominatur a Cic.erat aũt hoc dictum qđ sequitur.s. {Pheræi} hic cubile inire ausus est.hæc.n.verba licet videantur honesta, significant Pheræi vxorem viciatã fuisse.inire n.cubile alicuius viri signat vim eius vxori afferre.de hoc aũt Pheræo,qui Alexander appellatus est Cic.2 off.ita inquit.{Quid} Alexãdrum Pheræũ, quo aĩo vixisse arbitramur? qui,vt scriptum legimus,cum vxorem Theben admodum diligeret tñ ad eam ex epulis in cubiculum veniẽs,barbarum,& eum quidẽ,vt scriptum est,cõpunctum notis Threiciis, districto gladio iubebat anteire: pmittebatq; de stipatoribus suis,qui scrutarentur arculas muliebres,&,ne quod, in vestimentis telum occultaretur, exquirerent o miserum,qui fideliorem & barbarum,& stigmatiam putaret,q̃ coniugem.nec eum fefellit opinio : ab ea est.o.ipse pp pellicatus suspicionem interfectus. vt etiam Ouid in Ibin testatur. Inq; tuo thalamo iuguleris more Pheræi , Qui datus est leto coniugis ense suæ. Possumus tñ intelligere,qđ illud Pheræi.i.quod Pheræus in tragœdia dicit,vt quæratur Pheræus q aliquis cubile suũ inire ausus sit.{Quid est? Virginem me} aliud exẽplum.{Iupiter bone} exclamatio.{Verba non sunt} s.turpia. {Ergo} conclusio huius partis.{Si.n.} ratio quare turpitudo nõ sit in verbo. {Anum} podicem.{Cur non suo potius?} vt puta culum.{Ne alieno quidẽ} quia ẽt alieno vocabulo non poterit vitari obscœnitas,quæ est. {Si non est} s.turpe. {Suo potius} s.appellandũ est : quia si rea non est turpis,ne vocabulum quidẽ erit turpe.{Penẽ caudam vocabant} i.ab antiquis cauda appellabat penis,inde & peniculos dicimus,quibus calciamenta texuntur,quæ de caudarũ extremitate fiunt . & inde ẽt peniculi spongiæ longæ pp similitudinem caudarũ appellatæ Vnde Terẽt.in Eun.Quid ignaue peniculum pugnare,qui istuc huc portes,cogitas {Hodie} i pe nostro. {In obscœnis} qa signat mẽbrum virile.Sal.in Catil. Nam quicũq; impudicus adulter,ganeo,manu,ventre,alea,pene bona patria lacerauerat.{Piso} nõ gener Cic.sed alius vir doctus, q scripsit annales.{Peniculus} i.libidini,coitui. {Tectius} quia penis signat caudam & translatiue.non aũt proprie intelligit mẽbrum, sicut etiã cauda hodie interdum ponitur pro mẽbro . Horat.in serm. Quæcũq; excepit patienter verbera caudæ.Idem: Quin etiam illud accidit , vt quidã testes caudamq; salacẽ Demeteret ferro. {Verbum} vocabulũ.quod aũt vocabulũ sit neq; dicitur,neq; possumus intelligere.{Cũ nos} fit.o.cacephaton pnuntiatione harũ duarum dictionum.{Num obscœnũ est?} q.d.non: & tñ videtur obscœnũ,quia videmur dicere cunnos. Cũnus n.est mulierũ rima.Horat.Nã fuit ante Helenã cunnus teterrima belli cã.{Memini} pbat ab auctoritate vtentis q non sit obscœnũ . quia vir grauis,& disertus in senatu,vbi erãt viri grauissimi,dixit, Cũ &c. quod non fecisset in eo,si existimasset obscœnũ.{Illam culpam} illius viri consularis,qui ita locutus est.{An} an tuam,qui in epistola tua obscœno verbo vsus es.{Potuit obscœnus} s.dici.{Nõ} rñsio & excusatio, q nulla sit obscœnitas. {Non.o.ita sentit} s. non putabat se dicere cunnos.{Nusq̃ igitur} conclusio & consequens bonum.si.n obscœnitas non est in re,neq; in verbo nusq̃ est,quia nihil est tertiũ,& in alio esse non põt.{Liberis dare operam} hoc eodẽ exemplo vtitur Cic.lib.1 .off contra quã hic libris,inquit,eum dare operã re honestum est,noie obscœnum.liberis.n.dare operã est mulierem subagitare liberoꝶ creandoꝶ causa.{Nomen eius operæ} qua.s.susceperũt filios.{Non audent} quia opera suscipendoꝶ liberoꝶ est mulierẽ futuere · quod non audent dicere,quia putant turpe.{Socratẽ} aliud exẽplum quod quædam videantur turpia dictu quæ non sunt.{Docuit s.} subaudiatur canere.i.docuit eũ canere cithara.nã fidis pro cithara sæpe ponitur,vnde & fidicẽ.i.citharœdus, vt nũc intelligitur hic.{Is} fidicem.{Vocitatus Cũnus} proprio noie appellabatur Cũnus.

{Num} an.q d.minime.{Cum loquimur} hoc exemplum satis est obscurum ignorantibus græcitatem,licet quidam conati sint interpretari contra mentẽ Cic.vt ostendemus.inquiunt n. {Cum loquimur terni} i.tres.{Nihil flagitij} nihil obscœnitatis & turpitudinis {At cũ bini} s.loquimur, quia per binos intelligimus testiculos,qui duo sunt.q si quis habeat tres,vt quidam dñr habere,ridiculus est hic sensus,pcipue cum subdat,græcis quidem,inquies: nã bini cum duos signat,non est græcum.puto aũt sic intelligi,quædã verba vñr habere obscœnitatem voce ipsa,quædã non hñt: vt cum loquimur, terni.i.cum dicimus hanc dictionẽ, terni,nullam facimus obscœnitatẽ. at,cum bini: cum dicimus,bini,obscœnum est.bineo signat futuo,bini tertia persona vř dicere bini,& signat futuit vel futue.põt.n esse etiam prima persona imperatiui per synæresin.& ideo dicit,{Græcis} s.obscœnũ,quia apud eos signat futuit vel futue,non aũt Latinis,quia significat duos.{In verbo} in vocabulo,sed in signato.{Scio græce} i.græcitatis cognitionem habeo.{Ruta.& menta} pergit ostendere in alijs verbis nullam esse obscœnitatem , in alijs esse, cum tñ sint eiusdem formæ : ruta,& menta noia herbarum honeste dñr primitiua,at in diminutiuis rutula honeste dicitur, mentula videtur obscœnitatẽ habere,quia aliud videtur significare.s.mẽbrum virile.Mart. Mentula cum doleat puero,tibi Neuole culus,Non sum diuinus,sed scio quid facias. {Non licet} non decet. {Bella tectoriola} seorsus est: tectoriola bella.i honesta sunt nomina,sed pauimentum non ita honeste dici potest,licet ferè id significet. dñr.o.tectoria illinimenta quædã & quasi pauimenta parietis atq; incrustationes. Iuuen. Tectoria prima reponit. Tectorium à tegendo dicitur,pauimentum à pauiendo.i.feriendo.quod licet significet incrustationem, tñ quia à feriendo dicitur, poterit tñ videri habere signationem minus honestam,quia partes muliebris actu venereo feriuntur,vt ex versu Horatiano supra adducto ostenditur: Quæcunq; exceperit patienter verbera caudæ.Idem significat Iuuen. Antiquum & vetus est alienum Posthume lectum Concutere.{Ineptias} stolitias, quia putamus ea turpia, quæ non sunt {Non honestũ} probat Cic q in verbis honestis obscœna ponantur.{Nũ est?} q.d.immo est.{Diuisio} quod non habet turpitudinis.{Cui responder} cui æquiualet {Intercapedo} significat interstitium,interuallum.& deniq; idem quod diuisio . Cic.filius ad Tironem lib.vlt.itaq; me iam non pænitebat intercapedinem scribendi fecisse. {Inest obscœnum} quia videtur signare rimam & scissuram muliebrem . {Nos aũt} ostendit Cic.ineptias esse nostras,qui præbeamus honorẽ turpibus,& honesta turpia putemus. Ordo est: nos ridicule non præfamur honorẽ,si dicimus,ille strangulauit patrem: quod quidem re turpe est {Sin dicimus aliquid de Aurelia,& Lollia, honos præfandus est} præfari honorẽ, est quod dicimus loqui cum reuerẽtia eius qui audit. Aurelia,& Lollia nomina impudicarũ mulierum.{Inquit} academicus uel quispiam.{Batuit} verberauit,quia subagitando verberant nares,vt supra diximus.{Depsit} calcauit.{Multo impudẽtius} s.dicitur.{Atqui} certe.{Neutrum} nec batuit, nec depsit. {Stultoꝶ} quia omnia peruertunt . Simile est illud Iuuen. Non vnus mentes agitat furor {Testes} probat quod dixit verba non obscœna iam esse pro obscœnis. si in iudicio nominemus testes, intelligimus eos, qui dictum suum ad alicuius rei probationẽ deponunt.sin vero extra iudicicium,non videtur honestum,qa uidemur coleos,siue testiculos, vt diximus esse apud Horat. Accidit vt quidam testes caudamq; salacem Demeteret ferro.{At honesti} ẽm ea tpa coleos uaginam significat,colei etiam,vel colij dñr testiculi.{Lanuini,cliternini} ita.n tunc honeste uocabantur testiculi,Lanuini aũt à lana,eo q lana hoc est pilis circundentur.Cliternini uero à clio.i.laudo,aut quasi clitellini.nam clitella significat sarcinã,aut quasi clinternini.nam clintri,lectum signat q eis maxime in lecto utamur concubitus gratia.{Non honesti} sicut nunc Catius pro pene in obscœnia est,licet latine docti non vtantur {Modo honesta} per se.n.nullã habet turpitudinẽ,sicut gladius,neq; bonus neq; malus est,sed sicut quis eo utitur,ita est, sic etiã & hæc,quæ sunt supra noiata.{Suppellit} uerbum erat obscœnum,cõpositum ex sub & pello; suppellit capiebatur p supponit,uel ex inferiori parte sursum agit. {Non rep.} q.a ex cõsuetudine vř hoc licere.{Habes} cognoscis. {Scolã Stoicam} i sñias sectæ stoicæ, quæ suis uerbis oia putat appellãda.{ὁ σοφὸς εὐθυῤῥήμων ἐστί} i.sapiens rectiloquus eris .s.si fueris sapiẽs,scies recte loq.i.cognosces q.d deceat,& qd non deceat {Quã m.ex vno v.tu?} s.sunt à me scripta,q a scripsisti vnũ uerbum,quod videbatur obscœnũ,& petijsti quid sentirem iam multa postea scripsi.{Audere} audẽrer scribere. {Gratum est} sic etiam supra me aũt vt sciam,vel item malis oneratũ esse non

molefte tuli.{ Tectis }oculis.{ Sed illi }q.d sunt inuerecūdi.{ Crepitus } .s.ventris. { Acque lib. } .i.ita dicere & licere sicut ructus qui ore emittuntur, propter frigiditatem & repletionem stomachi. Iuuen. Si bene ructauit, rectū si minxit amicus. { Honorem igitur } quidam exposuit, q quando emittimus crepitus ventris, aut ructus, dicimus ad honorem * Calendarū Martij. ego nunq̃ sum solitus ita dicere, nec audiui quenquam ita dicentē: itaq; sic est distinguēdum. { Honorem igitur }.s. seruemus, vel præfamur. deinde. { Calendis Martijs }.s. scripta est, vel data hæc epistola.

vide Ser. ad illud Virg. lib. 8. Curibusq; seueris; & Festum in dictione Martias: ASCAN.

AMo verecundiam &c. } Sicut de rebus, ita de verbis erat inter philosophos controuersia. Academici.n. & Peripatetici existimauerūt multas esse res non inhonestas, cum sint naturales & necessariæ, quæ tamen non sint proprijs vocabulis appellandæ. Contra sentiebant Stoici, quia si turpia, vt sunt adulterium, incestus, homicidium, parricidium, furtum, sacrilegium, & similia, inhoneste suis vocabulis exprimuntur: quæ turpia non sunt, inhoneste explicari non possunt, si suis explicentur. De quibus sententijs cum Pætus quæsiuisset, vtra placeret, Cic. excusatis nonnihil Stoicis dicit se in Academicorum potius iturum sentētiam, qui verecundiores q̃ Cinici sunt. Ordo est. Ego amo verecundiam loquendi, quam Academici commendant, vel potius libertatem quam Stoici. Alij legunt, vel potius libertate.i.q̃ libertatem, quia Cic. alibi significat verecundiam sibi potius placere q̃ libertatem loquendi. Atqui, obiectio est, sed qūo hæc.s. rem quoq; appellare suo.i. proprio nomine placuit Zenoni.s. principi Stoicæ sectæ, homini, mehercule, acuto.i. subtili. etsi.i.q̃q̃ magna rixa i.lis & controuersia est Academiæ nostræ.i. quam frequentius imitamur cum eo.s. Zenone. sed, vt dico, placet Stoicis, quia Zenoni placuit. ipsi.n. Stoici disserunt.i. argumentantur sic. Nihil esse obscœnum, nihil esse turpe dictum.i. dum dicitur, aut ad dicēdum. Nam si quod.i. aliquod flagitium.i. peccatum magnum sit in obscœnitate, ipsi sup. dissenrunt, id esse aut in re, aut in verbo, nihil esse tertium.s. præter rē, aut verbum, quod possit esse obscœnum. sup. obscœnitas non est in re. Itaq;.i.& ita, res ipsa narratur non modo.i. non solum in comœdijs, vt ille sup. inducitur dicere in Trinumo in comędia illa à qua Plautus titulum Trinumi mutuatus est. Virgo.i. puella, modo.i. paulo ante, destituit.i. fugiens dereliquit me nudum. Tu forte nosti canticum.i. carmen poetæ in comœdia, & meministi Roscium.i. cum Roscius illud recitaret agendo personam iuuenis id dicentis. Sermo totus est tectus verbis, sed sup. est impudentior re, quia significando se nudum à virgine nuda destitutum, innuit, se prius rem cum ea habuisse, sed etiam in tragœdijs sup. narratur res ipsa, eo q turpis non sit. Quid.n. est illud, quod dicit in tragœdia? Quæ mulier vna? i. cum sit vna, quid, inquam, est? vsurpata.i. vsum conuertit duplex cubile? q.d. videtur quidē res turpis, & tñ non est s̄m Stoicos, quia tam in comœdijs, q̃ in tragœdijs satis exprimitur. nam dicendo, quæ mulier cum sit vna intelligitur, aut à duobus simul stuprum passa, aut duobus viris succubuisse, cum duplex vsurpet cubile? quasi de cubili mariti dormientis ad cubile mœchi se transtulerit. Itaq; poterit vnum esse exemplum, & duo. si vnum, sensus est, q mulier cum sit vna, duplex cubile vsurpet.i. duos viros appetat. si duo, sensus est prioris, q mulier vna duobus simul operam turpem nauarit. posterioris q mulier vna duplex cubile frequentarit. Quid illud? s. in alia tragędia? hic ausus est intrare cubile Phærei.s. tyranni & zelotypi, qui nunq̃ ad vxorem ingressus esse fertur, nisi stipatus armatis, & excussa muliere, & toto cubili, an telum, aut ferrum aliquod lateret: & tñ ab ea interfectus est. alij legunt, vt inducatur Pheræus dicere in tragœdia, hoc modo: Quid illud Pheræi.i.q d dicit Pheræus in tragœdia.s. hic ausus est inire cubile? q.d. certum est q significat coniugem eius violatam. Quid est? sup. illud in tragœdia? Violat per vim me quondam Virginem. Iupiter bone violat? Atqui.i. sed, qūo idem significat.s. quod dicitur sicut verbis tectis, & apertis, sed nemo tulisset.i. passus fuisset, alterum.s. verbum quod proprium est, forte, honor sit auribus, futuit, aut quid simile. Tu igitur vides cum res sit eadem, quia verba non sint.s. turpia nihil videri turpe. ergo sup. turpitudo aut obscœnitas non est in re, quia re satis indicatur, & multu minus est in verbis. Si.n. id quod significatur verbo.i. res significata non est turpis, verbum quod significat sup. illud nō potest esse turpe. Tu appellas anum.i. podicem aut culum, alio nomine.s. circumlocutione, vt posterior aut clunes &c. cur non appellas sup. eum potius suo i. proprio nomine. Si turpe est.s. quod dicitur, ne quidem.i. non saltem sup. dici aut nominari debeat alieno.s. nomine. si non est sup. turpe, dici aut vocari debet potius suo.s. nomine. Antiqui.s. Romani, vocabant caudam penem, ex quo est penicillus, quo pictores vtuntur propter similitudinem.s. cum cauda. At penis est.i. connumeratur, hodie in obscœnis s. vocabulis, quia accipitur pro cauda salaci, hoc est pro mentula. Ad.i. sed, Piso ille frugi.i. parcus, & ad frugem intentus, queritur.i. conqueritur in annalibus suis. adolescentes esse deditos peni.i. libidini, & virgi salaci. Id, quod tu appellas in epistola noīe suo i. proprio vtpote mentulam, ille s Piso, sup. appellat tectius.i. coopertius, penem. sed sup. nomen penis, factum est iam multis tam obscœnum, q̃ illud verbum.s. mentula, quo tu vsus es. Quid sup. dices de illo quod dicitur vulgo, cum nos volumus conuenire te, num.i. nunquid obscœnum est? q d. minime, quia memini consularem.s. virum disertum eloqui in senatu, ita.s. conuenire te volumus, & tñ cōuenire vulgo accipitur sicut à nobis coire, vnde sunt qui putant hic legendum coire pro conuenire. Dicam, Hanc culpam maiorem an illam, potuit.s. dicere obscœnius? non inquis. Non.n. sensit ita. Ergo sup. obscœnitas est in verbo, quia idē verbum significat rem honestam & inhonestam, aūt pro sed, docui sup. obscœnitatē non esse in re. Igitur nusq̃ est per locum ab inductione sufficienti, quia non est dabile tertium. Etiā patres rogant filios dare.i. vt dent operā liberis. & tñ dare operam liberis, est generare, & non audent dicere nomen eius operæ.s. quam rogant vt filij dent hoc est habendi rē cum muliere. Nobilissimus fidicem docuit Socratem fidibus.s. canere. Is.s. fidicem, vocitatus est Cōnus, aut, vt alij scribunt, Cūnus, quod membri mulieris nomen est, sed Græci v, non habent, verum eodem ferè modo profertur, licet per v, scribatur mēbrum illud, num.i. nunquid id sup. est obscœnum? q.d. nequaq̃, quia proprium est viri nomen. Cum nos loquimur.i. loquēdo proferimus terni.i. illud nomen, nihil dicimus flagitij.i. turpi flagitio digni. at cum sup. loquimur bini.i. dicendo illud verbum, quod Græce scribitur βινεῖ.s. futui, aut futue.i. egi, aut agerē veneream, inquies, obscœnum est quidem Græcis, licet non Latinis. Ergo nihil est.s. obscœni in verbo qñ, &.i. etiam ego scio Græce.s. loqui, & tñ dico tibi bini, & tu facis id, quasi ego dixerim Græce non Latine. Ruta, & menta vtrunq; dicitur recte.i. honeste, ego volo.i. demus, vt velim mentam pusillam.i. per diminutionem appellare ita vt tutulam.s. pusillam appello, non licet quia mentula obscęnum est vocabulū. Volo sup. appellare tectoriola.i. parua tectora, hoc est incrustationes & cooperimenta, bella.i. bona & venusta. dic ergo etiam pauimenta isto modo.i. per diminutionē videlicet pauimentula, non potes, quia si iterum profertur mentula nomen obscęnum. Tu igitur vides nihil esse.s. in vitanda tali turpitudine nisi ineptias, quia licet dicendo pauimētula signet in fine id, quod turpe putatur, tñ non illud significatur: vides igitur turpitudinem, nec in verbo esse, nec in re, & ita nusq̃ esse quod pro Stoicis concludit. Ergo nos, qui dicimus in verbis abscœnitatem esse, ponimus obscœna.i. res obscœnas in verbis honestis.i. dicimus per verba honesta significari. Quid enim.i. qūo non ponamus? diuisio non.i. nonne est verbum.i. vocabulum honestum? q.d etiam. At.i. attamen abscœnum inest.s. in eo, aut quia capitur per circumlocutionē pro rima & fissura muliebri, vt sentit Hubert. aut quia.s. dure vt à Græcis profertur prolata, diuisio sonat, vt diuitio.i. in diuersis vitio & corrūpo, quod nimirum obscœnum est, cui.s. uocabulo rñdet.i. synonymum est, intercapedo.i. distantia, spatium aut loci, aut tp̄is intermedij, nunquid hæc quoq;.s. intercapedo obscęna, sup. est sicut diuisio? q d. minime, & tñ idem sunt. Aūt.i. sed si nos dicimus ridicule.i. ad excitandum risum, ille strangulauit patrem, non p̄famur.i. fando non præmittimus honorē.i. honor sit auribus uestris aut tuis, aut saluo honore ita loquar, cum tñ turpissimum sit quia immanissimū peccatum, strangulare patrem suum. Sin.i. sed si sup. nos dicimus aliquid.s. libidinosum de Aurelia, aut Lollia.i. meretriculis illis famosis, sed minus flagitij admittentibus honos est præfandus.i. ne aures audiētis lædamus, p̄mittendus. Et quidē uerba non obscœna sunt.i. habentur iam pro obscœnis. Inquit.s. Comicus quidā aut Tragicus, batuit.i. percussit, ut opinor, Salacis uerbere caudæ, quia additur impudenter, & suppressit.i. subagitauit multo impudētius. Atqui.i. sed qūo pro obscęnis habent? neutrum i. nec batuere, quod est percutere, nec supprimere est obscœnū.s. ex propria significatione. Sed oīa sunt plena stultoꝝ.i. turpitudinē censentium, ubi nulla est. Testes est uerbum.i. uocabulū honestissimū in iudicio ubi citantur & audiunt testes, alio loco.i. extra illam significationem est.s. verbum noīs.s. honestum quia testes, & testiculis sunt uirilitatis indicia, & quasi testes uidelicet colei. At.i. sed, colei sup. sunt honesti.i. honeste noīatur, aut quia κολεός, coleos gręce uaginam signat, aut quia in consuetudine loquentiū non inhoneste nominabantur et pro testibus seu testiculis. Lanuini.i. colei lanugine

.i.pube

.i.pube tecti,& clitemini.i.colei,sic alio noïe dicti,sup.sunt non honesti Quid sup.dicea? ipsa res est modo honesta,modo turpis .i.sm æstimationem hominũ.Suppendit est flagitium.i.qui dicit hoc vocabulum suppendit,aut,vt alij legunt,suppelit, quasi flagitium committit,tam obscœnum est dictu,sonat n.idem quod subagitat & quasi pellem subigit,aut qui desuper pedendit. Iam erat nudus in balneo.i.siquis hoc dixerit,tu non reprehendes,q non videtur obscœnum , cum tñ nudum esse hominI pudori sit, taceo siquid turpius celat.nam pro eodem suppellere aut suppẽdere & esse nudum in balneo accipit,cum dicat eandem rem modo honestam.modo turpem.Tu habes scholam Stoicam.δ. articulus & sicut Gallice le,& Theutonice de, σοφὸς.i.sapiẽ,εὐθυρρήμων.i.rectiloquus, ἔση.i.eris,hoc est es Stoicorum schols poteris rectiloquus eusdeie.Quãm.i.ò quantum multa sup.attulimus verba , es vno verbo tuo.s.quo vsus es obscœne putans q in verbis non sit obscœnitas gratum est i acceptum mihi te audere omnia aduersus me.i.ausum esse obscœnis verbis vti. Ego seruo & seruabo verecundiam Platonis s.in loquendo . ego.n. assueui sic.s.facere. Itaq; ego scripsi ad te verbis tectia.i.coopertis ea sup.quę Stoici agunt apertissimis sup.verbis Sed illi.s.Stoici aiunt crepitus s.natium aut culi,hoc est pedendi sonitus oportere esse æque liberos ac ructus.s.oris Igitur honor est Cal.Martijs,quibus rei vxoriæ operam dabant.vnde Flaccus,Martijs cęlebs quid agam Calendis ? q d.loqui obscœne & re venerea, est apud Stoicos honestum,cum nullum censent verbum turpe,cui res sit licita.Tu diliges me & valebis.Non ergo semper ponitur in fine vale,nec solæ sunt voces, vale, & valere.

PAVL. MAN. PEr vim violat§ Antiqui,violauit virginem,pro,vitiauit:&, cum muliere fuit,pro,concubuit,modeste dicebãt.M.Varro lib.v de lingua Latina . sunt autem hæc veteris poetæ verba.§Peniculus§in omnibus fere antiquis libris ita legitur cuncti tamen impressi,penicillus,habent : quam lectionem ab ijs repositam existimo, qui, quid peniculus significaret , non intellexerunt.quæ quidem vox à Sex.Pompeio lib.x v i.bis exponitur.Peniculi,inquit,spongiæ longæ propter similitudinem caudarum appellatæ . penes.n.vocabantur caudæ . & infra Penem caudam vocabant hinc peniculos diximus, quibus calceamenta terguntur . ex quo vel maxime vetusti libri lectio comprobatur.eundem.n.sensum Sex. Pompeius iisdem verbis, quibus Cicero,complexus est. Plautus quoq; in Menæchmis, actu i. Iuuentus, inquit, sub persona parasui, nomen fecit Peniculo mihi, Ideo quia mensam,quando edo,detergeo.vt eius vocis significatio obscura iam esse non possit.hunc autem locum ingeniosissimo iuueni, Hieronymo Ferrario debemus .

Cæl.Rhod. antiq. lect. Li.1.c.19. TEstes à Græcia δίδυμοι appellantur. Dicuntur & colei ab eruditis, atq; item Lanuini,& Cliternini, vt est in Cic. epist ad Pætum.Ad quem tamen arriserit magis,si elitorios legas potius, quàm cliterninos, dictione ab Græcis producta,apud quos clitorium est muliebre pudendum.quod & sacandrus dicitur vnde κλιτοριάζειν, turpiter membrum id attrectare significat. Pollux per x scribere mauult,vbi ait lib. i i.Onomastici: Totum in virginali,siue inter femineo, vocatur κτείς.i. pecten,aut epision. rima vero dicitur schisma,quod arctum illatenus quandoque est, vt mulier fieri nequeat, sicuti commeminit Vlpianus . quæ interiacet subsultans caruncula . nympha nuncupatur,aut myrthon, siue epideris, aut κλειτορίς, cletoris. Est & κλειτόριον.i.cletorium, apud illos: sed id verbum,quãdoq; mensam indicat regiam,quandoque etiam gloriam. Iam opinor restitutus est candori suo M. Tullius.

GIBERTI LONGOLII LEMMA:

Iocatur cum Pæto , qui scripserat se pedibus ægrum : aut siquidem, se venturum, quod coquus illius adhuc membris integer sit, & cum eo liberalius conuiciaturum.

CICERO S. D. PAPIRIO PAETO. 25

infra dicit, constitui ad te venire. *HEri veni in Cumanum : cras ad te fortasse: sed, cum* certum sciam. faciam te paulo ante certiorem. etsi M. Ceparius, cum mihi in silua* Gallinaria obuiam venisset ; quæsissemq;, quid ageres ; dixit te in lecto esse , quòd ex pedibus laborares.tuli.s.moleste, vt debui ; sed tamen constitui ad te venire ; vt & viderem te, & viserem, & cœnarem etiam, non enim arbitror coquum etiam te arthriticum habere.* Strabol.5. *expecta igitur hospitem cum* minime edacem, tum inimicum cœnis sumptuosis. Vale.* non multi cibi dixit ep. 26. d. l.

HVBAR. HEri§ Laborabat Pætus pedibus. Itaque Cic.cum eo iocans dicit se nihilominus ad eum iturum,quia licet ipse laboret podagra,non tamen credit eum habere cocum laborantem eodem morbo,vt non possit parare cęnas. § Ad te f §.s.veniam.§ Faciam te certiorem§ ita.n.,pmisit supra : Sed si me expediero vt in ista loca venire possim,non committam,vt te sero à me certiorem factum putes.§ In silua Gallinaria§ quidam exposuerunt siluam esse non longe ab vrbe olim latronibus referiam,eam videlicet quæ erat ad nonum ab vrbe lapidem in villa,quæ Cæsarum dicebatur. sed non aduertunt q illic propter locum celebrem latrones esse non poterunt.est ergo hæc Gallinaria silua in sinu Cumano, vt scribit Str.lib. .his verbis: In hoc sinu Cumano fruticosis virgultis frequens,& arboribus silua est multis porrecta stadijs,aquarum indiga, ceterum sabulosa quam gallinariam vocant siluam Hic Sex.Pompeij classis præfecti piratica struxere nauigia , qua tempestate Sicilia ab Romano desciscere fecit imperio.de qua Iuuen.Et pontina palus,& gallinaria pinus.§ Laborares ex pedibus§.i.ægrotares morbo pedum.i.podagra. § Viderem, & viserem§ videre est naturæ, visere est officij.§ Non n.§ iocatur. § Arthricũ§.i articulari morbo laborantem.intelligit autem vel chiragram, vel podagram. nam vtraque articolos solet vexare.Pers.Sed cum lapidosa chiragra Fregerit articulos veteris ramalia fagi. ἄρθρον n.græce articulum significat . § Minime edacem§.i.non multi cibi . § Sumptuosis§ in quibus multum expenditur.

ASCEN. HEri &c.§ Laborabat Pætus, vt Cic. audiuerat, pedibus : ipse tamen more suo iocãs dicit,se nihilominus ad eum iturum , quia credit coquum eius non laborare eodem morbo,nec lecto teneri quo minus valeat cœnam parare. Ordo est . Ego veni heri in Cumanum.i.in possessionem meam apud Cumas: cras sup.veniã fortasse ad te.sed,cum sciam certum.i.vt rem certam, ego faciam te certiorem.i.significabo tibi paulo ante.s.q̃ venturus sim.etsi M.Cepatius cum venisset mihi obuiam in silua Gallinaria , & quæsissem pro quæsiuissem sup.ab eo,quid ageres; dixit te esse in lecto q laborares ex pedibus.i.dolore pedum scilicet.i.scire licet,quid fecerim eo audito. quia tuli.l.portaui,vt dñt,seu passus sum,moleste,vt debui i.poetare morbum amici ; sed tamen.i.nihilominus constitui venire ad te,vt &.i.simul viderem te,tanq̃ amicum,cuius videndi essem cupidus,& viserem.s.tanquàm ægrotum,cœnarem etiam, tanq̃ apud bonum conuiuiorum instructorem. Non.n.arbitror te habere coquum arthriticum i.articulari morbo laborãtem. Nam ἄρθρον dicitur articulus.igitur expecta hominem minime i.nequaq̃ edacem.i.multum comedentem,tum i.insuper inimicum cœnis sumptuosis.i.magnorum sumptuum , in quibus.s.multæ maneant reliquiæ.nam,vt alibi iocuse dixit,tales cœnas odit innuens se potius gaudere cibo & delicato & modico,quàm multo & vulgari. Nam licet pluris bos quàm turdus constet: delicatus tamen malit ad turdum inuitari quàm ad bouem.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Monet Pætum , vt consuetudinem cœnandi intermissam & relictam redintegret, & animi causa cõcœnationes,conuiuiaq; amicorũ celebret.

CICERO S.D. PAPIRIO PAETO. 24

RVEVM istum,amicum tuum,de quo iterum iam ad me scribis,adiuuarem quantum possem , etiam si ab eo læsus essem, cum te tantopere viderem eius causa laborare: cum vero & ex tuis literis,& illius ad me missis, intelligam, & iudicem, magna cura ei salutem meam fuisse ; non possum ei non amicus esse , neq; solum tua commendatione,quæ apud me, vt debet,* valet plurimum, sed etiam voluntate,ac iudicio meo. volo.n.te scire,mi Pæte.initium mihi * suspicionis, & cautionis, & diligentiæ fuisse literas tuas : quibus literis congruentes fuerunt alia postea multorum.nam & Aquini,& Fabrateriæ consilia sunt inita de me,quæ te video° inaudisse: &, quasi diuinarent , quàm his molestus essem futurus , nihil* amicitiæ nostræ illius Iniurias condonarem. idem ep. 19 lib. 2. Catilinæ tẽporibus. est de rebus occultis, vt exempla declarant.

alíud egerunt, nisi, me vt opprimerent. quod ego non suspicans, incautior fuissem, nisi à te admonitus essem. Quamobrem iste tuus amicus apud me cõmendatione non eget. vtinam ea fortuna reip. sit, vt ille me quam gratissimum possit cognoscere. Sed hæc hactenus. Te ad cœnas itare desisse, moleste fero. magna. n. te delectione, & voluptate priuasti: deinde etiam vereor, (licet. n. verum dicere) ne nescio quid illud, quod solebas, dediscas, & obliuiscare cœnulas facere. nam si tum, cum habebas quos* imitarere, non multum proficiebas; quid nunc te facturum putem? Spurina quidem, cum ei rem demonstrassem, & vitam tuam superiorem exposuissem; magnum* periculum summæ reip. demonstrabat, nisi ad superiorem consuetudinẽ tum, cum Fauonius flaret, reuertisses: hoc tempore* ferri posse; si forte tu frigus ferre non posses. Sed mehercule, mi Pæte, extra iocum, moneo te, quod pertinere ad beate viuendum arbitror, vt cum viris* bonis, iucundis, amantibus tui viuas. nihil est aptius vitæ, nihil ad beate viuendum accommodatius. nec id ad voluptatem refero, sed ad communitatem vitæ, atq; victus, remissionemq; animorum, quæ maxime sermone efficitur familiari, qui est in conuiuijs dulcissimus: vt sapientius nostri, quàm Græci: illi συμπόσια, aut σύνδειπνα, id est compotationes, aut concœnationes: nos conuiuia; quòd tum maxime simul viuitur. Vides, vt te* philosophando reuocare coner ad cœnas? Cura vt valeas. id, foris cœnitando, facillime consequere. Sed caue, si me amas, existimes me, quòd iocosius scribam, abiecisse curam reip. sic tibi mi Pæte persuade, me dies, & noctes nihil aliud agere, nihil curare, nisi vt mei ciues salui, liberiq; sint. nullum locum prætermitto* monendi, *agendi, *prouidendi. hoc deniq; animo sum, vt, si in hac cura, atque administratione vita mihi ponenda sit, *præclare actum mecum putem. etiam atque etiam vale.*

quia resp. bellis ciuil. afflicta suas vires amiserat.

cum eorum cœnas videres.

hæc per iocum dicta.

lusit in verborum similitudine, ferri, & ferri.

viros bonos, iucundos, amantes sui, dixit ep. 25. lib. 5.

quia rationibus vitiuz.

tria postulantur ab optimo ciue. nõ pessime dixit ep. 5. lib. 4.

HVBER.

RVfum} Scribit Cicero, q̃ iustis causis debeat habere cõmendatum Rufum quendam: quem Pætus suis literis cõmendauerat. deinde, quia scripserat Pætus se omisisse ire ad cœnas amicorum, Cic. iocando nititur eum reuocare ad morem solitum cœnarum idq; dicit faciendum esse non tam causa cibi, q̃ conuictus, & cõsuetudinis, & collocutionis amicorum. postremo dicit se non abiecisse curam reip. licet iocetur. {Iterum} secundo {Si læsus essem ab eo} si accepissem ab eo iniuriam {Cum re}. i. cum viderem, q tantam curam de eo susciperes {Eius}. s. Rufi. {Iudicio} propria dispositione. {Initium} principium. {Cautionis} vt cauerem mihi. nam, vt ipse scribit, Equinates & Frabaterni consilia acceperãt de opprimendo Cic. quod cum intellexisset Pætus, scribit ad eũ, vt sibi caueret. quod idem postea multi alij scripserunt. dicit ergo initio suæ cautionis profectum esse ex literis ipsius Pæti, quibus est admonitus de insidijs, quæ sibi parabantur. {Opprimerent} interimerent. {Aquini, & Frabateriæ} vrbes Italiæ. Frabateria autẽ teste Prisc. Frabaternus facit possessiuum. {Non suspicans} non putans. {Incautior fuißem} non prouidissem mihi. {Fortuna} conditio, status. {Itare desisse} ire omisisse. {Illud nescio quid quod solebas}. q. d. nihil, parum esset. {Nam si} sensus est, si non faciebas cœnas multum lautas, cum habebas, quos posses imitari, quid putem te nunc facturum, cum desieris ire ad cœnas? {Non multum proficiebas} non tñ multum laudabaris in cœnis faciendis, quia eras parcus. {Quid putem}. q. d. multo peius. {Spurina} aruspex fuit, qui Cæsari diem mortis prædixit, vt scribit Tranq. {Superiorem} ea anteacta. n. vita potest iudicari aliquid de futuris. {Fauonius} ventus qui tempore veris maxime flat. {Ferri posse s.} demonstrabat Spurina, vt reuerteres ad priscam consuetudinem cœnarum. {Aptius vitæ} quia homo natura est animal sociale. {Ad voluptatem} cibi & potus quod esset fere belluarum. {Remissionem} relationem. {Quæ} remissio animorum. {Dulcissimus} plus. n. sapit q̃ omnia genera ferculorum, vt ostẽdit Macr. in Saturn. & ipse Cic. in Cat. maiore his verbis. Neq;. n. ipsorum conuiuiorum delectationem voluptatibus corporis magis, q̃ cœtu amicorũ, & sermonibus metiebar. Bene. n. maiores accubationem epularem amicorum, quia vitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominauerunt melius, q̃ Græci; qui hoc idem tum concœnationem, tum compotationem vocant: vt quod in eo genere minimum est, id maxime probare videantur. Ego vero propter sermonis delectationem tẽpestiuia quoq; conuiuijs delector. nunc igitur eandem ferè sententiam exequitur Cic quod Latini sapientius appellauerint accubationes epulares q̃ Græci. nostri. n. conuiuia dixerunt, q vitæ coniunctionem habebant; Græci vero σύνδειπνα. i. concœnationes, vel συμπόσια. i. compotationes. {Philosophando} afferendo rationes philosophicas. {Reuocare} reducere {Foris} apud amicos. {Id} vt valeas {Sed caue} remouet à se suspitionem neglectæ reip. quæ posset haberi de eo, quia scribit iocose. {Quòd} quia. {Abiecisse} omisisse. {Vita sit ponenda} si sit mihi moriendum. {Actum meum præclare} .i. mihi bene euenisse.

RVfum istum &c.} Scribit, q̃ iustis de causis debeat habere Rufum cũmendatum, quem Pætus commendauerat. Deinde quia scripserat se prætermisisse ire ad cænas amicorũ, cum ioco reuocat & inuitat eum ad pristinam consuetudinem, quam approbat non tam causa cibi q̃ conuictus, dicitque se reip. curam non abiecisse. Ordo est. Ego adiuuarem quãtum possem Rufum istum amicum tuum, de quo scribis iam iterum ad me, etiam si essem læsus ab illo, cum. i. qñ quidem ego viderem te laborare tantopere. i. tam diligenter & operose, causa eius. i. vt eum cõmendatum haberem. Vero pro sed cum ego intelligam. i. cum ita sit q intelligam, & iudicem. i. censeam, &. i. simul literis tuis & illius. i. Rufi missis ad me salutẽ meam. s. cum essem in exilio, fuisse ei magnæ curæ, non possum non esse. i. non possum facere, quin sim amicus ei, neq; solum commendatione tua. i. propter cõmendationem tuam, quæ valet plurimum apud me, vt debet. s. valere, sed etiam voluntate. i. propria inclinatione & sponte mea ac iudicio. Enim i. quia, o mi Pæte, ego volo te scire literas tuas fuisse mihi initium suspicionis, & cautionis. i. cautelæ, & custodiæ, & diligẽtiæ, quibus. s. literis tuis multæ aliæ. s. literæ multorum, fuerunt postmodum congruentes. i. concordes & consonæ. Nam consilia sunt inita de me. s. opprimendo aut capiendo, & .i. simul Aquini. i. in eo oppido Italiæ per S. Thomam nobilitato, & Frabateriæ etiam oppido Italiæ, quæ. s. consilia ego video. i. intelligo etiam te audisse, & quasi diuinarent, q̃. i. quantum molestus essem futurus his, nihil egerunt aliud nisi vt opprimerent me. Quod. i. quam rem, ego non suspicans, fuissem incautior, nisi essem admonitus à te. Quamobrem iste amicus tuus. i. tam beneuolus & fauorabilis mihi non eget cõmendatione apud me. Vtinam ea. i. talis sit fortuna reip. vt ille. s. Rufus quem mihi commendasti, possit cognoscere me q̃ gratissimum. i. valde gratum. Sed hæc hactenus sup. de Rufi cõmendatione dicta sunt. Fero moleste te desisse itare ad cœnas. Tu. n. priuasti te magna delectatione & voluptate. Deinde. i. insuper etiam vereor, licet. n. dicere verum ne dediscas illud nescio quid quod solebas, hoc est laute instruere cœnã, & obliuiscare. i. obliuiscaris facere cœnulas. s. modicas. Vnde diminutiuo vtitur quasi per contẽptum. Nam si non proficiebas multum, tu. i. tunc cum. i. qñ habebas quos imitarere. i. posses imitari. s. frequentando eorum cœnas, sed modicas pro opiparis reponendo, quid putem te facturum nunc. s. cum non amplius aliorum cœnas frequentes? q. d. nihil aliud q̃ obliuisci conuiuandi rationem. Quidem. i. certe Spurina. s. medicus, & aruspex peritissimus cum demonstrassem ei, & exposuissem. i. declarassem vitam tuam superiorem, demonstrabat magnum periculum summæ rei. i. vitæ tuæ impendere, nisi reuertisses ad superiorem. i. priorem consuetudinem. s. conuiuandi, tũ i. tunc cum Fauonius. i. ventus ille à fauendo, aut fouendo dictus, ab occidente tpe verno flans, flaret: qđ (vt iam dixi) in Veris principio fieri solet. sup. demonstrabat quod nunc facis. i. non ire ad cœnas aliorum posse fieri hoc tempore, si tu non posses ferre frigus. Sed o mi Pæte mehercule, modus est iurandi sæpe à nobis expositus, ego moneo te extra iocum, vt viuas cum viris bonis iucundis, & sup. amantibus tui. Nihil. n. sup. est aptius vitæ, nihil est accommodatius ad viuendum beate. s. in hac vita, nec ego refero, i. reduco id ad voluptatem, sed ad comitatem. i. affabilitatem & mansuetudinem vitæ, atque victus, & ad remissionem. i relaxationem animorum, quæ. s. remissio fie maxime. i præcipue sermone familiari, quæ. s. sermo familiaris est dulcissimus in conuiuijs, vt nostri. i. Romani, aut Latini sapientius sup. vocauerunt quàm Græci. nam illi sup. vocauerunt συμπόσια .i. compotationes, aut σύνδειπνα. i. concœnationes: nos supp. vocamus conuiuia, quòd viuitur simul maxime tum. s. dum comeditur, aut compotatur. Tu vides. i. intelligis, vt. i.

ASCEN.

qualiter

qualiter ego philosophando conet reuocare te ad cœnas, scilicet solito more frequentandas. Cura vt valeas. tu consequere .i. obtinebis facillime id .s. vt valeas cœnitando foris .i. frequenter cœnando foris, quod quidem verum si sobrie. Sed si amas me, caue sup. vt aut eaistimes me abiecisse curam reipub. eo q̄ scribam iocosius. O mi Pæte persuade tibi sic .i. fac vt sic credas me nihil aliud agere dies & noctes. Admonui sæpe contra Vallæ opinionem, vbi tempus est contiouatum, frequentiorem esse per accusatiuom temporis locutionem etiam apud Cic. vt hoc loco, cui simile est illud 6. Aeneid. Noctes atq; dies patet atri ianua ditis. Nihil curare sup aliud, nisi vt ciues mei .i. quorum iam coosul fui, sint salui & liberi. Ego oullum .i. non nullum, non prætermitto vllum locum monendi, agendi, prouidendi .s. vt salus & libertas ciuium seruetur. Deoique, vt vno verbo cooclúdam, ego sum hoc aoimo .i. habeo huuc .i. huiusmodi animum, vt si ita sit ponenda mihi .i. deponenda, io hac cura atque administratione .s. reip. Et reuera oon multo post pro rep. extinctus est, sed iam oppressa primom à Cæsare, & deinde à triumuiris, & potissimū ab Aotonio ego purem .i. eaistimem, & censeam, etiam atque etiam .i. frequeoter & accumolate actum mecum præclare .i. perclare mihi contigisse, qoia dulce & decorum est pro patria mori. Non opus est admonitore. Sæpe tibi diai, Romanos gaudere suo casu .i. ablatiuo, quo Græci carent. quo circa dixit, hoc deniq; sum animo .i. huius sum animi. quod etiā dicere liceat, sed mious Romane, magis tū fortassa grāmatice, si quid Seruio credimus. Notum præterea puto tunc quēuis apte dicere, vt ciues mei & cetera, cum ipse est enim princeps: aliter diceret, cū ciues mei &c.

ARG. Scripsit hanc epistolam ante bellum ciuile, cum esset in Cilicia proconsul. & cauillatur in eo, quia tibi Papirius præcepta de re militari literis tradiderat. dein M. Fabium commendat.

M. CIC. IMP. S. D. PAPIRIO PAETO. 25

στρατηγικώτατον.

Tuscul. 1. Plin. lib. 7. c. 24. Plut. in Pyrrho, Aelianus in lib. de aciebus.

In hac prouincia administratione.

SVMMVM * *me ducem literæ tuæ reddidere. plane nesciebam te tam peritum esse rei militaris.* * *Pyrrhi te libros, &* * *Cyneæ video lectitasse. itaque obtempero: & cogito præceptis tuis, hoc amplius nauicularum habere aliquid in ora maritima. contra equitē Parthum negant vllam armaturam meliorem inueniri posse. Sed quid ludimus? nescis, quo cum imperatore tibi negotium sit. Κύρου παιδείαν, quam contriueram legendo totam in* * *hoc imperio explicaui. Sed iocabimur alias coram, &, vt spero, breui. nunc ades ad imperandum, vel ad parendum potius: sic.n. antiqui loquebantur. Cum M. Fabio, quod scire te arbitror, summus mihi est vsus: valdeq; eum diligo cum propter summam probitatem eius, ac singularem modestiam, tum quòd in ijs controuersiis, quas habeo cum tuis cōbibonibus Epicureis, optima opera eius vti soleo. is cum ad me Laodiceam venisset; mecumq; cum ego esse vellem; repente* * *percussus est atrocissimis literis; in quibus scriptum erat, fundum Herculanensem à Q. Fabio fratre proscriptum esse, qui fundus cum eo communis esset. id M. Fabius pergrauiter tulit; existimauitq;, fratrem suum, hominem non sapientem, impulsu inimicorum suorum eò progressum esse. nunc, si me amas, mi Pæte negotium totum suscipe, molestia Fabium libera.* * *auctoritate tua nobis opus est, & consilio, & etiam gratia. noli pati, litigare fratres, & iudicijs turpibus conflictari. Mathonem, & Pollionem inimicos habet Fabius. quid multa? non mehercule tam perscribere possum, quàm mihi gratum feceris. si otiosum Fabium reddideris. id ille in te positum esse putat, mihiq; persuadet. Vale.*

ad Att. ep. li. 4.

apud Cæl. ep. 15. li. 1.

HVBER.

SVmmum} Quia Pætus scripserat ad Cic. multa præcepta de re militari, Cic. cum eo iocans scripsit se multum adiutum de literis, in quibus scripserat illa præcepta. Postea vero commeodat ei M. Fab. quendam amicum sum, qui habebat controuersiam cum fratre de agro quodam. {Reddiderunt me summum ducem} .i. ita erudierunt me, vt iam sim summus imperator rei militaris. {Reddideruot} effecerunt. {Plane} profecto. iocatur Cic. {Pyrrhi} regis Epirotarum, qui videtur scripsisse de re militari. cum o. optimum imperatorem fuisse constat. cum.n. vt scrib. Liu. lib. 4 belli Maced. Annibal à Scipione Afr. legato Ephesum ad Antiochum misso, interrogatus esset, quem primum imperatorem crederet: respondit, Alexandrum Macedonum regem, & q̄ parua manu inumerabiles eaercitus fudisset, quodq; vltimas oras, quas visere supra spem humanam esset, peragrasset. quærenti deinde quem secundum poneret: Pyrrhum inquit, q̄ castrametari primum docuisset: ad hoc neminem loca elegantius cepisse, præsidia disposuisse. Vode & apud Terent. Gnato glorioso militi adulatus ait: Sic olim Pyrrhus factitauit. qui locus ooo fuit fortasse à multis antehac intellectus. {Cyneæ} hic Thessalus fuit, vt scribit Cic. in Catone maiore, qui, vt ait Sol. taota vi memoriæ fuit, q̄ Pyrrhi legatus Romam missus postero die, quàm ingressus Romam fuerat, & equestrem ordinem, & senatum proprijs oominibus salutauit. fuit vir doctus, & sapiens, qui de re militari, sicut & Pyrrhus, libros scripsit. {Hoc amplius} .s. cogito facere. {Habere aliquid nauicularum} .i. aliquas nauiculas. {In ora maritima} in regione vicino mari & iocatur Cic. nam cum Parthi pugnent tantummodo terrestri prælio, oaues paratæ potius essent ad fugam, quàm ad pugnam. {Meliorem} ironice. {Parthi maxime equis pugoant & sagittis} cootra quæ omnia oihil valent naues. Virg. Fideotemq; fugam Parthum, versisque sagittis. Item, Ocyor, & missa Parthi post terga sagitta. {Ludimus} iocamur. {Quocum} .i. cum quali, q.d. peritissimo. hoc de se dicit. παιδείαν Κύρου .i. prædiam Cyri, quam Xenophoo scripsit græce, quæ hodie latioa facta est à viro ætatis nostræ doctissimo Francisco Philelpho. παιδεία autem eruditionem sigoificat. descripsit enim qualis in omni genere vitæ, & præsertim in administratiooe imperij, & rei militaris fuerit Cyrus rex Persarum, non tamen quòd omnino talis fuerit, qualem scripsit, sed quòd talem oportere esse optimum regem voluerit significare. {Contriueram} cootractaueram assidua lectione, ita vt pene contritam reddidissem. {Explicaui} aperui, ostendi, &, vt ita dicam, experientia ipsa declaraui hoc imperio, quod in Cilicia nūc gero. {Ades} veni. {Vel potius} correctio {Cum M. Fabio} altera pars epistolæ, io qua commendat Fabium. {Summus vsus} maxima consuetudo. {Propter summam probitatem} laudat personam amici, vt probet eum dignum commendatione sua. {Combibonibus} compotoribus. quo græci συμπότας dicuot. ostendit autem & Pætum Epicureum fuisse. {Vellem eum esse mecum} cum vellem eum habere apud me. {Percussus} perturbatus. {Atrocissimis} acerbissimis literis. {Fūdum Herculanensem} ita enim appellabatur ille fundus fortasse ab aliquo templo Herculis illi vicino: aut à loco. {Proscriptum} expositum venalem: quia quæ eraot vendenda, scribebantur publice: vt etiam hodie solet {Communis} nondum diuisus. {Noo sapieotem} stultum. {Eò} ad id, vt proscriberet quod esset etiam ei commune cum fratre. {Inimicorum} qui velleot discordiam ioter duos fratres esse. {Auctoritate} qua suadeas qui velint emere ne id faciant. {Consilio} quomodo possit eaplicari hæc res. {Gratia} quam habes maaimam apud omoes. {Turpibus} oihil enim est turpius, quàm quos oatura coniunxit, eos cupiditate & stultitia diuelli, & inter se contendere. {Conflictari} cootendere. {Mathonem, & Pollioo em} nomina oratorum siue causidicorum. {Non tam perscribere possum} .i. noo tam possum explicare scribendo quàm erit mihi re ipsa gratum si feceris, vt Fabius non litiget. {Otiosum} sine lite. {Esse positum in te} .i. esse in potestate tua, vt ooo litiget.

Matho cognomen Pōponiæ gentis, Pollio Asiniæ.

ASCEN.

SVmmum me ducem} Quia Pætus scripserat ad Cic. multa præcepta de re militari, quam non eaercuerat, Cic. iocans scribit se multum adiutum illius præceptis, quæ ex alicuius magni ducis, vt Pyrrhi, & Cyneæ libris eum eacerpsisse autumat, innuens plane experimento ea noo didicisse. Deinde commendat ei M. Fabium quendam amicum suom, qui habebat controuersiam de agro. rogatque eum adiuuet. est autem oon vulgaris commendatio, sed digna quæ ab legeotibus memoriæ mandetur. Ordo autem est. Literæ tuæ, quibus plurima præcepta rei militaris scripsisti, reddideruot .i. effecerūt. Tracta metaphora à ludi magistro, qui, cum puerum erudiendum acceperit, reddit eruditum. hic autem Cic. e literis Pæti lectitandis, didicerat. vnde reddideruot ipsum summum quia peritissimum ducem .s. exercitus. Ego plaoe .i. omnino nesciebam te esse tam peritum rei militaris. Ego video te lectitasse .i. frequenter legisse libros Pyrrhi, scilicet regis Epirotarum, quem

Anibal secundum in præstantia rei militaris censuit, eo quòd castrametari primus docuisset, vnde de ea re aut libros scripsisse, aut scribere potuisse verisimile est. Præterea optime disposuisse præsidia indicat illud Gnathonis Terentiani in Eunucho: Sic olim Pyrrhus factitauit. i. sic disposuit & instruxit aciem, vt tu o Thraso nunc fecisti. & Cyneæ, qui Pyrrhum videtur docuisse, & de re militari scripsisse. Fuit auctore Cic. in lib. de senect. Thessalus vir, vt ait Solinus, tanta memoriæ vi præditus, vt Pyrrhi legatus Romam missus, postero quàm ingressus erat die & senatorium & equestrem ordinem totum proprijs nominibus salutauerit. Itaq; . i. & ita, quia in præceptis tuis optimos præceptores secutum arbitror, & cogito obtēperare. i. obedire præceptis tuis, & sup. cogito, quod ridicule dicit, hoc amplius. s. quàm præcepisti habere aliquid nauicularem in ora maritima i. iuxta litora quia . s. eius rei periti negant vllam armaturam posse inueniri meliorem contra equitem Parthum: non. n. equis in nauiculis, quibus aufugitur, pugnatur. Vnde non resistēdo, sed fugiendo Parthum vicerit. Sed quid. i. ad quid ludimus. i. ioco tecum agimus? Tu ne scis cum quo. i. quali imperatore negotium sit tibi. i. qualis ego sim imperator, ego explicaui, idest exercui in hoc imperio Pædiam Cyri. i. librum Xenophontis de eruditione Cyri regis Persarum, quæ adhuc extat, & his diebus cum alijs tum à Francisco Philelpho translata est. Est autem παιδεία cum ει, diphthongo in media, disciplina & eruditio præsertim puerorum. Nam παιδιά, prædia sine diphthongo in media dicitur, infantia, & παῖς, pæs, pædos, puer. In eo autem libro Xenophon nō tam qualis Cyrus fuit, quàm qualem esse decuit, descripsit. quam. s. pædiam ego contriueram. i. frequenti attrectatu absumpserā totam, legendo. i. cum eam legerem. Sed nos iocabimur alias. i. alio tempore, coram. i. in mutua præsentia quasi à facie ad faciem, vt spero breui. Nunc ades. i. adsis, adueni ad imperandum. s. mecum, vel potius ad parendum. i. obediendum: sic n. antiqui loquebātur, libere. s. loquentes, & se, cum alijs imperarent, alijs, vtpote senatui & legibus parere dictitantes. Sūmus vsus. i. summa consuetudo vitæ. est mihi cum M. Fab quod. i. quā rem ego arbitror te scire, & diligo eum valde, tum. i. simul pp probitatem ac singularem modestiā eius, tum quòd soleo vti optime opera eius in his controuersijs i. cōtentionibus, quas habeo cum Epicureis. i. hominibus gulæ, & voluptati deditis, combibonibus. i. compotoribus tuis, hoc est quòd potens potator est vini & æqualis haustus, quod ipse epotare non possum, & pro me ebibit. Omnia autem ioco dicit. Is cum venisset Laodiceam i. ad eam vrbem in prouincia Ciliciana, ad me, & vellem eum esse mecum, ipse percussus est. i. attonitus factus repente literis atrocissimis, hoc est inimicissimis quibus scriptum erat, fundum Herculanensem esse proscriptum. i. venalem inscriptū à Q. Fabio fratre. s. suo. Qui fundus est cōis. s. M. Fabio cū eo . s. Q. Fabio. M. Fabius tulit id pergrauiter, & existimauit fratrē suum hominem non sapientem progressum esse eò. i. ad eam imprudentiā, & iniquitatem impulsu inimicoꝝ suoꝝ. Nunc o mi Pæte si amas me suscipe. i. ad te cape totū negotium s. Marci, & libera Fabium. s. Marcum molestia. s. litis aut contra venditorē, aut contra emptores accipiendæ. Opus est nobis auctoritate tua & consilio, & etiam gratia. Noli pati fratres litigare, & conflictari turpibus iudicijs Fabius. s. Marcus habet Mathonem, & Pollionem. s. aduocatos inimicos. Quid multa sup scribam de eo ad te? Mehercule ego non possum perscribere tā. i. tam diligenter, aut tam plene, quā. i. quantum gratum feceris. s. mihi, si reddideris. i. affeceris Fabium otiosum. i. absolutū omni negotio. ille. s. Fabius putat & persuadet mihi id positum esse in te. i. in tua potestate.

PAVL. MAN.

NVnc ades ad imperādum, vel ad parendum potius sic. n. antiqui loquebantur } difficilis locus: qui me diu valde torsit. interpretes. n. omnes, alij eum, vt scopulum, euitarūt, alij, dum videri volunt intelligere, quod minime omnium intelligunt, ineptiarum nescio quid attulerunt, quod rideri magis, quàm refelli, debeat. comperi igitur, locutionem esse veterem, & antiquis vsitatam: licet eius non multa habeamus exempla. quibus. n. in scriptis, veteris illi dicendi modi frequentius potuissent deprehendi, ea ferme oīa deperierunt: itaq; ex vnius Sallustii verbis locus hic ad Pætum exponit. facile. n. colligitur antiquos, ad imperandum, passiue dicere solitos, vt etiā Cicero ipse exponit. sed ponamus Sallustii verba, quæ sunt in Iugurthino. Inghurtha, inquit, vbi armis, virisq;, & pecunia spoliatus est, cum ipse ad imperādum Tisidium vocaretur, rursus cœpit flectere animum suum, & ex mala conscientia digna timere ad imperandum, dixit, id est ad parendum, & ad imperata facienda: quemadmodum Cicero, ades ad imperandum, pro ades, vt ego tibi imperem. hunc loquendi modum & Seruius agnouit in illo Bucolicorum versu apud Virgilium; Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Cantando, inquit, dum incantatur.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Descriptio cœnæ, cui excusatio interseritur, quòd cum meretricula visus fuerit eadem mensa,

CICERO S. D. PAPIRIO PAETO. 26

*ACCVBVERAM hora nona, cum ad te harum exemplum in codicillis exarui. dices, vbi? apud Volumnium Eutrapelum: & quidem supra me Atticus, infra Verrius, familiares tui. miraris tam exhilaratam esse seueritatem nostram? quid ergo faciam? te consulo, qui philosophum audis. angar? excruciem ne me? quid assequar? deinde, quem ad finem? viuas, inquis, in literis. an quidquam me aliud agere censes? * haud possem viuere, nisi in literis viuerem: sed est earum etiam non satietas, sed quidā modus. à quibus cum discessi, * etsi minimum mihi est in cœna, quod tu vnum ζήτημα Dioni philosopho posuisti: tamen, quid potius faciam, prius, quàm me dormitum conferam, non reperio. Audi reliqua. Infra Eutrapelum * Cyteris accubuit. in eo igitur, inquis, conuiuio Cicero ille, Quem adspectabant, cuius * ob os Graij ora obuertebant sua? non mehercule suspicatus sum illam affore: sed tamen ne Aristippus quidem ille Socraticus erubuit, cum esset obiectum, habere eum Laida: habeo, inquit, non habeor à Laide. græce hoc melius. tu, si voles, interpretabere. me vero nihil istorum ne iuuenem quidem mouit vnquam, ne nunc senem. conuiuio delector. ibi loquor aliquid, quod in solum, vt dicitur: & gemitum etiam in risus maximos transfero. an tu id melius, qui etiam philosophum irriseris; cum ille, si * quis quid quæreret, dixisset, cœnam te quærere à * mane dixeris? ille Baro te putabat quæsiturum, vnum cælum esset, an innumerabilia. quid ad te? at hercule cœna nunquid ad te? ibi præsertim? Sic igitur viuitur: quotidie aliquid legitur, aut scribitur: deinde, ne amicis nihil tribuamus, epulamur vna, non modo non * contra legem, si vlla nunc lex est, sed etiam intra legem, & quidem aliquanto. quare nihil est, quod aduentum nostrum extimescas. non multi cibi hospitem accipies, sed multi ioci. Vale.*

aut posse, antiquus liber.

etsi minime cœnā curo. ludit in ambiguo sēsu.

Eutrapeli amica. Plutar. & Plin. l. 8. c. 16. pro ad. Festus, Tusc. 3. & in oratore.

de nat. d. li. 1. & Varro apud Nonium. de or. l. 2. & 3. a mane ad vesperā.

sumptuariā Cæsaris. epist. 26. l. 7. & 25. l. 9.

ACcubueram } iocatur Cic. cum Pæto, scribens se acceptum fuisse ab Eutrapelo in cœna admodum iocosa, in qua inter fuerunt & familiares eius Atticus & Verrius & Cyteris meretrix. in qua cœna dicit se præstitisse miram fortitudinem & continentiam, quia ad nullam turpitudinem aut libidinem potuit cōmoueri ab ea meretrice. postremo quædam faceta commemorat de Pæto. { Accubueram } . i. eram in conuiuio. cubabant. n. antiqui vescentes & cœnantes. Virg. Tu das epulis accumbere diuum. Valer. de inst. antiq. Fœminæ cum viris cubantibus sedentes cœnitabant. { Hora nona } tunc. n. incipiebant cœnare. Mart. Incipit extructos frangere nona toros. Horat. Post cœnam venies. { Exarau } scripsi. { Codicillis } tabellis. { Vbi } . s. accubueram. { Eutrapelum } alias significat facetum, hic est nomen proprium, de quo etiam Horat. Eutrapelus cuicunq; nocere volebat, Vestimenta dabat pretiosa. { Supra } describit ordinem discumbentium. sic Horat. in vlt. serm. Summus ego, & prope me Viscus Turinus, & infra, Si memini, Varius, cum Seruilio Balatrone Vibidius: quos Mecenas adduxerat vmbras. Nomentanus erat super ipsum, Porcius infra, Ridiculus totas simul absorbere placentas. { Tam exhilaratam } tam in hilaritatem & lætitiam effusam. { Seruitutem } vitam meam ita seruam & subiectam. { Quid assequar } . s. si excruciauero me. i. quid proficiam, quid lucrabor. { Ad quem finem } . i. ad quid. licet. n. angi quoties ex angore nostro aut vtilitatis, aut honoris aliquid potest peruenire. { Viuas } responsio quam posset facere Pætus. { Aliud } quàm viuere in literis. { Non satietas } non fastidium:

NVBAR.

{ Sed

{Sed modus} mensura moderatio. {A quibus e.d} quas literas cum aliquaotulum reliqoi. {Etsi minimum} .i.licet in cœna haberem minimā quæstionē, quam tu proposuisti Dioni philosophos: tñ uellem ipsas literas sequi: quia oon reperio quid potius faciam priusquam eam dormitum, significat aūt quæstionē Pæti propositam Dioni fuisse paruam & negatoriam {ζήτημα} quæstionem. nam ζητέω significat quæro {Voum} solum. {Prius q̄ conferam me dormitum}.s. prius} q̄ dormiam. quod est otiosorum & igoauorum. Horat. Ni melius dormire putem q̄ scribere versus. {Reliqua} quia noodum descripserat totum ordinem conuiuarum. {Cyteris} tres vno tempore notissimę meretrices fueruot. hæc Cyteris, quam Virg. ecl. vlt. Lycorim appellauit. Origo, de qua Horatius, Vt quoodam Marseus amator Originis illic. & Arbuscula, de qua idem Horat. Explosa Arbuscula dixit. {I0 eo} quia dixit ei conuiuio interfuisse meretricē. ne videretur ipse fecisse contra dignitatem suā laudat suam continētiam. {Ioquis} o Pæte. {Ille} q.d tā celebris. {Io eo} in tali vbi esset meretrix. s. interfuit. {Quē Graij} ad quē Græci aspiciebant præ admiratiooe, dī Cicero tm profecisse, non solum cogoitione literarum græcarum, cum esset Athenis, sed etiam imitatione vocis & gestus: vt Gręcis ipsis esse admirationi. {Ob os} ob oris, & vultus aptissimos motus, & elegantissimam pronuntiationem. {Obuertebant} quia dolebant aspicientes. {Nō hercule} prima excusatio per iusiurandum: ꝙ non credidit ipsam Cyteridē interfuturam ei coouiuio. {Sed tñ} alia excusatio cum laude sua exēplo Aristippi philosophi Socratici: qui vixit apud Diooysum Syracusanum. {Noo erubuit} oon veritus est: oeq; existimauit sibi turpe. {Obiectum} vitio datum. Habere cum Laida} cū ambigue hoc dicatur, vtrum eum habere Laida, an Laida habere, eum intelligamus: ille expressit his verbis: habeo Laida, oon haberor a Laide. i. ego non sum in potestate. Laidis, sed ipsa est io potestate mea: quia noo pōt me peruertere. Fuit aūt Lais scortum Corinthium notissimū. Ouid. in t. Amor. Qualiter in thalamos formosa Simiramis isse Dicitur, & multis Lais amata viris {Grece bot melius} sic. o. dicitor, ἔχωμεν λαΐδα, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς λαΐδος ἐχόμεθα {Istorum} taliū sicut versati cum mulieribus. {Ne iouanem qui d.} cum magis calebam sanguioe & debueram esse ad talia prooior. {In gemitus & risus} quia doleo iocōmodis reipublicæ & irrideo qui stulte aguot, cum se sapientes puteot. possumus tamen legere & in gemitus & in risus. i. quod faciat me & ridere & flere: ideo interposuit ut dicitur: quia ita solemus plerunq; dicere; loquor quod faciat mihi & fletum & risum. & hāc lectionem magis probo. {Id melius} s. fecisti. {Philosophum} quidam intelligunt Dionem de supra. {Dixisset si quia quæreret} .i. dixisset si quis vellet aliquid quærere: ot. s. quæreret, se. n. respoosurum. {Quærere cœnam a me} .i. dixeris te quærere, an ego cœnam darem. Alij legunt amœne. vt sit iucunde & facete dixeris te quærere cęnam. {Ille vero} vtpote qui erat philosophus, credebat te quæsiturum ab eo res philosophicas, non autem cœnam. {Voum cælum, an ionumerabilia} hæc. n. quæstio ad philosophum pertioet. Auertendum est aūt cælum oeutri generis in plurali, cum dixit inoumerabilia, vbi subaudiendum est cæla, nisi velimus credere Seruio, qui dicit io subauditiooe ea poni, quæ dici ooo pñt, vt apud Virgil. io Bucol. Bisq; die oumerāt ambo pecus, alter & hædos. vbi vult alter de nouerca iotelligendem esse apud idooeos tñ io plurali taro reperitur. {Quid ad te} .s. pertinebat quærere, esset ne vnum cælum an plura? {Ad cœna nunquid ad te} .s. pertioebat quærere. {Tibi} pro te, q.d. immo pertinebat. [Sit igitur} redit ad conclusionem suæ viræ. {Sic} vt dixi in conoiuus amicorum. vel sic, vt iam dicam. {Ne oihil tribuamus amicis} vt etiam obsequamur amicis, & oe videamur eos omnino oegligere. {Epulamur} faciamus conoiuia. {Non contra legem} .i. non solem non plusquam contedat lex sumptuaria de conuiuiis. {Sed etiam iotra legem} .i. frugalissime & parcissime. {Si vlla nunc lex est} qoia, ut alio loco supra diximus ex auctoritate Macrob. cum multæ leges sumptuariæ latæ essent: ita tñ obsoleuerant propter luxuriam gulæ illius sæculi, ut fere abrogare uiderentur. {Aduentum nostrū} promiserat. n. se iturum, ut eum uiseret. {Noo multi cibi} qd̄ dixit supra ep. 23. non edacem {Sed multi ioci} .i. facetum & iocosum. i. habebis hominem ualde facetum, non autem oalde edacem.

ASCEN. Accubueram, &c.} Iocatur rursus Cic. cum Pæto scribeos se acceptum fuisse ab Eutrapelo io cœna admodum iocosa, io qua interfueruot familiares eius Atticus & Verrius, & Cyteris meretricula. Io qua cœna dicit se præstitisse magnam fortitudinem ac cootinentiam, addens nonnulla faceta de Pæto. Ordo est. Ego accubueram. i. in conuiuio fueram. nam ueteres accubabant comedētes hora nona, quæ conuiuiis addicta erat. unde Mart. Imperat extructos frāgere nona toros. Cum exaraui. i. scripsi stylo proscindeodo ceram, ot aratro sulcamus terram in codicillis. i. tabellis ceratis exemplum literarum ad te. s. mittendarum. Dices i. quæres, ubi. s. accubueram sup. accubueram apud Volumnium Eutrapelum, & quidem Atticus sup accubabat supra me. i. in parte superiore, & Verrius iofra. s. me. i. in parte inferiore, familiares tui. i. qui duo sunt familiares tui. Miraris seruitutem nostram. quia tooc quodammodo seruiebant Romani. esse, tam. i. iotm̄ exhilaratam. i letificatam. Ergo si non licet læte uiuere, consulo te. i. peto consilium a te, qui audis philosophum. s. io ea re, hoc est Epicureum, quid faciā .i. quid consulis ut faciam: angar. i. dolore constriogar? excruciemne me? quid assequar. i. qoid lucrer? Deinde ad quem fioem sup. faciam id? Tu inqois. i. respondere potes, uiuas, in literis. Ao tenses me agere quidquam aliud? Ego haud. i. non possum uiuere, nisi, oiuerem io literis. i io studio literario. Sed est etiam non satietas, sed modus quidam. i. meosura certa, earum. s. literarum. a quibus. s. literis in libris cum discessi, etsi. i. quanquam, minimum .i. minima pars esset mihi io cœna, quod ζήτημα. i. quam quæstionem, uoum. i. solum, to posuisti. i proposuisti, Dioni philosopho, hoc est si minimum esset io cœna, quid faciendum sic tñ. i. licet mioimum sit, non reperio quid faciam prius q̄ conferam me dormitum. s. ꝙ melius esset q̄ cœnare utcunque, si non lautissime. Audi reliqua. Cyteris meretricula famosissima, accubuit infra Eutrapelum. s. Volumnium, quod uocabulum significat facetum Igitur, ioquis, Cicero ille. s. nobilissimus orator, quem expectabam. i. de qoo quidem in eius laudem, ut tunc ootum erat, retulit quod cum unum expectabat. i. ex omoibus uoum aspiciebat, & ob cuius os, idest, oris facundiam & uultos eloquentiam Graij .i. Gręti obuertebaot ora sua, dolebant. s. se etiam eloqnentia ab Romanis uinci, sup. accubuit aut fuit in eo conuiuio, in quo. s. meretricula aderat? Mebercule, inquit Cicero, ego noo sum suspicatus illam affore, sed tñ. i. nihilo mious, sup. non fuit taoto dedecori mihi, nam Aristippus quidem ille. s. notissimus. Socraticus. i. Socraticæ disciplinæ non tñ uitæ sectator, quia Socrates summopere cootioentiam laudabat. unde in eos, qui uerbo, & noo facto eum imitabaotur, dicit Iuuen. Cum sis inter Socraticos notissima fossa cinædos. Non erubuit cum esset obiectū, eum habere Laida meretricē Corinthiā superbissimā, quia, inquit habeo Laida, noo habeor a Laide quia non cepit me, hoc sup. dicitur melius. i. elegantius græce, tu interpretabere. s. latioe si uoles me uero nihil horum mouit. i. affecit unquam, ne quidem. i. noo etiam iuuenem i. cum essem iuuenis, ne. i. nedum nune senem Ego delector non meretrice, sed coouiuio. Ego loquor ibi aliquid, quod. s. dictum io solum, ut dicitur. i. quod nullius testimooio possit redargui, cum noius testimooium oullum sit. solent autem qui liberius loquuntur, in mappam se inuoluere, sicq; dicta sui prefari. & transfero. s. io cœnam. & gemitus & risus maximos. i. omnia tam tristia quàm læta. An tu sup. fecisti melius qui, &c Reliqua aperta sunt.

Harum exemplum} cum Cicero apud Voluminum Eutrapelum ceoaret, hanc epistolam ad Papirium in codicillis conscripserat, eo coosilio, vt, cum domum redisset eam in charta exscriberet, & ad Papirium mitteret. propterea, harum exemplum, dixit. non. o. io animo habebat, eas ipsas mittere, quas scribebat, quas uocat exemplum, sed eas. quas inde exscribere cogitabat. {Etsi minimum mihi est in cena} postea quàm io literis satis uersatus sum, etsi cenam in minimis pono; tñ, com aliud, quod agam, non habeam, ad cœnas me coofero. Iocatur autem in his uerbis Mioimum mihi est in cena, referens uerba Papirij: qui cum Dioni philosophos posuisset illud ζήτημα, esset ne aliquid minimum: oegassetq; Dio; {negaot enim philosophi, quidquam esse in magoitudioe minimum; cum tam parua magoitudo nulla, sit quæ non diuidi queat} iocans Papirius adiecit, Mihi uero minimum est in cena; cum cenam sibi tenuiter admodum paratam esse iudicaret. {Et gemitum etiam in risus maximo transferro} hunc locum alii ita, ut nos, iam ante emendarunt, sed interpunctis aliter distinxerant, ut sensum plane alium efficerent. nos Ciceronem credimus hoc dicere. in conuiuio cum patriam satis luxi, a mæstitia & gemitu uel maximam ad hilaritatem, maximosque risus me conuerto. {Ille Baro} Baro mulier fuit philosophiæ dedita, ut scribit Suida. ex eo philosophos, qui stolidiores essent, non philosophos, quòd eo nomioe oiderentur indigni, sed Barones uocabant, ut quasi mulierculæ per contemptum appellarentur. PAVL. MAN.


M. T. CICERONIS EPIST. FAMILIARIVM LIBER DECIMVS.

ARGVMENTVM.

Incusatur in Antonij immoderatam patientiam: & Plancum, transalpinam Galliam, quam vtinam Cicero votat, administrantem, hortatur, vt in remp. omni cogitatione studioq; incumbat. postremo, agit gratias de furnio honorifice tractato. * Vide Philip. 5.

M. CICERO S. D. L. MVNATIO PLANCO, IMP. COS. DES.

vide ep. 25 lib. 12. 19. ad M. Brutum, & l. 3. de off. in extremo.



*T absfui, proficifcens in Graciam et postea quã de medio curfu reip. sum uoce reuocatus, nunquã per M. Antonium quietus fui: cuius tanta est non insolentia, (nam id quidẽ vulgare vitium est) sed immanitas, nõ modo vt vocem, sed ne vultum quidẽ liberum possit ferre cuiusquàm. itaq; mihi maximæ curæ est, non de mea quidem vita, cui satisfeci vel ætate, vel factis, vel, si quid etiam hoc ad rem pertinet, gloria: sed me patria solicitat, in primisq: mi Plance expectatio *consulatus tui: quæ ita longa est, vt optandum sit, vt possimus ad id tempus reip. spiritum ducere quã potest. n spes esse in ea rep in qua hominis impotentissimi, atq; intemperantissimi armis oppressa sunt omnia? & in qua nec senatus, nec populus vim habet vllam? nec leges vllæ sunt, nec iudicia, nec omnino simulacrum aliquod, aut vestigium ciuitatis? Sed quando acta omnia mitti ad te arbitrabar; nihil erat, quod singulis de rebus scriberem. Illud autem erat amoris mei, quem a tua *pueritia susceptum non seruaui solum, sed etiam auxi: monere te, atq; hortari, vt in rẽp. omni cogitatione, curaq; incumberes. quæ si *ad tuum tempus perducitur, facilis gubernatio est: vt perducatur autẽ, magnæ tum diligentia est, tum etiam fortunæ, sed & te aliquanto ante, vt spero, habebimus. & præterquam quòd reip. consulere debemus, tamen tuæ dignitati ita fauemus, vt omne nostrum consilium, studium, officium, operam, laborem, diligentiam ad amplitudinem tuam conferamus, ita facillime & reip. quæ mihi carissima est, & amicitiæ nostræ, quam sanctissime nobis colendam puto, me intelligo satisfacturum. *Furnium nostrum tanti a te fieri, quantum ipsius humanitas, & dignitas postulat, *nec miror, & gaudeo: teq; hoc existimare volo, quidquid in eum iudicij, officijque contuleris, id ita me accipere, vt in me ipsum te putem contulisse. • Vale.*

erat enim Plancus cõsul des. cũ D. Bruto, vt Antonium & Dolab. sequerẽtur Hirtius & Pansa, Hirtium, & Pansã Plãcus & Brutus.

ep. 5. h. l.

ad eum annum, quo erit consul.

Planci legatum ep. 8. h. l. idem aliter in ep. 10. l. 3. t. 10: ad Att. Phil. 11. & in Hortensio.

MVRAR.

Et absfui. Qm̃ huius libri & sequentis epistolarum oĩum argumenta ea historia summuntur: ne in qualibet epist. idẽ narrare opus sit historiæ seriẽ paulo altius repetendã putaui, quo facilius oĩum epistolarũ argumenta pateant: quæ multis aut in cognita sunt, aut falsò exposita propter ignorantiam historiæ. quam breuissime igitur fieri potest enarremus, maxime appianum secuti. Occiso C. Iulio Cæs. in senatu, cũ varii motus animorũ essent, & alii laudarent interfectores, a quibus videretur initium libertatis profectum esse, alij tristi oratione M. Ant. qui explicata veste Cæs. cruenta & ensibus perforata, de tanta viri crudeli cęde conquestus erat ortæ sunt magnæ seditiones, & deinde etiam inter ipsos bella ciuilia, de prouinciis. n. contendebat. si quidẽ M. Antonius D. Bruto diffidens Celtas ei eripere conatus est, ac pro eis Macedoniã tradere, vt ipse testatus est in oratione q̃ habuit ad populũ Factæ igitur sunt variæ partes. nã Antonio bellicosissimorum virorũ legiones quattuor adhæserant. Lepidus vero quattuor in Iberia legiones habebat. Asinius Pollio duas, Plancus, in altera Celtarum prouincia tres qui Antonii partes, vt scribit Appianus, clã stuti videbantur, Cæs. aũt Octauianũ duæ legiones delectorum sequebantur, quæ ab Antonio ad ipsum transierant. tironum item vna. Duæ ex patribus cum eo militantibus, nec hæ numero perfectæ, aut armis instructæ oẽs, sed ex nouiter delectis suppletæ fuerant. M aũt Antonius in Celtas profectus, cũ Decio persuadere nequisset, vt in Macedoniam transiret, vbi eum superauit, ad ciuitates ire properauit; a quibus cum esset acceptus, veritus est Decius, ne ipse ab oium prohiberetur introitu. itaq; fictis literis sibi a senatu redditis, a quo cum exercitu propere Romã euocaretur. eo modo in Italiam ire perrexit. Recipientibus illum cunctis veluti redeuntem vsq; Mutinam progressus est, vbi statim portas occludi imparauit, & Mutinensium oĩa ad victum necessaria in mediũ afferre: & eo modo Antoniũ expectauit. contra quẽ Antonius ira delatus, Mutinæ vrbẽ muro, fossaq; præcinxit sicut Decius obsidione premeret. Quare Cicerone pro Decio agẽte, vt Antonius hostis iudicaretur cũ Pisone, Antonii partes defendẽte, id impetrari potuisset permissum est tñ Ciceroni vt legatis mandata tradenda perscriberet: qui ita dr̃ scripsisse, vt Antonius confestim Mutina discederet, Celtica prouincia Decio concederent, quæ intra Rubiconem amnem qui Italiam Celtis definit, sita est. His mandatis Antonio traditis, Antonius vehementi ira concitus, multa in senatum, multa etiam in Cic. acerbissime dixit, & cum mandatis parere noluisset, senatus eum statim hostẽ iudicauit, & oẽm exercitum, qui cum eo erat nisi statim ab eo discederet. Verum non discedente Antonio ab obsidione, inclinante iam hieme, Decius fame laborat Itaq; Hirtius & Cæsar propriùs Mutinam castra mouent, ne, deficiẽte Decio, exercitum Antonius sibi vindicaret. Liberato itaq; Decio Mutinẽsi obsidione a Cæs. senatus non satis gratus in eum fuit, qui decreto honore triumphi Cæs. militumq; eius mentionem non satis gratã habuit. ob quę Cæs. reconciliata per M Lepidum cum M. Antonio gratia Romã cũ exercitu venit, & præclusis aduersariis eius iis, qui in eum iniqui erant, cum decem, & octo annos haberet, consul creatus est. qui statim tulit legem de quæstione habenda in eos, quorum opera pater occisus est. postulatq; vt ea lege M. Brutus, C. Cassius, D. Brutus absentes damnati sint, cum M. Antonius, & Asinius Pollio, & Munatius Plancus cũ exercitibus suis coniuncti vires amplificassent. D Brutus, cui senatu, vt sequeretur Antonium, mandauerat, relictus a legionibus suis, cum profugisset, iussu Antonii, in cuius potestatem venerat, cæsus a Capeno Sequanæ interfectus est. Reliqua, quæ sequuntur, sunt de triumuiratu Cæsaris, & Ant. & Lep. quæ quia non multũ pertinent ad hunc locũ & ad has epistolas silentio præteribo. Quæ aũt hoc loco narrata sunt partim ad decimi, & partim ad 11. lib. argumenta pertinebunt: aliaq; pars vni epistolæ pertinet, alia alii. Cum igitur in his tantis periculis reip vereretur Cicero, ne Plancus coniungeret se cum M. Antonio, neq; id aperte auderet dicere: M Ant. in odiũ adducens hortatur Plancum, vt in rẽp. tuendam & conseruandam incumbat, præcipue cum speraret habiturũ consulatum in annum sequentem: se aũt pollicetur habiturum eum carũ tum eius causa, tum, etiam causa reip. Postremo ostendit ea sibi gratissima esse, quæ plancus in Furnium conferat. {Et absfui} quidã dñt Cic. tædio discordiarum vrbanarum se in græciam consulto contulisse; sed hoc constat esse falsum. nam legatus in Græciam profectus, est ut ipse ad Atticum scribit ea epistola, quæ incipit, Mi attice vereor. sic. n inquit, proficiscor, vt constitueram, legatus in Græciam impendentis periculi non nihil. vitare videor, sed casurus in aliquã vituperationem. q reip. defuerim tam graui tempore, &c. {Ergo proficiscens} i. abiens. s. legatus: non autem dixit profectus: quia ante, q̃ functus esset legatione, coactus est redire vt reip. prodesse, ideo dixit, nõ hominum, sed reip. se voce, reuocatum Nunquam per M. Ant. quietus fui} .i. nunq̃ M. Antonius reliquit me quietum, sed assidue vexauit. {Insolentia} arrogantia, temeritas, immanitas, feritas. {Vt non modo} .i. non solum non possim pati, q quisq̃ libere loquatur, sed nec etiam q quisquam vultu ipso ostendat hilaritatẽ constantiam aliq̃. vellet .n. omnes esse mutos & exanimatos. {Vel ætate} quia iam sum senex. {Vel factis} quia qñcunque mori contigerit, non moriar sine gloria & laude rerũ gestarum. mors aũt terribilis est iis, quorum cum vita omnia extinguuntur; non iis, quorum laus emori non

ri non poteſt.{Patria} amor patriæ.[Expectatio} ſpes ita longa eſt. ad effectum.n.hoc dicit. erat.n.futura in ſequentem annum. {Spiritum ducere} viuere,proferre vitam.{Hominis} M. Antonium ſignificat.{Vllam vim} vllam poteſtatem. {Simulacrum.} imago.{Veſtigium} ſignum.{Ciuitates} ciuitas.n.eſt hominum cœtus, congregatus ad iure viuendum.hic aũt nullo iure viuitur {Acta omnia} geſta,quæ ſcripta ſunt:appellabantur.n.acta.Iuu. Cupient & in acta referri. {Suſceptum} inchoatum.{Incumberes in remp.} enitereris pro rep. {Tuum tempus}.i.ad tẽpus tui conſulatus.{Facilis gubernatio eſt} q a ſapiens & bonus ciuis {Vt perd.}ſenſus,eſt ſi poterit reſp.perduci ad conſulatum tuum,optime gubernabitur : ſed opus eſt magna diligentia noſtra,& etiam fauore fortunę , vt perducatur , ut ne ante opprimatur penitus. {Aliquanto} ante,q̃ geras conſulatum.{Habebimus} hic Romæ {Et preter q̃}.i.& licet p p remp.cui es pro futurus, debeã curare dignitatem tuam. tñ etiam p p te hoc facio,quia ita & reip.ſatiſfaciam,& amicitiæ noſtræ.}Humanitas}vel manſuetudo,vel doctrina {Nec miror} quia noui te ſapientiſſimum.{Iudicii}bene de eo ſentiendo. {Officii} benefaciendo. {Ita in eam} partem.

PHIL. ET abſui} Igitur de inſolentia atq; crudelitate M. Anto. quemadmodum tunc conſul omnes leges,iudicia, & ſanctos ciuitatis mores ita peſſundabat,vt ne veſtigium quidem vllum ciuitatis relinqueretur , & ſic eum adducit in odium, veritus ne Plancus cum M. Ant. coniungeretur aduerſus remp.agitur inde de expectatione cõſulatus Planci in annum ſequentem,& quantopere conſulem ipſum videre cuperet , vt reip.ſubueniret, quam M. Ant.occupare conabatu r. Poſtremo Furnium familiarem ſuum illi valde cõmendat , & dicit eſſe ſibi grata quæ in illum contulerat.Cn. Plancus ciuis Rom fuit , & qui Cic. in Macedonia exulãteoi hoſpitio ſuo benigne ſuſcepit. Sed qm̃ ficta Rumanorum nomina , & audiuimus ſæpe & legimus, vt Plancus. Plotus, eorum originem noſſe non iniucundũ puto. Plancus q planis ſit pedibus eſt appellatus. Planca.o.planæ cuiuſdã tabulæ ſignificationem capit. Plotus qui ſpatioſus eſt plantis, & amplis. vt illa Virgilii ſpatioſa prodiga planta. Vnde Plautus eſt dictus , quaſi Plotus : vt plauſtrum ploſtrum. Vnde ſymphotium calciaoienti genus:quo venatores vtuntur : vtriq; pedi aptum. Coſſus qui rogus eſſet· Sunt.n. Coſſi vermes quidã rugoſi,qui in codice reſident. Agrippa qui ante pedibus q̃ capite ex vtero matris oritur, quem partum difficilem & periculoſum eſſe cõmemorant: quod ægre naſcitur, Panſa a propẽſo ventre. Flaccus a flaccidis & languidis auribus . Item a leguminum generibus illa ſunt inuenta virorum nomina Lentuli,Piſonis,Fabii.At Plut.in vita Fabii Max. dicit quendam tradidiſſe ab agrorum foſſione Fodios,olim appellatos fuiſſe , poſtea duabus literis cõmutatis, Fabios dictos. Item Maximum appellatum dicit illum, qui nobis cunctando reſtituit rẽ , a maximo Rvalo a quo Fabiorum genus deſcendit. Cicero vero dictus q neſcio quid in ſpeciem ciceris in extrema parte naſi ortum ſit illi : qui primus ex illa familia Cicero nominatus eſt : a quo oẽs deinde Cicerones appellati Naſoni Ouidio nomẽ indidit naſi magnitudo. Sabini viros fortes Neronis nomine appellabant , & ſapientes Catonis appellatione dicebantur. Scipioni nomen dederunt Græci qui baculum Scipionem dicunt,& is Cornelium patrem luminibus captum tanquam baculus regebat. Tuditani a capitis forma nomen acceperunt. Antiquitus.n.mallei tudides dicebãtur, & in mallei ſimilitudinẽ caput illius familiæ primus habere viſus eſt. A cæcucientibus oculis Cæcilii. Vnde ſerpens ſine oculis Cęcilia nominatur. Lucii & Lucani a luce Manii a mane. Sexti.Quinti, Decii, a numero appellati, a Quintilio Quintiliani ipſi Lupercinii, quibus præerat Quintilius . Titi a titis milibus , qui a tuendo patriam Titi ſunt appellati, vt Perſius, Ingentes trepidare Titos. Lege Feſtum. Tullii ab aquarum riuis, qui Tullii nũcupantur. Cæſares qui & Cæſones a cęſo ventre matris appellantur. Meſſani a Meſſana vrbe Siciliæ nobiliſſima qua Valerius Max. cepit nomen , adiunxit . vt Scipionibus Africanis deuicta Carthago in Africa, Metello Numidico Numidia. Item Aſia auri pondus in forum deferens dedit Cornelius cognomentum. Quid quod etiam viro inſigni Tremelio Socrapha, quam famuli ſui occiderant,cognomentum fecit ? Lege Macrobium huius nominis appellationem : inuenies , & factum Caii a gaudio parentum dicti . Hæc aũt nomina , quæ diximus , ferme oium in epiſtolis Cic.leguntur:ideo hic apponenda putaui, vt quod promiſimus in principio huius operis , ſeruaremus . Sed redeamus ad inceptum. {Abſui} agnominatio.{In Græciam}qñ vidit Antonium conſ.poſt mortem Cæſ. mutaſſe voluntatem. & rem rur ſus ad ſeruitutem ſpectare Caſſiumq; & Brutum Cæſ.interfecto res tuto Romæ eſſe nõ poſſe,& ipſe hoc videns in Græciam proficiſci conſtituit, cũ legatus fuiſſet a ſenatu electus,vt iret in Græciam , cuius legationis in epiſtola ad Atticum meminit his verbis. Mi Attice proficiſcor, vt conſtitueram,legatus in Græciam, impendentis periculi nonnihil vitare videor, ſed caſurus in aliq̃ vituperationem,q reip. defuerim tam graui tempore.& in Leucopetram tunc vento aſportatus Rumum redire decreuit . Immo a ſenatu reuocatus eſt in vrbem vt in præſidio eſſet labanti reip.& ſic nondum functus legatione reuerſus eſt, vt inquit, non hominum voce,ſed reip.reuocatus. verum non meliorem inuenit,q̃ diſcendens reliquerat.Tunc.n. Ant.ſi non obſcure dominatum parabat, & reditum Cic. moleſtiſſime ferens multa minatus eſt. Acceſſit in ſenatum Cic. & de Ant conqueſtus eſt ac de rep retulit longa quadam oratione a morte repetens Cæſ. vſq; ad illũ diem, & mutatam Ant.voluntatem nõ trepide accuſauit, & ſententiam ſuam de rep omnibus patefecit.qua oratione Antonius vehemẽter accenſus inuectiuam in Cic.per 18. dies meditatus in curia recitauit,poſtea in ſcriptis edidit.nec amplius a maleuolentia deſtitit {Per M Ant.}qui me nunq̃ quietum eſſe permiſit.{De medio curſu} vſque adeo a Leucopetra.{Voce reip.} quam conſequentem & me reuocantem audiui. {Fui} abſui , & fui.agnominatio. {Inſolentia} arrogantia, ſuperbia.{Vulgare} omnibus notum q ſit inſolẽs & ſuperbus. {Immanitas} ab in & mano, quod antiqui dicebant bonũ {Ferre} vellet.n.vt omnes eſſent muti, & quaſi mortui. {Vel ætate} qm̃ ſum iam ſenex, ſatisfeci,inquit, vitæ meæ,his tribus,ætate,factis , & gloria.q dum vixi, multa feci, , & maximam gloriam conſecutus ſum. {Vel factis}rebus geſtis, quæ immortalitatis gloriam pollicentur.{Solicitat} mordet me patria,quã video in ſeruitutem cadere.{Longa} in futurum proximũ annum,ſed longa videbatur expectanti {Spiritum du.} viuere vſque ad diem conſulatus tui.{Hominis} M. Antonii. {Nec ſenatus} repertorio.Sic in paradoxis.{Vim} poteſtatem {Ciuitatis}quia ciuitas non eſt niſi iure uiuentium. {De ſingulis rebus} particulatim . {Nihil erat} inquit , quod particulatim ad te ſcriberem, cum omnia generaliter acta ad te mitti arbitrabar, {Verum ad me pertinebat}vt te mouerem.{Incũberes}pro ſtatu reip.ſtuderes{Ad tuũ tps} ad conſulatum tuũ. {Ante} .ſ.q̃ veniat tempus conſulatus . {Vt perducatur} hoc opus,hic labor eſt,vt deduci poſſit ad conſulatum tuum.qđ ſi poterit, optime gubernabitur. {Præterquam} hoc eſt tametſi pro rep.debeam,omnia facere tñ dignitas tua in primis me mouet, vt hoc faciam & ſic tam reip.q̃ tibi me ſatisfacturum intelligo. {Conſilium} articulus.{Sanctiſſime} ſine corruptione. {Colendam} amandam. Terent.Quippe forma impulſi noſtra nos amatores colunt . {Furnium} gratioſa cõmendatio , {Iudici} de eo bene iudicando. {Officij} magna in eum beneficia conferendo.

ASCEN. ET abſui} Si argumenta huius libri & vndecimi agnoſcere vis , Hubert. legito , qui plura narrat . Igitur de inſolentia atq; crudelitate. M.Ant.quemadmodum tunc cõſul omnes leges iudicia & ſanctos mores ita peſſundabat vt ne veſtigium quidem vllum ciuitatis relinqueretur,& ſic adducit in odium, veritus ne Plancus cum M. Ant. coniungeretur aduerſus remp.deinde de expectatione conſulatus Planci in annũ ſequentem, & quantopere eum conſulẽ videret cuperet,vt reip. ſubueniret,quã M. Aut. occupare conabatur Poſtremo Furniũ familiarem ſuum illi commendat. Cn. Plancus ciuis R. qui Cic. in Macedonia exulantem hoſpitio ſuo ſuſcepit. Plancus aut, inquit commentarius,a planis pedibus cognomen ſumptum,nam planca eſt tabula. Ordo eſt. Et abſui.i.vtrunq; verum eſt , & q abſui.ſ.Roma proficiſcens in Græciam,vt vero ſimile eſt Athenas,& q poſtea q̃ reuocatus ſum de meo curſu.i.incepto itinere, voce reip.non q reſp. vocem habeat,ſed q præſentia ſuam reip. neceſſariam & ab ea experi noſſet. Nunq̃ fui quietus per M.Ant. .i.p p moleſtiã M.Antonij:cuius.ſ M.Antonij tanta eſt inſolẽtia .ſ.in dicendo.nam id quidem.ſ.inſolentiæ vitium eſt,vitium vulgare,ſed tanta eſt immanitas.i.ferocitas efferata , vt non modo non poſſit ferre i.pati vocem.i.loquelam cuiuſquam ſup. liberã, ſed ne quidem i.non ſaltem uultum liberum.i.libertatis animi indicem,q.d.lętum & ingenuũ. Itaq;.i.& ita maxima cura eſt mihi.non quidem de vita mea cui ſatisfeci , hoc eſt quam conſummaui,vel ætate,uel factis,vel gloria ſi etiam hoc.ſ.gloriam aſſecutum eſſe pertinet quid.i.aliquid aut in aliquo,ad rem.non dicit quid ſibi curæ ſit,ſed intelligimus, Antonij immanitatem frãgere,aut remp.liberari ab eo,aut quid ſimile ,quod ad alia tranſiens neglexit dicere. Sed patria ſolicitat me, & in primis.i.præcipue o mi Plance, expectatio eſt ita longa vt ſit optandum.i.vt habeamus optare,vt poſſimus ducere.i.protrahere ſpiritum.ſ.ui

talem

talem,i.producere vitam, sup vsque ad id tempus.f.quo consuleris,quod paulo post euenit. Docet aũt cur eius consulatum tan topere desideret dicens. Enim.i.quia,quæ spes.f.liberam pôt esse in ea rep.in qua omnia sunt oppressa armis hominum impudentiss simi atq; intemperantissimi.f.M Antonij? q.d.nulla. Et in qua ,f.rep.nec senatus,nec populus habet vllam vim potestatẽ ,cum tñ per senatum senatusc ōsulta & per populum plebescita fieri & debeant fieri. Et in qua sup. nec vllæ leges sunt sup. quæ tuea tentur, nec iudicia.f.iusta & libera: ac legitime prolata,nec om nino simulacrum.i.imago ac vestigium aliqđ ciuitatis.i.cōuentus ciuium sub vnis mœnibus & legibus viuentiũ . Sed qñ.i.qm ego arbitrabar oia acta.f.in rep.hoc est publica instrumẽta, & scripta actorum mitti ad te.f.per amicos,& familiares tuos:n.hil erat q scribere deberẽ de rebus singulis.i seorsum de vnaquaq; re. Tran sit aũt ad alteram partem epistolę, quæ est amoris e formatiua dicens.illud aũt.f.qđ sequitur, erat amoris mei.f.in te, quem.f. amorem susceptum.i.pie,& beneuole receptum a pueritia.f tua nam Plancus longe iunior erat,non solum seruaui, sed etiam au xi,illud,inq̃, videlicet monere, atq; hortari te, vt incũberes.i.in mitaris in temp. omni cogitatione,& cura quæ.f.resp. si produ citur.i.manet in vigore, libertate sua, ad tempus tuum.i.donec consul eris,gubernatio est facilis.f.deinceps futura. Autem.i.sed est magnæ tum.i.pariter diligentiæ tum.i.pariter fortunę i.pro speri euẽtus.quia nō oia,quæ diligenter conamur, assequimur re fragante fortuna,vt.f.resp.perducatur vsq; ad tempus tuum. Sed & habebimus te aliqñ ante.i.q̃ consul sias,vt spero.& preterq̃ q debemus consulere.i.prodesse, & prospicere reip. tñ cuiu tantu per,fauemus dignitati tuæ,ita vt conferamus oẽ consilium, stu dium,officium nostrum,& sup.oẽm operam, laborem,diligentiã ad amplitudinem tuam.f.fouendam. Ita.i.& sic intelligo facillime me satisfactuṝ &.i.simul reip.quæ est carissima mihi & amicitiæ nostræ,q̃ puto colendam nobis sanctissime.i.inuiolatissime. Ego nec miror, & gaudeo.f.insuper, Furnium nostrum.f.cõem amicum, fieri a te tanti, quantum humanitas, & dignitas ipsius postulat.& volo te existimare.i.opinari hoc, quidquid iudicii.i. bone estimationis, & officiis.i.beneficiis contuleris in eum,me accipere id ita vtpurem te contulisse in me ipsum,i. beneficium impedisse mihi ipsi.

PAVL. MAN. De medio cursu] Ex vetere libro ita emendauimus sic asse locutus est in hoc lib 3.de officiis eadẽ de re loquens. Si ipse,inquit,venissem Athenas. qđ quidẽ esset factũ , nisi me de medio cursu clara voce patria reuocasset. item ad M.Bruti epistola,cuius initiũ est,Messallã habes. In medio Achai co cursu,cum Etesiarum diebus aufert me in Italiam retulisset.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Excusat se, quòd Plancum non defenderit, vt superiore epistola possi citus fuerat rationes sunt a noua Antonij crudelitate, & periculorum peg senatu sumptæ. Postremo callidè operam suam rursus pollicetur.

CICERO S.D. PLANCO IMP. COS.DES. 2.

ep.3.l.12. *MEVM studium honori tuo pro necessitudine, nostra non defuisset, si aut *tuto in senatum, aut honeste venire potuissem: sed nec sine periculo quisquam, libere de rep. sentiens, versari potest in summa impunitate gladiorum: nec nostræ dignitatis videtur esse. ibi sententiam de rep. dicere, vbi me & melius, & propius audiant armati, quàm senatores. quapropter in priuatis rebus nullum neque officium, neque studium meum desiderabis: ne in publicis quidem, si quid erit, in quo me interesse necesse sit, vnquam deero, ne cum periculo quidem meo dignitati tuæ. in iis autem rebus, quę nihilominus, vt ego absim, confici possunt, peto a te, vt me rationem habere velis & *salutis, & dignitatis meæ. Vale.*

respõdet ad illud, tuto & honeste. HVBER. Meum studium] Scripserat Plancus ad Cic. se intellexisse honorem suum non fuisse ab eo defensum, sicut promiserat. itaq; Cic. hac epistola se purgat,& dicit nulla alia causa id prætermissum esse, nisi quia non licuisset ei tutò in senatum ire, aut libere sententiam dicere pro pter M. Anto. qui armatos in senatum introducebat: contra quem si quispiam dixisset, videbat sibi manifestissimum periculum vitæ. Inũs autem, in quibus & cum honore, & sine periculo vitæ possit ei prodesse, pollicetur omnem operam suam; & etiam cum periculo, si fuerit necesse eum interesse. In iis autem quibus non fuerit necesse eum interesse, petit, vt habeatur a eo ratio, habeaturq; respectus eius honoris & dignitatis. {Studiũ} fauor, diligentia. {Tuto} sine periculo.p.p armatos, qui impune interficiebant aduersantes M. Antonio {Honeste} quia contra dignitatem est eo venire, vbi sententia tua condemnatur. {Sed} probatio virtulę causæ. {Impunitate} licentia, temeritate, sine punitione {In priuatis} tuis domesticis, propter quas non sit opus venire in senatũ. {Desiderabis} deerit tibi.id.n.desiderabitur a nobis,quod nobis deest. {Ne in publicis} quia fortasse posset id le dicere se in priuatis non agere {Necesse} si non poterit fieri sine me. {Ne cum periculo quidem} f.desiderabis officium meũ, si tales erunt res, in quibus necesse sit me interesse. {Vt} quamuis. {Nihilominus} idest quæ possint fieri non minus in absentia mea , quam si essem præsens. {Rationem} respectum. {Et salutis, & dignitatis} i.vt velis me nihil facere contra salutem, aut dignitatem meam.

PHIL. Meum studium] Commendauerat Ciceroni dignitatem suam Plancus,vt in senatu laudarentur quæ ipse pro rep.faciebat,imperator n.erat exercitus in Gallia . at Cic.cum Antonius consul esset, & ipsius ac libertatis insolencius, nullum habebat in curia potestatem . Qua pro re Plã co seipsum excusat; tamenq; illi pollicetur quantum potest;sed parum se posse demonstrat Antonio consule, quem iple latroci nĩ duce appellat : a quo& armatos in senatum duci conspiciebat . inde eum rogat tñ sibi oneris imponat , quantum pro eius dignitate nolni poterit: & suæ saluti atq; dignitati consulat. {Honori} famæ & dignitati. {Tuto} ideo qm tenebant oia Antonianis obsessa armis conuocauerat.n.vndiq; per Italiam Antonius veteranos milites. {In senatum} eo die potissimum,quo Antonius inuectiuam cõtra Cic. ... in senatum ire voluit,sed amici noluerunt,qm Ant.cum magna armatorum copia in senatum ascenderat. {Armati} contra morem ciuitatis. in senatum enim armati prodire non poterant. {Sed} vtriusque causæ probatio. {Desiderabis} non deerit tibi id.n desiderari dr quod deest. {In priuatis} ob quas venire in senatum necesse non erat. {In publicis} qm dicere potuisset, in publicis ego opera tua,non in priuatis.quasi obiectioni responsio. {Ne in periculo quidem} f. deero tuę dignitati. {Nunq̃ deero} pollicetur se nunquam defuturum dignitati ipsius Planci,vel si necesse fuerit mortem adire. Sed vnum orat:velit Cic. suæ saluti consulere , noliteq; eum illis interesse negotiis quæ vel absente ipso Cic. consequi poterit. Timebat n.arma Antonii non parum. {Vt ego absim} tanquam absens sim,nihilo minus hic omnia confici possunt.

ASCEN. Meum studium,&c } Scripserat Plancus ad Cic.se intellexisse honorẽ suum non fuisse ab eo defensum. Quo circa se purgat hac epistola Cic. & dicit nulla alia causa id prætermissum a se , nisi quòd non licuisset sibi tutò in senatum ire , aut libere sententiam dicere propter M. Ant. pollicetur autem opteram suam. Ordo est. Studium meum.i. diligens fauor, & concertatio non defuisset honori tuo.f.protegendo, si potuissem venire in senatum aut tutò.i.sine periculo, aut honeste : tutò autem non potuit tantisper dum Antonio obstitit :honeste vero non potuisset, si assipulatus fuisset. Sed vtc quisquam sentiens libere.i.vt liberum hominem decet , de rep. potest versari.f.in senatu,sine periculo.f.vitæ,in summa impunitate.i.vbi est impunitas gladiorũ i.violẽtiæ armis illatæ. nec vr esse nostræ dignitatis i.pertinere ad nostram dignitatẽ dicere ibi sententiam de rep.vbi armati audiant & melius & propius.i.de minore distantia me, q̃ senatores. Quapropter tu nol lum.i.non vllum,non desiderabis quia præsens erit tibi.desideramus aũt de absentia, aut non eatantia.vllum neque officium ne que studium meũ, in rebus priuatis.i.non pertinentibus ad rẽp. quæ in senatu agantur; nec quidem.i.non etiam deero vnquam dignitati tuæ in publicis,si quod erit in quo necesse, sit me interesse, nec quidem.i.non etiam cum periculo meo.sunt qui legãt nunquam,quod si legendum est, ita distinguam. Nec in publicis quidem, si quod sit, in quo necesse sit me interesse; quia nunquã deero dignitati tuæ nec quidem cum periculo meo. Autem.i.sed ego peto a te vt velis habere rationem i.beneuolum respectum & curam & salutis & dignitatis meæ, in his i.huiusmodi rebus, quæ possunt confici.i.complete fieri, nihilominus vt.f.demus quod ego absim.i.licet absim.

ARG. Aucupatur beneuolentiam Planci partim laudibus, partim cōmemoratione veteris amicitiæ & hortatur, vt remp. suscipiat versus id quod accidit, ne se cum Antonio coniungeret.

CICERO S. D. PLANCO IMP. COS. DES. 3



*V m ipsum Furnium per se vidi libentissime, tum hoc libentius, quòd, illum audiēs te videbar audire. nam & in re militari virtutem, & in administranda prouincia iustitiam, & in omni genere prudentiam mihi tuam exposuit, & præterea mihi non ignotam in consuetudine. & familiaritate suauitatem tuam adiunxit, præterea summam erga se liberalitatem. quæ omnia iucunda, hoc extremum etiam gratū fuit. Ego, Plance, necessitudinem constitutam habui cum domo vestra ante aliquanto, quàm tu natus es, amorem autem erga te ab ineunte *pueritia tua, confirmata iam ætate familiaritatem. cum studio meo, tum iudicio tuo constitutam, his de causis mirabiliter faueo dignitati tuæ: quā quam mihi tecum statuo esse cōem. Omnia summa consecutus es, virtute duce, comite fortuna: eaq; es adeptus adolescens, multis inuidentibus, quos ingenio, industriaq; fregisti. nunc me, amantissimum tui, nemini concedentem, qui tibi vetustate necessitudinis potior possit esse, si audies: omnem tibi reliquæ vitæ dignitatem ex optimo reip. statu acquires. Scis profectò, (nihil enim te fugere potuit) fuisse quoddam tempus, cum homines existimarēt, te nimis *seruire temporibus. quod ego quoq; existimarem, si te ea. quæ patiebare, probasse etiam arbitrarer. sed, cum intelligerem, quid sentires; prudenter te *arbitrabar videre, quid posses. nunc alia ratio est omnium rerum. tuum iudicium est, idq; liberum. consul es designatus, optima ætate, summa eloquentia, maxima orbitate reip. virorum talium. incumbe, per deos immortales, in eam curam, & cogitationem, quæ tibi summam dignitatem, et gloriā afferat. vnus autem est, hoc præsertim tempore, per tot annos rep. deuexata, reip. bene gerendæ cursus ad gloriam. Hæc amore magis impulsus scribenda ad te putaui, quàm quod arbitrarer te monitis, & præceptis meis egere: sciebam enim, ex *iisdem te hæc haurire fontibus, ex quibus ipse hauseram. quare modum faciam. hoc tantum significandū putaui, vt potius amorē tibi *ostenderem meū quā ostentarem prudentiam. Interea, quæ ad dignitatem tuam pertinere arbitrabor, studiose, diligenterq; curabo. Vale.*

ep.1.l.l.

quia fuerat C. Cæsaris amicus, & legatus. Cæs.l.1. de bel.c. & 5. de b. G. excusatio quæ incitationis vim habet.

ex iisd. libris, quibus ad laudem præcepta traduntur.

ædificari amorem, ep. lib. 2.

MVAR R.

CVm} Cum esset Plancus in Celtis cū tribus legionibus vt diximus neq; Cicero satis ei fideret, idq; non auderet, aperte dicere: nititur eū occulte retinere in amore reip. primum igitur dicit se libenter vidisse Furniū tum p seipsum, tum quia narrauerat iucundissima de Planco & in re militari, & administratione prouinciæ. postea vero ex beneuolentia, q̄ sibi vetustissimā fuisse dicit cū Planco, eum hortatur, vt incumbat diligenter in tuendā, & conseruam patriā: ex qua re dicit eū summam & dignitatē & gloriam adepturum. postremo ne videatur ex diffidentia scripsisse: dicit se amore compulsum esse hæc scribere {Furnium} is erat in exercitu cum Planco eius legatus, vt infra videbimus. {Per se} .i. sui ipsius causa. {Hoc} pp hoc {prouincia} Gallia Celtica. {Non ignotam mihi} quia sum iam expertus. {Suauitatem} .f. exposuit .i. exposuit mihi, q̄ suauis & iucūda sit consuetudo & familiaritas tua. {Summā liberalitatē erga se} .i. q̄ fueris in eo tractando liberalis & benignus. Quæ oīa} .f. de virtute tua in re militari de iustitia & prudentia, in administranda prouincia, & de suauitate consuetudinis tuæ. {Hoc extremum} de liberalitate tua in eum. {Ego} artificiose allicit Plācum ad sententiam suam longius repetens initiū amicitiæ. {Domo} familia. {Ab ineunte pueritia} .i. ab initio. pueritiæ cœpi te amare. {Familiaritatē.} .f. huius. {Aetate confirmata} .i. postq̄ factus es adultus. hoc aūt dicit, vt ostendat eam maxime debere durare, & esse perpetuam. nam ipse in Lælio sic præcipit. Omnino amicitię, corroboratis iam confirmatisq; ingeniis, & ætatibus, iudicandæ sunt. {Constitutam.} cōfirmatam. {Studio meo} qui diligenter eā colui. {Iudicio tuo} quia existimasti me dignū familiaritate tua. {Consecutus} adeptus. {Duce} quasi præcipua causa. {Comite fort.} fauente: quia fortuna, cum uirtute coniuncta multum valet. {Adolescens} cum adhuc esses iuuenis. {Multis inuidentibus} cū inuidia multorū {Fregisti} vicisti, deiecisti. {Ingenio, & ind} præclare te gerendo, non aūt vindicta. {Nemini concedentē, qui} i. qui nō sum inferior amore erga te aliquo qui possit esse vetustiori necessitudine tibi coniūctus. {Reliquæ} .s. futurę. {Fugere te} latere te tibi esse ignotū. {Te nimis seruire tpibus} te nimiū sequi tempora, & respectu quorundā, qui plurimū poterāt, te nō audere facere qđ dicebat virū bonū. {Quod} .f. te nimium seruire tēporibus. {Ego quoq;} sicut quidā alij. {Si ea} i. si existimarem ea placuisse tibi, quæ ferebas. {Probare} tibi placere. {Ea, quæ patiebare} seruitutē ciuium & oppressionem legum, & iudiciorū. {Quid sentires} quid iudicares, & in animo haberes, qui bene sentiebas de rep. licet taceres & videreris nimis sequi tpa. {Alia} quia periit Cæs. {Tuum iudiciū} ut facias quod sentis. {Et id liberum} quia nullum habemus dominū. {Designatus} in annū sequensē. Dicebantur .n. designati consules, qui erāt electi in futurū. {Optima ętate} iuuenta iā matura. {Maxima orb.} .i. quo tēpore resp. est orbata, & priuata talibus viris .f. bonis & sapientibus. qualis tu es. {Orbitate} translatio sumpta a parentibus, qui proprie filiis orbati dñtur. Cōmode igitur transtulit ad patriam, quæ oīm parens est. {Incūbe} iam incipit eū hortari. {Per deos} adiuratio. {Vnus c.} .i. sola via est gloriam comparādam hoc spe remp. bñ gerere. {Hæc} remouet Cic. a se suspicionē diffidentiæ. {Ex isdē fon.} .f. philosophiæ. {Haurire} sumere. {Modū} finem. {Significandum} innuendum. {Ostentarem} iactarem. {Prudentiam} dandn & monita, & præcepta de bene gerenda rep vt viderer prudens. {Interea} donec ad nos veneris.

CVm ipsum Furnium} Clarissimas in primis & Planci virtutes ostendit ex eo q a Furnio audiuit postea vetustā amicitiam, quam, Cic. cum parente ipsius inierat. Inde cum eo ipso ab in eū te pueritia cōfirmauerat, & hoīem ad capessendam reip. defensionem vehementer hortatur, & irē ille denuntiat se designatū esse cōsulem, atq; ostendit amplissimā viam nō modo sempiternæ laudis & gloriæ consequēdæ, sed immortalitatis. Postremo hæc oīa amore coactus ad eum scripsisse demonstrat, & seipsum oīa pro honore ipsius studiose facturū esse pollicetur. Verebatur aliquantulum Cic. ne Plancus a rep. deficeret, & M. Ant. adhæreret, cum quinq; Plancus legiones apud Celtas haberet. Erant .n. tunc in armis multæ Plancus legiones: quarum quinq; Plācus, quattuor Lepidus in Hispania, quattuor M. Ant. in Italia, & duas Asinius Pollio. item quinq; Octauius: duas quidem veteranorum Cæs militum: qui ab Antonio ad ipsum se contulerant tanq̄ Iulium Cæs. uiuētem. Hmōi aūt variæ factiones post Cæs. mortē secutæ sunt, ex quo M. Ant. explicata Cæs. veste cruenta de nefaria cæde illius conquestus est. Bella deinde ciuilia inter eos nata sunt. Cœpit in primis M. Ant. velle D. Bruto Celtas eripere, & eorū loco Macedoniam tradere: qđ cum persuadere nequiuisset, ad eum profectus vicit. Fugiens Brutus Mutinam se recepit, & ibi ab Antonio obsessus, & vix fauente Cic. per Hirtium & Octauium liberatus est, & Antonius cū exercitu hostis a senatu iudicatus, q senatui parere noluisset. inde fugere coactus est. ob qđ beneficium in temp. collatū a Cæs. Octauio haud satis gratus in eum senatus visus est cum de triūpho Cæs. & multum eius iam decreto mentionem fecisset, non benigne auditus est: & ex eo iratus Cæs. cum M. Ant. & M. Lep. societatem iniuit, & Romā. cum exercitu reuersus non plures q̄ decem, & octo annos natus consul creatus est, & quamprimum de questione habenda contra Cæs. patris eius interfectores legem tulit. Qua lege D. Brutus, C. Cassius, & M. Brutus absentes postulati & damnati sunt qūo senatus D. Bruto iussisset vt insequeretur Antoniū a legionibus relictis fugere coactus est, & Antonii iussu, cum in eius potestatem deuenisset, a Capeno Sequane occisus est. Inde triumuiratus dominatio secuta est Antonii, Cæs. & Lepidi. de qua loco suo aliqua dicturi sumus: nūc ad Plācum redeamus. {Furniū} legatū Planci {per se} gratia suiipsius} {Libentius} aduerte animū. q qūo primum dixerit libentissime, addidit inde libentius sit aūt hoc licenter, vt comparatiuum trāscendat aliqñ superlatiuum. {Virtutē} fortitudinem, quā illis verbis ostendit, quibus est vsus in epistola ad senatum. vt Ipse ita sum aīo paratus vel prouinciam tueri, vel ire q̄uò resp. vocet, vel tradere exercitum, auxilia, prouinciaq; vt uel oēm impetum

PHIL.

bella

belli in me conuertere non recusem; si modo meo casu aut confirmare patriæ salutẽ aũt periculũ morari possim. erat n. tũc imperator exercitus in Gallia Celtica, & in castris quinq; legiones habebat. Legiones inquit, habeo quinq; sub signis, & sua fide, virtuteq; coniũctissimas {In administranda prouincia iustitiã} vni cuiq; tribuẽdo qđ suũ erat vnde paratissimi prouinciales erãt ad oĩa obeunda pro rep. Romana ex quo illud est in eius epistola ad senatum Prouinciam omniũ ciuitatẽ consensu paratissimã habeo, & summa contentione ad officia certantẽ, {Liberalitatem} qua non solum Furniũ obligauerat, sed totam prouinciam, quod ipse in eadem epistola de se dicit, Et nr̃a liberalitate nobis obsequenter {Hoc} ex quo & es tã liberalis in Furnium} Necessitudinem} amicitiam vetustam repetit. In hoc illud Isocratis dici põt. Quod nõ solũ patrimonij, sed amicitiæ paternæ heredes esse debemus, cuius verba sunt hæc, {Amorẽ} qđ in dicit se habere a Planco. Amorem a teneris annis & familiaritatẽ tã ætate prouecta. Amor sine amicitia esse põt. Amicitia vero sine amore esse non põt. {Confirmata iam ætate} vt demonstat iã fore perpetuã vt ait in Lelio. oĩno amicitiæ corroborat. iã confirmat. sq; ingenijs, & ætatibus iudicandæ sunt. {Studio meo} eam me colentẽ diligenter iudicio tuo, te maxime iudicante me dignum amicitia tua. {Comitæ fortuna} ita vt virtus præcederet, fortuna se queretur. {Nunc si me audies} consiliũ meum sequi voles {Concedere me} vt in te amando vincar ab aliquo. Et incipit hortari ad capessendam reip defensionẽ: quam M. Ant. occupare conabatur {seruire tpibus} vt quocunq; tpe sese haberent te non curare, & labi sinere sine animi tui perturbatione Nũc vero alia ratio est habenda, vt nullo pacto patiaris ista tpa hoc pacto sese habere, q Antonius occupare remp. {Patiebare}. s. oppressionẽ legũ & iudiciorum, atq; seruitutẽ ciuium tpe Caij Cæs. {Quid sentires} qm̃ bene de rep. sentiebas, licet tacendo nimis sequi tẽporũ conditionem videreris. {Te pr.} non arbitror te nunc laudare, quę olim patiebaris mala {Insurges. n. cõtra latronũ ducẽ} hoc est, M. Antoniũ libertatis occupatorẽ. {Quid posses} arbitrabar etiã te videre qđ facere posses. {Alia ratio} qm Cæsar nõ extat amplius. {Omnium rerũ} publicarũ rerum: non sub tuo iudicio iacet. {Talium} qualẽ & esse cognoscimus, {Optima ætate} adulta iuuenta. {Orbitate} cum priuata sit talibus viris qualis, es tu, & est apta metaphora a parentibus ad patriam. {Incumbe} non modo hortantis est, sed impellentis. {In eam curã} in defendendam patriã contra latronum ducem, in quo summã gloriam consequeris. {Cursus ad gloriã oĩ} a facilitate gloriæ cõparandæ, & dicit vnam esse viam ad gloriã comparandã hoc tpe. s. bene gerere remp. {Hæc} conclusio est qua remouet suspicionẽ, quam forte habebat Cic. ne a rep. ad Antoniũ deficeret. {Ex iisdem fontibus} doctrina, virtutis amore & desiderio immortalitatis {Modum} finem scribendi. {Ostentarem prudentiam} demõstrarem me aliquid sapere & de his publicis intelligere qđ faciẽdũ sit. Ostentare. n. semper est ad inanem quandam gloriam atq; iactantiã. Ter. Cicatrices suas ostẽdat, {Interea} dum ista tractabuntur, & ad nos te cõtuleris. Superiorẽ. n. & inferiorẽ temporis conditionẽ amplectitur, vt Virg. Interea mediũ Aeneas iam classe tenebat Certus inter. & interea loci & interim dicitur.

ASCEN. CVm ipsum, &c {Cũ esset Plancus in Celtia cum tribus legionibus neq; Cic. ei satis fideret, neq; tñ auderet id apte dicere, nititur eũ occulte retinere in amore. Primũ ita dicit se libenter vidisse Furniũ narrantẽ iocunda de Planco. qđ ex arte facit, quia pręcipimus ea quę ab aliquo desideramus, aut obtinere volumus significare penes illum esse: vnde qui misericordiam petunt, misericordiã laudare solent, sicut etiam in psalmo, MISERERE mei DEVS *secundum magnam misericordiã tuam.* Quinetiã quem immitem putamus, si opus sit ab eo misericordiã implorare, misericordẽ fingimus. Quia erga Plancũ in fide & studio erga remp maximopere manere cupit, dicit se bene de eo sperare, monetq; qđ ex more se facere dicit, vt patriam tueatur. Ordo est. Cũ. s. ita sit q vidi Furnium libentissime per se. i. sua ipsius cã, tum. s. multo magis est, q vidi eũ libentius, hoc. i. p hoc, q ego audiens illũ videbar. s. mihi te audire. Nã ipse exposuit. i. capresse narrauit mihi. & i. simul virtutem tuã in re militari & iustitiã tuam in prouincia administranda, & prudentiam tuã in omni genere. Pulchre assignat rebus qualitates cõgruas. Nam in re militari maxime vtilis, est virtus. i. fortitudo, quæ proprie virtus a viribus dr̃ in prouincia administrãda, vt in alia omni administratione publica, maxime opus est iustitia, prudentia aũt ad omnem rem gerendam vtilis est. Nam fortitudo sine prudentia temeritas est. Iustitia aũt sine prudentia esse non põt non. n. potest ius suum cuiq; reddere, qui nesciat qđ suum cuiusq; sit. Si cui & fortitudo, quæ virtus est, sine iustitia non est immo virtutes illæ quatuor principales fortitudo, prudentia, iustitia, & tẽperantia sic se habent, vt alia nulli sine aliis plene contingat. Et præterea. i. præter dictas virtutes tuas, ipse adiunxit. s. narrãdo mihi suauitatem tuam in consuetudine & familiaritate non ignotã, imo notissimam mihi. Præterea. i. præter hæc oĩa adiunxit summã liberalitatẽ. s. tuam erga se quæ, oĩa sup. fuerunt iucunda mihi quia attullerunt voluptatẽ. Hoc extremum. s. q liberalis in amicũ fuisti, fuit etiã gratum, quia attulit vtilitatẽ. Ego o Plance habui necessitudinẽ. i. necessariam coniunctionẽ amicitiæ constitutã. i. cõi cõsensu statutã, cum domo i. familia vestra. i. maiorum tuorũ, aliquanto anteq̃ tu natus es. aũt. i. sed habui sup constitutũ amorẽ erga te. ab pueritia tua incũte, i. ab eo tpe quo puer esse incipiebas, transacta infantia, & sup. habui familiaritatẽ ætate. s. tua, iã confirmata. i. stabilita, constituta tũ. i. simul studio meo, tũ t simul iudicio tuo. s. quo studiũ meum comprobasti. Ego faueo de his causis. i. ob has cãs, mirabiliter dignitati tuę quã. s. dignitatem, ego statuo. i. constituo & propono habere cõem mihi tecũ. Tu consecutus es oĩa summa, ita verius legitur, cũ sint qui legãt oĩa sum consecutus, sed de se non loquitur Cic. verum de Plãco, qui iam consulatũ adeptus erat. Notandum aũt oĩa interdum cũ superlatiuo cõgruere, virtute sup. existente tibi duce, & fortuna comite, & ita quasi inseruiente, & tu adeptus es ea. s. summa, adolescens i. adhuc in adolescentia, multis inuidentibus, quos fregisti ingenio & industria. Nunc si audies me amantissimũ tui & nemini cedentẽ, qui posset esse tibi potior vetustate necessitudinis, tu acquires tibi oẽm dignitatẽ vitæ reliquæ ex optimo statu reip. Tu profecto. s. nihil. n. potuit fugere te. i. latere quoddã tẽpus fuisse cũ homines existimarẽt. i. iudicarent te neminis seruire. i. obsequi tpibus. i. dispositioni tempo℞, hoc est hominibus tũc plurimũ potentibus qđ ego quoq; existimarẽ. i. iudicarẽ te fecisse, si ego arbitrarer, te etiã probare. i. approbare & ex iudicio tuo facere, quæ patiebare. i. patiebaris. i. coactus patiebas. Sed cũ ego intelligerem qđ sentires. s. faciendũ, ego arbitrabar te videre i cognoscere qđ posses. q d eum plura potuisse q̃ putaret, quia aliter non fecisset quæ fecit Nunc, alia est ratio, oĩum rerum iudicium, est tuũ & id iudiciũ est liberum. i. tu potes libere ex sñia tua oĩa iudicare & facere. tu es designatus. i declaratus cõsul, ætate optima quia adhuc ferè adolescens, eloquentia summa, & maxima orbitate. i. spoliatione aut carentia reip. i. quãm passa est aut accepit resp. talium videlicet fortium virorũ. Incũbe. i toto pectore conatu intende, p deos immortales. s. rogamus in eam curam & cogitationẽ, quæ afferat tibi summã dignitatẽ & gloriã, Aũt. i sed, vnus cursus est ad gloriã præsertim hoc tpe, rep. deiecta. i. pessundata. i. eo q fuit p tot annos deperdita. s. cursus reip. gerendæ bene, hoc est per solam reip. rectam administrationem põt nunc quispiã celeriter ad gloriã peruenire. Ego putaui hæc scribenda sup. esse ad te, magis impulsus i. eo q essem impulsus amore. s. tui, q̃ q arbitrarer te egere pceptis & monitis. s. cuiuspiã Ego. n. sciebam te haurire hæc iisdẽ fontibus, ex quibus, ego hauseram, quia ex libris philosophorum & ex consideratione reip. Romanę. quare. i. quamobrẽ ego faciam modum. i. finiã. Ego putaui nunc tm̃. i. duntaxat significandum: s quid sentirem, vt ostenderem tibi potius amorem meum, q̃ ostentarem i. iactanter demostrarem prudentiam s. meam. Ego curabo interea studiose & diligenter ea quæ arbitrabor pertinere ad dignitatem tuam,

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortationem Ciceronis sibi gratam fuisse dicit: & , cur eam hoc animo acceperit, exponit.

PLANCVS S. D. CICERONI 4

GRATISSIME *mihi tuę literę fuerũt quas ex Furnij sermone *te scripsisse animaduerti. ego autem præteriti temporis excusationem affero, quòd te profectum audieram, nec multo ante redijsse sciui, quam ex *epistola tua cognoui. nullum. n. in te officium, ne minimum quidem, sine maxima culpa videor posse præterire. in quo tuendo habeo causas plurimas, vel *paternæ necessitudinis, uel mea a pueritia obseruantia, vel tui erga me mutui amoris. quare, mi Cicero, quod mea, tuaq; patitur ætas, persuade tibi, te vnũ esse, in quo ego colendo patriam mihi constituerim sanctitatem. omnia igitur tua consilia mihi non magis prudentia plena, quæ summa est,* videntur,

tua manu, cũ alioqui amanuensi vti soleres. ep. 7. h. l.

causæ tres amoris. ideo dixit infra, epist. 6. Pro plurimis nostris necessitudinibus.

de tuo animo ex meo iudicio, ex animo meo tuū spectō.

*uidentur, quàm fidelitatis, quam ego ex mea conscientia *metior. Quare, si aut aliter sentirem, certe admonitio tua me reprimere: aut, si dubitarem, hortatio impellere posset, ut id sequerer, quod tu optimum putares. nunne uero quid est, quod me in aliam partem trahere possit? quacunque in me bona sunt, aut fortunæ beneficio tributa, aut meo labore parta, etsi a te propter amorem carius sunt æstimata, tamen uel inimicissimi iudicio tanta sunt, ut, præter bonam famam, nihil desiderare uideantur. Quare hoc unum tibi persuade, quantum uiribus eniti, consilio prouidere, auctoritate mouere potuero, hoc omne, reip. semper futurum. Non est ignotus mihi sensus tuus: neq;, si facultas, optabilis mihi quidem, tui præsentis esset, unquam a tuis consiliis discreparem: nec nunc committam, ut ullum meum factum reprehendere iure possis. Sum in expectatione omnium rerum, quid in Gallia citeriore, quid in urbe Ianuario mense *geratur, ut sciam. interim maximam hic solicitudinem, curamq; sustineo, ne inter aliena uitia hæ gentes nostra mala suam putent occasionem. quod si proinde, ut ipse mereor, mihi successerit: certe & tibi, cui maxime cupio, & omnibus uiris bonis satisfaciam. Fac ualeas, meq; mutuo diligas.*

a nouis consulibus, qui Kal. Ian. magistratū inibant.

NVBER. GRatissimæ} Hęc epistola rñsiua est ad superiorem.s.in qua scripserat Cicero se intellexisse ex Furnio virtutem Planci in remilitari, & iustitiam in administranda prouincia.deinde eū hortatus fuerat ad curam & defensionem patrię.itaq; rescribens Plancus dicit ea sibi fuisse gratissima quæ Cicero ex verbis Furnij ad se scripserat. Quod aūt ipse antea non scripsisset dicit se habendum excusatum,propterea quod intellexerat Ciceronē profectum in Greciam:nec prius cognouit eū rediisse,q̄ Cic.ad eū scripsit. Postremo pollicetur se in omnibus obtemperaturum præceptis ipsius Cic.ostenditq; optimas & iustissimas causas esse, quare id facere debeat: se tñ dicit esse solicitum & de rebus vrbanis & de ipsa prouincia p.p discordiani quæ erat inter ipsos. R. }Ex sermone Furnii}.i.p p ea, quæ Furnius de me locutus est tecū }Excusationem}q̄ nihil ad te scripserim.}Profectum} abiisse.s.in Græciam. }Ne minimum quidem} multo minus,ergo maximum. }Præterire} omittere. }In quo} officio. }Tuendo} seruando. }Paternę} quam habuisti cum patre meo,vt ipse supra scripsit. }Obseruantiæ} honoris,reuerētiæ erga te.}Mutui} qualem tibi præsto.}Mea, & tua ætas} quia ego sum iuuenis,& tu senex, vnde debeo habere te loco patris.}Patriam} paternam}Sanctitatem} pietatem, venerationem.}Quā fidelitatem metior ex mea cōscientia}.i.q̄ puto ita esse,quia scio me semper meruisse,vt mihi fideliter consuleres,quia te semper colui.}Metior}.æstimo.}Aliter}.s.q̄ sentio,& tu suades.i.si essem male affectus erga remp.}Reprimere} retrahere a mala sententia.}Impellere} mouere,incitare.}Quid est} quasi diceret, nihil }Fortunæ beneficio aut m.l.p.}quia ipse dixerat oīa summa adeptus es, virtute duce,comite fortuna. }Carius} quia a te dissensi summa }Vel}.i.etiam. }Inimicissimi} M. Ant.}Quare} conclusio.}Viribus} corporis.}Cōsilio} prudentia.}Sensus}.s.sententia,cogitatio. }Neq;} hoc est, si te possem habere præsentem, sicut opto,nunq̄ discederem a consiliis tuis. }Discreparem} dissentirem,facerem aliter,q̄ tu consuleres.}Nec nunc} cū absum a te. }Vrbe} Roma.}Mense Ianuario} quo solebāt noui magistratus creari,vt alio loco plenius dictum est.}Hæ gētes Celticæ} in quibus sum }Nostra mala} nostras discordias. }Occasionem} oportunitatem.i.ne, nobis dissidentibus inter nos existiment si posse facere rem suam. }Successerit} euenerit.

PHIL. GRatissimæ} Non minori eloquentia,& verborū atq; sententiarum grauitate literas Plan.ad Cic.esse iudico Adnectute quædo aium parumper quanta suauitate dicendi, quanta prudentia rerum in his ad Ciceliteria est vsus.Respondit.n.oibus illis partibus,quas Cic.superiore epistola dixerat excusans se etiam q̄ non antea ad eū scripserat, cū audiuerit in Græciam fuisse profectum,& plurimas in colendo rationes esse demonstrat,Cic. consilia vehementer extollit,& se illa secuturum atq; pro rep. facturum esse pollicetur. Postremo in maxima rerum oium expectatione se dicit esse vt q̄d in Gallia Cisalpina,quid'ue in urbe agatur,intelligat: & se præterea sperare non

parum Cic.& omnibus bonis satisfacturū.}Animaduerti} adu ac ti vel aduerti aīum etiam dicimus pro cognoui,intellexi,vidi Cicer. aduorri hercle animum: & animaduerti Brutum. Qn̄ vero cū præpositione in accusatiuū damus,punire significat,vt animaduerto in re,hoc est punio.}Excusationē}q̄ nihil a te scripserim. }Profectū} vt abfui proficiscens in Græcia.}Sine culpa} prætermittere ego maximum scelus,si q̄d officii prætermitterē,q̄d tibi præstare possem. }Vel paternæ amicitiæ} ad illud retulit,q̄d inquit ipse, Necessitudinē constitutam habui cum domo vestra.}A pueritia} ad illud q̄d inquit Cic. Amorem erga te ab ineūte pueritia tua.}Obseruantiæ}pietatis, reuerētiæ ac venerationis. Nā obseruare interdum significat colere,venerari. Cic.sic,vt aliquo honore aut imperio affectos, obseruare & colere debemus. Vnde nascitur obseruantia;alias est recognoscere. Virg. Vestigia retro obseruata sequor. Plerunq; vero diligenter aspicere atq; custodire. Plaut. oculos ego tibi istos effodiam improbe ne me obseruare possis. }Quid rerum geram} vnde dr̄ obseruatio,quę omnino differt ab obseruantia. }Mi Cic.} habet talit vocatmus gratiam conciliandæ beneuolentię. }Sanctitatem} obseruantiam quandam, & pietatem tanq̄ in partem meum. }Omnia cōsilia tua} quæ literis tuis accepi in defendenda libertate & in capessenda nihi gloria. Commendat ipsa consilia & prudentis, atq; fidelitate. }Ex mea conscientia} cum ego te semper locu patris coluerim,scio me dignum fuisse,vt fideliter consuleres.}Metior} puto.}Aliter}.s.q̄ sentio, & tu me admones.}Reprimere} admonere a mea sententia.}Quæcunq;} in me bona sunt} ad illud respondit,q̄ Cic dixit,Nam & in re militari virtutem,& in administranda prouincia iustitiam,& in omni gñe prudentiā mihi tuā exposuit.}Beneficio fortunæ} ad illud retulit q̄d dixit Cic.videlicet,oīa consecutum es virtute duce,comite fortuna. Inimicissimi}.s.M. Antonii.}Quare} conclusio. & q̄d ipse facere pollicetur ostendit }Gallia citeriore} Cisalpinam dicit vbi, D. Brutus erat,suus collega. }Neq; si facultas} sensus est. Si te præsentem habere possem, nunq̄ a tuis consiliis dissentirē.}Nec nunc} a te sum absens.}Hic} vltra Rhod. Vbi habebat exercitum, vt cum Rodanum copia traiecissem.}Mense Ian} hoc.n.mense magistratus noui creari solebant.}Nostra mala} discordias dicit.}Occasionem} oportunitatem faciendi q̄d volunt, nobis dissentientibus. Perinde significat ideo,qn̄ ex se ponitur,vt Tranq. in Galba, Aduentus eius non perinde gratus fuit.Qn̄ aūt iungitur cum ac si, vel atq; si:tunc significat tanq̄,vt perinde ac si Eunuchus foret, Subinde vero significat crebro & sæpe,quo frequenter vtitur Mart. alias vero statim post Horat.sic dicet: Recte primū gaudere subinde præceptū auriculis hoc instillare memento. }Successerit} prospere euenerit. Terēt. Hac nō successit, alia aggrediamur uia.

& proinde, & perinde veteres dicebant, eadem significatione. Tuic. 1. & alibi.

ASCEN. GRatissimæ &c.} Respondet Plancus superiori epistolæ ostendens gratam sibi esse amonitionē Cic.& se iubēter patrimonium,dicens. Literæ tuæ fuerunt mihi gratissimæ, quas.s.literas ego animaduerti te scripsisse ex sermone.i. vt dicūt relatione Furnij.Ego aūt affero excusationem tpis præteriti.i.q̄ prætermiserim hactenus rñdere,& ita multum tpis sit præteritum,q̄ audieram perfectum.i.discessisse: nec sciui multo ante quā cognoui ex epistola tua.s.post reditum ad me scripta,te rediisse.Enim.i.quia nullū.i non vllum ego non videor posse prætertire sine maxima culpa vllum officiū, in te,nec quidem.i.non saltem,aut non et minimum,in quo.s.officio in re tuendo.i.conseruando,ego habeo causas plurimas, vel.s.causam necessitudinis paternæ.i.quā cum patre meo contraxisti, uel obseruantiæ meæ .i.qua te obseruaui & veneratus sum a pueritia,uel mutui amoris tui erga me videtur redundare, erga me aut particula,mutui. nā erga vnum non est mutuus amor. sed vtriusq; duorum erga alterum, Quare o mi Cic.q̄d mea & tua ætas patitur, persuade tibi te vnum esse,in quo colendo ego constituerim.i.velim constituisse, sanctitatem patriam.i.patri debitam. Igitur oīa consilia tua videntur mihi non magis plena prudentiæ quę summa est q̄ fidelitatis,quam.s.fidelitatem seruatam patri in me, ego metior ex mea conscientia.i.tam magnā iudico, quantam volo tibi seruare. Quare.i quamobrē si aut sentirem aliter.i.q̄ tu iudicas sentiēdum, præsertim de rep. certe admonitio tua posset me reprimere.ne.s.q̄d sentirem executioni mandarem,aut si dubitarem.i. anceps & dubius essem, vtrā partē debeā sequi, adhortatio tua posset impellere me,ut sequerer id, quod tu putares optimū .s.ex omnibus, Honesta est locutio, & amoris plena, si forma, dicendi conspiciatur. Nunc vero.s.cum neq; aliter sentiam neq; dubitem. q̄d est quod possit trahere me in aliam partem? q.d.nihil quia quæcunq; bona sunt in me, aut tributa.s.mihi beneficio fortunæ, cui Romani semper plurimū tribuebant,vt docet Plutar.

in

in libello de fortuna Romanorum & virtute Alexandri, aut partã meo labore. Debebat loco fortunæ patrem luminum ponere ꝑ quo oẽ datum optimũ & omne donum perfectum: sed vanum erat illi ante lucem surgere. Etsi.i.q̃q̃ sup. bona mea sunt æstimata.i.appretiata a te carius.i.pluris q̃ sint propter amorẽ.s.tuum in me cũ tanta sunt, iudicio vel.i.ẽt inimicissimi, vt nihil videat desiderare.i.putare sibi deesse præter bonam famã. Quare persuade tibi hoc vnum, quantum potuero: alij legunt potero.i.datum fuerit, eniti viribus, prouidere consilio tuo, mouere auctoritate.s. mea hoc omne futurũ, sup. esse semper reip.i.ad vtilitatem reip. Sensus tuus non est ignotus.i.perspectus est mihi, neq; discreparem vnq̃ a consiliis tuis, si facultas, optabilis mihi quidem, licet forte non omnibus, tui præsentis esset mihi. Nec cõmittam.i.& non patiar, nunc.s.cũ abero, vt possis reprehendere iure vllum factum meum. Ego sum in expectatione omniũ rerum, vt sciam qđ geratur in Gallia citeriore.i.cis alpes Italiam versus, vbi sunt Ligures & insubres, & vbi tunc D. Brutus erat, quid geratur ro ur be.s.Roma Ian. mẽse.s.proxime futuro, in quo comitia haberi solebant. Ego sustineo interim hic.i.in Gallia vlteriore maximam solicitudinẽ & curã. ne agẽtes.s. Romæ inter aliena vitia.i.qui in hoc bello neutris fauẽt, potent mala nostra.s.quæ ob discordiã patimur, coacti abesse ab vrbe esse occasionẽ suam.s.petendi consulatus nobis debiti. quod si successerit mihi perinde.i.ita vt mereor, ego certe satisfaciam & tibi cui maxime me cupio.s.satisfacere, & omnibus viris bonis.s.aliis. nam Cic. quoq; virum bonũ putat. Fac valeas & diligas me mutuo.s.vt te diligo.

GIBERTI LONGOLLII LEMMA.

Rursus hortatur Plancum, vt remp. defendat, vsus maxime argumẽto a spe laudis & gloriæ.

CICERO S. D. PLANCO IMP. COS DES. 5

BINAS a te accepi literas eodem exemplo quod ipsum argumento mihi fuit diligentia tua. intellexi.n.te laborare, vt ad me tuæ expectatissimæ literæ perferrentur. ex quibus cepi fructum duplicem, mihiq; in comparatione difficilem ad iudicandum, amorem ne erga me tuum, an animum in remp. pluris, æstimandum putarẽ est omnino patriæ caritas, meo quidẽ iudicio, maxima
non tamen plus amoris. nã l. 1. de off. ols. inquit, omnium caritates vna patria complectitur. *sed amor, voluntatisq; coniunctio plus certe habet *suauitatis. itaq; cõmemoratio tua paternæ necessitudinis, beneuolentiaq; eius quam erga me a pueritia contulisses, cæterarumq; rerum quæ ad eam sententiam pertinebant, incredibilem mihi lætitiam attulerat. rursus declaratio animi tui, quem haberes de rep. quemq; habiturus esses, mihi erat iucundissima: eoq; maior erat hæc lætitia, quòd ad illa superiora accedebat. Itaque te non hortor solum, mi Plance, sed plane etiam oro, quod feci ijs literis, quibus tu humanissime respondisti; vt tota mente, omniq; animi impetu in remp. incumbas. nihil est, quod tibi maiori fructui, gloriæq; esse possit: NEC quidquam ex omnibus rebus humanis est præclarius, aut præstantius, quã de rep. bene mereri adhuc.n patitur tua summa humanitas, & sapientia, me, quod sentiam, libere dicere.*
supra, ep. 3. virtute duce, comite fortuna. *Fortuna suffragante, uideris res maximas consecutus. quod quanquàm sine virtute non potuisses: tamen ex maxima parte ea, quæ es adeptus, fortunæ, temporibusq; tribuuntur. his temporibus difficilimis, reip. quidquid subueneris. id erit totum, & proprium tuum. incredibile est omnium ciuium*
quam, susceptio reip. patrocinio, quibus apud ols bonos. idem infra, ep. 19. *latronibus exceptis, odium in Antonium. magna spes in te, & in tuo exercitu, magna expectatio: cuius, per deos *gratiæ, gloriæq; caue tẽpus amittas. sic moneo, ut filium: sic faueo, ut mihi: sic hortor, vt et pro patria, et amicissimũ. Vale.*

NVAAR.

Binas} Superiori epistolæ vr̃ Cicero respõdere ostendens, quam gratus sibi sit amor, quam Plancus erga eũ se habere, ostendit, deinde etiam erga remp. postea vero iterum eum hortatur, sicut & in alia epistola, vt tota mente, totisque viribus incumbat in remp. ea quã se affirmat eum consecuturum maximam gloriam. {Quod ipsum}.s.scripsisse binas literas eodem exemplo. {Labore} vehementer curare, dare operam. {Expectatissimæ} desideratissimæ. {Difficilem in comparationem ad iudicandum}.i.qui si ponatur in comparationem, difficilis sit iudicatu. {Amor} mihi a te præstitus. {Paternæ necessitudinis, cæterarumq;} hæc.n omnia in epist. Planci commemorata sunt. {Declaratio} demonstratio. quia scripserat Plancus, se omnia reip. præstiturum, quæ viribus, consilio & auctoritate posset {Accedebat} adiungebatur. {Ad illa superiora} quæ erant erga me. {Impetu} motu impulsu. {Fructui} vtilitati. {Præclarius} pulchrius. {Bene mereri de rep.} benefacere reip. {Patitur} quia non dedignaris, neq; moleste fers, q̃ omnia tibi libere dicam, vt filio. {Suffragante} fauente. {Temporibus} conditionibus temporum. {Id erit totum proprium & tuum} de quo fortuna nullam partem habebit, se totum vendicabit sibi virtus tua {Incredibile est} sensus est, non posset satis credi quantum omnes oderint M. Ant. exceptis latronibus, qui ei fauent, qm̃ & ipse est tanquam latro, & omne simile appetat suum simile {Cuius gratiæ & gloriæ}.s.comparandæ. {Tempus} oportunitatem, quia facillime poteris eam comparare, si M. Antonium oppresseris. {Moneo} consulo: {Proprium} si esses meus. .;

PHIL. Binas} Respondet nunc Cic. literis, quas illi Planc. miserat: demonstrat enim in primis, quantum & lætitiæ, & fructus ex illis acceperat, cum intelligeret quo animo in eum, & in remp. fuisset affectus. Inde ad rempub. defendendam, immortalemq; sibi gloriam comparandam vehementer hortatur. Postremo de odio in M. Antonio, de spe in Plancum, de singulari etiam expectatione ipsius apud exercitum certiorem facit: &, ne captandæ gloriæ tempus omittat, vehementer rogat. {Eodem exemplo} eiusdem formæ atque sententiæ. Est enim exemplum quod continetur. exemplar vero quod continet. vel pagina sit exemplar, sententia sit exemplum. Itaque dicimus, Multa epistolarum exemplaria fecimus eodem exemplo, hoc est multas epistolas eiusdem sententiæ. Sed apud auctores indifferenter illa poni comperimus. Item exẽplarium pro exemplaria apud Plinium legimus Quod autem græci * * nostri, vt inquit Quint. ferè similitudinem vocare maluerunt; quod enim nos propriæ vocamus exemplum, est rei gestæ, aut non gestæ vtilis ad persuadendum id quod intenderit commemoratio. Festus eñ inquit, exemplum esse quod sequamur, aut vitemus, exemplar quo simile aliquid faciamus. Illud animo existimat: hoc oculis conspicitur.. {Quod ipsum}.s.binas te literas scripsisse eodem exẽplo. {Argumento} ad intelligentiam. {Diligentiæ} accurati laboris. Sed hæc distant cura, opera, diligentia. q̃ cura ad animum, opera ad corpus, diligentia ad vtrũq; refertur. {In comparatione difficilem} quod sit mihi difficile iudicare, pluris ne amor in me tuus, an animus in remp. existimandus sit. {Est omnino} aperit iudicium, quod dicit esse difficile, & ait caritatem patriæ esse profecto maximam; sed amicitiã plus omnino suauitatis habere. {Amor} voluntatis coniunctio. Circuitio est amicitiæ. {Commemoratio tua} repetit pauca, quæ Planc. scripserat; {Nihil est} quantum inde vtilitatis, & gloriæ capere posset, paucis ostendit, quo attentum & diligentem facit. {De rep. bene mer.} in remp. beneficia conferre, vt, Si bene quid de te merui. {Suffragante} auxiliante. {Libere dicere} excusatio verecunda: cum in eo, quod dicturus erat, aliqua oculum virtuti detrahere videbatur, attribuens temporibus, & fortunæ gloriam potius q̃ virtuti, cum Plancus virtute magis quàm fortuna fuerat gloriam consecutus. Sed intelligendum sanè de præteritis temporibus & fortuna, quæ ad comparandam gloriam mollissima fuerunt. Sed hæc ciuilis belli tempora dicit esse asperrima, & in his quidquid egerit, sibi totum & proprium non fortunæ & temporibus tribuendum putet. {Latronibus} istorum ducem Antonium dicit esse, vt idem ait paradoxis. {Magna spes} sunt.n. ista duo sic iungenda. Magna spes, magna expectatio est in te, & in tuo exercitu. Speramus incerta, expectamus certa. Speramus longinqua, expectamus propinqua. {Tempus} opportunitatem, quam in opprimendo M. Ant. habere poteris, & tibi ex eo maximam gloriam comparare. {Sic} repetitio. {Filium} quasi φίλον carum & amatum. {Proprium} quod est vnicuiq; suum. Virg. Hunc mihi da proprium virgo sata nocte laborem. alias perpetuum. Terent. Ego vitam propterea deorum sempiternam arbitror, q̃ voluptates eorum propriæ sint.

ARGUM. Binas, &c. Respondens Cic. literis a Planco receptis dicit se ex illis plurimum gauisum ob illius beneuolentiam in se: deinde ad remp. defendendam & ad immortalem gloriam, comparandam, cohortatur: & postremo de odio in M. Ant. & de

& de spe atq; expectatione Planci agit, dicens, Ego accepi a te binas literas i. duas epistolas, eadem exemplo. i. eadem forma, & iisdem verbis scriptas, quod ipsum fuit mihi argumento. i. approbationi diligentię tuæ. Intellexi. n. te laborare. i. affectanter curare vt literæ expectatissimæ perferrentur. ad me. deinde. i. de eo loco, aut de ea re vnde scriptæ sunt. Ex quibus. s. literis cepi duplicē fructum difficilem mihi ad iudicandum in comparatione. i. ad discernendum vter fuit maior, hoc est ne peu an putarem amorem tuum erga me, an animum tuum in remp. æstimandum. i. appretiandum esse pluris. Caritas patriæ est omnino meo quidem iudicio, maxima. sed amor. & coniunctio voluntatis habet certe plus suauitatis i. honestæ delectationis. Itaq; commemoratio tua necessitudinis paternæ. i. quæ fuit cum patre, tuo & beneuolentię eius, quam tu contulisses erga me a pueritia s. tua, & sup. commemoratio ceterarum rerum, quæ pertinebant ad eandem sententiam, attulerunt mihi incredibilem lætitiam. Rursus l. ex altera parte declaratio animi tui, quem haberem de rep. & quem esses habiturus, si. s. pro meritis tibi successerit, erat mihi iucundissima, & hæc lætitia erat eo maior quòd aut quo. i. quanto sup. magis accedebat ad illa superiora. s. de necessitudine patris tui & obseruantia tua in me. Itaque, o mi Plance, ego non solum hortor te, sed plane etiam oro, quod. i. quam rem feci his literis, quibus respondisti humanissime, vt incumbas in remp. i. sis proclinis ad eam seruandam tota mente & omni impetu animi tui. Nihil est quod possit esse tibi maioris fructus. i. vtilitatis & gloriæ, nec quidq̄ ex omnibus rebus humanis est præclarius aut præstantius q̄ benemereri de rep. Enim. i. quia, summa humanitas & sapiētia tua patitur adhuc dicere libere quod sentiam. tu videris consecutus maximas res, fortuna suffragante. i. aspirante & fauente tibi, quod. s. maximas res consequi quanquàm non potuisses sine virtute: tamen, ea, quæ adeptus es, tribuuntur fortunæ temporibus; sed sup. quidquid subueneris reipub. his temporibus difficillimis. i. periculosissimis reip. quia alij eam defendere, alij inuadere moliuntur, id erit totum tuum & proprium. Odiū in Antonium omnium ciuium, exceptis latronibus est incredibile. magna spes est in te, & magna expectatio in exercitu tuo. Cuius gratiæ & gloriæ tempus, caue per deos. s. rogatus ne amittas. Ego moneo sup. te, sicut filium, & ego faueo sup. tibi vt mihi ego hortor sup. te vt proprium & amicissimum.

ARG. Cum Plancus, literis ad senatum scriptis, pacem cum Antonio suasisset: suadet Cicero, ut pacem armis ponat, quam pactione, quærat: & vt se, a societate malorum ciuium aliquando seiungens, totum da remp. transferat.

CICERO S. D. PLANCO

IMP. COS. DES. 6

Planci legatus, Ciceronis studiosissimus. ep. 31. l. 8. & 1. & 8. h. l.

QVæ locutus est * Furnius noster de animo tuo in remp. ea gratissima fuerunt senatui, populoq; R. probatissima. quæ autem recitatæ sunt literæ in senatu, nequaquam consentire cum Furnij oratione visæ sunt. pacis enim auctor eras, cum collega tuus, vir clarissimus, fœdissimis latronibus obsideretur. qui aut positis armis, pacem petere debent: aut, si pugnantes eam postulant, victoria pax, non pactione, parienda est. sed de pace literæ vel * Lepidi, vel tuæ quam in partem acceptæ sint, ex viro optimo, fratre tuo, & C. Furnio poteris cognoscere: me autem impulit tui caritas, vt quanquam nec tibi ipsi consilium deesset, & fratris, Furnijque beneuolentia fidelisque prudentia tibi presto esset futura, vellem tamen meæ quoque auctoritatis pro * plurimis nostris necessitudinibus, præceptum ad te aliquod peruenire. Crede igitur mihi Plance, omnes, quos adhuc gradus dignitatis consecutus sis, (es autem adeptus * amplissimos) eos honorum vocabula habituros, non dignitatis insignia, nisi te cum libertate populi R. & cum senatus auctoritate coniunxeris. seiunge te: quæso, aliquando ab ijs, cum quibus te non tuum iudicium, sed temporum vincula coniunxerunt. complures in perturbatione reipub. consules dicti: quorum nemo consularis habitus, nisi qui animo extitit in rempub. consulari. talem igitur te esse oportet qui primum te ab impiorum ciuium, tui dissimillimorum, societate seiungas: deinde te senatui, bonisque omnibus auctorem, principem, ducem præbeas; postremo, vt pacem esse iudices, non in armis positis, sed in abiecto armorum, & seruitutis metu. hæc si & ages, & senties: tum eris non * modo consul, & consularis, sed magnus etiam consul, & consularis. sin aliter: tum in istis amplissimis hominibus honorum non modo * dignitas nulla erit sed erit, summa * deformitas. hæc impulsus beneuolentia, scripsi paulo seuerius: quę tu in experiendo, ea ratione, quæ te digna est, vera esse cognosces. xiij. kal. Ap.

vide ep. 26. & 34. h. l.

tres enumerat ep. 34. lib. 4.

ep. 3. & 4. h. l.

Phil. 8. & pro Balbo.

antitheta.

QVæ locutus sum} Cum Furnius retulisset Romæ Plancum esse paratissimo animo ad omnia pericula pro defensione reip. superuenerunt postea literæ Planci, quibus dicebat se suadere, vt fieret pax cum M. Antonio qui D. Brutum Mutinæ obsederat. itaq; veritus Cicero, ne Plancus se cum M Antonio coniungeret, quod semper timuerat; ei dissuadet hanc pacem. i. faciendam, & societatem ineundam cū M. Antonio: quam dicit fore turpissimam & iniquissimam, quia sit futura contra salutem reip. neque esse faciendam vllo modo pacem, donec resp. in eo sit statu, ut nullo seruitutis metu prematur aliter omnes honores quos ante adeptus sit fore ei summæ turpitudini. {Probatissima} accepissima: quæ valde ei placuerunt. {Literæ} tuæ. {Nequaquam} minime. {Consentire} cōuenire, concordare. {Auctor} suasor. s. in literis tuis. {Collega} D. Brutus, qui fuerat designatus consul cum Planco. {Fedissimis} crudelissimis. {Latronibus} Antonio, & Antonianis militibus. {Obsideretur} Mutinæ {Qui} s. Antonius. probat autem pacem non fuisse ei concedendam secundum eius voluntatem. nam dicit eum aut debuisse deponere arma aut desiisse vincendū. {Vel} i. etiam. {Lepidi, vel tuæ} vterque n. scripserant. {Caritas} amor. {Presto} Prompta, parata. {Meæ auctoritatis} i. mei, cui plurimum tribuit. {Crede} repetit quæ in alijs epistolis superioribus dixit, vt eum incitet ad tuendam remp. {Vocabula} nomina tantūmodo. {Auctoritate} graui sententia, & iudicio. {Seiunge} i. separa {Ab iis} significat Antonianos, & oēs, qui fuerant Cæsariani. {Tempora} necessitas temporum. quia cum ipsi oīa possent, uidebatur ita esse faciendum. {Non tuum iudicium} nō quia iudicares eos dignos tua coniunctione. {Consularis} dignus consulatu. {Impiorum} impugnantium patriam suam. {Dissimillimorum tui} scelestissimorum, cum tu sis bonus. {Ducem} vt non solum sequaris ipsum senatum, sed etiam regas tanq̄ dux {Abiecto metu seruitutis} i. rep. in eo statu collocata, vt patria nullam seruitutem timeat, hoc est remotis tyrannis & oppugnatoribus reip. {Honorum} consulatus. {Deformitas} turpitudo & infamia. {Seuerius} instantius & grauius. {Quæ te digna est} quæ te decet. s. recte faciendo & agendo quæ scripsi. RVBER.

QVæ locutus} M. Ant. Mutinæ D. Brutum eo tempore tenebat obsessum, quo Furnius, Romam reuersus, retulit Plan. omnia pro rep. facturum, vel vitæ periculum aditurum, vt saluam remp. redderet: allatæ postea sunt literæ, quæ pacem cum M. Ant. faciendam senatui suaderent, & Plan. huius pacis auctorem pollicerentur. quo Cic. perturbatus est non parum veritus quidem ne Plan. M. Ant. seipsum cum copijs suis adiungeret. Quare hac ad eum epistola huiusmodi pacem magnopere fugiendam esse demostrat, cum propter salutem reip. cui & turpissimum hoc facere, & perniciosissimum esse putacur, etiam p̄p honores, Planci, qui huiusmodi pace polui videbantur. vel maxime q̄ eius collega D. Brutus ab Ant. obsideretur. Dat. inde Planco præceptum, & quid in hac sibi & tanta rerū perturbatione fieri oporteret. hoc ad argm̄. Sed, vt facilius quod scribit, intelligas; aliquantulum ex historia repetendum est. Cic. singulari odio M. Ant. persequens, iussu senatus ad eum literas dedit, vt a Mutinensi obsidione cessaret, & Celticam prouinciam Decio cederet. quod, cum facere noluisset, hostis iudicatus est dedit & ad Brut. literas, vt prouinciam pro rep. retineret; Antonioq; tametsi consul esset, armis omnino resisteret: nec senatus sententiam expectaret. quæ omnia Brutus effecit. & cum propter longam obsidionem iam fame laboraret, Hirtius & Cæs. Octauius cum copiis suis accesserunt, timentes ne sibi Antonius deficientem Bruti exercitum vendicaret: & sic accesserunt, & Brutum liberarunt. Sed nondum intellecta victoria PHIL.

A

cum ad subueniendum tres illuc legiones mitterentur, in itinere hostes fusos audiuerunt. Ex quo frater inquit, Cum iter ad Mutinam dirigerem; in itinere de prœlio facto, Brutoq; & Mutina obsidione liberatis audiui. Et in alia ad eum epistula Cic. sic habet, O gratam famam, biduo ante victoriam de subsidio tuo, de studio, de celeritate, de copiis, at. qui etiam fusis hostibus, nobis innotuit. spes omnis in te est. fugisse ex prœlio Mutinensi dñr notissimi latronum duces. In quo tñ prœlio Pansa & Hirtius consules cecidere, Ant. cum omnibus copiis præter equitatum in fugam se dedit, Appenninum trangressus ad vada se recepit. cum vero copias trans alpes ducturum se dixisset, omnes negauerunt sequi velle. iam Brutus cum exercitu appropinquabat Sic.n.ad Cic. scripserat se facturum Ego.n.inquit, ne consistere possit in Italia Ant. dabo operam sequar enim cōfestim Ant. desperatis rebus ad M.L. mutata veste confugiorauit, vt a persecutionibus defenderet. In castris ab eo receptus ab integro bellū cum Lepido repararunt. de quo idem Brut. dubitans ad Cic. sic ait: In primis rogo te ad hominem ventosissimum Lep. mittas, ne bellum nobis re integrare possit, Ant. sibi coniuncto. multæ & bonæ & firmæ sunt legiones Lepidi. & Asinij. Idem persuasibilimum est inquit. Lepidum recte facturum nunq;. & tunc Octauius ad dominatus adipiscendi oportunitatem expectans sententiam mutauit copiasq; contra senatum & remp. conuertit inita cum M. Ant. & M. Lep. ad delendam libertatem, & sibi tyrannidem vendicandam societate in agro Bononiensi conuenerunt: atque facta ciuium proscriptione remp occuparunt. {Furnius} legatus tuus. {Probatissima} acceptissima, & quæ multum senatus commendaret, cum ab eo accepissent mentem Planci non esse dispositam ad pacem cum M. Ant. {Auctor} suasor pacis eras in tuis literis. {Latronibus} Antonio & suis, vt supra. {Positis armis} ratio quare non esset cum eo pax facienda. {Collega} D. Brutus, qui designatus erat consul cum Planco. {Vel Lepidus} nōdum.n. Lepidus Antonium in castris acceperat, nec adhuc omnino contra remp. sentiebat: de quo in alia epistola sic habetur: Sperabam etiam Lepidum temporibus admonitum tecum, & reip. satis esse facturum. & Plan. Nanque assiduis internuntiis cum Lep. egi, ut omissa omni contentione, reconciliataq; voluntate nostra communi consilio reip. succurreret: Vterq;.n. ad senatum scripserat. {Vellem} vult dare consilium Planco, quid in tali re sibi faciundum esse videretur. {Eos} honorum vocabula habituros. Es, inquit, amplissimos dignitatis gradus consecutus sed sic habeto, nisi cum auctoritate senatus te coniunxeris: duntaxat vocabula honoris, non autem insignia & effectum dignitatis ipsius habebis. Hoc autem ideo dicebat. vt eorum consuetudinem atq; coniunctionem fugeret, qui dubii in rep. esse videbantur. Inter quos Lep. sentiebat, quem inconstantem & ancipitem esse cognoscebat de cuius voluntate multa in aliis epistolis scripta sunt. {Honorum vocabula} nomina tantummodo, non effectus. de vero autem honore sic ait: Honos mihi videri solet, qui non propter spem futuri beneficij. sed propter magna merita claris viris defertur & datur. quare sit modo aliqua res in qua honos elucere possit: omnibus, mihi crede, amplissimi honoribus abundabis. is autem, qui vere hos appellari potest, non inuitamentum ad tempus, sed perpetuæ virtutis est præmium. {Ab iis} .s. Antonianis {Iudicium} ut tu iudicares illos esse dignos cū iunctione tua. {Nemo consularis} qui bene consuleret. non ad dignitatem omne refertur, sed ad consilium. {Animo consulari} qui bene de rep. senserit. {Talem} vt animo sis in remp. consulari, & teipsum ab iis seiungas qui non sunt in rep. consulares, sed impii inimici, {Auctorem} articulus. {Consul} in magistratu. {Consularis} in bene sentiendo de rep. {Ducem} tanquam qui regat senatum & remp. & habeat resp. quem sequatur {Seuerius} quasi velit dicere, hoc ego non scripsissem ad te, nisi me ipsum beneuolentia, coegisset, & cura honoris tui. {Abiecto metu seruitutis} in tuto rep. collocata. ut respub. nullam seruitutem timeat a tyrannis. {Deformitas} turpitudo, ignominia. {Te digna} bene agendo quę scripsimus.

ASCAN. QVæ locutus, &c.} Cum Furnius retulisset Romę Plan. esse paratissimum ad omnia pro reip defensione sustinenda. superuenerunt literæ Planci suadentis, vt pax cum Antonio fiat. quam pacem Cic. ne Plancus adhæreat Antonio, nunc improbat, adducens Antonium in odium. Ordo est. Ea, quæ Furnius locutus est de animo tuo in remp. fuerunt gratissima. sup. mihi, & probatissima senatui populoq; R. Autem.s. sed literæ.s. tuæ (sed caute supprimit pronomē) quę fuerunt recitatæ in senatu, nequaquam visæ sunt consentire cū oratione Furnii. Eras enim.s. in illis litteris, auctor.i. approbator pacis.s. cum Antonio. cum collega tuus uir clarissimus.s. D. Brutus tecum consul designatus, obsideretur.s. Mutinæ, a latronibus fœdissimis s. Antonianis. Qui.s. latronibus debent aut petere pacem, armis depositis.s. prius, aut si postulant, eam.s. pacem pugnantes, pax est petenda.i. acquirenda eis, victoria.i. per victoriam, non pactione.i. non ea condicionibus pacis ante victoriam oblatis. Sed tu poteris, cognoscere ex viro optimo fratre tuo, & ex C. Furnio in quam partem literæ vel Lepidi. vel tuæ de pace sint acceptæ q.d. in pessimam. Ant.i. sed caritas tui.i. quæ est mihi in te, impulit me, vt quanquam nec consilium deesset tibi ipsi, quia potes tibi ipsi consulere, & beneuolentia, & fidelis prudētia fratris & Furnij esses futura tibi præsto .i. parata auxilio. Tamen vellem pro pluribus necessitudinibus nostris, aliqḋ præceptum quoque.i. etiam nostræ auctoritatis peruenire ad te. Igitur ò mi Plan. crede omnis gradus dignitatis quos consecutus sis adhuc.i. ad hanc vsq; diem; (tu autem adeptus es quam amplissimos).i. in primis amplos.s. gradus eos habituros vocabula honorum, non insignia dignitatis hoc est magistratus quidem, & honores vocabuntur, sed nihil ex eis tibi dignitatis accedet nisi coniunxeris te cum libertate populi R. & cum auctoritate senatus. Quæso.i. exigo & requiro a te seiunge.i. separa te aliquando .i. tandem ab his.s. fautoribus Antonij & Cæsaris interempti, cū quibus non iudicium tuum sup. coniunxit te, sed vincula.i. necessitas temporum coniunxerunt te. Complures dicti sup. sunt consules in conturbatione reip. quorum nemo habitus sup. est .i. reputatus consularis.i. consulari potestate dignus, nisi qui extiterit i. emerserit animo consulari.i. consule digno in.i. erga remp. Igitur oportet te esse talem qui seiungas.i. separes primum te ab societate ciuium impiorum, dissimillimorum tui.s. in moribus; deinde qui sup. præbeas sup. te, & senatui & omnibus bonis auctorem, principem, ducem, postremo vt iudices pacem esse non in armis positis i. depositis & dimissis, sed in metu armorum, & seruitutis abiecto, hoc est in abiectione talis metu. Si tu ages & senties.i. iudicabis sup. agenda hæc tu eris tum.i. tunc non modo cōsul & consularis, sed etiam magnus consul & consularis. Sin.i. sed si, sup. ages & senties aliter, non modo nulla erit dignitas tua in illis amplissimis nominibus horum, ut sunt nomina imperatoris & consulis, sed etiam summa deformitas. Quia vt dicit Iuuen. Omne animi vitium tanto conspectius in se Crimen habet, quāto maior qui peccat habetur. Ego scripsi hęc, impulsus.i instigatus beneuolentia, paulo.i. modico seuerius.i. nimis seuere, quæ tu cognosces esse vera, experiendo in ea ratione.i. forma quæ digna est te. Datum, &c.

GIBERTI LONGOLLII LEMMA.

Cur breuius illi de re sua scribat, exponit: deinde operam suam omnem reip. pollicetur petens a Cicerone, vt is dignitatem eius defendat.

PLANCVS IMP. COS. DES. S. D. CICERONI. 7

*PLVRA de meis *consilijs scriberem, rationemq; omnium rerum redderem verbosius. quò magis iudicares omnia me reip. præstitisse, quæ & tua exhortatione excepi, & mea affirmatione tibi recepi (non mi.u. ut.n. a te probari. quàm diligi, semper volui: nec te magis in culpa defensorem mihi paraui, quàm prædicatorem meritorum esse volui) sed breuiorem me duæ res faciunt; vna, quòd publicis literis omnia sum persecutus; altera, quòd M. Varisidium, equitem Romanum, familiarē meum, ad te ipsum transire iussi, ex quo omnia cognoscere posses. non mediusfidius mediocri dolore afficiebar, cum alij occupare possessionem laudis viderentur: sed vsque mihi temperaui, dum perducerem eò rem, vt dignum aliquid & *consulatu meo, & vestra expectatione efficerem. quòd spero, si me fortuna non fefellerit, me consecuturum: vt, maximo præsidio reip. nos fuisse, & nunc sentiant homines & in posterum memoria teneant. A te peto, vt dignitati meæ suffrageris; & quarum rerum spe ad laudem me vocasti, harum fructu in reliquum facias alacriorem. non minus posse te, quàm velle exploratum mihi est. Fac valeas, meque mutuo diligas.*

cur non statim post obitum Cæsaris pro libertate arma ceperim.

quem gesturus erat biēnio post, cū iam a Cæsare, ad Parthicum bellum ituro, designatus esset cū D. Bruto sed, ob ciuile bellum, consulatum nō nisi triēnio post gessit.

AVAAR. PLura tibi} Admonitus Plancus, & stimulatus exhortatione Ciceronis ad remp. tuendam, dicit se fuisse scripturũ pluribus verbis, q̃d esset acturus, nisi & scripsisset publice, & dedisset mandata M. Varisidio cuidã. breuiter tñ dicit, se ita esse dispositum, vt speret se ita esse facturum, vt & homines in presentia perspiciãt eius voluntatẽ, & in futurũ meminerint. postremo petit a Cic. vt dignitas sua ab eo defendatur. {Recipi} promisi. {A te probari} a te laudari, tibi re ipsa placere. {Persecutus} tractaui, & expediui. {Transire} venire. {Occupare} inuadere, vsurpare. {Laudis} quæ mihi debebatur. {Tẽperaui mihi} sustinui me. {Eo} ad id. {Vestra expectatione} q̃ de me cõceperatis. {Sentiant} iudicent cognoscant, {Alacriorem} promptiorem.

PHIL. PLura tibi} Excusat breuem epistolam, & duas breuitatis causas fuisse commemorat. Vnam q̃ publicis literis ad senatum omnia scripserat: quæ Cic. adhortatione susceperat pro rep. Alteram q̃ M. Varisidium ad eum miserat: a quo omnia cognoscere ai poterat; dicit tñ se eo animo esse affectum in remp. vt speret se consecuturum, quod tam hodierni q̃ posteri iudicabunt se maximo presidio reip. fuisse. præterea dicit se non parum dolere, q̃ alij laudes eius occupare videbantur. Demum dignitatem & honorem suum Cic. commendat, vt ab eo defendatur. Plura antiqui, & plurima dicebant, in quo quidã grammaticus apud Gellium deridetur: dicimus & complura, sed vim comparatiuam amittit. Item plura de duobus & pluribus etiam q̃ duobus. Complura vero nunq̃ de duobus dici põt: {Excepi} capio multa componit, inter quæ numeratur excipio diuersæ significationis verbum. Nã est aliqñ insidijs opprimere Virg. exceptum Triton, si credere dignum est, Inter saxa uirum spumosa immerserat vnda, & subsequi: vt, tunc sic excepit regia Iuno. Et suscipere: ut, quis te casus deiectam coniuge tanto Excipit? & remouere: Cicero, Platonem semper excipio. {Tibi recepi} hoc est promisi. {Publicis literis} ad senatum: quarum initiũ est, Si cui forte videor. {Persecutus literis} hoc est scripsi: vt persecutus conuitio. i. vituperaui. Eodem modo dicimus in prosequor te laudibus: significat, te laudo. Prosequor te amore, te amo. Et multum habent venustatis in dicendo. {Equidem R.} ad ordinem equestrem, & ad militarem disciplinam referri potest. Nam eques ia est qui equo militat, & qui ordine equestri nobilitatus est. Nec tu militem pro eo dices, qui ordine equestri est. fuus. n. milites omnes, qui militant, a millenario numero appellati. Sed proprie qui pedibus militant, milites appellantur. sed ista confunduntur. {Iussi, vo.} iubeo Chrementem saluere. Est etiam hortari: Virg. Sed votis præcibusq; iubent exposcere pacem. &, Infandum regina iubes renouare dolorem. alias decernere: Liu. Ratum haberetia, si populus iuberet. In prima vero significatione est imperare. Sed aliquantulum plus est imperare quàm iuberet, Terent. Iubea ne? iubeo, immo cogo, atq; impero. differunt etiam constructione. nam impero mihi, tibi, sibi rem hanc, dicimus. Quint. imperauit sibi ne quia admitteret amplius preces. Sed iubeo mihi, non dicimus. {Præsidio} auxilio. sed propriæ est custodia militum alicui oppido, & huiusmodi loco impositum præsidio appellatum. Sicut auxilium ab augendo dictum: & qui in auxilium succedunt, Subsidium appellantur. {Temperaui m} sustinui me ipsum. {Eò} ad id. {Expectationem} quam de me habebatis. {Sentiant} cognoscant, & iudicent. {Alacriorem} promptiorem. {Exploratum} diligenter obseruatum & cognitum & inuentum. Cicero hac vi nõ mutatur, nisi exploratum quidem habeat: id omnino neminem vnquã suspicaturum. Et idem est, quod exploraui. vt compertũ est mihi, & comperi, idem sunt. Sed explorare proprie est diligenter inquirere. Vnde exploratores nominantur in castris.

ASCAN. PLura tibi, &c.} Admonitus Plancus & stimulatus adhortatione Ciceronis ad remp. tuendam, dicit se scripturũ fuisse pluribus verbis q̃d esset acturus, nisi scripsisset publice & dedisset mandata Varisidio: paucis tamen dicit se ita facturum vt homines perspiciant beneuolentiam suam in remp. rogatq; at dignitatem suam defendat. Ordo est. Ego scriberem tibi plura de consilijs meis & redderem verbosius. i. pluribus verbis, rationem omnium rerum, quò. i. vt iudicares magis me præstitisse. i. exhibuisse, causa reip. omnia quæ &. i. simul excepi. i. ex multis intellexi præcipue facienda, exhortatione sua. Et recepi. i. promisi tibi. s. perficienda, affirmatione. i. per affirmationem meam. non. o volui minus probari. i. approbari & commendari a te. s. in hoc facto q̃ diligi semper. Nec paraui magis mihi te defensorem in culpa. i. si admisissem culpam, q̃ volui esse prædicatorem. i. buccinatorem meritorum meorum. Sed duæ res faciũt me breuiorem. s. in scribendo, vna. s. res facit me breuiorem q̃ sum persecutus omnia literis publicis. i. publice ad senatum missis. Altera q̃ iussi M. Varisidium, equitem Romanum familiarem meũ transire ipsum. i. in propria {vt dñi} persona ad te, ex quo posses cognoscere oia. Ego medius fidius afficiebar dolore non mediocri, sed ingenti, cum alii viderentur occupare. i. tanq̃ vacuam sibi vindicare possessionem laudis. Sed tẽperaui mihi. i. compescui impetum meum, vsq; dum perducerem rem eò. i. ad id, ut efficerem aliq̃d dignum & consulatu meo & expectatione vestra. q̃d spero me cõsecuturum. si fortuna nõ fefellerit. i. deceperit me, ut hoĩes &. i. pariter sentiant & nunc, & teneant in memoria in posterũ. s. tempus adueniens, nos fuisse reip. maximo pręsidio. i. protectioni ab ingruẽtibus occupatoribus. Ego peto a te vt suffrageris. i. auxilium & fauorem prebeas dignitati meę, & quarum rerum spe tu vocasti me ad laudem, facias me alacriorem in reliquum. s. tẽpus fructus harum. s. rerum. Exploratum est; sup. m hi. i. certo scio te non minus posse, quam velle. Fac ut vales, & diligas me mutuo.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nuntiat senatui Plancus, quid in Gallia, quod ad dignitatem reip. defendendam pertinere putauerit, egerit: petitq;, vt omnia illius consilia, facta, dicta ita accipiant, vt persuadeant sibi omnia ad remp. defendendam designatus fuisse. * De Planco Velleius lib. 2. sic ait: Plancus diu, quarum esset partium, secum luctatus, senatui se literis venditans, mox eiusdem proditor.

PLANCVS IMP COS. DES. S. D. COS.

PRAET. TRIB. PL. S. P. PL. Q. R. 8

*SI cui forte videor, diutius et hominum expectationem & spem reip. de mea voluntate tenuisse suspensam; huic prius excusandum me esse arbitror. quàm de insequẽti officio quidquàm vlli pollicendum. non .n. præteritam culpam * videri volo redemisse, sed optimæ mentis cogitata iam pridem, maturo tempore enuntiare.* nunc, cum rẽp. tuendã suscipio.

*Non me præteribat, in tãta solicitudine hominum & tam perturbato statu ciuitatis fructuosissimam esse professionẽ bonæ voluntatis; magnosq; honores ex ea re cõplures consecutos videbam. sed, * cum in eũ casum me fortuna demisisset, ut aut, celeriter o pollicendo, magna in spe ad proficiendũ impedimenta opponerem; aut, si in eo mihi tẽperauissem maiores occasiones ad opitulandum haberẽ expeditius iter cõmunis salutis, quam meæ laudis, esse volui. nã quis in eá fortuna, quæ mea est, & ab ea vita, quã in me cognitam hominibus arbitror, & cũ ea spe, quam in manibus habeo aut * sordidum quidquã pati; aut perniciosum cõcupiscere põt? sed aliquantum nobis tẽporis, & magni laboris, & multæ impensæ opus fuit vt, quæ reip. bonisq; omnibus polliceremur, exitu præstaremus; neq; ad auxiliũ patriæ nudi cum bona uoluntate. sed cũ facultatibus accederemus confirmãdus erat exercitus nobis, magnis sæpe præmijs solicitatus vt ab rep. potius moderata, quàm ab vno infinita speraret. confirmandæ cõplures ciuitates, quæ superiore anno largitionibus, cõcessionibusq; præmiorum erant obligatæ; vt & illa uana putarẽt, & eadem a melioribus auctoribus petenda existimarent. aliciendę etiã voluntates reliquorum qui finitimis prouincijs exercitibusq; præfuerunt, vt potius cũ pluribus societatẽ defendendæ libertatis iniremus, quàm cũ paucioribus * funestã orbi terrarum victoriam pareremus. muniẽdi vero nosmet ipsi fuimus, aucto exercitu. auxilijsq; multiplicatis; vt cum preferremus sensus aperte, tũ etiam inuitis quibusdã, sciri, quid defensuri essemus, nõ esset periculosum. itaq; nunquam diffitebor. multa me, * ut ad effectũ horum consiliorum peruenire, et simulasse inuitũ, et dissimulasse cũ dolore: quòd, præmatura denuntiatio boni ciuis imparati quã periculosa esset ex casu college videbam quo nomine etiam C. Furnio legato, viro forti, atq; strenuo plura etiã verbo, quàm scriptura, mãdata dedimus; vt et tectius ad vos perferrentur, et nos essemus tutiores; quibusq;*

Marginal notes: cũ eo loco res essent. — qualis est seruitus. — difficilior. n. paucis victoria quam, multis. — vt hæc ad exitum consilia perducerem.

rebus et cōem salutem muniri, et nos armari cōueniret, prę cipimus. ex quo intelligi potest, curā reip. summæ defendendæ tam pridem apud nos excubare. nunc, cū deūm benignitate ab omni re simus paratiores, non solū bene sperare de nobis homines sed explorate iudicare volumus. legiones ha

quatuor me morat ep 15. h. l. *beo * quinq; sub signis, & sua fide, virtuteq; reip. cōiunctissimas, & nostra liberalitate nobis obsequentes: prouinciā omnium ciuitatum consensu paratissimam, & summa contentione ad officia certantem: equitatus, auxiliorumque tantas copias, quantas hæ gentes ad defendendam suam salutem libertatemq; conficere possunt. ipse ita sum animo paratus, vel prouinciam tueri, vel ire quò resp. vocet, vel tradere exercitum auxilia, prouinciamque ut uel omnem impetum belli in me conuertere non recusem, si modo meo casu aut confirmare patriæ salutem aut periculum morari*

Antonio ad Mutinam profligato, infra, ep. 10 *possim. hæc si iam * expeditis omnibus rebus, tranquilloq; statu ciuitatis, polliceor in damno meæ laudis: reip. commodo lætabor. sin ad societatem integerrimorū, & maximorum periculorum accedam consilia mea æquis iudicibus ab obtrectatione inuidorum defendenda cōmendo. mihi quidem ipsi fructus meritorum meorum in reip. incolumitate satis magnus est paratus. eos vero, qui, meam auctoritatem, & multo magis vestram fidem secuti, nec vlla spe decipi, nec vllo metu terreri potuerunt, vt commendatos vobis habeatis, petendum videtur.* *Valete.*

NVBEX. SI cui forte} Plan. absens consul designatus cū diu post designationem consulatus tacuisset, neq; quidq̄ ad senatum populumq; R. scripsisset de animo suo erga rēp qualem deceret consulem præstare hac epist. excusat tarditatem suarum literarum, & promissiones animi sui erga rēp. ostendens optima causa esse dilatas, vt ante confirmarentur ciuitates, quę superioribus annis fuerant ab aduersariis spe præmiorum solicitatæ, & allicerentur animi præfectorum, prouinciarū finitimarum, vt potius secum, & cū rep. sentirent & coniungerentur, q̄ cum paucis latronibus. præterea vt seipsum muniret aucto. exercitu & multiplicatis auxiliis. quæ oia postq̄ nunc se fecisse dicit: pollicetur oēm bonam spem & certissimū iudicium de animo suo in rēp. habendum esse declarat n qualem & quantum exercitū sibi comparauerit. postremo petit a R. vt æqui iudices sint eius consiliorū & animi optime affecti. & vt eos habeant cōmendatos, qui nulla re moti a rep. defecerunt {Suspensam} dubiam, pendentem. {Huic} .s. cui visus sum tenuisse suspensam expectationem, & spem reip. {Insequenti} futuro. {Redemisse} emendasse. Ille. n. dicitur redimere culpā præteritā, qui aliquo egregio facto eam emēdat, & compensat. {Maturo} tempestiuo, apto, neq; nimis accelerato, neq; nimis tardo {Cogitata} cogitationes & cōsilia {Non præt. me} non ignorabam. {Fruct. vtilissimam. {Ex ea} qui eam facerent {Professionem} promissionē, expositionem. {Sed} ostēdit se pp vtilitatem rei, distulisse professionem suæ voluntatis. quia si celeriter promisisset, videbat magnam impedimenta sibi opponi posse. sin aūt distulisset, se habiturum maiorē opportunitatem ad auxiliandū reip. Itaq; maluit consulere reip. q̄ honori. {Proficiendum.} iuuandū, dandū vtilitatem. {Temp. mihi}. i. continuisse me. {In eo} ne celeriter pollicerer. {Expeditius} paratius. {Iter} viam rationem. {Quæ mea est.}. i. qualis est mea {Vita} semper prolata & remota ab oī auaritia & turpitudine. {Quali} specie. {Habeo} in manibus, quia oīa sunt mihi parata ad optimam spē. {Sordidū} turpe. hoc autē dixit, ne putetur quidq̄ esse facturus pp auaritiā, vt puta q magno aliquo præmio a M. Ant. corrumperetur; vt cum eo coniungeretur. {Perniciosum} dānosum reip. {Aliquantū temporis} ad cogitandū. {Et multæ impēsæ}. i. fuit nobis opus. {Exitu} sine effectu. {Nudi} sine cogitatione, sine consilio, sine rebus. {Facultatibus} exercitu & ceteris rebus simul cū voluntate, quæ per se non sufficit. {Confirmandus} enumerat ea quæ fuerunt facīēda anteq̄ polliceretur voluntatē suam. {Solicitatus} factus dubius, & tētatus a M. Ant. {Moderata} honesta, qualia solebat dare resp. R. {Infinita} innumerabilia maria, montes, vt aiunt, sicut promittit Ant. qui. n. promittit moderata, facile credendus est esse præstaturus: qui vero innumerabilia & infinita, nō videtur præstaturus. {Larg.} tributis. donationibus. {Illa} præmia & largitiones, quæ accepissent ab Ant. vel a Cæs. & Cæsarianis antea. {A melioribus auct.} hoc est a senatu & P. R. a quibus iustiori iure dari deberent. {Eliciendæ} attrahendæ, adducendæ. {Finitimis} vicinis huic Galliæ. {Cū pluribus} cum toto P. R. {Societatem} fœdus, aut coniunctionem. {Paucioribus} qui sequerentur Ant. {Funestam} calamitosam. {Muniendi} corroborandi. {Auxiliis} subsidiis, quę ab amicis & sociis mittuntur {Præferremus ostenderemus. {Sensus} voluntatē nostram, ordo est: Nosmet etiam fuimus muniendi, exercitu nostro aucto, & auxiliis multiplicatis; vt, cum prę ferremus sensus aperte: tum etiam non esset periculosum sciri, q̄d essemus defensuri, inuitis quibusq;. {Non esset periculosum} non possent nos impedire, bene paratis omnibus quæ dixi. {Diffitebor} negabo. {Simulasse} ostendisse me facere. {Et dissimulasse} i. occultasse. {Vt peruenirem ad effectum horum consiliorum}. i. vt possem hæc mea consilia & has meas deliberationes ad effectum perducere. {Quòd} quia. {Præmatura} accellerata. Iuuen. Non præmaturi cineres, nec funus acerbum Luxuriæ, sed morte magis metuenda senectus. {Denuntiatio} declaratio, & promissio. {Boni ciuis imparati}. i. ciuis habentis bonam voluntatem, sed non parati rebus necessariis, {Ex casu} ex infortunio. {Collegæ} D. Bruti: qui Mutinæ obsessus est, quia aperte ostendit se esse, defensurum remp. ante, q̄ parasset quæ erant necessaria ad resistendū hostibus. {Quo nomine. i. qua causa, ob q̄ rem. {Tectius} secretius q̄ per literas quæ possunt intercipi. {Muniri} corroborari. {Ea quo} ex qua re. {Excubare} vigilare, assidue esse. {Nūc iam} dicit tempus esse declarandi voluntatem suam, quam ostēdit esse paratissimam erga remp. q̄siquidem omnia habet parata. itaq; Mutinæ obsessus a M. Antonio, se ipsum, & rēp. in discrimē adduxit, {Deum} deorum. {Explorate} indubitate. {Legiones} exponit apparatū suum. {Sub signis}. i. in castris. sub vexillis. Vesilla .n. non tollebātur, nisi cū iam erat deueniendum ad manus Luc. Tollite iampridem victricia tollite signa. {Obseruentes} obediētes, promptos ad mea iussa. {Prouinciam} Galliam. {Omnium ciuitatum consensu} omnes. n. ciuitates prouinciæ conueniunt, & consentiunt ad faciendum omnia, quæ velim. {Certantem ad officia} enitentem vt faciat quod debet erga me, & P. R. quia certant omnes ciuitates inter se, quæ magis possit præstare officium suum. {Hæ gentes} Gallicæ. {Conicere} simul ponere. {Resp.}. i. causa reipub. {Vocet tradere} & egeat opera mea. {Vel}. i. etiam. {Conuertere in me}. s. super me: vt ita dicam, suscipere, & vt audeam ego solus resistere omnibus hostibus cū periculo vitæ meæ. {Morari} differræ, in longius ducere. {Periculum} quod est reip. euenturum. {In damno meæ laudis} quia nimium tardauerim declarationem huius meæ voluntatis {Lætabor commodo reip.} gaudebo profuisse reip. licet ego nullam laudem assecutus sim. {Accedam} adiungar. {Integerrimorum} optimorum ciuium, qui omnino rempub. defendere velint. {Commendo meæ cons. &c.} velim vt de meis consiliis ęquum iudicium afferans. {Mihi quidem} sensus est. ego satis magnos fructus pro meritis meis me adeptum putabo, si respub. fuerit incolumes. {Vlla spe} promissorum quæ faciebat. M. Ant. {Vllo metu} amittendarum fortunarum suarum, nisi sequerentur M. Ant. vt ille eis minabatur.

SI cui forte} Plancus absens consul designatus cum diu post designationem consulatus tacuisset, neque quidquam ad senatum popolumq; R. scripsisset de animo suo erga remp. qualem deceret consulem præstare: hac epistola excusat tarditatem epistolarum suarum, callide indicans eam in rem cum suam tum reipub. fuisse. indicat præterea qualem exercitum habeat, & quid pro rep. decreuerit. Salutario sic legitur: Cn. Plancus. imperator consul designatus salutem dicit Consulibus, Prætori, Tribunis plebis, senatui, populo, plebiq; Romanæ. Ordo est. Si ego videor forte cui. i. alicui tenuisse suspensam &. i. simul expectationem hominum & speciem resp. de voluntate mea. s. erga se, ego arbitror me excusandū esse huic prius, quā pollicendum quidq̄ vlli de officio insequenti. i. q̄d deinceps impendere decreui. Non. n. volo videri redemisse. i. recōpensasse. aliquo merito culpam præteritam, quia vult nullā in se culpam fuisse, sed sup. velo videri enuntiare tempore maturo. i. oportuno, neq; nimis tardato, neq; nimis festinato cogitata iāpridē. i. a multo tempore mentis optimæ. i. beneuolentissimæ in rēp. Non prę teribat me. i. bene sciebā professionem bonæ voluntatis esse fructuosissimā. i. vtilissimam in tanta solicitudine hominū & tā perturbato stato ciuitatis, & videbā cōplures cōsecutos sup. esse magnos honores ex ea re s. quā professi fuerant, & declarauerāt voluntates suas, sed cum fortunæ demisisset me in eū casum, vt aut opponerē impedimenta ad proficiscendū in magna spe, pollicēdo ASCEN.

celeriter

celeriter, aut si tẽperauissem mihi i. opportunitatẽ tẽporis seruassem in eo. i in ea re, haberẽ maiores occasiones ad opitulandũ. i. opem ferendum reipub. volui haberi expeditius. i. facilius & paratius iret. i. ingressum salutis cõmunis, q̃ meæ laudis, hoc est maluit tardando facere vnde reip. prodessem, q̃ cito pollicendo mihi laudem consequi. Nam quis põt aut pati sordidum, aut concupiscere perniciosum s. in rep. in ea fortuna quæ mea est, hoc est qui imperium P. R. adeptus sit, & ab ea vita q̃ ego arbitror cognitã omnibus in me. q d. honestissima & innocentissima, & cũ ea spe quã habeo in manibus, quia videor posse cõstituere aut euertere rẽp. Sed opus fuit nobis aliquantulum t pis & magni laboris, & multæ impensæ. vbi opus cum genitiuo construitur, & cum nominatiuo aut accusatiuo; nisi aliquantulum aduerbium sit: sic. n cũ genitiuo locutio fieret nã non possumus dicere, opus est aliquantulum magni laboris, &c. vt præstaremus exitu. i in fine, ea quæ pollicemur. s. nunc reip. & omnibus bonis. s. ciuibus, neq; accederemus nudi cũ bona voluntate ad auxilium patriæ, sed cum facultate. s. auxiliandi. Ad hoc aũt, exercitus quia dubiæ fidei, erat confirmandus, sollicitatus sæpe nobis. i a nobis magnis pręmiis, vt speraret potius ab rep. moderata. s. munera, q̃ infinita ab vno. s. tyranno Antonio. Complures ciuitates quæ erant obligatæ. s. Antonio superiore anno largitionibus & concessionibus præmiorum sup. erant confirmandæ, vt putarent & illa. s. promissa vana, & existimarent eadem petenda melioribus auctoribus, quia reip. fautoribus. Etiam voluntates reliquorum, qui præfuerunt prouinciis, finitimis. i. a finibus, & exercitibus, sup. erant eliciendæ. i. ea hominibus iam Antonio addictis eliciendę. Vt sup. nos oẽs hoc est nos simul cum illis iniremus. i. contraheremus & faceremus potius societatem libertatis defendendę i. ad defendẽdam libertatẽ P. R. hoc est nostram q̃ pateremur cũ pautoribus. s. Ant. Lep. Augusto & eorum fautoribus, victoriam funestam. i. perniciosam orbi terrarum. Muniendi. Prosequitur reliqua quæ necessaria visa erant, priusquam animum suum in remp. aperiret, dicẽs. Vero. s. sed, nometipsi fuimus muniendi. s. ab inimicorũ incursione, exercitu aucto, & auxiliis multiplicatis vt cum proferremus. i. publicaremus aperte sensus. i. sententias nostras, tunc non esset periculosum sciri qđ essemus defensuri etiam sup. a quibusdam inuitis. i. inuite audientibus nos a rep stare, & reip. fauere. Itaq; quia hoc consilio mentem celaui nunq̃ diffitebor i negabo, me & simulasse multa. s. quæ non essent, esse inuitum i. contra voluntatem meã, & dissimulasse. i. finxisse non esse. quæ erant, cum dolore quia doluit non audere aperte fauorem suum in remp. ostendere, vt peruenirem ad effectum horũ consiliorum. s. proxime dictorum, hoc vt interea sic se muniret & instrueret, vt vel inuitis hostibus rẽp. defendere posset. Ideo aũt dissimulaui, inquit, q̃. i. quia ego videbam. i. cognoscebam ex casu collegę. s. D. Bruti q̃. i. quantũ periculosa esset præmatura. i. accelerata, & ante maturitatẽ ostensa, denunciatio. i declaratio ciuis boni, quia rep. studiosi, imparati. s. ad resistendum inimicis. Quo nomine. i sub quo pretextu aut cuius ratione, nos dedimus etiã C. Furnio legato viro forti atq; strenuo plura mandata verbo, q̃ scriptura, scripto. i. publicanda, vt. s. ea mandata, &. i. simul, præferrentur tectius, quia tutius ad vos & nos essemus tutiores quia minus suspecti, si literæ fuissent deprehensæ. Et nos præcepimus s. Furnio, vt diceret quibus rebus conueniret. i. vtile esset &. i. simul salutem cõem muniri, & nos armari & protegi. Ex quo. i. ea qua re, põt intelligi. s. ab omnibus curã reip defendendæ summæ i. summopere excubare. i. vigilare iam pridem. i. iam a pluribus diebus apud nos. Nunc cum benignitate deum. s. deorum nos simus paratiores i. instructiores ad bellum ab omni re. i. ex omni parte, & re necessaria volumus homines non solum bene sperare de nobis. i. de victoria nostra, sed iudicare explorate. i. certe tanq̃ de re explorata. Ego habeo quinq; legiones sub signis. s. militaribus coniunctissimas reip & fide & virtute sua, & obsequẽtes i obedientes & inseruientes nobis nostra liberalitate. Et habemus prouinciam paratissimam cõsensu omnium ciuitatum, & certantem contentione summa ad officia. s. præstanda, hoc est quę prima aut maxima præstare possit, & habemus tantas copias equitatus & auxiliorũ. i. auxiliariorum militũ, quantas. s. copias hæ gentes. s. in prouincia Gallicana pñt conficere i. simul facere & præstare ad salutem & libertatem suam defendendã, ipse. i. egomet, ita sum paratus animo vel tueri prouinciam. s. contra Antonianos vel ire sup. eò quò resp. vocet, vel tradere. s. successori a senatu misso exercitũ, auxilia, & prouinciam vt non recusem conuertere in me, vel. i. etiam omnẽ impetum belli, si modo. i. dummodo possim aut confirmare salutem patriæ, aut morari. i. in mora tenere periculũ. s. patriæ casu. i. interitu meo. Si ego polliceor hæc iam oĩbus rebus expeditis, & statu ciuitatis tranquillo. i. si forte iam debellatum est aut peractum cum Antonio: ego lætabor commodo reip. in dãno laudis meæ, quia adhuc nihil præclari egerat, sed se duntaxat accinxerat, & instruxerat. Sin. i. sed si accedam ad societatem integerrimorum, est, nulla parte immunitorum & maximorum periculorum, ego commendo mea consilia defendenda æquis iudicibus ab obtrectatione inuidorum. Quidem. i. certe fructus satis magnus est paratus mihi ipsi in incolumitate. i. prospero statu reip. Vero pro se videtur petendum sup esse i. oportere peti vt habeatis commendatos vobis eos, qui secuti meã auctoritatem & multo magis fidem vestram, nec potuerunt decipi vlla spe. s. remunerationis ab aduersariis pollicitæ, nec terreri vllo metu. s. iisdem illato, quales erant Furnius & frater eius ac Laterensis.

immo necesse est referri ad illud, Opus fuit, non. n. cum aliquantum, coniungi potest.

A

PAVL. MAN.

VIctoriam pateremur} hæc lectio cum neq; sensu careat, & in libro Vincentii Riccii sit, itemq; in eo, quem Vbaldinus Bandinellus habet: {ut omittam alios} non uideo, cur quidquam immutetur. in aliis antiquis libris tum, pararemus, tum, pateremur, tum patiremur.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Principio testatum facit amorem suum erga Ciceronem: deinde operã suam omnẽ reip. pollicetur: postremo de exercitu suo illum certiorẽ facit.

PLANCVS IMP. COS. DES. S. D. CIC. 9

*NIHIL me tibi *temere scripsisse, aut te ceteris de me frustra recepisse, lætor certe hoc maius habes testimonium amoris mei, quo maturius tibi, quam ceteris, consilia mea volui esse nota. in dies vero meritorum meorum fieri *accessiones, peruidere te spero, cogniturum magis recipio. Quod ad me attinet, mi Cicero, (ita ab imminentibus malis resp. me adiuuante liberetur) sic honores, præmiaq; vestra suspicio, conferenda certe cũ immortalitate, vt sine his nihil de meo studio, perseuerantiaq; sim remissurus. nisi in multitudine optimorum ciuiũ impetus animi mei fuerit singularis, & opera præcipua; nihil ad meam dignitatem accedere volo suffragatione vestra. concupisco autem nihil mihi contra quàm ipse pugno. sed & temporis, & rei te moderatorem facile patior esse.*

*NIHIL aut sero, aut exigue a patria ciui tributum potest videri. Exercitum ad VI. kal. Maias Rhodanum transieci. magnis itineribus Vienna equites mille via breuiore præmisi. ipse, si a Lepido non impediar, celeritate satisfaciam: sin *autem in itinere meo se opposuerit, ad tempus consilium capiam. copias adduco & *genere, & *numero, & *fidelitate firmissimas. Te, vt diligas me, si mutuo te facturum scis, rogo. Vale.*

siquidem ea præsto, quæ sum pollicitus.

idẽ ep. 1. l. 2

tacite petit honoris accessionis. infra, ep. 17.

& quo tempore, & quibus honoribus ornandus a vobis sim. infra ep 84.

quæ tria in exercitu requiruntur. infra, ep. 16

HVBAS.

NIhil me} Primum ostendit Plan. Cic. habere certissimum amoris sui testimonium. quòd ei prius indicauit, consilia sua q̃ aliis, quibus se lætari dicit q non fuerint a Cic. temere promissa aliis. postea vero dicit se quotidie magis acturum esse merita sua erga remp. Postremo scribit, vbi habeat exercitum. {Temere} inconsulto, improuide: quia prius, quàm scripserit Plancus, vt sum est in præcedenti epist. diligenter omnia consultauit & prouidit. textus autẽ ita legendus est: Nihil me tibi temere scripsisse, aut ceteris de me frustra recepisse lætor. {Recepisse} promisisse. {Maturius} celerius {Meritorum} beneficiorum erga remp. {Accessiones} augumenta. {Recipio} promitto, affirmo. {Cogniturum} s. in futurum, q̃ videris hactenus. {Ita resp.} est quædam adiuratio. i. sic auxilio meo fiat libera resp. Iurat aũt Plan. se ita existimare immortalia præmia, quæ a senatu & a P. R. conferantur: ut tñ sine his nihil sit imminuturus de studio & perseuerantia sua erga remp. & nolle ullam dignitatem eorũ fauore sibi dari, nisi opera sua appareat singularis ergo remp. inter uiros optimos. {Imminentibus} accasuris. {Suspicio} miror, magnifacio. {Remissurus} diminuturus. {Impetus} affectus. {Opera} factum. {Accedere} addi, adiũgi {Mihi} sed reip: {Contra q̃} s. ne concupiscam mihi. {Pugno} resisto, quia omnia facio pro rep. & pugno, ne cupiditas meorum cõmodorum me uincat. {Moderatorem t pis & rei} qui disponas & tempus, & res meas, ut qñ uoles, & qđ uoles facias pro me iudi-

cio tuo. {Nihil aut} sententia est. {Serò} tarde. {Aut exigue} minus q̃ debet. quia quodcunq; tribuat patria, aut quodcũq; tribuat, debet videri bono ciui & satis & cito tributum. {Traieci Rhodanum} misi vltra Rhodanum fluuium, qui est Galliæ Narbonensis ex alpibus præcepitatus per Heluetios tuens, inter Europæ maximos fluuios nominatus. dicitur aũt surgere non longe ab Histri Rheniq; fontibus & Lemano lacu acceptus tenet imperũ; seq; per medium integer agens, quantus venit, egreditur. de quo plura vide apud cosmographos. {Vienna} vrbs est in Allobrogibus, vt scrib. Pomp. {Celeritatem} quia cito aliquid egregij faciam. {Opposuerit} ut me impediat. {Ad tempus} pro epe {Copias} exercitum. {Si} quia: affirmantis enim, non dubitantis est.

ASCEN. NIhil, &c. } Primo ostẽdit Plancus amoris sui certitudinẽ ex consilij appertione deinde pollicetur se in dies magis de rep. meriturũ, & demum scribit vbi nam habeat exercitũ. Ordo est. Ego letor me nihil scripsisse tibi temere .i. incõsiderate ac vane aut re recepisse .i. promisisse de me frustra, hoc est sic euenisse, ut ego tibi, & tu alijs promisisti. Certe tu habes hoc .i. tanto maius testimoniũ amoris mei, quo .i. quanto maturius .i. citius uolui consilia mea esse nota tibi q̃ ceteris. Vero .i. sed spero, te præuidere accessiones .i. incrementa meorum meritorum .s. in remp. fieri in dies .s. singulos, & recipio .i. polliceor te cogniturũ .s. adhuc magis Quod .i. quãtum attinet ad me o mi Cic. ita sup. opto vt resp. liberetur ab malis imminentibus me adiuuante, sic suscipio .i. cum veneratione tanq̃ supra me posita aspicio, vestra præmia conferenda certe eũ immortalitate. nam cuicunq; consulatus ob merita in remp decretus fuit, immortali honore donatus videretur & nihil sim remissurus de studio meo in uandæ reip. & perseuerantia mea in fide, sine his .s. præmiis. hoc est etiã si nulla præmia contuleris. Nisi impetus animi mei fuerit singularis & opera mea præcipua in multitudine optimorũ ciuiũ ego nihil .i. non aliquid non volo aliquid accedere .i. addi ad dignitatem meam suffragatione vestra .i. vestro fauore & suffragio Autem .i. sed, concupisco nihil mihi sup eorum, cõtraq; quidem ipse pugno. q.d. nũ volo per vim quidq̃ præmij extorquere, aut honores assequi: quia contra eos qui talia volunt, pugno, sed ego patior facile te esse moderatorem & tp̃is & rei .i. te discernere & q̃ñ & quid mihi conferendum sit. Aũt .i. sed nihil põt uideri tributum ciui a patria, aut sero .i. nimis tarde quo ad tẽpus, aut exigue .i. nimis modice quo ad rem. Ego traieci .i. traduxi Rhodanum .i. ad alteram partem Rhodani, exercitum .s. meum ad vj. Cal. Maias, hoc est xxv. diem Aprilis, magnis itineribus .s. vt dicunt dietis. Ego præmisi via breuiore .i. per uiam breuiorem, Viennam .i. ad eam urbem super Rhodanum sitam, mille equites. ipse .i. ego satisfaciam, celeritate superabo, si non impediar a Lepido. si autẽ Lepidus opposuerit se in itinere meo, ego capiam consilium ad tempus .i. pro qualitate temporis rei. Ego adduco copias firmissimas, & genere, quia ueteranos aut Gallos, & numero, quia copiosas, & fidelitate, quia liberalitate deuinctas. Ego te rogo ut diligas me, si scis .i. confidis te facturum mutuo .i. in eum, a quo tantundem amaris.

ARG. Laudat Plancum de optima voluntate, studioq; iuuandæ reip. præmiaq; illum a senatu honorificentissima sperare vult: operamq; in eo suam pollicetur, & hortatur, ut egregie pergat in rep. tuenda.

CICERO S.D. PLANCO IMP. COS. DES. 10

ep. 27. lib. 11.

ETSI satis ex Furnio nostro cognoueram, quæ tua voluntas, quod consilium de rep. esset, tamen, lectis tuis literis, *liquidius de toto sensu tuo iudicaui. quamobrem, quanquam in vno prælio omnis fortuna reip. disceptat; quod quidem, cum hæc legeres, iam *decretum arbitrabar fore: tamen ipsa fama, quæ de tua voluntate percrebuit, magnam es laudem consecutus. itaq;, si consulem Romæ habuissemus, declaratum esset, a senatu cum tuis magnis honoribus, quàm gratus esset conatus, & apparatus tuus. cuius rei non modo non præterijt tempus, sed ne *maturum quidem etiam nunc, meo quidem iudicio, fuit. IS ENIM denique honos mihi videri solet, qui non propter spẽ futuri beneficij, sed propter magna merita claris viris defertur, & datur. quare, sit modo aliqua resp. in qua honos elucere possit: omnibus, mihi crede, amplissimis honoribus abundabis. IS AVTEM, qui vere appellari potest honos, non *inuitamentum ad tempus, sed perpetuæ virtutis est præmium. quamobrem mi Plance incumbe toto pectore ad laudem: subueni patriæ: opitulare collegæ: omnium gentium consensum, & incredibilem cõspirationem adiuua, me suorum consiliorum adiutorem, dignitatis fautorem, omnibus in rebus tibi amicissimum, fidelissimumque cognosces. ad eas enim causas: quibus inter nos amore sumus, officijs, *vetustate coniuncti, patriæ caritas accessit; eaque effecit, ut tuam vitam anteferrem meæ. IIII. kal. Apr.

Margin notes: ad Mutinã, non deliberatum, sed confectum. Liuius lib. 28. — adhuc enim ancorus tã tpm audiẽ eur: expectatur ipsa res — tantum .n. volũtatem Plancus ostenderat; vt, si quid ei tribueretur inuitamentum, non præmium, videretur. — noti .n. alter alteri iam pridem sumus.

NVBER. ETsi satis } Cum post Furnij relationem de uoluntate Plã. erga remp. ipse etiam Plan. scripsisset sensus & consilia sua Cic. eum summopere laudat: ostenditq; eum non cariturum meritis præmiis, si modo sit aliqua resp. Itaq; hortatur, ut pergat subuenire patriæ, & opitulari D. Bruto qui erat obsessus Mutinæ ab Ant. Se autem pollicetur Cic. fore fautorẽ dignitatis Planci, & amicissimum in omnibus. Textus satis est planus. {Liquidius} clarius. {In vno prœlio} si vincatur Ant. {Disceptat} periclitatur, certat. {Decretum} .s. tibi. nam S.C. mãdatum est Planco, vt persequeretur M. Antonium. {Percrebuit} notius fuit & vulgatum. {Si habuissemus consulem} qui aberat, sine cuius præsentia nõ licuit declarari apparatu tuo {Cuius} consulatur ipsum q. nundum fuerit declaratum de eius apparatu, quia dicit tempus non solum adhuc nõ præteriisse, sed neq; etiam adhuc esse maturũ declarandi quæ Plan. pro rep. apparasset, {Is denique} sententia est exornatio. est autem sensus. is videtur mihi vere honor, qui non datur propter spem beneficij, quod aliquis sit facturus, sed propter beneficium iam acceptum, qualis erit honor, qui tibi conferetur propter beneficia iam in remp. præstita. {Modo} dummodo. {Inuitamentum} incitamẽtum. {Ad tempus} .s. certum. {Incumbe} subueni: dissolutum; est exornatio. {Opitulare} auxiliare, opem fer. {Consensum & conspirationem} .i. coniunctam voluntatem omnium gentium ad defendendam remp. {Anteferrem} præponerem.

ASCEN. ETsi, &c. } Cum post Furnij legati relationem de voluntate Planci erga remp. ipse Plancus scripsisset sua consilia Ciceroni, ipse. Cic. eum hac epistola summopere laudat: ostenditq; eum non cariturum meritis præmiis, si modo aliqua sit resp. futura qđ nunc merito vereri potuit, cum paulo post sit a triumuiris occupata, & Cic. ipse proscriptus, & mox deprehensus capite est plexus. Ordo est Etsi .i. q̃q̃ ego cognoueră satis ex Furnio nostro .s. cõmuni amico, quæ voluntas tua, & qđ consilium .s. tuũ esset de rep. in literis tuis lectis .i. postquã legeram literas tuas, iudicaui liquidius .i. clarius, & defecatius de toto sensu tuo .i. sententia de rep. Quamobrem, quanquam omnis fortuna reip. disceptat, id est, versatur in ambiguo, vt qui in iudicio disceptant ante sententiam latam, in vno prœlio .s. ad Mutinam committendo, quod quidem .s. prœlium ego arbitrabar .s. cũ hæc scriberem, fore .i. futurum iam decretum .i. alteri parti adiudicatum & ita profligatum & finitum. Hubert. intelligit a senatu per decretum mandatum Planco: quod non placet: si .n. senatus mandasset, frustra Cicero indicasset. præterea decernitur, armis vtrius partis res sit, aut vtra viuat. vnde illud Maronis, inter se coiisse viros & decernere ferro: licet Seneca cernere pro decernere legat. vult ergo dicere quòd propediem futurum esset Prœlium cum Antonianis, in quo decernatur, verum respub. an tyranni rerum potituri sint. decretum ergo .i. profligatum & finitum iam cum leges hæc .i. has literas. tamen tu es consecutus magnam laudem ipsa fama .i. per ipsam famam, quæ percrebuit multum .i. diuulgata est de voluntate tua .s. prociui in rẽp. Itaque si ego habuissem Romæ consulem, declaratum esset a senatu .i. publico decreto cum auctoritate consulis cum magnis honoribus tuis, quam .i. quantum gratus esset conatus, & apparatus tuus .s. pro iuuanda repub. quia ut visum est, scripserat se collegisse maximas & fidelissimas copias. Cuius rei .s. faciendæ, tempus non modo .i. non solum, non præterit, sed ne quidem non fuit maturum .i. tempestiuum etiam nunc iudicio meo, quia melius fieret resp. stabilita. quod propediem futurum sperauit Cic. nunquam tamen uidit. Enim .i. quia, IS denique honos solet videri mihi .s. verus, qui defertur & datur claris viris, non propter spem futuri beneficij, cum nihil adhuc præclari fecerint, sed propter magna merita. q.d. expectandum esse donec, quod paratus erat facere, fecerit. Quare modo, idest, dummodo aliqua respub.

respub. sit in qua honos possit elucere.i.resplendere, crede mihi tu abundabis omnibus amplissimis.i.summis honoribus. Vbi omnis cum superlatiuo non inepte iungitur, qd Vallam notasse mirteris, aũt.i.sed,is.s.honos, qui potest appellari vere honos.i.honor.idem n.sunt. non est inuitamentum.i.prouocamentum ad tempus.s.duraturum.sed præmium virtutis perpetuę. Quamobrem, ò mi Plance incumbe toto pectore ad laudem subueni patriæ, opitulare.i.opem fer collegæ s.tuo iam obsesso.adiuua consensum omnium gentium bene de rep. sentientium & conspirationem incredibilem omnium gentium: Vbi conspiratio dicitur de communi studio in remp. & ita in bonam partem accipitur. Tu cognosces me adiutorem consiliorum tuorum fautorem, dignitatis tuæ, & amicissimum & fidelissimum tibi in omnibus rebus intelliges, si toto pectore ad veram laudem incubueris.
Causam huiusmodi fauoris affert subdens. Enim.i.quia, caritas patriæ.i.quam simul habemos in patriam, accessit.i.addita est, aduenit ad eas causas quibus sumus coniuncti inter nos, amore.s.mutuo, officiis, beneficiis est debito mutuo, & vetustate.s. amoris & necessitudinis: nam, vt supra visum est, pater Planci erat Ciceroni maxime necessarius, & Plancus ipse a puero carissimus. Et ea.s.caritas patrię effecit, vt anteferrem.i.præponerem tuam vitam meæ.s.vitæ, quod difficile esse creditu, & difficilius factu, facile tñ dictu. veruntamen quia non pauci Romanorum vitam suam pro patria exposuerunt & vitam Planci Cicero putat magis patriæ necessariam quàm suam, non est omnino incredibile, sup. scriptum aut datum est, quod tamen non putem a Cicerone additum. 4. Calen. April.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Gratias agit Plancus pro officiis, quibus a Cicerone afficitur: nunciatq; Ciceroni, quantum onus pro defensione reip. humeris suis incũbat.

PLANCVS S. D. CICERONI. 11

*IMmortales ago tibi gratias, agamq; dum viuam. nam, relaturum me affirmare non possum tantis enim tuis officiis non videor mihi *respondere posse nisi forte, vt tu grauissime, disertissimeq: scripsisti, ita sensurus es, vt me referre gratiam putes, cum memoria tenebo. Si de filij tui *dignitate esset actum, amabilius certe nihil facere potuisses. Primæ tuæ sententiæ infinitis cum muneribus, posteriores ad tempus arbitriumq; amicorum meorum compositæ, oratio assidua et perpetua de me, iurgia cũ obtrectatoribus propter me, notissima mihi sunt. non mediocris adhibenda mihi est cura, vt reip. me ciuem dignũ tuis laudibus præstem, in amicitia tua memorem, atq; gratum. Quod reliquum est tuum munus *tuere; & me, si, quem esse voluisti, eum exitu, rebusq; cognoscis, defende, ac suscipe. Cum Rhodanum copias transiecissem, fratrẽq; cum tribus millibus equitum præmisissem, ipse iter ad Mutinam dirigerem; in itinere de prælio facto, Brutoq; & Mutina obsidione liberatis audiui. animaduerti nullum alium receptum Antonium, reliquiasq; quæ cum eo essent habere, nisi in his partibus: duasq; ei spes esse propositas, vnam Lepidi ipsius alteram exercitus; quòd quædam pars exercitus non minus furiosa est, quàm qui cum Antonio fuerunt. equitatum reuocaui: ipse in Allobrogibus constiti, vt proinde ad omnia paratus essem, ac res me moneret. si nudus huc se Antonius conferet: facile mihi videor per me sustinere posse, remque publicam ex vestra sententia administrare, quamuis ab exercitu Lepidi recipiatur. si vero copiarum aliquid secum adducet: etsi *decima legio veterana, quæ nostra opera reuocata cum reliquis est, ad eundem furorem redierit: tamen, ne quid detrimenti fiat, dabitur opera a me: idq; me præstaturum spero, dum istinc copiæ transuciantur, coniunctæq; nobiscum facilius perditos opprimant. Hoc tibi spondeo, mi Cicero neq; animum, neque diligentiam mihi defuturam. cupio mehercules nullam *residuam solicitudinem esse: sed, si fuerit, nec animo, nec beneuolentiæ. nec patientiæ cuiusquã pro vobis cedam. do quidem ego operam, vt etiam Lepidum ad huius rei societatem incitem: omniaq; ei *obsequia pollicenr, si modo remp. respicere volet. vtor in hac re adiutoribus, interpretibusq; fratre meo, & Laterense, & Furnio nostro. non me impedient *priuatæ offensiones, quo minus pro reip. salute etiam cum inimicissimo consentiam. quòd si nihil profecero; nihilo minus maximo sum animo; & maiore fortasse cum mea gloria vobis satisfaciam. Fac valeas, meq; mutuo diligas.*

sic immortaliter gaudeo, pro vehementissime.
Cic. dixit, assequi me tua. ep. 4. lib. 1.
sacerdotiũ uidetur significare; de quo in ep. ad M. Brutum.

quas mei defendendi, atq; ornandi partes tũ suscepisti, eas ne depone.

cuius erat præcipua fortitudo militauerat autem in Gallia cum Cæsare.

nullas esse belli reliquias, Ant. ad Mutinã fuso.
omnibus in rebus me fe se in sua potestate. ep. 4. l. 5.
vide infra, ep 15. 18. & 20.

IMmortales} Scripserat Cic ad Plan. se diligenter oĩa fecisse pro tuenda eius dignitate, dixisse n. sententias multas in senatu, pro eo suscepisse iurgia cũ eius obtrectatoribus: quæ oĩa scribit Plan. sibi esse notissima, neq; posse referre dignas gratia, incumbere autem sibi magnam onus tuẽdæ reip. propter laudea ipsius Cic. admonet præterea Cic. quid speret se facturũ aduersus Ant. quibus in rebus dicit se habere adiutores & interpretes Laterensem & Furnium. {Immortales} æternas. {Ago} dico. {Relaturum} redditurum re ipsa. Alio loco diximus de hac differentia {Respondere} satisfacere vel par referre. {Sensurus} iudicaturus {Primæ tuæ sententiæ} quas pro me dixisti. {Posteriores} s.sententię {Compositæ} acõmodatæ {Arbitriũ} voluntatem, vt ipsi voluerunt. {Oratio} quam semper habuisti de me honorificentissimam. {Iurgia} contentiones, lites. {Obtrectatoribus} inuidis, maledicis meis. {Præstem} exhibea, reddam. {Memorem} tuorum beneficiorum erga me subaudi præstem {Tuere} serua. {Munus} officium. {Quod reliquum est} .i. in eo qd restat pro me agandum. {Quem} quale. {Defende cũ exitu} .i. defendendo fac ut habeant eum exitum. {Cum Rhodanum} dicit qñ factus sit certior de liberatione D. Bruti ex obsidione Mutinensi. {Præmisissem} .s. Viennam, vt supra visum est {Ad Mutinam} vt succurrerem D. Bruto. {Liberatis} ope Octa Cęs. vt diximus in argumentum epistolæ. {Receptum} redactum {Reliquiasq;} paucos illos milites qui ei relicti essent. {Partibus} Galliæ vbi sum {Exercitus} nostri Romani. {Quædã pars} quæ olim militauerat sub Cæs. quã appellat furiosam, quia erga rẽp. male esset affecta. {Equitatum} quem præmiserã {Reuocaui} iussi redire. {Cõstiti} cõmoratus sum {In Allobrogibus} ij populi sunt Gallię, qui olim, vt scribit Strab. militandi studio multis mortalium milibus tenebantur, hac aũt ætate rei rusticę dediti campos & alpinas valles arant, Viennã metropolim habentes. hæc aũt vrbs sita est ad Rhodanũ: a qua vrbe non longe abest Lugdunum. hæc Strabo. {Proinde} ita. {At res me moneret} vt viderem esse vtile. {Nudus} sine exercitus multitudine. {Per me} .i. sine aliorũ auxiliis aut coniunctione alterius. {Lepidi} de quo dubitabat ne cum Antonio coniungeretur {Copiarum} exercitus {Veterana} quæ erat ex veteranis militibus. {Reuocata} ne transiret ad Ant. {Ad eundem furorem} vt etiã nunc sic contra remp. sicut fuit viuente Cæs. {Detrimenti} dãni. {Fiat} reip. s. per transitum decimæ legionis ad M. Ant. {Transuciantur} transmittantur vltra alpes. {Istinc} ex Italia. {Residuam} reliq̃ esse remanere. {Nec cedã patientiæ} .i. nemo vincet, me patiẽtia. {Obsequia} .i. me facturum quidquid voluerit Laterensis hunc Appian. appellat Laterensium virum clarum. {Priuatæ} quæ mihi factæ sunt in rebus meis priuatis. {Etiam cum inimicissimo} vel generaliter cum quolibet, qui sit mihi inimicissimus, vel cum Lepido. {Si nihil profecero} si non potuero trahere Lepidum in hanc societatem. {Cum mea maiore gloria} si fuero solus, quàm si habuero alios socios. qui volunt patrem gloriæ meæ, si quid præclari fecero. HVBER.

IMmortales, &c} Scripserat Cic. ad Plancũ se oĩa diligenter fecisse pro tuenda eius dignitate, & pro eo fortiter certasse. de quo Plancus gratias agit, dicitq; sibi remp. eo maiori curæ futuram. simulque docet quid speret se facturum aduersus Antonium adiuuantibus Laterense & Furnio. Ordo est. Ego ago tibi.s. verbis aut scriptis, gratias immortales.i non intermorituras nec e memoira abolendas, & agã dum.i. donec viuã. nam nõ possum affirmare me relaturum.i. reipsa paria beneficia redditurum. Ego.n. non videor mihi posse sfidere.i. satisfacere, tantis officiis tuis, nisi forte vt scripsisti grauissime & disertissime, vt tu sensurus es i. iudicaturus. ita vt putes me referre gratiam.i. re ipsa satisfacere, cum.i. qñ tenebo memoria.s. beneficia in me collata, hoc est qñ habebo gratias, ut memorem esse sit instar rela- ASCAN.

tionis beneficij. Si actum.i.transactū & cōstitutum esset de dignitate filij tui, tu nihil potuisses facere amabilius sup. mihi. Primæ sententiæ tuę sup. de me compositæ sunt.i.constitutæ cū muneribus.i.officiis, infinitis.i.plurimis in me liberaliter collatis, posteriores.s.sententiæ tuæ compositæ sunt ad tps.i.pro ratione tpis, & ad arbitrium amicorū meorum. Oratio.s.tua, assidua.i.seruio quotidianis & iurgia.s tua, perpetua.i.continua cū obtrectantibus sup. meis pp me.s.habita, sunt mihi notissima. Quare non mediocris cura adhibenda est mihi vt pręstē.i.exhibeam reip. me ciuem dignū laudibus & sup. memorem atq;.i.& gratū in amicitia tua. Quod reliquū est tuere.i defende munus tuū.i.partes & officiū & defende ac suscipe me, si cognosces.i.cognoscere voles eum exitū rebus, quē voluisti esse. Cum traiecissem copias Rhodanum, qui fluuius est Galliæ Lugdunen. & præmisissem fratrem cum tribus millibus equitum, & ipse.i ego dirigerē iter ad Mutinā, vbi D. Brutus obsidebatur. Notandum aūt proprio nomini ciuitatis licere præpositionē addere. audiui in itinere de prœlio facto & de Bruto & Mutina liberatis obsidione. Animaduerti nullum.i.non vllum, Antonium & reliquias.s.copiarum quæ essent cum eo, non habere vllū alium receptum.i.locum refugii, nisi in his partibus.s.in quibus essem. Et duas spes esse propositas ei.s. Antonio, vnam Lepidi.s.ad se trahendi, alter exercitus ipsius q quædam pars exercitus non minus furiosa est.i.male sentiens de rep. q qui fuerunt cum Ant. reuocaui equitatum.i.equitū exercitum ipse. egomet mansi stans in Allobrogibus.i.Gallis circa Viennā & Lugdunum, vt essem paratus ad oia. Proinde.i.perinde ac.i sic, vt res.i.vtilitas rei moneret me. si Antonius conferret se huc.i.ad huc locum vbi essem, nudus.i.inermis, ego videor posse suscipere.s.negotium capiendi aut debellandi Antonii facile per me.i.sine adiutorio. & administrare rem ex sentētia i.volūtate nostra, quamuis sup. Antonius recipiatur ab exercitu Lepidi. Si vero adducet secū aliquid copiarum, etsi decima legio veterana.i.veteranorū militum, quæ præcipuæ fortitudinis habebatur, quæ reuocata est cū reliquis.s.legionibus, opera i.diligentia nostra, quia volebat ad Antonium transire, redierit ad eundem furorem.s.transeūdi ad Antoniū: tn̄.i.nihilominus opera dabitur a me, ne quid detrimenti.i.danni fiat.s reip. & spero me præstaturum.i.exhibiturum & effecturum id, dummodo copiæ.s.nouæ traiiciantur istinc.i.ex Italia trans alpes, & coniunctæ nobiscum opprimant facilius perditos.s.milites, qui remp. perdant. O mi Cicero ergo spondeo tibi hoc, neq; animum, neq; diligentiam defuturam mihi cupio mehercule nulla solicitudinem esse residuam.i.reliquam, hoc est uolo penitus extirpare inimicos reip. Sed Si fuerit.s.aliqua solicitudo residua, ego nec cedam aio, nec beneuolentiæ, nec patientiæ.i. perseuerantiæ cuiuscq̄ pro vobis .i.derelictis vobis Ego quidē do operam, vt incitem etiā Lepidum ad societatem huius rei.s.opprimendi Antonii, & polliceor ei omnia obsequi, si modo volet respicere.s.misericorditer & fauenter remp. Ego vtor in hac re fratre meo, & Laterense nostro & Furnio nostro.s communibus amicis, adiutoribus & interpretibus.i. quasi intercessoribus & significatoribus voluntatis meæ. Offensiones priuatæ.i.lesiones priuatorum hominum, aut quas priuatim fecero, non impendient me quo minus sentiam pro salute reip. etiam cum inimicissimo. Quod si nihil profecero .s.sic enitendo pro rep. nihilominus ego sum maximo aio, & satisfaciam vobis.i.vestrę cupiditati fortasse maiore aīo, cum gloria mea, hoc est si vincere non potero, & alios in sententiā meā attrahere, paratus sum pro rep. fortiter pugnando, ē fors dabit, cadere: quod gloriosius erit q̄ verbis vicisse. Fac sup vt valeas & diligas me mutuo.i.quod mutuo facturus es.

GIBERTI LONGOLLII LEMMA.

Scribit Planco, quàm gratæ fuerint & sibi & senatui literæ illius: hortaturq; eodem illo superiore argumento ad remp. defendendam.

CICERO S.D. PLANCO IMP. COS. DES. 11

ETSI reip. causa maxime gaudere debeo, tātum ei te præsidij, tātum opis attulisset *extremis pene temporibus: tamen ita te victorem complectar rep. recuperata; vt magnam partem mihi lætitiæ tua dignitas affert, quam & esse iam, & futuram amplissimam intelligo. caue.n.putes vllas literas vnqàm gratiores, quàm tuas, in senatu esse recitatas. idq; contigit tum *meritorum tuorum in remp. eximia quadam magnitudine, tum verborum, sententiarumq; grauitate. quod mihi quidē minime nouum; qui & te nossem, & tuarum literarum ad me missarum promissa meminissem, & haberem a Furnio nostro tua penitus consilia cognita: sed senatui maiora visa sunt, quàm erant expectata: non quòd vnquàm de tua voluntate dubitasset; sed nec quantum facere posses, nec, quo progredi velles, exploratum satis habebat. itaq; cum ad vij id. Apr. mane mihi tuas literas M. Varisidius reddidisset, easq; legissem, incredibili gaudio sum elatus; cumq; magna multitudo optimorum virorum, & ciuium me de domo deduceret: feci cōtinuo omnes participes meæ voluptatis. interim ad me venit *Munatius noster, vt cōsueuerat: & ego ei literas tuas ostendi. nihil dum.n.sciebant: nam ad me primum Varisidius, idq; sibi a te mandatum esse dicebat. paulo post idem mihi Munatius eas literas legendas dedit, quas ipsi miseras, & eas, quas publice. placuit nobis, vt statim ad *Cornutum prætorē vrb. literas deferremus; qui, quòd consules aberant, consulare munus sustinebat more maiorum. senatus est continuo conuocatus frequensq; conuenit propter famam, atq; expectationem tuarum literarum recitatis literis, oblata religio Cornuto est. pullariorum admonitu, non satis diligenter eum *auspicijs operam dedisse: idq; a nostro collegio comprobatum est: itaq; res dilata est in posterum. eo autem die magna mihi fuit pro tua dignitate contentio cū *Seruilio qui cum gratia effecisset, vt sua sententia prima pronuntiaretur: frequens eum senatus reliquit, & in alia omnia discessit: meaq; sententia. quæ secunda pronuntiata erat, cum frequens assentiretur senatus, rogatu Seruilij P. Titius intercessit. res in posterum dilata, venit paratus Seruilius, Ioui ipsi iniquus, cuius in *templo res agebatur. hunc quemadmodum fregerim, quantaq; contentione. Titiū intercessorem abiecerim, ex aliorum te literis malo cognoscere: vnum hoc ex meis: senatus grauior, constantior, amicior. tuis laudibus esse non potuit, quàm tum fuit. nec vero tibi senatus amicior, quàm cūcta ciuitas mirabiliter.n. populus R. vniuersus, & omnium generum, ordinumq; consensus ad liberandam remp. conspirauit. perge igitur, vt agis, nomenq; tuum commenda immortalitati atq; hæc omnia, quæ habent speciem gloriæ, collecta inanissimis splendoris insignibus, contemne; breuia, fugacia caduca existima. verum DECVS in virtute positum est: quæ maxime illustratur magnis in remp. meritis. eam facultatem habes maximam: quam quando complexus es, tene, et perfice vt ne minus resp. tibi, quàm tu reip. debeas. me tuæ dignitatis non modo fautorem, sed etiam amplificatorem cognosces. id tum reip. quæ mihi est mea *vita carior, tum nostræ necessitudini debere me iudico. Atque in his curis, quas contuli ad dignitatem tuam, cepi magnam voluptatem, quòd bene cognitā mihi T. Munatij prudentiam, & fidem, magis etiā perspexi in eius incredibili erga te beneuolentia, & diligentia iij. id. Apr. Vale.

[Margin notes:] cum ab interitu non longe abesset: — de quibus ex literæ loquebantur: infra, epist. 16. & 19. — Planci cognatus. nā Plancus Munatorū cognomen. — Sulpiciæ gentis. — absentibus consulibus prætorum prima dignitas. — Phil. 14. auspicato .n. senatus habebatur. — Isaurico filio, qui consulatum cū Cæs. gesserat. — senatus.n. in templis habebatur; & Iouis templum erat in Capitolio. — Phil. 11.

HVBER.

ETsi reip. Cum scripsisset Plan. primum ad Cic de volūtate sua erga remp. deinde ad S. P. Q. R ostendit Cic. quanti fecerit illas literas ad se scriptas, deinde quanti etiam senatus eas quas publice scripserat. vnde hortatur eū, vt pergat ita facerē, sicut instituit: & existimet veram gloriam in virtute positā. postremo declarat Munatii incredibilem erga eum beneuolentiam. {Præsidii} Tutelæ ad terrendum hostes. {Opis attulisse} ad eos frangendum, qui remp oppugnarēt. {Pene extremis temporibus} cum videretur esse in summa desperatione. {Ita complecta} ita carum habeo. {Amplissimam} maximam {Caue.n.putes} i.noli putare. {Magnitudine t. meritorum} quia contulisti maxima beneficia in remp. ex quo omnia

tua

tua vfr maiora grauitatia. {Promissa tuarum literarum} .i.ea, quæ mihi in tuis literis promiseras. {A Furnio} cui tua consilia mihi exponenda mandaueras: vt supra visum est. {Expectata} sperata {Quò} quousq;. {Elatus} subleuatus. est aūt mos ita dicēdi. {Deduceret} comitaretur. {Feci participes oēs} oibus ostendi literas tuas ea quibus tū voluptatis capiebā. {Nihil sciebat} te ad me scripsisse. {Primum} anteq̄ ad Munatium. {Quas publice} .s.miseras. {Cornutum} prætor vrbis fuit, qui postea, vt scribit App. seipsum interemit. {Cōsulare munus} onus & officiū consulū. {Cōsules} Hirtius & Pansa, qui Mutinā versus ierāt. {Frequēs} oīs. {Famam} quæ iam erat de literis tuis. {Expectationē} de aliquibus rebus nouis {Oblata} obiecta. {Religio} ne eo die recitarentur līæ tuæ, qa esset contra auspicia, sicut pullarij admonuerant. erant aūt pullarij aruspices, qui pullis ex qbus auspicia captabant, p̄erant. pullis aūt in auspicijs, vt scribit Festus, potissimum dabatur plus. {Non dedisse operā auspicijs} i.non recte captasse auspicia. {Collegio} .s. augurū, inter quos Cic erat. vide ep. 4. lib. {Gratia & fecisset} .s.gratia obtinuisset {Assentiret} approbaret eam. {Intercessit} impediuit. de quo verbo diximus satis multa in primo libro. {In templo} quia eramus in capitolio, quod est consecratum Ioui. {Fregerim} vicerim, deiecerim. {Intercessorem} impeditorem sniæ meæ, vt supra Titius intercessit. {Ex meis} .s.volo te cognoscere. {Tum} eo die. {Oium generum} nobilium & plebeiorū. {Ordinum} senatorum, equestrium, &c. {Cōspirauit} consensit {Speciem} apparentiā. non n. sunt vera bona, sed opinatiua. {Inanibus} vanis. {verum Decus} sententia & exornatio. {Maxime} præcipue, licet & alijs rebus. {Id tū} .i. existimo me esse obligatum ita pro te facere: tum causa reip. cuius ea defensor: tum propter necessitudinem, quæ inter nos est.

ASCAN. ETsi reip.} Cum scripsisset Plancus ad Cic. & senatum de voluntate sua in remp. oñdit Cic. quanti literas illas fecerit: hortaturq; vt pergat veram gloriā virtute assequi: docetq; Munatij erga ipsum beneuolentiam. Ordo est. Etsi.i qq̄ ego debeo maxime gaudere causa . reip. te attulisse eā penè .i.quasi extremis .i. vltimis t̄pibus .i. quibus prouincia habēda est, tunc aūt cum sentirent ad successorē perfectæ rei peruenturam raro magna inceptare solebāt, tm̄ præsidij & protectionis honorificæ & custodiæ, tm̄ opis .i. auxilij, tā ita .i. sic, &.i con- precatiua locutio, cōplectar te .i. p̄cor vt detur mihi te cōplecti rep. recuperata, vt tua dignitas .s.quam ex victoria consequeris, afferat mihi magnam partē lætitiæ, quam .s. dignitatē tuam ego intelligo & esse iam & futurā amplissimā. Enim .i. quia, caue sup. vt aut ne putas vllas literas vnq̄ grauiores esse recitatas in senatu q̄ tuas. Et id .s. q̄ grauissimæ æstimatæ sunt, contigit tum .i. simul eximia quada magnitudine meritorū tuorū in remp. tum .i. simul grauitate verborū & sententiarum, quod minime nouum sup fuit quidem .i. certe, aut saltē vt de alijs taceam mihi qui, & .i. simul nossem te, & meminissem i. memoria tenerē, promissa literarum tuarum missarū ad me, & haberem à Furnio nostro, cōsilia tua penitus cognita. Sed sup. quæ scripsisti, erant visa senatui maiora, q̄ erant expectata, non q̄ .s. senatus dubitasset vnq̄ de voluntate tua, sed sup. q̄ nec habebat satis exploratū .i. cognitum quantū posses facere, nec quò .i. vsque, ac quantum laboris & periculi velles progredi .s. pro rep. Sscripserat .n. q̄ ad mortem vsq; pro ea certare vellet. Itaq; cum Varisidius reddidisset mihi literas tuas ad vii. idus, hoc est ad vi. diem Aprilis & ego legissem eas, ego fui elatus .i. supra me raptus incredibili gaudio. Cūq; .i. & cum magna multitudo optimorū virorū & ciuium deduceret me .s. in senatum, aut forum de domo .s. priuata, ego feci continuo oēs participes voluptatis meæ .i. indicaui oibus tuam voluntatē in remp de qua æque gauisi sunt, ac ego Interim Munatius noster venit ad me, vt cōsueuerat, ac ego dedi ei literas tuas nihil .n. sciebat dum .i. tunc adhuc. Nā Varisidius, sup. venerat primum ad me, & dicebat id .s. vt primū ad me veniret, esse mandatū sibi à te. Idem Munatius dedit mihi paulo post legendas eas literas, quas tu miseras ipsi. Et eas quas miseras publice .s. recitādas in senatu. Placuit nobis vt deferremus statim literas ad Cornutum prætorē vrbis .s. Romæ, qui .s. Cornutus sustinebat munus consulare .i. fungebatur officio consulari, eo q̄ consules aberāt, more maiorum .i. sicut apud maiores, & priscos Romanos prætor vrbanus fungebatur officio consulū absentium. Senatus est continuo cōuocatus, & conuenit frequens p̄p famam atq; expectationē literarum tuarū. Literis .s. tuis recitatis .i. postq̄ erant recitatæ, religio .i. metus de non seruato auspicio, est oblatus i. obiectus Cornuto, admonitu pullariorū .i. eorū qui pullos ad auguria & auspicia nutritos obseruabant, eum non satis diligenter operā dedisse, est cōprobatum sup. à collegio nostro videlicet augurali. Itaq; i. & ita res est dilata in posterū .i. in diem sequentē. Aūt .i. sed magna contentio sup. fuit mihi, eo die .s. postero cum Seruilio pro dignitate tua .s. tuēda, qui .s. Seruilius cum effecisset gratia i fauore quorundā, vt snia sua pronuntiaretur prima, frequens senatus .i. plurima pars senatus, reliquit eū .i. non est secutus aut secuta sententiā eius, & discessit in alia omnia .i. probasset potius alia omnia, q̄ quæ à Seruilio dicebant, & cum frequēs senatus assentiretur meæ sniæ quæ pronuntiata erat secunda, P. Titius intercessit .i. se apposuit, rogatu .i. ob p̄ces Seruilii. Res est dilata in posterum .i. in diē rursus sequentem. Seruilius venit paratus .s. ad resistendum sniæ Cic. loquus ipsi Ioui .s. auctori reip. Romanæ, in cuius tēplo res agebatur. Ego malo i. magis volo te cognoscere ex literis aliorum sup q̄ ex meis, quēadmodum ego fregerim hunc i. impetum huius .s. Seruilii, & quanta contentione abiecerim Titium intercessorem .i repugnatorē sententiæ meæ. Volo sup. te cognoscere, aut cognosce, hoc vnum ex meis sup literis. Senatus non potuit esse grauior, cōstantior, amicior tuis laudibus q̄ fuit tum .i. tūc. Nec vero senatus sup. est amicior .i. fautorior tibi, q̄ tota ciuitas Enim .i. quia, populus R. vniuersus & consensus oium generum & ordinū conspirauit .i. consensit mirabiliter ad liberandum rēp. Perge .i. procede. & perfice inceptum igitur vt agis, & cōmenda nomen tuū immortalitati. qa constituerat Plancus aut rēp. cum solicitudine liberare, aut pro ea mori. Atq; contemne hæc oia quæ habent spēm .i similitudinem gloriæ, sed nō veram gloriā, vt pote collecta insignibus inanibus .i. friuolis, splendoris .i. magistratus clari, hoc est ea honoribus sine virtute acquisitis, & existima breuia, qa diu durare non possunt, cum breuis sit hominis vita, fugacia, quia etiā si vita perduraret, hoīem destituere solēt, & cito ad alium transfugere, & caduca, quia per naturā suam sunt instabilia. splēdor .n. ille qui in principio magistratuū est cito lāguescit. Verū .i. solidum & perpetuū decus est positū in virtute, quę .s. virtus illustraī maxime magnis meritis in rēp. Tu habes eam facultatē .s. conferēdi magna merita in rēp. maximam, quā .s. facultatem, qñ .i. qm̄ complexus .i. aggressus es, tene & p̄fice, vt oe .i. non minus resp. debeat tibi, q̄ tu debeas reip. tu conosces me nō modo .i. non solum fautorē, sed etiam amplificatorē dignitatis tuæ. Ego iudico me debere id .s. vt sim amplificator dignitatis tuæ, tū .i. simul, reip. quę est mihi carior vita mea, tū .i. simul necessitudini nostræ .s. à parte tuo primum cōtractæ. Atq; ego cepi magnā voluptatē in his curis, quas contuli ad dignitatē tuam, q̄ perspexi prudentiā & fidē Titi Munatii cognitā mihi bene .i. multum etiā magis .i amplius q̄ prius incredibili beneuolentia & diligentia eius erga te. Datum &c.

PAVL. MAN. TVa dignitas affert} antea legebatur, afferat. nos, affert, ex vetusto libro, quē habet Ioannes Scala. est aūt sensus ita mihi detur te victorē complecti rep. recuperata, vt mihi magnam lætitiæ partē tua dignitas affert. verbum, cōplectar, qui crediderunt esse indicatiui modi; vocē, affert, vt ipsi putabant, emēdarunt; vt ego existimo, deprauarunt. {Breuia, fugacia, caduca existima} in voce fugacia, vetusti libri dissentiunt. alii fugacia; alii, fugatoria; alii fugato, habēt. ego, etsi vulgata lectio sensu non caret, tā libentius legerē, fucata; vt trāslatio sit à mulieribus, quarum sæpe nitor non naturalis, sed fucatus est, ideoq; breuis, & caducus. hæc, inquit, fucata existima, qm̄ verum splēdorē non habent, sed collecta sunt inanissimi splēdoris insignibus.

APud Plin. præmissa vini vocantur primitiæ. Hermolaus emendans, promissa reponit, publica lectione expuncta. mihi autem mire arridet verbum, præmissa, vt intelligamus primitias quasdam, sicuti præmissa saciorum dicuntur Vtitur eo vocabulo & M. Tullius epist. quadam ad Plancum. Et tuarum, inquit, literarum præmissa meminissem. Etiam si in vulgaris modo codicibus passim scriptum inuenias, promissa, non præmissa: sensu nullo, aut leuissimo. Cæl. Rhod Antiq lect. l. 3. c. 20.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Capit testatam Planco suam ergo illum voluntatem in augenda dignitatem facere: hortaturq; bellum cum Antonio inchoatum conficiat.

CIC. S. D. PLANCO IMP. COS. DES. 13

VT primum potestas data est augendæ dignitatis tuæ, nihil prætermisi in te ornando, quod positum esset aut in præmio virtutis, aut in honore verborum. id ex ipso S.C. poteris cognoscere: ita .n. est perscriptum, vt à me de scripto dicta sententia est: quam senatus frequens secutus est summo studio, magnoq; consensu. Ego, quāquam

quanquam ex tuis literis, quas mihi misisti, perspexeram te maius iudicio bonorum, quàm insignibus gloriæ delectari; tamen considerandum nobis existimaui, etiam si tu nihil postulares, quantum tibi à rep. deberetur. tu* contexes extrema cum primis qui. n. M. Antonium oppresserit, is bellum confecerit. itaque * Homerus non Aiacem, nec Achillem, sed Vlyssem appellauit πτολίπορθον Vale.*

honoribus a senatu decretus.

A. bellum iã magna ex parte a consulibus profligatũ. ipse cõficies ep. 19. & 20. h. l. Ilia. 9.

HVBER.

V T primum} Scribit Cic. satis cognosci posse ex senatusconsulto, quod de Planco perscriptum est, quanta diligentia vsus sit in augenda eius dignitate. Postremo eum hortatur, vt conficiat bellum inceptũ, hoc est vt M. Ant. opprimat, si velit summam gloriam assequi. {Ornando} cõmendando. Ter. munus nostrum ornato verbis. {Senatusconsulto} quod de tua dignitate factum est. {Perscriptum} notatum cum consensu totius senatus. {Vt à me dicta est sñia} sicut ego sensi & dixi {Iudicio bonorum} quod boni viri de te recte sentiant. {Insignibus} ornamentis, vt sunt laudes senatorum, statuæ, & similia ornamenta. {Oppresserit} deuicerit, subegerit {Confecerit} finierit. {Itaq; Homerus} ostendit summam gloriam esse in fine rerum, non in principio. {Aiacẽ nec Achillem} licet fuerint fortissimi. {πτολίπορθον} vrbis expugnatorẽ, qui finem dedit bello. πορθέω .n. pugno significat, πόλις vrbs. poetæ interdũ addunt πτόλεμος pro πόλεμος, & ita πτόλις pro πόλις. dicitur etiam πολιπόρθος. sumpsit ex Homero colorem. Ouid. lib. 13. Metam. vt introduceret Vlyssem iactantem se his verbis, Iam labor in fine cum obstantia fata remoui, Altaque posse capi faciendo Pergama cepi.

ASCEN.

V T primum &c} Dicit Plancum ex senatusconsulto perspicere posse quantum ipse Cic. pro eius dignitate contenderit. Hortaturq; vt bellum cum Antonio cõficiat. Ordo est. Vt. i. vbi primum potestas augendæ dignitatis tuæ est data. i. concessa & facta mihi, nihil prætermisi in te ornando, quod positum esset aut in præmio virtutis, aut in honore verborum. Tu poteris cognoscere id i. quod ita fecerim ex ipso senatusconsulto, quod missum erat ad Plancum, & de Planco augendo. Ita. n. sup. senatusconsultum est perscriptum, vt sententia dicta est à me de scripto. i. de eo scribendo: quam. s. sententiam meam senatus frequens. i. plurima pars senatorum, secutus est summo studio & magno consensu. Ego quanquam perspexeram ex literis tuis quas misisti, te magis delectari iudicio bonorum, vt sunt reip. fautores, quàm insignibus gloriæ: tamen existimaui considerandum sup. esse nobis, etiam si tu nihil postules, quãtum differetur tibi à rep. Tu contexes. i. conseres extrema. i. præmia & gloriam, cum primis. i. cum sudore & labore ac periculis. Labor autem erit in opprimendo Antonio, Præmium, summus in rep. locus. Qui n. oppresserit M. Antonium, is confecerit. i. finiuerit bellum. Itaq; Hom. non Aiacem nec Achillem appellauit πτολίπορθον. i. vrbis populatorem & expugnatorem, quamuis vterque esset fortissimus bellator, sed Vlyssem, qui callido consilio plus valuit quàm illi viribus. q. d. consilio potius quàm viribus contra Antonium contendendum. πτολίπορθος, & pro eodem πτολίπορθος dicitur à nomine πτολίεθρον quod est oppidum seu vrbs, & verbo πορθέω, quod est populor. i. oppugno.

GIBERTI LONGOLII LEMMA:

Laudat volũtatem Planci: hortaturq;, vt in eo proposito perseueret.

CIC. S. D. PLANCO IMP. COS. DES. 14

*O GRATAM famam biduo ante victoriam, de subsidio tuo, de studio, de celeritate, de copijs atqui, etiam hostibus fusis, spes omnis in te est. fugisse. n. ex prælio Mutinensi dicuntur notissimi latronum duces. EST autem non minus gratum extrema delere, quàm prima depellere. equidem expectabam iam tuas literas, idque cum multis: sperabamq; etiam Lepidum reip. temporibus * admonitum, tecum & reip. satis esse facturum. In illam igitur curam incumbe, mi Plance, vt ne qua scintilla teterrimi belli relinquatur. quod si erit factum; & remp. diuino beneficio affeceris; & ipse æternam gloriam consequere. III. id. Maij. Vale.*

præsenti periculo: quo boni ciues ad opẽ patriæ ferendam impelluntur.

HVBER.

O Gratam} Sicut Pl. supra scripsit ad Cic. direxerat iter Mutinam versus, vt succurreret Br. obsesso, cum in itinere factus est certior M. Ant. fuisse, & Br. liberatum. Cic. igitur ita laudat eius propositum & voluntatem succurrendi Br. vt præ lætitia exclamet ostendit autem quanta spes sit in eo & in eius exercitu: hortaturq; vt ita incumbat in curam reip. vt nullæ reliquiæ belli restent. {O gratam famam} exclamatio præ lætitia. {Victoriam} contra M. Ant. apud Mutinam {De celeritate} veniẽdi vt Br. subuenires. {Hostibus fusis} à te in Gallia. {Latronum} qui contra remp pugnauit. {Delere} tollere {Extrema} finem. {Cum m.} s. expectabam literas tuas. {Temporibus} cum videret M. Ant. male successisse. {Scintilla} particula. bellum. n. comparatur igni siue incendio. particula igitur belli recte comparata est scintillæ, quæ est particula ignis.

ASCEN.

O Gratam} Gratulatur Planco quod bonam famam consecutus sit sine dispendio: nam bellum, ad quod operam suam pollicitus erat, confectum erat biduo post. Hortatur tamen ad reliquias delendas, dicens, O famam gratam sup sparsam biduo ante victoriam de subsidio tuo, de studio in remp. de celeritate, de copijs, atq; etiam de hostibus fusis s. à te in Gallia. Spes omnis est in te. Enim. i. quia notissimi duces latronum. i. Antonianorum dicuntur fugisse ex prælio Mutinensi. i. apud Mutinam commisso. Autem. i. sed non minus gratum. i. vtile & acceptum est delere extrema. s. belli quam depellere prima. Equidem i. ego quidem expectabam iam literas tuas, idq;. i. & id sup. feci cum multis, quia etiam alij multi eas expectabant: & sperabam etiam Lepidum admonitum temporibus, quia res Antoniana ceperat labi, esse sup. tecum & satisfacturum reip. Igitur o mi Plance incumbe in illam curam, vt ne qua. i. non aliqua scintilla. i. particula vel minima pars, quæ, vt scintilla, magnum posset incendium excitare. bellum aũt nunc diluuio, nunc incendio cõparari solet. belli teterrimi. i. execrandi eo quod contra remp. cepti relinquatur. Quod si erit factum. s. per te, tu affeceris. i. afficies remp beneficio diuino. i. æterno. aut diuino incõparabili. & ipse consequere. i. obtinebis gloriam æternam. Datum &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nũtiat Ciceroni, quid pro rep. vt Antoniũ opprimeret, egerit cũ Lepido.

PLANCVS IMP. S. D. CICERONI. 15

HIs literis scriptis, quæ postea accidissent, scire te, ad remp putaui pertinere. Sedulitas mea, vt spero, & mihi, & reip. tulit fructum. nanq; assiduis internuntijs cum Lepido egi, vt, omissa omni contentione,* reconciliataq; voluntate nostra, communi consilio reip. succurreret: se, liberos, vrbem pluris, quàm vnum perditum, *abiectumq; latronem, putaret: obsequioq; meo, si ita faceret, ad omnes res abuteretur profeci itaq; per Laterensem internuntium: fidem mihi dedit, se Antonium, si prohibere sua prouincia non potuisset, bello persecuturum: me, vt venirem, copiasq; coniungerem, rogauit, eoq; magis, quòd & Antonius ab* equitatu firmus esse dicebatur, & Lepidus ne mediocrem quidem equitatum habebat. nam etiam ex paucitate eius, non multis ante diebus, decem, qui optimi fuerant, ad me transierunt. Quibus rebus ego cognitis cunctatus non sum: in* cursu bonorum consiliorum Lepidum adiuuandum putaui. aduentus meus quid profecturus esset, vidi: vel quòd equitatu meo persequi, atq; opprimere equitatum eius possem: vel quòd exercitus Lepidi eam partem, quæ* corrupta est, & ab rep. alienata, & corrigere, & coercere præsentia mei exercitus possem. itaque in Isara,* flumine maximo, quod in finibus est Allobrogum, ponte vno die facto, exercitum ad IIII. id. Maij traduxi. cum vero mihi nuntiatum esset, L. Antonium, præmissum cum equitibus, & cohortibus, ad Forum Iulij venisse: fratrem eum equitum quattuor millibus, vt occurreret ei, misi ad prid. id. Maij: ipse maximis itineribus cum* quattuor legionibus expeditis, & reliquo equitatu subsequar. si nos mediocris modo fortuna reip. adiuuerit: & audaciæ*

ep. 20. h. l.

ep. 2. 18. & 22. h. l

quia iã prælio Mut fractus erat Antonius.

ep. 33 l. 10. & 10. l. 11.

dum Lepidus bene de rep. sẽtiret.

ep 22. h. l.

Plin. l. 3. c. 4. Isaram Rhodano comparat.

quinque nominantur epist. 8. h. l. quattuor ep. 13. l. 11.

Dicimus B. Galliæ Cisalpinæ præfecti.

& audaciæ perditorum, & nostræ solicitudinis hic finem reperiemus. quòd si latro, præcognito nostro aduentu, rursus in Italiam se recipere cœperit: * *Bruti erit officium occurrere ei: cui scio nec consilium, nec animum defuturum. ego tamen, si id acciderit, fratrem cum equitatu mittam, qui sequatur, Italiam à vastatione defendat. Fac valeas, meque mutuo diligas.*

HVBER. His literis scriptis} Quidquid alij dicant, ego ita sentio hanc epist. ponendam fuisse statim post illam, quæ incipit, Immortales ago tibi gratias. idq; vtriusq; epistolæ materia facile declarat, immo videtur hoc potius fuisse finis, & pars illius epistolæ q̃ epist. separata. Nã cum illic scripsisset se daturum operã, vt traheret Lep. in societaté suam ad tuendum rẽp. depositurumq; oẽs priuatas offensiones pro reip. salute: in hac parte scribit se id effecisse: se. n. cum Lep. coniunctum esse. quod cur fecerit, reddit rõnem. dicit quid egerit & acturus sit, vt M. Ant. opprimatur. {His} intelligit eas quas diximus, post quas etiam ante, q̃ misisset, subiunxerat hanc partẽ de coniunctione sua cum Lep. {Internuntijs} mediatoribus s. Laterẽse & Furnio. {Omni contentione} quã mecum habebat. {Liberos} cum quibus male esset actũ, si resp. periisset {Vnum latronẽ} Antoniũ. {Abuteretur} .i. & bene & male vteretur, dum modo reipub. succurreret. {Prouincia} Iberia, vt ser. App. {Firmus ab equitatu} .i. munitus equitibus, firmus per equites. Est aũt ornatus dicendi mos, vt Cic. fuit clarus ab eloquentia. i. per eloquentiam. {Ne mediocrẽ quidem} .i. etiam nimium. {Ea paucitate} .i. ex paucis quos habebat. {Decẽ} equites. {Non sum c.} non feci morã. {In cursu bonorũ consiliorũ} in expediendis bonis consilijs. {Eam partem} exercitus Lep quæ est corrupta quidam. n. ex militibus Lep. male sentiebant de rep. quos videbat se posse corrigere, & ad remp. reducere, si ad Lep. venisset. {Forũ Iulij} vrbs Gall. Octauianorũ colonia non longe ab Antipoli, quæ Alpes tangit. neque, vt quidam exposuit, est quam nunc vulgo appellant Friuolum, cum longissime à Gallia distet, vbi nunc erat Plãcus. {Occurreret ei} opponeret se ei. {Maximis itineribus} .i. celerrimis, confectis multis miliaribus in vno die. {Legionibus} peditum. {Modo} tantummodo. {Perditorũ} sceleratorum, qui remp. oppugnant. {Latro} Ant. quem vbiq; per contumeliam appellat latronem. {Rursus} sicut fecerat, cum ea Gallia secutus fuerat Brut. cum eum obsedit Mutinæ. {Animum} audaciam. {Qui sequatur} s. ipsum Ant. {A vastatione} à depopulatione quam facturus esset Ant. si rursus in Italiam se recepisset.

ASCEN. His literis &c.} Dicit se fecisse, qđ pollicitus erat in epist. cuius principium est, Immortales &c. Vnde videtur post illam ponendam. Ordo est. Ego putaui pertinere ad remp. te scire ea quæ accidissent his. s. superioribus literis. Immortales &c. scriptis. Sedulitas mea tulit. i. attulit, vt spero, fructum. i. vtilitaté & mihi & reip. Nanq; egi cum Lepido assiduis internuntiis vt omni contentione omissa & voluntate nostra, beneuolẽtia inter nos recõciliata, ipse succurreret reip. consilio cõi, & putaret. i. existimaret pluris, se. s. ipsum, liberos. s. suos & vrbem. s. totam quam vnum latronẽ perditum & abiectum: videlicet Ant. & sup. diai agendo cũ eo q; abuteretur. i. ad voluntatem suã non parcendo vteretẽ. nam abuti est absumere res vtẽdo eis, vnde abutimur vino, oleo &c. vtimur vestibus & domo &c. neq; capitur hic in malam partẽ, sed in liberã obsequio meo ad oẽs res si faceret ita. Itaque ego pro feci per Laterensem internuntium. nam sup. dedit mihi fidem. i. sancte promisit se persecuturũ bello Antonium, si non posset prohibere. i. arcere prouincia sua. Rogauit me vt venirem & coniungerẽ copias. s. meas cum suis, & eo magis sup. rogauit q; & Antonius dicebatẽ esse firmus .i. firmiter munitus. i. ab equitatu, & Lepidus ne quidem. i. non saltem mediocrẽ habebat equitatũ. Nam etiam decẽ. s. equites qui fuerant optimi, transierunt ad me ex paucitate eius. i quam ipse habebat, non multis diebus ante. s. q̃ me rogaret. Quibus rebus cognitis, ego non sum cunctatus. i. immoratus, putaui Lepidum adiuuandum in cursu. i. tantisper dum esset in cursu bonorũ consiliorũ, vidi i. animaduerti, quid aduentus meus esset profecturus. i. vtilitatis facturus, vel quod possem persequi, atq; opprimere equitatũ eius equitatu meo, vel q; possem & corrigere, & coercere pñtia. i per pñtiam exercitus mei, eam partẽ exercitus Lepidi quæ est corrupta. s. donis aut pollicitationibus Antoniania & alienata ab rep. Itaq; ponte facto vno die in Isara flumine maximo quod est in finibus Allobrogum, est tñ minus Rhodano, sed Rhodanus secat Allobrogas ab Gallis, traduxi exercitum ad 4. id. Maij Cum vero nuntiatũ esset mihi Luc. Antonium fratrẽ Marci pmissum cũ equitibus & cohortibus venisse ad Forũ Iulij vrbem Galliæ non longe ab alpibus misi fratrẽ sup. meum cum quattuor millibus equitũ ad ij. idus Maii, vt occurreret: & ei subsisteret, ei s. Luc Antonio. Ipse. i. ego subsequar maximis itineribus cũ quattuor legionibus expeditis, & reliquo equitatu. Si modo. i. dummodo mediocris fortuna reip. adiuuerit, nos reperiemus hic. i. in hoc conflictu finem, & . i. simul audaciæ perditorũ. s. hominum, & sollicitudinis nostræ. q; si latro. s. Antonius ceperit recipere se i. redire tanq̃ in locum tutiorem in Italiam, rursus i. iterum cognito aduẽtu nostro, erit officium Bruti occurrere ei, cui s. Bruto, scio nec consilium. nec animum defuturum. Ego tñ si id acciderit. i si redierit in Italiam, mittã fratrem sup. meũ cum equitatu, qui sequatur sup. eum, & defendat Italiã à vastatione, quam Antonius esset facturus. Fac valeas, & diligas me mutuo.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Quanta fuerit senatus erga Lepidum voluntas post recitatas literas, narrat: hortaturque Plancum, vt strenue pro rep. laboret.

CICERO S. D. PLANCO. 16

NIHIL * *post hominum memoriam gloriosius, nihil gratius, ne tempore quidem ipso oportunius accidere vidi, quã tuas, Plance, literas. redditæ sunt. n. frequenti senatu Cornuto, cum is frigidas sane & inconstantes recitasset literas Lepidi. sub eas statim recitatæ sunt tuæ, non sine magnis quidem clamoribus. cum* * *rebus enim ipsis essent, & studijs, beneficijsq; in remp. gratissimæ; tum erant grauissimis verbis & sententijs. flagitare senatus institit Cornutum, vt referret statim de tuis literis. ille se considerare ait velle. cum ei magnum conuicium fieret cuncto a senatu, quinque tribuni pl. retulerunt. Seruilius rogatus rem distulit. ego eam sententiam dixi, cui sunt assensi ad vnum. ea quæ fuerit, ex S. C. cognosces. Tu, quanquam consilio non eges, vel abundas potius, tamen hoc animo esse debes, vt nihil huc reijcias, ne ve in rebus tam subitis, tamq;* * *angustis à senatu consilium petendum putes. ipse tibi sis senatus. quocunq; te ratio reip. ducet, sequare. cures, vt ante factum aliquod à te egregium audiamus, quàm futurum putarimus. illud tibi promitto, quidquid erit à te factum, id senatum non modo vt fideliter, sed etiam vt sapienter factum, comprobaturum. Vale.*

quod meminisse homines possunt vide eandẽ sententiam ep. 13. & 19 h. l.

tribuni plebi etiã ius referendi ad senatum habebãt. Gell. l. 14. c. 7.

spatium negotibus mittendi ad senatum.

Nihil} Hæc epist. eiusdem ferè est argumenti, cuius illa quæ incipit, Etsi reip. causa. ostendit. n. q̃ gratæ fuerint Planci literæ in senatu, quibus declarauerat animum suum & voluntatem erga remp. hortatur aũt vt pergat neq; petat consilium à senatu quid sit facturus: quia quidquid fecerit, affirmat approbatũ iri à senatu tanq̃ & fideliter & sapienter gestum. {Cornuto} prætori, qui, vt supra vidimus, gerebat vices consulum absentium. {Frigidas} non multũ grauẽs, vel certe in quibus nõ declarabatur promptus animus Lepidi. {Sub eas} .s. literas frigidas Lipidi. {Clamoribus} fremitibus ex lætitiæ plausibus. {Studiis} quia ostendebas voluntatẽ tuam promptissimam. {Referret} proponeret {Ad vnum} .i. oẽs, nemine excepto. sic Virg. Iupiter omnipotens, si nondum exosus ad vnũ Troianos. {Ex S. C.} qood est perscriptum {Reiicias huc} remittas huc. Rom. vt non remittas ad senatum R. qñ aliquid eris facturus, vt ipse deliberet. {Angustis} parui temporis. {Ipse tibi sis senatus} .i. cape consilium à te ipso loco senatus. {Ratio} vtilitas. {Non modo vt fideliter &c.} .i. promitto senatum comprobaturum quidquid feceris, non solum quid feceris fideliter, sed etiam quid feceris sapienter. {Comprobaturum} confirmaturum. HVBER.

Nihil} Eiusdem est ferè argumenti cum illa, Etsi reip. causa. ostendit. n. q̃ gratæ fuerunt senatui Planci literæ. hortatur vt pergat hostes persequi, neq; differat, donec consilium à senatu acceperit. Ordo est. Nihil vidi accidere gloriosius, nihil gratius ne quidem. i. & non etiam tpe ipso oportunius post memoriã hominum. i. post tñ temporis quantum homo posset memoria complecti, q̃ o Plance literas tuas. Sunt. n. redditæ, senatu sup. frequẽti, Cornuto. i. à Cornuto prætore vrbis & consulis officio fungente. Cum is. s. Cornutus recitasset ASCEN.

cliasset literas Lepidi, frigidas sane.i. valde frigide operam suam pollicentis, & inconstantes quia ambigue scripeas, tuæ f. literæ recitatæ sunt statim, sub.i. post eas quidem.i. certe non sine magnis clamoribus.i. clamationibus. Cum.n. literæ tuæ essent grauissimæ, rebus ipsis & studiis & beneficiis in remp. tum.i. multo magis erant plenæ grauissimis rebus ac sentẽtiis, vbi plenæ cum ablatiuo contra Vallæ opinionem. Senatus instituit.i. cœpit flagitare Cornutum, vt referret.i. consultationem faceret statim de literis tuis. Ille ait.i. respondit se velle considerare, & cum magnum conuicium fieret ei à cuncto.i. simul toto senatu, quinque tribuni pl. retulerunt.i. in consultationem attulerunt quid de literis tuis sentiendum esset. Seruilius quia aduersatius rogatus f. sñiam distulit rem.i. noluit tunc dicere. Ego dixi eam sententiam: cui assensi sunt.f. senatores ad vnum.i. vno dũtaxat Seruilio excepto. Tu cognusces ea senatusconsulto.f. ad te misso, quæ fuerit ea.f. sententia mea. Tu q̃q̃ non eges vel potius abundas consilio, tñ debes esse hoc animo, vt nihil reiicias.i. ex humeris tuis excussum transferas huc.i. ad nos ne ve putes consilium petendum à senatu in rebus tam subitis.i. subito faciendis & tam angustis.i. tam modicum tempus ad deliberationem habẽtibus. Ipse.i. tute sis tibi senatus, sequere te.i. consilium tuum, quocunque ratio reip. deducet te. Cures vt audiamus aliquod factum egregie à te antequam putaremus futurum. Ego promitto tibi illud quidquid factum erit à te, id senatum comprobaturum non modo vt factum fideliter, sed etiam vt factum sapienter.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Narrat Ciceroni quomodo instituerit Antonium victum persequi bello, vt finem tandem hisce malis imponat.

PLANCVS IMP. S. D. CICERONI. 17

ep. 18. 33. & 34. h. l. & 10. l. 11.

ANTONIVS idibus Maij ad Forum Iulij cum primis copijs venit. * *Ventidius bidui spatio abest ab eo. Lepidus ad forum Voconij castra habet. qui locus à Foro Iulij quattuor & viginti millia passuum abest: ibique me expectare constituit, quemadmodũ ipse mihi scripsit. quòd si omnia mihi* * *integra & ipse, & fortuna seruauerit: recipio vobis, celeriter me negotium ex sententia confecturum. Fratrem meum, assiduis laboribus,* * *concursationibusq; confectum, grauiter se habuisse, antea tibi scripsi. sed tamen, cum primum posse ingredi cœpit; non magis sibi, quàm resp. conualuisse se existimans, ad omnia pericula princeps esse non recusabat. sed ego eum non solum hortatus sum, uerum etiam coegi istò proficisci: quòd illa valetudine magis conficere, se quàm me tueri posset in castris: & quòd acerbissimo* * *interitu consulum remp. nudatam, tali ciue prætore in vrbanis officijs indigere existimabam. quod si quis vestrum non probabit, mihi prudentiam in consilio defuisse sciat, non illi erga patriam fidelitatem. Lepidus tandem, quod ego desiderabam, fecit, vt Apellam ad me mitteret, quo obside* * *fide illius, & societatis in rep. administranda vterer. studium in ea re suum mihi L. Gellius; de tribus fratribus, Segauiano probauit: quo ego interprete nouissime ad Lepidũ sum vsus amicum eum reip cognoscere videor: libenterq; ei sum testimonio, et omnibus ero, qui bene merentur. Fac valeas, meq; mutuo diligas, dignitatemq; meam, si* * *mereor, tuearis, sicut adhuc singulari cum beneuolẽtia fecisti.*

nisi quid ab ipso peccatum sit.

vt qui equitum turmis præesset ep. 25. h. l.

ep. 33. h. l.

pro fidei. Gell. lib. 9. c. 14.

ep 9. h. l.

HVBER.

ANtonius] Postquam Ant. apud Mutinã superatus est, celeri cursu ad alpes se proripuit, sperans fore, vt Ventidius ei amicissimus ex Piceno, vbi erat cum tribus legionibus, ad se Veniret, & Lep. & Plancus secum coniungerentur: sin autem pergeret morari circa Mutinam, sicut quidam eius amici ei consulebant, fore, vt contẽneretur à Lepido, & à Planco. Scriptum.n. fuerat à senatu ad Lepidũ. Pl. & Asinium Pol. vt cum Ant. proximi forent, cum illo depugnarẽt. Pl. igitur scribit ad Cic. vbi sit Ant. & vbi sit Lep. & quemadmodum speras se oia confecturum ad vtilitatem reip. Deinde quia miserat fratrem suum Rom. dicit quare miserit. q̃ si quispiã improbaret id factum, dicit se, non fratrẽ suum accusandũ.] Idus M.] puto deesse ad vt sit ad idus Maias.] Primis] electis. vel quia Ventid. erat postea venturus ex Piceno cum tribus legionibus, vt scr. App.] Ventidius] his primum fuerat * mulio, deinde militauerat sub Cæs. eratq; amicissimus M. Ant. is fuit, qui postea de Parthis triumphauit. de quo Iuu. Ventidius quid. n. quid Tullius an ne aliud q̃ Sidus & occulti miranda potentia fati?] Spatio bidui] .i. quantũ duobus diebus possit ad eum accedere.] Ad fo̜ V.] .i. apud: vt, Prima q̃ ad Troiam pro caris gesserat Argis. Est autem fo̜ Voconii, vt hic docet Cic oppidum trans alpes.] Integra] sine aliquo impedimẽto: vel ita, vt ego deliberaui, vt nihil aliud innouetur.] Ipse] Lepidus, vt non mutet sentẽtiam.] Recipio] promitto.] Ea sententia] vt volumus.] Concursationibus] itinerationibus eundo, modo huc, modo illuc.] Confectum] debilitatum.] Grauiter se habuisse] .i. vehementer & periculose ægrotasse.] Ingredi] incidere] Sibi] ꝓpter se.] Princeps] primus. vt, Primus ante oẽs densum palinurus agebat Agmẽ.] Illò] .i. istuc .f. Rom. vbi tu es.] Conficere] debilitare] Consulum] Hirtii & Pansæ.] Tali] qualis est frater meus, qui posset esse optimus prætor deficientibus consulibus.] Quod] f. fratrem meum esse missum Romam.] Mihi prudentiam] .i. adscribat imprudẽtiæ meæ, non autem fidelitati illius erga patriam.] Apellam] nomen proprium fortasse legati Lepidi, vel alicuius ei carissimi.] Obside] id est, apud me manente loco obsidis. dicuntur n. obsides qui dantur in tutelam fidei.] Illius] i. Lepidi.] Studium] voluntatem.] Quo] Gellio.] Interprete] nuntio.] Sum testimonio] quòd sit amicus reip.] Qui bene merentur] de rep. i. qui ei benefaciunt.] Singulari] maxima, præcipua.

vide. Gell. l. 15. c. 4.

ASCEN.

ANtonius &c.] Postquam Ant. apud Mutinam superatus est, celeri cursu ad alpes se proripuit, sperãs Ventidium ad se venturũ ex Piceno cum tribus legionibus; & Lep. ac Plancum sibi coniungẽdos. Scribit ergo ad Cic. Plancus vbi sit Ant. & vbi Lep. & quid speraт se pro rep. facturũ. deinde docet, cur fratrem Romã miserit. Ordo est. Antonius venit ad Fo̜ Iulii.i. vrbem illam Galliæ Cisalpinæ.i. Italiæ, id. Maii, cum primis.i. expeditissimis copiis Ventidius abest ab eo spatio bidui.i. itineris duo̜ dierum Lepidus habet castra ad Fo̜ Voconii. oppidum trans alpes, qui locus abest à Foro Iulii 24. mill. pass. & constituit expectare me ibi quemadmodum ipse scripsit mihi quod si & ipse.f. Lepidus, & fortuna seruauerit mihi omnia integra.i. non impedita, nec violata aliqua perfidia. recipio.i. polliceor vobis confecturum celeriter negotium.i. totũ bellum ex sententia.i. arbitrio nostro. Ego scripsi tibi antea, ex tñ literæ non erant, fratrẽ meum confectum.i. debilitatum, defatigatum assiduis laboribus, & concursationibus (præmiserat.n. eum vt vidimus) habuisse se grauiter.i. multum ægrotasse: sed tñ cum primum cœpit posse ingredi, existimans se conualuisse non magis sibi.i. ad vtilitatem suam, q̃ reip.i. ad vtilitatem reip. non recusabat esse princeps ad omnia pericula. Sed ego non solum hortatus sum eum verum etiam coegi proficisci illò .i. istuc, hoc est ad vos Romam, q̃ ipse, &.i. simul, posset magis conficere.i. interimere se illa valetudine.f. tam aduersa, q̃ tueri me in castris, & q̃ existimabam remp. nudatam.i. orbatam & spoliatam, acerbissimo interitu consulum.f. Hirtij & Pansæ, qui in conflictu cum Antonianis ceciderant, vt App. late recitat, indigere in officijs vrbanis tali.i. tam fideli & prudenti ciue prætore. Quod.f. consilium meum & factum fratris, si quis vestrum non probabit.i. non approbabit, sciat prudentiam defuisse mihi in consilio, non fidelitatem illi.f. fratri meo, erga patriam. Lepidus tamẽ fecit quod ego desiderabam, vt mitteret Apellam legatum suum ad me, quo obside sup. existente, aut habito, ego vterer fide illius & societate in rep. administranda L. Gellius probauit.i. ostendit mihi in ea re studium suum f. in remp. Segauiano f. vno de tribus fratribus, hoc est, vt intelligo, Segauiano mihi obside dato: quo.f. Gellio interprete.i. internuntio, ego sum vsus nouissime.i. vltime ad Lepidum. ego videor cognoscere eum.f. Gellium amicum reip. & libenter sum ei testimonio.f. fidelitatis, & ero omnibus, qui bene merentur. Fac valeas, & diligas me mutuo, & tuearis dignitatem meam, si mereor, sicut fecisti adhuc, id est in hunc vsque diem cum singulari beneuolentia.i. ea comitante.

PAVL. MAN.

OBside fide] sic in omnibus vetustis exemplaribus. & dixit, fide, pro fidei, generãdi casu, quemadmodum etiam Salustius in Iugurtha, decima parte die reliqua, pro diei. id quod Gellius notauit: qui etiam C. Cæsarem, huius die, & huius specie, dicendum putasse tradit.] De tribus fratribus Segauiano probauit] ita legitur in plerisq; antiquis libris: forte melius, S. Gauiano: vt significetur Sex. Atilius Gauianus,

de quo

de quo in oratione pro Sextio. sensus erit: In ea re (vt. s. Lepidus Apellam ad me mitteret) studium mihi suum Gellius probauit; de tribus autem fratribus, (quippiam significat nobis minus notum, cuiusmodi in epistolis ad Atticum scriptis multa sunt) Sexto Gauiano. postea in Vbaldini libro animaduerti scriptum esse, Ganiano, pro Segauiano. in meo autem sic: Studium mihi suum de tribus fratribus se Gauianus probauit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Narrat Ciceroni consilium suum, de sua Lepidique coniunctione.

PLANCVS S. D. CICERONI. 18

*Q*VID in animo habuerim, cum* Lauus, Neruaq; discesserunt à me, & ex literis, quas eis dedi, & ex ipsis cognoscere potuisti, qui omnibus rebus, consilijsq; meis *interfuerunt. Accidit mihi, quod homini* pudenti, & cupido satisfaciendi reip. bonisq; omnibus accidere solet; vt consilium sequerer periculosum magis, dum me probarem, quàm tutum, quod habere posset obtrectationem. itaq;, post discessum* legatorum, cum binis continuis literis & Lepidus me, vt venirem, rogaret; &* Laterensis multo etiam magis, prope implorans, obtestaretur, non vllam rem aliam extimescens, quàm eandem, quę mihi quoq; facit timorem, varietatem, atq; infidelitatem exercitus eius: non dubitandum putaui, quin succurrerem, meq; communi periculo offerrem. sciebam enim: & cautius illud erat consilium, expectare me ad Isaram, dum Brutus transiiceret exercitum. & cum collega consentiente, sicut* milites faciunt, hostibus obuiam ire. tamen, si quid Lepidus bene sentiens detrimenti cepisset, hoc omne assignatum iri aut pertinaciæ meæ, aut timori videbam; si aut hominem* offensum mihi, coniunctum cum rep. non subleuassem; aut ipse à certamine belli tam necessarij me remouissem. itaq; potius periclitari volui, si possem mea præsentia & Lepidum tueri, & exercitum facere meliorem, quàm nimis cautus videri. soliciorem certe hominem *non suis contractis neminem puto fuisse. nam quæ res nullam habebat dubitationem; si exercitus Lepidi absit, ea nunc magnam affert solicitudinem, magnumq; habet casum. mihi. n. si contigisset, vt prior occurrerem Antonio; non mehercule horam constitisset: tantum ego & mihi confido, & sic perculsas illius copias, Ventidijq; mulionis castra despicio. sed non possum non exhorrescere, si quid intra cutem subest vulneris, quod prius* nocere potest, quàm sciri, curariq; possit. sed certe, nisi vno loco me taremur, magnum periculum ipse Lepidus, magnum ea pars exercitus adiret, quæ bene de rep. sentit. magnam etiam perditi hostes accessionem sibi fecissent si quas copias à Lepido abstraxissent. quæ si aduentus meus represserit; agam gratias fortunæ, constantiæq; meæ, quæ me ad hanc experientiam excitauit. itaq; ad XII. Kal. Iun. ab* Isara castra moui: pontem tamen, quem in Isara feceram, castellis duobus ad capita positis, reliqui; præsidiaq; ibi firma posui, vt venienti* Bruto, exercituiq; eius sine mora transitus esset paratus. ipse, vt spero, diebus octo, quibus has literas dabā, cum Lepidi copijs me coniungam. Vale.

ep. 28. h. l.
ep. 6 l. 2.
qui timet in famiam. ep. 23 h. l.
Lætil. & Neruæ. ep. 23. h. l.
qui pari gradu simul cōtra hostes gerunt.
ep. 21. 35. & 30. h. l.
nulla sua culpa ex ijs quæ ipse nō cōtraxit, sic ad Q. fr. l. 1. ep. 2.
de Lepidi side non prorsus bene sperat. ep. 24. h. l.
ep. 31. l. 10. & 23. l. 11.
collige ex ep. 8 20. & 22. h. l.

HVBER. *Q*Vid in animo } Cum rogatus fuisse à Pl. à Lep vt ad se veniret secumq; coniungeretur, vt M. Ant. posset occurrere, licet Pl. ei diffideret suspicareturque aliquid fraudis subesse: tñ ne postea sibi imputaretur, si Lep. quia multa credebatur bene sentire, aliquid detrimenti accepisset; dicit se maluisse sequi consilium sibi periculosum, dummodo resp. probaret fidem suam & animum, q̃ tutum, de quo posset ab aliquo accusari ꝙ autem esset periculosum, & totum declarat. Itaque dicit se coniunctum iri cum Lep. ꝙ sperat fore octo diebus post has literas scriptas Eius ferè argumenti est superior illa epist. quæ incipit, His literis scripsis. vbi narrat ferè idem consilium. } Leernus & Nerua } quos ad vos misi cum literis meis & mandatis. } Pudenti } .i. verecundo, timenti dedecus. } Dum probarem me } dum ostenderem me virum bonum. } Obtrectationem } reprehēsionem } Continuis } alteris post alteras statim missis. } Implorans } cum misericordia petens. } Obtestaretur } adiuuaret. } Varietatem } hæc est illa res, quæ & Laterensi & & ipsi Pl. timorem faciebat, ꝙ * exercitus Lep. erat varius & infidelis. } Communi } & Lep & meo. } Sciebam } iam incipit exponere totum consilium. } Traijceret } transmitteret exercitum suum huc ex Italia. } Brutus } Decius. } Collega } Decio. } Sicut milites faciunt } .i. armis intētia, & animis arrectis, vt est mos militum. } Assignatum } .i. assignandum. est. n. futurum infinitiui passiui. } Pertinacię ob. } ꝙ non voluissem succurrere. } Aut t. } ꝙ timuissem. } Si non tem hoiem offensum } hæc est ratio pertinaciæ. } Aut ipse à cert. } ratio timoris } Periclitari } ex periri. inde periculum experimentum, vt fac periculum in literis. inde aūt dicitur, quia rarum est experimentum sine periculo. } Meliorē } qui, vt supra dixit, erat corruptus, & à rep. alienatus } Nimis cautus } nimis astutus, ostendens me videre oīa pericula, quæ imminebant. } Solicitiorem } .s. q̃ me est autem sensus, nunquam puto fuisse hoiem, qui maiorem capiat solicitudinem, vbi nihil admisit, q̃ ego facio vel qui magis sit solicitus suis contractis .i. suis rebus non congregatis, non compositis. Et hic est fortasse melior sensus q̃ dicere, contractis. } Admissis } .i. peccatis. } Casum } fortunam, momentum. } Non constituisset horam } .s. Antonius .i. non potuisset per vnam horam se sustinere contra me & exercitum meum quin fuisset victus. } Mihi } meis consilijs, quæ aduersus eum præparaui. } Illius } Antonij. } Perculsas } iam terrore cōcussas, quia fuerunt victæ apud Mutinam. } Ventidij mulionis } ad contemptum dixit fuerat. n. mulio, non autē tunc erat. } Despicio } paruifacio. } Si quid intra cutem } .i. si quid est occultum & latet. tractum à moribus, quia intra cutem latentes sunt periculosiores vnde illud Persij, Ego te intus, & in cute noui. } Subest } latet. } Quod } vulnus. } Nocere } vt puta si putrescat, & vt vulgo dn̄t chirurgi, si infistuletur. } Perditi hostes } Antoniani. } Accessionem } incrementum .i. auxissent res suas. } Quas } aliquas. } Quæ } quas res: ne qui bene de rep. sentiunt, periculum adeāt. & ne hostes nostri augeantur abstractis aliquibus copijs à Lepido. } Excitauit } cōmouit } Ab Isara } fluuio, quem supra dixit esse in finibus Allobrogum. } Pontem } supra. n. dixit, Itaq; in flumine Isara, quod in finibus est Allobrogum, ponte vno die facto exercitum ad 4. id. Maij traduxi. } Castellis } turribus, propugnaculis. } Præsidia } milites ad custodiam illius pōtis. } Trāsitus esset paratus } vt posset trāsire nullo impediente. } Octo diebus } ad octo dies. } Quibus } .i. ex quibus. s. diebus. } Copijs } exercitui.

vide ep. 35. huius lib.

ASCEN. *Q*Vid in animo &c. } Rogatus fuerat à Lepido Plancus vt se cum eo adiungeret aduersus Antonium: quod consilium licet suspectum haberet Planc. dicit se maluisse sequi, q̃ accusari detrimento fuisse reip. si per se stetisset, quo minus Antonium Lepidus persecutus fuisset. Dicit ergo se coniunctum iri cum Lepido octo diebus, postquam has dederat. Ordo est. Tu potuisti cognoscere quid habuerim in animo, cum Leernus & Nerua, discesserunt à me, &. i. simul, ea literis quas dedi eis sup. ad te, & ex ipsis. i. ex eorū relatione, qui interfuerunt oībus rebus & consilijs meis. Accidit mihi. s. deinde sup id ꝙ solet accidere homini prudenti. i. verecundo & cupido satisfaciendi reip. & oībus bonis, vt sequerer magis consilium periculosum, dum. i. dūmodo probarem. i. probatum, aut probum facerem & ostenderem me, q̃. s. consilium tutum. i. sine periculo, quod posset habere obtrectationem. Consilium aūt aperuit in agon, & statim explanabitur. Itaq; post discessum legatorum, videlicet Leerni & Neruæ, cum. s. ita esset, ꝙ & Lepidus rogaret me binis literis continuis. i. alteris super alteras missis & Laterē. multo magis etiam prope. i. quasi plorans obtestaretur. i. deos & fidem meam in testes adducens, rogaret vt venirem. s. ad Lep. obtestaretur inq̃ Laterem nullā aliam rem extimescens q̃ eandem, quæ mihi quoq; facit timorem. Multi textus habent, implorans & nonnullam pro nullam, sed minus probantur. quia si quam aliā extimuisset Laterensis, non tam excusabilis esset Plancus quod inq̄ eandem quæ &c. hoc est quam varietatem. i. variabilitatem. Nam varium quoq; dicitur, quod est variabile, vt Aeneid. 4. Varium & mutabile semper Fœmina. Vnde varietas mutabilitas atq; infidelitatem exercitus eius. i. Lepidi, qui pollicitationibus Antonij ferè corruptus erat. non putaui dubitādum, quin. i. quominus, succurrerem. s. Lepido quem fidum vterque

existimabat,

paistimabat, & offerrem me periculo communi.s.mihi & Lepido, si non posset inducere exercitum in sententiam suam, nihil autem de Lepido tunc timebat. Sciebam.n & consilium erat cautius.i. hois magis caute agētis, me expectare ad.i.iuxta Isaram, aut Isarā flumen, dū.i.donec Brutus.s.Decius traiiceret exercitū.s.trans alpes & ire obuiam hostibus cum collega s.Bruto consentiente, sicut milites faciunt.s.dum pari consensu in hostem inferuntur, .i. tunc videbam si Lepidus bene sentiens.s.de rep. vt putabatur, cepisset quid.i.aliquid detrimenti, hoc omne assignatum iri.i. q assignaretur, aut pertinaciæ meæ, aut timori.s.meæ: pertinaciæ, si aut non subleuassem.i. adiuuissem in onere belli portando, hominem offensum.i.inuisum mihi coniunctū cum rep.i.licet esset coniunctus cum rep. noluerim tñ iuuare eo q esset inuisus mihi: aut sup.timori, si remouissem me à certamine belli tā necessarij Itaq; ego volui potius periclitari.i.experiri, si.i.an, mea præsentia posset, & i.simul, tueri.i.protegere Lepidū, & facere exercitum sup.eius meliorem, quam videri nimis cautus, si.s.nollem, aut non auderem me Lepido coniungere. Ego puto certe neminem fuisse hoiem sollicitiorem.i.magis solicitum sup.q me non suis cōtractis.i.ob res quas ipse non contraxit. Nam ea res quæ nullam dubitationem habebat, si exercitus Lepidi abfuisset.s.longe à prouincia quia tunc certum fuisset q Bruto cōiungi deberet, vt Ant.oppugnaret, affert nunc magnam solicitudinem & habet magnum casum, quia incertum est an Lepidus Ant.iungi velit, quod si faciat, non tutum sit vtriusq; exercitui occurrere, sicut solius Ant. Enim.i.quia, si contigisset mihi vt occurrerem prior Ant.s.antequam ille cum Lepido cōiungeretur, mehercule, sup. Ant.non constitisset.i.mansisset stans, horam.i.per spatium vnius horæ, i.m.i.tam multum, & i.simul, confido mihi.i.viribus meis, & despicio.i.contemno & vilipendo, copias illius.s.Ant.perculsas s.ex clade apud Mutinam accepta, & castra.i.exercitus, qui in castris sunt, Ventidij mulionis.i.qui aut mulio fuerat.i.agitator mulorū, aut sic cognominatus, aut per contemptum dictus, q nihil militare sciret, q̄ mulos clitellarios agere. Sed non possum non exhorrescere, quia quod latet timere nequimus, verum id ipsum exhorrescere possumus, hoc est nequid lateat vnde legendum putem propter particulam aduersatiuam, sed non exhorrescere. negauit.n.se aut Ant.aut Ventidium timere. Sed inquit, non possum non exhorrescere.i.quin exhorrescam.i.cum horrore quodam formidem, siquid vulneris subest intra cutem.i.latet in Lepidi voluntate, quod noscere pōt prius quam possit curari, quia non potest sciri nisi cum summo periculo. Sed certe nisi tenerem me vno loco.s.cum Lepido: ipse Lep. adiret magnum periculum.s.ab Ant.& ea pars exercitus.s.Lepidi, quæ bene sentiret de rep. adiret magnum periculum, quia ab Ant.cum alijs nō bene sentientibus oppugnaretur. Et hostes perditi.i.in quibus nihil est boni, fecissent etiā sibi magnam accessionē i.magnum incrementum, si abstraxissent à Lep.quas.i.aliquas copias. Abstracturi autem non sunt, sed omnes cum Lep.attracturi, quæ.s. dicta, hoc est periculum bonorū & accessionem malorū, si aduentus meus repressserit, agam gratias fortunæ, & constantiæ meæ quæ excitauit me ad hanc experientiam.s.faciendam. Itaq;.i.& ita, in hoc proposito, ego moui castra ab Isara ad x.cal.Iun.tñ reliqui pontem quem feceram in Isara duobus castellis.i.vt dicunt fortelicijs positis ad capita.i.extremas partes pontis, & posui ibi præsidia firma, vt transitus esset paratus sine mora Bruto, & exercitui eius. Ipse.i.egomet, vt spero, coniungam me cum copijs Lepidi, octo dies sup post illos, quibus dabam has literas.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nunciat Planco, quàm gratæ fuerint senatui literæ: deinde felicitatione hortatur ad reip studium.

CICERO S. D. PLANCO. 19



VANQVAM *gratiarum actionem à te non desiderabam, cum te* re ipsa, atq; * animo scirē esse gratissimum: tamen (fatendum est.n.) fuit ea mihi periucunda. sic.n.vidi, quasi ea, quæ oculis cernuntur, me à te amari. dices, Quid antea? Semper quidem, sed nunquàm illustrius. Literæ tuæ mirabiliter gratæ sunt senatui cum rebus ipsis, quæ erant grauissimæ, & maximæ, fortissimi animi, summiq; consilij, tum etiam* grauitate sententiarum, atq; verborum. sed, mi Plance, incumbe, vt belli extrema perficias. in hoc erit summa & gratia, & gloria. cupio omnia reip. causa: sed mehercule, in ea conseruanda iam* defatigatus, non multo plus faueo patriæ, quàm tuæ gloriæ: cuius maximam facultatem tibi dij immortales, vt spero, dedere: quam complectere, obsecro. qui enim Antonium* oppresserit, is hoc teterrimum bellum, periculosissimumque confecerit. Vale.

omnibus modis erga bene meritos officio fungimur, gratiarum actione re ipsa, animo.

idem ep. 12. h. l.

de animo dici, fessus autem de corpore. scribit Frontea ep. 53. h. l.

HVBBA. QVanquam gratiarum } quia Pl.egerat gratias Cic.per literas de ijs quę pro eius dignitate egerat scribit Cic. q licet ab eo non expectaret gratiarum actionem, quia sciebat eum reipsa & animo esse gratum; tamen sibi fuit iucunda illa actio gratiarum. deinde dicit quàm gratæ fuerint eius literæ senatui postremo hortatur vt incumbat dare finem huic bello } Re } effectu sine verbis } Animo } voluntate. } Quasi } tanquam. } Quid antea } .s.non vidisti te à me amari. } Semper quidem } responsio, subaudi vidi me à te amari. } Extrema } finem } In hoc } vt extrema perficias } Defatigatus } fessus, assidue pro ea laborando. } Non multo plus } sensus est: licet omnia cupiam reip. causa, tamen non multo plus cupio eius causa, quàm tui vt gloriam assequaris. } Cuius } .s.gloriæ. } Quam } facultatem. } Complectere } accipe. } Confecerit } finiuerit.

ARCEN. QVanquam dicit se non expectasse à Planco gratiarum actiones, gratum tñ fuisse. cohortaturq; eum ad reip. defensionem, dicens, Quanq̄ non desiderabam à te actionem gratiarum, cum scirem te esse gratissimum re ipsa, & animo: tamen.s.gratiarum actio fuit mihi periucunda. quod sup.dico } fatendum est n. } quia verum est. Ego.n.vidi sic quasi ea quæ cernuntur oculis.s.exterioribus, me amari à te dices, quid antea sup.tibi visum est? Semper quidem sup.idem visum est, sed nunquam illustrius.i.clarius, Literæ tuæ sunt gratæ senatui mirabiliter, cum.s.ita sit, q fuerint gratæ, rebus ipsis i. propter res ipsas, quæ erant gratissimæ & maximæ, & fortissimi animi, & summi consilij, tum etiam grauitate verborum & sententiarū. Sed, o mi Plance, incumbe i.contende vt perficias extrema belli. summa & gratia, & gloria erit in hoc.i.in hac re. Ego cupio omnia.s.prospera causa reip. sed mehercule ego iam defatigatus.i.vsq; ad extremum fatigatus in ea.s.rep.conseruanda non faueo multo plus patriæ q̄ gloriæ tuæ, cuius.s.gloriæ dij immortales dedere tibi, vt spero, maximam facultatem, quam cōplectere obsecro. Qui.n.oppresserit Ant.is confecerit i.finierit hoc bellum teterrimum.i.execrabile, & periculosissimum.

PAVL. MAN. GRauissimæ, & maximæ fortissimi animi summiq; consilij } sic habent omnes impressi libri. nos in nostro ita legi, & interpungi volumus: grauissimæ, & maximæ, fortissimi animi, summique consilij: vt animi maximæ res sint, consilij grauissimæ. Leuia sunt hæc: eo igitur videtur esse turpius, non animaduerti.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petit, vt de incerto rumore coniunctionis Lepidi cum Antonio senatum certiorem faciat: hortaturque, vt finem bello imponat.

CICERO. S. D. PLANCO. 20

ITA erant omnia, quæ istinc afferebantur, incerta, vt, quid ad te scriberem, non occurreret. modo.n.quæ* vellemus, de Lepido, modo contra nunciabantur. de te tamen constans fama, nec decipi posse, nec vinci: quorum alterius fortuna partem habet quandam; alterum proprium est prudentiæ tuæ. sed accepi literas à *collega tuo, datas idibus Maij: in quibus erat, te ad se scripsisse, à Lepido non recipi Antonium. quod erit certius, si tu ad nos idem scripseris. sed minus audes fortasse propter inanem lætitiam* literarum superiorum. verum vt errare, mi Plance, potuisti (quis.n.id effugerit?) sic, decipi te non potuisse, quis non videt? nunc vero etiam erroris causa sublata est. culpa.n.illa, BIS ad eundem, vulgari reprehensa prouerbio est. sin, vt scripsisti ad collegam, ita se res habet: omni cura* liberati sumus, nec tamen erimus prius quàm, ita esse, tu nos feceris certiores. mea quidem, vt ad te sæpius scripsi, hæc sententia est: qui reliquias huius belli oppresserit, eum totius confectorem fore: quem te & opto esse, & confido futurum. Studia mea erga te, quibus

alter nō recipi Antonium.

ep. 8. & 18.

cū scripsit; Sedulitas, &c. supra, ep. 15.

sic ep. 7. l. 3 bis, supra, ep. 13. et 21.

bus certe nulla esse maiora potuerunt, sibi tam grata esse, quàm ego putaui fore minime mirор. vehementerque lætor: quæ quidem tu, si recte istic erit, maiora, & grauiora cognosces. IIII. kal. Iun.*

me miror, & gaudeo. ep. 3 h.l.

OVBAR. ITa erant § Binis literis declarauerat Planc. se coniunctum iri cum Lepido, idq; fore propter vtilitatem reip. vt M. Ant. facilius opprimeretur. qua re intellecta vehementer lætatus fuerat senatus: sed postea nunciatum est, Lep. cum M. Ant. coniunctum esse: quæ cum diu fuissent incerta, quia vario modo nunciabantur; scribit Cic. scriptum fuisse à Brut. collega Planc. non esse verum, q Lep. esset coniunctus cum M. Ant. id. n. sibi à Planc. scriptum fuisse, quare Cic. ab eo petit, vt si ita est, suis literis P.R & senatum certiorem reddat. Deinde hortatur, vt incumbat finire hoc bellum § . Istinc § ea Gallia, vbi tu es § Incerta § varia. § Quæ vell. § quæ optaremus s. q secum coniungeretur. § Modo § interdum § Contra § aliter. s. q̄ vellemus. § Constans § firma, certa. § Alterius fortuna § i. quoniam alterum est magna ea parte in fortuna. s. vt non vincaris. § Alterum est proprium § s. te nō posse decipi. § A collega § D. Bruto. § Non recipi §. s. in societatem suam, vel in prouinciam § Ascripsisse § annotasse tuis literis. i. te ad eum scripsisse. § Quod §. s. Ant. non recipi à Lep. § Idem § quod scripsit Brut. § Minus §. i. non. § Inanem lætitiam superiorum literarum §. i. quia superioribus tuis literis fecisti nos frustra lætari, cum scripsisti te coniunctum cum Lep. cum postea ille mutauerit propositum § Verum § excusat Plancum, q sponte deceptus sit, non per imprudentiam, & q voluerit etiam ipsum Cic. errare. § Quis n. id affugerit § vt interdum non erraret, quasi diceret, nemo. § Sic § s. vt velles me errare credendo tibi. § Quis non videt § q. d. quilibet. § Sublata § remota § Illa culpa § s. errandi. § Bis ad eundem, vulgari prouerbio §. s. vt semel deceptus, non credat secundo, nisi velit haberi imprudens, quia secundo falli vitium est. Sm illud, quod vulgo dicitur, Semel falli humanum esse, secundo inconsiderati, tertio vel dementissimi vel obstinati. § Ad collegam § D. Brutum. § Ita se habet § q Ant. non recipiatur à Lepido. § Nec tñ erimus §. s. liberati § Reliquiis § quia fuerat iam fusus Ant. apud Mutinam § Confectorem § finitorem. § Quem § . s. confectorem belli § Confido § indubitanter credo. § Studia § respondet nunc particulæ epistolæ Planci qui scripserat officia Cic. erga se sibi gratissima, quod Cic. scripsit se non admirari, vehementer autem lætari. § Quæ § studia mea erga te. § Si recte istic erit § si recte egeris res in ista prouincia, vbi tu es.

ASCAN. ITa erant &c. § Binis literis declarauerat Plancus se coniungendum breui cum Lepido, sed intellexisse Lepidum ad Antonium transisse, quod Cic. nunc scribit non ita esse. Monet ergo vt bellum conficiat dicens. Omnia, quæ afferebantur istinc. i. à te & exercitu tuo erant ita incerta, vt non occurreret quid scriberem. i. scribere deberem ad te. enim. i quia, modo. i. interdum ea nunciabantur de Lep. quæ vellemus, modo. i. interdum contra. i. contraria, vtpote quæ vellemus: tñ constans fama est de te. s. te nec posse decipi. i. capi per insidias, nec vinci. i. per vim apertam, quorum. s. duorum fortuna habet partem quandam alterius. s. eius quod est vinci non posse; alterū i. decedi non posse, est proprium prudentiæ tuæ. Sed accepi literas datas à collega tuo. s. D. Bruto Idibus Maii, in quibus erat te scripsisse Ant. non recipi à Lepido. quod erit certius si tu scripseris idem ad nos. sed fortasse minus. i. non, audes, propter inanem lætitiam literarum superiorum, in quibus scripserat se propediem coniungēdum cum Lep. Verum o Plance tu noluisti id. s. vt errarem: vel, vt errarem id. i. in ea re. Quis. n. effugerit, id s. aliqñ errare aut potius id qđ scriptum erat in literis tuis, nobis, quia eas non habemus, ignotum. quis non viderit te potuisse decipi sic. s. per tantam fraudem cum haberes obsides & Laterensem interpretem & auctorem, sed quia prius dixit famam constantē esse, ipsum non posse decipi. Legunt hic quidam non potuisse. verum quia dicit sic, stare pōt ipsum non planè deceptum, sed sic. i. ex parte. Nunc vero ēt causa erroris est sublata iam, hoc est credulitas quæ nulla esse debet de homine semel fœdifrago. Culpa enim illa. Bis ad eundem. s. scopulum nauem impingere, aut ad eundem insidiarum locum incidere, aut ad eandem cām erroris eiicere, est reprehensa prouerbio vulgari. s. dictanti non dandam veniam excusantibus eundem errorem. Sin. i. sed si sup. prius non errasti, sed res habet se ita vt scripsisti ad collegam. s. Brut. nos sumus liberati omni cura. Nec tñ erimus. s. securi, aut certiores, priusq̄ feceris nos certiores ita esse. Sentētia mea quidem est hæc, vt scripsi sæpius ad te, qui oppresserit reliquias huius belli. s. cum Ant. cum fore confectorem. i. finitorē totius belli, quem. s. confectorē totius belli ego & opto & confido te futurū esse. Ego minime emiror, & vehementer lætor, studia mea erga te quibus certe nulla potuerūt esse maiora, esse tibi tā grata, q̄ i. quantū ego putaui, fore. i. futura esse. Quæ quidē. s. studia mea erga te, tu cognosces maiora, & grauiora, si recte erit illic. i. tecū & cum exercitu tuo. 4. cal. Iun.

PAVL. MAN. ERrare § Potuisti errare, decipi non potuisti. error. n. facile in mentem irrepit, neq; id cuiquam licet effugere. qui autem qui decipiuntur, ostendunt se minus valere prudentia. q̄ satis sit: itcirco tu, qui prudentissimus es, decipi non potuisti. & est turpius decipi, quàm errare. nam erramus ipsi, opinione lapsi; decipimur ab aliis, prudentia victi. sed quoniam, inquit Cicero, credulitas te in errorem induxit, cum sperares, Lepido te esse bono vsurum qui deinde tuam spem fefellit; eadem credulitas non iam te amplius in eundē errorē inducet. nam te expertus es, Lepidum esse infidum, neque eum recte facturum. ergo etiam erroris causa sublata iam est, vt iam non modo decipi, sed ne errare quidem possis. nisi si in eadem re iterum errare, hoc est, iterum Lepido velles credere, homini fallacissimo, & à reip. partibus alieno quod si committeres, magnam infamiam subires. q quasi ad eundem lapidem, vt dicitur, offendisses. quam culpam scis vulgari prouerbio esse reprehensam. § Furentibus § sic in antiquo Signnii libro: in aliis, Feruentibus vtrunque recte: itaq; nihil muto. Furere, de irato homine, non semel vsurpat Cicero: feruere, μεταφορικῶς idem valet: quæ vel pueris ex vulgatis, vt appellant, dictionariis nota sunt. § Eatrusum § ita malui, quàm, Detrusum: quo minus à veterum librorum testimonio discederem, quibus in omnibus, quos quidem adhuc inspexerim, scriptum esse video, Et rursum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nunciat Ciceroni, quo pacto frustratus sit eum Lepidus, & qua ratione perfidiam eius deprehenderit.

PLANCVS S. D. CICERONI. 21

PVDERET me inconstantiæ mearum literarum, si non hæc ex aliena leuitate penderent. omnia feci, quare, Lepido coniuncto ad remp. defendendam, minore sollicitudine vestra perditis resisterem: omnia ei & petenti recipi, & vltro pollicitus sum; scripsiq; tibi biduo ante, confidere me bono Lepido esse vsurum, communiq; consilio bellum administraturum. credidi chirographis eius, affirmationi præsentis Laterensis, qui tum apud me erat, reconciliaremq; me Lepido fidemq; haberem, orabat non licere diutius bene de eo sperare. illud certe caui. & cauebo, ne mea credulitate reip. summa fallatur. Cum* Isaram flumen, vno die ponte confecto, exercitum* transduxissem, pro magnitudine rei celeritatem adhibens, quòd petierat per literas ipse, vt maturarem venire: præsto mihi fuit stator eius cum literis, quibus ne venirem, denuntiabat: se posse conficere per se negotium: interea ad Isaram expectarem. indicabo temerarium meum consilium tibi: nihilo minus ire decreueram, existimans eum socium gloria vitare. putabam posse me nec de laude* ieiuni hominis* delibare quidquam, & subesse tamen propinquis locis, vt, si durius aliquid esset, succurrere celeriter possem. ego non malus homo hoc suspicabar. at Laterensis, vir sanctissimus, suo chirographo mittit mihi literas, in eisq;, desperans de se, de exercitu, de Lepidi fide, querensque se destitutum, aperte denuntiat, videam ne fallar: suam fidem* solutam esse; reipub. ne desim. exemplar eius chirographi Titio dedi. ipsa chirographa omnia, & quibus credidi, & ea, quibus fidem non habendam putaui,* Lævo Cispio dabo perferenda, qui omnibus his interfuit rebus. accessit eò, vt milites eius cum Lepidus concionaretur, improbi per se,* corrupti etiam per eos, qui præsunt, Canidios, Rufrenosq;, & ceteros, quos, cum opus erit, scietis, conclamarint viri boni, pacem se velle, neq; esse cum vllis pugnaturos, duobus iam consulibus*

propter veteres inimicitias. ep. 23 15. 18. & 33. h.l.

ep. 11. l. 15. transiiceret, dixit, ep. 18. h.l.

nota metaphora i duobus verbis,

se iam non teneri promissis.

ep. 18. h.l. & Festus in verbo, Sepulmonium. ep. 15. h.l.

Autonium secum. correxerat.

de 4 legionibus mimini ep 15 & de quinque epist. 8. h. l.

ep. 14. h. l.

vt ad Mutinam.

libus singularibus occisis, tot ciuibus pro patria amissis, hostibus denique omnibus iudicatis, bonisq; publicatis, neque hoc aut vindicarat Lepidus, aut sanarat. huc me venire, & duobus exercitibus coniunctis obijcere exercitum fidelissimum, maxima auxilia, principes Galliæ, prouinciam cunctam summæ dementiæ et temeritatis esse vidi: mihiq; si ita oppressus essem, remq; pub. mecum prodidissem mortuo non modo honorem, sed misericordiam quoq; defuturam. itaq; rediturus sum: nec tanta munera perditis hominibus dari posse sinam. exercitum locis vt habeam opportunis, prouinciam tuear, etiam si ille exercitus defecerit, omnia vt integra seruem, dabo operam, quoad exercitus huc summittatis, pariq; felicitate remp. hic vindicetis. nec depugnare, si occasio tulerit; nec obsideri, si necesse fuerit; nec mori, si casus inciderit, pro vobis paratior fuerit quisquàm. Quare hortor te, mi Cicero, exercitum huc transijciendum quàm primum cures, & matures prius, quàm hostes magis corroborentur, & nostri perturbentur. in quo si celeritas erit adhibita; resp. in possessione victoriæ, deletis sceleratis permanebit. Fac valeas, meque diligas. Fratrem meum tibi, fortissimum ciuem & ad omnia paratissimum, excusem literis? qui ex labore in febriculam incidit assiduam, & satis molestam. cum primum poterit istuc recurrere, non dubitabit; ne quo loco

ep. 17. h. l.

reip. desit. Meam dignitatem commendatam habeas, rogo. concupiscere me nihil oportet. habeo te & amantissimum mei, & quod optaui, summæ auctoritatis. tu videris, quantum, & quando tuum munus apud me velis esse. tantum te rogo, in Hirtij locum me subdas, & ad tuum amorem, & ad meam obseruantiam. Vale.

supra, ep. 9. Tēporis, & rei te &c.

RVBER.

Puderet me} Quia, vt supra diximus, scripserat Pl. se sperare habere Lep & coniunctum & fidum ad remp. defendendam, cum inuenisset se ab eo deceptum, hac epist. se excusauit, omnemq; culpam transtulit in leuitatem & perfidiam Lep. à qua dicit sibi oīa demonstrata fuisse, quibus facile potuisset credere. Narrat, autem, quō deprehenderit eius perfidiam, tum ex eius Statore, tum ex literis Laterensis. Deinde exponit, quo aio essent quidam ex militibus Lepidi, viaq; se constituisse quin ad eum veniret, sed vidisse esse summæ dementiæ obijcere se & exercitū suum tantis periculis, si Lep. cum Ant. coniunctus fuisset. pollicetur tñ se defensurum prouinciam quantum poterit, seruaturumq; omnia integra, donec ad eum transmittatur exercitus, qui erat in Italia. quod vt q̃ primum fiat, rogat Cic. Postremo excusat fratrem suum, q̧ non citius venerit, quia laborauerat febri: quem ostendit esse paratum ad oīa commoda reip. petitq; à Cic. vt eum cōmendatum habeat: &, si potuerit, substituat eum in locum Hirtij cōsulis, qui perierat in bello Mutinensi. } Inconstātiæ } instabilitatis, varietatis quia cum scripserim primum Lep. coniunctū esse mecum, postea scribam non ita esse. } Penderent } procederent. } Aliena } s. Lepidi. } Quare } ob quam rē. } Perditis } sceleratis. } Recepi } promisi cum obligatione. } Pollicitus sum } obtuli } Bono } fido amico reip. } Cōmuni } & suo, & meo. } Chirographis } scriptis manu eius. } Affirmationi } attestationi, qui dicebat eum oīno ita esse facturum. } Reconciliarem } vt redirem in gratiā. } Fidem haberem } .i. vt crederem Lep } Non licuit } non potui, quia statim mutauit propositum. } Summa reip. } .i. status ipse re p. } Cum Isarā } nunc Pl. dicit quō mutationem Lepidi intellexerit. quia cum iret ad eius auxilium sicut ab eo rogatus fuerat, statim admonitus est ab eius nuntio ne iret, sed eum ad Isaram expectaret. } Quod petierat per literas } quia ipse ad me scripserat, vt q̃ primū ad eum venirē. } Presto fuit } obtulit se mihi, occurrit. } Stator } cubicularius. est. n. nomen officij. dicitur aūt stator, vt supra plenius diximus, qui apud imperatorem, vel prætorē assidue stat, quales sunt cubicularij. } ve posse } s. scribebat. } Per se } sine auxilio meo. } Conficere negotium } resistere M. Ant. & sustinere oēm impetum belli. } Indicabo } fatebor. } Nihilo minus } licet scripsisset ne irem. } Socium gloriæ } partic pem gloriæ. i. existimans q̧ ipse solus vellet habere gloriā de superato M. Ant. } Delibare } degustare, sumere. } Ieiunij } insatiabilis, quia omnia sibi appetit, sicut ieiunij. } Subesse } latenter esse. s. putabam. } Durius } asperius. i. si quid periculosius ei immineret. } Non malus homo } .i. bonæ intētionis. } Suo chirographo } propria manu scriptas. } Desperaus } spem amittens. } Destitutum } acceptum, derelictū à Lepido. } Ne fallar } à Lepido. } Suam fidem solutā esse } suam fidem quā mihi dederat, cum affirmaret de Lepido esse fractam, quia non posset eam p̄stare, quia Lep. eū decepisset. supra. n. dixit, credidi chirographis eius, affirmationi prima Laterensis. } Læuo C. } legato meo, de quo supra in æ epist. quæ incipit, Quid in aīo habuerim. } Perferenda } ad vos. } Cōcionaretur } orationem haberet pro concione. } Improbi per se } .i. sua natura mali } Corrupti } facti mali. } Per eos, qui præsunt } .i. ab iis qui eis præsunt. & declarat qui sint. } Canidios, & Rufrenos } pluralem posuit pro singulari inuidiose. Nam Canidius & Rufrenus, mali viri, tribuni, corruperant milites, & eos à rep. alienauerant. } Quos } ceteros. } Viri boni } ironice. } Duobus consulibus } Hirtio, & Pansa. } Occisis } in bello Mutinensi } Amissis } mortuis. } Indicatis } à senatu. Hoc quod dicerāt milites se nolle pugnare aduersus aliquem pro re p. propter causas supra dictas } Vindicarat } punierat. } Aut sanarat } mitigauerat aliqua exhortatione. vnde & ipse videtur assentiri voluntati militū ne pugnent contra Ant. } Huc } pro illuc. s. ad Lep. } Duobus } Lepidi, & Ant. } Obijcere } tanq̃ vilem. } Maxima auxilia } s. obijcere. i. eos, qui venissent in auxiliū meum } Principes Galliæ } qui fauebant mihi. } Ita } s. obijciendo temere duobus exercitibus cōiunctis. } Oppressus } fusus. deletus cum exercitu. } Perdidissem } deleuissem. } Non modo honorem mortuo } quia iis, qui pro rep. mortui fuissent, magnificentissima funera debentur: qui vero eam perdidissent, nulla oratio. } Misericordiam defuturam } .i. fore vt nemo misereretur mei, sed potius diceret me merito perijsse. } Rediturus } reuersurus vt nullo pacto eam ad ipsum Lepidum. } Tanta munera } tantas occasiones. s. vt obijcerem eis exercitū meum, prouinciam, & principes Galliæ &c. quæ ipsi munera existimarent } Perditis } sceleratis } Oportunis } cōmodis. } Ille exercitus } .s. Lepidi. } Defecerit } defecerit, rebellauerit. } Integra } sine detrimento in eo statu, in quo nunc sunt. } Quoad } quousq;. Summittatis } celeriter mittatis. } Exercitus } Brut. & Cæs. Octauiani. } Pari } sicut vindicastis apud Mutinam. } Nec depugnare } pollicetur Plancus se paratissimum esse pro rep. ad oīa ad mortem vsq;, nec cuiq̃ cessurum. } Transijciēdum } transmittendum. } Corroborentur } confirmentur, capiant vires nobis quiescentibus. } Perturbent } videntes q̧ non mittantur auxilia. } In quo } in quare. s. vt trasijciatur exercitus } In possessione } quia iam habuerat vnā victoriam apud Mutinam. } Fratrem meum } Planc } In febriculā } sic supra, fratrē meum assiduis laboribus, cōcursationibusq; confectū grauiter se habuisse antea tibi scripsi. } Concupiscere } .i. mihi optare. } Habeo te } .i. relinquo iudicio tuo, qui me plurimum amas, vt quantū tu velis, & qñ tu velis, mihi conferas. sic supra, Concupisco aūt nihil mihi, contra q̃ ipse pugno. sed & temporis, & rei te moderatorem facile patior esse. } Subdas } substituas. } Hirtij } consulis, qui in bello interiit.

ASCAN.

Puderet me &c. } Quia scripserat Plancus se sperare vt haberet Lepidū & coniunctū & fidum ad remp. defendendā, ideo, cum inuenisset se ab eo deceptum, hac epistola se excusauit, oēmq; culpam trāstulit in leuitatem & perfidiam Lepidi: quam quō deprehenderit, etiam scribit & se vix continere potuisse quin ad eum iuerit, sed vidisse fore summæ dementiæ obijcere & se & suos tantis periculis. Purgatq; fratrem q̧ non citius venerit: cōmendatq; eum: rogatq; vt ipse met in Hirtij locum substituatur. Ordo est. Puderet me inconstantiæ literarum mearum, si sup. literæ meæ non penderent ex leuitate. i. inconstantia aliena. s. Lepidi. Mallem tñ legere penderet vt sit, si inconstantia literarum mearum non penderet ex leuitate aliena. Feci oīa, quare. i. quamobrem, Lepido coniuncto. s. mihi, ad defendendam remp ego resisterem perditis. s. ciuibus Antonio & eius fautoribus sup. cum minore, solicitudine vestra. Ego & .i. simul, recepi. i. promisi oīa sup Lepido petenti, & scripsi tibi biduo ante, me cōfidere me vsurum Lep bono. i. amico & fauorabili & administraturum bellum consilio cōmuni i. cōicato cum Lepido Credidi. i fidem adhibui, chirographis i. scriptis manu eius. s. Lepidi, credidi affirmationi Laterēsi. qui erat tum. i. tunc apud me, & orabat, sup. vt reconciliarem. i. in amicitiam coniungerem me Lepido, & haberem fidem. i. confiderē. Non licuit. i. non est datum aut concessum sperare bene de eo s. Lepido diutius. i multum diu Ego certe caui. i. cauendo insidias effeci, & cauebo s. deinceps, ne summa. i. suprema salus reip. fallatur. i. decipiatur, & fraudetur, credulitate mea. i. per credulitatē meā, hoc est facilitate credēdi. Cum traduxissem exercitum Hisaram, aut Isaram i. duxissem

epist. 18.

duxissem trans Isaram flumen in Delphinatu ponte effecto, vno die, in quo commendat celeritatem. mirum est tamen quod alibi dicit duobus castellis, & multo præsidio capita pontis munita reliquisse, si vno die pontem fecerit, adhibens celeritatem pro magnitudine rei, quæ.s. id exigebat, vtpote accessio Lepidi, & exercitus eius ad rempub. vti sperabat, quòd.i. quia, ipse.s. Lepidus capur rei petierat per literas vt maturaram venire. Stator.i. minister publicus, dictus à stando, quòd stet paratus ad eundum quò mittatur, fuit præsto.i. præsens cum literis eius, quibus denuntiabat i. contrariæ sententiæ factus significabat ne venirem .s. ad ipsum Et denuntiabat se posse conficere.i. absoluere negotium i. expugnationem Antonij & liberationem reip. per se, & sup. vt ea pectarem sup. eum ad Isaram. Indicabo tibi o Cicero consilium meum temerarium. ego decreueram ire.s. ad Lepidum. nihilo minus.i quamuis denuntiasset mihi ne irem existimans eum vitare.i. fugere socium gloriæ, hoc est velle se solum habere laudem deuicti Antonij. Putabam.s. secundo loco, me nec delibare.i. degustare quidquam de laude hominis ieiuni.i. sic auidi ad laudem vt ieiunus est ad cibum, & putabam tamen subesse.i. clam inesse locis propinquis, vt si aliquid esset i. accideret durius, hoc est si forte succumberet Lepidus, possem succurrere celeriter. Ego homo non malus.i. minime astutus, suspicabar hoc: at Laterensis vir sanctissimæ.i. integerrimæ fidei, mittit mihi literas suo chirographo.i. scripto manus suæ, & desperans meis.s. copijs, de se, de exercitu, de fide Lepidi, & querens se destitutum.i. derelictum solum in fide. In quibus.s. literis, ipse denuntiat aperte sup. vt videam i. prospiciam, ne fallar, fidem suam esse solutam, aut à se, aut à Lepido. si à se, sensus est, fidem suam non esse obligatam ad præstanda quæ non posset, cum denuntiaret se amplius non posse. si à Lepido, dic solutam.i. violatam & interruptam, ne desim.i. vt consulam reip. Ego nisi Tirio exemplar.i. vt dicunt duplum chirographi.i. manu scripti, eius. Ego dabo Læuo Cispio perferenda.i. ad senatum, omnia chirographa.i. scripta manibus Lepidi, Laterensis, & aliorum ea quibus credidi.s. promissis eorum, & ea quibus putaui fidem non habendam.i. non credendum esse, qui.s. Læuo Cispius interfuit omnibus his rebus. Accessit.i. additum est, eò i. ad eam infidelitatem Lepidi, & cum Lepidus concionaretur.i. orationem haberet ad milites suos: milites eius improbi per se.i. propria natura, & corrupti etiam per eos qui præsunt, vtpote per Canidios, Rufrenos, & ceteros, quos scietis, cum opus fuerit, conclamarint, sup. tanquam viri boni se velle pacem, neque esse pugnaturos cum illis, & hoc duobus consulibus singularibus.s. Hirtio & Pansa iam occisis, tot ciuibus amissis pro patria. Denique omnibus.s. Antonianis iudicatis.s. à senatu hostibus & bonis.s. eorum publicatis, neque Lepidus aut vindicarat hoc, aut sanarat i. ad sanum consilium conuerterat. Ego vidi.i. consideraui, me venire huc.i. ad talem exercitum, & obijcere.s. trucidandum duobus exercitibus coniunctis.s. Antonij, & Lepidi, exercitum fidelissimum, & ita diligendum & maxime auxilia Galliæ, & cunctam prouinciam, esse summæ dementiæ & temeritatis. & vidi si oppressus essem ita & perdidissem remp. mecum, non modo honorem, sed quoque.i. etiam, misericordiam defuturam mihi mortuo. Itaque rediturus sum.s. in prouinciam, nec sinam.i. patiar, tanta munera.i. tam fidelem & bene instructum exercitum posse dari.i. obijci, hominibus perditis. Ego habebo exercitum locis opportunis tuear.i. protegam prouinciam, etiam si ille.s. Lepidi exercitus descriuerit.i. defecerit à rep. ad Antonium, & dabo operam vt seruem omnia integra.i. neq; imminuta, quoad.i. donec mittatis huc exercitum, & vindicetis.i. libertati restituatis remp. pari felicitate, qua.s. apud Mutinam. Nec quisquam fuerit paratior .s. quàm ego, depugnare.i. excidionalem pugnam obire, si occasio tulerit.i. dederit, nec obsideri, si necesse fuerit, nec mori pro vobis.s. si casus inciderit Quare o mi Cic. ego hortor te sup. vt cures exercitum traijciendum.i. trans Alpes mittendum huc.i. ad nos quamprimum.i. valde cito, & matures.i. acceleres priusquam hostes corroborentur, nam & nostri qui pauciores, & debiliores sunt, perturbantur. In quo.i. in qua re., hoc est exercitus traiectione, si celeritas erit adhibita, resp. manebit in possessione victoriæ s. apud Mutinam initæ, & hoc sceleratis.s. reliquis deletis. Fac sup. vt valeas & diligas me. Hic videtur finis superioris epistolæ, vt sequentia nouam constituant, aut saltem seorsum scripta censeantur. Sunt.n. alterius argumenti, & quæ sic scripta videntur, vt à solo Cic. legantur, cum superiora ab omnibus legi possint. Ordo autem est. Excusem literis.s. mittendis ad senatum fratrem meum ciuem fortissimum tibi & paratissimum ad omnia.s. mandata obeunda? qui.s. frater incidit ex labore.i. fatigatione, in febriculam assiduam & satis molestam. Cum primum poterit, non dubitabit reccurrere istuc.i. ad vos, ne quo.i. aliquo loco desit reip. Ego rogo sup. vt habeas dignitatẽ meam commendatam.s. tibi, hoc est suscipias eam protegendam ab obtrectatoribus. Sed sup. nihil oportet me concupiscere. nam sup. habeo te, & .i. simul amantissimum mei, & quod optaui, summæ auctoritatis. q.d. qui velis cum sis amantissimus mei, & possis me defendere, cum sis summæ auctoritatis. Tu videris.i. tuum fuerit videre, & iudicare, quantum.i. quàm magnum, & quando.i. quo tempore, velis tuum munus esse apud me.i. me tibi esse obnoxium, aut tuum munus esse apud me.i. me obire munus & partes tuas. q.d. fuero semper & in omnibus paratus, vt sit simile illi postea ab Aeolo apud Virg. ad Iunonem dicto, Tuus o regina quid optes Explorare labor, mihi iussa capessere fas est. Et rogo te tantum.i duntaxat sup. vt subdas.i. sufficias & substituas me in locum Hirtij i. sim pro Hirtio consul, & .i. simul ad amorem tuum.n. s. augendum in me, & ad obseruantiam meam.s. augendam in te obseruando. q.d. cum id & amor tuus in me, & obseruantia meam te exigat.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

De agris diuidundis agebatur Romæ: quod cum Plancus accepisset, vt militibus suis gratior esset, ipse quoque petere instituit: & de ea re literas Ciceroni scripseras: ad quas respondet Tullius.

CICERO S. D. PLANCO. 22



N te, & in collega omnis spes est dijs approbantibus. concordia vestra, quæ senatui declarata literis vestris est, mirifice, & senatus, & cuncta ciuitas delectata est. Quod ad me scripseras de re *agraria: si consultus senatus esset, vt quisque de te honorificentissimam sententiam dixisset, eam secutus essem: qui certe ego fuissem: sed, propter tarditatem sententiarum, moramque rerum, cum ea, quæ* consideban tur, ad exitum non peruenirent; commodissimum mihi, Plancoque fratri visum est, vti eo, quod ne nostro arbitratu componeretur, quis fuerit impedimento, arbitror te ex Planci literis cognouisse. sed siue in S. C. siue in ceteris rebus desideras aliquid, sic tibi persuade,* tantam esse apud omnes bonos tui caritatem, vt nullum genus amplissimæ dignitatis excogitari possit, quod tibi non paratum sit. Literas tuas vehementer expecto, & quidem tales, quales maxime opto. Vale.*

epist. 8. 18. & 20. h. l.

idem & D. Brutus cupiebat. ep. 12. h. l.

de quibus ad senatum referebatur.

ad minuendum dolorẽ ob S. C. minus ea sententia scriptum.

IN te, & in collega } Cum Brutus recepisset se in Galliam ad Pl. scripserat Plan. magnam esse inter se concordiam ad defendendam patriam: qua re dicit Cicero & senatum & totam ciuitatem vehementer delectatam esse. Deinde quia rogauerat Plan. Cic. vt si senatus fuisset interrogatus de re agraria, assentiretur ipse Cic. ijs, qui honorifice dixisset pro Plan. qui hanc curabat magis propter milites suos quàm propter se, vt infra alio loco dicet; respondet Cic se fuisse paratissimum: sed, cum nihil concluderetur in senatu propter tarditatem eorum, qui dicebant sententias, visum fuisse & sibi & Pl. Planci fratri, vt facerent id, quod non potuit componi arbitratu ipsorum quodam impediente, de quo dicit se putare esse ad eum scriptum à Pl. eius fratre. Postremo dicit eum non debere dubitare tantam esse ei caritatem apud omnes bonos, vt non possit omnia obtinere. {Collega} D. Bruto. {Omnis spes} conficiendi belli. {Dijs approbantibus} dijs fauentibus. {Concordia vestra} tua & collegæ Bruti. {De re agraria} quærebat enim Plan. vt in distributione agrorum, qui erant viritim diuidendi inter bonos ciues, ipse esset commendatus. {Consultus} interrogatus, vt diximus in primo libro. {Vt} sicut. {Honorificentissimam} cum laude & commendatione tua. {Eam secutus essem} .i. eam approbassem. {Qui fuissem} .i. qui fuissem ille, qui dixissem sententiam honorificentissimam pro te, & non solum essem secutus sententiam aliorum. {Sed} dicit Cic. quare non potuerit dicere sententiam pro Pl. {Quæ consulebantur} quæ interrogabantur in senatu, vel quæ deliberantur. {Fratri} tuo. {Vti

VVAAR.

eo} .i.id capere. {Quod ne} .i.quod quidam de quo ad te puto fratrem tuum scripsisse, impediuit nos ne fieret, vt volebamus. Est autem ordo, visum est mihi & Pl. fratri vti eo, quod vt ne componeretur arbitratu nostro, ooo arbitror te cognouisse ea literis Plan fratris, quis fuerit impedimento. impediti enim fueraot à quodam, quem non nominat, ne illa res agraria componeretur, vt volebant ipsi Cic & Pl. frater. {In S. C} .i.in ijs, quæ à senatu deliberanda sunt. {Caritatem tui} amorem erga te. {Tales} .s.quæ declarent mihi Aotonium oppressum.

ASCEN. IN te &c. {Cum Br. recepisset se in Galliam ad Plancum, scripserat Plancus se cum eo ad patriæ defensionem consentire. de qua re nunc dicit Cic. senatum populumque R. mirifice lætatum. Deinde quòd de Agraria lege rogatus erat, dicit se ad id paratum fuisse, sed opportunitatem defuisse, iterum inflammans homioem ad reip. protectionem, & ad literarum scriptionem. Ordo est: Omnis spes .s.reip. aut salutis est in te o Plance, & io collega .s.tuo Bruto. dijs approbaotibus .i.vota nostra & vestra secundantibus. Et .i.simul sena tus, & cuncta ciuitas .s.Romana, delectata est mirifice, concordia vestra .i propter vestram coocordiam quæ declarata est .i.clare significata senatui literis vestris. Quod tn scripseras ad me de re agraria .i.de agris diuidendis militibus tuis, vt bene de rep. meritis: si senatus esset consultus .i.rogatus seotentias, vt quisque dixisset sententiam honoratissimam .s.tibi secutus essem eam, qua .s.sententia honoratissima tibi aut de te, ego certe fuissem, sed ea, quæ consulebantur .i. de quibus fiebat consultatio, non peruenirent ad exitum .i.ad decretiooem, visum est mihi & fratri .s.tuo Plaoco, commodissimum vti eo .s.quo vt scis vsi sumus, quod .s.decretum quo vsi sumus, ergo arbitror te cognouisse ex literis Planci .s. fratris tui, quis fuerit impedimento .i.impediuerit, ne componeretur .i.fieret & absolueretur, arbitratu nostro .i.secundum arbitratum & voluntatem oostram, hoc est Planci & meam. Sicut in multis alijs epistolis, quia res erat nota scribeoti & ei ad quem scribit, nobis mansit ignota. Quis .n. diuinauerit, quod fuerit quo vsi sint, aut quis impediuerit quo minus senatusconsultum, & senteotia vtriusque fuerit factum? Sed siue tu desideras aliquid in seoatusconsulto, siue in ceteris rebus, persuade tibi sic, caritatem toi .i.io te esse tantam apud omnes bonos, vtpote reip. amatores, vt nullum genus dignitatis amplissimæ possit ea cogitari .s.à te quod non sit paratum tibi. Plus est quod dicit ea cogitari, quàm si diceret posci: facilius .n. est aliquid excogitare quàm poscere. Plus etiam est quod dicit quod tibi oon paratum sit, quàm si diceret, quod tibi non detur: quia quod paratum est, ea pectat habiturum, etiam si non petierit. Ego expecto vehemeoter literas tuas, & quidem tales quales maxime opto, hoc est quibus significes te hostes deleuisse, aut quid simile.

ARG. Excusat se, quod Lepido crediderit: & suam diligentiam in copijs tuto retrahendis declarat accepto nuntio de Lepidi, Antonijque coniunctione. quo in periculo subsidium Cæsariani exercitus postulat.

PLANCVS S. D. CICERONI. 23



NVNQVAM mehercule, mi Cicero, me penitebit maxima pericula pro patria subire, dum, si quid* acciderit mihi, à reprehensione temeritatis absim. Confiterer imprudentia me lapsum, si vnquam Lepido ex animo credidissem. CREDVLITAS enim error est magis, quàm culpa; & quidem in optimi cuiusque mentem facillime irrepit. sed ego non hoc vitio pene sum deceptus: Lepidum enim pulchre noram. quid ergo est? pudor me, qui in* bello maxime est periculosus, hunc casum coegit subire. nam, si vno loco essem, verebar ne cui obtrectatorum viderer & nimium pertinaciter Lepido* offensus, & mea patientia etiam alere bellum. itaque copias prope in aspectum Lepidi, Antonijq; adduxi; quadragintaq; millium passuum spatio relicto, consedi, eo consilio, vt vel celeriter accedere, vel* salutariter recipere me possem. adiunxi hæc in loco eligendo, flumen oppositum vt haberem, in quo mora transitus esset; Vocontij sub manu vt essent, per quorum loca mihi fideliter pateret iter. Lepidus, desperato aduentu meo, quem non mediocriter captabat, se cum Antonio coniunxit ad IIII. kal. Iun. eodemque die ad me castra mouerunt. viginti millia passuum cum abessent, res mihi nuntiata est. dedi operam deum benignitate, vt & celeriter me reciperem, & hic discessus nihil fugæ simile* haberet, non miles vllus, non eques, non quidquam impedimentorum amitteretur, aut ab illis feruentibus latronibus interciperetur. itaque pridie non. Iun. omnes copias Isaram transieci, pontesque, quos feceram, interrupi, vt & spatium ad se* colligendum homines haberent, & ego me interea cum collega coniungerem; quem triduo, cum has dabam literas, expectabam. *Laterensis nostri & fidem, & animum singularem in remp. semper fatebor. sed certe nimia eius indulgentia in Lepidum, ad hæc pericula perspiciunda fecit eum minus sagacem. qui quidem cum in fraudem se deductum videret, manus, quas iustius in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre conatus est. in quo casu tamen interpellatus, adhuc* viuit, & dicitur victurus. sed tamen de hoc mihi parum certum est. Magno cum dolore parricidarum elapsus sum ijs: veniebant enim eodem furore in me, quo in patriam, incitati. iracundias autem harum rerum recentes habebant, quòd Lepidum castigare non desiteram, vt extingueret bellum: quòd colloquia facta improbabam: quòd legatos, fide Lepidi missos ad me, in conspectum venire vetueram: quòd C. Catinium Vestinum trib. mil. missum ab Antonio ad eum cum literis, exceperam. in quo hanc capio voluptatem, quòd certe, quo magis me petiuerunt, tanto maiorem ijs frustatio dolorem attulit. Tu, mi Cicero, quod adhuc fecisti, idem præsta, vt vigilanter,* neruoseque nos, qui stamus in acie, subornes. veniat Cæsar cum copijs, quas habet firmissimas: aut, si ipsum aliqua res impedit, exercitus eius mittatur: cuius ipsius magnum* periculum agitur. quidquid aliquando futurum fuit in castris perditorum contra patriam, hoc omne iam conuenit. pro vrbis vero salute cur non omnibus facultatibus, quas habemus, vtamur? quòd si vos istic non defueritis; profecto, quod ad me attinet, omnibus rebus abunde reip. satisfaciam. Te quidem, mi Cicero, in dies mehercule habeo cariorem: solicitudinesque meas quotidie magis tua merita* exacuunt, ne quid aut ex amore, aut ex iudicio tuo perdam. opto, vt mihi liceat iam præsenti pietate meorum officiorum tua beneficia tibi facere iucundiora. Vale. VIII. idus Iun. Cularone, ex finibus Allobrogum.

vt fortuna fert. ep. 20. h.l.

maxime.n. ad res gerendas interest, optime de duce vet eure milites opinari.

ep. 18. h. l. pro infensus. Phil. e alij, cum salute.

quod in duce non minus laudari solet, quàm si prælio vicerit.

ex timore recreandos.

ep. 18. h.l.

eum ex illo vulnere perijsse affirmat Dio l. 46. & Velleius l. 2.

vehementer, vt in hoc intendas omnes neruos

erat .n. ei inimicus Antonius, victus iam ab eo ad Mutinam.

excitant. sic lib. 1. de or. & ad Att. lib. 12.

HVBBR. NVnquam} Quia cum Plan. putaret se coniunctum esse cum Lep. fuerat ab eo deceptus, hac epistola primum se excusat, oe videatur per imprudentiam fuisse deceptus. Deinde scribit quemadmodum & sibi & exercitui suo prouiderit, posteaquam cognouit perfidiam Lepidi. & excusat Laterensem, qui affirmauerat de Lepido non malitiose vt deciperet Planc. sed propter nimiam indulgentiam suam erga Lepidum. à quo posteaquam vidit se deceptum, dicit eum tantum dolorem accepisse, vt voluerit seipsum interficere. incertumque adhuc sibi esse verum sit victurus. Narrat quantum doluerint Lepidus & M. Ant. quòd non potuerint intercipere ipsum Plancum. & exponit aliquas causas odij Lepidi erga se. Hortatur postremo Cic. vt det operam Cæsarem Octauianum ad se mitti cum exercitu, aut saltem eius exercitum: dicit enim quòd si ipsi recte gesserint res Romæ, ipse bene tuebitur prouinciam. {Acciderit} male euenerit. {Absim à reprehensione temeritatis} .i.non reprehendar fuisse temerarius, & imprudenter fecisse. {Lapsum} .i.cespitasse. {Credulitas} facile credere. {Error} cum casu quispiam decipitur, & aliud pro alio accipitur: culpa vero cum ob negligentiam quispiam peccat.

{Irrepit}

{Irrepit}ingreditur.{Cuiusque optimi} vt enim quisque optimus est, ita facillime credit, quoniam alios ex ingenio suo iudicat, & plerunque errat. {Penè hoc vitio non sum deceptus} .i.ferè non peccaui etiam per errorem credulitatis, quia nunquam credidi Lepidum bonum. {Noram} .s. malum & inconstantem. {Quid} .s.est, si non fuit credulitatis error, quid ergo est quod te decepit? {Pudor}respondet, sicut supra, Accidit mihi, quod homini pudenti, & cupido satisfaciendi reipub.accidere solet. {Vno loco}ne coniungerem mecum Lepido, sicut ille orabat. {Pertinaciter}obstinate, indurate. {Alere}fouere, in longum deducere. {Offensus}iratus, inimicus. {Mea patiantia} si paterer ipsum esse solum aduersus Ant. {Propè}ferè. {Consedi}constici cum exercitu. {Ego consilio}ea deliberatione. {Accedere}ad ipsos, vel recipere, retrahere. {Cũ salute}me & exercito meo incolumi. {Adiunx}pergit probare se omni prudentia vsum esse ne captaretur insidijs à Lepido. {Oppositum}à Lepido. {Mora}aliqua dilatio, ne tam cito posset trãsire. {Vt essent} subaudi, adiunxi hoc, vel prouidi, vt essent. {Voconij}populi Galliæ, super Quartos non longe à Druentia fluuio De quibus Strabo lib 4 {Sub manu}prouerbialiter dixit.i apud, propè. {Pateret}esset apertum, & facile sine cuiusquam impedimento. {Fideliter}sine insidijs cuiusquam {Captabat} insidiose quærebat. {Res} quòd erant coniuncti, & q mouerent castra contra me. {Deum} deorum. {Reciperem} retraherem in locum tutum. {Nihil simile fugæ} i.ne viderer fugere timore eorum. {Impedimentorum}sarcinarum.dicuntur.n impedimenta onera militaria {Interrupi}fregi, disieci {Colligendum se}intra vrbes suas prius, quàm opprimerentur repentino aduentu hostium. {Fatebor}dicam, & protestabor, licet deceptus sit à Lep. {Indulgentia}obsequium. {Minus sagacem}minus acutum, & diligentem. {Iustius}honestius. {In Lepidum}quia fuit perfidus cõtra eum. {Afferre manus} inijcere manus.i.violenter se manibus proprijs interficere. {Conatus est}tentauit. {Interpellatus} impeditus. {De hoc} quòd sit victurus. {Parricidarum}proditorum. dicuntur.n.quasi parricidæ & interfectores parentum & patriæ proditores, quia patria parens est vniuscuiusque. {Cum dol.}dolent.n summopere quòd non potuerint me excipere & opprimere. {Iis} eis.s.parricidis. {Recentes} nouas. exponit autem causas iracundiarum. {Castigare}obiurgare, reprehendere. {Extingueret}sopiret, penitus tolleret. {Improbabam}accusabam. {Colloquia} ipsius Lep.cum Ant. secreta contra remp. {Fide Lepidi}data eis fide à Lep. {Vestinum}ex Vestinis populis, qui sunt Italiæ vltra Picenum, finitimi Amiternis, vt scr. Str. {Petiuerunt me}insidias in me intenderunt. nam petitiones propriæ gladiatorum dicuntur. & petere est inuidiose aut violenter aggredi, vt apud Virg. Reginam petit Cic.pro Q. Lig. Quid n. Tubero tuus ille destrictus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat {Frustratio}inanis conatus eorum. {Neruose}fortiter. {Subornes}adiuues, instruas. {Cæsar} Octauianus adolescens. {Cuius ipsius} vel Cæs. vel exercitus eius, sed melius Cæsaris, quia fuderat Ant.apud Mutinam. {Agitur}est, im pendet {Quidquid}seorsum est, quidquid necessarium fuit sceleratis & perditis contra patriam, omne paratum est, ita vt nihil desit. nos autem pro defendenda salute, cur non ponimus omnes facultates nostras quas habemus? {Perditorum} parricidarum. {Id o.}id totum. {Conuenit}.i.concordauit, congregatum & compositum est {Istic}Romæ. {In dies} per singulos dies.i.diatim. {Merita}beneficia. {Ex acuunt}incitant. legitur tamen & excutiunt, vt sit sensus, tua merita quotidie magis amouent mihi solicitudines.i.anxietates meas. si autem legitur, ea acuunt, intelligemus sollicitudines.i.curas bene administrandæ reip.& hic sensus est verior, vt declarant sequentia, cum dicit quæ sine solicitudines.s.ne perdat aliquid de amore, aut de opinione Cic.erga se. {Iudicio tuo} .s.de me quia scio te bene de me sentire. {Præsenti pietata} i.præsenti animi affectione.i.oprofacere, vt eum videas nunc meam pietatem erga te & erga patriam, iucundiua tibi sit in me beneficia contulisse.

AACEN. NVnquam &c. {Quia Plancus ab Lepido, vt vidimus, deceptus erat, hac epistola se purgat, ne putetur per imprudentiam suam fuisse deceptus. Deinde scribit quemadmodum sibi & suis prospexerit, postquam perfidiam Lepidi cognouerat: purgatque Laterensem, qui Lapidum commendarat non malitiosa quò Plancum deciperet, sed propter nimiam indulgentiam suam erga Lepidum. Dicit autem ex ea fraude se tantum doluisse, vt parum abfuerit quin sibi mortem inferret. Narrat etiã quàm ægre tulerint Lepidus & Antonius q se.i.Plancum, non circumuenerint. hortaturque, vt Cæsarem Octauium ap se mittat. Ordo est. Nunquam o mi Cicero:i. non pœnitebit vnquam mehercule me subire maxima pericula pro patria, dum.i.dũmodo, si quid.s.aduersitatis acciderit mihi, ego absim.i.immunis sim à reprehensione temeritatis.i.si non vaterer temeritatis argui, si præter opinionem quidquam acciderit. Ego confiterer me lapsum imprudentia, si vnquam credidissem ex animo.i.sincere, & plene Lepido, dico, sup.me lapsum fuisse, non peccasse. Enim.i.quia credulitas.i.facilitas in credendo, est magis error, quam culpa. & quidem, i.certe, ipsa irrepit.i. tacite illabitur, facillime in mentem optimi cuiusq; Quod perquam verum est. Nam mali, cum credant omnes sui similes, non facile decipiuntur. Sed ego sum pene.i.quasi deceptus non hoc vitio.s.credulitatis.dices sup.ergo quid est.s.quòd errasti? Responsio Pudor, qui est maxime periculosus in bello, quia audacem fortuna iuuat, coegit me ad hunc casum. Nam si essem vno loco.i.si manerem in prouincia mea, verebar ne viderer cui.i.alicui obtrectatorum.i.inuidorum, famæ meæ detrahentium, infensus.i.iratus Lepido nimis pertinaciter: si.s.pro communi salute nollem me illi coniungere, & viderer etiã alere bellum, mea patientia.i.longanimitate, aut tarditate, q paterer hostem tandiu viuere, quem coniunctus cum Lepido possem statim opprimere. Itaque adduxi copias, sup.meas, prope.i.quasi in conspectum Lepidi & Antonij. Consedi.i.locum quietis reperi, à consido, quod sic accipitur Aen.1. Vultis & his mecum pariter considere regna? Vnde verum est sido quoque sedi habere in præterito, quod docet Valla. spatiu 45. mill.pass relicto s.à castris Lepido, eo consilio, vt possem vel accedere celeriter s.ad Lepidum, si fuisset in ea sententia, in qua esse debebat: vel possem recipere me.i.à conflictu eripere, cum salute.s.mea & exercitus. Ego adiunxi.i.addidi, hæc i.has res quas res dicam in loco.s.considendi, eligendo.i.in eligendo, vt haberem flumen oppositum.s.exercitui Lep.in quo.s.flumine, esset mora transitus i.in quo transeundo moram traheret Lepidi exercitus. Et sup.adiunxi, hoc est effeci, vt Voconij (alij legunt Vocontij) populi in illis partibus Galliæ, essent sub manu.i.in potestate mea, per quorum loca iter pateret mihi fideliter. Lep.aduẽtu meo, quem captabat non mediocriter, immo ardenter desperato, coniunxit se cum Ant.ad 4. cal. Iun &.s.ipsi coniuncti mouerunt castra.s.sua, ad me.s.procedendo. res est nunciata mihi, cum abessent 20.mill.pass. Ego dedi operam benignitate deum.i.deorum, qui eam mentem dederant, vt &.i.si simul reciperem.i.in loca tuta retraherem me celeriter, & hic discessus nihil haberet simile fugæ, & vllus miles non amitteretur, eques vllus non amitteretur, quidquid impedimentorum.s.itineris, hoc est machinarum & sarcinarum bellicarum non amitteretur, aut interciperetur.i.in medio itinere per insidias caperetur ab illis latronibus feruentibus.i. ardentibus ad prædam. Itaque ego traieci pridie nonas Iunias.i.die præeunte nonas Iunias.i.quarto die Iunij, copias meas Isaram.s.flumẽ Galliæ in Delphinatu. & interrupi pontes quos feceram, vt homines.i.milites mei haberent spatium ad colligendum se.i.ad resumendum animum, & ad componendas res turbatas celeri profectione. Ego coniungerem me interea.s.cum hostes pontes reficerent, cum collega.s.Bruto, quem ego expectabam triduo i. intra triduum affuturum, cum ego dabam.s.ad te has literas. Ego fatebor.i.protestabor semper & fidem & animum singularem in .s.erga rempub. Laterensis nostri.s.communis amici. Sed certe nimia indulgentia.i.immoderatus amor eius in Lep. fecit eum minus sagacem.i.prouidentem ad hæc pericula perspienda. Qui .s.Laterensis, quidem.i.certe, cum videret se deductum in fraudem.i.deceptum à Lepido, conatus est afferre sibi manus.i.seipsum interficere inferendo sibi manus, quas armasset iustius in perniciem.i.cædem, & interitum Lepidi in quo tamen casu ipse interpellatus.i.impeditus viuit adhuc, & dicitur victurus, quia non adegerat adhuc vulnus satis altum. Sed tñ parum certum est mihi de hoc.s.an victurus & conualiturus sit, & ego elapsus sum his.s.malis & insidijs, cum magno dolore parricidarum.s.Antonij & Lepidi, patriam persequentium, & eius defensores trucidantium. Ipsi.n.veniebant incitati in me eodem furore, quo in patriam.i.vt me penitus opprimerent. Autem.i.sed, ipsi habebant iracundias harum rerum.i.ob has res recentes.q non destiteram i.desiuerã, aut prætermiseram, castigare.i obiurgado monere Lep.vt extingueret bellum, q improbabam colloquia facta.s.inter ipsum & missos ab Ant.aut potius Ant.& ipsum, q vetueram legatos dimissos.i.à diuersis missos ad me fide Lepidi.i. data eis fide à Lepido, nihil molestiæ à me passurus, venire in cõspectum.s.meum, & q interceperam.i.in medio itinere ceperam C.Catinium Vestinũ.i.ex Vestinis populis Italiæ vltra Picenum

alij, Carlinium, vel, Catium.no iæ familiæ.

iuxta Amiternos, missum ad me ab Ant. In quo.s.facto, aut in qua re ego capio hanc voluptatem quòd certe quo.i.quanto magis petiuerunt me.s.capere aut occidere, tanto maiorem dolorem frustratio.i.irritus conatus attulit iis Tu o mi Cic.præsta sup.mihi id sup quod fecisti adhuc, vt subornes.i.per subsidia adiuues vigilanter & neruose.i.firmiter & solide, nos qui stamus in acie.s.pro patria contra hostes. Veniat Cæs.Octauius adolescens tunc adhuc, & ab rep.stare visus, sed mox cum Ant.& Lep.conspiratus, cum copiis quas habet firmissimas, aut si aliqua res impedit eum, quo minus possit venire, mittatur exercitus.s.eius. Cuius ipsius.s. Cæsaris magnum periculum agitur.i.impendet. fuderat.n. Ant copias apud Mutinam, & ita putauit Pl. q non esset cum illo in gratiam rediturus, & hostes omnes vires suas collegerant. Vnde addit, Quidquid futurum aliquando.i.quouis tempore, in castris proditorum contra patriam, hoc omne conuenit iam.i.congregatum est. vero.i.sed econtrario, cur non vtamur omnibus facultatibus.i.copiis, & opibus quas habemus, pro salute vrbis? q.d.nullam esse rationem. tacite tamen saluti suæ consulere videtur. Quod si vos non defuentis.s.reip.istic.s.Romæ, aut istic.i.in ista re, profecto ego satisfaciam abunde reip.in omnibus rebus, quod.i.quantum attinet ad me. Quidem.i.certe, o mi Cic.ego habeo te in dies cariorem i te diligo per singulos dies cum quodam incremento, & merita tua.s.in me exacuunt.i. vegetant & instigãt quotidie magis solicitudines meas, ne quid perdam aut ex amore tuo.s. in me, aut ex iudicio tuo.s.de me. Opto vt liceat mihi facere beneficia tua in me, iucundiora.s.tibi, & etiam mihi pietate.i.pia exhibitione meorum officiorum iam præsenti, quæ nunc est futura. iucundum autem est in gratos beneficium conferre, & gratus referre.

ARG. Pollicetur se memorem beneficiorum: suas copias narrat. subsidium, aut ab Octauiano, aut ab Africano exercitu, postulat: Octauianum, quasi negligentem in tuenda rep. accusat.

PLANCVS IMP. COS. DES. S. D. CIC. 24

video Plancum in principio literarum delectari quadam grati animi significatione. supra, ep. 4. 9. 11. & 19.



ACERE non possum, quin in singulas res, meritaque tua tibi gratias agam: sed mehercule facio cum pudore. neq;.n.tanta necessitudo, quantam tu mihi tecum esse voluisti, desiderare videtur gratiarum actionem: neque ego lubenter pro maximis tuis beneficijs tam vili munere defungor orationis; & malo præsens obseruantia, indulgentia, assiduitate memorem me tibi probare. quòd si mihi vita contigerit, omnes gratas æmicitias, atq; etiam pias propinquitates in tua obseruantia, indulgentia, assiduitate vincam. amor.n.tuus, ac iudicium de me vtrum mihi plus dignitatis in perpetuum, an voluptatis quotidie sit allaturus, non facile dixerim. De militum commodis fuit tibi curæ: quos ego non potentiæ meæ causa (nihil.n. me non salutariter cogitare scio) ornari volui à senatu; sed primum; quòd ita meritos iudicabam; deinde, quòd ad omnes casus coniunctiores reip. esse volebam; nouissime, vt ab omni omnium solicitatione auersos eos tales vobis præstare possem, quales adhuc fuerunt. Nos adhuc hic omnia* integra sustinuimus. quod consilium nostrum; etsi, quanta sit auiditas hominum non sine causa, talis victoriæ, scio; tamen vobis probari spero non enim, si quid in his exercitibus sit offensum, magna subsidia resp. habet expedita, quibus subito impetu, ac latrocinio parricidarum resistat. copias vero nostras notas tibi esse arbitror. in castris meis legiones sunt veteranæ tres, tironum vel luculentissima ex omnibus vna. in castris Bruti vna veterana legio, altera bima, octo tironum. ita vniuersus exercitus numero amplissimus est, firmitate exiguus. quantum autem in acie tironi sit committendum, nimium sæpe* expertum habemus. ad hoc robur nostrorum exercituum sine Africanus exercitus, qui est veteranus, siue Cæsaris accessisset, æquo animo summam remp. in discrimen deduceremus. aliquanto autem propius esse, quod ad Cæsarem attinet, videbamus. nihil destiti eum literis hortari: neque ille intermisit affirmare, se sine mora venire: cum interim auersum illum ab hac cogitatione,* ad alia consilia video se contulisse. ego tamen ad eum Furnium nostrum cum mandatis literisque misi, si quid forte proficere posset. Scis tu, mi Cicero, quod ad Cæsaris amorem attinet, societatem mihi esse* tecum: vel quòd in familiaritate Cæsaris, viuo illo, iam tueri eum, & diligere mihi fuit necesse: vel quòd ipse, quoad ego nosse potui, moderatissimi, atque humanissimi fuit sensus: vel quòd ex tam insigni* amicitia mea, atq; Cæsaris, hunc, filij loco & illius, & vestro iudicio substitutum, non perinde habere mihi turpe videtur. sed quidquid tibi scribo; dolenter mehercule magis, quàm inimice facio. quòd viuit Antonius; hodie quòd Lepidus vna est; quòd exercitus habent non contemnendos; quòd sperant; quòd audent; id omne Cæsari acceptum referre possunt. neq; ego superiora repetam: sed ex eo tempore, quo ipse mihi professus est se venire, si venire voluisset; aut oppressum iam bellum esset, aut in aduersissimam illis Hispaniam cum detrimento eorum maximo extrusum. quæ mens eum, aut quorum consilia à tanta gloria, sibi vero etiam necessaria, ac salutari auocarint, & ad cogitationem consulatus bimestris, summo cum terrore hominum, & insulsa cum efflagitatione transtulerint, exputare non possum. multum in hac re mihi videntur necessarij eius & reip. & ipsius causa proficere posse: plurimum, vt puto, tu quoque:* cuius ille tanta merita habet, quanta nemo præter me numquam enim obliuiscar, maxima, ac plurima me tibi debere. De his rebus, vt exigeret cum eo, Furnio mandaui. quòd si quantam debeo, habuero apud eum auctoritatem; plurimum ipsum* iuuero. Nos interea duriori conditione bellum sustinemus; quòd neque expeditissimam dimicationem putamus; neque tamen refugiendo commissuri sumus, vt maius detrimentum respub. accipere possit. quòd si aut Cæsar se respexerit; aut* Africanæ legiones celeriter venerint: securos vos ab hac parte reddemus. Tu, vt instituisti, me diligas, rogo, proprieque tuum esse, tibi persuadeas. V. kal. Sext. ex castris.*

omnia vt integra seruem, dixit ep. 23. h.l. sed ibi significat, ne qd pariamur detrimẽti: hic se prœlium vitasse. patet ex verbo, sustinuimus, & sequentibus.

Pharsalico maxime. s. bello Cæsaris & Põpeij.

ad cogitationem consulatus bimestris.

Octauianũ Cicero nimis diligere visus est. qd fecit odio maxime, metuq; Antonij. ep. 3. h. l.

vt etiam Ciceronẽ M. Brutus ob eam cãm in epist. quadã grauiter increpet.

cum ipsius quoq; periculum agatur. supra, epist. 23.

quæ erãt in Africa. ep. 15. lib. 11.

HVBER.

FAcere} Cum egisset Cic. omnia diligenter pro dignitate Planci, & maxime de re agraria, de qua in alia epist. mentio facta est; Pl. artificioso quodam modo se erga Cic. memorem & gratum ostendit. nam, dum significat non esse ei satisfaciendum actione gratiarum, agit quidem, & habet maximas gratias. postea vero ostendit q diffidat copiis suis, in quibus maxima pars sit tironum: dicitq; Cæs. Octau. causam esse quare M. Ant. & Lep. nondum sint oppressi. significat.n. latenter se intelligere eum consentire cum Ant. dicit autem se misisse ad ipsum Cæs. Furnium cum mandatis suis. {In singulas}.i.pro singulis. {Neq; n.}ratio quare faciat cum pudore, quia amicitia magna quanta erat inter eos, non patitur gratiarum actionem. præterea quia dicit se nolle maximis beneficijs verbis satisfacere. {Ego}qui sum & magno & grato animo. {Vili munere}est.n. vt se muons orationis & verbo. pro beneficijs acceptis, quia non sunt reddenda verba pro rebus. {Probare}cum laude ostendere. {Defungor} vtor. {Et malo} sensus est, potius volo cum ero Rom. in præsentia tua tibi obtemperando in omnibus, quæ à me voles, & honorando te, ostendere me esse memorem beneficio. tuorum, q nunc satisfacere verbis {Obseruantia} honore, reuerentia erga te. {Indulgentia}obsequio. {Quòd si}sensus est, si Deus concesserit mihi vitam, præstabo tibi maiorem obseruantiam, indulgentiam, & assiduitatem: quam omnes grati amici amicis suis, aut pij ppinqui propinquis suis vnquam ostenderint. {Amor, ac iudicium} quæ duo dicit superius afferre sibi magnas solicitudines, ne imminuantur. {Commodis}.i. quod supra dixit de te

de re agraria. Curabat.n. Plan. vt militibus suis darentur, cum ob remunerationem pristinorum laborum, tum vero vt magis excitarentur in futurum ad defendendam remp. {Ornati} honorari muneribus agrarijs eis datis. {Causa potentiæ meæ} vt viderer esse potentior. {Nihil.n.} parentbesis est. est autẽ sensus. nihil cogito, qđ non sit vtile reip. {Ita meritos} .s. milites meos. {Coniunctiore} magis astrictos propter maxima præmia accepta. {Nouissime} id est postremo, hoc est finali causa {Auersos} amotos. Ab omni solicitatione} quam faciebat assidue M. Ant. qui solicitabat eos assidue promittendo maxima, quæ videbam eos esse aspernaturos, si à senatu fuissent nunc ornati. eos autem solicitatos fuisse ab Ant. supra ostendit his verbis. confirmandus erat exercitus nobis: magnis sæpe præmijs solicitatus, vt à rep. moderata potius quàm ab vno infinita speraret. {Præstare} reddere, ostendere. {Tales} .i. promptos manu pro rep. & fidos. {Adhuc} hucusq;. {Sustinuimus} cunctati sumus. {Quod consilium} quod sustinuerim omnia integra potius sapienter defendendo, q̃ periculose cum hoste dimicando {Scio probari vob s} scio vobis placere, scio à vobis laudari. licet aliqui ita sint auidi huius victoriç, q̀ nollent me amplius sustinere, sed iam dare finem. {Non.n} dicit quare potius hactenus sustinuerit quàm extremo prœlio expertus sit fortunam, quia si male ei conuenisset, non videbat remp. habere alia subsidia parata quæ possent resistere impetui Antonij & Lepido, & ideo dicit noluisse se exponere periculo. {Si quid esset offensum} si q̃d nobis male accidisset. {In his exercitibus} nostris quibus ego præsum. {Subsidia} auxilia ad succurrendum. {Expedita} parata. {Notas} quales sint. {Veteranæ} veteranorum militum, licet essent cognitæ Ciceroni: tamen dicit quas copias habeat. {Tironum} nouitiorum militum. {Luculentissima} splendidissima. Nam luculentus à duce dicitur, lutulentus vero à luto .i. cœno, & significat immundum, fœdatum. {Bima} duorum annorum .i. quæ duos annos iam militauit, & exercuit se. {Firmitate} fortitudine. {Exiguus} quia ex maxima parte sunt tirones. Contra est illud Virg. Exigui numero, sed bello viuida virtus. {Nimium} quia cum clade nostra. {Ad hoc robur} .i. ad has vires, quas habemus maxime propter paucos veteranos. {Accessisset} adiunctus esset. {Africanus} qui fuerat in Africa. {Aliquanto autem} sensus est. Videbamus subsidium Cæs. esse nobis ꝓpius quàm Africanum. {Quod attinet ad Cæsarem} .s. vt nobis succurrat. {Siue Cæs.} .s. Octauiani. {Aequo animo} non magna cura aut timore. {In discrimen} in periculum quia minus dubitaremus suspicere prœlium aduersus hostes. {Eum} .s. Cæs. Octaui. {Intermisit} destitit, cessauit. {Auersum} amotum. {Ab hac cogitatione} veniendi ad me. {Ad alia consilia} vt Ant. consentiret. {Proficere} persuadere ei. {Scit} remouet Plancus à se suspicionem odij erga Octauianum, ne videatur hæc ex maleuolentia dicere. {Societatem esse mihi tecum} .i. me esse coniunctum tecum ad eum amandum. {Cæsaris} .s. Iulij. {Viuo illo} .i. cum viueret Iulius Cæs. {Quòd} .i. inquantum. {Loco filij} quia Cæs. adoptauerat Octau. in filium iudicio & sententia senatus. {Dolenter magis, quàm inimice} .i. magis cum dolore, quàm cum odio, & inimicitijs .i. vt hæc dicam, magis mouet me dolor, quem capio pro rep. quam odium, aut inimicitiæ, quæ mihi sint cum Cæs. {Quòd} repetitio est. hæc autem omnia, quæ habent hostes, dicit ascribenda esse Octauiano, quia si voluisset, iam fuissent oppressi. {Quòd viuit} q̀ habet vitam, quia potuisset eum interficere {Est vna} .i. coniunctus cum Ant. {Non contẽnendos} .i. fortissimos {Quòd sperant} de victoria & de opprimenda patria {Quòd audent} quòd habet animos, & non fugiunt. {Id omne. Cæsari acceptum referre possunt} .i. possunt id omne attribuere Cæs. à quo acceperunt .i. possunt dicere se accepisse id omne à Cçs. Octauiano. {Neq; repetam} .i. neq; recensebo. {Superiora} quæ antea fecit. {Professus} pollicitus. {Oppressum} extinctum. {Aut in aduersissimam} inimicissimam subaudi, fugissent, vel essent expulsi. & rursum sensus, & etiam non possum satis putare, qua mente sua, aut quorum consilijs sit adductus, vt efflagitet consulatum tantummodo duorum mẽsium, qui supererant ad finiendum consulatum Pansæ, & Hir. qui perierant in bello Mutinensi. in horum autem locum substitui petierat Plancus, vt supra visum est: &, vt scribit Appianus, petiuerat etiam D. Brutus, & itidem petiuerat Cæsar adolescẽs, non ad senatum, sed ad Cic. priuatim mittens. {Auocarint} auerterint, amouerint {A tanta} quantam erat comparaturus, si perrexisset, vt cœperat. {Salutari} vtili. {Cum summo terrore hominum} vt scrib. App. percussorum cognati, & amici veriti ne Cæs. consul effectus supplicium de illis sumeret, dilationibus in creatione factis, varijs de causis ex lege rem protrahebant. {Insulsa} vel quia ad solum Cic. scribebat, vel certe quia per ætatẽ non licebat ei gerere consulatum, quia adhuc erat adolescens. {Exputare} diligenter putare, excogitare. {Quorum} atq; turmarum eius duces ad senatum venerunt Cæs. consulatum petentes, & senatu eius ætatem accusante illi, qui edocti fuerant, exponunt Coruinum iampridem ætate iuniorem gessisse cõsulatum de hinc Scipiones primum ac secundum, cum adhuc vterque adolescens esset, multa patriæ adeptos esse. ad recentiora deinde progressi, Pomp. Magnum & Dolabellã protulere, ipsi etiam Cæs. per decennium ante tempus concessum esse, vt consulatum peteret. Hæc App. {In hac re} ne persistet in efflagitatione consulatus {Eius} Cæsaris {Necessarij} amici. {Proficere} retrahendo eum {Tu quoq;} O Cic. {Plurimum} .i. poteris proficere, quia multum tuis consilijs parebit: quoniam tibi plurimum debet. cui autem plurimum debemus, ei plurimum credimus. {Merita} præstita beneficia. {Exigeret} tractaret. {Iuuero ipsum} si potero eum retractare ab hac sententia: quæ est contra eius & honorem & salutem. {Duriore} asperiore. {Quòd neque} .i. quia non putamus nos esse expeditos & apertos ad dimicandum: neq; tamen volumus fugere, ne resp. ex fuga nostra maius detrimentum accipiat. {Respexerit} .i. habuerit respectum sui, vt nihil agat nisi quod est se dignum. {Africanæ legiones} exercitus qui est in Africa, de quo supra. {Securos} vt nihil timeatis. {Instituisti} incepisti. {Proprieq́, tuum} .i. omnino & iure tuum tanquam res, quarum proprietas sit tua.

FAcere &c.} Cum egisset Cic. omnia diligenter pro dignitate Planci & potissimum de re agraria, Plancus se artificio arguto memorem ostendit. Nam significans non esse satisfaciendum Cic per actionem gratiarum, gratias agit, & se habere iudicat maximas. deinde ostendit q̃ diffidat copijs suis, in quibus plurimi erant tirones. dicitq́; Cçsarem Octauium esse causam, quare Ant. & Lep. nõdum sint oppressi significat. n. eum latẽter consentire cum Ant. Dicit autem se misisse ad Cæs. cum mandatis suis. Ordo est. Ego non possum facere quin agã gratias tibi in .i. ob singulas res & merita tua. Sed mehercule facio, sup. illud cum pudore. Neq;. n. tanta necessitudo .i. necessaria conciliatio amicitiæ, quantam tu voluisti esse mecum, videtur desiderare .i. poscere actionem gratiarum. Neq; ego defungor libenter tam vili munere orationis .i. verborum pro maximis beneficiis tuis .i. agendo, pro beneficiis gratias, quas referre deberem, & malo .i. magis volo probare .i. ostendere me tibi memorem .s. beneficiorum .i. gratum præsens .i. qñ ero præsens, obseruantia .i. veneratione & cultu, quibus sic obseruamus aliquem, vt caueamus quidquam, aut dicere aut facere quod illum offendat, indulgentia .i. concessione obsequij etiam vltra quam oporteat, assiduitate .s. obsequiorum. Quod .s. præsentem esse, si contigent mihi in vita, ego vincam .i. superabo, omnes amicitias gratas alij legunt omnes gratias, amicitias &c. vtrunq; placet, sed quia ad propinquitates addidit pias, puto, ad amicitias etiam gratas addidisse. atq; etiam omnes propinquitates .i. consanguinitates & coniunctiones sanguinis, pias .i. pietate obsequiosas in maiores suos, vincam, inquit, in obseruantia tua. Valla diceret tui, sed tua quam sibi impensam à me possidebis, in indulgentia & assiduitate, quibus se memorem probare iam dixit. Enim .i. quia, ego non dixerim .i. diiudicauerim facile vtrum amor tuus, ac iudicium .s. tuum de me sis allaturus. nouæ figuræ locutio. nam per zeugma diceret allaturum, & per syllepsim allaturi. aut quia res sunt inanimes, allatura .s. amor vnde ꝓcedit iudicium, mihi plus dignitatis in perpetuum .i. quæ sit in perpetuum duratura, an voluptatis quotidie .i. quæ quotidie innouabitur. Fuit tibi curæ .i. habuisti curam de commodis militum. Rogauerat. n. Plan. vt per Cic. militibus diuiderentur agri, quos .s. milites ego volui ornari à senatu non causa potentiæ meæ .i. vt potentior euadam. Scio .n. me nihil cogitare non salutariter .i. quod non sit cum salute reip. coniunctum. sed sup. volui eos ornari, primum q̀ iudicabam eos meritos esse ita, deinde q̀ volebam eos esse coniunctiores reip. ad omnes casus, nouissime .i. postremo loco, vt possem præstare .i. exhibere, vobis eos auersos .i. abhorrentes ab omni solicitatione omnium tales quales fuerunt adhuc .i. reip. fideles. Nos sustinuimus hic .i. in prouincia adhuc omnia integra .i. salua, & nulla imminuta. quod consilium nostrum .s. sustinẽdi omnia integra, etsi .i. quanquam scio quanta sit auiditas hominum talis victoriæ .s. habẽdæ, non sine causa quia in ea tota salus reip. pendebat, tñ spero probari .i. approbari vobis .i. à vobis Non. n. &c. Affert rõnem quare probabile putet consilium suum, q̀ nondum commiserit pugnã dicens. Enim .i. quia, si quid sit offensum .i. peccatũ & erratũ in his exercitibus .s. quos habemus, hoc est si male

ASCAN.

esset nobis pugnatum, mitiotibus tñ id verbis, ad vitandum malum omen prosequitῑ, resp. non habet magna subsidia i. magnas copias subsidio vẽturas, expedita.i. parata, quibus. s. subsidijs ipsa resistat.i. resistere possit ad latrocinia parricidarum, impetu subito. alij legunt, ac latrocinio, vt sit, quibus resistat subito impetu pro impetui declinatione antiqua, ac latrocinio parricidarum. s. Antonij, Lepidi, & aliorum patriam persequentium. Vero, pro sed, ego arbitror copias nostras esse notas tibi. In castris meis sunt legiones veteranę tres tironum.i. nouitiorum militum, vna .s. legio, vel.i. etiam luculentissima i. clarissima ex omnibus. In castris Bruti est, supp. vna legio veterana i. veteranorum militum .i. qui multos annos in militia es egerunt, altera i. adhuc vna bima.i. duorum annorum.i. eorum qui biennium militauerunt, octo sup. legiones tironum sup. sunt. Itaq; vniuersus exercitus est amplissimus numero, exiguus firmitate, quia plurima pars tironum. est autem.i. sed nos habemus nimium expertum.i. compertum cum malo nostro, quantum sit committendum tironi.i. nouo militi in acie. Siue exercitus Africanus.i. ex Africa reductus, qui est veteranus, siue exercitus Cæsaris. s. Octauij, accessisset.i. additus fuisset, ad hoc robur exercituum nostrorum, nos deduceremus in discrimen i. periculum sum nam reip. hoc est salutem eius, æquo animo.i. libenter congressi essemus cum hostibus, conflictu pernicioso. Autem.i. sed nos videbamus.i. considerabamus, id, quod attinet.i. spectat ad Cæs. esse aliquãto propius .i. coniunctius saluti reipub. Et ita ego nihil.i. nulla re, aut nullo modo destiti.i. prætermisi, seu intermisi hortari eum literis: neq; ille s. Cęsar, loquitur vt notum de Octauio, qui postea Augustus dictus est, intermisit.i interdum omisit, affirmare se venire, sine mora, hoc est ad singulas literas meas respondit se venire, cum ego video illum. s. Cæs. aduersum.i. alienatum interim.i. interea temporis ab hac cogitatione. s. fauendæ reip. contulisse se ad alia consilia. Ego tamen misi ad eum Furnium nostrum. s. amicum, &, vt opinor, legatum, cum mandatis & literis sup. nostris, si forte possit proficere quid.i. in aliquo. Scis tu o mi Cic. q.i quatenus aut quæ res attinet ad amorem Cæsaris. s. Octauij, societatem esse mihi tecum.i. me habere in ea re te socium, vel q.i. quia in familiaritate Cæsaris. s. Iulij sup. fuerim viuo illo.i. dum ille viueret, necesse fuit mihi, si videlicet vir bonus & fidelis amicus velim haberi, tueri & diligere iam. s. post cædem eius, eum: vel q .i. quia ipse.i. Cæsar, quo ad.i. quatenus potui nosse.i. nouisse, fuit sensus moderatissimi atq; humanissimi, quia non superbe nec immaniter dominatus est, immo fuit vsq; ad pœnitudinem elemens, vel q turpe videtur mihi ex tam insigni amicitia mea.i. post tam insignem amicitiam meam, atq; Cæsaris. s. Iulij, non habere.i. æstimare, & amplecti hunc. s. Octau. Cæs. substitutum. s. testamento Iulij Cæs. loco filij iudicio & illius. s. Cæsaris cæsi, & vestro, perinde.i ita vt substitutus est, hoc est, vt filium Cæs. nobis, dum viueret, amicissimi. Sed quidquid scribo tibi, ego facio mehercule magis dolenter.i. quia dolet mihi Cæs. non recte sentire de rep. q̃ inimice.i. quasi sim inimicus Cæs. Quod Antonius viuit hodie.i. adhuc, & Lepidus est vna.i. simul cum Antonio, q habent exercitus non contemnendos, q sperant. s. victoriam q audent. s. nos lacessere, possunt referre acceptum.i agnoscere se debere vt à quo acceperint, id omne Cæsari. s. Octauio. Acceptũ ferre, est facere se accepisset, etiam si quis nõ acceperit. Pulchre autem eum datiuo dicitur, quando volumus innuere beneficio alterius nos aliquid habere vt hoc loco. Neq; ego repetam superiora.i. quæ multum præcesserunt, sed ex eo tempore quo ipse. s. Cæsar professus est mihi se venire, si voluisset venire, aut bellum esset iam oppressum i. sopitum, aut extrusum.i. vi eiectum ex Italia cum maximo detrimento eorum. s. Antonij & Lepidi, in Hispaniam aduersissimam illam. s. bello gerendo Ego non possum ex putare.i. excogitare, aut comminisci quæ mens, aut quorum consilia auocarint eum à tanta gloria s. libertate patriæ necessaria etiam ac salutari sibi, & transtulerint eam cogitationem consulatus bimestris.i. duos tantum menses duraturi per mortem consulum obtinendi, cum summo terrore hominum. s. qui verebantur ne consul effectus percussores Iulij Cæsaris persequeretur, quod etiam euenit, eisq; deletis monarchiam inuasit, & cum efflagitatione insulsa.i. insipiẽti. Necessarij.i. coniunctissimi amici, & consanguinei eius videntur posse proficere.i. profectum facere multum in hac re. s. vt à consulatu desistat, & Ant. non adhæreat, &.i. simul, causa, reipub. & ipsius. s. Octauij. & vt puto tu quoque, sup. videris posse proficere plurimum, cuius ille. s. Octauius habet tanta merita, quanta nemo supp habet prætee me, sup. quod dico. Enim.i. quia ego nunquam obliuiscar me debere tibi maxima ac plurima. s. à te suscepta beneficia Ego mandaui Furnio. s. legato meo, vt exigeret.i. postularet & quasi quereretur cum eo. s. Octauio, de his rebus. s. vt ad saniorem mentem redeat. Quòd si habuero apud eum tantam auctoritatem quantum debeo. s. habere.i. meritus sum de eo vt habeam ego iuuero ipsum plurimum, quia ad saniora consilia reduxero. Nos sustinemus interea s. dum Furnius cum eo aget, bellum conditione duriore.i. multum aspera, q neq; putamus dimicationem .i. prælationem expeditissimam.i. maxime vtilem fore, neque tamen commissuri.i. passuri sumus, refugiendo. s. dimicationem, vt respub. possit accipere maius detrimẽtum. Quod si aut Cæs. .s. Octauius, respexerit.i. miseratus rempub. aspexerit, aut lege resipuerit, aut legiones Africanæ.i. quæ in Africa nunc sunt, venerint celeriter, nos reddemus vos securos ab hac parte. s. quam tuendam recepimus. Rogo sup. vt diligas me, vt instituisti.i. dari opera cœpisti, & persuadeas, sup. me esse tuum proprie.i. peculianter, sicut non alterius. Quoto &c.

ARG. Modeste reprehendit in Furnio præproperam adipiscendæ præturæ festinationem.

CICERO S. D. C. FVRNIO. 25

SI interest, id quod homines arbitrantur, reip. te, vt instituisti, atq; fecisti, nauare operam, rebusq; maximis, quæ ad extinguendas reliquias belli pertinent, interesse: nihil videris melius, neq; laudabilius, neq; honestius facere posse: istamq; operam tuam, nauitatem, animum in rem.* celeritati præturæ anteponendam censeo. nolo.n. te ignorare, quantam laudem consecutus sis: mihi crede, proximam Planco, idq; ipsius Planci testimonio, præterea fama, scientiaq; omnium. quamobrem, si quid operis tibi etiam nunc restat, id maximopere censeo persequendum. quid.n. honestius? aut quid honesta anteponendum? sin* autem satisfactum reip. putas: celeriter ad comitia, quando mature* futura sunt, veniendum censeo; dummodo ne quid hæc ambitiosa festinatio imminuat eius gloriæ, quam consecuti sumus.* Multi clarissimi viri, cum reip. darent operam, annum petitionis suæ non obierunt. quod eo facilius nobis est, quòd non est annus hic tibi destinatus: vt, si ædilis fuisses, post biennium tuus annus esset.* nunc nihil prætermittere videbere vsitati, & quasi legitimi temporis ad petendum, video autem, Planco consule, etsi etiam sine eo rationes expeditas haberes, tamen splendidiorem petitionem tuam fore, si modo ista ex sententia confecta essent. Omnino plura me scribere, cum tuum tantum consilium, iudiciumq; sit, non ita necesse arbitrabar: sed tamen sententiam meam tibi ignotam esse* nolebam. cuius est hæc summa, vt omnia te metiri dignitate malim, quàm ambitione, maioremq; fructum ponere in perpetuitate laudis, quàm in celeritate præturæ. Hæc eadem locutus sum domi mea,* adhibito Quincto fratre meo, & Cæcina, & Caluisio, studiosissimis tui, cum Dardanus, libertus tuus, interesset. omnibus probari videbatur oratio mea: sed tu optime iudicabis. Vale.*

dissuasio ab vtili.
erat.n. Planci legatus.
supra, ep. 8.
Furnius.n. ad petẽdam præturã cõtendere cupiebat, cum nõ dum ipsius annus esset.
supra, ep. 9.
non fuerit, oppressa a vi tie vinare pub.
dissuasio ab exemplis.
si manebis in prouincia, & ad comitia prętoria non venies.
testificandi amoris cã. ep. 4 l. 2. & 3. l. 10.
ep. 7. l. 11

SI interest} Furnius Planci legatus, de quo supra sæpe mentio facta est, diligentissime se pro rep. gesserat, in Galliaque Narbonensi multa pręlia egerat. itaq; cum appropinquãtibus comitiis cuperet petere p̃turam, velletq; relicto negotio prouinciæ, Romã ad comitia venire; Cic. hac epistola ei dissuadet, ne veniat, oñdens fore contra honorem, & dignitatẽ eius si omiserit rem magnæ gloriæ pro cupiditate præturæ: fore, aũt vt cum maiore honore suo petat præturam, cum Plancus fuerit consul: quod erat futurum breui, idem autem dicit sentire Q. F. suum, Cæcinam, & Caluisium, eius amicissimos. § Si interest § si vtile est. § Id quod § .i. quod. § Nauare § diligenter & studiose pręstare. § Interesse § præsentem esse. § Reliquias § particulas quæ restant in bello. § Nauitatem § industriam, tractum à naui § Anteponendã celeritati præturæ § .i. pluris faciendam, quam q celeriter assequaris HVBER.

ter assequaris præturam. { Censeo } iudico. { Proximam Planci } .i. secundam post Planc. { Fama } sermone. { Sententiaq; } iudicio. { Operis } negotij. { Persequendum } ad exitum deducendum. { Satisfactum } præstitum à te quod debuerat. { Quando } qm. { Mature } cito. { Comitia } de quibus satis multa diximus lib. 8. Hic autem intelligit comitia, quæ erant futura prætorum creandorum causa. { Quid } aliquid { Cōsecuti } adepti, personam autem suam tanq̃ amicissimi inserit laudibus Furnij, quoniam amicorum omnia sunt communia. { Cum darent operam reip } .i. cum agerent negotia reip. & pro ea laborarent. { Non obierunt } non audierunt, nam antiqui interdum ob, pro ad, ponebant, vnde obire mortem, est ad mortem ire. vnde & apud Virg. Hectura circum Et lituo pugnas insignis obibat & hasta. Et Cic. in Lælio, Qui illum diem & illud munus semper solitus es obire { Annuum petitionis suæ } .i. annum sibi destinatum & deputatum ad petendum magistratum suum. { Destinatus } deputatus, vt petas nunc præturam. Ordo est hic annus non est destinatus tibi, vt esset tuus annus post biennium .i. duobus annis post ædilitatem administrandam posses petere præturam. { Si } .i. quamuis fuisses ædilis. hoc vult dicere, q̃ quamuis post ædilitatem sequeretur prætura, tamen non erat hic annus ei destinatus, vt post biennium peteret præturam, licet gessisset ædilitatem. { Nihil vsitati } .i. nihil consueti, sed id quod & alij soliti sunt prætermittere, vt post ædilitatem non petant præturam. { Video autem } hortatur vt differas petitionem præturæ vsq; ad consulatum Planci, quia licet haberet Furnius optimas rationes petendi præturam sine Plan. tamen dicit eius petitionem fore splendidiorem sub eius consulatu, qui poterit esse testis virtutum ipsius Furnij, & earum, quæ pro repub gessit. { Ista } quæ agitis in Gallia contra hostes. { Confecta } finita. { Cum tuum iudicium, & consilium sit tantum } cum ita sis sapiens & habeas tam magnum iudicium de rebus omnibus. { Cuius } sententiæ meæ. { Hæc est summa } hæc est conclusio { Metiri } diffinire, considerare { Dignitate malim quam ambitione } .i. magis respicere quid sit te dignum, quàm quid cupias { Fructum } voluptatem, vt lucrum. { In perpetuitate laudis } .i. in perpetua laude, quam comparabis, si confeceris, quæ instituisti pro rep. { Quàm in celeritate præturæ } .i. quàm in obtinenda prætura potius hoc anno quam in anno sequenti. { Adhib. } assumptus in communicationem sermonis mei. { Studiosissimis tui } amantissimis tui. { Dardanus } nomina seruorum plerunque à regionibus sumebantur, vt sæpius diximus, hic autem factus erat libertus nomine Dardanus { Probari omnibus } placere omnibus. { Iudicabis } an recte consulam. { Optime } s. omnium .i. melius quàm ceteri omnes.

ASCEN. SI interest &c } Furnius Planci legatus diligētissime se pro rep. gesserat, præsertim in Gallia Narbonensi: itaq; cum proximis comitijs præturam esset, petiturus, velletq; ob id relicta prouincia in vrbem venire, Cic. hac epist. suadet ne id faciat, cum honori non sit futurum, & facilius assequatur sub consulatu Planci proximo. Ordo est. Si id quod homines arbitrantur, interest .i. refert, & in vtilitate est reip. te, vt instituisti i. cœpisti, aut proposuisti, atq; fecisti .i. hactenus nauare .i. abunde dare operam & interesse rebus maximis quæ pertinent ad extinguendas reliquias belli. s. cōtra Ant. sumpti, tu nihil videris posse facere, neq; laudabilius, neq; honestius. s. q̃ hoc & ego censeo istam operam tuam, nauitatem .i. strenuitatē operæ, & animum .i. studium in remp. anteponendum esse priori celeritati præturæ. Nolo .n. te ignorare, quantam laudem consecutus sis, proximam Planco. i. Planci laudi, idq; .i. & id testimonio ipsius Planci præterea i. insuper fama & scientia omnium. Quamobrē si quid operis restat tibi etiam nunc .i. adhuc, ego censeo magnopere id persequendum .i. perficiendum tibi Quid .n. est honestius, aut quid est ante ponendum honesto? q. d. nihil. Sin autem .i. sed si tu putas satisfactum sup. esse reip. ego censeo .i. iudico veniendum sup. esse tibi ad comitia .i. congregationes & conciones populi ad magistratus eligendos, celeriter. quando .i. qm̃ futura sunt mature .i. cito. Dummodo hæc festinatio ambitiosa i. plena ambitionis & suspecta de ambitione nequid .i. aliquid. non imminuat aliquid, eius gloriæ quam sumus consecuti. Multi viri clarissimi cum darent operam reip .i. cum essent militiæ aut in legatione, aut alio officio publico non obierunt .i. non adiuerunt seu inierunt annum petitionis suæ .i. quo poterant legitime petere magistratum. Nam per ordinem ferè quasi gradatim ad summos honores ascendebant, quod .s. non obire annum petitionis vestræ est facilius vobis .s. qui in castris agitis, q̃ hic .i. præsens annus nō est destinatus .i. adiudicatus & addictus tibi o Furni, vt .i quemadmodum annus tuus esset post biennium, si fuisses ædilis, sed quia non fuisti ædilis biennio, ante non est nunc petitionis tuæ. Nunc .i. quando non est annus tuus, tu nihil .i. non aliquid non videbere prætermittere aliquid vsitati, & temporis quasi legitimi ad petendum. Autem .i sed ego video petitionem tuam .s. præturæ, Planco consule .i. si differres eam donec Plancus imperator tuus esset consul, etsi .i. q̃q̃ haberes etiam sine eo .i. eius auxilio & suffragio, rationes .i. vias & media impetrandæ præturæ expeditas .i. nullo impeditas, sed paratas ad manum, tamen .i. nihilominus splendidiorem, sup. futuram. quia splendidum esset legatum sic ab imperatore suo commendari, vt dignius censeatur qui magistratum obtineat, si modo .i. dummodo. s. quæ nunc pro rep gerit is, essent confecta, perfecta, & absoluta. Ego non arbitrabar ita .i. multum necesse me scribere omnino plura cum tantum .i. duntaxat consilium & iudicium tuum, vtrum. s. hoc anno in alio petere malis, sed tamen nolebam sententiam meam esse ignotam tibi. Cuius. s. sententiæ meæ .i. iudicij de petitione tua, hæc est summa .i. breuis expressio, caput consilij complectens, vt malim .i. magis velim te metiri .i. æstimare dignitate .i. secundum dignitatem, quàm ambitione .i. secundum ambitionem .i. te iudicare id maxime vtile & expetendum tibi, quod ex dignitate tua sit, non quòd ambitionem tuam expleat, & te ponere maiorem fructum in perpetuitate laudis quàm celeritate præturæ. Ego locutus, sum hæc eadem. s. quæ scribo domi meæ adhibito. s. consilio meo, & Cæcina & Caluisio studiosissimis tui .i. tibi summæ fauentibus cum Dardanus libertus tuus interesset. Oratio mea .i. sententia, videbatur probari omnibus i. ab omnibus: sed tu iudicabis optime, quia potuisti rem optime nosse.

ARG. Scripserat Furnius, ad comitia prætoria se venturum: Cicero dissuadet, comitiaque dilata significat.

CICERO, S. D. FVRNIO. 26

LECTIS tuis literis, quibus declarabas aut omittendos Narbonenses, aut cum periculo dimicandum; illud magis timui; quod vitatum, non moleste fero. Quod de Planci, & Bruti concordia scribis, in eo vel maximam spem pono victoriæ. De Gallorum studio, nos aliquando cognoscemus, vt scribis, cuius id opera maxime excitatum sit: sed iam, mihi crede,* cognouimus. itaque iucundissimus tuis literis stomachatus sum in extremo. scribis enim si in Sextilem comitia, cito te: si iam confecta, citius; ne diutius cum periculo fatuus sis. o mi Furni, quàm tu causam tuam non nosti, qui alienas tam* facile discas. tu nunc candidatum te putas: & id cogitas, vt aut ad comitia curras; aut, si iam confecta, domi tuæ sis; scilicet ne cum maximo periculo, vt scribis, stultissimus sis. non arbitror te ita sentire omnes. n. tuos ad laudem impetus noui. quòd si, vt scribis, ita sentis: non magis te, quàm de te* iudicium reprehendo meum. Te adipiscendi magistratus leuissimi, & diuulgatissimi, si ita adipiscare, vt plerique, præpropera festinatio abducet à tantis laudibus, quibus te omnes in cælum iure, & vere ferunt? scilicet id* agitur, vtrum hac petitione, an proxima prætor fias, non vt ita de rep. merearе;* omni honore vt dignissimus iudicere. vtrum nescis quàm alte ascenderis; an pro nihilo id putas? si nescis: tibi ignosco:* nos in culpa sumus. sin intelligis: vlla tibi est prætura vel officio, quod pauci, vel gloria, quam omnes sequuntur, dulcior? Hac de re & ego, & Caluisius, homo magni iudicij, tuique amantissimus, te accusamus quotidie: comitia tamen, quando ex his pendes, quantum facere possumus, quòd multis de causis reip. arbitramur conducere, in Ianuarium mensem* protrudimus. Vince igitur, & vale.*

transalpinorum.

tua videlicet opera excitatum.

causarū .n. patronus solebat esse.

qui te putē aliter sentire, quā scribis.

id laborandum tibi, & amicis tuis. non prætura tantum.

qui te decedere e prouincia cupientem accusemus.

ep. 12. l. 2 ad Q. fr.

HVBER. LEctis } Hac epist. sicut superiori deterret Cic. Furn. à petitione præturæ, hortaturq; vt potius expediat quæ pro rep. instituerat: ex eo .n. maiorē laudem eum consecuturum. Et quoniam scripserat Fur. q̃ si non posset assequi præturam, volebat se conferre domū, vbi in otio viueret, Cic. respōdit

se nõ credere eum esse hoc animo, licet ita dicat: deterretq́; eum ab eo hoc proposito: ostenditq́; non pertinere ad eius laudem vtrum hoc anno sit prætor, an in sequenti, interesse autẽ plurimum, vt ita mereatur de rep. vt non solum honore præturæ, sed etiam omni honore dignissimus iudicetur. Dicit tñ se dare operam eius causa, vt comitia in mense Ian. differantur. {Narbonenses} Gallos. Narbonensis.n. Gallia ea dicitur, quæ statim post Italiam ab ea Varo flumine diuisa est, vt scribit Strabo. {Cognominata} à Narbone ciuitate eius prouinciæ {Cum periculo} cladis tuæ & exercitus {Illud}.s. quod cum periculo esset dimicãdum. {Non moleste fero}.i. gaudeo. {In ea re} ꝙ sint inter se concordes. {Studio} volũtate, fauore erga Ant. {Cuius opera maxime excitatum sit}.i. quis fuerit ille, qui eos excitauit ad partes Ant. {Itaq;} sensus est, cum literæ tuæ fuerint mihi iucundissimæ, tñ in fine fecerunt mihi indignationem. {In sextilem}.i. in Augustum mensem subaudi differantur. {Cito te}.s. venturum ad ipsa comitia. {Si iam confecta}.s. sint. {Citius}.i. etiã celerius te venturum q̃ si differentur in Augustũ. {Ne sis fatuus cum periculo}.i. ne sis stultus dimittendo petitionẽ præturæ, & pugnando cum periculo tuo. {O mi Furni} familiaris reprehensio {Quàm}.i. quantum. {Alienas} causas. {Candidatum}.i. paratum ad petendam præturam. Nam qui magistratus petebãt, candidis vestibus induti candidati dicebantur. {Et id cogitas} reprehendit cogitationem Furnij, qui putaret aut se celeriter venturum ad comitia, vt præturam obtineret; aut, si comitia iam essent confecta, se mansurum domi suæ {Domi tuæ}.s. maneas. {Ita sentire}.i. habere eum aium quem dicis. {Impetus} motus animi {Meum iudicium} qui semper de te recte iudicauerim te esse hominem magis cupidum laudis q̃ ambitionis {Te adipiscendi} argumentum ab honesto est aũt sensus: si tu velis adipisci hunc magistratum leuissimum & vulgatissimum eo modo, quo multi alij: ista festinatio ita propera abducet, & abstrahet te à tantis laudibus, quibus omnes te iure extollebant. {Scilicet id igitur} ironia est .q.d. non agitur. Virg. Scilicet is superis labor est. Idem, Scilicet id magnum sperans fore munus amanti. {Quàm alte} in quantam existimationem apud populum, & senatum deueneris {An putas id pro nihilo} an id nihili pendis, ꝙ in tanta sis existimatione. {Nos sumus in culpa} qui tibi non declarauimus, quàm alte ascenderis. {Tibi vlla} cum interrogatione legendum est sic: sin intelligis quàm alte ascenderis, debet ne vlla prætura esse tibi dulcior & carior officio & debito tuo erga rempub? {Quod pauci sequuntur}.i. pauci quærunt & præstant. Vel, debet ne esse dulcior gloria, quam omnes sequuntur}.i. quærunt. nam omnes trahimur cupiditate gloriæ. {Quando} quoniam. {Pendes ex his} ea expectas, & propterea solicitus es. {Quòd} quia. {Conducere} vtile esse. {Protrudimus} reiicimus, differenda mittimus.

ARGUM. LEctis &c.} Rursus deterret Furnium à petitione præturæ: hortaturq́; eum, vt potius & prius expediat, quæ pro rep. instituerat. ex eo.n. dicit eum maiorem laudem assecuturum. hortaturq́;, ne domum, re nondum confecta, redeat, cum non minus honorifice alias prætor fieri possit. pollicetur autem se daturum operam, vt comitia in Ianuarium differantur. Ordo est. Literis tuis lectis.i. postq̃ lectæ sunt literæ tuæ, quibus declarabas aut Narbonenses.s. Gallos dimittendos, aut dimicandum, sup. esse cum periculo: ego magis timui illud.s. pugnari cum periculo, quod ego fero non moleste, vitatum sup. esse. Ego porro vel.i. etiam maximam spem victoriæ in eo qd' scribis de concordia Planci, & Bruti. Nos cognoscemus.i. disquiremus aliqñ de studio Gallorum, quos Furnius ad defectionem spectare scripserat, & ideo ab exercitu amouendos, cognoscemus, inquam, cuius opera id.s. studium Gallorum in Ant. maxime excitatum Sed crede mihi nos iam cognouimus.q d. p.p ambitionem tuam ab æmulo tuo ad hoc sunt incitati. Itaque stomachatus i. indignatus, & ita commotus sum literis tuis iucundissimis, in extremo i. calce earum Scribis.n. si comitia.s. sint differenda in Sextilem.s. mensem, hoc est qui nunc Augustus dicitur te cito.s. affuturum si comitia sup. sint iam confectus, te sup. rediturum citius; ne sis diutius fatuus cum periculo.s. tuo. quia fatuus videtur, qui neglecto proprio bono, communi inseruit, cũ commune quodam modo proprium fit. O mi Furni q̃.i. o quam cum tu nosti causam tuam qui discas tam facile alienas.s. causas tu putas me nunc candidatum.i. candida veste ad petitorem præturæ indutum Et cogitas.i. solum id in animo abes, scilicet, vt aut curras ad comitia, aut sis domi tuæ, si comitia sup. sint iã confecta.s. ironiæ apta vox, ne sis stultissimus, vt scribis cum maximo periculo, quia in bello periculosissimo. Ego non arbitror te sentire ita. Ego.n. noui omnes impetus tuos ad laudem. Quod si sentis ita, vt scribis, ego non magis reprehendo te, q̃ iudicium meum de te, quo.s. te bonum ciuem & prudentem virum existimo. Festinatio præpropera.i. ante tempus properata adipiscendi magistratus leuissimi, & diuulgatissimi, si adipiscare.i. obtineas sup. eum, vt plerīq; per importunas preces, aut per ambitum aliquem occultum, abducet te à tantis laudibus, quibus omnes ferunt te in cœlum iure, quia per ipsum præcipue Plancus in fide manserat. Scilicet, iterum indignanter & ironicos loquentis vox. q.d. scio cur ita properes. quia.s. id agitur.i. in eo omnis vis iacet, vtrum fias prætor hac petitione.s. quæ nũc fiet, an proxima, id est, in proximis comitijs: & non sup. id agitur, vt ita mereare de rep. vt iudicere.i. iudiceris dignissimus omni honore. Vtrum nescis q̃ alte ascenderis? an putas.i. reputas, id pro nihilo? si nescis.s. quàm alte ascenderis, ego ignosco tibi: nos sumus in culpa, quia tibi non significauimus. sin intelligis: est vlla prætura dulcior tibi, vel officio, quod pauci assequuntur. vel gloria, q̃ omnes assequuntur.i. ad obtinendam sequuntur? q.d. certe nulla esse debet, quia melius est officium fecisse, aut gloriam meruisse sine prætura, quàm præturam sine illis. Et ego, & Caluisius, homo magni iudicij & amantissimus tui, accusamus te quotidie de hac re.i. ob hanc rem. Nos tamen protrudimus aut protendimus comitia in mensem Ianuarium, quantum possumus facere, quod arbitramur conducere.i. vtile esse reip. multis de causis.i. ob multas causas, quod sup. dico aut facio, quando.i. quandoquidem, tu pendes.i. suspensus es ex his.s. comitijs. Igitur vince.s. ambitionem tuam & hostes, & vale.

ARG. Lepidum quasi molli brachio obiurgat, quia, summis a honoribus a senatu ornatus, gratiarum agendarum officium neglexerat. tum, pacem inter Antonium, & bonos ciues conciliare cupientem hortatur, ne se interponat.

CICERO S. D. M. LEPIDO. 27



QVOD mihi pro mea summo erga te beneuolentia magnæ curæ est, ut quam amplissima dignitate sis; moleste tuli, te senatui gratias non egisse, cum esses ab eo ordine* ornatus summis honoribus. Pacis inter ciues conciliandæ te cupidum esse, lætor. pacem eam si à seruitute seiungis; consules & reip. & dignitati tuæ. sin ista pax perditum hominem in * possessionem impotentissimi dominatus restitutura est: hoc animo scito esse omnes sanos, vt mortem seruituti anteponant. itaq; sapientius, meo quidem iudicio, facies, si te in istam* pacificationem non interpones; quæ neq; senatui, neq; populo, neq; cuiquam bono probatur. Sed hæc audies ex alijs, aut certior fies literis. tu pro tua prudentia, quid optimum factu sit, videbis.

in S. C. infra, ep. 33. h. l. & 18. lib. 15. & Philip. 1. & 5.

e qua delectus eras præsidio Mutinensi.

hãc pacem valde improbat etiã in Philippicis.

HVBER. QVòd mihi} Lepido à senatu mandatum erat, vt Antonium oppugnaret: ille vero animo corruptus & male reip. affectus, cum iam decreuisset se cum Antonio coniungere, prius, q̃ id faceret, scripserat Romam se cupidum esse conciliandæ pacis inter ciues R. facturumque vt Ant. desisteret à bello. itaq; Cic. qui intelligebat, quorsum intenderet intentio Lepidi, qui Ant. fauebat, & eum sustinere cupiebat, rescribit aliquãto acerbius, primum accusans Lep. ꝙ non egerit gratias senatui, a quo esset ornatus, cum erat factus imperator aduersus Ant. deinde dicit se lætari, ꝙ velit esse auctor pacis, si modo illa pax non afferat periculum seruitutis P.R. ꝙ si est futura in rem M. Ant. contra P. R. hortatur vt eam amittat, neq; se tali paci immisceat, quia sapientius faciet. {Quod mihi} sensus est. quia valde curo, & laboro, vt tu sis in magna dignitate: ideo dolui ꝙ non egeris gratias senatui, à quo ordine ornatus es, & accepisti dignitatẽ. {Maximis honoribus} quia preces exercitibus R {Conciliandæ} componendæ {Si seiungis eam pacem à s.}.i. si facis ꝙ per eam pacem non redigamur in seruitutẽ Ant. {Consules} prouidebis, facies, quod reip. & tibi sit vtile. {Perditum} sceleratum Ant. {Impotentissimi} incontinentissimi, superbissimi. nam impotentes dicuntur qui ab appetitibus vincuntur. {Dominatus} tyrannidis & violentis imperij. {Restitutura} repositura. {Sanos} sanæ mentis, bene sentientes. {Vt mortem}.i. vt malint mori, quàm se effici seruos. {Interponeres} intermitteres. {Istam} talem. {Probatur} placet {Ex alijs} quàm ex me. {Literis} quia ad te scribetur ab alijs, sicut ego nũc dico.

Quòd

ASCEN.

QVòd mihi, &c } Lepido a senatu mandatum erat, vt Ant. oppugnaret: Ille vero corrupto aio, & in rēp. male affecto, se cum Ant. coniuncturum decreuit. Scripsit autem se velle Romā venire conciliandæ pacis inter ciues gratia, quam vanam cum intellexisset Cic. acerbe accusat Lep. ingratitudinis, & pacem laudat, modo bona sit. Ordo est. Quòd. i. quia summæ curæ est mihi, vt sis q̄ amplissima dignitate. i. habeas amplissimam dignitatē pro summa beneuolentia mea erga te, sup. ideo, tuli moleste, te non egisse senatui gratias cum esses ornatus ab eo ordine. s. senatorio summis honoribus. Ego lætor te esse cupidum pacis conciliandæ. i. componendæ inter ciues, si tu seiungis. i. separas eam pacem a seruitute. hoc est, si vis vt illi cum pace remp. tractent, quia eam liberam esse velint, tu consules. i. proderis & reip. & dignitati tuæ. Sin. i. sed si ista pax. s. quam conciliare vis, est restitutura hominem perditum. s. Ant. in possessionem dominatus. i. tyrannidis impotentissimi. i. superbissimum. scito oēs sanos hoc animo sup. esse, vt anteponant seruituti mortem. i. potius moriātur q̄ illi seruiant. itaq; tu facies, meo quidem iudicio, sapientius, si non interpones te in istam pacificationem, quæ neq; probatur i. bona videtur senatui, neq; populo, neq; cuiquam bono. Sed tu audies hęc ex alijs, aut fiet certior, à diures per literas. Tu videbis. i. considerabis pro prudentia tua. i. secundum prudentiam tuam, quid sit optimum factu. i. vt fiat.

ARG. Dolet se non fuisse participem coniurationis in Cæsarē: quia superstes Antonius perniciem reip. moliatur. deinde suum libertatis recuperandæ studium declarat.

CICERO S. D. C. TERBONIO. 28

ep. 4. l. 12.

*QVAM vellem ad illas pulcherrimas epulas me idibus Mart. inuitasse: reliquiarum nihil haberemus. at nunc cum his tantum negotij est, vt vestrum illud diuinū in rēp. beneficium non nullam habeat querelam. quod vero a te, viro optimo, *seductus est tuoq; beneficio adhuc viuit hæc pestis: interdū, quod mihi vix fas est tibi subirascor. mihi. n. negotij plus reliquisti vni, quàm præter me, omnibus. Vt. n. primum post Antonij fœdissimum *discessum senatus haberi libere potuit: ad illum animum meum reuerti pristinum, quem tu cum ciue accerrimo, patre tuo, in ore, & amore semper habuisti. nam, cum senatum a. d XIII. kal. Ian. tribuni pl. vocauissent; deq; alia re referrent: totam remp. sum complexus; egiq; acerrimè senatumq; iam languentem, & defessum, ad pristinam uirtutem, consuetudinemq; reuocaui, magis animi, quàm ingenij viribus. Hic dies, meaq; contentio, atq; actio spē primum populo R. attulit libertatis recuperandæ. nec vero ipse postea tempus vllum intermisi de rep. non cogitandi solum, sed etiam agendi quod nisi res vrbanas, actaq; oīa ad te perferri arbitrarer; ipse perscriberem. quanquàm erā maximis *occupationibus impeditus. sed illa cognosces ex alijs, a me pauca & ea summatim. Habemus fortem senatum, consulares partim timidos, partim male sentientes magnum damnum factum est in Seruio. L. Cæsar optime sentit: sed quòd auunculus est, non acerrimas dicit sententias. consules egregij: praeclarus D. Brutus: egregius *puer Cæsar: de quo spero equidem reliqua: hoc vero certum habeo, nisi ille veteranos celeriter *conscripsisset, legionesq; duæ de exercitu Antonij ad eius se auctoritatem contulissent, atq; is oppositus esset terror Antonio, nihil *Antonium sceleris, nihil crudelitatis præteriturum fuisse. Hęc tibi etsi audita esse arbitrabar, volui tamen notiora esse. plura scribam, si plus otij habuero. Vale.*

Dio l. 44. & Phil. 13.

cum Brundisiū profectus est, vt legiones Macedonicas ad vrbem secum duceret ep. 15. l 12. Phil. 3. & Dio lib. 45.

nunquā per M. Antonium quietus fuit ep. 1. li. l.

ep. 7. l. 12.

priuato consilio, suo sumptu. Phil. 3.

Brundisio redeuntem. ep. 23. l. 12. & Phil. 3.

BVAAR

QVàm vellem } Cum videret Cic quantū M. Ant. vexaret remp. post mortem Cęs. Conquæritur de Trebonio qui eum detinuerat ante fores senatus, donec Cæs. interficeretur, quòd & illum non interfecisset, ne superessent aliquæ reliquiæ tyrannidis: quas dicit non fuisse futuras, si ipse Cic. interfuisset illi coniurationi: quam appellat epulas, & quasi conuiuium quoddam. Deinde dicit quam fortiter dixerit in senatu pro rep. pręcipue aduersus Antonium Enumerat aūt quosdam, quales sint erga remp. inter quos præcipue laudat Brut. & Cæs. iuniorem. { Inuitasses } vocasses. est aūt verbum epulis & cōuiuio aptū. { Idibus Mart. } eo. n. die, vt Tranq. & Plut. & Ap. scribunt, interemptus est Cæs. { Nihil reliquiarū } perseuerauit in translatione. Reliquias. n. de epulis dicit; epulas aūt intelligit cædem Cæs. reliquias vero M. Ant. quia & ipse fuerat Cæsarianus. eodem aūt argumento epistolam vide lib. 12. ad Cassium, quæ incipit. Vellem idib. Mart. me ad cœnam inuitasse reliquiarum nihil fuisset, &c. { Cum his } . s. reliquiis. i. cum Ant. & ceteris amicis Cæs. { Tantum negotij } tm̄ laboris. { Beneficiū } liberatio a seruitute & tyrannide. { Nonnullā } quandam, vt possit ex aliqua parte accusari. { Seductus } seorsū ab aliis ductus, quia vt scribit Ap relictus fuerat Trebonius, vt Ant. ante fores senatus detineret donec Cęs. interficeretur. { Tuoq; beneficio } q a si fuisset ingressus, voluisset fortasse defendere Cæs. & fuisset cū eo trucidatus. { Quod via fas est } qđ vix possum, aut vix decet, quia sum tibi amicus, & tu pro salute patriæ hoc fecisti: { Præter me } me excepto. i. plus infestat me Ant. q̄ oēs alios. { Reliquisti } . s. seruando ipsum a morte { Illum animum } pristinum amatorē & defensionem liberatis. { Habuisti in ore } . i. laudasti & extulisti sp verbis. { Habuisti in amore } . i. amasti. { Vocauissent } congregassent. { De alia re } de libertate tuenda. { Complexus } suscepi defendendam. { Egi } dixi. { Acerrime } animosissime. { Languentē } quasi debilitatum. { Virtutē } fortitudinem } Consuetudinem } tuendæ libertatis, quæ propria est P. R. { Animi viribus } quem ostendebam inflammatum & promptissimum erga rēp { Quam viribus ing } q̄ eloquentia & vi dicendi. { Summatim } breuiter. { Fortem } magno & prompto animo. { Timidos } qui non audēt defendere qđ est defendendū. { Male sentientes } male affectos erga rēp. { In Ser. } Sulp is. n. optime de rep. sentiebat: & ex labore nimio, cū ad M. Ant. missus fuisset legatus, *interiit. { Auunculus } . s. Cæsaris: erat. n frater matris { Egregij } optimi. { Puer } Cæs. Octauianus, qui adhuc erat pene puer. { De quo } Cæs. { Spero reliqua } . i q et in futurum erit egregius, & opprimet Ant { Cōscripsisset } stipendio cōduxisset. { Is terror } . s. Cęs. ita instructi. Præteriturum } omissurum. { Notiora } ex sermone & ex literis aliorū.

vide Phil. 9

ASCEN.

QVàm vellem, &c. } Cum videret Cic quantū Ant. vexaret rēp. post mortē Cæsaris, conqueritur de Trebonio qui eum detinuerat ante fores senatus, donec Cæs. interficeretur. per hoc. n. factū est quo minus ille quoq; occideretur, & resp. mere liberaretur qđ factum velit, scribitq; q̄ fortiter in Antonium in senatu dixerit, laudans bonos. Ordo est. Quàm. i. ò quantū vellem sup. vt inuitasses me, id Mart. quibus Cæs. a coniuratis discerptus est, ad illas pulcherrimas epulas. s. quibus Cæs absumpserūt cōiurati: nos nihil haberemus reliquiarum, quia etiā Ant. delendum curasset. Satis aūt crudeliter Cæs. cædem epulis comparat. At. i. sed tm̄. i tam multum negotii est nunc cum his. s. reliquiis, vt illud diuinū beneficiū vestrum in rēp. habeat nonullam. i. quandam querelam s. non consummationis. Quòd vero. s. Ant. seductus est. i ab oculis coniuratorū adductus capitur. n. in bonum, a te viro optimo. i. de rep. optime sentiente, & q: hæc pestis viuit adhuc beneficio tuo, ego subirascor tibi interdum. Quod vix est mihi fas i. licitum & permissum. Tu. n. reliquisti mihi plus negotii i. curę, & laboris, q̄ omnibus præter me. Enim. i quia, vt. i. postq̄ senatus potuit haberi primum post discessum fœdissimum Ant s. Marci: ego reuerti. i. iterum conuerti, pristinum animum meum ad illum. s. senatum. quem. s. senatum tu habuisti semper in ore & amore, cum patre tuo ciue acerrimo. i. maxime strenuo. Nā cum tribuni pl. vocauissent senatum ad xiij. cal. Ian. & si tribuni referrent. i. consulerent senatū de alia re. ego sum complexus totam rēp. & egi acerrime. s. pro rēp. cōtra Ant. & reuocaui senatum iam languentem & defessum. i. extreme fessum, ad virtutem & consuetudinem pristinam magis viribus animi. i. actionis, q̄ viribus ingenii. Hic dies & contentio mea. s. in Ant. attulit P. R. spē libertatis recuperandę. Nec vero ipse. i. ego prætermisi postea. i. deinceps vllum tempus, non solum cogitandi sed etiam agendi. s. in senatu, de rep i de eius libertate tuenda. Quòd nisi arbitrarer res vrbanas & oīa acta. s. in senatu & iudicio perferri. s. scripto ad te, ipse. i. egomet perscriberem. q̄q̄ eram impeditus. s. cum hæc scriberem, occupationibus maximis. Sed tu cognosces illam ea aliis, sup. cognosces pauca a me, aut ex me. Et ea sup. cognosces summatim. i. per summas, non per singulas particulas. Nos habemus senatum fortem, & habemus consulares. i. qui aliqñ cōsules fuerunt partim timidos, partim sentientes male

qui vocādi senatū ius habebant. Gell. l. 14. cap. 7.

male, quia contra bonum publicũ. Magnum dãnum factum est in Seruio .i. Seruij morte. Lucius Cæs senit optime, sed q .i. quia, ip se est auunculus .s. M. Ant. ipse non dicit senteotias acerrimas. Consules sup. sunt egregij .s. Hirtius & Pãsa, Decius Brut. est præclarius, Cæs s. Octauius est puer egregius, de quo .s. Cæs. equidem .i. ego quidé, spero reliqua, hoc est q perseuerabit in amore reip. qui tñ solum dñaturus est, sed clementer. Vero pro sed, habeto hoc certum, nisi ille .s. Cæs. sceptisset celerit r veteranos .s. milites & nisi duæ legiones de exercitu Ant. contulissent se ad auctoritaté eius, atq; ns .s. Cæs. esset opposituus terrori Ant. Antonium nihil sceleris & nihil crudelitatis fuisse prætermissurum, id est, prætermissurum. Ego etsi arbitrabar hæc esse audita tibi tñ volui esse notiora tibi. Ego scribam plura, si habuero plus otij.

A G R. Scribit de suo studio erga salutem Ampij exultantis bonumq; spem habere iubet.

CICERO S. D. AMPIO BALBO. 29

(forte is est, de quo ep. 3. l. 1. & ad quẽ 12. l. 6.)

*DE meo studio erga salutem; & incolumitatem tuam credo te cognosse ex literis tuorum: quibus me cumulatissime satisfecisse certo scio. nec iis *concedo, quanquã sunt singulari in te beneuolẽtia, ut te saluum malint, quàm ego. illi mihi necesse est concedant, vt tibi plus, quã ipsi hoc tempore prodesse possim. quod quidem nec destiti facere, nec desistã, & iam in maxima re feci, & *fundamenta ieci salutis tuæ. Tu fac bono animo magnoq; sis, meq; tibi nulla re defuturum esse confidas. Pridie non. Quinct. Vale.*

(ep. 3. l. 4.)

(sic ep. 9. l. 1.)

H V B A R. DE meo} Ad eundem Appium puto Cic. scribere ad quẽ scripsit lib. 3. Sed nescio quo pacto hæc epist. in hunc librum reiecta est, nisi q illæ de rebus prouincia tractãt, in hac aũt cum ageretur de salute & incolumitate Appi, quia patria aberat, Cic. scribit studium in defendenda eius salute, seq; iam iecisse optima fundamenta, nec defuturum posthac. {Salute} vitam. {Incolumitatem} sui corporis, & fortunarum suarum. quibusdam placet hanc epistolam scriptam fuisse quo tempore resp. opprimebatur a Cæs. {Satisfecisse} quia non psũt plus exigere a me q̃ præstiti. {Iis} .s. suis propinquis {Concedo} vincor ab eis {Possim prodesse} quia maior est mea auctoritas, q̃ ipsorum. {Ieci fundamenta} .i. ieci optima initia: tractum ab ædificiis, quorum prius fundamenta iaciuntur.

A S C E N. DE meo, &c.} Ad eundem Appium vĩ scribere, ad quẽ scribit lib. 3. agens de rebus prouinciæ nũc aũt de salute eius scribens dicit se pro ea iecisse optima fundaméta nec cessaturum deinceps. Ordo est. Ego credo te cognoscere de studio meo erga salutem & incolumitaté tuam. ex literis tuorũ, quibus ego scio certo me satisfecisse cumulatissime .i. abũdantissime, nec cõcedo iis .i. eis .i. non fateor me ab eis vinci, q̃ q̃ sunt singulari beneuolentia in te, vt malint .i. magis velint te sup. esse saluum q̃ ego. Necesse est sup. vt concedant .i. attribuant mihi illud .s. vt .i. q possim prodesse tibi hoc tẽpore plus q̃ ipsi Quod .s. tibi prodesse quidem .i. certe, ego nec destiti facere, nec desistam, & feci iam in maxima re .i. pro maxima parte, & ieci fundamenta .i. posui initia salutis tuæ, tracta metaphora fundamentis ædificiorum, quæ q in imo sunt, desuper iaci solent. Tu fac, sup. vt sis animo bono & magno, & confidas me nulla re defuturum tibi. Pridie non. Quinctiles .i. quæ postea Iuliæ dictæ sunt.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Narrat conflictum cum Antonio, vires recensendo, victoriamq; speratam Ciceroni, bonisq; omnibus annunciat.

SER. GALBA S. D. CICERONI. 30

(De hoc Galba in Phil. 13.)

*DECIMO septimo kal. Maij, quo die Pansa in castris Hirtij erat futurus, cũ quo ego eram, nam ei obuiam processeram millia passuum cẽtum, quo maturius veniret) Antonius legiones eduxit duas, secundam, et quintam trigesimam, & *cohortes prætorias duas, vnam suam, alteram *Silani, & euocatorum partem. ita obuiam venit nobis, quòd nos quatuor legiones tironum habere solum arbitrabatur. sed noctu, quo tutius venire in castra possemus, legionem Martiam; cui ego præesse solebam, & duas cohortes prætorias miserat Hirtius nobis. cum equites Antonij apparuissent, *contineri neq; legio *Martia, neq; cohortes prætoriæ potuerunt: quas sequi cœpimus coacti, quando eas retinere non poteramus. Antonius ad Forum Gallorum suas copias continebat: neq; sciri volebat se legiones habere: tantum equitatum, & leuem armaturã ostendebat. postea quàm vidit se inuito legionem ire Pansa, sequi se duas legiones iussit tironum. postea quàm angustias paludis, et siluarum transiuimus, acies est instructa a nobis duodecim cohortium. non dum venerant legiones duæ. cum repente Antonius in aciem suas copias de vico produxit, & sine mora concurrit. Primo ita pugnatum est, vt acrius non posset ex vtraque parte pugnari. sed dexterius cornu, in quo ego eram cum *Martiæ legionis cohortibus octo impetu primo fugauerat legionem *trigesimam quintam Antonij, vt amplius passus quingentos vltra aciem, quo loco steterat, processerit. itaq; cum equites nostrum cornu circuire vellent, recipere me cœpi, & leuem armaturam opponere Maurorum equitibus, ne auersos nostros aggrederentur interim video me esse inter Antonianos, Antoniumq́ue post me esse aliquanto. repente equum immisi ad eam legionem tironum, quæ veniebat ex castris scuto reiecto. Antoniani me insequi: nostri pila cõijcere velle. ita nescio quo fato sum seruatus, quòd cito sum a nostris cognitus. In ipsa Aemilia, vbi cohors Cæsaris *prætoria erat, diu pugnatum est. cornu sinisterius, quod erat infirmius, vbi Martiæ legionis duæ cohortes erant, & cohors prætoria, pedem referre cœperunt, quòd ab equitatu circuibantur, quo vel plurimum valet Antonius. cũ omnes se recepissent nostri ordines recipere me nouissimus cœpi ad castra. Antonius, tanquam victor, castra putauit se posse capere. quò cum venit, complures ibi amisit nec egit quidquam. Audita re Hirtius cum *cohortibus viginti veteranis redeunti Antonio in sua castra occurrit, copiasq; omnes eius deleuit, fugauitq; eodem loco, vbi erat pugnatum, ad Forum Gallorum. Antonius cum equitibus hora noctis quarta se in castra sua ad Mutinã recepit. Hirtius in ea castra *rediit, vnde Pansa exierat, vbi duas legiones reliquerat, quæ ab Antonio erant oppugratæ. sic partem maiorem suarum copiarum Antonius amisit veteranarum: nec id tamen sine aliqua iactura cohortium prætoriarum nostrarum & legionis Martiæ fieri potuit. *aquilæ duæ, signa sexaginta sunt relata Antonij. res bene gesta est. Ad XII. kal. Maij ex castris. Vale.*

(Veg. l. 2. cap. 6.)

(qui discesserat a Lepido ipso tamen haud inuito. ep. 14 h. l. & Dio l. 46 Phil. 14.)

(quæ relicto Ant. Cæsari Octauiano se adiunxerat. Phil. 3. & 5. & Vell. l. 2.)

(æquum admittere, dixit lib. 2. de Fin. incitare, lib. 3. de nat. d.)

(prætoriæ cohortes fortissimorum virorum.)

(duabus legionibus a ratione 13. in Ant.)

(exercitu incolumi. Phil. lip. 14.)

(legionis signa: nã cohortium diuersa, quæ 60. hostibus erepta.)

H V B A R. DEcimo septimo} Galba vnus fuit ex iis, qui in cædẽ Cæs. coniurauerant, cui post eius mortem, cum Ant. desciuisset a voluntate senatus, commissæ fuerant quædam legiones aduersus eum, qui mutinæ Brutum obsidebat. Narrat igitur Galba, quemadmodum eo die, quo Pansa, & Hirtius consules erant futuri in castria contra Ant. Antonius, existimans hos habere tantummodo 4. legiones tironum, eos aggressus est. exponitq; vires Ant & suas, & conflictum inter se acerrimum. ex quo dicit Ant. superatum cum magna iactura, & amissione suarum copiarum veteranarum recepisse se in castra sua ad Mutinam. {Nam ei} parenthesis. {Processeram} progressus erã. {Veniret} .s. in castra, in quibus ego eram ante, q̃ ipse. {Secundam & quintam trigesimam} ita erant apud Romanos nomina legionum. {Silani} is erat vnus ex ducibus {Partem euoc.} .i. quæ legio Silani erat pars euocatorum. qui autem dicerentur milites euocati, supra diximus {Apparuisset} de improuiso se ostendisset. {Contineri} a nobis quin irruerent in hostes. {Continebat} seruabat. {Sciri} a nobis. {Forum Gallorum} nomẽ est oppidi in Italia ita dicti, quia a Gallis fuit cõditum. Appianus appellat Celtarum forum, seu villam. {Leuem} armaturam .i. milites leuis armaturæ, qui præmittebantur, vt essent agitatores ad incipiendum prœlium.

prælium. §Tm̃§ solùmodo. §Angustias§ difficultates. loca angusta & difficilia sic.n sunt vbi cõmissum est prœlium, vt declarat Ap. his verbis de hoc ipso prælio loquens: Antonius angustias locorum non multi faciens quasi nihil amplius q̃ ab accessu eos esset prohibiturus, & pugnæ ductus desiderio, cum equitatu ante iret per campum palustrẽ & fossis præpeditũ, duas ex præstantioribus legiones in occulto collocata versus iter, qđ angustum & manu factum vtraq; ex parte arundinibus circũseptum adhęreat. §Duę legiones§ quas Pansa iusserat se sequi. §De vico§ de foro Gallorum. §Martiæ§ ita appellabatur fortasse quasi bellicosa. §Cornu§ diuiditur n. exercitus in duo cornua dextrũ & sinistrũ. Lucan. Cornu tibi cura sinistri Lentule. §Processerit§ progressum sit. s. cornu dextrum. §Circumuenire§ insidiis circũuallare. §Recipere§ retrahere. §equitibus Maurorum§ quos habebat M. Ant. §Auersos§ a tergo, quia se recipiebant, vt iusserã. §Reiecto§ post terga posito; ne ferriretur a sequentibus hostibus. §Pila§ proprię sunt tela R. vt & pila minantia pilis. §Velle§ volebant. §Conii-cere in me§ quem credebant esset hostem, quia viderant me in medio Antonianorum. §Nescio quo fato§ nescio qua fortuna, ita diis volentibus §Referre p§ retrahere sese retro. Equitatu§ equitibus Antonianis. §Quo§ equitatu. §Nostri or.§ nostræ acies §Nouissimus§ vltimus omnium. §Quũ§ ad quæ castra. §Iacturæ§ amissione. §Prætorianarum nostrarum§ nam prætoria Cæs. cohors, integra concisa est: & cecidere in prima pugna ad dimidiam ferè partem ex vtroq; exercitu, ex Hirtii militibus pauci interiere. §Signa§ vexilla. §Relata§ reportata. s. a nostris. §Bene§ feliciter. §Gesta§ a nostris. Hanc pugnam scribit plenissime Appianus lib. 3. sed tamen non nominat hunc Galbam.

ASCEN. Decimo septimo, &c.§ Galba vnus fuit ex his qui in Cæs. coniurauerant, cui post eius mortem cũ Ant. desciuisset a voluntate senatus, commissę sunt quædã legiones aduersus eundem Ant. qui Mutinæ obsidebat Brutum. Narrat aũt hac epistola quemadmodũ. eo die de quo Pansa & Hirtius consules erant futuri, in castris Ant. eos aggressus sit, & q̃d in eo conflictu effectũ. Ordo est. Ant. eduxit legiones duas a vij. Cal. Maii, hoc est, in Aprili septemdecim diebus ante primũ diẽ Maii, quo die Pansa erat futurus in castris, & sup. etiam Hirtius, qui consules erant cum quo. s. Pansa ego eram. Nam processerã ei obuiam. s. officii, & honoris gratia centum millia passuum, quo i. vt ipse veniret maturius. i. citius sed tñ in tpe oportuno. Antonius inq̃ eduxit legiones duas. s. secunda, & trigesimam quintã, & duas cohortes pretorias, vnam. s. cohortẽ suam alteram Silani. i. cui præerat. Silanus, appositorie partem euocatorũ. Ita quia bene instructus venit obuiam nobis. i. quia arbitrabatur nos hr̃e tm̃ i. duntaxat quattuor legiones tironu. i. nouitiorũ militum. Sed Hirtius miserat nobis noctu. i. tempore nocturno quo. i. ideo vt possemus venire tutius in castra, legionẽ Martiam quæ præstãtissima habebatur, & duas cohortes prætorias quæ veteranorũ erat. Cum. i. postq̃, equites Ant. apparuissent, neq; legio Martia, neq; cohortes prætoriæ ab Hirtio missæ, potuerũt contineri. s. quin in hostes iruerent. Quas. s. legiones, nos coacti, ne eos turpiter deseramus cœpimus. i. incepimus sequi. Docet quõ coacti, qñ. i. qñquidem nos non poteramus retinere. s. sub signis & in statione sua eas. Antonius obtinebat copias suas ad forum Gallorum, q̃ Galli in ea regione condiderant oppidulum dictũ Celtarum Forum, seu villã ab Appiano, eo qđ Celtæ cõdiderant aut frequẽtare solebant, neq; volebant sciri. i. vt sciretur. Est aũt verbum impersonale se habere, i quod ipse haberet legiones. i. exercitum pedestrem quia ostendebat. s. nobis tm̃. i. duntaxat aut solũmodo, equitatum. i. exercitum equestrem, aut equitatum seu equo merentium, & armaturam leuem. velites, qui æquitatum comitabantur quia cum leuiter essent armati cũ equis fugere & inuadere poterant, ideo aũt noluit sciri vt inciderem in insidias. Postea q̃ Pansa vidit legionẽ ire. i. proficisci in Ant. se inuito iussit duas legiones tironum sequi se. Posteaq̃ transiuimus angustias paludis & siluarum, acies duodecim cohortium est instructa a nobis. nam sup. duæ legiones, vt opinor, prætorianæ nondum venerant Ant. produxit de vico. s. fori Gallorũ repente copias suas in aciem & concurrit. s. nobiscũ sine mora. i. dilatione facta. Pugnatum est primo s. concursu, ita vt non possit pugnari ex vtraq; parte acrius. Etsi. i. tametsi, cornu dexterius. i. dexterũ, in quo ego eram, inquit Cic. cum octo cohortibus legionis Martiæ, fugauerat trigesimã quintam legionem Antonij, ita sup. vt processerit amplius centũ passus vltra aciem, quo loco steterat. s. prius. Itaq; cum equites vellent circuire cornu nostrum qđ perseuerãdo hostem processerat longius, ego cœpi recipere me. i. retrocedere ad castra tanq̃ loca tutiora, & opponere equitibus Maurorum armaturam leuem. i. velites leuiter armatos, ne aggrederentur aduersu nostros. Interim. i. inter id faciundum video. i. agnosco me esse inter Antonianos, & Antonium, esse aliquanto post me ego immisi repente equum. s. meum ad eam legionẽ tironum quę veniebat ex castris, scuto reiecto. i. post tergũ iacto, ne ferirer ab insequentibus. Antoniani sup. cœperunt insequi me, aut insequi pro insequebantur me. Nostri. s. milites velle sup. cœperunt aut velle pro volebant, conijcere. i. simul iacere in me pila. i. tela sua oblonga. Ita nescio quo fato sum seruatus, quia petitus rã a meis q̃ ab hostib⁹ sum aũt seruatus, q̃. i. quia sum cognitus cito a nostris. Pugnatum est diu in ipsa Aemilia. s. via, vbi erat cohors prætoria Cęs. s. Octauii cornu sinisterius i. quia erant in cornu sinistro. capitur .n. collectiue pro iis qui in cornu sunt. vnde cœperunt dicere, q̃ .s. cornu erat infirmius i. qui erant infirmiores, vbi erant duæ cohortes legionis Martiæ, & cohors prętoria, & cęperũt referre i. retrocedere, q̃ i. quia circumibantur. i. concludebantur ab equitatu quo Ant. Valet vel. i. etiam, plurimum, cum oẽs ordines nostri. i. milites in ordines dispositi recepissent se. s. in castra, ego nouissimus i. vltimus cœpi recipere me ad castra Ant. tanq̃ victor. s. esset, putauit se posse capere castra. quò. i ad quæ. cum. i. postq̃ venit amisit ibi complures, nec egit quidq̃. i. nihil cepit. Hirtius audita re occurrit cum viginti cohortibus Ant. redeunti in sua castra, & deleuit oẽs copias eius, fugauitq; ab eodem loco, vbi erat pugnatum, sup. vsq; ad forum Gallorũ Ant. recepit se cum equitibus hora quarta noctis in castra sua ad. i. apud Mutinã. Hirtius redit in castra vnde i. è quibus Pansa exierat. vbi. s. Pansa reliquerat duas legione, quæ erãt oppugnatæ ab Ant. Sic Ant. amisit maiorem partem copiarum suarum veteranarum, Nec tñ id potuit fieri sine aliqua iactura. i. detrimento cohortũ prætoriarum nostrarum, & legionis Martiæ. Duæ aquilę i. vexilla magna, sexaginta signa. s. minora vexilla Ant. sunt relata. s. ex cõflictu Res est gesta bene. i. feliciter. Ad xij cal. Maij sup. dedimus has ex castris.

PAVL. MAN. Amplius passus quingentos§ passuum numerum, quem alii scriptis in libris se non vidisse dixerunt, comperimus in libro perantiquo Vincentij Riccii.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Excusat se, cur minus scripserit; conqueriturq; de Balbo, prætore suo & quem animum habeat erga remp. ostendit. postremo consilium captat a Cicer. num in prouincia mansurus sit, an in Italiam se transferre debeat. * Nã Hispaniam posteriorem administrabat, a Cæsare cõmissam, in qua Lusitania continetur: citerior Lepido attributa erat. infra, ep. 33.

C. ASINIVS POLLIO S.D. CICERONI. 31

*Minime mirum debet tibi videri, nihil me scripsisset de rep. postea quàm itum est ad arma. nam saltus Castulonensis, qui semper tenuit nostros tabellarios; etsi nũc frequẽtioribus latrociniis infestior factus est tamen nequaquã tanta in mora est quanta qui locis omnibus dispositis ab vtraq; parte scrutantur tabellorios, & retinent. itaq; nisi naue perlata litera essent, omnino nescirem, quid istic fieret. nunc vero, nactus occasionem, postea quàm nauigari cœptum est, cupidissime, & quàm creberrime potero, scribam ad te. Ne mouear eius sermonibus, quem, tametsi nemo est qui videre velit, tamen nequaquã proinde, ac dignus est oderũt homines. periculũ non est adeo est. n. * inuisus mihi, vt nihil non acerbum putem, quod cõe cum illo sit natura aũt mea, & studia trahunt me ad pacis & libertatis cupiditatem. itaq; illud initium ciuilis belli sæpe defleui, cum vero nõ liceret mihi nullius partis esse quia vtrobiq; magnos inimicos habebam; ea castra fugi, in quibus plane tutum me ab insidijs inimici sciebam non futurũ. compulsus eo, quò * minime volebam; ne in extremis essem, plane pericula non dubitanter adij. Cæsarem vero, quod me in tanta fortuna, modo cognitum, vetustissimorum familiarium loco habuit, dilexi summa cum pietate, & fide quæ mea sententia gerere mihi licuit, ita feci; vt optimus quisq; maxime probarit: quod iussus sum, eo tempore, atq; ita feci, vt appareret; inuito imperatum esse cuius facti iniustissima * inuidia erudire me potuit, quàm iucunda li-*

M. Antonius, nunc inuisus quia reip. hostis, antea vero amicus. ep. 33. h. l.

quia Cæsar pro sua potẽtia, Pop. pro rep. putabatur cõtendere:

odium aduersum me iniuste concitatum.

bertas

*bertas, & quàm misera sub dominatione vita esset. ita, si id agitur. vt rursus in potestate omnia vnius sint: quicũq; is est, ei me *profiteor inimicum: nec periculum est vllum quo pro libertate aut refugiam, aut deprecer. sed consules neq; S. C. neq; literis suis præceperant mihi. quid facerem vnas. n. post id. Mart. demum a Pansa literas accepi: in quibus hortatur me vt senatui scribam, me, & exercitum in potestate eius futurum quod cum Lepidus concionaretur atq; omnibus scriberet, se consentire cum Antonio, maxime contrarium fuit. nam quibus commeatibus, inuito illo, per illius prouinciam legiones ducerẽ? aut si cetera transissem, num etiam Alpes poterã transuolare, quæ præsidio illius tenentur? Adde huc, quòd perferri literæ nulla conditione potuerunt. sexcentis. n. locis excutiuntur, deinde etiã retinentur a Lepido tabellarij. Illud me Cordubæ pro cõcione dixisse, nemo vocabit in dubium, prouinciã me nulli, nisi qui a senatu missus venisset traditurum. nam de legione trigesima tradenda quantas habuerim *contentiones, quid ego scribã? qua tradita quanto pro rep. infirmior futurus fuerim, quis ignorat? hac. n. legione noli acrius. aut pugnacius quidquam putare esse. quare me eum existima esse qui primum pacis cupidissimus sim; (omnes enim ciues plane studeo esse saluos) deinde qui & me, & remp. vindicare in libertatem paratus sim. Quòd *familiarem meum in tuorum numero habes; *opinione tua mihi gratius est inuideo illi tamen, quòd ambulat & iocatur tecum quæres, quanti æstimen. si vnquàm licuerit viuere in otio, experieris nullum n. vestigium abs te discessurus sum, Illud vehementer admiror, non scripsisse te mihi, manendo in prouincia ne, an ducendo exercitum in Italiam, reip. magis satisfacere possim. ego quidem, etsi mihi tutius ac minus laboriosum est manere; tamen, quia video, tali tempore multo magis legionibus opus esse. quàm prouinciis, quæ præsertim recuperari nullo negotio possunt, constitui, *vt nunc est, cum exercitu proficisci. deinde ex literis, quas Pansæ misi cognosces omnia. nam earum tibi exemplar misi. XVII. kal. April. Cordubæ.*

mox tamẽ Asini te cũ Antonio cõiũxisse. Velleius l. 2.

ep. 33. h. l.

vide ep. sequentem.

ep. sequenti ep. 15 l 12. 24 l. 14. & l proœmio de claris or. Opinione omnium maiorẽ animo cepi dolorẽ

vt nunc quidem in alio habeo. casus autem sæpe cogit. mutare consilium.

HVBER

MInime} Cũ tumultibus bellorum ciuiliũ aduersus M. Ant. post cædem Cæsaris Asin Pollio esset Cordubæ, quæ vrbs est in Hispania Bætica, neq;, postq̃ illuc iuerat, quidq̃ scripsisset Romam, ne haberetur suspectus, quia fuerat Cæsarianus, hac epistola se excusauit, transferens culpã suæ cessationis in latrones, a quibus lĩæ intercipiebantur. Postq̃ vero cœptum est nauigari, ita vt literæ possint naui deferri, dicit se quã creberrime scripturum. conqueritur aũt de Balbo, quæstore suo, de quo sequenti epistola plura dicet: ostenditq; se cupidissimum esse pacis: & dicit se olim necessitate, non voluntate secutum fuisse partes Cæs. quas quanta moderatione seruauerit, declarat ex quo ostendit, quem aium nunc habeat, ne rursus oĩa in potestate vnius veniant Dicit aũt se prohibitum a Lep. ne transiret in Italiam, aut etiam scriberet. ex hoc aũt testatur fidẽ suam erga rẽp. ꝙ cum iuissent, qui uellent ei succedere in prouincia, ac peterẽt dari sibi ab eo legionẽ trigesimam ducendã contra Ant. rñdit se nemini traditurum prouinciam, nisi senatus misisset eum neq; etiã traditurũ legionem trigesimam, quę erat pugnacissima. dubitabat. n. Pollio de eorum aso & fide erga rẽp. qui venirent non missi a senatu concludit aũt se cupidissimũ pacis, & vindicande reip. in libertatem. Postremo dicit, quantum cupiat cõsuetudinẽ ipsius Cic quam quanti faciat, ostendet, si aliq̃ pax fuerit. petit aũt a Cic. fieri certior, an vtilius sit futurũ ꝙ veniat in Italiã, an ꝙ remaneat in prouincia. {Itum est ad arma}. i. veni ad bella, vt in hac prouincia obsisterem Antonianis & oĩbus hostibus reip. {Nam saltus} ponit causam, quare nõ scripserit, quia apud Castulonem, oppidũ Hispaniæ, silua quædã, per quam necesse erat transire ita esset referta latronibus, qui intercipiebant tabellarios & literas, vt nemo posset tuto trãsire. Saltus aũt pro silua & loco nemoroso ponitur, vbi solent insidiari latrones. Quoties tuto custode tenentur, Et põtina palus, & gallinaria pinus. Nam ꝙ saltis legendũ sit, & sit nomen sicarii, qui apud Castulonẽ latrocinabatur absurdissimum est qđ & verba textus declarant, quibus ostendit saltũ oẽm non vno latrone, sed multis latronibus fuisse infestũ, cum dicit latrocinijs, & dicit alios etiã in locis dispositos esse multos latrones {Tenuit} impediuit. {Frequentioribus} q̃ solebat. {Infestior} periculosior. {Tanta mora est}. s. saltus Castulonensis tñ moratur, & detinet nostros tabellarios. {Dispositi} collocati. s. latrones {Scrutantur} inquirũt. {Istic} in Italia, quia nõ potuissent perferri mihi literæ ex Italia, nisi perlatæ essent naui. {Cupidissime} libẽtissime. {Perinde} ita quia maiore ẽt odio hominũ digna est q̃ eum prosequantur. Videtur aũt significare Balbum quęstorẽ suum pessimo ingenio. qui, quantũ coniicimus, maledixerat de Pollione. {Periculũ nõ est}. s. in eo, ꝙ ipse de me dicit. {Non acerbum} graue. i. nihil est qđ non videatur infestia, qđ cum illo sum gesturus {Natura aũt} significat Balbũ discordiarũ amatorem, se vero pacis & concordiæ cupidum qđ probat ex ante acta vita etiã tẽporibus Iulii Cæs. & Pop. {Defleui} indolui. {Illud}. i. cum orta sunt bella inter Cæs. & Pomp. {Vtrobiq;} & apud Cæs. & Põp. {In ea} Cæsaris. {Inimici}. s. cuiuslibet inimici mei. {Eò} ad Cæs. {In extremis}. i. nimio contẽptus: {Non dubitãter} sine dubio, certissime. Modo cognitum}. i paulo ante cognitum, non aũt multo ante. {Vetustissimorũ}. quia iandiu cognouerat & expertus erat. {Mea sñia} iudicio mea. {Ita} ea moderatione. {Probarii} affirmant me bene fecisse. {Iussus sum} a Cæs. {Ita} eo modo vt homines intelligere possent me nõ gaudere. ꝙ imperatum esset mihi. {Cuius facti}. s. qđ licet inuitus, tñ fecissem quæ imparasset. {Inuidia iniustissima} odiũ quo me hoies iniustissime prosequebantur, quia facerem quæ mihi imperaret. iniustissimam aũt inuidiam dicit qm̃ qđ sponte non faceret, non merebatur odiũ. quod licet non mereretur, quia nõ potuit effugere: dicit se nunc intelligere ex eo q̃ iucundum sit viuere in libertate: ubi nullius imperio cogaris aliqd facere qđ nolis. itaq; profitetur se fore inimicũ ei, qui rẽp. opprimere voluerit, quicunq; is fuerit {Erudire} docere. {In potestate vnius} vt vnus sit oĩum dominus, sicut fuit Cæs. {Quicunq; is est}. q. d. nullo excepto, ẽt si esset mihi frater {Refugiam} vitẽ. {Aut deprecer} aut recusem precando ne mihi imponatur, sicut equidem merui, nec deprecor inquit. {Post id. Mart.}. i. postq̃ Cæs. est interfectus. {Quod} dicit valde sibi nocuisse, ꝙ Lep. in concione dixit suis militibus Pollionem esse in potestate senatus, & scripsit etiã ad multos se consentire cum Ant {Fuit cõtrariũ}. i. nocuit. {Quibus} interrogatiue q. d. nullis: quia nulli dati essent mihi, cum ille iam diuulgasset se consentire cum Ant. {Commeatibus} cibariis datis exercitui meo, {Illius} Lep. {Cetera} extra prouinciam & vim militum. Lep. {Num} an. {Poteram transuolare} tanq̃ volucris q. d. non quia non habeo alas. {Præsidio} militibus. {Illius} Lep. qui disposuit milites ad seruandas alpes ne quispiã posset transire. {Adde} subiungit aliam causam, quare nõ potuerit declarare senatui se & exercitum suum in potestate eius futurum. {Huc}. i adhæc. {Sexcentis} numerus finitus pro infinito. i. in plurimis locis. Secentis aũt non sexcentis legendum est quia numerales dictiones inter se integræ cõpositæ inuariabiles sunt per casus: vt, Hic iam tercentum totos regnabitur annos. Sin vero cum corrupta componantur, variantur, vt Virg. 10. Aeneid. Secẽtos illi dederat Populonia mater Expertos belli iuuenes, est Ilua trecentos. Et sic ducentos, & bis centum, & quatercentum, & quadringenti & sic de reliquis. {Excutiuntur} violenter inquiruntur {Cordubæ} in Corduba, quæ vrbs est Hispaniæ Bæticæ, ædificium Marcelli, hodie duorum Senecarum, & Lucan. poetæ nomine percelebris. {Pro concione. i. in concione. {Nemo vocabit in dubium}. i. non dubitabit {Prouinciam me} Hispaniam, cui præsum {Conciones} orationes, qui dicebant me nunq̃ cuiquam traditurum esse {Hac legione} trigesima. {Tradita} alii data. {Pugnacius} bellicosius. {Acrius} anxiosius & fortius. {Deinde} post. cupiditatẽ pacis {Qui}. i. eũ qui velim, & me, & libertatem meam defendere & restituere {Familiarem meũ} de quo dicat, non satis intelligitur {Quæres} petes, interrogabis, {Quanti æstimen} quanti faciam. s. ambulari & iocari tecum. {Si licuerit viuere in otio} si vnq̃ potero in tranquillitate viuere {Experieris} re ipsa cognosces. {Nullũ vestigium}. i. nullum passum. i. non mouebis pedem sine me. {Magis satisf.} magis prodesse & præstare officium meũ & facere qđ illa a me exigat. {Nullo negotio}. i. nullo labore, hoc est sine difficultate. {Tutius} quia non ita exponam me periculis bellorum. {Ac mihi.} quia non ibo per hostes, & per alpes. {Legionibus} exercitibus, qui subueniant reip {Vt nunc}. i. sm̃ conditionem horum temporũ. {Proficisci} discedere in Italiam,

llam. {Pansæ} consuli ad eum.n.scripserat Pollio plenius.{Exemplum}.i.eas literas transcriptas.sic n.appellamus exemplum,qđ est ad similitudinem alterius.neq; solum factorum,sed ét terũ dicimus exempla.vtputa si velim vendere vinũ, aut frumentũ, aut pannum, quod damus, & monstramus pro similitudine illius, appellatur exemplum, quod vulgo appellant monstrationẽ, vt dabo tibi exemplũ panni, quẽ sum venditurus.i.monstrabo tibi qualis sit.{Cordubæ} subaudi, scripta est hæc epistola, vel data.

ASCEN. Moime &c.{ Cum in tumultibus bellorum ciuiliũ post cedem Cæs.contra Ant. Asinius poll. esset Cordubæ in Hispania,neq; quidq̃ a profectione sua Romã scripsisset,ne haberetur suspectus, quia fuerit Cæsarianus hac ep.se excusat transfertur culpam cessationis suæ in latrones a quibus literæ incipiebãtur. Postq̃ vero cęptum est nauigari,dicit se quãprimum scripsisset.Scribit aũt se cupidissimum pacis, & Cæs.partes necessitate secutum.Dicit ẽt se a Lepido ne in Italiã transiret prohibitum,nec cuiq̃ se tradituꝝ prouinciam sine iussu senatus.demum se cupere vehemẽter consuetudinem Cic. dicit. Ordo est.Minime mirum debet videri tibi me nihil scripsisset de rep. postea quantũ est ad arma.s.cõtra Ant.Nã saltus Castulonẽ .i.locus siluosus,& ẽt saltuosus in Hispania iuxta Castulonẽ oppidum,qui tenuit sp.i omni tpe tabellarios nostros.i.eos qui ferunt tabellas, hoc est lr̃as nostras, etsi.i.q̃q̃ factus est nunc infestior.i.maiorẽ vim inferens frequẽtioribus iis:tñ ipse nequaq̃ est in tanta mora.i.impedimento nr̃os remoranti,quãta sup. sunt ij qui dispositi oib' locis scrutãtur ab vtraq; parte aut factionis aut regionis tabellarios & retinent.Itaq; nisi lrę essent perlatæ naui .i.nauigio,ego nescirem oino quid fieret istic.s.Romæ vbi tu es. Nunc vero nactus occasionẽ,postea q̃ cœptum est nauigari, scribã ad te cupidissime,& q̃.i.quantũ potero creberrime,ne mouear sermonibus eius.s.pessime delatoris, videlicet ut opinio est, Balbi quæstoris eius,quẽ tametsi nemo est qui velit videre,tñ homines non oderunt perinde ac.i.tm̃ quantum dignus est:periculum nõ est.s.si enim oderint, aut si male de me loquatur.Ipse est mihi adeo inuisus.i.in odio habitus, vt nihil putem non acerbũ quod sit cõe cum illo.Aũt.i.sed natura mea & studia mea.i.inclinationes naturales & exercitia mea trahunt me ad cupiditatẽ pacis & libertatis.Itaq; ego defleui sæpe illud initium belli ciuilis.s.inter Cæs.& Pompeium.Vero.i.sed cum liceret mihi esse nullius.i.neutrius partis,quia tales pro hostibus Põpeianis iudicabuntur, sed hic affert aliam occasionẽ dicens quia habebam vtrobique.i. ab vtraq; parte magnos inimicos,ego fugi in ea castra.s.Cæs.in quibus sciebã me non futurũ tutum plane.i.oĩno, ab insidiis inimici .s.à Pompeio stantis compulsus eò quò volebã minime.i.ad bella ciuilia gerenda,ne essem planè.i.oĩno in extremis.i.deputarer cum abiectissimis,& pessimis militibus,adii non dubitanter pericula.Vero pro sed, ego dilexi cum summa pietate & fide Cæsarẽ .s.Iulium q̃.i.quia ipse habuit me cognitũ Modo.i.paulo ante,in tota fortuna,loco i æstimatione familiariũ.s suorũ vetustissimorum. Ego feci ea quæ licuit mihi gerere sñia mea.i.ex arbitrio & iudicio proprio ita ut optimus quisq; probarit.i.laudarit,maxime ego feci id qđ iussus sum sup. facere eo tpe, ita vt apparet imperatum esse inuito q.d.si qd.hostile gessi,id coactus feci,& ita frigide feci vt coactus viderer. Cuius facti inuidia iniustissima, q.a quod potuit.fecerat, potuit erudire.i.docere me, q̃.i.quantũ iucunda sup.esset libertas, & q̃.i.quantum misera vita esset sub dominatione.i.tyrannide.Ita pro itaq;.i.& sic,id agitur.i prætenditur,vt omnia fiorent rursus.i.iterũ in potestate vnius. ego profiteor me inimicum ei,quicunq; is est.Sciebat aũt Antonium esse. Veruntamen postea sub Augusto rerum domino suauissime vixit. Nec vllum est periculum qđ aut fugiam,aut deprecer.i.precer ne sit mihi obeundũ, pro libertate.s.publica. Sed consules s. Pansa & Hirtius, neq; præceperant mihi quid facerẽ per senatusconsultum.i.mittendo ad me senatusconsultum.i.decretũ senatus neq; literis suis.Ego.n.accepi demum post id. Martias vnas lr̃as a Pansa.s.consule in quibus hortatur me,vt scribã senatui.me & exercitum.s.meum,futurum in potestate eius.s.senatus.qđ.s.significasse me futurũ in potestate senatus,fuit maxime contrarium.i.nociuum,cũ Lepidus cõcionaretur.i.verba ad milites suo faceret atq; scribere oibus se consentire cũ Ant Nã quibus cõmeatibus .i.vt dñt victualibus, pro itinere necessariis ego ducerẽ.i.ducere possem legiones per prouinciam illius s.Lep.illo inuito.q.d.nullo.aut si sup.Lep vitans transissem cetera s loca, num.i.nunquid poteram transuolare etiam alpes quæ tenentur præsidio illius.s. Lep.q d. minime.Adde huc.i.ad hanc rationem,aut excusationẽ q̃ literæ nulla conditione potuerunt perferri.literę.n.excutiuntur.i.inuestigantur & leguntur sexcentis.i.plurimis locis: deinde .i.insup tabellarii retinẽtur etiã a Lepido.Nemo vocabit illud in dubium.i.nemo poterit asserere illud dubium,me dixisse Cordubæ quæ ciuitas est Hispaniæ Bæticæ,pro concione.i.ante omnes ad concionem concitatos, me traditurum nulli prouinciam,nisi qui venisset missus a senatu.s.Romano Nam quid.i.ad quid scribam quantas conciones habuerim de legione trigesima tradenda .i.quod nolim cuiquã tradere? Qua.s.legione tradita.i.si fuisset alteri vt lepido, aut Antonio tradita, quis ignorat quanto infirmior pro rep. fuissem futurus? q d.nemo. Enim.i.quia ò Cicero noli putare quidquã esse acrius, aut pugnacius.i.efficacius ad pugnã,hac.s.legione trigesima. Quare existima.i.iudica me esse eũ primum qui sim cupidissimus pacis. Ego.n. studeo.i.studiose cupio oẽs ciues esse saluos.Deinde sup.eum, qui sim paratus vindicare.i asserere, & me & remp in libertatem. Quod habes familiarẽ meum opinor de Appio loqui, in numero tuorũ est mihi gratius opinione tua.i.quã opinaris Inuideo tñ illi q̃ ambulat & iocatur tecum,hoc est uelim id mihi contingere Quod s.tecũ ambulare & iocari quanti æstimem i.appræciandum iudicẽ,tu experieris, si licuerit sup.nobis viuere unq̃ in otio. Ego.n nullum uestigium discessurus sum a te. Ego admiror uehementer illud te non scripsisset mihi utrum sup.ego possim magis satisfacere reip. manendo in prouincia, hoc est in Hispania,an ducendo exercitum in Italiam Ego quidem, etsi.i q̃q̃ tutius ad minus laboriosum est mihi manere.s.in prouincia, tñ quia uideo multo magis opus esse.s.reip. tali tpe.s.quo disceptatur pro libertate legionibus.s.quibus defendatur resp q̃ prouinciis quibus augeatur,præsertim sup.illis prouinciis,quæ possunt recuperari.nullo negotio constitui ut nunc est.i.ut res se nunc habent, proficisci.i.discedere hinc in Italiam cum exercitu. Deinde.i.insuper tu cognosces ea.s.quæ decreuerim facere ex literis,quas misi Pansę.s.consuli,a quo literas acceperat.Sunt qui legant quas Pansa mihi, sed non procedit: nonit.n.quæ Pansa scripserat etiam prius Cicero. Nã misi tibi exemplar.i.diploma, aut duplum earum. Datum sup. aut scriptum Cordubæ.avij. cal. Apr.

PAVL. MAN. Vantas habuerim contẽtiones{antea,conciones.nos, contentiones, emẽdauimus ex uetusto libro Pauli Boti, & ex epistola sequenti,in qua idem Pollio ita scribit: Nec uero minus Lepidus orsit me & suis,& Antonii literis ut legionem trigesimam mitterem sibi.

ARG. Enumerat, quæ Balbus, quæstor suus, flagitiose commiserit quæq; ipse fecerit ad exercitum in reip. potestate continendum.

ASINIVS POLLIO S. D. CICERONI. 32

*BALBVS quæstor magna numerata, pecunia, magno pondere auri maiore argenti coacto de publicis exactionibus, ne stipẽdio quidem militibus reddito, duxit se a Gadibus; et triduum tempestate retentus ad Calpen, kal. Iunij transiecit sese in regnum Bogudis, plane bene *peculiatus. his rumoribus vtrum Gades referatur, an Romam, (ad singulos.n.nuntios turpissime consilia mutat,) nondum scio, sed, præter furta, & rapinas, & virgis cæsos socios, hęc quoq; fecit, vt ipse gloriari solet, eadem, quæ C. Cæsar: ludis, quos Gadibus fecit, Herennium Gallum histrionem, summo ludorum die anulo aureo *donatum, in quattordecim sessum deduxit: tot.n.fecerat ordines equestris loci: quattuor uiratum sibi prorogauit: comitia biennij biduo habuit, hoc est renuntiauit quos ei visum est: exules reduxit, non horum temporum, sed illorum, quibus a seditiosis senatus trucidatus, aut expulsus est Sex.*Varo procos. Illa vero iã ne Cęsaris quidẽ exemplo, quòd ludis prætextam de suo *itinere ad L. Lentulum procos. solicitandum posuit. & quidem, cum ageretur, fleuit, memoria rerum gestarum commotus. *gladiatoribus autẽ Fadium quendam, militem Pompeianum, quia cum depressus in ludum bis gratis depugnasset, auctorare sese nolebat, & ad populum confugerat, primum Gallos, equites immisit in populum, (coniecti.n. sunt lapides in eum, cum arriperetur Fadius) deinde abstractum defodit in ludo, & viuum combussit; cum quidem pransus nudis*

statim a Balbi flagitiis incipit: quod est iudicium summæ iracundiæ.

bene nummatus, di. xij orat. in Rullum.

Roscii Laberium mimũ donauerat Cæsar. Suetonius & Macr.

Plin l. 11. cap. 45. ep.9 & 111 l. 8.ad Att. cũ gladiatores pugnarent Phil. 1.

*nudis pedibus, vt tunica soluta, manibus a tergum reiectit, inambularet, & illi misero quiritanti, *Ciuis Romanus sum, responderet, Abi nunc populi fidem implora. bestijs vero ciues Romanos, in his circulatorem quendam actionum, notissimum hominẽ Hispali, quia deformis erat obiecit. Cum huiusmodi portẽto rei mihi fuit sed de illo plura coram. Nunc, *quod praestat, quid me velitis facere, cõstituite. tres legiones firmas habeo: quarum vnam vigesimam octauam cum ad se initio belli accersisset Antonius hac pollicitatione, quo die in castra venisset, denarios *quingenos singulis militibus daturum, in victoria vero eadem praemia, quae suis legionibus: quorũ quis vllum finẽ, aut modũ futurũ putauit?) incitatissimã retinui, aegre mehercules nec retinuissem, si vno loco habuissem, vt pote cum *singulae quaedam cohortes seditionem. fecerint reliquas quoq; legiones non destitit literis atq; infinitis pollicitationibus incitare, nec vero minus Lepidus vrsit me suis et Antonij literis, vt legionem *trigesimam mitterem sibi: itaque, quem exercitum neq; venderem vllis praemijs volui, nec eorum periculorum metu, quae, victoribus illis, portendebantur, deminuere debetis existimare retentum, & conseruatum reip. esse atq; ita credere quodcunq; imperasetis, facturum fuisse, si, *quod iussis, feci. nam & prouinciam in otio, & exercitum in mea potestate tenui: finibus meae prouinciae nusquam excessi: militem non modo legionarium, sed ne auxiliarum quidem vllum quoquam misi; &, si quos equites decedentes nactus sum, supplicio affeci. quarum rerum fructum satis magnum, rep. salua, tulisse me putabo. sed resp. si me satis nouisset, & maior pars senatus; maiores ex me fructus tulisset. Epistolam, quam Balbo, cum etiam nunc in prouincia esset, scripsi, legendam tibi misi etiam praetextam, si voles legere, Gallum Cornelium, familiarem meum, poscito. V I. id. Iun. *Corduba. Vale.*

quę vox in alijs saepe fuit. in Verrem.

quod pluris est quam de Balbo agere.

80. scutatos, ut hodie appellant.

seiunctae ab alijs.

ep. 32. h. l.

ex eo, quod feci, quae facturus fuerim, existimate.

Bethicae Hispaniae vrbs, vtriusque Senecae, & Lucani patria. Man. 11,

NVBER.

BAlbus} Cõmemorat Pollió Balbi quaestoris sui fugam ex Hispania, & rapinas, & quasdam crudelitates quas exercuit in quosdam, deinde & ineptias in ludis. quas iactabat se fecisse exẽplo Cęs. Postea vero Pollio exponit se totũ arbitrio senatus & P.R. dicitq; se facturũ quidqd ab his constitutũ fuerit: ostẽditq; quem exercitũ habeat, & quemadmodum eum vi retinuerit aduersus pollicitationes quas ei faciebat M. Ant. Postremo declarat qua moderatione vsus sit & in retinendo exercitu, & in conseruanda prouincia Quaestor meus} in hac prouincia. {Numerata} lib {Coacto} cõgregato. vt Tityre coge pecus {De exactionibus publicis} .s. de vectigalibus quae fuerãt exigẽda nomine P. R. exigere. n. est ex debito petere licet & alia pro loco significet. Ne stipendio quidem militibus reddito} .i defraudatis ẽt militibus suo stipendio, quia eis non dedit, qđ debuerat. {Duxit} mouit {A Gadibus} Gades, vt scribit Str. lib. 3 angusto discreta freto insula: distans à Turdetania Calpe stadia circiter sexaginta & quinquaginta, seu, vt alii perhibent, octingenta. est aũt eadẽ Turdetania Hispanię regio quae & Baetica, Calpe vero mõs est circuitu quidem non admodũ magnus, altitudine vero ingens & arrectus, in cuius radicibus sita est vrbs Calpe vetustũ & haud abiectum oppidum. {Bene peculiatus} bene nummatus. pecunia bene munitus. {His rumoribus} qui ex Italia referuntur de M. Ant superato. {Referatur} euertatur {Ad singulos} parenthesis est. {Praeter furta} exceptis furtis, quę fecit in prouincia. Furta dñr, quae occulte sũt: rapinae, quae per vim {Socios} amicos P.R. foedere nobis coniunctos {Cęsos virgis} acriter diuerberatos virgis publice. qđ solet fieri iis, qui aliquid sceleris admiserunt. {Gloriari} cũ sua gloria iactare. quasi potuerit aequari factis suis virum maximum C. Caesarẽ {Fecit Gadibus} in Hispania: cũ in ea fuisset quaestor. {Herenniũ Gallum} .i. quod iactabat Balbus se fecisse exemplo Caes nam vltimo die, quo ludi finiti sunt, donauit Herennium histrioné annulo aureo, & deduxit eũ ad sedendum in quattodecimo gradu, quò solebant tantũmodo sedere equites R. qui quadraginta millia sestertium possiderent. Caesar aũt, vt scribit Tranquillus, edidit spectacula varii generis, munus gladiatorũ, ludos ẽt regionatim vrbe tota, & quidẽ per omnium linguarum histriones. quibus ludis Laberius eques R. mimũ suum egit: donatusq; est quingentis sestertiis, annulo aureo sessum in 14. scena per orchestrã transiit, in quo dicebat Balbus se imitatum Caes. qui idẽ fecisset Herẽnio Gallo histrioni. {Quatuor viratum} magistratus erat ita dictus, quia quattuor viri ad eum gerendum eligerentur. {Prorogauit} prolongauit, in longius tempus produxit. {Comitia biennii biduo habuit} .i. duobus diebus fecit comitia quae in duobus annis solebãt fieri. {Renũntiauit} pro denũtiauit se facere comitia. Quos est visum ei} .s. reducere. i. quos ipse suo iudicio putauit reducẽdos, reduxit. {Non horum tpum} .s. exules reduxit. {Sed illorũ} q.d. non reduxit exules horum tpum, qui parũ fontes sunt, sed eos; qui per seditionem olim aut trucidauerunt senatum, aut expulerunt. {Illa} dicit quaedã a Balbo facta, quae non põt iactare se fecisse ad exemplũ Caes. qm tentauit solicitare L. Lentulũ, proficiscentem proconsulẽ in Hispaniã, quominus iret. {Illa vero ne exẽplo quidem Caesaris} subaudi, fecit. {Posuit} exposuit. {Praetextã} vestẽ {Solicitãdum de suo itinere} ut de suo itinere reuocaretur. Hãc aũt praetextam posuerat in ludis quia posset solicitare ipsum Lentulum ab itinere. {Agetetur} i. cum ludi agerentur {Depressus} cõpulsus {Gratis} sine mercede, & aliquo munere. {Se esse auctore} sese impulsore. {Nolebat} .s. amplius pugnare. {Immisit} .s. Bibus, {Gallos equites} quos secum habebat {In populũ} vt ei eriperent Fadium. {Coniectũ} .s. a populo. {In eum} in Balbũ. {Defodit} demisit in foueã. {Viuum} adhuc viuentem, vt maiorem sentiret poenam. {Cum quidam} .i. cum interea, dum cõbureretur Fadius, ipse ambularet circa pyram bene potus & pransus. {Nudis pedibus} sine calceis. {Tunica soluta} veste recincta aut more furiosi, aut more sacrificantis, quasi illum immolaret: vt Virgilius de Didone,

> Ipsa mola, manibusq; piis altaria iuxta,
> Vnum exuta pedem vinclis, in veste recincta,
> Testatur moritura deos. et alibi,
> Aut ante ora deum pinguia spatiatur ad aras.

{Manibus reiectis ad tergũ} qđ apud quosdã habetur inurbanũ, licet is mos sit satis familiaris Genuẽsibus. {Queritãti} cõquerẽti, lamentãti. vel certe melius legatur, quiritãti nã, vt scribit Varro, quiritare dr is, qui quiritũ fidẽ clamãs implorat: ergo quiritanti, fidẽ populi inuocãti. {Ciuis Rom.} quẽ non licet tali supplicio afficere. {Responderet} Balbus. Abi nunc} vade, nunc, & inuoca populi fidẽ, vt te defendat, {Implora} implorare est cũ miseratione auxiliũ petere in rebus malis & aduersis. neque. n. recte diceretur, imploro te ad nuptias. {Vero} indignationẽ quandã indicat. {Bestiis} obiecit. & non est legendũ. bestias, sicut a quibusdã depranatur text⁹. {Circulatorẽ} circũforaneũ. hi. n. circulatores dñr qui circa fora concionari solent, & multis fabellis & adulationibus victũ mẽdicare. {Hispali} quae vrbs est, vt scribit Põpon Beti ca Hispania fuit aũt auctore Str. olim insignis, & Romana colonia. {Quia defor erat} q a aliquãtulũ monstruoso corpore quasi ideo nõ esset hõ. {Huiusmodi} talia, quo hoies tã crudeliter necarẽtur {Res mihi fuit cũ huiu portẽto} .i. mõstro. i. fuit mihi tolerandũ tale mõstrum potius q̃ hõ. monstrum aũt appellat pp feritatẽ. {Plura} .s. dicã, {Accersisset} aduocasset, inuitasset. {Singulis militib⁹} vnicuiq; militi {Denarios} denarius genus monetae, inde dictus, vt voluit Varro, q denos aeris valebat. {Quingentos} quinos centũ nã qnqoaginta dicimus de quinquies decẽ; quingẽtos vero de quinquies cẽtũ. {Quorũ} quarũ rerũ ab eo Ant pollicitarũ. {Modũ} mẽsurã, {Incitatissimã} inclinatissimã, valde motã, & stimulatã erga Ant {Aegre} difficile. {Vt pote} declaratiuũ est verbũ. {Seditione} tumultũ: q fuisset periculosius, si fuissent oẽs vno loco {Reliquas} pter vigesimã octauã, de qua dixi. {Destitit} cessauit .s. Ant. {Vrsit} stimulauit. {Portẽdebãtur} denũtiabantur intelligebantur futura. {Illis victorib⁹} i. si illi habuissent victoriã. est. n. ablatiuus casus. {Reip} .i. pro rep. {Credere} .s. debetis. {Si f.} quia iam feci {In otio} in pace. {Nusq̃} in nullũ locũ significat. n. in loco & ad locũ, ut alio loco probauimus aliis exẽplis. {Legionariũ} qui esset ascriptus alicui legioni, q esset de legione. {Auxiliariũ} ex iis qui in auxiliũ uenerant. dñr aũt & auxiliarii & auxiliares. {Quoquã} in aliquẽ locum. {Nactus} inueni, deprehẽdi. {Fructũ} utilitatẽ remunerationem {Tulisset} percepisset. {Praetextam} comediam aliquam dicit. nã erant comoediae quae praetextatae siue praetextę dicebãtur a praetexta, ornamento nobiliũ Romanorũ, Horat. Et qui praetextas, & qui docuere togatas. Sũt & alia genera comoediarũ, de quibus non est nunc dicendi locus.

ASCEN.

BAlbus, &c.} Cũmemorat Pollio Balbi quaestoris sui fugam ex Hispania, & quasdã crudelitates, quas exercuit in quosdã deinde ẽt ineptias eius in ludis, quos iactabat se fecisse

exemplo

exēplo Cæsaris.postea vero exponit se totū arbitrio senatus populiq; R. diciq; se facturum, quidqoid ab his constitutum fuerit ostenditq; quē exercitum habeat,& quemadmodū eū via retioue rit pp pollicitationes quas ei M. Anton us fecerat. Et postremo declarat qua moderatione vsus sit & in retinendo eaercitu, & in conseruāda prouincia.quæ oia ad sui cōmendationes & studij sui in rēp.ostentationem facit. Ordo aūt est. Balbus quæstor.i.receptor accumularor pecuniæ publicæ io Hispania, duait.i.proripuit se a Gadibus.. vltima a parte Hispaniarum, magna pecunia numerata.i. vt dicunt moneta sup.coacta.i.coaceruata,& magno pondere auri,& maiore pondere argēti coacto de exactionibus publicis.i.qoas publico nomine fecerat,ne quidē i.non saltē stipendio.i.mercede militari reddito militibus,& ipse ieteutus tēpestare.s.aduersa ir duum.i.p tres dies,ad Calpen.i.montē illum in finibus Hispaniæ, traiecit se eal. Iun. in regnum Bogudis.i.in Mauritaniā, peculiatus.i.numatus, aut peculiatus.i.depredatus prouinciam plane.i.omnino,bene.i.multum. Ego nondum scio his rumoribus sup diuulgatis vtrū referatur Gades an Romā mutat.o.turpissime vt uir nullius fidei,& constantiæ,consilia ad singuloa ouotios.s.quos mittit diuersa ountianre, Sed sup. Balbua fecit præter furta rapinas, & socios cæsoa virgis quoq;.i.etiā hæc eadem quæ C.Cæsar sup. factitauit,vt ipse solet gloriari.i.iactanter dicere.fecit dico ludos quos fecit Gadibua. Ipse deduait Herennium Gallum histrionē,donatū.i.pro dono auctum & decoratū annulo aureo summo.i.vltimo die ludorum in decimū quartū sessum.i.sedile,aut deduxit sessum vt sederet in quatuordecim .s.gradibus theatri. Enim.i.quia tot.i.14. erant ordines.i.gradus loci equestris.i.io quibus habentes censum equestrē.i.quadragies

ASCEN. mille sestertium,solummodo sedebant lege latha ab Othone.vnde Iuuen. Sic libitum vano, qui nos distinxit Othoni. Reliqui aūt in ea cauea sedebant. Ipse prorogauit sibi.q.d.propria auctoritare,quatruoruiratum.i.magistratū quē quattuor viri simul geruot. Ipse habuit biduo.i.spatio duoru dierum comitia biennii.i.duorum annorum,hoc est renuntiauit.i.significauit saltem se habuisse comitia ipse reduait eaules quos visum est.i.placitū est ei reducere, non horum temporum.s.in quibus ēt boni viri eaulāt. sed illorum.s.temporum, quibus senatus.s.prouincialis est trucidatus aut eapulsus a seditiosis Seacu Varo proconsule.i cōosulari potestare in Hispania fuogente. Vero pro sed, ipse fecit illa.s. quę sequūtur ne quidē.i.non ēt eaemplo.i.ad eaemplū Cæsaris quod posuit, aut proposuit ludis.s.factia prætextā.i.vestem illam nobilem,ad solicitandū Luc. Lentulum proconsulem de itinere suo. Id est, proferret iter suum, donec ludi essent peracti.aut posuit de itioere suo.i.qua iter esset facturus ad solicitandum.i.afficiendum forte inuidia Lucium. Et quidem.i.certe, ipse cōmotus memoria rerū gestarum.s ab ipso Cæsare fleuit cum ageretur.i. ioter agendum. Aūt.i.sed posoit gladiatoribus.i.ioter gladiarores quendam militē Pompeianum Fadium.s.nomine,quia cū ipse Fadius depressus.i.vi intrusus in ludum.i in arenam depugnasset.i. ad finem vsq; hoc est ad victoriam pugnasset,bis gratis.i.sine mercede.nolebat.i.amplius pugnare,auctore sese.s.Balbo,&.s.Fadius confugerat ad populum, vt ab eo defenderetur. ipse Balbus immisit primū in populum Gallos equites.s.ad recipiendū Fadium ideo aūt immisit Gallos.n.i.quia,lapides suot coniecti.s.a populo, in eū s.Balbum,cum.i.qn, Fadius acciperetur.s.ab eo. Deinde ipse Balbus defodit.i.in terra fodit.s Fadium abstractum.s.per Gallos e populo,& combussit viuum io ludo i.in publico spectaculo quidem.i.certe cum pransus, & ita potus ac ebrius io ambularet .s.circa rogum,perinde ac sacrificium facturus oudis pedibus,quia saltem alterum nudū habebant sacrificantes,vt Aeneid 4.de Elisa dicitur. Voum eauta pedem vinclis io veste recincta.i.soluta, ne quid noo solutum.i.non liberum videretur in sacrificio. vnde addit. Tunica sol.i.habens tunicam solutam, & manibus reiectis ad tergum,vt.s.nullam hostiæ vim inferre putaretur,responderet illi misero.s.Fadio quiritanti.i.inuocanti quiritiū nomen & opē clamaoti ac dicenti,natus sum ciuis R. respondenit, inquam,abi nunc,implora fidē populi.s ut te a dimicando defendant,qui non possunt ab igne defendere. Bestiis vero sup. obiecit ciues R. & obiecit his.i.ioter hoc ciues R. Hispali.i.io eo oppido Hispaniæ Bæticæ quendā circulatorem.i.circonforaneum exercitatorē auctionum.i.vend tionū sub auctione,hoc est sectorem,auc auctionū.i fabularum redicularum,hoīem notissimum,quia erat defurmis,quæ caosa erat q notissimus esset,aut q obiectus bestiis deuorandus ab eis. Cum, &c. Ordo est. Res.i.cōmercium, fuit mihi,quia quęstorē cum sortitus erat, cum huiusmodi portento .i.monstro huomiois. Sed sup. dicam plura de illo coram.i.cum adero. Nunc qd̄ præstat.i.de quo vtilius est loqui,constitui te qd velitis me facere. Ego habeo tres legiones firmas. qoarū voam videlicet vigesimamoctauam cum Ant. accertisset.i.allexisset,& vncasset ad se ioitio belli ac pollicitatione.s.se daturum singulis militibus quingentos deoarios, sup.eo die quo.s.legio illa venisset in castra. Vero pro sed. pollicitus est se daturū in victoria eadē præmia quæ legionibus suis. Quorū.s.militum sic solicitatosū quis putauit. vllam fidē aut modū i moderameo futurū? q.d. nemo & tñ retinui inquit,incitatissimā.s.legionē.i.maxime inclinatā ad præmia,illa hercule.i.per Herculē,ægre.i.cum difficoltate,nec retinuissem,si babuissem s omnes legiones vno in loco,vt puta cum singulæ cohotres seiunctæ.s.ed cautelam ab aliis fecerint qoandam seditiooem,sed oon perfecerunt timentes alias in fide mansisse & in se immittendas,sed si simul fuissent,conspirare impune potuissent, quia Antoonius nō destitit incitare quoque.i. etiā reliquas legiones literis atq; infinitis pollicitationibus. Nec vero minus.i.& æq; Lepidus vrsit.i.vrgenter solicitauit me literis & suis & Antonii,vt mitterem sibi legionē trigesimā,quæ firmissima erat. Itaq; vos debetis eaistimare exercitum,quem neq; volui vendere vllis præmiis,nec diminuere metu eorū periculorum,quæ portendebantur illis victoribus i.si forte fuerint victores,esse retentū.s.a me,& conseruatū reip atq; ita sup.debetis eredere sup.me fuisse facturum,quodcunq; imperassetis,si feci quod iussistis. Nam ego tenui &.i simul prouinciam io otio.s.pacis,& exercitū in potestate mea,nusquā eacessi finibus prouinciæ meę. Non modo.i.non solum sup.non misi quoquā.i.ad quęuis locum militem legionarium.i.ad legionē pertinentē qui sup sacramento legitime militabant,sed ne quidē,i.non saltē misi quoquā vllum auxiliarium.i.missum auxilio,& qui,cū eius auxilio opus nō esset,alio mitti posse videbatur. Sane negatio quæ est io particula oe debet vtriq; particulæ seruire. etsi nactus sum.i.deprehendi quos.i.aliquos milites,decedentes.s.de prouincia, ego affeci sup. eos supplicio. Quarū rerum.i.quorum studiorū in rēp.ego putabo me tulisse.i.reportasse aut accepisse satis magnum fructum.i. vtilitatem rep. salua.i.si resp.fuerit salua. Sed resp.si nouisset me, & maior pars senatus oouisset sup. me.i.animum meū, tulissent ex me maiores fructus. Ego misi tibi legendā epistolam quā scripsi Balbo,cum esset etiā nunc.i.adhuc in prouincia. Si ēt voles legere prætextam.i.comœdiam & fabulam agendam io prætexta, quia est de argumento Romano,præsertim hominis nobilis, vtpote Balbi,hoc est de Balbi insolentia in quæstura poscito sup.eā Cornelium Gallum,familiarem meum, qui Virgilio summe dilectus erat, poeta insignis. Scriptum sup. Corduba vj. id. Iun.

PAVL. MAN. DVxit se à Gadibus} locutio quibusdā videtur durior.quam tñ & Terentius in Hecyra vsus est: Vxor,inquit, vbi me ad filiam ire sensit, se duxit foras.& Plautus in Aulularia cum diait,Ego me deorsum duco de arbore & in Bacch. Duc te ab edibus. {Sex. Varro proconsule} historia mihi quidē ignota.& vt dicam,quod sentio,mendū subesse crediderim. nam etiam librū habeo vetustissimū,in quo hæc verba non leguntur. {Ciuis Romanus natus sum} cum mihi Hieronymus Ferrarius hunc locū semendosum suspicari dixisset; &, vt veteres libros inspiceremus,rogasset; collatis cū impressa lectione scriptis libris, dictionem,natus,ita ot ipse existimauerat,abundare comperimus quo factum est, ut eam in nostro inducere ne dubitarē. hanc aūt coniecturā ea ratione Ferrarius faciebat, q Ciceronem v.in Verrem libro ita locutum esse meminisset. Cęduntur,inquit,in carcere frāgebantur indignissime ciuium Romanorum: vt ēt illa uox, & illa imploratio, Ciuis Romanus sum,quæ sępe multis in oltimis terris opē ioter barbaros,& salutem,tulit,ea mortē illis acerbiorem, & supplicium aturius ferret. & infra eodem libro: Nulla uoa audiebatur, nisi hæc, Ciuis Romaous sum. & item paolo post sæpissime: ut sibi quisque legendo facile repetiet.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Scribit Ciceroni Pollio se tardius accepisse nuntios de conflictu Mutinensi. grauiterq; conqueritur de clade illata reip. per coss. mortem: cui quamprimum succurrendum consulit.

ASINIVS POLLIO S.D. CICERONI. 33

*QVo tardius certior fierem de prælijs apud Mutina factis, Lepidus effecit, qui meos tabellarios nouem dies *retinuit: tametsi, tantam calamitatem reip. quam tardissime audire, optandum est, sed illis, qui *prodesse nihil possunt, neq; mederi. atq; vtinam eodem S. C. quo* ep. 31. h.l. nā ego prodesse aliqd possē; ideoque citius audire voluissem.

Plancum

*Planeum. & Lepidum in Italiam accersistis, me quoque iussissetis venire. profecto non accepisset resp. hoc vulnus quo si qui lætantur in præsentia, quia videntur & duces, & veterani Cæsaris partium interijsse: tamen postmodum necesse est doleant, cum vastitatem Italiæ respexerint; nam & robur, & *soboles militum interijt: siqui de quæ nuntiantur, vlla ex parte vera sunt. Neque ego non videbam, quanto vsui reip. essem futurus, si ad Lepidum uenissem omnem enim cunctationē eius discussissem, præsertim adiutore Planco. sed scribenti ad me eiusmodi literas quas leges, & concionibus videlicet, quas Narbone habuisse dicitur. similes, palparer necesse erat, si vellem commeatum, per prouinciam eius iter faciens, habere præterea verebar, ne, si ante, quàm ego incepta perficerem, prælium confectum esset pium meum consilium raperent in contrariam partem obtrectatores mei, propter amicitiam, quæ mihi cum Antonio, non maior, tamen quàm Planco, fuit. itaq; a Gadibus mense Aprili binos tabellarios in duas naues imposui; & tibi, & consulibus, & Octauiano scripsi, vt me faceretis certiorem, quonam modo plurimum possem prodesse reip. sed, vt rationem ineo quo die Prælium Pansa commisit, eodem a Gadibus naues profectæ sunt. nulla enim post hiemem fuit ante eam diem nauigatio. & hercule, longe remotus ab omni suspicione futuri ciuilis tumultus, penitus in *Lusitania legiones in hibernis collocaram. ita porro festinauit *vterque confligere, tanquam nihil peius timerent, quàm ne sine maximo reip. detrimento bellum componeretur. sed si properandum fuit, nihil non summi ducis consilio *gessisse Hirtium video. nam hæc mihi scribuntur ex Gallia Lepidi, & nuntiantur: Pansæ exercitum concisum esse: Pansam ex vulneribus *mortuum: eodem prælio Martiam legionem interijsse, & L. Fabatum, & C. Peducæum, & D. Carfulenum: Hirtiano autem prælio & *quartam legionem, & omnes peræque Antonij cæsas: item Hirtij quartam, cum castra quoque Antonij cepisset, a quinta legione *concisam esse: ibi Hirtium quoque perijsse, & Pontium *Aquilam: dici etiam, Octauianum cecidisse: (quæ si, quod dij prohibeant, vera sunt, non mediocriter doleo) Antonium turpiter Mutinæ obsessionem reliquisse, sed habere *equitatum, ne legiones sub signis armatas tres, & P. Vagienī vnam, inermes bene multos. *Ventidium quoque se cum legione septima octaua, nona coniunxisse: si nihil in Lepido spei sit, descensurum ad extrema, & non modo nationes, sed etiam *seruitia concitaturum: Parmam direptam: L. Antonium alpes occupasse. Quæ si uera sunt; nemini nostrum cessandum est; neque expectandum quid decernat senatus. res enim cogit huic tanto incendio succurrere omnes, qui aut imperium, aut *nomen denique populi R. saluum esse volunt. Brutum enim XVII. cohortes, & duas non frequentes tironum legiones, quas conscripserat Antonius, habere audio: neque tamen dubito, quin omnes, qui super sint de Hirtij exercitu, confluant ad eum. nam in delectu non multum spei puto esse; præsertim cū nihil sit periculosius, quàm spatium confirmandi sese Antonio dari. anni autem tempus libertatem maiorem mihi dat: propterea quia frumenta aut in agris, aut in villis sunt: itaq; proximis literis consilium meum expedietur. nam neq; deesse, neq; superesse reip. volo. maxime tamen doleo, adeo & longo, & infesto itinere ad me veniri, vt die quadragesimo post, aut vltra etiam, quàm facta sunt, omnia nuntientur. Vale.*

perierc, qui & ipsi fortes erant, & fortes filios, præsidio reip. aliquando futuros poterant gignere;

his. ep. 35. h. l.
Antonius, & Pansa.

ep. 5. l. 11.

Benoniæ. Appianus. ponius, I I. nam de hac post.

falsum: Phil. 14. vnū ex percussoribus Cæsaris. ep. 19. ad M. Brutū. ep. 15 l. 10. & 10 l 11. ep. 17. 18. & 14. h l. ep 20 l. 18.

ne perdatur ipsum etiam nomen populi. R.

G. l. l. 5. c. 2.

QVo tardius} de M. Ant. apud Mutinam ob Octauiano Cæs. & consulibus superato, interfectis cū prælio ipsis cōsulibus, Pollio se tardius intellexisse scribit pp Lep. qui tabellarios ex Italia venientes nouē dies retinuit. Dicit autem quæ audierit de illo conflictu. ob quæ cum decreuisset ad Lepidum venire, dicit se a proposito reuocatum, ne obtrectatores sui in aliam partem eius consilium acciperēt: ostendit autem acerbissima multa de reip. calamitate ad se delata esse quibus dicitur ab omnibus, qui possunt, succurrēdum esse. {Quo} .i. vt. {Meos tabellarios} qui ex Italia veniebant. {Quamtardissime} quæque .n. tristissima semper optare debemus, vt tardissime nuncientur, & quā diutissime possunt, differantur. {Eodē S. C.} nam per senatusconsultum Lep. & Plan qui erant in Gallia, iussi sunt in Italiam venire, vt succurrerēt Bruto obsesso {Vulnus} .i. cladem. est autem trāslatio sumpta a corpore. {Quo} vulnere {In præsentia} .i. hoc tempore: & est recte dictum. male .n. quidā dīt impræsentiarum. {Cæsaris partium} .i. ex iis, qui fuerant Cæsariani. significat autem quosdam ex iis, qui fuerant Pompeiani gauisos fuisse clade Romanorum, qui perierant apud Mutinam qm fuerant vel duces vel milites Cæsariani. {Vastitatem} destructionem, calamitatem. {Robur} .i. militum .i. robustissimi milites. {Soboles} successio. dicta est autem a subolescendo .i. crescendo. {Si quidem} pro si. {Viui} vtilitati. {Cunctatione} dubitationem, tardationem, discussionem. {Discussissem} deiecissem, amouissem. {Scribenti} Lep. {Eiusmodi} tales. {Et simi les concionibus} .i tales quales fuerunt conciones & orationes, quas dicitur habuisse. {Narbone} quæ vrbs est Galliæ: quæ aliqñ Brachata Gallia appellata est, nunc a ciuitate Narbone Narbonensis dicitur {Commeatum} cibaria victus. {Per eius prouinciam} per Galliam Narbonensem {Incepta} ut ad Plan. venissem. {Prælium} Mutinense. {Pium} reip. officiosum & patriæ debitum. {In contrariam partem} .s. atq; ego fecissem .i. dicerēt me fecisse contra remp {Binos} duos. notandum autē iunctum cum nomine etiam singulari declinato. {In duas} vt si vna capta aut detenta fuisset, saltem altera ad vos veniret cum tabellario {Quonam modo} an manendo in prouincia, an veniendo in Italiam, an alio modo. {Vt ineo rationem} .i. sicut computo. in eo autem verbum est legendum est .n. sic, sed ut rationem in eo quo die, &c. {Profectæ sunt} discesserūt. {Remotus ab omni s.} nihil omnino suspicans de ciuili tumultu futuro in Lusitania. est autem Lusitania pars Hispaniæ. diuiditur .n. Hispania in Bæticā siue Turdetaniam, Tarraconensem, & Lusitaniam: auctor Pōp. {In hibernis} .i. vt hiemarēt. sunt .n. hiberna loca, vbi milites tpe hiemis esse solent. dīr tamen etiam abusiue vbicunq; solent esse milites otij & quietis gratia. {Vterque} .s. consul .i. Hirtius & Pansa. {Componeretur} finiretur. {Nihil non summi ducis consilio} .i. omnia prudentissime, & eo consilio quo summus dux gerere debet. {Gallia Lepid} .s. Narbonēsi, cui præerat Lep. {Cōcisum} comminutum, ex magna parte trucidatum. {Hirtiano prælio} .i. prælio quod Hirtius fecit, qui erat collega Pansæ. {L. Fabatum, C. Pæduceum, &c.} hæc omnia sunt nomina ductorum, qui erant in castris consulum aduersus Antonium. {Omnes Antonij} .s. legiones. {Peræque} .i. æqualiter, sicut quartam legionē nostram. {A quinta legione} Antonij. {Dici} subaudi, nuntiatur. {Quod dij prohibeant} quod dii auertant vt ita non sit. est autem parenthesis. {Antonium} .s. nuntiabatur. {Turpiter} cum magno dedecore suo. {P. Vagieni} nomen proprium ducis cuiusdam. {Bene} valde. {Ventidium} de quo diximus supra, qui fuerat antea mulio. {Si nihil spei sit in Lep.} vt secum coniungatur. sicut tentauerat, & tandem, vt supra vidimus, effectum est. {Descens. ad extr.} .i. experturum omnia, positurū ad omnia pericula. {Seruitia} .i. seruos. {Parmam} vrbem. {Direptam} depopulatam. {Occupasse} inuasisse. & in potestatem suam redegisse. {Cessandum} morandum. {Non frequentes} non integras, non plenas {Qui supersint} post prælium Mutinense. {Confluant} vndiq; concurrant. {In del.} quē decreuerant facere per Italiam. dicitur autem delectus militum collectio ex variis locis a diligendo, quòd ex quolibet oppido aliquot deligantur. {Spatium} moram. {Confirmandi sese} colligendi vires suas, quod fortasse faciet interea dum fiet delectus. {Tempus} opportunitas erat .n. æstas. {Proximis} quas mox scribam post has deesse ad succurrendum. {Superesse} superstites esse, quia si ipse interierit, & ego volo vna interire. {Infesto} difficili, periculoso propter hostes & latrones, qui retinent tabellarios. {Aut vltra etiam} .i. etiam post quadraginta dies intelligam, quæ istic facta sunt, & quæ multo citius deberem intelligere, si iter non esset ita longum & infestum.

HVBER.

Quo

ASCAN. QVn tardius, &c.} De M. Antonio apud Mutinam vbi Brut. obsessum tenuerat, ab Octauio Cæsare & consulibus superato, interfectis tñ in prœlio ipsis consulibus, Pollio se tardius intellexisse rem omnem dicit propter Lepidum, qui tabellarios ex Italia venientes nouem dies retinuerat. Dicit autem quæ audierit de illo conflictu, ob quæ decreuisset ad Lepidum venire: sed dicit se reuocatum a proposito, ne obtrectatores sui in aliam partem eius consilium acciperent. Ostendit autem acerbissima reip. calamitate ad se delata esse, quibus sentit succurrendum esse ab omnibus quibus facultas fuerit. Ordo est. Lepidus effecit, q.i. vt fierem certior.i. cognoscerem tardius de prœliis factis apud Mutinam, qui.s. Lepidus retinuit tabellarios meos.i. a me missos, nouem dies. tametsi i. q̃q̃ tamen optandum est audire tantam calamitatem reip. quam tardissime. Sed neq; o mederi illis aut occisis, aut perditis hominibus, qui nullo modo possunt prodesse. Atque vtinam iussissetis me quoque venire in Italiam eodem senatusconsulto, quo accersistis.i. aduocastis Plancum & Lepidum in Italiam.s. ex Gallia profecto resp. non accepisset hoc vulnus.i. hoc detrimentũ, quia innuit se Antonium aut absterruisse, aut reconciliasse reip. si interfuisset. quo.s. vulnere.i. strage tot ciuium si qui letãtur in præsentia.i. præsenti tempore, quia & duces & veterani milites partium Cęsaris videntur interiisse: tñ necesse est sup. vt doleant postmodum, cum respexerint vastitatem.i. desolationem Italiæ. Nam & robor, & soboles.i. propagatiua virtus militum interiit, quidem,.i. certe, si illa, quæ nunciantur, sunt vera ex vlla parte. Neque ego non videbam.i. & ego bene cognoscebam quanto vsui futurus essem reip. si venissem ad Lepidum. Enim.i. quia discussissem.i. amouissem omnem cunctationem i. moram aut dubitationem eius, prefertim Planco adiutore. Sed necesse erat sup. vt simularem Planco.s. me in illius sententiam concessurum, scribenti.i. cum Lepidus scriberet ad me eiusmodi literas, quas leges, quia eas ad Ciceronem aut missurus, aut allaturus erat, & concionibus.i. propter conciones quas dicitur habuisse Narbone si vellem habere commeatum i. viaticum cibum, faciens iter per prouinciam eius. Si hæc vera est lectio, illud, scribenti, meo iudicio positum est absolute, sicut Aeneid. 2. dicitur, Talia iactanti.i. cum talia iactaret. nam si in datiuo cum verbo, simularet, posueris, dure poneretur vox concionibus nisi sunt concionibus vtenti vbi est videlicet. Sunt tñ qui legant, non simularem, sed similis parerem: vt sit, necesse est parerem scribenti eiusmodi literas, quas leges & similes concionibus videlicet quas, &c. Præterea.i. insuper verebar, ne si prælium esset confectum antequã ego perficerem incepta, id est, pertraherem Lepidum in partes nostras, obtrectatores mei caperent consilium meum pium, scilicet in patriam, in partem contrariam, id est, ad impietatem, contra rempub. propter amicitiam, quæ fuit mihi cum Antonio, non tamen maior quàm cum Planco. Itaque imposui mense Aprili binos tabellarios in duas naues.i. in singulas duos, a Gadibus vltima parte Hispaniarum. Scripsi & tibi & consulibus & Octauiano, scilicet Cæsari: qui raro alibi Octauianus sed ferè Octauius dicitur. Vir. Lusimus Octaui, &c. vt faceretis me certiorem quo nam modo possem prodesse plurimum reip. Sed vt in eo rationem, id est, vt coniectura consequor, naues profectæ sunt a Gadibus eodem die, quo die Pansa commisit prœlium. Nulla enim nauigatio.i. facultas nauigandi fuit post hiemem ante eam diem.i. id tempus. Et hercule, ego remotus longe ab omni suspicione tumultus ciuilis collocaram legiones in hibernis, id est, locis tectis in quibus hieme transfigerent penitus, id est, omnino intus, in Lusitania. Porro, id est, vterque, scilicet tam Pansa q̃ Antonius festinauit confligere, id est, pugnare ita tanquam nihil timerent peius.i. grauius, & tanquam magis malum, quàm ne bellum componeretur, id est, finiretur sine maximo detrimento reip. Sed si fuit properandum, id est, necesse properare, ego nihil video Hirtium gessisse, non consilio, id est, quod non gessisset consilio summi duci. Nam hæc scribuntur & nunciantur mihi ex Gallia Lepidi, id est, Narbonensi, cui Lepidus præest: exercitum Pansæ esse concisum, id est, simul cæsum, Pansam esse: mortuum ex vulneribus, Martiam legionem interiisse eodem prœlio, & L. Fabatum, & C. Peduceum, & D. Carfulenum, sup. interiisse: autem, id est, sed & quartam legionem, & omnes sup. legiones Antonij esse cæsas, pereque, id est, consimiliter sup. in prœlio Hirtiano, id est, quod Hirtius commisit, item quartam sup. legionem Hirtij, ergo superior Antonio erat, cum cœpisset quoque, id est, etiam castra Antonij, esse concisam, id est, totam simul cęsam a quinta legione, scilicet Antonii: & sup. scribitur mihi, Hirtium quoque periisse ibi, & pontium Aquilam: dici etiam quod tamen verum non fuit, Octauianum etiam cecidisse ibi (quæ si vera sunt, quod dij prohibeant, doleo non mediocriter: & supp. scribitur Ant. reliquisse turpiter obsessionẽ Mutinæ, sed habet equitatum & tres legiones armatas sub signis, & vnam.s. legionem P. Vagieni i. quam ille duxerat, & sup. milites inermes, bene.i. valde multos: Ventidium, quoque se coniunxisse scilicet Antonio cum legione septima, octaua, nona: & sup. Antonium discensurum ad extrema.i. vltimam fortunam tentaturum, si nihil spei sit in Lepido.s. attrahendo Parmam direptam sup. esse: L. Antoniũ fratrem.s. Antonii occupasse alpes, ità vt Antonius per eas liberum habeat transitum. Quæ si sunt vera, nemini nostrum .s. qui reip. fauemus, est cessandum: nec expectandum est, quod senatus decernat. Res.n. cogit omnes, qui volunt aut imperium aut deinde nomen P. R. esse saluum succurrere.s. ad extinguendum, huic tanto incendio.i. tumultui bellico, quo vt ædificia incendio, resp. sit subito peritura. Enim.i. quia, ego audio Brutum habere decem & septem cohortes, & duas legiones tironum.i. nouitiorum militum, non frequentes.i. non plenas, aut militum non semper præsentium, quas Antonius conscripserat.s. sibi nõ Bruto. Neq; tñ dubito, quin omnes, qui supersint de exercitu Hirtii, confluant ad eum, videlicet Brutum. Nam non modo puto multum spei esse in delectu.i. conscriptione nouorum militũ, præsertim cum nihil sit periculosius q̃ dare Antonio spatium cõfirmandi i. corroborandi sese. Autem.i. sed tempus anni dat mihi maiorem libertatem, propterea q.i. quia frumenta, ut triticum, hordeum, auena, siligo, & similia sunt aut in agris.s. matura & demessa, aut in villis.i. domibus in agro positis. Itaque consilium meum expedietur.i. explicabitur proximis literis. Nam neq; volo deesse.i. quo dñt deficere reip. neq; superesse.i. superstes esse illa cadente. Significat etiam.(vt Gellius docet) superfluum esse, sed sic non videtur hic accipiendum. Doleo tñ maxime veniri.i. quòd venitur ad me itinere adeo & longo & infesto.i. vim inferente, quia ab latronibus obsesso, vt omnia nuntientur die quadragesimo. Scriptum reperi quadragesima, post aut etiam vltra .i. supra quadragesimum diem, quàm facta sunt.

NOn maior tñ quàm Planco fuit} Hoc dicit. Sane mecum iniquissime agatur, si propter amicitiam, quę mihi cum Antonio fuit, durius quidquam homines de me suspicentur; cum eundem Antonium non minus, quàm ego dilexerit Plancus; cui tamen exercitum credidistis, vt cum Antonio reliquisque bonarum partium inimicis bellum gerat. Scripsit autem hoc cum indignatione quadam, grauiter ferens, inimicum suum melius erga rempublicam animatum existimari. inimicitias autem inter Asinium, & Plancum fuisse, cum alii, tum Plinius in præfatione librorum suorum ad Vespasianum ostendit. {P. Vagieni} hanc lectionem in extremo olim adnotaueram, è coniectura tantum, vetustis libris nihil adiuuantibus: postea in antiquo exemplari, quo Bernardinus Maffeus habet, eam reperi. PAVL. MANV.

NAm neque deesse reipub. volo, neque superesse} superesse pro superstitem esse dixit. significat enim si respub. emoriatur & pereat, nolle se viuere. Sic Plaut. in Asin. Sicut tuum vis vnicum gnatum tuę superesse vitæ sospitem & superstitem. Aul. Gell. l. 1. c. 22.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Purgatoria est epistola, se percepisse Antonio, non illius gratia, sed ne in suos. & ciues Romanos sæuiret. *De Lepido sic Velleius lib. 2. Lepidus pont. max in locum Cæsaris furto creatus, decreta sibi Hispania, adhuc in Gallia morabatur. & Phil. 13.

M. LEPIDVS IMP. ITERVM PONT.

MAX. S. D. M. CICERONI. 34

*SI vales, bene est: ego quoq; valeo. Cũ audissem, Antonium cum suis copijs, præmisso L. Antonio cũ parte equitatus, in prouinciam meam venire; cum exercitu meo a confluente Rhodano castra moui ac contra eos venire institui. itaq; continuis itineribus ad Forum Vocontium veni, & vltra castra ad flumen Argenteum contra Antonios feci. P. *Ventidius suas legiones tres coniunxit cum, eo & vltra me castra* ep. 17. & 33. h. l. & 10. l. 11.

posuit. habebat antea legionem secundam, & ex reliquis legionibus magnam multitudinem, sed inermium. equitatum habet magnum. nam omnis ex prælio integer di- ep. antecedent. *scessit, ita vt sint amplius *equitum XXX itaque ad me complures milites, & equites ab eo transierunt: & in dies singulos eius copiæ minuuntur. Silanus, & Culeo ab eo discesserunt. nos, etsi grauiter ab his læsi eramus,* Immo ex ipsius volantate. Dio l. 46. *quòd *contra nostram voluntatem ad Antonium ierant tamen, nostræ humanitatis, & necessitudinis causa, eorum salutis rationem habuimus: nec tamen eorum opera vtimur; neque in castris habemus, neq; vlli negotio præfecimus. quod ad bellum hoc attinet, nec senatui, nec reip. deerimus. quæ postea egerimus, faciam te certiorem.* ep. 4. & 5. lib. 3. *Etsi omni tempore summa studia officij mutuo inter nos certatim constiterunt pro nostra inter nos familiaritate,* proinde pro perinde, vt etiam apud Ter. & in his ep. sæpe *& *proinde diligenter ab vtroque conseruata sunt: tamen non dubito, in tanto & tam repentino motu reipub. quin non nulla de me falsis rumoribus a meis obtrectatoribus, me indigna, ad te delata sint, quæ tuum animum magnopere mouerent pro tuo amore in rempub. ea te moderate accepisse, neque temere credendum iudicasse a meis procuratoribus certior sum factus: quæ mihi* Phil. 5, *vt debent, gratissima sunt. Memini autem & illa *superiora, quæ abs tua voluntate profecta sunt ad meam dignitatem augendam, & ornandam: quæ perpetuo, animo meo fixa manebunt. Abs te, mi Cicero, magnopere peto, si meam vitam, studium diligentissime superioribus temporibus in repub. administranda, quæ Lepido digna sunt, perspecta habes, vt paria, aut eo ampliora reliquo tempore expectes, & proinde tua auctoritate me tuendum existimes, quo tibi plura tuo merito debeo. Vale. XII. kal. Iun. ex castris, ex* quem Plinius nominat in Gallia Narbonensi. *Ponte *Argenteo.*

M v a a a.

CVm} audissem} Quia Ant. apud Mutinam superatus in transalpinam Galliam se conuerterat, spe coniungendi se cum Lep. hac epistola docet Cic. quid egerit in aduentu Ant. & vbi aduersus eum castra fecerit, & quantum & qualem exercitum habeat Ant. a quo dicit ad se fugisse, & multos milites & duos duces, Silanum & Culeonem: quibus tamen dixit se non fidere, licet eos receperit. Pollicetur deinde se non defuturum reip. Et quoniam quidam suspicati fuerant de eius leuitate, quòd esset coniuncturus secum Ant. idque Romæ fuerat diuulgatum, cum Cic. eum defendisset contra obtrectatores. Lep admonitus a suis procuratoribus, quòd a Cic. fuisset defensus, ostendit eius beneficia sibi gratissima fuisse, & in se defendendo, & in credendo moderate quæ de eo dicerentur poll cernt autem se non minora præstaturum quàm adhuc fecerit. Itaque roga, vt pergat eum tueri. }L. Ant.} fratre suo. }Prouinciam meam} Galliam Narbunensem. }A confluente Rhodano} confluentes fluii dicuntur, vbi, alii fluminibus admiscentur: vel a constante Rhod. pro a fluuio Rhodani. }Ad flumen Argenteum} Argenteus fluuius est non longe a foro Vocontio: de quo oppido supradiximus in epistolia Planc. figurate autem dixit Argenteum flumen: sicut Horat. Aut flumen Rhenum, aut pluuius describitur arcus, & idem 4. carminum, testis Metaurus flumen }Integer} sine diminutione. }Ab his} Silano & Culeone. }Læsi} offensi, iniuria affecti, quia a nobis ad ipsum antea transierant. }Necessitudinis} quæ mihi cum eis fuerat. }Rationem salutis eorum habuimus}.i. volumus prouidere, vt essent salui recipiendo ipsos. }Neque habemus in castris} neque tenemus ipsos in castris: quia non fidimus eis. }Præfecimus} præposuimus. }Certatim} studiose. }Falsis rumoribus} falsa fama, falsis nuntiis. }Mouerent} turbarent. }Moderate} neque cum omni perturbatione, neque enim omni securitate i. }Temere} inconsiderate, sine ratione. }Procuratoribus me s} ab iis, qui Romæ gerunt negotia mea. }Illa superiora,} idest, superiorum & prætoritorum temporum. }Abs tua} sponte tua nemine te rogante. }Fixa} immobilia. }Spectata} cognita, probata. notanda est constructio, vitam & studium spectata, quia, vt alibi diximus, diuersorum generum dictionibus congrue per neutrum adiectiuum respondetur. }Paria} æqualia, similia. }Ampliora eo} pro eta. est autem ornatus dicendi modus. sic habes xxx. annos, aut eo amplius, }Expectes} speres. }Reliquo} futuro. }Tua auctoritate} qua pluri omnium polles. }Tuo merito} quia in me multa contulisti. }Ex ponte Argenteo,} id est, ex ponte, qui est super flumen Argenteum, nam eodem nomine & pons & flumen vocabantur.

A a c a N.

SI vales, &c.} Excusat hac epistola quòd Ant vt potuisset, non contriuerit in Gallia, ad quam post cladem Mutinensem fugerat. adducit autem pro excusatione se coactum ab exercitu consulere saluti tot bonorum ciuium: petitque ne putetur coniunctus cum Antonianis, aut pacificatus scelere, aut perfidia, cum id misericordia fecerit. Ordo est. Si vales bene est, id est, bene se res habet, quasi dicat, gaudeo: ego quoque valeo. hic est vulgaris modus salutandi, quo vtebantur ferè quorum amicitia suspecta erat. Post salutationem autem incipit narrare rem, quam purgaturus est dicens. Cum audissem Antonium scilicet Marcum venire cum suis copiis, id est, exercitu armato, L. Ant. scilicet, frare eius præmisso cum parte equitatus, vt scilicet iter exploraret, quodammodo viam muniret, venire inquam in prouinciam meam, hoc est in Galliam ego moui castra cum exercitu meo a Rhodano confluente, id est, simul cum Arari ad eum locum vbi nũc Lugdunum est confluentem faciente. Confluens.n. est quò duo flumina conueniunt. illis autem temporibus dicitur Plan. iecisse fundamenta vrbis Lugduni, sed in colle, quæ centum annis postea }ut auctor est Seneca} penitus incendio periit, nunc autem inter flumina duo & in ripis vtriusque instaurata est, ac institui, id est, proposui venire contra eos, scilicet Antonium & Antonianos. Itaque veni continuis itineribus ad forum Vocontium, quod circa alpes, est, & feci castra, id est castrametatus sum vltra, id est, paulo vlterius ad flumen Argenteum scilicet, nomine, contra Antonianos. P. Ventidius coniunxit tres legiones suas cum eo scilicet, Ant. & posuit castra vltra me.i adhuc vlterius quàm ego. Sup. Ant. habeat antea.i. ante aduentum Ventidij legionem secundam. numero enim signabantur legiones, vt iam videre fuit. nam alia dicebatur prima, alia secunda, &c. alia etiam trigesima. interdum etiam virtute, vt Martia legio: & nonnullæ dignitate, vt legiones prætorianæ, quæ ad prætoris, hoc est imperatoris custodiam erant addictæ. & sup. Antonius habebat magnam multitudinem ex reliquis legionibus, sed sup. habebat multitudinem inermium, id est, non armatorum, & sup. habebat equitatum magnum, quod tñ Plancus aliter scripsit. verum Lepidus Antonij vires ostentare videtur, ut videatur consuluisse saluti suorum, & ut uindicet suos forte terrore ad misericordiam motos Nam omnis.s. equitatus Antonij, discessit ex prœlio.s. ad Mutinam commisso, integer i. non diminutus nec mutilatus, ita ut sint amplius sup. q̃ triginta millia. Notat grammaticus, plus amplius, & similia aduerbia, non semper regere rem excessam in ablatiuo eo φ uidetur subaudiri particula q̃ ue si dicas, plus decem millia desiderata sunt. Itaque complures milites scilicet pedestres, cum tamen sint qui pro decurione aut equite aurato militem dicant. Recte ergo Valla dicit militem potius peditem significare. & equites transierunt ab eo ad me, & eius copiæ minuũtur in dies singulos quia Silanus & Culeo discesserunt ab eo. Nos etsi.i. quanquam eramus læsi i. offensi, grauiter ab his.s. Silano & Culeone aut etiam aliis, φ ierant ad Antonium contra nostram uoluntatem tñ habuimus rationem i. pium respectum salutis eorum, causa nostræ humanitatis & necessitudinis.i. quam habuimus cum eis Verius tamen ex his quæ secuta sunt dicere potuit, ideo recepisset ut animos ceterorum militum ad Antonii partes allicerent: quod ne quis suspicetur addit. Nec tamen utimur opera eorum.s. qui transierunt ad nos neque habemus sup. eos in castris, neque præfecimus sup. eos ulli negotio, quod attinet ad hoc bellum, nec deerimus senatui, nec reip.i. utrique semper scilicet auxilio erimus. ego faciam te certiorem sup. eorum quæ egerimus postea. Hactenus narrauit, deinceps dolose factum suum purgat, dicens Etsi summa studia, sup. & officia mutua constitere.i. apparuerunt inter nos certatim, omni tempore pro nostra familiaritate inter nos, & proinde.i. adeo ut sint similiter conseruata, diligenter ab vtroq; .s. nostrum: tñ non dubito, quin in tanto.i. tam magno, & tã repentino modo reip. non nulla de me indigna me.i. fide & integritate mea, sint delata ad te falsis rumoribus ab obtrectatoribus meis quæ mouerẽt.i. possent uere perturbare animũ tuum pro amore

tuo

tuo.i.p.p,aut iuxta vehementiam amoris tui in rep. Ego factus sum certior:i. intellexi, aut accepi a procuratoribus meis te accepisse ea moderate.i.temperate, neque.i.non, & iudicasse non credendum sup.esse temere.i inconsiderate & leuiter: quæ.s facta tua sunt mihi gratissima vt debent. Memini.n.& illa superiora quæ profecta sunt a voluntate tua ad augendam & ornandam dignitatem meam. quæ manebunt fixa perpetuo animo meo O mi Cic ego peto magnopere abs te, si habes perfecta.i.cognita diligentissime quæ digna sunt Lepido.s vitam meam & studium in administranda rep.tẽporibus superioribus,ut sup.expectes paria,aut ampliora tempore reliquo i quod deinceps erit Et proinde.i.pro tanto tu istimes me tuendum.i.protegendum auctoritate tua,quò.i.quanto plura debeo merito tuo.Ex ponte Argenteo.i.qui est super Argenteum fluuium extructus, &c.

PAVL. MANV. XXX} lineam, quam super numerum duximus, olim ab aliquo fuisse omissam credimus,qui, ea quanti esse,ignoraret. nam in libro Vincentij Riccij scriptum est, x x x. quo modo autem nos scripsimus, triginta millia significatur. {Studia officij} non nihil offendor. non n. satis vsitate dictum. suspicor interdum abundare, officij. & suspicionem nostram confirmat antiquus Sigonij liber. {Memini autem} sic, opinor,melius,quàm,vt antea, memini enim quò n.spectabat vox illa,enim? mihi certe cũ superioribus cohærere posse, non videtur.itaq;, ea deleta,reposui autem,motus auctoritate vetustissimi libri,quem habet Vincentius Riccius,in quo,aũt,pro.n.scriptum est.q̃q̃ præcedens dicto mendum habet non.n.memini, sed,maxime, in eo libro legitur.sed nullus est tam antiquus liber,qui non multis locis corruptus tñ sit.itaq; vno, aut etiam altero scripto libro qui se putant veteres scriptores posse restituere,meo iudicio falluntur.plurimis opus est qui licet inquinati sint: tamen ex singulis boni aliquid carpentes, vsu sæpe venire videmus, vt ex multis libris, qui mali sint, bonus tamen liber efficiatur vnus.

GIBERTI LONGOLLII LEMMA.

Narrat Ciceroni, quid in aduentu Antonij in prouinciam suam egerit, & gratias illi agit, quod dignitatem illius, & famam contra obtrectatores defenderit.

LEPIDVS IMP. ITERVM, PONT. MAX. S. D. S. P. PL. Q. R. 35

*SI vos, liberiq; vestri valetis, bene est ego quidem valeo. Deos hominesq; testor, P. C. qua mente, & quo animo semper in rẽp. fuerim, & quàm nihil antiquius communi salute, ac libertate iudicarim quod vobis breui probassem, nisi mihi fortuna proprium, consilium extorsisset. nam exercitus cunctus consuetudinem suam in ciuibus conseruandis, communiq; pace, seditione facta, retinuit; meq; tantæ multitudinis ciuium Romanorum salutis, atque incolumitatis causam suscipere, vt vere dicam, *coegit. in qua re ego vos P. C. oro atque obsecro, vt, priuatis offensionibus omissis, summæ reipub. consulatis: ne misericordiam nostram, exercitusq; nostri in ciuili dissenssione sceleris loco ponatis. quod si salutis omnium, ac dignitatis rationem habueritis: melius & vobis, & reipub. consuletis. Data IIII. kal. Iun. a Ponte Argenteo. Valete.*

hoc Dio Velleius. & alij prodiderunt. hostis tamen Lepidus iudicatus.

HVBER. SI valeris} Cum M. Ant. post Mutinense prælium, vt supra diximus,in Galliam fugisset,vt secum iungeret Lep.Potuisset q; Lepidus, eum omnino conterere:hac epistola excusat se, q non pugnauerit contra M. Antonium, quia exercitus suus coegerit eum consulere incolumitati, & saluti tot ciuium R.& voluerit potius pacem componi, quàm pugnam fieri contra ciues. Itaq; petit, vt non existimetur se pacificatum cum Antonio & Antonianis magis perfidia, & scelere aliquo, quàm misericordia, q non putarit in suos sæuiendum esse. {Testor} testes adduco,alias iuro.{Quo} quali.{Antiquius} carius.{Probassem} ostendissem. {Fortuna} casus quidam potius q̃ voluntas. {Extorsisset} per vim eripuisset. {Proprium consilium} cogitationes meas, & ea quæ decreueram facere. {Nam exercitus} dicit quemadmodum exercitus suus dixit se nolle pugnare aduersus ciues suos, sed malle pacem q̃ bellum.sic supra dixit accidisse Plan.in epistola, quę incipit, Puderet: sic.n.inquit Accessit eo, vt milites eius cum Lep. concionarentur,improbi per se corrupti etiã per eos, qui præsunt Canidios,Rufrenosq;, & ceteros,quos cum opus erit, scietis, conclamarunt viri boni,pacem se velle. neque esse cum vllis pugnaturos,duobus iam consulibus singularibus occisus,tot ciuibus pro patria amissis &c. confert igitur nũc Lepidus culpam suę coniunctionis cum Ant.in exercitum suũ. {Consuetudinem s.} quia consueuit conseruare ciues, non autẽ perdere. {Seditione facta} inter nos duces.i. cum nos discordaremus, & ciuilem seditionem fecissemus. {Coegit suscipere causam s.}.i.ego coegit me defendere salutem & incolumitatem tot ciuiũ Rom.{In qua re} orat senatum, vt& ipse priuatas offensiones omittat reip causa significat aũt latenter quosdã esse, qui nõ propter rempublicam,sed propter odium quorundam gauderent hoc bello.{Misericordiam} clementiam & benignitatem animi nostri,& exercitus mei. {Loco sceleris} id est, pro perfidia, id est, ne quod misericordia fecimus, appelletis perfidiam, proditionem, & scelus.

SI vos, &c.} Quia Antonius superatus apud Mutinam in transalpinam Galliam se receperat, spe coniungendi secum Lepidum: ipse Lepid.hac epistola docet Cic quid egerit in aduentu Antonij; & vbi aduersus castra fecerit; & qualem quantumq; exercitum habeat Ant.a quo scribit ad se multos perfugisse Ordo est. Si vos S. P. Q. R. valent & liberi vestri, aut per syllepsum vos & liberi vestri,ualetis, bene est; ego quoq; valeo. O patres conscripti ego testor.i testes cito deos & homines, qua mente, & quo animo fuerim semper in remp. & q̃.i.quantopere, nihil iudicarim antiquius.i.carius & obseruabilius salute ac libertate communi.quod probassem.i.effectu demonstrassem vobis, nisi fortuna extorsisset.i.ui eripuisset mihi consilium proprium.i.quod me apte natura & propria sponte secutus fuissem. Nam exercitus cunctus retinuit suam consuetudinem in ciuibus conseruandis, & communi pace.s.conseruanda, facta seditione .i.licet facta esset seditio inter ciues. tamen milites mei consueti concordiam seruare, saluti ciuium consulere, non potuerunt a me induci,ut contra conciues pugnarent.Et ut dicam uere.i.fatear quod uerum est ingenue, exercitu coegit me suscipere causam salutis atque incolumitatis tantæ multitudinis.i. quæ esset tantæ multitudinis ciuium R. In qua re o patres conscripti ego oro uos, atque obsecro.i.ob sacra precor, ut, offensionibus priuatis omissis, hoc est quibus aliqui uestrum ab Ant. forte offensi sunt, & Antonius ab ipsis, consulatis.i.prospicitatis & opem feratis summæ.i.maximæ & supremæ saluti reipub. Est quidem, summa,hic substantiuum. sed, sicut quando de rationibus loquimur, summa accipitur pro ultima, quæ omnes alias complectitur supputationes: ita dum dicimus, summam reip. eam rationem intelligamus in qua tota salus eius continetur. Ne ue ponatis loco sceleris.i.reputetis uti scelus, misericordiam nostram & exercitus nostri in dissensione ciuili i.qua si usi sumus non in hostes externos, sed in conciues licet dissentientes. q si habueritis rationem.i.respectum salutis ac dignitatis omnium: uos consuletis melius & uobis, & reipub. Data, &c.

ASCEN.

PAVL. MANV. IMp. iterum} in antiquo libro Vincentij Riccij,& in aliis legitur imperator ter.i.tertium. quo modo etiam dicebatur, consul tertium. sed siue, iterum, siue, tertium, legas: mihi tñ de loci integritate certum non est. nam quod alij dicunt, in titulis, & monumentis solitos fuisse ueteres notare, quoties a militibus ob rem bene gestam imperatores essent appellati: sane id assentior: sed, factum esse antequam Augustus tẽp.opprimeret, nondum comperi. ego, ut dicam quod coniicio, sine affirmatione tamen, mallem legere sic: imperator, pontifex max. ab antiquis literis non admodum discendens, siquidem in uetere libro Petri Bembi legitur, Imp. & ter. idem Vbaldino Bandinello uidebatur. {In ciuibus conseruandis} potius ita lego, q̃ obseruandis. nostram lectionem habet liber uetustus Bernardinĩ Maffei,& antiquissimus alter,qui est apud Vbaldinum Bandinellum. {III. kal.a Põte Argenteo} uitiosi sunt hoc loco scripti libri,sed boni tñ aliquid habent singuli.in tribus uetustissimis legitur IIII. Kal.a Ponte.Argẽteo:in eo,de quo mihi Vincentius Riccius cõmodauit, qui & ipse perantiquus est. III. kal.Iunij itaq; in nostro libro IIII.Kal. Iunij,scribere non dubitaui:ut sit dies, quo se cum Antonio coniunxit. libro enim x. epistola, cuius initium est, Nunquam mehercule, ita scribit Plancus. Lepidus, desperato aduentu meo, se cum Antonio coniunxit ad IIII.Kal.Iun.hanc autem epistolam,post eã,quę sequitur,scriptam esse, nemo non uidet.




M. T. CICERONIS
EPIST. FAMILIARIVM
LIBER VNDECIMVS.



ARGVMENTVM.

D. Brutus M. Bruto, & C. Cassio, quibuscum Cæsarem occiderat sermone cum Hirtio habitum exponit, postulatamque a se liberam legationem significat.

D. BRVTVS S. D. M. BRVTO ET C. CASSIO.



*Vo in statu simus, cognoscite. Heri vesperi apud me *Hirtius fuit: qua mente esset Antonius, demonstrauit, pessima scilicet, & infidelissima. nam se neq; mihi prouinciam dare posse aiebat, neq; arbitrari tuto in vrbe esse quenquam nostrum: adeo esse militũ concitatos animos, et plebis. quod utrumq; esse falsum, puto vos animaduertere; atque illud esse verum, quod Hirtius demonstrabat, timere eum, ne, si mediocre *auxilium dignitatis nostræ habuissemus, nullæ partes ijs in rep. relinquerentur. cum in his angustijs versarer, placitum est mihi, vt postularem lagationem liberam mihi, reliquisque nostris: vt aliqua causa proficiscendi honesta quæreretur. hoc se impetraturum pollicitus est; nec tamen impetraturum confido: tanta est hominum insolentia, & nostri insectatio. ac, si dederint, quod petimus; tamen paulo post futurum puto, vt hostes iudicemur, aut aqua, & igni nobis interdicatur. Quid ergo est inquis, tui consilij? Dandus est locus fortunæ: cedendum ex Italia, migrandum Rhodum, aut aliquò terrarũ arbitror. si melior casus fuerit, reuertemur Romam: si mediocris, in exilio viuemus; si pessimus, ad nouissima auxilia *descendemus. Succurret fortasse hoc loco alicui vestrum, cur nouissimum tempus expectemus potius, quàm nunc aliquid moliamur. Quia, vbi consistamus, non habemus, præter Sex. Pompeium, & Bassum Cæcilium; qui mihi videntur, hoc nuntio de Cæsare allato, firmiores futuri. satis in tempore ad eos accedemus, vbi, quid valeant, scierrimus. Pro Cassio, & te si quid velitis me recipere, recipiam. postulat enim hoc Hirtius vt faciam. Rogo vos, quamprimum mihi rescribatis. nam non dubito, quin de his rebus ante horam quartam Hirtius me certiorem sit facturus. quem in locum conuenire possimus, quo me velitis venire, rescribite. Post nouissimum Hirtij sermonem, *placitum est mihi postulare, vt liceret nobis esse Romæ publico præsidio: quod illos nobis concessuros non puto. magnam enim *inuidiam ijs faceremus. nihil tamen non postulandum putaui, quod æquum esse statuerem. Valete.*

consul cum Pansa designatus in annum sequentem.

quod mox habuerunt, administratione prouinciarum a senatu data.

descendere ad extrema ep. 13. lib. 10.

Pompeium in Hispania Cæcilium in Syria.

ep. 4. l. 8. inde inuidiam pro odio. indignarentur, inquit, boni vindices libertatis ege re præsidio.

Q Vo in statu] Interfecto C. Iulio Cæsare in senatu a Casca, D. & M. Bruto. Cassio, & ceteris coniuratis, M. Antonius, vt Plut. auctor est, magistratus insignia deposuit; [erat enim consul] & mutata veste se occultauit. deinde, vt audiuit illos nemini nocere, sed, globo facto, in Capitolium se recepisse, egressus è latebris, quo confugerat filium suum ad eos misit in Capitolium, vt eum pro obside tenerent, & è Capitolio descenderent. quo facto, ipse C. Cassium in cœna apud se eo die habuit, Lepidus vero Brutum. Postridie frequenti senatu retulit de oblinione discordiarum deque prouincia diuidundis: cui quidem senatus summo studio assensus est. mox vero principatus cupiditas ab hac sententia illum deiecit. Nam, cum Cæsarem, vt mos erat in funere, pro rostris laudaret, animaduertens multitudinem oratione sua mirabiliter ductam, admiscuit laudibus commiserationem, stimulosque animorum, & in perorando vestem Cæsaris explicuit sanguine fœdatam, & multis in locis gladiis cæsam & laniatam, & qui ea patrassent, impios scelestosque vocans, quòd Cæs. sanctum re ipsa, & colendum virum interemissent; tantum furorem, multitudini iniecit, vt corpus Cæs. in foro cremarent, subsellijs, mensisque vndique ad pyram raptis, & accensis facibus ad occisorum domos percurrerunt. quibus rebus Brutus, cæterique ea vrbe migrarunt. ad quos absentes D. Brutus scribit, se ex Hirtio intellexisse, M. Antonium pessima mente esse in omnes, qui coniurassent in cædem Cæs. neque eos tutos Romæ esse posse, quia Antonius & militum, & plebis animos oratione sua vehementer concitasset, vt scribit Appianus. Deinde dicit, quid in his difficultatibus tentauerit; ostenditque se non impetraturum ea, quæ petiuit. Itaque suadet discendendum ex Italia, quia videt futurum, vt hostes indicentur, & dicit, in quibus maxime spem aliquam habere possunt. [Quo in statu] in qua conditione, quasi dicat, pessima. [Cognoscite] intelligite. [Vesperi] dannus est aduerbialiter positus. [Apud me] domi meæ. [Demonstrauit] exposuit. [Qua mente] in nos. [Pessima] culpa nocendi nobis. [Infidelissima] quia primum promiserat se acturum de communi concordia & pace, & tamen postea irritauit populum. [Prouinciam] Galliam Celticam, Italiæ finitimam. [Nostrum] percussorum Cæs. aut qui in eius cædem consensimus. [Tuto] sine periculo. [Adeo] tantum. [Concitatos] commotos in nos. [Vtrumq;] scilicet & quòd non possit mihi dare prouinciam, & quòd animi, militum & plebis sint concitati contra nos. [Animaduertere] intelligere. [Illud esse verum] subaudi puto vos animaduertere. [Demonstrabat] aperte dicebat, [Eum] Ant. [Timere,] id est, puto uos intelligere id esse verum quod dicebat Hirtius: quod M. Ant. timet, ne, si nos retineamus mediocre auxilium nostræ dignitatis, ipse & alij, qui eum iuentur, nullas partes habeant in rempub. [Nullæ partes] quia omnes nobiscum starent & tenerent a nostra. [Iis] Cæsarianis. [Angustiis] molestijs, difficultatibus: [Versarer] essem. [Legationem] missionem in prouinciam, id est. vt libere mitterer in prouinciam, [Reliquisque nostris] vt Trebonio in Asiam, quæ circa Ioniam est, Tullio Cimbro in Bithyniam, &c. [Proficiscendi] discedendi. [Honesta] ne videremur fugere. [Pollicitus est] promisit scilicet Ant. [Insolentia] temeritas, superbia. [Insectatio] persecutio. [Nostri,] id est, nostrum, id est, tantum persequuntur nos. [Quod petimus] scilicet liberam legationem. [Hostes] P. R. [Aqua & igni] .i. mittamur in exilium: vbi etiam aqua & igni prohibeamur. & vt supra alio loco diximus, dicitur interdico tibi aquam, & ignem sed interdico te aqua & igni melius. [Quid ergo] interrogatio. [Inquis] pro inquies. [Dandus locus] abeundum est. [Cedendum fortunæ] non repugnandum ipsi fortunæ. tractum autem a militibus, qui cedere dicuntur, cum non repugnant. [Migrandum] discedendum. [Rhodum] vrbem Liciæ, sitam in promontorio orientali, de qua dictum libro quarto in epist. ad Marcellum. [Aliquò terrarum] .i. in aliquas terras. est autem, terrarum additio: sicut nusquam gentium, vbique locorum. [Melior] quàm nunc est. [Casus] fortuna. [Si mediocris] scilicet, casus, id est, non valde malus. [Nouissima] vltima, id est, nihil relinquemus intentatum. [Succurret] occurret, in mentem veniet. [Alicui vestrum] vel tibi Bruto, vel Cassio [Tempus] nouissimum] vltimum .i. vt tantũ differamus descendere ad auxilia nouissima. [Moliamur] faciamus, aggrediamur. [Quia] hæc est ratio, quare expectetur nouissimum tempus potius q̃ aliquid in præsentia agatur, quia dicit, quod non habet quibus possit fidere præter Sex. Pompeium, Põp. filium, qui erat in Hispania, & Bassum Cæciliũ

qui erat in Syria. {Firmiores} fortiores, constantiores in tuenda repub. & seruanda coniunctione nostra {Tempore} .i. in tempore & opportune. {Vbi} posteaquam {Quid valeant} quid possint. {Recipere} spondere, mea fide promittere. {Vt faciam} vt recipiam pro te & Cassio. {Esse Romę publico præsidio} .i. morari Romę cum aliquibus nobis a repub. concessis, qui sint ad tutelam & custodiam nostram. {Quod} vt simus Romæ publico præsidio. {Illos} Ant. & alios Cæsarianos. {Inuidiam} dolorem. {Faceremus iis} Cæsarianis, si essemus Romæ publico præsidio. {Tamen} licet etiam non sint concessuri. {Nihil non postulandum} idest omne postulãdum putaui, quod esset honestum & iustum.

ASCAN. QVo in statu, &c.} Interfecto Cæsare, & eodem ab Lepido laudato, & honorifice a plebe concitata cremato, Brutus profugit. de cuius calamitate D. Brutus nunc conqueritur. suadetque, vt cum Cassio Italia abeat, quia Ant. eis aduersatur; & futurum videt, vt hostes iudicentur. Aperit etiam, in quibus spem præcipuam habeant. Propterea autem videtur Ciceronianis infarta epistola, cum sit D. Bruti, aut argumentum appareat, aut quia Tironi visa est satis luculenter scripta. Ordo autem est. Cognoscite ò M. Brute & C. Cassi in quo statu nos scilicet percussores Cæsaris simus Hirtius qui reipub. amator paulopost consul futurus erat, fuit apud me heri vesperi, id est, cum esset vesper, & supp. demonstrauit qua mente Anton. scilicet, Marcus, erat sup. in nos, scilicet, id est, scire licet qua mente, quia pessima & infidelissima. Nam aiebat se neque posse dare mihi prouinciam: vt scilicet ab oculis militum absim, neque, id est, & non, & aiebat arbitrari quenquam nostrum, qui scilicet coniurauimus in Cæs. & occidimus eum, esse in vrbe. s. Roma, tutò, id est, sine periculo, sup. aiebat animos militum & plebis esse concitatos, id est, cõmotos adeo, id est, intantum. Quorum vtrunque esse falsum puto vos animaduertere, atque illud esse verum quod Hirtius demonstrabat, eum scilicet Ant. timere, ne si habuissemus, scilicet in senatu mediocre auxilium dignitatis nostræ, scilicet habendę, aut protegendæ, nullæ partes, id est, nulla officia relinquerentur iis scilicet Cæsaris vltoribus in repub. Cum ego versarer in his, id est, huiusmodi angustiis, placitum est mihi vt postularem legationem liberam, id est, quocunque ire vellemus, aut liberam, id est, sine persecutione mihi, & reliquis nostris, vt Trebonio. Tullio Cymbro, &c. vt aliqua honesta causa proficiscendi, id est, discedendi, ab vrbe quæreretur, id est, acquireretur nobis. Hirtius pollicitus est se impetraturum hæc, scilicet, postulata mea, nec tamen confido sup. eum impetraturum sup. esse. Tanta, id est, tam magna est insolẽtia, id est, superbia & immoderata cupiditas vlciscendi, hominum, scilicet Antonii & aliorum per Ant. incitatorum & insectatio, id est, persecutio nostri. Ad, id est, sed si scilicet Ant. & fautores eius dederint supple iam quod petimus s. liberam legationem: tamen, id est, nihilominus puto futurum paulo post vt iudicemur hostes, scilicet P. R. aut supple vt intercdicatur nobis aqua & igni, id est, nequis nobiscum communicet aut nobis commodet vsum aquæ & ignis, sine, quibus vita nostra constare non potest. Nam omnes qui viuimus vescimur aura. Et licet aeris vsum a nemine petimus, tamen grauius est aqua & igni interdici quàm hostem iudicari, cum etiam hosti aquam & ignem accommodare soleamus. Notum est eleganter dici, interdico tibi aqua & igni, &c. Quid ergo est inquis. sic puto legendum, quia sensum ad fratrem nunc loquitur. consilij tui, id est, de consilio tuo aut quod est consilium tuum o Deci? Responsio. Dandus est locus, scilicet furori: cedendum est fortunæ: migrandum arbitror ex Italia Rhodum, aut aliquo. s. aliò terrarum. si casus, id est, euentus fuerit melior, nos reuersemur Romam; si casus erit mediocris, nos viuemus in exilio, si pessimus, nos descendemus ad nouissima auxilia scilicet cõtra sæuitiam inimicorum, hoc est morituri in media arma ruemus. Fortasse hoc loco, id est, cum hæc legetis, succurret, id est, in mentem veniet alicui vestrum, cur expectemus tempus nouissimum scilicet quo nihil amplius possimus, potius, quàm moliamur nũc aliquid scilicet ad nos liberandos? Responsio. Quia non habemus vbi consistamus, præter Sextum Pompeium, Pompeii filium, qui erat in Hispania, & Bassum Cæcilium qui erat in Syria, qui videntur mihi futuri firmiores, id est, fortiores in seruanda repub. hoc nuntio de Cæsare, id est, de cæde Cæsaris allato. Nos accedemus ad eos satis in tempore, vbi scierimus quid valeant si velitis me recipere quid. i. aliquid hoc est polliceri. & spõdere pro Cassio & te. s. M. Bruto, ad quem præcipue loquitur, recipiam. i. respondebo. Hirtius enim postulat vt faciam hoc, id est, recipiam aliquid pro vobis. Rogo vos sup. ut rescribatis quamprimum. i. valde cito. Nam non dubito quin Hirtius facturus sit me certiorem de his rebus ante horam quartam. s. diei sequentis, hoc est post ortum solis. Rescribite, in quem locum possimus conuenire, & quò. i. ad quẽ locum velitis me venire. Placitum est mihi postulare. s. ab Hirtio post nouissimũ sermonem Hirtij, hoc est cum a me discederet, vt liceret nobis esse Romæ præsidio publico. i. sub custodia & protectione publica. quod puto illos non concessuros nobis. Nos enim faceremus iis. s. Cæsarianis magnam inuidiam. i. molestiam & dolorem, quia graue fuerit eis videre publico præsidio munitos, aut inuidiam. i. odiũ quia, qui nos libertatis auctores sine præsidio in vrbe esse non posse viderent, eos oderit. Tamen ego nihil putaui non postulandum quod statuerem esse æquum. i. iustum vt impetremus. Vale, aut potius valete, quia ad duo scribit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petunt Brutus, & Cassius, vt Antonius eos certiores faciat, quid de se futurum sit, & an tuto in vrbe persistere possint.

M. BRVTVS, ET C. CASSIVS PRAET. S. D. M. ANTONIO COS.



*E tua *fide, & *beneuolentia in nos nisi persuasum esset nobis, non conscripsissemus hæc tibi: quæ profecto, quando *istũ animum habes, in optimam partem accipies. Scribitur nobis, magnam veteranorum multitudinem Romam conuenisse iam, & ad kal. Iun. futuram multo maiorem. de te si dubitemus, aut vereamur; simus nostri dissimiles. sed certe, cum ipsi in tua *potestate fuerimus; tuoque adducti consilio dimiserimus ex municipijs nostros necessarios, neque solum edicto sed etiam literis id fecerimus: digni sumus, quos habeas tui consilij participes, in ea præsertim re, quæ ad nos pertinet. quare petimus a te, facias nos certiores tuæ voluntatis in nos; putes ne nos tutos fore in tanta frequentia veteranorum: quos etiam de reponenda *ara cogitare audimus: quod velle te probare vix quisquam posse videtur qui nos saluos, & honestos velit. nos ab initio spectasse otium, nec quidquam aliud a libertate communi quæsisse exitus declarat. fallere nemo nos potest, nisi tu: quod certe abest a virtute tua, & fide. sed alius nemo facultatem habet decipiendi nos. tibi enim vni credidimus, & credituri sumus. maximo de nobis timore afficiuntur amici nostri. quibus & si tua fides explorata est, tamen illud in mentem venit, multitudinem veteranorum facilius impelli ab alio quolibet, quàm a te retineri posse. Rescribas nobis ad omnia, rogamus. Nam illud valde leue est, ac nugatorium, ea re *denuntiatum esse veteranis, quòd de commodis eorum mense Iunio laturus esses quem enim impedimento futurum putas, cum de nobis certum sit nos quieturos? Non debemus cuiquam *videri nimium vitæ cupidi, cum accidere nobis nihil possit sine pernicie, & confusione omnium rerum. Vale.*

beneuolentia, vt velis: fides, vt seruet.

minime a nobis alienum.

Phil. 1. Iunius mẽsis Dolabellæ fuit.

erat. n. consul Antonius.

erecta s Mario, euersa a Dolabella vnde illa Ciceronis gratulatio. ep. 14. l. 9. & Appian. l. 3. de bel. ci.

vt in vrbe frequentes adessent.

vt fortasse tibi videmur, quia consulimus te de salute nostra.

MVRAR.

DE tua fide} Concitatis a M. Antonio animis militum & plebis, vt supra dictum est, contra interfectores Cæsaris, Brutus & Cassius ex vrbe secesserant, vt cederẽt iræ: hac igitur epistola blandiuntur M. Antonio, & ostendunt se magnam in eo & spem & fiduciam habere: eumq; orant vt reddat eos certiores, an tuto Romæ esse possint: & excusant factum dicentes, se tantum spectasse publicam vtilitatem: & significant se dubitare, quia illi milites, & veterani congregati sint Romæ. {Conscripsissemus} .i. simul ambo scripsissemus de cõmuni consensu. {Istum animum} talem animum, vt nos ames, & sis nobis fidelis. {Conuenisse iam} congregatum esse vsq; ad hunc diem. {Simus nostri dissimiles} .i. faciemus contra naturã nostram non erimus quales existimamur, & esse debemus. {Ipsi} nos. {In tua

potestate} vt dictũ est in argumento præcedentis ep. {Adducti} persuasi, moti. {Necessarius} propinquos: quos causa tutelæ nostræ congregaueramus: {Edicto} mandato publice facto. {Literis tuis} quibus nos hortabaris, vt id faceremus, uel literis nostris quibus ad eos scripsimus, ut discederent. {Quos habeas participes tui consilij} i. meremur vt nobiscum cõmunices ea, quæ agere deliberes. {In ea re} in salute nostra, in constitutione reipub. {Fore} tutos futuros sine periculo. {Frequentis} moltitudine. {Quos} veteranos. {Reponenda} reficienda, instauranda. {Ara} quæ facta fuerat in honorem Cæs. & primũ deiecta, q̃ nunc dñt intellexisse veteranos velle reponere. {Vis quisq̃ videtur posse credere} i. vix cuiq̃ est credibile, ꝙ tu velis eam aram reponi, qa sciunt te curare honorem reip. contra quem esset, si ara Cæs. tyranni poneretur. {Te probare} tibi placere. {Qui nos saluos & honestos uelit} i. qui salutem & honorem nostrũ cupiat. {Nihil aliud a libertate} i. nihil aliud q̃ libertatem non nostrum sed omniũ. Honesta aũt est elocutio, quare nihil aliud ab honore. i. nihil aliud q̃ honorem. {Ab initio} cum cepimus consilium de interficiendo Cæs. {Quod} s. fallere. {Abest} alienum est remotum est. {Tibi.n.} cui.n. plurimum credimus ab eo facile decipi possumus. {De nobis} pp nor. {Explorata} cognita. {Impelli} cõmoueri, incitari s. contra nos. {Ab alio} quolibet. i. a quouis alio ut puta Cæsariano. {Retineri} prohiberi, ne nobis vim inferant. {Leue} vanum. {Nugatorium} ridiculũ, fabulosum. {Denuntiatum} vt conuenirent ad vrbem. Fingebant.n. quidam Cæsariani militibus veteranis denuntiatum esse ab Ant. vt conuenirent Romam, qm̃ ipse laturus esset de præmijs eorũ: cum tenerа eos congregasset aduersus interfectores Cæs. quod nunc se intelligere significant Brut. & Cassius. {Quieturos nullum impedimentum facturos. {Videri cuiq̃} existimari a quoquam. {Nimis cupidi vitæ} i. nimium curare vitam nostram, quia malum nostrum est futurum cum pernicie & confusione omnium rerũ.

ASCEN.

De tua fide &c.} Concitatis a M. Antonio animis militum interfectores Cæsaris, & Bruto ac Cassio vrbe egressis, consilium ineiunt scisсitandi per literas humaniores, quo in se esset Animo Antonius. itaq; significantes se summam in eius fide fiduciam habere, rogant certiores faciat, an tuti sint Romæ futuri, apud tot veteranos milites. Ordo est, Nos non conscripsissemus hæc tibi, nisi persuasum esset nobis de fide & beneuolentia tua in nos. quæ. s. scripta nostra, tu profecto quando. i. qm̃ habes istum i. tam beneuolum animum in nos, accipies in optimam partem. Scribitur nobis magnam multitudinem veteranorum. s. militum, qui sub Cæsare meruerãt, conuenisse iam Romam & futuram multo maiorem ad. i. circiter cal. Iunias. Si nos dubitemus, aut vereamur de te. nos simus dissimiles nostri. i. facientes contra naturam nostram, quæ fidelis est, & omnibus confidit. sed certe cum ipsi. i. nos fuerimus in tua potestate, & nos adducti consilio tuo dimiserimus ex municipijs. i. oppidis Italiæ municipalibus, necessarios nostros, vt familiares & propinquos, cum seruis & clientibus: neque solum fecerimus id edicto i publico mandato, sed etiam literis. s. tuis priuatis, nos sumus digni, quos habeas participes tui consilii, præsertim in ea re quę pertinet ad nos. Quare petimus a te sup. vt facias nos certiores voluntatis tuæ in i. erga nos. Ne. i. an putes nos fore. i. futuros tutos in tanta frequentia militum veteranorum, quos audiuimus etiam cogitare de ara reponenda. s. Cæs. quam tũ Dolabella prohibuerat: quod. s. reponere aram Cęsari vix quisquam, qui velit nos saluos & honestos sup. viuere, videtur posse credere te velle probare. i. approbare. Exitus declarat nos spectasse & quæsiuisse ob initio. s. coniurationis otium. i. pacem communem. aut vitam priuatam in otio, nec quæsisse cuiquam aliud a libertate communi. i. q̃ libertatem comunem. Nemo potest fallere nos nisi tu quia non alteri confidebant, quod. s. fallere, abest certe a uirtute & fide tua sed nemo alius habet facultatẽ decipiendi nos. Nos n. credidimus: tibi & sumus credituri. Amici nostri afficiuntur maximo timore de nobis, quibus. s. amicis nostris, etsi. i. q̃q̃ fides. i. fidelitas tua est explorata, tñ illud venit in mentem, & multitudinem veteranorum posse impelli. s. in nos facilius a quolibet alio q̃ retineri a te. Nos rogamus sup. vt rescribas nobis ad omnia. Nam illud est valde leue & nugatorium, denuntiatum esse veteranis. s. vt uenirent in vrbem, ea re i. propterea ꝙ laturus esses. s. legem aliq̃ de commodis eorum, mense Iunio. s. proximo; quod adeo nugatorium censet, quia superuacaneum innuit addens. Quem. n. putas futurum impedimento, cum sit certum de nobis, nos quieturos sup. esse? Nos non debemus videri cuiquam nimium cupidi vitæ, cum nihil possit accidere nobis. s. perniciosum, sine pernicie & confusione omnium rerum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Expostulant cũ Antonio de cõtumeliosis & improbis literis, & minas illius se facile contemnere asserunt postremo monent minaciter, vt rebus suis consulat, & meminerit, quid Cæsari, seruitutis auctori, contigerit.

BRVTVS, ET CASSIVS PRET. S. D.

ANTONIO COS.

*LITERAS tuas legimus, simillimas edicti, tui contumeliosas, minaces, minime dignas, quæ a te nobis mitterẽtur. nos, Antoni, te nulla lacessiuimus iniuria: neque miraturum credimus, si *pretores, & ea dignitate homines, aliquid edicto postulassemus a consule. quòd si indignaris ausos esse id facere: concede nobis, vt doleamus, ne hoc quidem abs te Bruto & Cassio tribui. Nam de delectibus habitis, & pecunijs imperatis. exercitibus sollicitatis, & nuntijs trans mare missis quòd te questum esse negas nos quidẽ tibi credimus, optimo animo sed fecisse sed tamen neque agnoscimus quidquam eorum; & te miramur, *cum hæc reticueris, non potuisse, continere iracũdiam tuam, quin nobis de morte Cæsaris obijceres. Illud vero quemadmodum ferendum sit, tute cogita: non licere pretoribus, concordiæ; ac libertatis causa, *per edictum de suo iure * decedere, quin consul arma minetur. quorum fiducia, nihil est, quòd nos terreas. neque enim decet aut conuenit *nobis, periculo vlli summittere animum nostrũ: neque est Antonio postulandum, vt ijs imperet, quorum opera liber est. nos si, alia hortarentur, vt bellum ciuile suscitare vellemus; literæ tuæ nihil proficerent. NVLLA enim minantis auctoritas apud liberos est. sed pulchre intelligis non posse nos *quoquam impelli: & fortassis ea re minaciter agis, vt iudicium nostrum metus videatur. nos in hac sententia sumus, vt te cupiamus: etiam in libera rep. magnum, atque honestum esse; vocemus tẽ ad nullas inimicitias; sed tamen pluris nostram libertatem, quàm tuam amicitiam, æstimemus, tu etiam atque etiam vide, quid sucipias, quid sustinere possis: neque quàm nõ diu vixerit Cæsar. sed quàm non diu *regnarit, fac cogites. Deos quæsumus, consilia tua reip. salutaria sint, ac tibi: si minus, vt salua, atque honesta rep. tibi quamminimum noceant, optamus. Pridie non. Sext.*

pretores e-rãt Brutus & Cass. cũ Cęsarẽ occiderunt.

.i. cũ de his questus nõ sis.

Phil. 1. vrbe exire

qui tyrannum occidimus patriæ liberandæ causa.

ad vllam nouarẽ oñã, .n. ab initio spectauimus supra. ep. 2.

regnauit ẽ 5. menses post deuictos in Hispania Põp liberos. Vell. lib. 2.

HVBAR.

Literas tuas} Cum Brut. & Cassius territi multitudine veteranorum ex vrbe migrassent, scripsit ad eos Ant. literas minaces & contumeliosas, quibus appellabat eos homicidas & proditores, obiiciebatq; aperte mortem Cæs. pro cuius vindicta eis minabatur itaq; ei respondent animose, se, qui sint viri liberi, & auctores libertatis, non terreri talibus minis. hortantur autem eum, vt recte consulat rebus suis: & meminerit quid acciderit: Cæs. qui voluit violenter dominari. {Simillimas edicti} i. tales quale fuit edictum, quod in nos fecisti. {Contumeliosas} plenas contumelijs, quia appellas nos patricidas. {Minaces} quia dicis te vlturum mortem Cæs. {Ate} consule. {Nobis} prętoribus vrbanis. {Lacessiuimus} prouocamus, incitamus. {Ea dignitate} i. tali quali sumus. i. prętura. {Edicto} per edictum tuum, vt per illud liceret nobis ire quocunque vellemus. {Id} petere aliquid a te. {Hoc} s. vt doleamus. {Ne} i. non. {Tribui} s. debet. Bruto, & Cassio} q. d. qui non solum hoc meremur, sed omnia maxima. est enim vis magna in nominibus propriis, multo plus quàm si dixisset, nobis. {Nam} responsio ad quandam excusationem Ant. qui scripserat se nunquam questum esse, quòd Brut. & Cass. fecissent delectus, imperassent prouinciis pecunias parandas P. R. & quòd exercitus solicitassent, & ꝙ nuntios trans mare misissent, vt admouerent omnes de eo, quod fecissent. Dicunt autem se mirari, ꝙ, cum hæc reticuerit, obiicerit ei mortem Cęs. sed

tamen

tamen se nihil eorum scire, quia neque imperauerunt pecuniam, neque fecerunt aliquid ea iis, de quibus dixerat M. Ant. se non esse questum. {Eorum} quæ supradicta sunt, de quibus negas te questum esse. {Obiiceres} improperares, exprobrares. {Concordiæ} non belli. Libertatis} quid sit seruitutis. {Per edictum} tuum. {Quorum} armorum. {Nobis} qui pro libertate contemnimus vitam nostram. {Neque est postulandum Antonio} i. neque Antonius debet postulare, aut quærere esse dominus eorum, per quos factus est liber, interfecto tyranno, a quo omnes opprimebantur. {Alia} i. aliæ causæ. {Nihil proficerent} nihil mouerent nos. {Nulla enim} sententia exornatur. est autem frustra, qui libet etiam magnæ auctoritatis minatur hominibus liberis, quia non terrentur minis. {Impelli} induci. {Quoquam} in aliquam sententiam, quæ sit contra libertatem. {Ea re} propter eam causam. {Agis} loqueris. {Vt iudicium nostrum} i. vt id quod iudicio & certa sententia nostra facimus, videamur facere metu. {Nos} dicunt se optare honorem M. Ant. dummodo ciuitas sit libera: sed si velit facere aliquid contra libertatem, se pluris facere libertatem q̃ eius amicitiam. {Honestum} *honoratum. {Vocemus} vt vocemus i. irritemus, adducamus. {Sustinere} tueri, defendere. {Neque q̃ diu} pulcherrimum documentum, vt intelligat, violentum imperium diuturnum esse non posse. {Quandiu} quia modicum tempus, & vix triennium. {Salutaria} vtilia. {Si minus} s. fuerint salutaria. {Quam minimum} admodum paruum. Noceat} ne fortasse accidat tibi, quod Cæsari.

sic ep. 15. l. 1. Cæsarem honestum esse cupio.

ASCEN.

LIteras, &c.} Responderat Ant. superbe literis Bruti, & Cassii, qui nunc etiam animosum rescribũt se vere liberos, & libertatis auctores, nec cum sint prætores, ab eo contemnendos: præcanturq; ei mentem bonam. Ordo est. Nos legimus literas tuas simillimas edicti tui, contumeliosas, minaces, minime dignas, quæ dignas, quæ mitterentur nobis a te. O Antoni, nos nulla. i. non vlla lacessiuimus. i. iniuriose prouocauimus te vlla iniuria, neque credidimus sup te miraturum si nos prætores & homines ea dignitate qua. s. nos sumus postulassemus aliquid a consule edicto. i. publica postulatione. quod si indignaris nos ausos esse facere, id concede nobis vt doleamus, ne quidem non saltem, hoc. s. edicto aliquid postulare, tribui abs te Bruto & Cassio. Nam quod negas te esse questum. i. fecisse querelam de delectibus habitis. s. a nobis. i. de acquisitione militũ & de pecuniis imperatis. s. ciuibus ad stipendia militum, & de nuntiis missis. s. a nobis trans mare: nos quidem credimus tibi, te fecisse optimo animo. verisimilius tamen est pessimo animo fecisse, nam qui iniuste quenquam calumniatur, solet sic dicere, non queror aut nihil dico de delectibus habitis, &c. sed tñ neq; agnoscimus. i. fatemur fecisse quidq̃ eorum. & miramur te cum, reticueris hæc. i. nihil questus sis de his, potuisse continere iracundiam tuã, quin obiiceres nobis de morte. i. cæde Cæsaris. Vero. i. sed, tute. i. tuipse cogita quemadmodum illud sit ferendum. Non licere i. quod dixisti non licere prætoribus decedere per edictum de suo iure causa concordiæ, ac libertatis, quin consul minetur. i. tu consul mineris arma. quorum. s. armorum fiducia nihil est q terreas nos. Neque. n. decet. i. decens est, aut conuenit nobis summittere. i. subiicere animum nostrum vlli periculo: neque est postulandum Antonio. i. Antonius non debet postulare, vt ipse imperet iis, quorum opera liber est. Si alia hortarentur nos vt vellemus suscitare. i. excitare bellum ciuile, literæ tuæ s. tam minaces nihil proficerent. Enim. i. quia auctoritas minantis apud liberos debet esse nulla. i. nullius momenti. Sed tu intelligis pulchre i. euidenter nos non posse impelli quoquam & fortassis tu agis minaciter ea re i. propter eam rem, ut iudicium nostrũ videatur metus. i. vt quod certo iudicio facimus, metu facere videamur. Nos sumus in hac sententia, ut cupiamus te esse etiam in rep. libera magnum atque honestum. i. decoratum honoribus, & supple ut vocemus. i. prouocemus te ad nullas inimicitias; sed tñ æstimemus pluris libertatem nostram, q̃ amicitiam tuam. Tu uide i. considera, etiam atque etiam. i. iterum atque iterum, quid suscipias. s. faciendum, quid possis sustinere. i. vt dicunt portare & efficere: neque fac cogites quandiu uixerit Cæsar, sed q̃ non diu. i. q̃ parum regnarit. Nos quæsumus deos supple, ut consilia tua sint salutaria reip. atq; tibi. si minus. i. si non sint supple salutaria tibi nos optamus ut ipsa salua & honesta. i. honorifica repub noceãt tibi quam minimum. i. valde parum. Pridie Nonas Sext. i. eius mensis, qui nunc Augustus dicitur.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Postulas a Cicerone, vt dignitatem eius defendat: &, quid in prouincia egerit, narrat.

D. BRVTVS IMP. COS. DES. S. D. M. CIC. 4

*SI de tua in me voluntate dubitarem, multis a te verbis peterẽ, vt dignitatem meã tuerere: sed profecto est ita, vt mihi persuasi, me tibi esse curæ. Progressus sum ad inalpinos cum exercitu, non tam nomen captans imperatorium, quàm cupiens militibus satisfacere, firmosque eos ad tuendas nostras res efficere: quod mihi videor consecutus. nam et liberalitatem nostram, & animum sunt experti. cum omnium bellicosissimis bellum gessi multa castella *cepi, multa vastaui: non sine causa ad senatum literas misi. adiuua nos tua sententia. quod cum facies, ex magna parte cõmuni commodo inseruieris. Vale.*

ex quibus triumphasset, vt in Philip.

HVBER.

SI de tua} D. Brutus, ut in 10 lib. diximus, ante q̃ Mutinæ sessus sit, in Galliam transalpinam, ut ipse nunc scribit, se receperat: vbi cum prospere egisset, breuiter a Cic. petit, ut Romæ dignitatem eius tueatur, & snia sua eum adiuuet contra Cæsarianos, qui eum criminabantur q Cæs. interfecisset. {Transalpinos} ad Gallos, qui transalpes incolunt. {Captãs} quærens nomen imperatorium. i. vt nominaret imperator {Satisfacere militibus} facere qđ vellent milites, qui me poscebant imperatorem. {Firmos} fortes, intrepidos. {Quod} vt sint fortes ad tuendas res nostras. {Videor consecutus} videor effecisse. {Bellicosissimis omnium} cum pugnacissimis, & in bello fortissimis. {Vastaui} diripui, & euerti. {Non sine causa} i. iustissima causa post magnas & preclaras victorias. {Tua sententia} sentiendo & bene dicendo de nobis. {Inseruieris} i. beneficium præstiteris. {Communi commodo} pro quo ego laboro. adiuuando igitur me, adiuuabis communem vtilitatem.

ASCEN.

SI de tua, &c.} Brutus antequam Mutinæ obsidebatur, se in Galliam transalpinam, ad Italos spectantem, contulerat: unde ad Cic. scribens suam dignitatem ab eo confidit defensum iri. Ordo est. Si dubitarem de voluntate. i. beneuolentia tua in me. i. erga me peterem a te multis verbis, ut tuerere. i. defenderes & protegeres dignitatem meam: sed profecto est. i. res se habet ita, vt. i. quod persuasi mihi, me esse tibi curæ. Ego progressus sum ad transalpinos. s. populos cum exercitu, non tã captans. i. affectans nomen imperatorium, quàm cupiens satisfacere militibus & efficere eos firmos ad tuẽdas res nostras. Quod. i. quam rem ego videor mihi consecutus. i. obtinuisse. Nam sup. milites sunt experti. i. re ipsa cognouerunt, &. i. simul liberalitatem nostram, qua milites multum deuinciuntur imperatori, & animum. i. aut beneuolentiam nostram in se: sed sic coincideret cum liberalitate: aut igitur propositum, & quo animo bellum susceperim, sed potissimum animum. i. animositatem. quia sequitur, gessi bellum cum populis bellicosissimis omnium, cepi multa castella, vastaui multa, misi literas ad senatum non sine causa. Adiuua nos sententia tua. quod cum facies, inseruieris communi commodo ea. i. pro magna parte.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Excusat principio, se ipse, cur cum Lupo non rescripserit. deinde hortatur, vt pergat defendere libertatem reip. postremo operam suam Bruto pollicetur.

M. CICERO S. D. D. BRVTO IMP. 5

*LVPVS, familiaris noster, cum a te venisset, cumque Roma quosdam dies commoraretur, ego eram in iis locis: in quibus maxime me tuto esse arbitrabar. eo factum est, vt ad te Lupus sine meis literis rediret, cum tamen curasse tuas ad me perferendas. Romam autem veni ad v. id. Dec. nec habui quidquam antiquius, quàm vt *Pansam statim conuenirem: ex quo ea de te cognoui, quæ maxime optabam. Quare hortatione tu quidem non eges, si *ne illa quidem in re, quæ a te gesta est post hominum memoriam maxima, hortatorem desiderasti: illud tamen breuiter significandum videtur, populum R. omnia a te expectare, atque in te aliquãdo recuperandæ libertatis omnem spem ponere. Tu, si dies noctesq; memineris, quod te facere cer-*

Rutiliorum cognomen.

consulem designatum.

in Cæsare occidendo.

*to scio, quantam rem gesseris; non obliuiscere profecto, quantæ tibi etiam nunc gerendæ sint. si enim * iste prouinciam nactus erit; cui quidem ego semper amicus fui ante, quàm illum intellexi non modo aperte, sed etiam libenter cum rep. bellum gerere: spem reliquam nullam video salutis. Quamobrem te obsecro ijsdem præcibus, quibus senatus populusque R. vt in perpetuum remp. dominatu regio * liberes: vt principijs consentiant exitus. tuũ est hoc munus, tuæ partes. a te hoc ciuitas, vel omnes potius gentes non expectant solum, sed etiam postulant. Quanquam, cum hortatione non, egeas supracripsi, non vtar ea pluribus verbis: faciam illud, quod meum est, vt tibi omnia mea officia, studia, curas, cogitationes pollicear, quæ ad tuam laudem, & gloriam pertinebunt quamobrem velim tibi ita persuadeas, me tum reip. causa, quę mihi vita mea carior est, tum quòd tibi ipsi faueam, tuamq; dignitatem amplificare velim, tuis * optimis consilijs, amplitudini, gloriæ nullo loco defuturum. Vale.*

Antenius, qui Bruto prouinciam conabatur, eripere.

Antonio tuæ prouinciæ finibus excludẽdo. in quo sita uidetur salus reip.

quæ specta re scio ad cõmunem libertatem.

NVBAR. LVpus familiaris} Excusat se primum Cic. quare non rescripserit Bruto per Lupum, qui eius ad se literas attulerat. Deinde hortatur Brutum, vt iactis tam maximis fundamentis liberatis interfecto tyranno perficiat, & reliqua, vt oppresso M. Ant. liberet rẽp. dñatu regio, vt finis factorum suorũ respondeat principio. Postremo pollicetur ei omnia quæ ad eius laudem & gloriam pertineant. quem sibi esse carum dicit reip. causa, cuius ille est defensor, & ꝙ ei fauet, & eius dignitatem amplificari cupit. {Lupus} nomen viri vtriusq; familiaris & amici. {Tutò} sine periculo aberat aũt ab vrbe Cic. vt ex sequentibus cognoscitur, cum dicit se venisse Romam ad quintum idus Decembris. {Eo} propter id. quia aberam ab vrbe. {Hortabar}. s. vt faceres {Si oe in illa quidem te} arguit a maiori, ad minus est aũt sensus. Tu non eges hortatione, quia nec in illa re quę erat maxima, expectasti hortatorem, sed sponte tua fecisti. {Si quia} affirmationem. n. significat. {In illa re} in interficiendo Cæsare. {Post hominum memoriam} postq̃ homines pñt meminisse, quia nullus meminit tantam vnq̃ factam esse. {Significandum} innuendam. {Quod}. s. meminisse. {Quantam rem} in terfectos Cæs. feceris. {Gerendæ} vt & reliqui tollantur, qui rẽp. parant opprimere. {Iste} inuidiosum pronomen, & ad contemptum positum. significat aũt Ant. {Prouinciam} Galliam Celticam, quã sibi patebat. {Spem nullam} reliq̃ spem. nullam nobis relictam, & in futurum esse. {Exitus} opprimendo M. Ant. qui appetit tyrannidem. {Principijs sicut interfecisti Cæsarem. {Munus} onus, officium. {Vel potius} correctio. {Oẽs gentes} non solum Italiæ. sed etiam cuiuscunque nationis. {Ea} hortatione. {Pluribus}. s. verbis. {Quod meum est} qđ ad me pertinet. {Tibi faueam} tui sim studiosus & amator. {Optimis consilijs} de defendenda libertate. ordo est: Quamobrem velim tibi persuadeas, me defuturum nullo loco tuis optimis consilijs amplitudini & gloriæ cum causa reip. tum quòd tibi ipsi faueam.

ASCEN. LVpus, &c.} Excusat se primum Cic. quare non rescripsit Bruto per Lupum, qui literas eius ad se attulerat, dicẽs se Romæ non fuisse. deinde hortatur Brutum, vt iactis tã magnis fundamentis libertatis reliqua perficiat, Antoniũ opprimendo, qui solus libertati obstet. polliceturq; se omnia pro eius dignitate facturum. Ordo est Lupus familiaris noster cum venisset ad te, & cum cõmemoraret nt Romæ quosdam. i. aliquot certos dies, ego eram in his locis, in quibus arbitrabar me esse maxime. i. præcipue tuto. i. sine periculo. Eo. i. per id factum est, vt Lupus rediret ad te sine literis meis, cum tñ curasset tuas. s. literas perferendas. i. ut perferantur ad me. Autem. i. ego veni Romã ad v. idus Decembris, nec habui quidq̃ antiquius. i. carius, eo ꝙ antiquissimos habere solemus, q̃ ut conuenirẽ. i. colloquendi gratia adirem statim Pansam. s. consulem, ex quo cognoui de te ea, quæ optabam maxime. Quare tu quidem non eges hortatione, si ne quidem. i. non saltem desiderasti hortatorem in illa re. s. in cæde tyrãni vtpote Cæs. quæ gesta est a te maxima post memoriã hominũ. Tñ. i. nihilominus illud videtur significandũ breuiter P. R. expectare a te omnia, atq; ponere. i. collocare in te oẽm spem libertatis recuperandæ aliqñ i. tandem. Si tu memineris dies & noctes. i. per totum tempus continuum, qđ scio te facere, quantã rem gesseris, profecto. i. reuera nõ obliuiscere. i. obliuisceris quan tæ. s. res sint tibi gerendæ etiam nunc. i. adhuc. Si. n. iste. s. Antonius homo contemtibilis, cui quidem ego fui semper amicus, anteq̃ intellexi illum bellum gerere cum rep. i. cõtra remp. eam oppognando non modo aperte. i. manifeste, sed etiam libenter, nactus fuerit prouinciam. s. Gallicannam, nullam. i. non vllam, non video vllam spem salutis. s. reliq̃. i. relictam. Quamobrem obsecro te iisdem præcibus quibus senatus populusq; R. vt liberes remp. in perpetuum dominatu regio. i. tyrannide, vt exitus. i. fines consentiant. i. concordent principijs, quibus. s. vnum regem sustulisti. Hoc est munus tuum, hæ sup. sunt partes tuæ. i. officia tibi a rep. assignata. ciuitas. s. Romana vel potius omnes gentes. i. nationes mundi, non espectant solum. i. duntaxat hoc a te, sed etiam postulant. i. quasi debitũ exigunt. Quanq̃ cum non egeas hortatione, vt scripsi supra. i. paulo ante hac epistola, non vtar ea s. hortatione pluribus verbis. Faciam, illud quod est meum. i. officij mei, non legi vbi mea dixerit cum verbo est. ut pollicear tibi omnia officia mea, studia. s. omnia, curas omnes, cogitationes sup. omnes quæ pertinebunt ad laudem & ad gloriam tuã. Quãobrem uelim sup. ut persuadeas tibi ita, me nullo loco defuturum. i. omni loco auxilio futurum tuis optimis consilijs, & sup. amplitudini, & glorię tuæ, tum. i. pariter causa reip. tum. i. pariter quòd faueam tibi ipsi, & uelim dignitatem tuam amplificari.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petierat a Cicerone Brutus operam & diligentiam eius in Bruti dignitate defendenda: ad hoc respondet Cicero se maxime id fecisse. idq; a facto suo in senatu approbat.

M. CICERO S. D. D BRVTO IMP. 6

*LVPVS noster, cum Romam sexto die Mutina venisset, postridie me mane, conuenit, tuaque mihi mandata diligentissime exposuit, & literas reddidit. Quòd mihi tuam dignitatem commendas: eodem tempore existimo, te mihi meam dignitatem commendare; quam mehercule non habeo tua cariorem. quare mihi gratissimum facies, si exploratum habebis tuis laudibus nullo loco nec consilium, nec studium meum defuturum. Cum * tribuni pl. edixissent, senatus adesset ad XIII. kal. Ian. haberentq; in animo de præsidio consulum des. referre: quanquàm statueram, in senatum * ante kal. Ian. non venire; tamen, cũ eo die ipso edictum tuum propositum esset, nefas esse duxi, aut ita haberi senatum, vt de tuis diuinis in remp. meritis sileretur, quod factum esset, nisi ego venissem; aut, etiam si quid honorifice de te diceretur, me non adesse. itaque in senatum veni mane. quod cum esset animaduersum, frequentissimi senatores conuenerunt. quæ de te in senatu egerim, quæ in * concione maxima dixerim, aliorum te literis malo cognoscere. illud tibi persuadeas velim, me omnia, quę ad tuam dignitatem augendam pertinebunt, quæ est per se amplissima, summo semper studio suscepturum, & defensurum. quod quanquam intelligo me cum multis esse factum: tamen appetam huius rei principiatum. Vale.*

Gell. l. 14. cap. 7.

id est, antequam consulatum inissent Hirtius & Pansa.

primum in senatu, deinde ad populum.

LVpus noster} Cum Brutus literis suis per Lupum missis commendasset dignitatem suam Cic. respõdet Cic. se existimare non Bruti, sed suam propriam dignitatem sibi cõmendatam fuisse: affirmatq; se eius laudibus nullo loco defuturũ, Deinde dicit se eius cã iuisse in senatũ citius q̃ proposuerat, ibiq; defendisse acerrime dignitatẽ Bruti: malle aũt ut ab alijs q̃ a seipso intelligat quę de eo dixerit: hoc autẽ affirmat se summo studio defensurũ quæcunq; ad eius dignitatẽ pertinebunt qđ & si cognoscit multos alios facturos. tñ dicit se uelle esse primum in ea re. {Sexto die} i. sex diebus postq̃ Mutina discessit. {Postridie} postero die. q̃ venit. {Mandata} quæ verbis ei commiseras. {Eodem tempore} simul & semel. {Quàm} meam. {Exploratum habebis} certissimũ tenebis. {Edixissent} fecissent edictum, & decretum, vt senatus conueniret, {Referre} proponere. {De pręsidio consulum des.} vt liceret consulibus designatis habere NVBAR.

bere

bere præsidium militum ad tutelam suam, ne interficerentur à Cæsarianis, qui eos prosequebantur. erant autem cons. desig. Cn. Plancus, & D. Brutus, qui, vt visum est in 1. epist. huius 11. li. postulauerat, vt liceret interfectoribus Cæsaris esse Romæ cum præsidio. {Edictum tuum} i. de te, vel quod proposuerat de præsidio. {Vt sileretur} vt nemo diceret de immortalibus tuis in remp. beneficijs. {Quod factum esset} quia nemo dixit de tuis meritis præter me. {Aut etiam me non adesse} subaudi nefas esse duxi. {Esset animaduersum} intellectum me venisse in senatum. {Frequentissimi} omnes. {Literis aliorum} ne videar obijcere tibi officium meum, si commemorauerim, quæ de te dixerim. {Cum multis} qui sunt parati ad idem faciendum. {Principatum huius rei} i. tamen velim tibi persuadeas me velle esse in hac re principem. i. primum omnium.

ASCEN.

LVpus &c. {Respondens Bruti epistolæ dicit sibi Bruti dignitatem non minus quàm suam esse commendatam ac caram: dicitq; eius causa iuisse in senatum, & ibi dignitatem eius acerrime defendisse. quod ex alijs potius quàm ex se illum discere velit. pollicetur q; se omnia, quæ ad eum pertinebunt, pro virili sua defensurum. Ordo est. Lupus noster cum venisset Romam Mutina. i. ab vrbe in Italiam non longe à Rhegio, sexto die. i. spatio sex dierum, conuenit me. i. ad me postridie. i. die qui proxime secutus est mane, & exposuit mihi diligentissime mandata tua, & reddidit literas, quod (vt erat in literis) tu commendas mihi dignitatem tuam. Ego existimo te commendare mihi meam dignitatem eodem tempore, hoc est quasi eadem opera, quam. s. dignitatem meam non habeo cariorem tua. i. quàm tuam mehercule. i. ita prosequente, vt verum dico. Quare tu facies mihi gratissimum, si habebis exploratum. i. omnino certum nullo loco, nec consilium meum, nec studium meum defuturum tuis laudibus. Cum trib. pl. edixissent. i. denunciassent publice sup. vt senatus adesset ad 14. cal. Ian. & haberent in animo referre. i. consulere senatum de præsidio consulum designatorum. i. quod præsidium illis adderetur, quamquam statueram non venire in senatum ante cal. Ian. tamen cum edictum tuum esset propositum eo ipso die, duxi. i. existimaui nefas esse aut senatum haberi ita vt sileretur de tuis diuinis meritis in rēp. quod factum esset. i. si ita dicere liceat, silitum aut tacitum fuisset de eo, nisi ego venissem, aut etiam me non adesse, siquid diceretur honorifice de te. Itaque ego veni mane in senatum: quod cum esset animaduersum, senatores frequentissimi conuenerunt. Sed sup. ego malo te cognoscere literis aliorum. s. quàm meis, ea quę egerim de te in senatu, & quæ dixerim in concione. i. congregatione hominum maxima. Ego velim sup. vt persuadeas tibi illud me suscepturum, sup. esse & defensurum semper summo studio omnia quæ pertinebunt ad augendam dignitatem tuam quæ est amplissima per se. i. absq; alicuius suffragio. Quod quamquam intelligo me esse facturum cum multis: tamen appetam. i. conabor habere principatum i. primum locum huius rei. i. in hac re.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatur Brutum, vt pro rep. laboret: nec senatus auctoritatem ad id expectet, sed suo consilio conficiat.

M. CICERO S. D. D. BRVTO IMP. 7

Scribonię gentis.

CVm adhibuisset domi meæ Lupus me, & * Libonem, & Seruium, consobrinum tuum; quæ mea fuerit sententia, cognosse te ex C. Seio arbitror; qui nostro sermoni interfuit. reliqua, quamquam statim Seium Græceius est subsecutus, tamen ex Græceio poteris cognoscere. Caput autem est hoc, quod te diligentissime* percipere, & meminisse velim, vt ne in libertate, & salute populi R. conseruanda auctoritatem senatus expectes nondum liberi: ne & tuum factum condemnes; (nullo. n. publico consilio remp. liberasti: quo est etiam res illa maior, & clarior) & adolescentem, vel* puerum potius Cæsarem iudices temere fecisse, qui tantam causam publicam priuato consilio susceperit; deniq; homines rusticos, sed fortissimos viros, ciuesq; optimos, dementes fuisse iudices, primum millites veteranos, commilitones tuos, deinde legionem* Martiam, legionem quartam, quæ suum consulem hostem iudicauerunt, seq; ad salutem reipub. defendendam* contulerunt. voluntas senatus pro auctoritate haberi debet, cum auctoritas impeditur metu. postremo suscepta tibi causa iam bis est; vt non sit integrum; primum idibus Mart. deinde proxime, exercitu nouo, & copijs comparatis. quamobrem ad omnia ita paratus, atque animatus esse debes, non, vt nihil facias, nisi iussus, sed vt ea geras, quæ ab omnibus summa cum admiratione laudentur. Vale.

superlata, percipere primum, deinde meminisse.

annum ætatis agentem 19. Velleius l. 2. Tacitus l. 13. & ep. 28. l. 10.

vide Phil. 3. 13. & 14.

Octauiano se tradiderunt. Velleius l. 2.

HVBER.

CVm adhibuisset} Cum domi Cic. multi ex amicis Bruti congregati essent, vt consultarent, quid à Bruto agendum esset, scribit Cic. Brutum posse intelligere sententiam suam ex M. Seio, qui omnibus rebus interfuit. Illud autem suadet, vt in conseruanda libertate & salute P. R. non expectet auctoritatem & iussa senatus; sed ipse faciat, quod putabit, & iudicabit esse faciendum: quia satis intelligitur senatus iussisse, cum habeat voluntatem; sed non audet ob aliquem metum iubere. Postremo ostendit omnino perseuerādum esse Bruto ad defendendam libertatem, cum iam bis id inceperit. à quo incepto nō potest bonus ciuis sine infamia desistere. {Adhibuisset} adiunxisset, aggregasset. {Sententia} iudicium de eo quid sit agendum. {Subsecutus est} successit statim, postq; Seius discessit. {Caput} summa, principium. {Percipere} intelligere. {Vt ne} ordo est, vt ne expectes auctoritatem senatus in libertate conseruanda. {Auctoritatem} sententiam, senatusconsultum. {Nondum liberi} s. senatus. i. qui adhuc non est ea in libertate, vt audeat decernere quid tibi sit agendum. {Ne & tuum} subaudi velim. {Ne dānes tuum factum} i. pœniteat te, & putes te male fecisse q; Cæsarem interfeceris. {Nullo publico} sed tuo. {Quo} ob quam rem, quia tuo cōsilio & non publico vsus es. {Clarior} illustrior. quia si publico consilio id fecisses, esset tua laus cum multis cōicanda. {Et adolescentem} subaudi velim, ne iudices Cæs. adolescentem. {Temere fecisse} i. imprudenter. {Tantam causam} defendendæ reip. {Priuato suo} non committente ei senato. {Deniq;} subaudi velim ne iudices. {Homines * rusticos} homines imperitos & timidos, quales solent esse rustici. {Sed viros fortissimos} bene viros dixit contra homines, quia ad virtutem refertur. {Fortissimos} maximi animi, contra quod dixit, rusticos. {Fuisse dementes} sed potius sapientes. {Commilitones} qui tecum militauerunt sub Cæs. in Gallia primum, subaudi ne iudices dementes fuisse. {Suum consulem} M. Ant. qui erat consul, cum Cæs. est interfectus. {Voluntas} intentio. {Pro auctoritate} pro decreto. {Metu} timore alicuius, ne audeat ea dicere & decernere quæ sentit & vellet fieri, sicut tunc pp Ant. timorem non audebat senatus dicere, quod volebat. {Causa} tuendæ reip. {Vt non sit} vt iam non liceat tibi desistere, si velis, non sit amplius in ptāte tua omittere causam bis susceptam. {Primum} suscepta est tibi causa. {Idibus Mart.} quo die Cæsarem interfecisti. {Proxime} nuperrime {Exercitu nouo} à te collecto. {Animatus} inflāmatus. {Ita non vt nihil facias nisi iussus} i. non ita vt nihil facias, nisi quod iusserit senatus, sed ita debes esse aiatus. {Vt ea geras} s. iudicio tuo {Cum summa admiratione} quia sunt & subito & optime facta. talia. n. solent esse admirationi.

Veg. l. 1. c. 3.

ASCEN.

CVm adhibuisset &c.} Cum multi ex amicis Bruti domi Cic. consultarent, quid Bruto agendum esset, interérat M. Seius, à quo dicit Brutum posse omnia intelligere. Monet autem vt pergat, nec expectet auctoritatem & iussa senatus, qui satis iussisse visus est, cum se velle significaret, licet ob metum palam non auderet. Ordo est. Cum Lupus adhibuisset. i. ad consultationem aggregasset domi meæ me & Libonem & Seruium consobrinum tuum, ego arbitror te cognoscere ex Cn. Seio, qui interfuit sermoni nostro, quæ fuerit sententia mea. & tu poteris cognoscere reliqua ex Græceio quamquam Græceius subsecutus est statim Seium. autem. i. sed, caput. i. principalis conclusio est hoc. i. huiusmodi, quod velim te percipere & meminisse diligentissime, vt ne. i. non expectes auctoritatē senatus nondum liberi in libertate & salute P. R. conseruanda, ne. i. simul, condēnes factum tuum, (nullo. n. consilio publico liberasti rēp. quo. i. per quod, res illa. s. quam egisti, est sup. etiam maior & clarior. i. illustrior, quam si alterius auctoritate eam suscepisses) & iudices Cæs. s. Octauianum adolescentem uel potius puerum, fecisse temere. i. inconsiderate qui susceperit tantam causam publicam. s. quantam peregerat. deniq; tu iudices. s. sic homines rusticos, sed viros fortissimos & ciues optimos, primum milites veteranos commilitones tuos, deinde legionem Martiam, legionem quartam, quæ iudicauerunt, suum consulem. s. Ant. hostem

s. P. R. &

.s. P. R. & contulerunt se ad salutem reip. defendendam, hos, inquam, omnes iudices fuisse dementes. Sed non est ita iudicandum, quia voluntas senatus debet haberi pro auctoritate, cum auctoritas i. publica approbatio impeditur metu. Postremo. i. quod vltimo loco dico, causa est suscepta tibi. i. à te iam bis vt non sit. s. tibi integrum. i. mere liberum verum pergas, an desistas, quia necesse est pergere. Primum sup. suscepta tibi, idibus Martijs, quibus Cæsarem occidisti, deinde proxime, exercitu nouo & copijs comparatis. Quamobrem tu debes esse paratus atque animatus ad omnia ita, non vt facias nihil nisi iussus, sed vt geras ea, quæ laudentur ab omnibus cum summa admiratione.

ARG. Scribit de legatis ad Antonium de pace missis, quæq; sit omnium de Bruto expectatio, consensioque ad libertatem recuperandam.

M. CICERO S. D. D. BRVTO IMP. 8

p. Paulla, vt olla, pro aulla. vide ep. 10. l. 8.

ep. 4. l. 11. & Phil. 6.

*EO tempore * Polla tua misit, vt ad te, si quid vellem, darem literarum, cum, quid scriberem, non habebam. omnia. n. erant suspensa propter expectationem * legatorum: qui quid egissent, nihil dum nuntiabatur. hæc tamen scribenda existimaui: primum, senatum populumq; R. de te laborare non solum salutis suæ causa, sed etiam dignitatis tuæ. admirabilis est. n. quadam tui nominis caritas, amorq; in te singularis omnium ciuium. ita enim sperant, atq; confidunt, vt antea rege. sic hoc tempore * regno te remp. liberaturum. Romæ delectus habetur, totaq; Italia: si hic delectus appellandus est, cum vltro se offerunt omnes: tantus ardor animos hominum occupauit desiderio libertatis, odioq; diutinæ seruitutis. De reliquis rebus à te iam expectare literas debemus, quid ipse agas, quid noster Hirtius, quid Cæsar meus: quos spero breui tempore societate victoriæ tecum copulatos fore. Reliquum est, vt de me id scribam, quod te ex tuorum literis & spero & malo cognoscere; me neq; deesse vlla in re, neque vnquam defuturum dignitati tuæ. Fac valeas.*

reg. n. interfecto, regios nutus inuenimur, ait ep. 5. lib. 12.

HVBER.

EO tempore} Quo tempore Br. maximis viribus Ant. opprimebatur Mutinæ, ostendit Cic. Brutum magnæ curæ esse senatui non solum propter salutem publicam, sed etiam propter dignitatem ipsius Bruti, quem dicit esse omnibus ciuibus carissimum, in quo maximam habeant spem perpetuæ libertatis. monet autem eum quid fiat in Italia & petit se ab eo certiorem fieri quid & ipse & Hirtius & Octauius agant. Postremo pollicetur se nulla re de futurum eius dignitati. } Polla tua }. s. vxor. } Cum }. i. quo. s. tempore. } Suspẽsa } adhuc incerta & dubia. } Legatorum } qui missi fuerant ab Antonium vt ab obsidione desisteret } Nihil dum } pro nihil, nam dum adiectio est, sicut ades dum: vel certe nihil dum pro nundum more græco. nam & μηδέ μήπω, & μήπω, pro nondum dicitur apud Græcos. } Cõfidunt } certissimum habent, sine dubitatione credunt } Vt } sicut. } Rege } Cæsare Erat autem regium nomen apud Rom. inuidiosum, vnde ad fugiendum inuidiam Cæsar, imperator, q̃ rex, appellari maluit. } Regno } dominatu quorundam. } Delectus } qui, vt supra diximus, ex diuersis locis aliquibus electis fit. sed qñ omnes & non quidam se offerebant ad tuẽdam libertatem: ideo correxit, dicens, si hic delectus appellandus, cum potius sit appellãda communis omnium conspiratio } Vltro } sponte, non inuitati. } Relictum est } superest. } Tantus ardor } admiratiue. vt, Tantæ molis erat Romanam condere gentem. } Diuturnæ } longæ. } Hirtius } consul, qui erat in castris. } Cæsar } Octauianus } Societate victoriæ } quia simul erunt victores. } Reliquũ est } superest.

ASCAN.

EO tempore &c. } Quo tempore M. Ant. maximis viribus opprimebat Mutinam, scripsit ad Brutum Cic. dicens eius salutem maxime curæ esse senatui omniq; populo, cum sponte sua nomina darent, & ad militiam scriberentur pro liberando eodem, & per eum rep. subleuanda à regno, vt liberata erat à rege. Ordo est. Polla tua. s. vxor misit ad me, vt si quid literarum vellem sup. dare ad te, darem. Sunt qui legant dare quomodo subaudiendum esset aliud verbum quale esset, vt sup. admoneret, aut sciret &c. eo tempore, cum. i. q., non habebam quid scriberem. Omnia. n. erant suspensa propter expectationem legatorum, qui missi fuerant ad Ant. vt desisteret ab obsidione. qui. s. legati quid egissent. s. apud Ant. nihil dum. i. nihil adhuc nuntiabatur. Ego tñ existimaui hæc scribenda S. P. Q. R laborare de te non solum causa salutis tuæ, sed de dignitatis tuæ. Enim. i. quia caritas quædã nominis tui est admirabilis, & amor omnium ciuium est in te singularis. Ipsi. n. sperant atq; cõfidunt ita te vt antea. s. liberasti remp. rege. i. tyranno, ita te liberaturum sup esse hoc tempore remp regno, hoc est vt nullus deinceps se regem profiteri audeat. Delectus. i. conscriptio militum, qui de multis legitur, habetur Romæ, & in tota Italia: si hic. i. huiusmodi conscriptio est appellandus delectus, cum omnes se offerunt vltro. Tantus ardor occupauit. i. inuasit animos hominum desiderio libertatis, & odio seruitutis diutinæ. Nos debemus expectare à te literas de reliquis rebus, quid s. ipse. i. tu agas, quid Hirtius noster, sup. agat, quid Cæs. meus. s. singularis amicus dicit meus, quia propter interfectum Cæs. à quo heres scriptus erat, & filij loco habitus, non audet eum Bruto dicere amicum, sup. agat quos spero breui tempore fore copulatos tecum societate victoriæ. Reliquum est, vt scribam id de me, quod ego & spero, & malo te cognoscere ex literis tuorum, neque deesse, neque defuturum vlla in re dignitati tuæ. Fac valeas.

GIBERTI LONGOLII LEMMA:

Hortatur Ciceronem, vt operam det, ne ob consulum mortem resp. detrimentum capiat amplius: & suam operam reip. pollicetur.

D. BRVTVS S. D. M. CICERONI. 9

*PANSA * amisso, quantum detrimenti resp. acceperit, non te præterit. nunc auctoritate, & prudentia tua prospicias oportet, ne inimici nostri, consulibus sublatis, sperent se cõualescere posse. ego, ne consistere possit in Italia Antonius, dabo operam. sequar eum confestim. vtrunq; me præstaturum spero, ne aut Ventidius * elabatur, aut Antonius in Italia moretur. in primis rogo te, ad hominem ventosissimum Lepidum mittas, ne nobis bellum redintegrare possit, Antonio sibi coniuncto. Nam de Pollione Asinio, puto te perspicere, quid sit facturus. multæ, & bonæ, & firmæ sunt legiones Lepidi, & Asinij. Neq; hæc iccirco tibi scribo, quòd te non eadem animaduertere sciam, sed quòd mihi persuasissimum est, Lepidum recte facturum nunquam; si forte vobis id de hoc dubium est. Plancum quoque confirmetis, oro: quem spero, pulso Antonio, reip. non defuturum. Si se alpes Antonius transiecerit, constitui præsidium in alpibus collocare, & te de omni re facere certiorem. IIII. kal. Maij, ex castris, Rhegij.*

Hirtiũ non nominat: q in Pãsa prædicta maior

elapsus tamẽ est cum tribus legionibus, seq; cũ Antonio coniunxit. ep. 33. et 34. l. 10. & sequenti h. l.

HVBER.

PAnsa } Fuso & superato Antonio apud Mutinam non sine clade & vulnere victorũ, quia in eo prælio præter multos milites interierunt etiam consules, Hirtius & Pansa: hortatur Brutus Ciceronem vt prouideat, ne cæde consulum hostes vires recipere possint. dicitq; quid ipse sit facturus, & quid sentiat de Lepido, Pollione & Planco. nam de Planco se bene sperare dicit, cum de alijs duobus, & præcipue de Lepido dubitet. } Amisso } interempto. } Detrimenti } damni. } Non præterit te } scis. } Inimici } Antoniani. } Consulibus } Hirtio & Pansa. } Sublatis } interemptis. } Conualescere } validiores fieri. } Confestim } statim. } Vtrunq; quod sequitur. s. } Ne aut Ventidius elabatur } i. effugiat, vt Antenor potuit medijs elapsus Achiuis erat enim Ventidius Ant. amicissimus. } Præstaturum } effecturum. } Ventosissimum } vanissimum, mendacissimum, & leuissimum. } Redintegrare } renouare. } Perspicere } prouidere & cum puto coniunctum iri cum Ant } Nunquam recte facturum } quia videret inclinari ad Ant. } Persuasissimum } certissimum. } Confirmetis } vt perseueret in tuenda libertate, vt ante cœpit. } Traiecerit } transmiserit. } Præsidium } milites qui seruant ipsas alpes. } Rhegij } quæ vrbs est non procul à Mutina.

ASCAN.

PAnsa &c. } Fuso Antonio apud Mutinam, non sine clade eorum, qui vicerunt, quia Hirtius & Pansa consules in eo conflictu ceciderant, hortatur Brutus Ciceronem, vt prospiciat ne per necem consulum hostis vires augeantur, dicitq; quid ipse sit facturus, & quid sentiat de Lepido, Pol-

lione,

lione, & Planco. Ordo est. Non præterit te.i.scientiam tuam non fugit, hoc est bene scis, quantum detrimenti resp. acceperit, Pansa.s.consule amisso, quia occiso nunc oportet, sup. vt prospicias auctoritate, & prudentia tua, ne inimici nostri sperent se posse conualescere.i.fieri validiores, consulibus.s. Pansa. & Hirtio sublatis.s. de medio viuentium. Ego dabo operam ne Ant. possit consistere.i.sedem figere in Italia, sequar.n.confestim, hoc est cum festinatione. ego spero me præstaturum.i.effecturum vtrunque, ne aut Ventidius elabatur, aut Ant qui iam elapsus erat, moretur in Italia. neutrum tamen præstitit. In primis rogo te, sup. vt mittas ad Lep. hominem ventosissimum.i.leuissimum, & inconstantissimum, ne possit redintegrare nobis bellum, Antonio coniuncto sibi. id autem euenit. Nam ego puto te prospicere de Asinio Pollione, qui proconsul in Hispanijs erat, quid sit facturus. Multæ, & bonæ, & firmæ sunt legiones Lepidi & Asinij. Neque scribo id tibi idcirco, q sciam te non animaduertere eadem, sed q persuasissimum est.i.omnino creditum mihi, Lepidum nunquam facturum recte.i.pro rep. Si id forte dubium est vobis de hoc.s. Lepido, confirmetis, oro, Plancum, quem spero non defuturum reip. Antonio pulso. ita autem simulauit se facturum, sed nihil boni effecit. Sed si Ant. traiecerit alpes, ego constitui i.proposui collocare in alpibus præsidium.i.militum custodiam, qui transitum prohibeant, & facere te certiorem de omni re. Quæ ferè tota contra constitutum bonorum euenit. Nam Lep. & Ant. etiam Cæs. in partes suas traxerunt, & simul triumuiratum inierunt. Ex castris Rhegijs.i.quæ sunt Rhegij. quod oppidum est non longe è Mutina. dictum Rhegium Lepidi.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Scribit Ciceroni, se maxime illius patrocinium expetere in defensione suæ auctoritatis. deinde reip. calamitatem exponit, quidq; Ant. egerit a fuga, & quā facile superari potuisset, si omnia ex voto successissent.

D. BRVTVS S. D. M. CICERONI. 10

quæ tamen mihi maxime debet, ob tyrannū a me cæsū.

NON mihi remp. plus debere arbitror, quam me tibi: gratiorem me esse in te posse, quàm isti peruersi sunt in me, exploratum habes: si tamen hæc temporis videantur dici causa, malle me tuum iudicium, quam ex altera parte omnium istorum. tu.n. à* certo sensu, & vero iudicas de nobis: quod isti ne faciant, summa maleuolentia, & liuore impediunt, interpellent me, quo minus honoratus sim; dum ne interpellent, quo minus resp. à me commode administrari possit. quæ quanto sit in periculo, quàm potero breuissime exponam. Primum omnium, quantam perturbationem rerum vrbanarum afferat obitus consulum, quantamq;* cupiditatem hominibus inijciat vacuitas, non te fugit. Satis me multa scripsisse quæ literis commendari possint, arbitror. scio enim, cui scribam. Reuertor nunc ad Antonium: qui ex fuga cum paruulam manum peditum haberet inermium, ergastula soluendo, omneq; genus hominum arripiendo, satis magnum numerum videtur effecisse. huc accessit manus* Ventidij: quæ, trans Apenninum itinere facto difficillimo, ad* Vada peruenit; atq; se ibi cum Antonio coniunxit. est numerus veteranorum, & armatorum satis frequens cum Ventidio. consilia Antonij hæc sint necesse est; aut ad Lepidum vt se conferat, si recipitur; aut Apennino, alpibusq; se teneat, & decursionibus per equites, quos habet* multos, vastet ea loca, in quæ incurrerit; aut rursus se in Etruriam referat; quòd ea pars Italiæ sine exercitu est. quòd si me Cæsar audisset, atq; Apenninum transisset: in tantas angustias Antonium compulissem, vt inopia potius, quàm ferro, conficeretur. sed neq; Cæsari imperari potest: nec Cæsar exercitui suo. quod vtrumq; pessimum est. Cum hæc talia sint: quo minus, quod ad me pertinebit, homines interpellent, vt supra scripsi, non impedio: hæc quemadmodum explicari possint, aut, à te cum explicabuntur, ne impediātur, timeo. alere iam milites non possum. cum ad remp. liberandam accessi, HS mihi fuit pecuniæ* CD amplius. tantum abest, vt meæ rei familiaris liberum sit quidquam vt meos iam omnes amicos ære alieno obstrinxerim. septenum numerum legionum alo; qua difficultate, tu arbitrare. non, si* Varronis thesauros haberem, sustinere sumptum possem. Cum primum de Antonio exploratum habuero, faciam te certiorem. Tu me amabis, ita, si hoc idem me in te facere senseris. III. non. Maij, ex castris,* Dertona. Vale.*

qui non errat, sed, quale quidque est, tale iudicat.

suspicionem suā de Octauiano significat: qui cōsulatum petijt, non adeptus patriæ bellum intulit.

ep. 17. § 3. & 14. l. 10. ep. 13. h.l.

ep. 25. & 33. l. 20.

expone, quadringentes, hoc est, duodecies centena scutatorum millia.

locus corruptus.

colonia. Plin. lib. 3. cap. 5. Dertonā Strabo nominat l. 5. insignem ciuitatem, inter Genuā & Placentiam.

HVZZA.

NOn mihi } M. Antonius, vt sæpe supra diximus, postquam superatus est apud Mutinam, semper quæsiuit se cum Plancum & præcipue cum Lep. coniungere. itaq; cum Romæ ageretur de dignitate Bruti, multiq; ei aduersarentur: primum ostendit Brutus se malle defensorem suum solum Ciceronem, q̄ omnes alios deinde ostendit, in quanto periculo sit resp. exponitq; quid fecerit Antonius post fugam suam ex Mutina: cui dicit potuisse obsisti, si Cæs. Octauianus voluisset ei parere. quæ omnia dicit, vt à Cic. diligenter exponantur in senatu. Postremo dicit, ad quam difficultatem pecuniæ sit redactus. { Rempub. } debere mihi, propter assiduam curam meam erga eam & ꝓpter immortale beneficium, quod ei præstiti, cum meo periculo eam ex tyrannide liberaui. { Quàm me tibi }.s. arbitror debere. { Peruersi } iniqui, malo animo { Dici causa }.s. mea.i videatur esse agendum de me. vel, { Si }.i. quamuis. { Mea causa videtur dici } dum videatur defendi, & agi. { Ab ijs }.s. peruersis ciuibus. qui non sunt in me valde grati. { Omnium istorum }.s. iudicum. { Tu enim } ratio. { A certo s. } ex certa & vera sententia, & ex cognitione rerum. { Quod }.s. iudicare ex certo sensu. { Maleuolentia } odio in me. { Liuore } inuidia. { Interpellent } impediāt. q.d. nihil quæro mea causa, sed omnia causa reip. { Quàm potero breuissime }.i. quanto breuiori sermone potero. { Obitus } mors. { Consulum } Hirtij & Pansæ qui Mutinensi prœlio interierunt. { Vacuitas } locus consulum vacuus. quærebant.n. multi substitui in eorū locum, vt supra vidimus de Plan. & Octauio. { Quæ possint commendari literis }.i. possint scribi, quia reliqua potius sunt tacenda q̄ scribenda. { Cui }.q.d. amicissimo & fidissimo. { Ex fuga } post Mutinense prælium. { Paruulam manum } exigua multitudine. { Ergastula } seruus qui in ergastulis erant. posuit autem locum pro ipsis seruis. { Soluendo } liberando vinculis & seruiture. { Huc } ad supradicta. { Trans Apenninum }.s. montem omnem in longum tendens, Italiam in partes duas diuidit, à destra inferum.i. Tuscum mare spectans, à sinistra vero superum, quod Adriaticum vocant, in Siculum vsq; fretum progreditur. capit autem initium, vt voluit Str. à Genua, sicut alpes à Sabbatijs. inter Genuam vero & Sabbatios ducenta ac sexaginta stadia interi sunt. { Ad Vada } quæ Sabbatia Str. teste nuncupantur. quidam dicunt hodie appellari portum Vadorum apud Sauonam, quæ Sabbatia dicta est. { Ad Lepidum } qui tenebat Galliam Narbonensem, vt sæpe diximus. { Decursionibus } subitis & improuisis incursionibus. { Si Cæsar audisset me } si paruisset mihi Cæsar Octau { Angustias } difficultates. { Conficeretur } consumeretur. { Exercitui suo }.s. potest imperare { Ad me } ad honorem & rem meam { Hæc } ordo est. Timeo quemadmodum hæc possint explicari s. vt debent, & vt sunt vera. { Impediantur } à peruersis & maleuolis viris. { Alere } victu sustentare, pascere. { Cum accessi } dicit quantum detrimentum rerum suarum fecerit, quia cum incepit liberare remp. habebat supra quadringenta millia sestertiorum: nunc autem dicit Brutus se nihil liberum habere in re familiari sua, sed etiam accepisse mutuo omnibus amicis suis pro se fideiussione obligatis. { Tantum abest }.i. tantum non est verum. { Liberum } sine obligatione. { Vt obstrinxerim } obligauerim. { Aere alieno } debitis, pecunia mutuo accepta sub eorum fideiussione. { Septenum numerum legionum }.i. septem legiones, quæ continebant supra quadraginta millia militum. { Varronis } qui illis temporibus fuerat ditissimus. { Exploratū } certum, quod consiliū sit capturus rebus suis.

NOn mihi, &c. } Dicit se plurimum debere Ciceroni à quo grauissime defensus erat. Ostendit etiam in quanto periculo sit resp. & quid moliatur Antonius: cuius inceptis facile obsistere potuisset, si Cæs. Octauium adiutorem habuisset. quod & senatui indicari petit, & in quanta sit pecuniæ penuria. Ordo est. Non arbitror remp. debere mihi plus quàm me tibi. tu habes exploratum i. perspectum & cognitum, me posse esse, videlicet si libere in ciuitate libera viuere possem, gratiorem.i. magis memorem beneficij in te, q̄ isti peruersi, qui.s.

ob liberatam

ob liberatam remp pro qua immortales mihi gratias debent, vt hostem patriæ persequuntur, sint in.i.erga me. Autem.i.sed, si videatur hoc tempore.s.adhuc dubio & incerto de exitu belli dici s.sententia honesta de me, ab his.s.peruersis, causa simulationis.i.vt simulêt se amicos reip. ego mehercule mallem i.pluris æstimem, iudicium tuum, s.solius de me, q̃ sup.iudicia omnium istorum.s.peruersorum, ex altera parte.s.si iudicium tuum ponatur ea vna parte quasi bilancis, & iudicia omnium peruersorum in altera parte, ego pluris faciam iudicium tuum solius q̃ omnium istorum, etiam si causa simulationis pro me iudicent. Tu.n.iudicas de nobis à sensu certo & vero.i.non ficto, nec pro tempore assumpto, quod isti.s.peruersi impedirent ne faciant.i.impediuntur facere, non quia illis iusta causa desit, sed summa maleuolentia & liuore s.summo.i.tetra inuidentia, quæ hominem liuidum facit, hoc est plumbei coloris, qualis fit ex morsu non aperta cute, aut ex congressu violento. vnde Tibullus, Tum succos herbasq; dedi, quis liuor abiret, Quem facis impresso mutua de ore Venus. Et Iuuen. Vuaq; conspecta liuorem ducit ab vua. Interpellent.i.innuo, aut concedo, vt interpellent.i.disturbent & impediant me, quo minus.i vt non sim honoratus, dum ne.i.non interpellent.i.impediant quo minus.i.vt non resp. non possit administrari commode à me. Quæ.s.respub. in quanto sit periculo, ego exponam.i.declarabo, q̃.i.quantum potero breuissime. Primum omnium non fugit te.i.scientiam tuam, hoc est bene scis quantam perturbationem omnium rerum vrbanarum, hoc est vrbis Romæ, quæ per excellentiam dicitur vrbs obitus.i.interitus & cædes consulum.s. Pansæ & Hirtij in bello occisorum, afferat.s.modo est n.præsentis coniunctiui, non futuri optatiui. & quãtam cupiditatem nouitas.s.statuum & gubernatorum iniiciat.i.q̃ cupidi & auidi sint homines, vt semper fuerunt innouandarum rerum, iniecta.s.spe per mortem consulum. Et sup.ans de qua re, ego arbitror me scripsisse satis multa, quæ possunt commendari.i.tuiò credi literis. Scio n.cui scribã quia amatori reip. & hominum sapientissimo. Reuertor nunc ad Ant. qui cum haberet paruulam manum militum inermium ex fuga.s. collectorum, videtur effecisse satis magnum numerum.s.militum, soluendo.i.aperiendo ergastula.i.seruos ipsos, qui in ergastulis ligati tenebantur ad faciendum opus dominis suis, & arripiendo omne genus hominum, vt sunt latrones, sicarij, exules, parricidæ, qui solum verterunt, & similes Huc.i.ad hoc malum aut ad hanc vim militum, accessit.i.addita est manus.i.exercitus Ventidij, quæ s. manus itinere difficillimo facto trans Apenninum.s. montem, qui Italiam dirimit à Ligustico mari, in Adriaticum ferè protensus, peruenit ad Vada.s Sabbatia, nũc quidam portum Vadorum ad Saonam dici volunt, atq; coniunxit se ibi cum Ant. Numerus veteranorum.s. militum cum prius paucos armatos habuisset, est satis frequens s.in exercitu Antonij post aduentum Ventidij Necesse est vt consilia Antonij cum Ventidio sint hæc; aut vt.s Ant. conferat se ad Lepidum, si recipitur s.à Lepido; aut teneat se Apennino.s. monte & alpibus hoc est in Liguria inter Apenninum, & alpes & vastet ea loca quæ incurrerit decursionibus per equites quos habet multos; aut referat se rursus in Hetruriam, quod ea pars Italiæ est sine exercitu. quod.i.quam rem si Cæs.s. Octauius audisset me, atq; transisset in Apenninum plæclusurus.s.iter Ventidio, ipse compulissem Ant. in tantas angustias, vt conficeretur.i.consumeretur & periret potius inopia.s. commeatus q̃ ferro. Sed neq; potest.s à me, aut quoq̃ imperari Cęsari. nec Cęsar sup.potest imperare suo exercitui, quod vtrunque est pessimum. Cum hæc sint talia.i.tam periculosa, non impedio.i nõ obsto vt scripsi supra quo.i.vt homines minus.i.non interpellent.i.disturbent quod pertinebit ad me.i.ad honorem meum. Ego timeo.s.non inueniri. aut timeo pro dubito, sicut dubito pro timeo interdum accipitur. quemadmodum hæc.s.quæ impendent mala, possint explicari.i.absolui, aut ne impiantur tum s quãdo explicabuntur à te. Ego non possum iam alere milites quia pecuniæ defecerunt. Cum.i.qñ accessi ad rempub. liberandam, fuit mihi amplius quattuor millibus sestertium pro sestertiorum. quod si non dicitur, dicere tñ licet, quia sestertius reperitur. sic ordo, sestertium fuit mihi amplius quattuor millibus. Tantum abest sup.nunc vt quidquam rei meæ familiaria sit liberum i.non obligatum ære alieno, vt obstrinxerim iam oẽs amicos meos ære alieno.i.debito quo se pro me obligauerunt. Ego alo numerum septenum legionum.i.legiones septem numero, in quibus sunt vltra quadraginta millia militum. Arbitrare tu.i. existima, qua difficultate.q.d.nimirum maxima. Ego nõ possem sustinere sumptus.i.impendia, si haberem thesauros Varronis, hominis ditissimi. Ego faciam te certiorem, cum primum habuero sup.aliquid exploratum de Antonio. Tu amabis me, si senseris sup.me facere hoc idem in te. Datum, sup.aut scriptũ Derthone, alij habent, Dertona, subaudiendo ex castris. iij.non. Maias.

MAlle me tuum iudicium} referuntur hæc ad id, quod dixit, exploratum habes. totum autem hunc locum ex libro Pauli Bon, & Vincentij Ricci emendauimus. PAVL. MAN.

ARG. Scribit de Antonij profectione ad Lepidum, & de dubia Planci fide, suoque in remp. studio, atque constantia.

D. BRVTVS IMP. COS. DES. S. D. M. CIC. 12

EODEM exemplo literæ à te mihi redditæ sunt, quo pueri mei attulerunt. Tantum me tibi debere existimo, quantum persoluere difficile est. Scripsi tibi, quæ hic geruntur. in itinere est Antonius: ad Lepidum proficiscitur: ne de Planco quidem * *spem adhuc abiecit, vt ex libellis eius animaduerti, qui in me inciderunt: in quibus, quos ad Asinium, quos ad Lepidum, quos ad Plancum mitteret, scribebat. ego tamen non habui ambiguum, & statim ad Plancum misi, & biduo ab Allobrogibus & totius* * *Galliæ legatos expecto; quos confirmatos domum remittam. Tu quæ istic opus erunt administrari, prospicies, vt ex tua voluntate, reique pub. commodo fiant. maleuolentiæ hominum in me, si poteris, occurres: si non poteris, hoc te consolabere quòd me de statu meo nullis contumeliis deterrere possunt. Pridie non. Maij, ex castris, finibus* * *Statiellensium.*

(margin: ob amicitiæ recordationem. ep.33. lib.10. — cisalpinæ, nam transalpinæ præerat Plancus. — Plinius, & alij.)

EOdem} Cum Ant. post cladem Mutinensem alpes versus fugisset, scribit Brut. se dubitare de Lep. & Pl. ne cum eo coniungantur, quia miserat Ant. ad eos nuntios occulte, sicut Br. se cognouisse dicit ex quibusdam scriptis Ant. quæ ad eius manum prouenerunt. dicit tñ se expectare & ex Allobrogibus, & ex omni Gallia legatos. quos sperat remissurum domum confirmatos. Postremo orat Cic. vt eum Romæ defendat. {Quo}.s.exemplo. {Pueri} serui. {Persoluere} satisfacere. {Ex libellis} codicillis, literis. {Eius} Antonii. {Inciderunt in me} casu quodam venerunt ad manus meas. {In quibus} libellis. {Quos} s.nuntios secretos. {Asinium} Pollionem, qui præerat Hispaniæ, vt supra lib. a. {Non habui ambiguum} non posui in dubio, sed statim credidi. {Misi} s.nomine meo nuntium. {Biduo} intra duos dies. {Ab Allobrogibus} populis qui statim occurrunt superatis alpibus, de quibus lib a. Et totius Galliæ} s. legatos. {Confirmatos} bene persuasos ad defendendam libertatem Romanam, ne faueant Ant. {Istic} Romæ. {Administrari} geri. {Prospicies} prouidebis. {Occurres} resistes. {Hoc} hac re. {Consolabere} i. te {Deterrere} remouere ab officio & defensione libertatis {Contumeliis} iniuriis. HVBER.

EOdem &c.} Ex Alpibus scribens Brutus dicens se dubitare de Lep. & Planco, ne cum Ant coniungantur, quia miserat ad eos nuntios occulte, dicit se expectare Allobrogas: & petit à Cic. defendi. Ordo est. Literæ sunt redditæ mihi à te, s.missæ, eodem exemplo.i eadem forma scribendi & eodem argumento quo pueri mei.i.serui, attulerunt.i.annuntiauerunt mihi verbis, hoc est id, quod pueri mihi annontiauerant de te, perspexi in literis tuis quæ fuerunt consonæ verbis eorum. & ideo ego existimo.i.iudico me debere tibi tantum, quantum difficile sit persoluere. Scripsi tibi quæ geruntur hic. Ant. est in itinere, proficiscitur ad Lep. ne quidem.i non etiam, aut saltem abiecit spem de Planco.s.in partes suas vocando, vt animaduerti ex libellis.i.epistolis eius, qui inciderunt in me.i.in manus meas aut meorum. In quibus.s.libellis scribebat, quos.s. nuntios, aut solicitatores mitteret ad Asinium.s. Pollionem in Hispaniam, quot mitteret ad Lepid. quos ad Plancum. Ego tamen non habui ambiguum.i.dubium, & misi statim ad Pl. & expecto biduo i.intra biduum, legatos ab Allobrogibus populis Galliæ inter alpes, & Rhodanum, & legatos totius Galliæ, quos s.legatos, vbi venerint, ego mittam domum. s.suam confirmatos.s.in fide reip. Romanæ. Tu prospicies, quæ opus erunt administrari istic.i Romæ vt fiant ex voluntate sua, & cõmodo reip. Tu occurres i.resistes, si poteris, maleuolentiæ hominum in me si non poteris, consolabere, sup. te, hoc, in hac re, q̃ ipsi maleuoli nullis contumeliis possunt deterrere me de statu meo. ASCEN.

Giberti

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Miratri se dicit, cur Antonium Brutus confestim non sit persecutus, cum id plerique illi facile fuisse dicant: hortaturq; sub finem, vt omnes calumnias, quantum fieri potest, vitet,

M. CIC. S. D. D. BRVTO IMP. COS. DES. 12

TRes vno die à te accepi epistolas; vnam breuem, quam Flacco Volumnio dederas; duas pleniores, quarum alteram tabellarius T. Vibij attulit, alteram ad me misit Lupus. Ex tuis literis, & ex Græceij oratione non modo non restinctum bellum, sed etiam inflammatum videtur. non dubito autem pro tua singulari prudentia, quin perspicias si aliquid firmitatis nactus sit Antonius, omnia illa tua præclara in remp. merita ad nihilum esse ventura. ita. n. Romam erat nũciatum, ita persuasum omnibus, cum paucis inermibus, perterritis metu, fracto animo fugisse Antonium. qui si ita se habet, vt, quẽadmodum audiebam de Græceio, confligi cum eo sine periculo non possit: non ille mihi fugisse à Mutina videtur, sed locum belli gerendi mutasse. itaq; homines alij fracti sunt, non nulli etiam queruntur, quòd persecuti non sitis. opprimi potuisse, si celeritas adhibita esset, existimant. omnino EST hoc populi, maximeque nostri, in *eo potissimum abuti libertate, per quem eam consecutus sit. sed tamen prouidendum est, ne quæ iusta querela esse possit. res sic se habet. is bellum confecerit, qui Antonium oppresserit. hoc quam habeat vim, te existimare malo, quàm me apertius scribere. Vale.*

duo præcipua nominauit ep. 7. Cæsaris necem. & copias reip. causa cõparatas. accessit postea victoria Mutinẽsis.

id est in eũ liberrime loqui.

NVBRA. TRes vno die } Cum scripsisset Brutus Cic. & Græceius coram retulisset, M. Ant. ita fugisse ex prœlio Mutinẽsi, vt aduersus eum non posset sine periculo pugnari, Cic. qui credebat eum penitus fractum, dicit nunc non videri sibi eum fugisse, sed potius mutasse locum ad bellum gerẽdum. itaq; dicit multos quæri de Bruto, ꝙ eum statim non persecutus sit aotẽq̃ permitteret eum vires recipere: quoniam est opinio hominum, ꝙ si vsus esset celeritate in persequendo, facile potuisset eum opprimere, q̃ querelam dicit esse ex Ingratitudioe. Sed tamen hortatur eum, oe det alicui iustam de se querelæ causam. {Pleniores} lõgiores. {Restinctum} sopitum, penitus amotum. {Inflammatum} iocensum, vt augeatur. & bene restinctum & inflammatum dixit, qoia, vt sæpius diximus, comparatur bellum incendio. {Nactus sit} acceperit. {Illa} quæ ante hac fecisti. {Fracto animo} debilitato & sine vlla spe. {De Græceio}. i à Græceio. amabaot n antiqui frequenter ponere de pro a. {Confligi} certari pugna. {Locum} aptiorem sibi q̃ esset Mutinę {Fracti s.} ceciderunt animo. {Querũtur} de te & exercitu tuo. {Opprimi} Aot. {Populi} cuiuslibet generalitet. vnde est prouerb, Beneficia, quę in populum cooferuntur, io nullum conferuotur, {Hoc} hic mos. {Nostri} Romani. {Abuti libertate} esse oimiũ liberum & in gratum contra rationem in male diceodo & malefaciendo ei per quem libertatem consecutus sit. De multis talibus exemplis lege Val. Max. in c. de in gratia. {Sit} pro erit, {Confecerit} finierit. {Qoam vim habeat} quod poodus. sic. n, *supra scripsit ad Pl. id probans auctoritare Homer. qui solum Vlyssem euersorẽ Troiæ appellauit. {Apertius} pluribus verbis,

ep. 13. 19. & 20. l. 10.

ASCEN. TRes &c. } Cum intellexisset Cic. quas vires haberet M. Ant. dicit eum non fugisse, sed locum mutasse videri. itaque Brutum, ꝙ eum non sit statim persecutus, monet, caueat dare iustam querelæ causam. Ordo est. Ego accepi à te tres epistolas voo die. vnam breuem, quam dederas. s, perferendam Flacco Volũnio; duas pleniores. i. plenius rem declarantes, quia proliaiores. Quarum. s. duarum tabellarius Titi Vibij attulit alteram. Lupus misit ad me alteram. Bellum videtur ex literis tuis. i. vt sonant literæ tuæ, & oratione Græceii. i, secundum qood Græceius locutus est, non modo noo restinctũ, sed etiam inflammatum. Noo dubito autem quio perspicias pro singulari prudentia tua, si Aot. nactus sit. i. acquisiuerit aliquid firmitatis; omnia illa præclara merita tua in remp. esse veotura ad nihilum, quia nunc videreris tantum peccasse, quantum prius demeruisse. Enim. i. quia nũtiatum erat Romam ita, persuasum erat omnibus ita, Aot. fugisse animo fracto. i. habens animum fractum, cum paucis. s. militibus inermibus, & sup. perterritis metu. Qui. s. Aot. si habet se ita, vt non possit confligi. i. conflictus fieri, hoc est pugnari cum eo sine periculo, quemadmodum audiebam de. i. ex vel à Græceio: ille. s. Ant. non videtur mihi fugisse de Mutina, sed mutasse locum gerendi belli. Itaque. i. & ita homines, hoc est ciues R. alij. i. aliqui sunt fracti. s. animo. i. desperantes de victoria. nonoulli quæruntur. i. conqueruntur etiam ꝙ non sitis persecuti eos. s. fugientes taotisper, dum erant trepidi & inermes. Ipsi sup. existimant eos potuisse opprimi. i. vi expugoari & occidi si celeritas. s. persequendi eos esset adhibita. Callide quod ipse opioatur, ne Brutum lædat, dicit alios opinari: verumtamen fieri potuit vt alij opioarẽtur Hoc. s. quod dicet, videlicet abuti libertate. i. nimia libere loqui, potissimum. i. præcipue io eo, videlicet io te, per quem consecutus sit eam. s. libertatem. Est omoino. s. proprium populi, & maxime oostri. i. nobis fauentis. Sed tamen. i tametsi forte populus id inique fecerit, tñ prouidendum est, ne qua iusta querela possit esse. Res. i. negotiũ hoc, habet sic se, sup. vt is confecerit. i. finierit bellum, qui oppresserit Antonium. Quam vim. i. efficaciam habeat hoc. s. consilium aut dictum, malo te existimare. i iudicare q̃ me scribere apertius.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Excusatoria est epistola, qua purgat se ab iniustis querelis ꝙ Antonium non sit mox persecutus, hortaturq; Ciceronem, vt & ipse, & omnes boni bono animo sint, sed tamen soliciti in curanda republica.

D. BRVTO IMP. COS. DES. S. D. M. CIC. 13

IAm non ago tibi gratias. cui. n. re vix referre possum, huic verbis non patitur res satisfieri. Attendere te volo, quæ in manibus sunt. qua. n. prudentia es, nihil te fugiet, si meas literas diligenter legeris. Sequi confestim Antonium his de causis, Cicero, non potui. eram sine equitibus, sine iumentis: Hirtium perisse nesciebam: Cæsari non credebam prius, quàm conuenissem, & collocutus essem. hic dies hoc modo abijt. postridie mane à Pansa sum accersitus * Bononiam. cum in itinere eßem, nuntiatum mihi est, eum mortuum esse. recurri ad meas copiolas. sic. n. vere eas appellare possum. sunt extenuatissimæ, & inopia omnium rerum pessime acceptæ. biduo me Antonius antecessit, itinere multo maiore fugiens, quàm ego sequens. ille. n. ijt passim, ego ordinatim. quacunque iuit, *ergastula soluit, homines arripuit: constitit nusquam prius, quàm ad Vada venit: quem locum volo tibi esse notum. *iacet inter Apenninum, & alpes, impeditissimus ad iter faciẽdum. cum abessem ab eo millia passuum triginta, & se iam Ventidio coniunxisset; concio eius ad me est allata; in qua petere cœpit à militibus, vt se trans alpes sequerentur; sibi cum M. Lepido conuenire. succlamatum est, & frequenter à *militibus Ventidianis, (nam suos valdequam paucos habet) sibi aut in Italia pereundum esse, aut vincendum. etiam orare cœperunt, vt Pollentiam iter facerent. cum sustinere eos non posset, in posterum diem iter suum contulit. hac re mihi nuntiata statim quinque cohortes *Pollentiam præmisi, meumque iter eò contuli. hora ante præsidium meum Pollentiam venit, quàm *Trebellius cum equitibus. sanequam sum gauisus: in hoc enim victoriam puto consistere. in spem venerant, quòd neq; Planci * quattuor legiones omnibus suis copijs pares arbitrabantur; neq; ex Italia tam celeriter exercitum transiici posse credebant. quos ipsi adhuc satis arroganter Allobroges, equitatusq; omnis, qui eò præmissus erat à nobis. sustinebant; nostroque aduentu sustineri facilius posse confidimus. tamen, si quo etiam casu Isaram se transiecerint; ne quid detrimenti reip. iniungant, summa à nobis dabitur opera. Vos magnum animum, optimamq;*

cur crederet eius filio, quẽ occiderat? Appian. l. 3. de bel. ci.

quò ex pugna fugerat. Appianus, Dio.

supra, ep. 10

Plin. lib. 3. cap. 5.

tres erant Ventidij legiones. ep. 33. & 34. lib. 10.

Plin. lib. 3. cap. 5.

is, de quo Philip. 11.

ep. 15. l. 10.

spem

spem de summa rep. habere volumus; cum & nos, & exercitus nostros, singulari concordia coniunctos, ad omnia pro vobis videatis paratos. sed tamen nihil de diligentia remittere debetis, dareq; operam, vt quamparatissimi ab exercitu, reliquisq; rebus pro vestra salute contra sceleratissimam conspirationem hostium confligamus. qui quidem eas copias, quas diu simulatione reip. comparabant subito ad patriæ periculum converterunt.

HVBAR. IAm non ago } Quia Cic. in præcedenti epist. familiariter monuerat Brut. vt daret operam, ne iustam querelæ causam de se daret, quia dixerat quosdam questos esse, q non statim persecutus esset cum exercitu suo Ant. ex Mutinensi conflictu fugientem: sic n. potuisse facile opprimi: primum Brutus ostendit se tantum debere Cic. vt actione gratiarum non putet satisfaciendum, cui re vix satis fieri possit. deinde excusat se, quare statim non persecutus sit Ant. adducitque ad excusationem suam multas & iustas rationes. dicit quò se receperit M. Ant. & quod deliberet se facturum aduersus eum. hortatur autem, vt omnes bonam spem habeant de rep. & tamen vt semper sint parati & exercitu & ceteris rebus aduersus eos, qui sub prætextu defendendæ reip. magnas sibi vires comparant, vt eam opprimant. { Res } honestas. { Attendere } diligenter considerare. { In manibus } in potestate. i. quæ fieri possunt { Nihil te fugiet } nihil te latebit, nihil ignorabis. { Qua } . i. ea prudẽtia, qua es { Sequi } incipit se excusare. { Sine iumentis } quæ deferrent impedimenta & sarcinas militares. dicuntur. n. iumenta tantummodo ea animalia, quæ iuuant humeris ferre onera, vt equi, muli, asini, cameli & cetera huius generis, non etiam quæ trahunt, nisi fortasse improprie ponantur, quod rarissimum est. { Nô credebam } non fidebã. { Hic dies } primus quo fugit Ant. & quia occurrebat, quare non persecutus es sequenti die, adducit etiam causas. { Ad Pansam } alterum consulem, qui grauiter vulneratus fuerat & Bononiam statim delatus. { In itinere } vt ad eum irem. { Copiolas } paruum exercitum. { Extenuatissimæ } valde tenues & imminutæ. { Male ac. } male tractatæ. { Maiores itinere } quia plura milliaria faciebat ipse fugiens, quàm ego persequens ipsum. { Passim } vage, nulla seruata via. { Ergastula } seruos, sicut supra dictũ est. { Ad Vada } ad Sabatios, vt supra diximus, vbi sunt Vada, dicta Sabatia apud Saonam. { Apenninum } quem supra diximus, auct. Str. incipere à Genua, Alpes vero à Sabatijs. in medio sunt Sabatia Vada. { Concio } oratio. { Eius } Ant. { Petere } exhortando eos. { Conuenire sibi } . i se concordare & habere, vt ita dicam, intelligẽtiam cum Lep. { Nam suos } parenthesis. { Habet } Ant. { Iter facerent } . i. irent. { Pollentiam } hoc tempore etiam extat oppidum in Liguribus loco edito, habens à sinistra Tanarum fluuium, distans circa 60. stadia ab Alba Ligustica. possidetur autem id oppidum & comitatus titulo, & dominatus iure à magnifico & generoso viro, & sapientissimo iurisc. Ant. Romagnano, olim ducali Sabaudiæ scriba, secretario nunc Mediolani ducali senatore grauissimo: cuius singularem æquitatem & sapientiam omnes admirantur, laudant, amant. errat autem qui dicit Pollentiam esse, quæ hodie corrupto vocabulo Valentia vocatur in ripa Padi, cum & ambo oppida extent, & multum inter se distent. { Sustinere } retinere. { Contulit } . s. Pollentiam. { Eò } aduerbium est loc. i. illuc. s. Pollentiam. { Hora ante præsidium meum venit } . i. vna hora ante venit præsidium meum. { Pollentiam, quàm Trebellius } dux Ant. cum equitibus suis. { Præsidium } . i milites mei, quos ad muniendam Pollentiam contra Ant. premiseram. { Sanequam } . i. valde. { In hoc } q mei citius aduentarunt. { Pollẽtiam } quàm equites Ant. quos ducebat Trebellius. { Allobroges } quos ego confirmaueram { Satis arroganter } constanter, & audacter. { Nostro aduentu } quia præsentia mea fient fortiores. { Isaram } fluuium in finibus Allobrogum, vt lib. 10. dictum est. { Iniungant } inferãt. { De summa } de statu. { Remittere } diminuere. i. propter hoc nô debetis esse negligentiores. { Conspirationem } coniurationem. sed qm̃ conspiratio etiam in bonum dicitur, ideo dixit, sceleratissimam. { Confligamus } prælie mur. { Simulatione } prætextu. { Periculum } discrimen, quia ventidius coniunctus erat cũ Ant. & de fide Lep. dubitabat.

IAm &c. } Quia in præcedenti epistola Cic. familiariter monuerat Brutum, vt daret operam, ne iusta habeatur de eo querela, Brutus se tantum debere Cic. fatetur, vt agendo gratias non putet se satisfacturum. Purgat autem q non statim persecutus sit Antonium, adducens varias rationes, & bonam de se spem concitans. Ordo est. Iam non agò gratias tibi. i. iam non est mihi honestum, aut satis possum agere. i. verbis dicere tibi gratias. Enim. i. quia, res non patitur satisfieri verbis huic, cui vix possum referre. i. tantundem ferre atq; acceperim re. s. ipsa reddendo. s. rem, aut operam æquiualentem. Ego volo te attendere. i. animaduertere, quæ sunt in manibus i. parata, & proxima fient. Enim. i. quia qua prudentia es. i. secundum eam prudentiam qua polles, nihil fugiet. i. præteribit aut latebit te. i. rem omnem intelliges, si legeris literas meas diligenter. O Cic. ego non potueram sequi Antonium confestim. i. cum festinatione statim post cladem apud Mutinam ab eo acceptam his causis . i. propter has causas, sine equitibus & sine iumentis. i. cum non haberem equites, vt ille, & deessent iumenta, quæ impedimenta nostra ferrent. Vna causarum est q nesciebam Hirtium. s. consulem perisse. Ego non credebam Cæsari. s. Octauio, priusquam conuenissem sup. eum, & locutus essem. s. cum eo. Hic dies. s. qui tunc erat, abijt. i. transactus est hoc modo. s. cum auxilia & consilia deessent. Ego sum accersitus. i. vocatus Bononiam. i. in eam vrbem postridie. s. eius diei, hoc est die proxime sequenti, mane . i. cum prima luce à Pansa. s. consule Cum essem in itinere, nunciatum est mihi sup. Pansam esse mortuum s. ex vulnere accepto. Ego recurri ad copiolas. i. modicas copias meas. i. vires exercitus mei. possum appellare eas vere sic. i. per diminutionem, copiolas non copias. Nam sup. ipsæ sunt extenuatissimæ. i. maxime extenuatæ & imminutæ, & acceptæ. i. affectæ pessime. i. incommodissime, inopia. i. propter inopiam omnium rerum. Ant. antecessit me biduo. i. spatio duorum dierum, fugiens. i. fugiendo faciens itinera. i. vt dicunt diætas, multo maiora, quia fugientibus semper comes est celeritas. Vnde facete Maro, Pedibus timor addidit alas. quàm ego sequens. Affert rationem. Enim. i. quia ille. s. Ant. fugiens fit i. iter fecit, passim. i. vage per quamcunque viam reperiebat. alij legunt sparsim. i. disperso exercitu ex fuga ego sup. iui aut processi ordinatum. i. agmine in ordine instructo. Quacunque. i. per quemcunq; locum, Ant. sup. iuit, soluit ergastula. i. carcerem seruorum ad opus faciendum in ergastulis catenis vinctorum, arripuit homines. s. prius vinctos, aut alios se sibi iungentes. Nusquam constitit. i. mansit stans priusquam venit ad Vada. s. Sabatia: quem locum volo esse notum tibi. iacet inter Apenninum & Alpes, eas sup. impeditissimus ad iter faciendum. Cum. i. quando ego abessem ab eo. s. Ant. aut ab loco isto descripto triginta millia passuum, & sup. Ant. coniunxisset se iam Ventidio, concio. i. oratio, quam ad milites suos habuit, est allata ad me. s. per occultos exploratores aut per transfugas, in qua. s. concione Ant. cœpit i. cœperat petere à militibus vt sequerentur se trans alpes, quia sup. dixit conuenire i. concordiam esse sibi cum M. Lep. Succlamatum. i. statim post concionem clamatum est, & . i etiam frequenter à militibus Ventidianis. i. quos Ventidius adduxerat. nam habet valdequam i. perquàm paucos suos i. quos ipse ex fuga eduxerat præter equites, aut pereundum esse sibi. s. militibus in Italia, aut vincendum in Italia. Etiam sup. milites cœperunt orare vt facerent iter Pollentiam. i. ad eam vrbem Liguriæ in loco alto ad Tanarum fluuium quem à sinistra habet. Cum sup. Ant. non posset sustinere eos. i. impetum eorum, qui irent quò vellent, ipse contulit iter suum in diem posterum. i. proxime secuturum. Hoc renunciato mihi præmisi statim quinque cohortes Pollentiam & contuli iter meum eò. i. ad eam præsidium meum præmissum. s. ad custodiam vrbis illius. venit Pollentiam hora. i spatio vnius horæ, antequam Trebellius sup. venit cum equitibus. s. Antonianis. Ego sum sanequam. i. perquam gauisus. puto. n. victoriam consistere in hoc. i. in occupatione Pollentiæ. Ipsi sup. venerant in spem. s. victoriæ aut præuentionis q neque arbitrabantur quattuor legiones Planci pares omnibus copijs suis, neq; credebant exercitum posse traijci tam celeriter, vt subuenire posset Planco ex Italia. Quos. s. Antonianos, ipsi Allobroges populi. s. Galliæ, & omnis equitatus, qui præmissus erat à nobis, sustinebant adhuc satis arroganter. i. iactanter, nullo modo dimissis animis, & confidimus sup. eos posse sustineri facilius nostro aduentu. i. per aduentum nostrum. Tametsi ipsi. s. hostes, traiecerint se quo . i. aliquo casu etiam Isaram. s. fluuium iuxta Granopolim, summa opera dabitur à nobis, ne iniungant aut potius ingerant aliquid detrimenti reip. Nos volumus vos. s. qui in vrbe estis, habere magnum animum, & optimam spem de summa. i. præcipua salute reip. cum videatis & nos & exercitus nostros coniunctos singulari concordia, paratos vobis, ad omnia. s. subeunda Sed tamen nihil debetis remittere de diligentia, & sup. debetis dare operam, vt nos confligamus quàm paratissimi ab exercitu & re-

liquis

liquis rebus.i.in his quæ concernunt exercitum & reliquas res pro salute nostra contra sceleratissimam conspirationem hostium. Qui.s.hostes, quidem.s certe conuerterunt subito ad periculum psius eas copias, quas comparant diu simulatione.i. per simulationem reip.s.iuuandæ.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nuntiat varia Bruto: primum de suo animo, deinde de populi Rom. auctoritate, de pecunijs & postulatis a Bruto, de exercitu mittendo, de Lepido, alijsque rebus.

D. BRVTVS IMP. S. D. M. CICERONI. 14

MIRABILITER, mi Brute, lætor, mea consilia, measq; sententias à te probari de decemuiris, de ornando adolescente sed quid refert? mihi crede, homini non glorioso, plane iam Brute frigeo. ὄργανον n. erat meum senatus. id iam est dissolutum. tantam spem attulerat explorata victoria tua præclara Mutina eruptio, fuga Antonij conciso exercitu; vt omnium animi relaxati sint; meaq; illæ vehementes contentiones tanquam σκιαμαχίαι esse videantur. Sed, vt ad rem redeam: legionem Martiam, & quartam negant, qui illas norunt, vlla conditione ad te posse perduci. Pecuniæ, quam desideras, ratio potest haberi, eaq; habebitur. De* Bruto accersendo, Cæsareque ad Italiæ præsidium tenendo, valde tibi assentior: sed, vt scribis, habes obtrectatores: quos equidem facillime sustineo; sed impediunt tamen. Ex Africa * legiones expectantur: sed bellum istic* renatum homines mirantur. nihil tam præter spem vnquam. nam, die tuo* natali victoria nunciata, in multa sæcula videbamus remp. liberatam. noui timores retexunt superiora. scripsisti autem ad me ijs, quas idibus Maij dedisti, modo te accepisse à Planco literas, non recipi à Lepido Antonium. id si ita est, omnia faciliora: sin aliter, magnum negotium: cuius exitum ne extimescam, tuæ partes sunt. ego plus, quàm feci, facere non possum. te tamen, id quod spero, omnium maximum, & clarissimum videre cupio. Vale.*

(Marginal notes: atq; Mutinæ — M. Bruto, qui cũ Cassio mare trãsierat. — veteranæ. — ep. 24. l. 10. & 26. h. l. vide ep. ad M. Brutũ, cuius initiũ est, Messalam. — infra, epist. 11.)

XVAAR. MIrabiliter} Scripserat Cicero ad Brutum, quid sentiret de decemuiris creandis, de dignitate concedenda Cæsari: de qua in processu epistolę dicam. cumq; rescripsisset Brutus ea probari à se, quæ Cicero cõsuluisset; dicit Cic. se ea re plurimum gaudere: ostenditq; in quantã spem de Bruto venerit populo R. postq̃ liberatus est obsidione Mutinensi, & Ant. cum exercitu suo fusus est. Deinde petierat Br. ad se mitti duas legiones & pecuniam. rescribit Cicero quid ijs de rebus fieri possit. Dinde ostendit aliq̃ spem esse certæ victoriæ, si verum est, q Lep. non coniunctus sit cum Ant. sicut ipse Br. scripserat. Postremo dicit plurimum virtute Bruti confidere: quã sperat se visurum eum virum clarissimum. {De decemuiris} vel qui creati fuerant, vt scribit App. ad punitionem Ant. magistratus. ea autem figura quædam erat abolitionis eorum, quæ Cæsar decreuisset. nam Ant. nulla ex se aut parua quædam, verum vniuersa ex commentarijs Cæs. ediderat &c. vel certe quia, vt idem Ap. scribit, cum senatus per legatos solicitasset duas legiones, quæ ad Cæs. ab Ant. recesserant, educens ne in vno solo spem ponerent; sed senatum, qui potestatẽ immortalem solus haberet, potius sequerentur; accederentq; ad D. Brutum quo loco pecunias sibi allatas inuenirent. Iam.n. dimidium muneris ad eos attulisse, decemuiros ad distributionem creauerunt, quos nũc possumus intelligere. nam decemuiros electos ad agros diuidũdos, sicut Cæsar instituerat, non conuenit, cum senatus vellet omnia aboleri quæ Cæs. fecisset. {Adolescente} Cæs. Octauio. {Ornando} vel consulatu, quæ postulabat, in locum Hirtij & Pansæ, maxime fauore Ciceronis, ad quem solum scripserat, vt dicit App. vel Ornando prætura. nam, eodem Appiano auctore, cum Cæsarem vererentur, ne se cum Ant. coniungeret, prætorem eum denuo in Antonium satis indecenter creare decreuerunt. {Quid refert} quid interest, ornetur, an non. {Non glorioso} non iactabundo. {Frigeo} cesso, otiosus sum. h.d. ne videatur valde curare honorem Cæs. cum de eo maxime laboraret. {Opta} omnes dicunt hic aliquid deesse, quod quidem mihi ita videtur. {Meum} ex sententia mea. quod autem senatusconsultum esset, non constat, quia nihil ante dixit. {Dissolutum} irritum, annihilatum, non habuit locum. {Explorata} indubitata. {Eruptio} euasio. {Præclara} & fortis, & astuta. {Relaxati} recreati, exhilarati, cũ antea essent nimia solicitudine contracti. {Tanquã si iam ἀκαλαὶ} ita habent quidem codices. i. tanquam si iam quiete sint. nam ἀκαλος quietũ significat. Alius codex, ex vetustissimo transcriptus, habebat, tanq̃ si annihilatæ esse videantur. qui tamen sensus idem erit. i. quasi non oporteat me vehementioribus contentionibus vti, vt solebam. {Ratio} via, modus. {Aeque} s. ratio habebitur. {Bruto} M. qui tunc erat in Sardinia, vt infra patebit. {Quos sustineo} quibus obsisto. {Vnquam} s. fuit. {Nam} ratio, quare nihil fuerit tam præter spem, q̃ illud bellum esse renouatum. quod credebant esse omnino extinctum, intellecta victoria ipsius Bruti eius die natali, ita vt resp. per multos annos crederetur esse liberata. {Die natali} cum.n. omnium Romanorum natales dies celebrarentur, tamen eorum maxime, qui de rep. benemeriti essent. Iuuen. Quare coronati Heluidius Thraseasq; bibebãt, Brutorum & Cassij natalibus. {Retexunt} quidam exponunt, manifestant: sed magis placet, retexunt. i. remouent & destruunt, sicuti infra in epist. Maij, An, quod adolescens præstiti, cum etiã errare cum excusatione possem; id nunc, ætate præcipitata, commutem, ac me ipse retexam? vt eo loco exponemus plenius. {Iis} s. literis tuis. {Modo} nuper. {Non recipi} in societatem, vt ferebatur. {Magnum negotium} magnus labor. {Cuius} negotij. {Tuæ partes sunt} .i. ad te pertinent.

ASCEN. MIrabiliter &c.} Scripserat consilia sua de decemuiris creandis vel dignitate concedenda Cæs. quæ placuisse Br. dicit se gaudere, addens quantum de eo speret, & quid de libertate publica. Ordo est. O mi Brute, ego lætor mirabiliter consilia mea & sententias meas de decemuiris & de adolescente s. Cæsare adornando probari i. approbari à te. Sed quid refert. i. interest. s. sic se res habere an aliter? Rñsio. O Brute crede mihi homini non glorioso. i. non affectanti gloriam, sed quod verum est, simpliciter fatenti, ego iam frigeo. i. in otio sum plane. i. omnino. Enim. i. quia ὄργανον meum senatus. i. quo sonabam in senatu excitando, erat iam dissolutum. i. non amplius tensum. quia sicut chordæ tensæ acutius sonant, solutæ lentius: ita homo, curia agitatus, ad concionem acrior est securus remissior. se autem securiorem factum docet addens. Victoria tua explorata est. i. manifesta, præclara eruptio tua Mutina, vbi obsessus obsidentes in fugam vertisti, fuga Antonij, exercitu sup. conciso. i. simul cæso, attulerat sup. nobis tantam spem, vt animi omnium sint relaxati, & illæ vehemẽtes conciones meæ, videntur esse tanq̃ σκιαμαχίαι. i. vmbratiles pugnæ. i. in cubiculo aut scholis excogitatæ. σκιὰ, dicitur vmbra, σκιαμαχέω pugno cum vmbra. nam μάχη, pugna dicitur. Sed vt redeam ad rem pro veniam ad rem. i. principale institutum, negant legionem Martiam & quartam perduci. s. posse ad te vlla conditione, negant inq̃ qui norunt illas. Ratio i. inuentio aut supputatio pecuniæ quam desideras, & ea habebitur. Ego assentior tibi valde, de Bruto. s. Marco accersendo, & de Cæs. tenendo ad præsidium. i. custodiam Italiæ. Sed, vt scribis, tu habes obtrectatores, quos equidem. i. ego quidem sustineo. i. perfero ita q me defensorem tui non videant facillime. Sed homines mirantur bellum renatum istic. s. cum Ant. Nihil sup. accidit, vnq̃ tam præter spem. Nam victoria nuntiata. i. postq̃ erat nuntiata, die tuo natali, qui. s. celebrabatur ab omnibus bene meritis de patria. vnde Iuuen. Quale coronati Heluidius Thraseasq; bibebant, Brutorum & Cassi natalibus. Nos videbamus rempub. liberatam, in multa sæcula, sed sup. timores noui retexunt. i. destruunt superiora s. gaudia. Scripsisti autem ad me ijs. s. literis, quas dedisti ad me idibus Maij, te accepisse modo. i. paulo ante literas à Planco, Antonium. i. quæ dicebant Antoniũ non recipi à Lepido. Si. i. ita, omnia sup. erunt faciliora: sin. i. sed si, aliter sup. fit, magnum negotium supp. erit. i. difficile bellum: cuius exitum. i. finem ne extimescam, sunt tuæ partes. i. ad tuum officium pertinet. Ego non possum plus facere quàm feci. Tamen cupio id quod spero. s. videre te maximum & clarissimum omnium. s. mortalium.

RVsticum nimis, & illepidum, sordidumq; adeo plane vocabulum Ciceronis epistolam occupauit, eam quæ est ad Brutum isto principio: Mirabiliter, mi Brute, lætor. Sic.n. in ea legimus. Meæq; illæ vehementes contentiones tanq̃ scientia adnihilatæ esse videãtur. Quod quidam tamen Ex Misc. Aug. Polit. c. 34.

hactenus

hactenus corrigunt, vt dicant, tanq̃ si iam adnihilatæ esse videantur Consulant, quæso, eruditi peritiq; idoneorum verborum, veterumq; lectionum, consulant suum quisq; iudicium sensumq;, ac tum demum credere audeant, adnihilatas contentiones scriptum fuisse à Cicerone Nos in codicibus duobus Medicææ familiæ, quorum supra quoque fidem allegamus, mendose id etiam, sed tamen vt erroris adhuc vestigium non sit ablatum, sic reperimus, Tanq̃ Sciamachalaæ esse videantur. Quare suspicamur legendum, Sciamachiæ sunt.n Sciamachiæ nihil sanè aliud, q̃ vmbratiles pugnæ Sentit.n Cicero hoc vtique frigere iam se plane in senatu, non succedentibus Bruto rebus, inasq; illas vehementes contentiones, Sciamachias videri. Vocabulum ipsum perq̃ est elegans apud Græcos, & magnopere vsitatum. quin Galenus quoq; medicus lib 2. ὑγιεινῶν, sic ait, μεταβαίνειν δὲ καιρὸς ἐπὶ τὰ ταχέα χωρὶς εὐτονίας καὶ βίας δρόμοι δ' εἰσὶ ταῦτα, καὶ σκιαμαχίαι. Inter celeres exercitationes, quæ tñ attentæ, violẽtæq; non sunt, etiam cursus numerat, & sciamachias. Deniq; vel Eustathius in Odysseæ commentario Rhapsodiæ tertiæ, de verbo eo sic meminit: ὁ μαίως δὲ καὶ τὸ μὲν μαχέμεθα φαῦλον δηλοῖ ἐ δῆν, ὡ μὲν τοι καὶ τὸ σύνθετον σκιαμαχῶν Et M. Varro satyram vnam e suis illis Menippeis Sciamachiam inscripsit. Hęc o. apud Gellium vera ex antiquis exemplaribus lectio, non, vt quidam etiam scribunt, Criomachia quin paulo etiam supra in epist. eadem Ciceronis vocabulum alterum, quod est, ὄργανον, de græca scriptura deprauatum, migrauit in latinam. nam pro eo, quod erat ὄργανον, factum iam, optanum. neque autem hoc quoque ab vllo hactenus animaduertitur. Quare sic legeris: Plane iam, Brute, frigeo: ὄργανον enim erat meum senatus. vt quo pro organo Cicero, instrumentoque vtebatur.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Gratam sibi Bruti diligentiam in salutando illum per Plancum fuisse scribit hortatur deinde, vt egregiam operam reip. nauet.

M. CICERO S. D. D. BRVTO IMP. 15

Etsi mihi tuæ literæ iucundissimæ sunt: tamen iucundius fuit, quòd in summa occupatione tua Planco collegæ mandasti, vt te mihi per literas excusaret. quod fecit ille diligenter. mibi autem nihil amabilius officio tuo, & diligentia. Coniunctio tua cum collega, concordiaque vestra, quę literis communibus declarata est, senatui, populoq; R. gratissima accidit. Quod superest, perge mi Brute, & iam non cum alijs, sed tecum ipse certa. Plura scribere non debeo, præsertim ad te, quo magistro breuitatis vti cogito. Literas tuas vehementer expecto, & quidem tales, quales maxime opto.*

quia consules erant designati in proximum annum.

quę oppressum Ant. significent.

HVBAR.

ETsi} Cum non potuisset Brutus ad Cic. scribere, mandarat collegæ suo Plãco, vt eum apud Cic. excusaret. quod cum fecisset, scribit Cicero sibi gratissimam fuisse talem diligentiam. Deinde quoniam publice scripserant Br. & Pl. se optime inter se conuenire: dicit Cic. senatum vehementer gaudere ea concordia Postremo hortatur ipsum Brutum, vt pergat imitari non alium, quàm seipsum. {Cum collega} Planco. {Certa tecum}.i. enitere vincere teipsum, & quotidie melius facere. {Magistro breuitatis}.i. à quo volo discere esse breuis sicut tu es. vnde inferius appellat eius sermonem laconismon.

ASCEN.

ETsi &c.} Mandauerat Planco Brutus, vt se apud Cic. excusaret, q̃ ad eum non scripserat. quod factum esse sibi placere dicit, sicut & concordiam Planci ac Bruti, monens Brutum vt se solum imitetur. Ordo est. Etsi.i. quanquam literæ tuæ sunt iucundissimæ mihi, tamen iucundius fuit quòd mandasti in summa occupatione tua Planco collegæ.s. tuo, vt excusaret mihi te per literas. quod ille.s. Plancus fecit diligenter. Autem.i. sed nihil sup. est mihi amabilius officio tuo & diligentia.s. in vindicanda libertate reip. Coniunctio tua cum collega.i. cum imperatore Planco, & concordia vestra, quæ declarata est omnibus literis.i. per literas, accidit senatui, populoque R. gratissima. Quod superest.i. restat, o mi Brute perge.i. perfice & procede, & certa iam non cum alijs s. quos superasti, sed tecum. Ego non debeo scribere plura, præsertim ad te, quo cogito i. propono vti magistro breuitatis. Ego expecto vehementer.literas tuas, & quidem.i. certe tales.s. victoriæ tuæ indices, quales opto maxime.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Commendat Lamiam familiaritatis & meritorum ratione D. Bruto vt eum iuuet per suos in præturæ petitione.

M. CICERO. S. D. D. BRVTO IMP. 16

PERMAGNI interest, quo tibi hæc tempore epistola reddita sit; vtrum, cum solicitudinis aliquid haberes; an, cum ab omni molestia vacuus esses. itaque ei præcepi, quem ad te misi, ut tempus obseruaret epistolæ tibi reddendæ. nam quemadmodum coram, qui ad nos intempestiue adeunt, molesti sæpe sunt: sic epistolæ offendunt, non loco redditæ. si autem, vt spero, nihil te perturbat nihil impedit; & ille, cui mandaui, satis scite, & commode tempus ad te cepit adeundi: confido me, quod velim, à te facile impetraturum. L. Lamia præturam petit. hoc ego vtor vno omnium plurimum. magna vetustas, magna consuetudo intercedit: quodq; plurimum valet, nihil mihi eius est familiaritate iucundius. magno præterea beneficio eius, magnoq; merito sum obligatus. nam Clodianis temporibus, cum equestris ordinis princeps esset, proque mea salute acerrime propugnaret, à Gabinio cos.* relegatus est: quod ante id tempus ciui Romano Romæ contigit nemini. hoc cum populus R. meminerit, me ipsum non meminisse turpissimum est. quapropter persuade tibi, mi Brute, me petere præturam. quãquam.n. Lamia summo splendore, summa gratia est, vsus magnificentissimo* munere ædilicio: tamen, quasi ea ita non essent, ego suscepi totum negotium. nunc, si me tanti facis, quanti certe facis; quandoequitum centurias tenes, in quibus regnas, mitte ad Lupum nostrum, vt is nobis eas * centurias conficiat. Non tenebo te pluribus: ponam in extremo, quod sentio. nihil est Brute cum omnia à te expectem, quod mihi gratius facere possis, Vale.*

hoc, vt suũ studium erga Lamiam ciarius osten dat,

ep. 29. l. 12. in orat. pro Sextio, & p domo.

munus. n. ędiles populo dabant.

pr.ætores. n. centurias conuenis creabantur. Gell. l. 13. cap. 14.

HVBAR.

PErmagni} Hæc epistola inter omnes cõmendaticias paucis verbis vim maximam obtinet. Cum.n. Cicero plurimum deberet L. Lamię, qui q̃ olim ei fauerat contra Clodium, fuerat à Gabinio consule relegatusq; isq; L. Lamia peteret præturam, velletq; Cicero beneficij se memorem ostendere: commendat diligentissime Bruto absenti hunc Lamiam; oratq; Brutum, vt scribat Romam ad Lupum familiarissimum suum, vt oẽs centurias, in quibus Brutus plurimum poterat, congreget ad fauẽdum Lamiæ, vt præturam obtineat, cum nihil sit, quod ei omnino gratius facere possit. {Permagni interest} magni est momenti. {Obseruaret} diligenter consideraret. {Tempus} quo esses lætus & vacuus ab omnibus molestijs. {Loco}.i. *tempore. Terent. Veni in ipso tpe, quod omnium rerum est maximũ. Hor. in 1. epist. Augusto reddes signata volumina Vioni, Si validus, si lætus erit, si deniq; poscet: Ne studio nostri pecces, odiumq; libellis Sedulus importes. Nam plerunq; ex importunitate nuntij, aut tabellarij odiosior fit qui scribit, & minus gratæ literæ. {Offendunt} displicent. {Scite} prudenter. {Vetustas} quæ magnã vim habet in amicitia. nam vt ipse in Lælio inquit, vetertima quæque, vt ea vina, quæ vetustatem ferunt, esse debẽt suauissima. {Consuetudo} conuersatio. {Merito} quod plus est q̃ beneficium, vt alibi sæpe diximus. & in sequenti epistola apparebit. {Clodianis temporibus}.i. quibus Clodius me oppugnabat, & ex vrbe etiam eiecit. {Princeps} ex primis. {Propugnaret} contenderet, me defendendo {Relegatus} ex patria eiectus. {Ante id tempus} primus n. fuit qui relegatus sit vsq; ad id tempus. {Me ipsum} pro quo ei id contigit. notandum autem contigit de malo dictum, sicut alijs multis locis, & contra accidit de bono, sæpe notauimus. {Me} q.d non ipsum Lamiam. {Splendore} nobilitate. nam Lamiarum familia vetustissima fuit & nobilis. Horat. Heli vetusto nobilis ab lamo. {Summa gratia} valde gratus populo {Munere magnificentissimo} quia in ædilitate exhibuit splendidissimos ludos. quod conciliabat magnum fauorem populi, vt alio loco probauimus ex auctoritate Cic. in officijs. {Tenes} habes. {In queis} in quibus. {Regnas} habes maximam

vt illud, desipere in loco, sapientia est.

riam potest item. {Eas centurias} i. ipsos equites ad centuriata comitia nobis congreget. {In extremo} i. in cõclusione epistolæ.

ASCEN. PErmagni &c.} Hæc epistola commendaticia, paucis verbis vim amplissimam continet. Commendat autem Lamiam Bruto absenti, petens ab eo vt Lupus pro eo centurias con ueniat ad præturam eidem impetrandam. Ordo est. Interest. i. refert permagni, quo tempore hæc epistola sit reddita tibi, vtrum cum haberes aliquid solicitudinis, an cum esses vacuus ab omni molestia. Itaque ego præcepi ei, quem misi ad te, vt obseruaret. i. custodiret tempus. i. opportunitatem epistolæ reddendæ tibi. Nam quemadmodum qui coram. i. cum sint in præsentia, adeunt nos intempestiue. i. non suo tempore, sunt sæpe molesti: sic epistolæ offendunt redditæ non loco. s. suo. i. non opportune. Autem. i. sed si nihil perturbat te, vt spero; & sup. nihil impedit, & ille, cui mandaui, cepit satis commode tempus, adeundi ad te: ego confido me facile impetraturum quod confido. s. posse impetrare. Lucius Lamia petit præturam. ego vtor hoc vno. s. viro plurimum, assiduum est. i. frequentissime omnium. Magna vetustas. s. amicitiæ, & magna consuetudo. i. conuersatio intercedit. i. inter nos communis est, & quod valet plurimum. s. ad amorem & gratiam, nihil est mihi iucundius familiaritate eius. Præterea ego sum obligatus magno beneficio & magno merito eius. Nam Clodianis temporibus. i. cum persequeretur me Clodius, cum. s. Lamia esset princeps ordinis equestris, & propugnaret acerrime pro salute mea, relegatus est. i. in alienam prouinciam legatus est, à Gabinio consule: quod nemini. i. non alicui, non contigit alicui ciui Rom. ante id tempus. Cum populus Rom. meminerit hoc. s. ipsum fecisse, & passum esse pro me; turpissimum est me ipsum non meminisse. Quapropter per suade tibi o mi Brute, me petere præturam. i. ac si peterem pro me. Enim. i. quia quanquam Lamia est summo splendore, suprema gratia. i. ad summam gratiam in populo, magnificentissimo munere ædilicio. i. propter munus ædilicium ab eo magnificentissime exhibitum: tamen ego suscepi i. ad me cepi, totum negotium, quasi ea s. iam dicta, hoc est splendor, gratia, & munus ædilicium præclare exhibitum non essent ita. Nunc si tu facis. i. æstimas me tanti. quanti certe facis; quando. i. quoniam tu tenes i. in potestate habes centurias equitum, in quibus regnas, quia imperator es, mitte ad Lupum nostrum, vt is conficiat. i. fauorabiles faciat centurias. Ego non tenebo te pluribus. s. præcibus occupatum: ego ponam in extremo. i. in fine epistolarum, quod sentio. o mi Brute, cum ego expectem. i. sperem omnia à te, nihil est, quod possis facere mihi gratius.

ARG. Commendat eundem Lamiam.

M. CICERO S. D. D. BRVTO IMP. 17

*LAMIA vno omnium familiarissime vtor. magna eius in me non dico officia, sed *merita, eaq; sunt populo Rom. notissima. is, magnificentissimo munere ædilitatis perfunctus, petit *præturam: omnesq; intelligunt, nec dignitatem ei deesse, nec gratiam. sed is ambitus extare videtur, vt ego omnia pertimescam, totamq; petitionem Lamiæ mihi sustinendam putem. in ea re quantum me possis adiuuare, facile perspicio: nec vero, quantum mea causa velis, dubito. velim igitur, mi Brute, tibi persuadeas, nihil me maiore studio à te petere, nihil te mihi gratius facere posse, quàm si omnibus tuis *opibus, omni studio Lamiam in petitione iuueris. quod vt facias, vehementer te rogo. Vale.*

ep.19.l.10.

quæ, bñficio in se collato; ædilitatem consequebatur.

pro eo quãti valebis.

HVBER. LAmia} Eodem argumẽto, quo & in præced. epistola commendat Cicero Lamiam D. Bruto, vt eum adiuuet in obtinenda prætura. quo nihil sibi gratius fieri posse affirmat. {Perfunctus munere ædilitatis} quia, vt vidimus supra lib. 10. ad Furnium, dabatur prætura post ædilitatem. {Is ambitus} multorum qui petunt hanc præturam ambientes hunc & illum. {Sustinendam mihi} tuendam, meis humeris suscipiendam. {Opibus} facultatibus, & auxilijs.

ASCEN. LAmia &c.} Commendat eodem argumento eundem Lamiam, quem in superiori epist. D. Bruto; vt eum adiuuet in obtinenda prætura, quia nihil sibi gratius fieri posse affirmat. Ordo est. Ego vtor Lamia. s. Lucio, vno. i. solo familiarissime omnium magna sunt eius in me, non dico officia, quæ sunt quasi debita, sed merita i. beneficia gratis impensa, & ea sunt notissima P. R. Is perfunctus magnificentissimo munere ædilitatis, petit præturam. omnesque intelligunt, nec dignitatem ei dedisse, nec gratiam. Sed is ambitus i. corruptio suffragiorum per munera aut preces, videtur extare. i. eminere, vt ego pertimescam omnia. s. pro amico, & putem totam petitionem Lamiæ sustinendam mihi. i. tanquam meam iuuandam. ego facile perspicio quantum possis iuuare me in ea re, nec vero dubito quantum velis causa mea. Velim igitur o mi Brute, sup. vt persuades tibi, me nihil petere à te maiore studio, te nihil posse facere mihi gratius, quàm si iuueris Lamiam in petitione. s. præturæ, omnibus opibus. i. facultatibus tuis, & omni studio suo. s. tuo. Quod vt facias, rogo vehementer. Vale. Dubitet forsitan quispiam, cum de eadem prætura eiusdem anni pro eodem amico ab eodem Bruto petat, cur duabus id faciat epistolis. sed potuit alteram amicis Lamiæ dedisse ad Brutum, aut per suos misisse, alteram ipsi Lamiæ dedisse perferendam: aut forte, ne altera periret, duas scripsisse, non eiusdem penitus exempli, vt res magis cordi videretur, nec ipse verborum inops.

ARG. Reprehendit in Bruto non nullam timoris significationem.

M. CICERO S. D. D. BRVTO IMP. 18

*ETSI ex mandatis, quæ *Galbæ, Volumnioq; ad senatum dedisti, quid timendum, suspicandumq; putares, suspicabamur: tamen timidiora mãdata videbantur, quàm erat dignum tua; populiq; Rom. *victoria. senatus autem, mi Brute, fortis est, & habet fortes duces. itaq; moleste ferebat, se à te, quem omnium, quicunq; fuissent, fortissimum iudicaret, timidum, atque ignauum iudicari. etenim cum, te incluso, spem maximam omnes habuissent in tua virtute, florente Antonio; quis erat, qui quidquam timeret, profligato illo, te liberato? Nec vero Lepidum timebamus. quis. n. esset, qui illum tam furiosum arbitraretur, vt, qui in maximo bello * pacem velle se dixisset, is in optatissima pace bellum reip. indiceret? Nec dubito, quin tu plus prouideas. sed tamen, tam recenti gratulatione, quam *tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus, renouatio timoris magnam molestiam afferebat. Quare velim equidem, id quod spero, vt plane abiectus, & fractus sit Antonius: sin aliquid virium forte collegerit; sentiet, nec senatui consilium, nec P. R. virtutem deesse, nec reip. te viuo, imperatorẽ. XIIII. kal. Iun. Vale.*

ep.30.l.10.

Mutinensi.

vide ep.27. lib.10. & 8. lib.12.

in Pisonem.

HVBER. ETsi} Per Galbam & Volumnium miserat Brutus ad senatum se timere, ne Antonius vires reciperet, præsertim cum timeret, ne Lepidus fidem mutaret, & cum eo coniungeretur. quamobrem rescribit Cicero molestum fuisse senatui, quod ipse Brutus nunc profligato M. Ant. se timidum ostendat, cum existimaretur fortissimus, & in eo maxima spes esset, cum obsideretur, adhuc florente & integro Ant. ex quo arguit non decere eum timere, pro cuius victoria tantæ gratulationes factæ sunt. dicit autem non deesse animum senatui, nec defuturum contra Ant. si forte vires receperit. {Timendum} de Lepido, quem nunquam recte facturum putasti. {Suspicandum} vel de eodem Lepido, vel de Octauio. quia postquam Brutus de obsidione Mutinẽsi liberatus, missis caduceatoribus ad Cæs. per quos rogabat, vt quoniam flumen in medio esset, ad colloquium accedere vna vellet: ille, consulibus e medio sublatis, Brutum, velut hostem metuens, respondit, Non Brutum salutaturus huc accessi, sed Ant. oppugnaturus, cum quo conciliari non impium mihi fuerit. ob hæc igitur verba eum suspectum habuit Decius. {Fortis} intrepidus. {Incluso} obsesso. {Profligato} fuso. {Nec vero} nunc respondet ad suspicionem de Lepido. {Furiosum} insanum, mente captum. {Pacem velle} quia, vt lib. 10. visum est epistola, quæ incipit, Quod mihi pro summa, voluerat Lepidus conciliare pacem inter populum R. & Antonium. idem etiam ostendit epistola vlt. eiusdẽ libri. {Optatissima} quasi vehementer

hementer optauit. ʒ Ad omnia deorum templaʒ quia, vt scribit Appianus, supplicationes quinquaginta dierum, anniuersarias senatus habendas censuit ob res in Antonium gestas. quod nec vnquam, bello Celtico, nec alijs prœlijs decreuere Romani. prœterea vota publice suscepta sunt, si Antonium Decius opprimeret. ʒ Renouatioʒ quam feceras per mandata ad senatum missa, sed per Galbam & Volumnium. ʒ Vehemʒ cupio. ʒ Consiliumʒ prudentiam. ʒ Virtutemʒ animositatem, & fortitudinem. ʒ Te viuoʒ donec vixeris, nam Decio oēm consulum exercitum cōcesserūt Romani, cumq; solū imperatorē in Antonium decreuere.

ASCAN. ET si &c. ʒ Scripserat Brutus se timere vires, quas colligebat Antonius, quod displicere senatui, vtpote q̄ profligatum, timeret, nunc scribit Cic. cum tantam de eo spem conceperit. Ordo est. Etsi. i. q̄q̄ nos suspicabamur ex mandatis quę dedisti Galbæ, & Volumnio ad senatum. i. recitanda senatui, nos suspicabamur quid putares timendum, & suspicandum. i. pro suspicioso hn̄dum, aut vt suspiciosum timendum: tn̄ mandata videbātur timidiora. i. magis timida, q̄ erat dignum victoria tua & P. R. s. habita de Antonio. Autem. i. sed, o mi Brute, senatus est fortis, & habet duces fortes. Itaq; i. & ita ferebat moleste, se iudicari timidum atq; ignauum à te, quem iudicaret fortissimum oīum, quicunq; fuissent. Etenim cum, te incluso. s. Mutinæ, oēs habuissent spem maximam in virtute tua, florente Antonio. i. cum Antonius floreret; quis erat qui timeret quidq̄, illo. s. Antonio, profligato. i. decusso & pulso, & te liberato? q. d. nullus Nec vero timebamus Lepidum. quis. n. esset qui arbitraretur illum. s. Lepidum tam furiosum, vt. qui dixisset se velle pacem in. i. durante maximo bello: is indiceret. i. denuntiaret reipub bellum, in pace optatissima? q. d. nullus. & tn̄ secus euenit. Nec dubito quin tu prouideas plus. i. q̄ vt hoc perspicias. Sed tn̄ renouatio timoris afferebat magnam molestiam supp. in gratulatione tam recenti. i. tam paulo ante habita, quam fecimus tuo nomine ad oīa templa deorū per supplicationes. s. indictas 50. dierum. Quare ego velim quidem id quod spero, vt Ant. sit plane. i. oīno fractus & abiectus. Sin. i. sed si ipse collegererit forte aliquid virium; sentiet, nec cōsilium deesse senatui, nec virtutem. s. bellicam. i. animositatem: & fortidinē deesse P. R. nec imperatorem deesse reip. te viuo. i. tantisper dum tu viues. xiiij. cal. Iun.

ARG. Timere se scribit reip. vicem: & Vicetinos commendat.

D. BRVTVS S. D. M. CICERONI. 19



AD senatum quas literas misi, velim prius perlegas; & si qua tibi videbuntur, commutes. necessario me scripsisse, ipse animaduertes. nam cum putarem Quartam & Martiam * legiones mecum futuras, vt Druso, Paulloq; placuerat, * vobis assentientibus; minus de reliquis * rebus laborandum existimaui. nunc vero cum sim cum tironibus egentissimis; valde & meam, & vestram vicem timeam necesse est. * Vicetini me, & M. Brutum præcipue obseruant. his ne quam patiare iniuriam fieri in senatu vernarum causa, à te peto. causam habent optimam, officium in * rempub. summum, genus hominum aduersariorum seditiosum, & inertissimum. XII. kal. Iun. Vercellis.

supra, ep. 54.
reliquo senatu.
quas a vobis non impetrabam.
sic in antiquis monumentis.
libri veteres, reip.

MVSAR. AD senatumʒ Cum scripsisset Decius ad senatum de opinione, quam haberet de bello conficiendo, & de suspicione sua, de Cæs. & Lepido, & vt mitterētur ad se duæ legiones, misit prius eas literas ad Cic. rogauitq; ipsum, vt commutet quidquid videbitur prius, q̄ recitentur in senatu. ʒ Prius quāmʒ recitentur in senatu. ʒ Necessarioʒ ex necessitate. ʒ Vobis assentientibusʒ vobis approbantibus. s. vt illæ duæ lectiones essent. ʒ De reliquisʒ si minus habuissem reliqua, vt vellem. ʒ Minus laborandumʒ minus curandum. ʒ Egentissimisʒ omni facultate militari carentibus. ʒ Vicemʒ periculum, vt Virgil. in 4. Nec tela, nec vllas vitauisse vices Danaū Significat etiam incōmodum & pœnam, vt Horat. 1. Car. Vicesq; superbæ Te maneant ipsum ʒ Obseruantʒ habent in magno honore. ʒ Quamʒ aliquam. ʒ Iniuriamʒ iniustitiam. ʒ Vernarumʒ seruorum. ʒ Optimamʒ iustissimam. ʒ Genus hominumʒ adducit in odium eorum aduersarios, dicens seditiosos esse: item in contemptum, cum dicat eos esse inertissimos, i. sine vlla industria & virtute. ʒ Vercellisʒ nomen oppidi, quod Strabo non longe esse à Placentia ostēdit lib. 5. his verbis: Superioribus vero annis opera dabatur, cum Vercellę auri fodinā haberent, & in ictu mulorū vico & alio huic vicino, vterq; vero Placentiæ finitimus est. sunt & Vercellæ supra Nauariam circa x milia passuum alia, vt puto vrbs ab hac.

ASCEN. AD senatum quas &c. ʒ Scripserat ad senatum Brutus literas de belli conficiendi opinione, de Cæs. & Lepidi coniunctione, quas à Cic. commutari petit. Ordo est. Ego velim supp. vt perlegas prius eas literas, quas misi ad senatum, sup. quam reddantur senatui. & velim sup. vt commutes, si qua videbuntur tibi supp. commutanda. ipse. i. tute animaduertes. i. animaduertendo intelliges me scripsisse necessario. Nam cum putarem Quartam, & Martiam legiones futuras mecum, vt placuerat Druso, & Paulo, vobis assentientibus: ego existimaui minus laborandum. i. minus anxie agendum & curandum de reliquis rebus. Nunc vero cum sim cum tironibus. i. nouitijs in re militari, egentissimis. s. armorum, commeatus, & stipendij: necesse est sup. vt timeam valde & meam, & vestram vicem. i. sortem aut periculum quod per vices obitur. dum. n. vices alterius obimus, eius quoq; pericula obimus. vnde vices pro periculis quandoq; ponimus. vt Aen. 2. Nec tela, nec vllas Vitauisse vices Danaum &c. Vicentini. s. populi, de certis tamen ciuibus loquitur, non de omnibus. obseruant. i. colunt, & honorant me & M. Brutum. s. fratrem. peto à te sup. vt nequaquam patiare iniuriam fieri his in senatu causa vernarum. i. eo q̄ læserunt vernas. i. seruos, ex ancillis alterius familiæ potentis natos. Ipsi habent optimā causam, iudicio. s. Bruti, habent officium. s. suum, summum in. i. erga rempub. & habent genus hominum aduersariorum seditiosum & inertissimum. i. minime industrium.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Ostendit principio Brutus, quàm sit solicitus pro Ciceronis salute: deinde suadet, vt omnia ex militum voluntate faciat: &, quid ei nunc agat, exponit.

D. BRVTVS S. D. M. CICERONI. 20



QVOD pro me non facio, id pro te facere meus in te amor, tuaq; officia cogunt, vt timeam. sæpe n. mihi cum esset dictum, neq; à me contemptum, nouissime Labeo Segulius, homo sui simillimus, narrauit mihi, apud Cæsarem se fuisse, multumq; sermonem de te habitum esse: ipsum Cæsarem nihil sane de te questum. nisi dictum, quòd diceret te dixisse laudandum adolescentem, ornandum, tollendum; se non esse commissurū, vt tolli possit. hoc ego Labeonem credo illi retulisse, aut finxisse dictum, non ab adolescente prolatum. Veteranos vero pessime loqui, volebat Labeo me credere, & tibi ab ijs instare periculum, maximeq; indignari, quòd in Xuiris neq; Cæsar, neq; ego * habiti essemus, atq; omnia ad vestrum arbitrium essent collata. Hæc cum audissem, & iam in itinere essem, committendum non putaui, prius vt alpes transgrederer, quàm, quid istic ageretur, scirem. nam de tuo periculo, crede mihi, iactatione verborum, & denuntiatione periculi sperare eos, te perterrefacto adolescente impulso, posse magna consequi præmia; & totam istam cantilenam ex hoc pendere, vt quamplurimum lucri faciant. neq; tamen non te cautum esse volo, & insidias vitantem. nihil. n. tua mihi vita potest esse iucundius, neq; carius. illud vide, ne, timendo, magis timere cogare: &, quibus rebus potest occurri veteranis, occurras: primum, quod desiderant de * Xuiris, facias: deinde, de præmijs, si tibi videtur, agros militum eorum, qui cum Antonio veterani fuerunt, bis dandos censeas ab * vtrisque nobis: de nummis, lente, ac ratione habita pecuniæ: senatum de ea re constituturum. quattuor * legionibus ijs, quibus agros dandos censuistis, video facultatem fore ex agris Syllanis, & * agro Campano. æqualiter, aut sorte agros legionibus assignari puto oportere. Hæc me tibi scribere non prudentia mea

ad agros veteranis diuidendos. ad Att. ep. 19. lib. 15.
vt Octauianus in decemuiris sit, ep. 24. h. l. App. lib. 3. de bello ciu.
me, et Octauiano.
Phil. 7.
cuius partē diuiserat Cesar, partē publica remiserat, de qua ep. 9. l. 2. & 10. lib. 8.

*tia mea hortatur, sed amor in te, & cupiditas otij; quod sine te consistere non potest. Ego, nisi valde necesse fuerit, ex Italia non excedam. legiones * armo, paro: spero me non pessimum exercitum habiturum ad omnes casus, & impetus hominum. de exercitu, quem Pansa habuit, legionem mihi Cæsar non remittit. Ad has literas statim mihi rescribe; tuorumque aliquem mitte, si quid reconditum magis erit, meque scire opus esse putaris. Vale. VIII. Kal. Iun. Eporædia.*

ad Antonium persequendum.

XVBRX.

QVod pro me} Labeo Segulius, quidā homo nequam, & discordijs gaudens, finxerat Cæsarem Octauianum domi suæ dixisse Ciceronem dixisse Cæsarem ornandum, tollendum. quod quidem verbum, cum Cæsar accepisset in aliam partem, ad dictum esset, molestissime tulit. præterea veteranos male loqui de Cicerone, quia prohibuisset Cæsarem & Decium in decemuiris esse, qui electi fuerant ad pecuniam distribuēdam militibus. Itaq; Decius his de rebus Cic. certiorem facit: monetq; vt vitet pericula, faciatq; de decemuiris, quod veterani velint: deinde, vt assentiatur de agris veteranis dandis ab ipso Decio, & à Cæs. & de legionibus quibus agri erāt assignandi. Postremo dicit, quid agat, & quid acturus sit. petitq; vt si quid sit secretius, eum certiorem faciat. {Amor cogit} sic Cicero in Lælio, seu de amicitia, Quam multa enim, quæ nostra causa nonq̄ faceremus, fecimus causa amicorum. {Neque contemptum} neq; paruifactum. quia res erat magni ponderis {Homo sui simillimus} q, à prauo ingenio suo non discendit. {Apud Cæsarem} domi Cæs. {Multumque sermonem} multa verba. {Dictum} s. à Cæs. {Ornandum} honorandum. {Tollendum} hoc verbum dixerat Cic. pro extollendum. sed, cum sit * ambiguum, acceperat Cæsar in malam partem, tollendum i. interficiendum Sic illud de Nerone, Quis neget Aeneæ magna de stirpe Neronem? Sustulit hic matrem: sustulit ille patrem. {Commissurum} permissurum, daturum cuipiam facultatem. {Non prolatum} s. credo pessime loqui. s. de te. {Instare} imminere. {Habiti} electi. Dicit. n. Appianus decem prætereà viros ad distributionem creauerunt, quibus noluerunt Cæsarem vndecimum addere {Ad vestrum arbitrium} vt vos velletis nobis exclusis. {In itinere} vt irem in Galliam transalpinam. {Eos} veteranos {Iactatione verborum} i. iactando & spargendo verba, quibus te perterrere faciant. {Et denuntiatione periculi} minando tibi malum & mortem. {Impulso} incitato propter verba tua in eum dicta. {Cantilenam} sermonem, fabulam, quam de te fingunt. {Pendere ex hoc} inde prouenire {Tamen} licet causa lucri hoc faciant. {Cogare timere} dando. s. causam timoris. {Occurri} prouideri. {De decemuiris} vt ego & Cæsar in eis simus. {De præmiis} quæ eis promissa sunt, vt reddantur {His nostris} veteranis. {Ab vtrisq; nobis} à me & à Cæs. {Lente} s. agas. {Ac senatum constit.} s. dicas. {Censuistis} iudicastis, decreuistis. {Facultatem} cōmoditatem. {Ex agris Syllanis} quos olim Sylla suis militibus distribuerat. {Ex agro Campano} quem Cæs. etiam viuens militibus suis distribuendum curauerat, vt scribit App. {Aequaliter} vt tantum detur vni, q̄ alij {Aut sorte} per iactum sortium, vt nemo possit queri factam sibi fraudem aut iniustitiam, quæ vel per æqualem diuisionem, vel per sortem fieri non potest. inde Virg. iustam reginam describens I. Aen. dixit, Operumq; laborem Partibus æquabat iustis, aut sorte trahebat. {Prudentia} q, a plus videam q̄ tu. {Valde necesse} maxima necessitas coegerit. {Non poss.} liptote. i. optimum. {Reconditū} secretū.

Paterculus lib. 2.

ASCEN.

QVod pro &c.} Audierat Brutus Octauium Cæs. ægre ferre q, Cicero dixisset eum tollendum: quod verbum in malam partem acceperat: & q, Cæs. ac Decium decemuiros esse prohibuisset. quocirca monet eum amice vt pericula deuitans de decemuiris, veteranos sequatur, & illis præmia assignet. Ordo est. Amor meus in te, & tua officia, sup. in me, & in rempub. cogunt me facere id pro te quod ego non facio pro me, videlicet vt timeam. Cum. n. dictum esset mihi sæpe, neq; contemptum. i. pro nihilo habitum, sed magni æstimatum à me, Labeo Segulius, homo simillimus sui. i. vt videtur ita perfidus, narrauit mihi nouissime. i. vltimo tpe, se fuisse apud Cæs. Octauium, & multum sermonem esse habitum de te: & narrauit ipsum Cæs. nihil questum sanè. i. omnino de te, nisi dictum. i. ob dictum, q, diceret te dixisse, sup. Cæsarem adolescentem laudandum, ornandum, tollendum. quod vltimum pōt dupliciter intelligi in bonam partem, vt sit extollendum & augendum, sicut pueri tolluntur, dū educantur. vnde Comicus, Quidquid peperisset, decreuerunt tollere. aut in malam, quasi de medio auferendum: sicut illud in Euangelio: Tolle, tolle, crucifige eum. Potuit aūt fieri, vt Cic. qui petulantis satis fuit ingenij, & se, vt in superioribus patuit, nonnunq̄ iactauit ob sales suos, tale quid de Cæs. per ambages dixerit, quod ille in peiorē partem acceperit. vnde Cæsar indignatus riiderit se non esse cōmissurum. i. passurum vt possit tolli. i. auferri de hoc mundo. Ego credo Labeonem retulisse. i. narrasse, illa s. Cæsari, hoc. s. à te dictum esse, aut finxisse dictum esse à Cæsare, non prolatum ab adolescēte. s. Cæsare. Vero pro sed, Labeo volebat me credere. i. vt crederem veteranos. s. milites loqui pessime. s. de te, & periculum instare. i. imminere tibi ab alijs, & sup. eos indignari. i. ægre ferre maxime. i. præcipue, q, neq; Cæsar, neq; ego essemus habiti in decemuiris i. inter decemuiros creatos ad reipub. gubernationem, donec consules crearentur, atq; volebat eos maxime indignari, q, omnia essent collata. i. redacta ad arbitrium vestrum. s. qui decēuiri essetis. Cum ego audissem hæc & essem iam in itinere. i. proficiscerer, non putaui cōmittendum i. q, deberem pati, vt transgrederer prius alpes, q̄ scirē quid ageretur istic, hoc est Romæ. nam crede mihi eos. s. veteranos sperare te perterre facto i. si fueris perterrefactus ex iactatione verborum. i. iactando verba de tuo periculo. i. quibus innuant te versari in magno periculo, & denunciatione. i. insinuatione periculi. s. in quo verseris, & adolescente. s. Cæs. impulso s. per eos in vos decemuiros, sperare dico posse consequi magna præmia; & crede mihi istam totam cantilenam. i. istam fictionem indignationis Cæs. pēdere. i. esse ortam ex hoc, vt lucrifaciant. s. vt lucrentur q̄ plurimum. Petierunt. n. agros sibi diuidi. Neq; tñ volo te non esse, immo volo te esse cautum & vitātem insidias. Nihil. n. potest esse mihi neq; iucundius, neq; carius vita tua. Vide. i. considera & caue illud, ne cogare. i. cogaris, timere magis timendo. i. si percipiaris timere: & sup. vt occurras. i. obsistas, veteranis, sup omnibus rebus quibus potest occurri sup. eis Et sup. vt facias primum, quod desiderant de decemuiris. i. vt ego & Cæs. in eis simus. deinde de præmiis i. quod attinet ad præmia. censeas, si videtur tibi. s. vtile agros eorum militum qui fuerunt veterani cum Ant. dando his. s. veteranis nostris. Et censendo sup. agi ab nobis vtrisque. i. me & Cæs. lente. i. tarde ac ratione. i. consideratione pecuniæ s. publicæ quæ minima est habita de numis. s. dandis militibus, hoc est licet veterani & agros & pecunias sibi decerni inpræmia petant, nos duntaxat de agris agimus nobiscum, de nomis autem lente: & censeas aut dicas senatum constituturum de ea re. Ego video facultatem fore ex agris Syllanis. i. quos olim Sylla suis distribuerat, & agro Campano in quatuor legionibus quibus censuistis agros dandos aut puto sorte oportere agros assignari legionibus æqualiter. Prudentia mea. q. d. quæ magna non est, non hortatur me tibi scribere hæc, sed amor in te & cupiditas otij. i. cessationis à bello, quod. s. otium non potest consistere. i. firmum & stabile esse sine te. Ego non excedam ea Italia, nisi fuerit valde necesse. Ego armo & paro legiones, & spero me habiturum exercitum non pessimum. i. satis vtilem ad oēs casus, & impetus hominum. Cæs. non remittit mihi legionem de exercitu quem Pansa habuit. quia reuera iam tum Cæs. spectare cœperat ad defectionem. Rescribe mihi statim post has literas, & mitte mihi aliquem tuorum, si quid erit magis & reconditum. i. occultum, & putaris opus esse me scire. i. vt ego sciam. Eporædia locus est vbi castra habebat.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Inficiatio dicti Segulij, & ad reliquas superioris epistolæ partes rñdet.

M. CICERO S. D. D. BRVTO IMP. 21

*DI istī Segulio * male faciant homini nequissimo omnium, qui sunt, qui fuerunt, qui futuri sunt. quid? tu illum tecum solum, aut cum Cæsare, qui neminem prætermiserit, quicum loqui potuerit, cui non eadem ista dixerit? te tamen, mi Brute, sic amo, vt debeo, quòd quidquid esset, nugarum me scire voluisti: signum. n. magnum amoris dedisti. Nam quòd idem Segulius ait veteranos queri, quòd tu & Cæsar in decemuiris non essetis: vtinam ne ego quidem essem: quid . n. molestius? sed tamen, cum ego sensissem, de ijs, qui exercitus haberent, sententiam ferri oportere: ijdem illi, qui solent, reclamarunt: itaq; excepti etiam estis, me vehemen*

sic locutus est ep. 11. lib. 5.

ter repugnante. quocirca Segulium negligamus, qui res nouas quærit: non quo veterem comederit: nullam.n. habuit: sed hanc ipsam recentem nouam deuorauit. Quod autem scribis, te, quod pro te ipso non facias, id pro me facere, vt de me timeas aliquid: omni te, vir optime, mihiq; carissime Brute, de me metu libero. ego.n quæ prouideri poterunt, non fallar in ijs: quæ cautionem non habebunt, de ijs non ita valde laboro. sim etenim impudens, si plus postulem, quàm homini à rerum natura tribui potest. Quod mihi præcipis, vt caueam, ne, timendo, magis timere cogar: & sapienter, & amicissime præcipis: sed velim tibi persuadeas; cum te constet excellere hoc genere virtutis, vt nunquam extimescas, nunquam perturbere, me huic tuæ virtuti proxime accedere. quamobrem neq; metuam quidquam, & cauebo omnia. sed vide, ne tua iam, mi Brute,* culpa futura sit, si ego quidquam timeam. tuis.n. opibus, &* consulatu tuo, etiam si timidi essemus, tamen omnem timorem abijceremus; præsertim cum persuasum omnibus esset, mihiq; maxime, nos à te vnice diligi. Consilijs tuis, quæ scribis, de quattuor legionibus, deque agris assignandis ab vtrisq; vestrum, vehementer assentior. itaque, cum quidam de* collegis nostris agrariam curationem ligurrirent, disturbaui rem, totamq; vobis integram reseruaui. si quid erit occultius, &, vt scribis, reconditum; meorum aliquem mittam, quo fidelius ad te literæ perferantur. Vale. Pridie non. Iun.*

recenti hereditate acceptam.

supra, ep. 14. cuius iam tempus appropinquabat.

supra, ep. 10.

de decemuiris.

HVBER.

DIj isti } Rñdet Cicero superiori epistolæ Decij, ostendẽs Segulium non solum locutum cum Cæs. id quod scripserat Brutus epist sua, sed etiam cum oibus quibuscum locutus est: quæ tñ vana & falsa esse ostendit, cum appellat nugas. deinde respondet singillatim ad reliqua, & præcipue, quia scripserat, vt caueret, ne timẽdo magis timeret: dicit se imitari ipsum Dec. in hac re, quia nunq̃ fuit timidus: se tñ vitaturum pericula assenditurq; ei de legionibus, & agris quod scripserat. { Dij } legitur &, Dei. est autem execratio & imprecatio. { Tecum } subaudi locutum putas. { Istud nugarum } istas nugas & ineptias, siue vanitates. { Ne ego essem } .s. in decemuiris: nam Cicero in eis erat. { De ijs } .i. ab ijs. i. cum iudicassem vos, qui habetis exercitus, oportere dicere sententiam vestram, sicut & reliquos decemuiros, quidam reclamarunt contra meam sententiã. { Qui solent } notat aliquos inuidos Decij. { Excepti } .i. exclusi. s. ex decemuiris. { Me repugnante } ne exciperemini. { Res nouas } alludit ad vocabuli æquiuocationem. nam res multa significat, inter alia negotium & patrimonium. ergo res nouas. i. noua negotia, nouas inuentiones. { Non quo veterem } .s. rem. i. patrimonium & substantiam { Nullam rem } significat maiores eius fuisse pauperrimos. { Deuorauit } indicat fuisse gulosum. { Libero metu de me } .i. nolim propter me aliquid timeas. { Cautionem } prouisionem, vt possint caueri. { A rerum natura } .i. quæ neminem facere potest plusquam prudentem. ergo esset impudentia mea, si vellem esse plusquam sapiens { Constet } notissimum sit. { Nunquã per. } quod officium est fortitudinis. { Accedere pr. } esse secundum post te. { Ligurrirent } assumerent gulose viuendo. { Reconditũ } quod non facile propaletur, & in lucem veniat. { Quo } .i. vt.

ASCEN.

DIj isti &c. } Rñdens superiori epistolæ Decij Cic. ostendit Segulium eum multis vana locutum. respondẽs deinde ad reliqua quæ scripserat Brutus, ad id præcipue quod scripserat, & vt caueret ne timendo magis timeret, dicens se imitari in hac re Decium, qui nunq̃ fuit timidus, Vitaturus tñ sic periculum. demum probat quod de legionibus scripserat. Ordo est. Dij male faciant isti. s. contẽptibili & pernicioso Segulio. s. Labeoni, homini nequissimo. i. minimæ virtutis, omnium qui fuerunt, & qui sunt, & qui futuri sunt. Hi perbolicos dictum. quid sup. putas tu illum sup. locutum solum. i. duntaxat tecum, aut cum Cæsare. s. Octauio, qui neminem prætermisit, qui cum. i. cum quo potuerit loqui, cui non dixerit ista eadem. Tamen. i. licet ille futilis & contemnendus sit, tamen o Brute ego amo te sicut debeo, quòd. i. quia tu voluisti me scire istud quidquid esset nugarum. Dedisti. n. s. hoc faciendo magnum signum amoris. Nam q̃ dicere Segulius ait veteranos queri. i. conqueri, q̃ tu & Cæsar non essetis in decemuiris. i. numero decemuirorum: vtinam ne ego quidem. i. non etiam ego esse. Quid n. sup. est molestius. s. q̃ cum magistratum nunc gerere? q. d. nihil. Sed tñ cum ego sensissem oportere sententiam ferri de ijs, qui haberent exercitus, quales erant Brutus & Cæs. illi iidem qui solent. i. noti obmurmuratores, reclamarunt. Itaq; vos estis excepti. s. e decemuiratu, me etiam repugnante vehementer. Quocirca. i. qua propter, negligamus. i. contẽnamus Segulium, qui quærit res nouas. i. immutationem statuum, non q̃ comederit rem. i. substantiam suam veterem: data opera vtitur vocabulo æquiuoce nam res nouæ dñr nouæ rerum administrationes, sicut rerum potiri est earum administratione, aut imperio fungi. Res autem singulariter est aut Venus, aut his, aut substantia. alludit ergo ad vocabuli æquiuocationem. nullam. n. habuit. s. rem veterem: sed deuorauit hanc ipsam. s. modicam, quam habuit, recentem i. recenter à patre per mortem eius acceptam, & ita non permisit eam fieri veterem. Quod autem scribis. s. in principio epistolæ, te facere id pro me, qui. s. de te nihil timeas, o Brute vir optime & carissime mihi ego libero te omni metu de me. i. nolo quidq̃ metuas de me, aut pro me. & est stomachose satis dictum. Ego. n. non fallar in ijs quæ poterunt prouideri, & ego non laboro ita. i. multum valde, de iis. s. si decipiar in iis quæ non habebunt cautionem. i. quæ nullo humano consilio caueri poterunt. Etenim. i. quia ego sim impudens i. inuerecundus ac petulans in petendo, si postulem plus q̃ potest tribui homini à natura rerum, quæ vnicuiq; rei limites constituit, ita vt minus videãt homines q̃ dij Quod præcipis mihi, vt caueam, ne timendo cogar magis timere: tu præcipis. i. mones sapienter & amicissime: sed velim sup. vt persuadeas tibi, cum constet te excellere hoc genere virtutis, vt nunq̃ extimescas & sup. nunq̃ perturbere, me accedere. i. appropinquare proxime huic virtuti tuæ, hoc est me non multo minus imperterritum esse q̃ te. Quamobrem neq; metuam. i. non timebo quidq̃, & cauebo omnia. s. metuenda. Sed o mi Brute vide ne tua culpa futura sit si ego timeã quidq̃ Enim .i. quia, etiam si essemus timidi. s. à natura, tñ abijceremus oẽm timorem tuis operibus. i. potentiis & consulatu tuo. s. freti, præsertim cum esset persuasum omnibus, & maxime mihi, nos diligi vnice à te. Ego assentior vehementer consiliis tuis, quæ scribis de quattuor legionibus, & de agris assignandis ab vtrisq; vestrum. i. te & Cæsare. Itaq; cum quidam de collegiis nostris. i. de decemuiris ligurrirent. i. iam quasi rem dulcem lingerent & degustarent, sperantes ea ex re lucrum, aut fauorem sese capturos, curationem agrariam. i. agrorum distribuendorum curam, ego disturbaui rem & reseruaui sup. eam vobis totam integram. Si quid erit occultius, &, vt scribis, reconditum; ego mittã aliquem meorum, quo. i. vt literæ perferantur ad te fidelius. pridie &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Commendat Appium Bruto: &, vt eum in ciuitate, ex qua inimicorum iniuria expellebatur, retineat, petit.

M. CICERO S. D. D. BRVTO IMP. 22

CVM App. Claudio C. F. summa mihi necessitudo est, multis eius officijs, & meis mutuis constituta. peto à te maiorem in modum, vel humanitatis tuæ, vel mea causa, vt eum auctoritate tua, quæ plurimum valet, conseruatum velis. volo te, cum fortissimus vir cognitus sis, etiam clementissimum existimari. magno tibi erit ornamento, nobilissimum adolescentem beneficio tuo esse saluum. cuius quidem causa hoc melior debet esse, quòd, pietate adductus, propter patris restitutionem se cum Antonio coniunxit. quare etsi minus* veram causam habebis, tamen vel probabilem aliquam poteris inducere. nutus tuus potest hominem summo loco * natum, summo ingenio, summa virtute, officiosissimum præterea, & gratissimum, incolumem in ciuitate retinere. quod vt facias, ita à te peto, vt maiore studio, magis ve ex animo petere non possim. Vale.*

in Cæsaris nece, & Mutinensi expetione.

.i. æquam, vt alibi. nobilissimi .n. Claudij, non modo patricij, & Pulchri, ac Nerones, sed plebeij etiam, Marcelli.

HVBER.

CVm App } Commendat Cicero diligẽtissime D. Bruto Appium quẽdam, quocum maximam sibi & iustissimam necessitudinẽ esse dicit. Rogat aũt Decium, vt eum contra aduersarios, qui eum vehementer oppugnabant, & vrbe elicere studebãt, tueatur, & in vrbe retineat, cum facillime id facere possit quem eo beneficio dignum esse oñdit. { Meis mutuis } in

tuis}in eum vicissim collat's.{Constituta}confirmata. {Volo} sensus,volo q homines ita existiment te clementissimum, sicut existimauerunt fortissimum quod assequeris,si hunc defenderis. {Patris}.s.sui. {Minus veram} minus bonam & iustam. debuerat.n.quàtum conicimus,aliquid mali admisisse.{Probabilem} proximam veræ.verisimilem quod patrono cuique conceditur. {Mitius potest} alius codex, satis emendatus habebat, Nutus tuus potest, quod magis placet, vt sit sensus: solo nutu tuo potes hominem incolumem in patria retinere.

ASCEN.

CVm App.&c }Commendat diligètissime D.Bruto Appium quendam,quicum maximam sibi dicit esse necessitudinem. rogatq; vt eum tueatur contra aduersarios, qui eum eiicere ex vrbe contendebant, dicens, Summa necessitudo.i.necessaria coniunctio amicitiæ est mihi cum App. Claudio filio Caij.s.Claudij instituta.i.inita & comparata, multis officiis eius,& meis mutuis. Peto à te maiorem in modum.i. obnixe,vel causa humanitatis tuæ vel meæ vt velis eum conseruatum.i.saluum esse auctoritate tua quæ valet plurimum. Volo te, cum sis cognitus vir fortissimus, existimari.i.iudicari etiam clementissimum.Erit tibi magno ornamento adolescentem nobilissimum esse saluum.i.conseruatum beneficio tuo. Cuius.s. adolescentia causa debet quidem esse melior,hoc.i.propter hoc, q ipse adductus pietate.s.in patrem,coniunxit se cum Ant.propter restitutionem patris s.sui Quæ e etsi i.q̄q̄, habebis causam minus veram.i.non satis iustam: tamen poteris inducere vel.i. saltem aliquam probabilem Nutus tuus.i.solum indicium voluntatis, potest retinere incolumem in ciuitate hominem natum summo loco.i.clarissimis natalibus,& summo ingenio.i.& summa virtute, præterea.i.præter illas dotes, officiosissimum.s. in conferendis beneficiis,& gratissimum in reddendis.Quod vt facias.i.vt incolumē retineas, ego peto à te ita,vt nō possim petere maiore studio,vel pro vel magis ex animo.i.sentētia mea.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortat Ciceronē, vt bono sit animo,nec quidq̄ timeat.causas asserit, Lepidi,(sed falso id tibi persuaserat)integritatē,& fortes suos exercitus.

D. BRVTVS S. D. M. CICERONI. 23

*NOs hic valemus rectè; &, quo melius valeamus, operam dabimus. Lepidus commode * de nobis sentire videtur. omni timore deposito, debemus libere reip. consulere. quòd si omnia essent aliena, * tamen tribus tantis exercitibus, proprijs reip. valentibus, magnum animum habere debebas, quem & semper habuisti, & nunc, fortuna adiuuante, augere potes. Quæ tibi superioribus literis mea manu scripsi, terrendi tui causa * homines loquuntur. si frænum momorderis; peream si te omnes, quotquot sunt, conantem loqui ferre poterunt. Ego, tibi vt antea scripsi, dum mihi à te literæ veniant, in Italia morabor. Vale. VIII. kal. Iun Eporedia.*

vide Pantum M. in ep. sequēti. Bruti, Planci, Octauiani.

De Segulio maxime intelligi. supra, ep. 20.

HVBER.

NOs hic}Hortatur Decius Cic.vt bono sit animo, & nihil de rep.timeat.dicit autem Lep.bene de se sentire,de quo antea suspicatus fuerat,vt suprà sæpe visum est. iustam autem causam nullius timoris esse ostendit, cum habeat tres exercitus ita fortes. præterea quæ supra scripserat, dicit homines loqui & diuulgare,vt terreant ipsum Cic.Hortatur autem,vt in eos sit fortis.{Commode} bene. {Libere} sine cuiusquam respectu. {Si omnia essent aliena}.i si alia omnia nobis deessent. vel essent contraria. {Tribus} mei, Cæs & Planci. {Valentibus}fortibus.{Augere}Habere maiorem quàm vnquā habueris {Quæ scripsi} i.fuisse dicta à Segulio.{Si frænum momorderis} i.si eos contempseris.translatio sumpta ab equo,qui cum sessorem, vel equitem contemnit, frænum mordet. {Peream} iurantis est. {Quotquot sunt} .i.etiam si essent infiniti. {Conantem}volentem, tentantem.

ASCEN.

NOs &c.} Hortatur Decius Ciceronem vt bono sit animo, q de rep.bene speret, cum Lepidus iam bene sentiat, & ipse bonas habeat copias. Ordo est. Nos valemus hic rectè, & dabimus operam quo.i.vt valeamus melius. Lep.videtur sentire commode.i.bene & vtiliter de nobis.nos debemus consulere reip.libere, omni timore deposito. Quòd si omnia essent aliena.s.à nobis, tamen tu debebis habere magnum animum,tribus tantis exercitibus,propriis reip.valentibus.i.cum tres tales exercitus reip.proprij sint valētes.s.meus, Cæs.& Planci,quem.s.animum &.i.simul habuisti semper, & potes nunc augere,fortuna fauente.i.aspirante.Homines loquuntur causa tui terrendi.i. vt te terreant,ea quæ scripsi tibi mea manu literis superioribus.Propria aūt manu secreta & recōdita scriptitabant,Scribæ suis manibus vulgaria.Si momorderis frænum .i.pertinaci animo contra omnia terricula restiteris.tracta metaphora ab equo, qui dum equiti obtemperare non vult, frænum mordet,& dētibus tenet.peream,si omnes,quotquot sunt, poterunt ferre te conantem loqui. Ego, vt scripsi tibi antea, morabor in Italia dum.i.donec,literę veniāt mihi à te. Octauo &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Ostendit sibi persuasum superiore epistola, vt oēm timorem deposuerit,

M. CICERO S. D. D. BRVTO. 24

*NARRO tibi: antea subirascebar breuitati tuarum literarum: nunc mihi loquax esse * videor. te igitur imitabor. Quàm multa quàm paucis: te rectè valere, operamque dare, vt quotidie melius: Lepidum commode sentire: tribus exercitibus quiduis nos oportere confidere. si timidus essem, tamen ista epistola mihi omnem metum abstersisses. sed, vt mones, frænum momordi. etenim, qui, te incluso, omnem spem habuerim in te; quid nunc putas? cupio iam * vigiliam meam, Brute, tibi tradere, sed ita, vt ne desim constantiæ meæ. Quod scribis, in Italia te moraturum, dum tibi literæ meæ veniant: si per hostem licet, non erraris. multa.n. Romæ. sin aduentu tuo bellum confici potest: nihil sit antiquius. Pecunia, expeditissima quæ erat tibi, decreta est. Habes amantissimum * Seruilium. nos non desumus. Vale. VIII. id. Iun.*

cum te videam tam paucis tam multa complectī.

trāslatio ab excubantibus militibus. nox autē in quattuor vigilias distributa.

Isaurici filium, consularem.

HVBER.

NArro} Rñdet Cic.superiori epistolæ breuiter, vt dicit Imitatione ipsius Decij. dicit autem oēm timorem, si modo esset timidus, potuisse sibi penitus amoueri illa eius epist {Narro} q.d fateor tibi.legitur tamē in alijs cod. Parum tibi subirascebar.{Breuitati} q minus breuiter scriberes.{Loquax}nimium verbosus.{Imitabor te}breuibus scribam,sicut soles.{Quàm multa}.s.dicā vel scribam.{Paucis}verbis.{Te recte valere}ordo est,si timidus essem,tn̄ abstersisses mihi oēm metum ista epist.s.q vis nos recte confidere,te recte valere.i.q recte valeas.{Lepidum sentire commode}.i.q Lepidus commode sentiat de te &c.{Frenum momordi}frenum accepi dentibus.{Etenim}ratio à minori ad maius,est aūt sensus,si audebā spe tui,cum eras obsessus: quid nunc putas me facere,cum obsidione liberatus? potes me multo magis defendere.q.d.multo magis audeo.{Vigiliam}custodiam reip. vigilare.n.pro diligenter seruare ponitur. Iuuen. Sed vigilat consul. {Vt non desim constantiæ},i.ne videar facere ex leuitate. {Si per hostem licet} .i.si hostes te permittent morari. {Multa} .s.sunt noua. {Confici}finiri.{Antiquius} carius.s.quàm conficere bellum.

ASCEN.

NArro &c.} Rñdet breuiter superiori epistolæ, dicens se imitari in breuitate epistolarum ipsum Brutum,& oēm timorem,si modo timidus fuisset,potuisse illius epist.deponere. Ordo est Ego subirascebar.i.succensebam tibi parum antea breuitate i.propter breuitatem literarum tuarum, & ego videor mihi nunc esse loquax. Ego igitur imitabor te.s. breuiter rñdebo ad ea quæ breuiter scripsisti q̄.i.o quantum, multa sup.scripsisti,q̄ paucis,sup.verbis. Scripsisti.n.te rectè valere,& dare operam sup.vt valeas quotidie melius: Lepidum sentire commode i.vtiliter pro rep.nos oportere confidere quiduis .i.quodlibet bonum,tribus exercitibus s Bruti,Planci,& Lep.Si essem timidus, tamen tu abstersisses mihi oēm metum ista epist. Sed vt mones, ego momordi frænum.i.contra impetū vires assumpsi.Sicut equus recalcitrare volens contra sessorem ne fręno obediat, frænum mordicus tenet. Etenim quid putas sup.nunc facere, aut quam spem habere me, qui habuerim oēm spem in te incluso? Brute, ego cupio tradere iam tibi vigiliam meam i. solicitudinem & curam pro rep.q.d.non opus est, vt ipse vigilem,dum tu pro rep.excubabis,sed ita sup.cupio tradere,vt non desim constantiæ meæ. Quod scribis te moraturum in Italia, dum.i.donec literæ meæ veniant.i.afferantur tibi, non erraris: pro erraueris,si licet per hostē.i.hostis quoq; in Italia manserit.

Molta.n.sup.dicuntur & fiunt Romæ seditiose, aut quid simile intelligit. Si bellum potest confici.i finiri, in aduentu tuo.i.statim cum ad hostem perueneris: nihil sit antiquius.i.carius.pecunia, quæ erat expeditissima.i.paratissima, est decreta tibi.tu habes Seruilium amantissimum.s. mi.nos non desumus sup. tibi.

PAVL. MANV.

Lepidus commode de nobis sentire videtur} De nobis, dixit, id est, de rep. vt lib.x.ep.18. Magnum periculum ea pars exercitus adiret, quæ bene de rep. sentit. Nec aliter in antiquis libris video scriptum esse. Ideo, cum adolescens legendum existimassem, Commode nobis; tamen, dissentientibus antiquis libris, nihil sum ausus, immutare, opinionem meam in varijs lectionibus testatam esse volui. nunc video non nullos in suo libro.imprimi voluisse, Commodè nobis.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Ne nihil ad Brutum literarum, cum occasio esset, daret, scribit in eo, vt accendat hominem, omnem spem esse: & de M. Bruto, quem ad commune bellum vocarat, nuntiat.

M. CICERO S. D. D. BRVTO IMP. 25

EXPECTANTI mihi tuas quotidie literas Lupus noster subito denuntiauit, vt ad te scriberem, si quid vellem. ego autem, etsi, quid scriberem, non habebam; (acta.n. ad te mitti sciebam: inanem autem sermonem literarum tibi iniucundum esse audiebam) breuitatem secutus sum te magistro. scito igitur in te, & in collega spem omnem esse. De Bruto autem nihil adhuc certi: quem ego, quemadmodum præcipis, priuatis literis ad bellum commune vocare non desino. qui vtinam iam adesset: *intestinum vrbis malum quod est non mediocre, minus timeremus. Sed quid ago? non imitor λακωνισμὸν tuum. altera iam pagella procedit. vince, & vale. XIIII. kal. Quint.*

L. Planco, supra, ep.14

erat. n. qui Octauianũ, interfectis Pansa & Hirtio, ad petitionem consulatus incitarent. ep. 24.l.10. HVBER.

Expectanti} Hac epist. hortatur Cicero Brutum, vt diligentissime agat pro rep. spem.n.totam esse in eo, & in Plãco. deinde dicit M. Brutum vocari ad hoc bellum Italicum: quĩ si adesset, minus mali timeretur. {Acta} quæ in vrbe fiunt, & in scripta rediguntur, quæ acta appellantur. {De Bruto}.s. Marco. {Priuatis} meo nomine scriptis, non autem nomine senatus. {Intestinum} ciuile. {Non est mediocre}.i. maximum est, liptote. {Sed quid ago} videbat Cic. se nimium multa scripsisse, ideo repressit. {λακωνισμὸν}.i. breuitatem. Lacones.n. breuiloqui esse consueuerunt, vnde laconismos breuiloquium dicitur. {Altera} secũda. {Iam procedit}.s. plena iã prima pagella.

ASCEN.

Expectanti &c.} Hortatur Cic. Br. vt diligentissime agat pro rep. cum in eo & Planco tota sit spes. dicitq; M. Brutum vocandum ad id bellum: quia si adesset, minus mali timeretur. Ordo est. Lupus noster denuntiauit subito mihi expectanti quotidie literas tuas vt scriberem ad te si quid vellem. ego autem etsi non habebam quid scriberem; (sciebam enim acta.s. publica mitti ad te, autem i sed, audiebam sermonem literarum inanem.i. minime necessarium esse iniucundum tibi) secutus sum breuitatem te magistro.i. qui id te ipsũ docuisti. Scito igitur omnem spem esse in te, & in collega.s. Planco. Autem.i. sed nihil sup. habeo, aut audiui adhuc certi de Bruto.s. Marco, quem ego non desino vocare ad bellum commune, quẽadmodum præcipis, literis.s. meis priuatis.i. mea auctoritate non pub. scriptis. qui vtinam adesset iam: nam timeremus minus.s. quam nunc facimus, malum vrbis intestinum i. internum quod est inter ciues qui sunt sub vnis mœnibus vt intestina sub vna pelle. Sed quid ago? Ego non imitor.s. vt constitueram, λακωνισμὸν .i. formam scribendi breuitate Laconica. altera pag.s. tabellæ procedit.i. occupatur scriptura. vince.s. hostes, & vale.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Iam Lepidus coniunctus erat Antonio, cum diligenter monet Brutus vt curæ sit omnibus resp. & petit a Cicerone, vt senatus postulata illius impleat.

D. BRVTVS IMP. S. D. M. CICERONI. 26

haec cum ironia. ex Macedonia.

IN maximo meo dolore hoc solatio utor, quòd intelligunt homines, nõ sine causa me timuisse ista, quæ acciderunt. Deliberent, vtrum transiiciant legiones ex Africa, nec ne, & ex Sardinia; Brutum* accersant, nec ne; mihi stipendium dent, an non; decernant. ad senatum literas misi. crede mihi, nisi ista omnia ita fiunt, quemadmodum scribo, magnum nos *omnes adituros periculum. rogo te, videte, quibus hominibus negotium detis, qui ad me legiones adducant. & fide opus est, & celeritate. Vale. III. non. Iun. ex castris.*

verissimum augurium. nam mense Nou. inita inter Lepidum, Oct. & Ant. societate, & omnes, & omnia pene re. Velleius Dio, & alij. HVBER.

In maximo} Cum semper habuisset Decius suspectum Lepidum, ne se coniungeret cum Ant. molesteque tulissent quidam eius timorem, quem antea credebant esse intrepidum: postquam Lepidus se coniunxit, dicit se hac re consolari dolorem suum, quòd homines intelligunt eum non sine causa timuisse. dicit autem quæ scripserit ad senatum, & ab eo petiuerit; quæ omnia nisi fiant, vt scripsit; ostendit remp. in maximo periculo fore. & quoniam duas legiones ad se mitti petiuerat, rogat, vt fidelibus viris mandetur id negotium. {Quæ acciderunt} de coniunctione Lepidi & Ant. licet possimus intelligere de mutatione Cæsaris. {Traiiciant} trãsmittant. {Brutum} Marcum. {Nec ne} an non. {Quibus} qualibus. {Negotium} curam. {Fide} vt sint fideles, & celeriter adducant.

ASCEN.

In maximo &c.} Cum Decius habuisset Lep. semper suspectum ne Ant. se coniungeret, & ob id meticulosior haberetur; postquam Lep. illi coniunctus erat, hac epist. dicit iam patere quod non sine causa timuerit &c. Ordo est. Ego vtor in maximo dolore meo hoc solatio quòd homines intelligunt me timuisse ista quæ acciderunt.s. perfidia Lepidi non sine causa. Ego misi literas ad senatum vt sup. deliberent, vtrum traiiciant legiones.i. transmittant in Italiam ex Africa, nec ne.i. an non, & accersant.i. vocent ad se Brutum ex Sardinia, nec ne, & sup. an dẽt mihi stipendium, an non decernant.s. dandum. Crede mihi o Cic. nisi ista omnia fiunt ita quemadmodum scribo.i. nisi legiones accersuntur, & stipendium decernitur mihi, nos omnes adituros magnum periculum. Rogo te videre.i. vt attendas, quibus hominibus detis negotium qui adducant legiones ad me. opus est & fide & celeritate. Tertio &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Purgat se apud Matium Cicero, quòd non labefactauerit eius famam; sed dignitatem potius, & auctoritatem Matij defenderit.

M. CICERO S. D. C. MATIO. 27

*NONDVM satis constitui, molestiæ ne plus, an voluptatis attulerit mihi Trebatius noster, homo tum plenus officij, tum vtriusque nostrum amantissimus. nam cum in Tusculanum vesperi venissem; postridie ille ad me, non dum satis firmo corpore cum esset, mane venit. quem cum obiurgarem, quòd parum valetudini parceret: tum ille, nihil sibi fuisse longius, quàm vt me videret. numquidnam, inquam, noui? detulit ad me querelam tuam: de qua prius quàm respondeo, pauca præponam. Quantum memoria repetere præterita possum, nemo est mihi te amicus antiquior. sed VETVSTAS habet aliquid commune cum multis, amor non habet. dilexi te, quo die cognoui, meq; à te diligi iudicaui. tuus deinde discessus, isq; diuturnus, ambitio nostra, & vitæ dissimilitudo non est passa voluntates nostras consuetudine conglutinari. tuum tamen, erga me animum agnoui multis annis ante bellum ciuile, cum Cæsar esset in Gallia. quod *.n. vehementer mihi vtile esse putabas, nec inutile ipsi Cæsari, perfecisti, vt ille me diligeret, coleret, haberet in suis. Multa præterea, quæ temporibus illis inter nos* familiarissime dicta, scripta, communicata sunt. grauiora.n. sunt consecuta. Et initio belli ciuilis, cum Brundisium versus ires ad Cæsarem, venisti ad me in Formianum. primũ, hoc ipsum quanti, præsertim temporibus illis? deinde, oblitum me putas consilij, sermonis, humanitatis tuæ? quibus*

a vetustate.

a mutua beneuolentia.

a beneficijs.

a familiaritate.

ab officio.

bus rebus interesse memini Trebatium. Nec vero oblitus sum literarum tuarum, quas ad me misisti, cum Cæsari obuiam venissem in agro, vt arbitror, Trebulano. Secutum illud tempus est, cum me ad Pompeium proficisci siue pudor meus coegit, siue officium, siue fortuna. quod officium tuum, quod studium vel in absentem me, vel in præsentes meos defuit? quem porro omnes mei & mihi, &

s cōstantia.

sibi te amiciorem iudicauerunt? *Veni Brundisium: oblitum ne me putas, qua celeritate, vt primum audieris, ad me Tarento aduolaris? quæ tua fuerit assessio, oratio confirmatio animi mei, fracti communium miseriarum metu?

aliquando primum. vide ad Att. lib. 12.

Tandem aliquando Romæ esse cœpimus: quid defuit nostræ familiaritati? in maximis rebus, quonam modo me gererem aduersus Cæsarem. vsus tuo consilio sum. in reliquis officijs cui tu tribuisti, excepto Cæsare, præter me, vt domum ventitares, horasque multas sæpe suauissimo sermone consumeres? tum, cum etiam, si meministi, vt hæc φιλοσοφούμενα scriberem, tu me impulisti. Post *Cæsaris

confectis ciuilibus bellis.

reditum quid tibi maiori curæ fuit, quàm vt essem ego illi quam familiarissimus? quod effeceras. Quorsum igitur hæc oratio longior, quàm putaram? quia sum admiratus, te, qui hæc nosse deberes, quidquam à me commissum, quod esset alienum nostra amicitia, credidisse. nam præter hæc, quæ commemoraui, quæ testata sunt, & illustria, habeo multa occultiora, quæ vix verbis exequi possum. omnia me tua delectant, sed maxime maxima cum fides in amicitia, consilium, grauitas, constantia, tum lepos, humanitas, literæ. quapropter redeo nunc ad *querelam. Ego, te

ad querellā responsio.

suffragium tulisse in illa lege, primum non credidi: deinde, si credidissem, nunquam id sine aliqua iusta causa existimarem te fecisse. *dignitas tua facit, vt animaduertatur, quidquid facias: maleuolentia autem hominum, vt non nulla durius, quàm à te facta sint, proferantur. ea si tu non audis; quid dicam, nescio; equidem, si quando audio, tam defendo, quàm me scio à te contra iniquos meos solere defendi. defensio autem est duplex. alia sunt, quæ *liquido negare soleam, vt de isto ipso suffragio: alia, quæ* defendam à te pie fieri, & humane, vt de curatione ludorum. sed te, hominem* doctissimum, non fugit. si Cæsar rex fuerit, quod mihi quidem videtur, in vtrânque partem de tuo officio disputari posse; vel in eam, qua ego vti soleo, laudandam esse fidem, & humanitatem tuam, qui amicum etiam mortuum diligas; vel in* eam, qua non nulli vtuntur, libertatem patriæ vitæ amici anteponendam. ex his sermonibus vtinam essent delatæ ad te disputationes meæ. Illa vero duo, quæ maxima sunt laudum tuarum, quis aut libentius, quàm ego, commemorat, aut sæpius; te & non suscipiendi belli ciuilis grauissimum* auctorem fuisse, & moderandæ victoriæ? in quo qui mihi non assentiretur, inueni neminem. Quare habeo gratiam Trebatio, familiari nostro, qui mihi dedit causam harum* literarum. quibus nisi credideris; me omnis officij & humanitatis expertem iudicaris. quo nec mihi grauius quidquam potest esse, nec à te alienius. Vale.

incommodum vertit in laudem.

ep. 10. l. 10.

Philipp. 1. ep. 15. l. 17.

qua fortasse & ipse Cicero vtebatur.

sic ad Att. ep. 9. l. 9. Existimatus est semper auctor otij.

quibus me tibi purgaui.

HVBER. NOndum] Hæc epistola videtur præponenda superiori. nam, cum Trebatius in Tusculanum ad Cic. venisset, exposuit ei querelam Matij de Cic. quod Cicero tulisset suffragium legi, quæ facta esset de efficiendis omnibus, quæ Cæs. instruxerat commentarijs suis. Itaq; Cicero se excusaturus longius repetit & initium, & causas amicitiæ, quæ sibi cum Matio fuit: ostenditq; non modo eum non accusasse, sed potius defendisse. & quomodo defenderit, exponit, & præcipue quod ei obiiciebatur, vt supra visum est, quod Cæs. mortuum diligeret, & amissum doleret. Optat autem Cicero ad eum delatos fuisse sermones, quos de eo habuerit, & præcipue de eius moderatione, & initio bellorum ciuilium, & post ipsa bella.] Constitui] iudicaui.] Firmo] valido, sano.] Obiurgarem] reprehēderem.] Parceret] rationem haberet.] Tum ille] s. respondit.] Longius] desideratius: quod videretur longioris moræ.] Detulit] denuntiauit.] Commune cum multis] quia multi possunt vetusti esse.] Non habet] s. aliquid commune cum multis, quia amo singulariter.] Diuturnius] longi temporis, dum esses in Gallia cum Cæs. per decennium.] Ambitio] honorum petitio.] Dissimilitudo] quia tu peregrinatione, ego ciuitate delectatus sum: tu te militari, ego otio & ciuilibus officijs.] Cōglutinari] coniungi, colligari. Glusen. n. genus est collæ tenacissimæ, vt ostendit Virg. lib. 4. Geor.] Grauiora] maiora.] In Formianum] rus meum apud Formias, quod oppidum est Cāpaniæ.] Hoc ipsum] s. quod veneris ad me.] Quanti] s. putas me fecisse.] Illis] quibus eras in magna auctoritate apud Cæsarem.] Consilij] quod dabas mihi.] Trebulano] Trebulæ. est autem Trebula oppidum Campaniæ mediterraneum, vt scribit Ptolom. non autem idem fluuius, qui Trebia dicitur, vt quidam falso opinātur.] Pudor] quia pudebat me deesse ei, cui multum debebam.] Officium] tuendæ reip.] Fortuna] felicitas mea.] Quod studium] q. d. nullum.] Aduolaris] celeriter veneris.] Tarento] quæ ciuitas est Calabriæ, dicta à Tara, filio Neptuni. aucta deinde à Laconibus, qui duce Pallāto illuc aduentātes, expulsis incolis, eam tenuerunt, vt Iustin. lib. 3.] Assessio] familiaris apud me sedendo commoratio. Assideo enim est iuxta sedere. Horat. in serm. Habes qui assideat, fomenta paret.] Aliquando] post longum tempus, postquam Cæsar rerum potitus est.] Quid defuit] q. d. nihil.] Aduersus] erga. & notandum est aduersus in bonam partem dictum esse. sic Terent. in And. Et id gratum fuisse aduersum te habeo gratiam.] Cui tribuisti] s. officium q. d. nolli.] Præter me] prætcrquam mihi.] φιλοσοφούμενα] à philosophis tractata, à verbo φιλοσοφέομαι καὶ φιλοσοφοῦμαι. est. n. participium passiuum. intelligit autem, vt puto, officiorum libros, quos temporibus illis scripsit.] Reditum] s. in vrbem ex bello ciuili.] Effeceras] vt essem illi familiarissimus.] Quorsum] s. dicta est à me. i. quam ob causam, ad quē finem.] Quia] responsio causa.] Hæc] quæ à me supra commemorata sunt.] Testata] manifestata, in significatione passiua, sicut notauimus etiam lib. 2.] Illustria] clara.] Occultiora] secretiora.] Consilium] sapientia.] Grauitas] constantia.] Lepos] suauitas morum & verborum.] Literæ] cognitio literarum.] Quapropter] post longam digressionem reuertitur Cic. ad responsionem querelæ Matii.] Tulisse suffragium] dedisse vocem tuam, approbasse illam legem: qua decernebatur, vt quæ Cæsar statuisset, efficerentur.] Non credidi] id n. est proprium viri sapientis, non facile credere criminationibus oblatis.] Dignitas facit, vt animaduertatur] quia omnia facta eorum, qui excelso loco sunt, obscura esse non possunt. Iuuen. Omne animi vitium tanto conspectius in se Crimen habet, quanto maior, qui peccat, habetur.] Maleuolentia] s. facit.] Durius] asperius, in peiorem partem. quia cum aliquem odimus, quidquid facit, etiam si rectum sit, semper in deteriorem partem accipitur, sicut vtilissimi labores mei & vigiliæ ab inuidis meis.] Ea] quæ de te proferūtur.] Alia] quę dicaris fecisse.] Pie] ex officio.] Curatione ludorū] de qua ipse Matius in præcedenti epist. mentionem fecit.] Sed hominem] cum Cicero proponit duplicem opinionem de officio Matii, latenter innuit, vtrum magis sit sequendum.] Illa duo] s. quę sequuntur.] Expertem] immunem, scilicet te fuisse auctorem, suasorem.] Moderandæ] ne Cæs. faceret in victos omnia, quæ in re victoriæ potuisset.] Qui non assentiretur mihi] s. qui idem non fateretur] Habeo gratiam] obligatus sum.] Causam] quia retulit mihi querelam, ex qua inductus sum, vt ad te scriberem.] Nisi credideris] nisi admiseris eam excusationem, quam afferunt.] Expertem] immunem.] Grauius] molestius.] Alienius à te] i. quod minus ad te pertineat.

ASCEN. NOndum &c.] Hæc epist. videtur superiori præponenda. Nam, cum Trebatius in Tusculanum ad Cic. venisset, exposuit ei querelam Matii de Cic. quod tulisset suffragium legi de efficiendis omnibus, quæ Cæsar instituerat commentariis suis. vnde se excusaturus Cicero repetit longius cām amicitiæ cum Matio; docetq; se eum potius defendisse, quàm accusasse: optatq; ad eum delatos fuisse sermones, quos de eo habuerit, & potissimum de moderatione eius circa bella ciuili. Ordo est. Ego nondū constitui. i. definiui ac decreui satis, ne. i. an Trebat. noster attulerit mihi plus molestiæ an voluptatis. Trebat.

inq̃ homo tum plenus officij, tum amātissimus vtriusq; nostrū .i.tui & mei. Nam cum venissem vesperi.i.hora vespertina, in Tusculanum.s.prędium & villā meā, ille venit ad me postridie .i.die proximo secuto, cum esset mane, eaftēs sup.corpore nondum satis firmo.i.adhuc aliquantulum infirmo præ valetudine: ægrotauerat enim: quem cum obiurgarem, q̧ pareeret parum valetudini.s. infirmæ: tum ille sup respondit mihi nihil fuisse sibi longius.i.desideratius, quia quæ longe absunt, maiore cruciatu desideramus, q̃ vt viderer me. inquā.i.animo tunc illi, nunquid nam noui sup.esset, aut afferret Et sup ille tunc, detulit ad me i. enarrauit mihi, querelam tuam, de qua priusq̃ respondeam.i me purgem, præponam pauca s.ad purgationem accommoda, & fidem factura. Quantum ego possum repetere memoria.i recordari præterita, nemo.i nullus est mihi amicus antiquior.i. vetustior & carior. nam vtrunq; significat antiquum. mihi te.i.q̃ tu. Sed vetustas habet aliquid cōe cum multis, quia multos æque diu amaui ac te, amor non habet.s.quidq̃ commone cum multis, te plus quam ceteros amaui. Dilexi, qui primus gradus amoris est, te sup.eo die quo cognoui.s.primum te, & iudicaui me diligi à te. Deinde discessus tuus.s.à patria & is diuturnus.i.diu durans, ambitio nostra.i.æmulatio in obtinēdis honoribus quas brigas Galli vocant, & dissimilitudo vitæ, quia ego domi, tu foris agere delectabaris, non est passa voluntates nostras conglutinari.i. consolidari consuetudine.i.commercio & cōione vitæ. Ego tamen cognoui animum tuum.i.beneuolentiam tuam erga me multis annis ante bellum ciuile.s.inter Cæsarem & Pōpeium, cum Cæsar esset in Gallia. Tu.i.perfecisti.s.tunc id, quod putabas esse valde vtile mihi, nec inutile ipsi Cæsari.s.vt ille diligeret, coleret, haberet in suis.i.inter sibi carissimos me. Ego prætereo.i.petransreo multa, quæ dicta, scripta, cōicata sunt inter nos illis temporibus, familiarissime.i.vt inter maxime familiares. Enim.i.quia, grauiora.i.maiora testimonia familiaritatis & amicitiæ sunt consecuta ex initio belli ciuilis, cum ires Brundusium versus ad Cæsarem, venisti ad me in Formianum.i.agrum & villam. primum quanti sup. putas æstimandum hoc ipsum.s. deflectere se de via vt visas amicum, præsertim temporibus illis.s.tam dubijs & suspectis? q.d.haud dubie maximi. Deinde putas.q.d.scio q̧ non putas, aut non debes putare me oblitum consilij, sermonis, humanitatis tuæ. Quibus rebus memini Trebatium interesse. Videmus q̧ Agræcius adnotauit, memini, ferè præsenti coniungi. Nec vero oblitus sum literarum tuarum quas misisti ad me, cum venissem obuiam Cæs. in agro Trebulano, vt arbitror.i.si recte recordor, illud tempus est secutum cum.i.quo tempore siue pudor meus, siue officium, siue fortuna.i.sors iniqua mihi coegit me proficisci ad Pomp. non dicit cōtra Cæsarem, quasi non tam odio Cæsaris q̃ amore Pompeij in bellum profectus sit: quod officium tuum, & sup.quod studium tuum, defuit vel in me absentem vel in meos præsentes? q.d.nullum. Porrò.i.sed quem omnes mei iudicauerūt amiciorem.i.magis amicum & mihi, & sibi, te.i.q̃ te? q.d.nullum profecto. Ego veni Brundusium, putas ne me oblitum: qua celeritate aduolaris pro aduolaueris.i accurreris Tarento.i. Tarentum, est autem datiuus localis, quem octauum casum quidam vocant: vt, it clamor cœlo.i.in cœlum. ad me vt primum audieris.s me adesse & quæ.i.qualis apud me assessio tua, quæ sup.oratio.s.tua, quæ confirmatio animi mei fracti metu cōium miseriarum? q.d.iucundissima & amicissima. Nos tandem cœpimus esse aliqñ Romæ? quid defuit familiaritati nostræ in maximis rebus: Ego vsus sum consilio tuo quonam modo gererē me aduersus Cæs. vbi aduersus non capitur in malam partem. in reliquis officijs cui tribuisti præter me.i.præterquam mihi, excepto Cæsare: vt ventitares.i.frequenter venires, domum.s.eius, & consumeres sæpe multas horas sermone suauissimo, tum.i. tunc, cum.i. qñ tu impulisti me, si meministi.i si forte tenes memoriæ, vt scriberem hæc φιλοσοφούμενα.i. philosophicos tractatus, vt libros officiorum, de amicitia, de senectute, de paradoxis, de quæstionibus Tusculanis. Quid fuit tibi maiori curæ post reditum Cæsaris.s.e pugna Pharsalica feliciter pugnata, q̃ vt ego essem familiarissimus illi.s. Cæsari, quod effeceras? Aliter tamen ad Cassiū & Brutum scribet. Quorsum igitur hæc .i.mea oratio longior sup.tendat, quæres sup.responsio. Quia sum admiratus, te qui deberes nosse.i.cognoscere hæc s.dicta testimonia amoris, credidisse quidq̃ commissum esse à me, quod esset alienum ab amicitia nostra Nam ego habeo multa occultiora.i.secretiora indicia veræ amicitiæ, quæ vi possum exequi i. exprimere verbis pręter hæc, quę cōmemoraui, quę sunt testata .i.testibus cōprobata, & pro.i.illustria.i.clara & manifesta. Omnia tua s.dicta, & facta delectāt me, sed maxime.i.præcipue, maxima, cum.i.s.ita sit q̧ me delectent, fides in amicitia, consilium, grauitas, constantia, tum sup.verum est apertius q̧ me delectent, lepos.i.suauitas loquendi, humanitas.i.suauitas viuendi, & literæ .i.eminentia doctrinæ, quæ licet maiora non sint q̃ fides, consilium, grauitas, constantia: plus tñ earundem rerum studiosos delectare solēt. Quapropter redeo nunc ad querelam.s.quam dñęte de me fecisse. Ego primum non credidi te tulisse suffragium.i. assensum & fauorē in illa lege.s.qua decretum est vt quæ Cæs. statuerit, rata haberentur Deinde si credidissem, ego nunq̃ existimarem te fecisse id sine aliqua iusta causa. Dignitas tua facit, vt animaduertatur.i.diligenter consideretur, quidquid facias. maleuolentia autem hominum facit vt nonnulla proferantur.s.diuulgentur durius q̃ sint facta à te. Si tu non audis ea.s.quæ proferuntur durius quam sint facta à te, nescio quid dicā.q.d.si auderem, dicerem te surdastrum. Equidem.i.ego quidem, si audio quando .i qñque sup.ea, ego tam.i.tantopere defendo sup ea, q̃.i.quantopere, ego scio me solere defendi à te contra iniquos.s de me censores. Autem.i.sed defensio est duplex, quia alia sunt quæ soleam aliquando negare, vt de illo ipso suffragio.s facto in legem latam, alia sup.sunt quæ defendam.i.defendendo asseram fieri à te pie & humane, vt de curatione ludorum.s.funebrium, in honorem Cæsaris. Sed non fugit te hominem doctissimum.i.tu bene scis, cum sis homo doctissimus, si Cæsar fuerit rex. quod quidem videtur mihi posse disputari de officio tuo.s.in illum exhibito, in vtranq; partem, & bonam, & malam, vel in eam sup.partem qua ego soleo vti, videlicet fidem & humanitatem tuam in Cæsarem esse laudandam, qui diligas amicum etiam mortuum, vel in eam sup.partem qua non nulli vtuntur sup.dicentes libertatem patriæ esse anteponendam.i.præferendam, vitæ amici.s. Cæsaris tibi. Vtinam disputationes meæ essent delatæ ad te ex his sermonibus Vero i sed quis commemorat aut libentius aut sæpius q̃ ego, illa duo quæ sunt maxima.i.precipua capita laudum tuarum, te fuisse grauissimum auctorem belli ciuilis non suscipiendi.s. a Cæsare contra Pompeium, & victoriæ moderandæ.i. modeste habendæ? in quo.s. iudicio de te, ego neminem inueni qui non assentiretur mihi. Quare ego habeo gratiā Trebatio familiari nostro, qui dedit mihi causam harum literarum .s.ad te scribendarum, quibus nisi credideris, tu iudicaris, pro iudicaueris, me expertem.i. sine participatione, hoc est habentem nihil omnino officij & humanitatis: quo.s. iudicio tuo nec quidquā potest esse grauius.i.molestius mihi, nec alienius a te.

Quid defuit nostræ familiaritati in maximis rebus? quonam modo me gererem aduersus Cæsarem, vsus tuo consilio sum) distinguo sic quid defuit nostræ familiaritati? in maximis rebus quonam modo me gererem aduersus Cæsarem, vsus tuo consilio sum. Hęc etsi leuia videntur, quia tamen quiddam afferunt ad sententiam, non contempsimus. quę non esse adhuc animaduersa, miramur. PAVL. MAN.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Excusat se Matius, quòd Cæsaris mortem ægre tulerit, cum tanta illius in Matium merita essent, vt non potuerit non dolere ratione officij: impiosq; ostendit eos, qui ab hoc officio eum auocent; diluitque quædam, quæ falso illi obijciebantur, quòd remp. non amaret, cum euidentibus argumentis id falsum esse dicat.

C. MATIVS S. D. M. CICERONI. 28

MAGNAM voluptatem ex tuis literis cepi, quòd, quam speraram, atq; optaram, habere te de me opinionem cognoui. de qua etsi non dubitabam; tamen, quia maximi æstimabam, vt incorrupta maneret, laborabam. conscius autē mihi eram, nihil à me commissum esse, quod boni cuiusquam offenderet animum. eo minus credebam, plurimis, atq; optimis artibus ornato tibi temere quidquam persuaderi potuisse, præsertim in quem mea propensa, & perpetua fuisset, atque esset beneuolentia. quod quando, vt volui, scio esse; respondebo criminibus, quibus tu pro me, vt par erat, tua singulari bonitate, & amicitia nostra sæpe restitisti. nota enim mihi sunt, quæ in me post Cæsaris mortem contulerint. Vitio mihi dant, quòd mortem hominis necessarij grauiter fero, atque eum, quem dilexi, perijsse indignor, aiunt captat beneuolentiam a suo studio erga Ciceronem. obiectio.

enim

enim patriam amicitiæ præponendam esse: perinde ac si iã
vicerint, obitum eius reip. fuisse vtilem. sed non agam
confutatio. *astute. fateor me ad istum gradum sapientiæ non perue*
nisse, neque enim Cæsarem in dissensione ciuili sum secutus
ciuili bello. *sed amicum, quanquàm *re offendebar. non tamen deserui*
neq; bellum vnquam ciuile, aut etiam causam dissensionis
probaui, quã etiam nascentem extingui, summe studi itaq;
in victoria hominis necessarij, neq; honoris neq; pecuniæ
dulcedine sum captus quibus præmijs reliqui, minus apud,
eum, quàm ego, cum possent, immoderate sunt abusi.
de qua vide l.3.côm.de bello c. *Atque etiam res familiaris mea *lege Cæsaris diminuta*
est cuius beneficio plerique, qui Cæsaris morte lætantur,
remanserunt in ciuitate. Ciuibus victis vt parceretur,
æque, ac pro mea salute, laboraui. Possum igitur, qui
omnes voluerim incolumes, eum, a quo id impetratum est
perijsse non indignari? cum præsertim ijdem homines illi
infamiæ, quod inimici eos ornaret ep.5.lib.2. *& inuidiæ, & exitio fuerint. Plecteris ergo, inquiunt:*
quando factum nostrum improbare audes. o superbiam
inauditam, alios in facinore gloriari, alijs ne dolere quidẽ
impune licere. at hæc etiam seruis semper libera fuerunt
timerent, gauderent, dolerent suo potius, quàm alte-
rius arbitrio. quæ nunc, vt quidem isti dictitant, liber-
tatis auctores metu nobis extorquere conantur. sed nihil
agunt. nullius vnquam periculi terroribus ab officio, aut
ab humanitate desciscam. NVNQVAM enim hone-
stam mortem fugiendam, sæpe etiam appetendam puta
ui. sed quid mihi succensent, si id opto, vt pœniteat eos
sui facti? cupio enim Cæsaris mortem omnibus esse acer-
bam. at debeo, pro ciuili parte remp. velle saluam. id
quidem me cupere, nisi & ante acta vita, & reliqua
mea spes, tacente me, probat: dicendo vincere non postu
lo. quare maiorem in modum te rogo, vt rem potiorem
oratione ducas: mihiq;, si sentis expedire recte fieri, cre
das nullam communionem cum improbis esse posse. an,
aetati facilè quid conce ditur. *quod adolescens præstiti, cum etiam errare cum *excusa*
tione possem; id nunc, ætate præcipitata, commutem, ac
me ipse retexam? non faciam; neque, quod displiceat,
committam, præterquam quòd hominis mihi coniunctissi
mi, ac viri amplissimi doleo grauem casum. quòd si aliter
essem animatus; nunquam, quod facerem, negarem; ne
& in peccando improbus, & in dissimulando timidus, ac
obiectio. *vanus existimarer. At ludos, quos Cæsaris victoriæ Cæ*
confutatio. *sar adolescens fecit, curaui. At id ad priuatum officium*
non ad statum reip. pertinebat. quod tamen munus, &
hominis amicissimi memoriæ, ac honoribus præstare etiã
mortui debui; & optimæ spei adolescenti, ac dignissimo
Cæsare, petenti negare non potui. Veni etiam consulis An
tonij sæpe domum salutandi causa: ad quem, qui me pa-
rum patriæ amantem esse existimant, rogandi quidem
aliquid, aut auferendi causa frequentes ventitasse repe-
a minori ad maius. Cæsar permisit ut inimicis suis viterer: vos nõ permittitis, vt amem quos velim. *ries. Sed quæ hæc est arrogantia, quod Cæsar *nunquam*
interpellauit, quin, quibus vellem, atque etiam quos ip-
se non diligebat tamen ijs vterer; eos, qui mihi amicum
eripuerunt, carpendo me, efficere conari, ne, quos velim
diligam? sed non vereor, ne aut mea vita modestia pa-
rum valitura sit in posterum contra falsos rumores: aut
etiam ijs, qui me non amant propter meam in Cæsarem
constantiam, non malint mei, quam sui, similes amicos
habere. mihi quidem si optata contingent. quod reliquũ
est vitæ, in otio Rhodi degam. sin casus aliquis interpel
larit: ita ero Romæ, vt recte fieri semper cupiam. Tre-
batio nostro magnas gratias ago, quòd tuum erga me
animum, simplicem, atque amicum aperuit, & quod
eum, quem semper dilexi libenter, quo magis iure colere,
atq; obseruare, deberem, fecit. Bene vale, & me dilige.

MAgnam} Matius ciuis R. cum apud Cæs. multos an nos in summa gratia fuisset, plurimumq; apud eum valuisset & in Gallia, & postea Romæ, non immemor acceptorum beneficiorum, neq; ingratus mutuo amore Cæsarem semper prosecutus est cumq; eo interfecto vehemẽter angeretur, & de eius cæde conquereretur: percussores indignabantur. obijciebantq; Matio quod fleret mortem Cæs. quia doleret remp. liberatam tyrannide, & ob id ei minabãtur. Itaq; hac epistola ostendit se semper fuisse amatorem cõcordiæ potius quã belli ciuilis, neq; se secutum Cæs. quod gauderet remp. opprimi sed ne amicitiæ officio deesset: licere aut nunc flere eum mortuum, a quo antea tot ciuium salutẽ impetrauerit. in quo accusat superbiam eorum, qui eum ab hoc officio humanitatis deterere conãtur. a quo affirmat nullis terroribus aut minis se vnquã deterritũ iri. Deinde excusat etiam se, quod accusabatur curasse ludos, qui facti fuerant in honorem Cæs. Postremo dicit se esse victurum in exilio quod reliquum est, vitæ suæ. Sin autẽ id non licuerit, se ita futurum Romæ, vt semper bene cupiat reip. }Incorrupta} inuiolata, talis qualis fuerat antea. }Offenderet} lædcret. }Tibi plurima atq; optimis ornato} tibi doctissimo viro qui propter multarum rerum peritiam, & doctrinam non facile omnia credis. }Temere} sine causa. }Propensa} magna inclinata. }Atq; esset} etiam hoc tempore. }Criminibus} .s. quæ mihi obiiciuntur. }Vt par erat} ut decebat amicum facere. }Restiti} refellendo respondissi. }Nota} ex relatione amicorum, & potissimum Trebatij. }Contulerunt me} imputauerunt mihi .s. maleuoli & aduersarij mei. }Vitio dant} culpant tanquã malefactum. }Perinde ac si} tanquã. }Vicerint} .i. rationibus ipsis obtinuernit & probauerint. }Non agam astute} non simulabo. }Istum gradum sapientiæ} eorum qui præponant, patriã amicitiæ. }Non sum secutus Cæs.} .s. tanquã Cæsarem & oppugnatorem patriæ }Sed amicum} sed ut amicum, cui non debueram deesse etiam in summis periculis. }Re} oppugnatione patriæ. }Causam} vt propter negatum triũphum deberet conuerti in patriã suam. }Nascentem} .s. causa dissensionis. }Extingui} deleri, omnino tolli. }Studui} diligenter curaui. }itaque} infert ex iis, quæ dixit se fecisse, quod amicũ non hominem sit secutus, quia non fecerit id propter honorem & præmia sicut alij, qui cum minus possent apud Cæs. quã ipse: præmiis tñ immoderate abusi sunt & honore. }Sunt abusi} qui omnino voluerunt habere. }Cuius} Cæsaris. }Beneficio} clementia & liberalitate. }Aeq; ac pro mea salute} .i. tñ quantum pro salute mea propria. }Possum igitur} q.d. non possum. interrogatiue legendum est. }Fuerint} .s. ipsi Cæs. }Plecteris} puniens. }Factum nostrum} Cæs. cædem. }Alios} interfectores Cæs. }In facinore} in homicidio. }Aliis} vt mihi. }Hæc quæ seq} .s. timerent, gauderent, &c. }Quæ} gaudere, dolere. Extorquere} eripere. }Periculi} etiam si mortem minentur. }Appetendam} vltro quærendam. }Sui facti} interfecisse Cæsarem }Acerbam} grauem, molestam. }At debeo} obiectio quæ posset fieri. }Id quidem} responsio obiectionis. est autem sensus non quæro probare verbis me cupere remp. esse saluam, nisi vita mea ante acta & reliqua spes mea satis id probat. etiam me nihil dicente. }Rem} voluntatem, intentionem meam. }Expedire} vtile esse. }Recte fieri} bene viuere. }Communionem} commercium, coniunctionem. }An} sensus est, an debeo nunc commutare ætate iam matura, quod feci in adolescentia, dum potuissem excusari, si errassem? q.d. non }Quod præstiti} quod effeci, ut recte viuerem. Ipse me retexam} .i. faciam contra naturam. Nam retexere contrarium est suo simplici, vt de multis verbis diximus, sicut reuelo & retego contraria sunt suis simplicibus. est autem tractum a telis, quæ destruuntur, cum retexuntur. vel retexam .i. iterum texam & renouem, &, ut ita dixerim, faciam me nouum hominem. }grauem casum} crudelem cædem }Si essem aliter animatus} .i. si haberem alium animum }Nunquam negarem quod facerem} i. aperte confiterer id quod facerem }Ne & in peccando} .i. ne putarer esse audax in male faciendo. }Et timidus in dissimulando} .i. non audendo fateri, quod facerem. }Vanus} mendax. }Ad ludos} alia obiectio. }Fecit} in honorẽ Cæs. patris, in quibus in meridie dicitur apparuisse stella, qua Cæs. anima credita est in cœlum translata. de ea Virgil. Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum. }Ad id} dissoluit obiectionem. Est autem sensus, quòd curauerim ludos factos in honorem

MATIVS R.

honorem Cæs. nihil pertinet ad statum reip. quia nihil contra eum feci, curando illos ludos, sed pertinet tantummodo ad priuatum officium meum. §Quod tñ§ dicit se duplici de causa debuisse præstare id officium & propter ipsum Iulium Cæs. cuius memoriæ, & honori debebat, & propter Cæsarem Octauium hoc petenti, cui negare non potuit. §Repetenti§ sepius petenti. §Salutandi§ visendi pro officio meo. §Rogandi§ interrogandi. §Aut auferendi§ aut eripiendi aliquid. §Sed quæ§ dicit hos esse multos arrogatiores, q̃ fuerit Cæsar: quem regem fuisse quæruntur, quòd Cæs. nunquam prohibuit, quo minus amaret Matius, quos vellet: cum illi, qui eripuerunt sibi amicum Cæs. velint efficere, ne eos diligat, quos velit. §Carpendo§ reprehendendo me. §Modestia§ moderatio. §Similes mei cun.§ qui nulla re possint deterreri ab officio amicitiæ, qualem me esse vident. §Quàm similes sui§ qui putant amico mortuo nullam eius memoriam seruandam esse. §*Rhodi§ de qua dictum est lib 4. in epist. ad Marcellum. §Degam§ viuam§ Interpellarit§ impedierit. §Simplicem§ sincerum, verum. sicut contra duplex pro fallaci ponitur. Horat. Aut cursus duplicis pro maxe Vlyxei, licet quidam aliter exponant.

quæ libera ciuitas erat ep. 7. l. 4.

ASCAN.

MAgnam, &c. §Matius ciuius R. cum apud Cæs. multos annos in summa gratia fuisset, & mutua beneuolentia eundem semper persecutus, & eo interfecto vehementer côturbatus & questus fuisset: percussores Cæs. obijciebant id illi, quòd ferret necem Cæs. & reip. liberationem iniquo animo ferret. quo circa hac epistola ostendit, se semper fuisse amatorem concordiæ, neq; secutum Cæsarem, vt remp. opprimat, sed vt officio satisfaciat, purgans q̄ ludos in honorem Cæs. faciendos curauerit. demum dicit se aut in exilio, aut Romæ, si detur, victurum amatorem reip. Ordo est. Ego cepi magnam voluptatem ex literis tuis, quòd cognoui te habere de me. sup eam opinionem, quam speraram, atque optaram. De qua. s. opinione, etsi non dubitabam: tamen quia maximi æstimabam, laborabam, vt maneret incorrupta. i. integra. Autem. i. sed ego eram conscius mihi, nihil esse commissum a me, quod offenderet. i. læderet, & ad iram prouocaret animum cuiusquam boni. Eo. i. tanto propterea credebam minus quidquam potuisse persuaderi temere. i. inconsiderate & sine certa ratione, tibi ornato plurimis atq; optimis artibus, præsertim in quem mea beneuolentia fuisset. s. prius atque esset. i. adhuc propensa. i. prona, & inclinata & perpetua. i. nunquam intermissa. Quod quando. i. q̃m scio esse vt uolui, respondebo criminibus i. criminationibus quibus tu restitisti sæpe pro me, vt par. i. æquum erat pro tua singulari bonitate & amicitia nostra. Enim, id est, quia, ea quæ s. obtrectatores, côtulerint in me. id est, obiecerint mihi post mortem Cæsaris, sunt nota, id est, manifesta. Ipsi sup. dant mihi vitio. i. dicunt mihi vitiosum esse. quòd fero grauiter. i. moleste, mortem hominis necessarij. s. Cæsaris atq; sup. q̄ indignor. i. indignanter patior, eum quem dilexi. s. Cæsarem periisse. Ipsi enim aiunt Patriam esse præponendam amicitiæ. i. plus diligendam q̃ amicum: proinde. i. perinde ac si vicerint. i. probauerint contra aliter sentientes necessarijs argumentis obitum eius. s. Cæsaris fuisse vtilem reip. Sed non agam astute, quia non ficte nec dissimulanter. Fateor me non peruenisse ad istum gradum sapientiæ. s. vt cognoscam Cæsaris mortem fuisse vtilem reip. Neque enim secutus sum Cæsarem in dissensione ciuili. i. eo animo, vt fouerem discordiam ciuilem, sed quanquam offendebar re. i. ipsa discordia, tamen non deserui amicum. Neque Probaui. i. non approbaui neque laudaui vnquam bellum ciuile, aut causam dissensionis, quam s. dissensionem aut causam eius ego studui summe extingui. i. vt extingueretur, etiam nascentem. in primis exordiis. Itaque neque sum captus dulcedine honoris, neque pecuniæ, in victoria hominis necessarij. s. Cæsaris, quibus premius. s. honoris & pecuniæ reliqui. s. Cæs. asseclæ, cum possent minus apud Cæsarem q̃ ego, tamen supple abusi sunt immoderate. Atque etiam. i. insuper res mea familiaris est diminuta lege Cæsaris. i. per Cæsarem lata. Cuius beneficio plerique qui lætantur morte. i. de morte Cæsaris, remanserunt in vrbe. Ego laboraui æque ac pro mea salute vt parceretur ciuibus victis. Possum igitur ego qui voluerim omnes incolumes, supple esse, non indignari eum, a quo id impetratum i. obtentum est, periisse. q. d. merito nô possum nô indignari, sed cogor indignari præsertim cum idê homines fuerint illi. s. Cæsari, & inuidiæ & excidio. i. est inuidiæ & excidij. Inquiunt ergo, Tu plecteris. i. punieris qñ. i. qñquidem audes improbare factum nostrum. O superbiam. i. insolentiam inauditâ, alios gloriari. i. gloriantes se iactare in facinore. i. facto scelerato, & non licere aliis ne quidem. i. non saltê dolere impune. i. sine punitione aut pœna. At. i. sed hæc. s. frequentia fuerunt semper seruis libera. i. impune permissa, vt. s. timerent, gauderent, dolerent, potius arbitrio suo, quàm alterius. Quæ nunc vt quidem isti. s. maleuoli dictitant. i. frequêter dicût, auctores libertatis, conantur extorquere. i. eripere nobis metu. i. per metum. Sed nihil agunt. i. in vanum laborant, Ego nullius. i. non vllius nô desistam vnquam ab officio, aut humanitate terroribus, id est, propter terrorem, vllius periculi. Ego enim nunquam putaui mortem honestam fugiendam sup. esse, & putaui etiam sæpe appetendam pro expetendam sup. esse. Sed quid fac censent. i. occulte irascuntur mihi, si ego opto id, vt pœniteat eos facti sui? Cupio enim mortem Cæs. esse omnibus acerbam, At. i. sed debeo velle rempub. saluam supple esse, pro parte ciuili. i. eo quòd sum pars ciuitatis, & ita particeps reip. eius. Quidem. i. certe ego non postulo vincere. i. necessario probare dicendo. i. argumentando, me cupere id. s. rempub. esse saluam, nisi & vita mea acta. i. transacta & spes mea reliqua. i. quæ est de reliqua parte vitæ, probat id, me tacente. i. quamuis tacerem. Quare o Cicero, ego rogo te in maiorem modum, id est, magnopere, vt ducas. i. existimes rem. i. effectum, potiorem oratione id est, verbis meis, & credas si sentis expedire, id est vtile esse fieri recte nullam communionem posse esse mihi cum improbis An ego commutem nunc ætate præcipitata. i. ad exitum accelerante, id quod præstiti, exhibui & effeci, adolescens. i. cum essem adhuc adolescens, cum possem errare etiam cum excusatione, quia facilius ignoscitur adolescentiæ peccanti, quàm virili ætati, ac retexam. i. dissoluam, destruam, me ipsum. i. pristinos mores meos. Non faciam, neque committam quod displiceat, præterquam quòd doleo casum grauem hominis coniunctissimi mihi ac viri amplissimi. Quod si ego essem animatus aliter, ego nunq̃ negarem quod facerem, & ne. i. ut non existimarer. i. iudicarer improbus in peccando & timidus ac vanus i. mendax & futilis in dissimulando. i. simulando me non facere quod facerem. At. i. sed supple dicunt aduersarij, ego curaui. s. ut fierent decenter, ludos quos Cæs. adolescens s. Octauius fecit victoriæ. i. propter victoriam Cæs. s. Iulij a quo adoptatus fuerat. At i. sed id. s. curare illius ludos, pertinebat ad officium priuatum, non ad statum reip. Quod tamen munus. i. ludos funebres debui præstare. i. exhibere & i. simul memoriæ. ac honoribus hominis amicissimi, s. Cæsaris, etiam mortuo. i. cum iam esset mortuus. Absolutius & apertius legeretur, mortui. & non potui negare Cæsari. s. Octauio, adolescenti optimæ spei. i. de quo optime speramus, ac dignissimo s. cui obsequar repetenti, id est, frequenter exigenti. Veni etiam sæpe domum. i. ad domum Antonij cos. causa salutandi: ad quem, s. Antonium cos. tu reperies supple eos, qui existimant. i. iudicant me parum amantem patriæ, ventitare frequentes quidem. i. certe causa rogandi, aut auferendi aliquid ob eo. Sed quæ. i. qualis est hæc arrogantia. i. superbia, quòd Cæs. s. Iulius nunquam interpellauit, id est, impediuit, quin vteret quibus vellem, atque etiam iis, tamen. i. nihilominus, quos ipse non diligebat; eos; qui eripuerunt mihi amicum, conari efficere, carpendo. i. rodendo & reprehendendo me ne diligam quos velim. Sed non vereor ne aut modestia vitæ meæ sit valitura parum in posterum contra falsos rumores; aut ne etiam ij, qui non amant me propter constantiam meam. i. constantem amorem meû & fidem in Cæs. eis inuisum, non malint habere amicos similes mei. s. qui amicum post mortem amore prosequor, quàm sui. s. qui inconstantes sunt. Quidem. i. certe, si optata contingent mihi, degam. i. transigam Rhodi in otio, id est, vacatione a munere publico & negotio militari id supple vitæ, quod est reliquum. i. relictum mihi adhuc viuendum. Sin. s. sed si aliquis casus interpellarit. i. impediuerit, quo minus viuam Rhodi in otio: ego ero Romæ ita vt cupiam sup. omnia fieri semper recte, aut cupiam recte. i. nihil fieri vt sim illic in otio, sicut in Terent. Tum quod illi dem, recte est i. nihil est quare autem recte pro nihil dixerit, ostendit subdens. nam nihil dicere. i. dicere, quòd nihil mihi sit, quod dem illi, est religio. i. metu mali hominis cauendum. Putabant enim superstitiosi illi mortales, si dixissent sibi nihil esse, nihil etiam futurum. etsi interroganti quia me petiit, nullus respondisset puer, se a nullo deinceps expetendos. vnde respondere solebant, bona fortuna here. i. nullus. Ego ago Trebatio nostro magnas gratias, quòd aperuit animum tuum simplicem. i. non dolosum atq; amicum erga me: & fecit quo. s. vt deberem iure. i. merito magis colere atq; obseruare. i. cauere ne lædam eum, quem dilexi semper libenter. i. quantum in me fuit, hoc est te. Vale bene: quia valetudo etiam mala est: & dilige me.

GIBERTI

GIBERTI LONGOLLII LEMMA.

Exponit Oppio, quàm fuerit vtile & gratum consilium, ab illo datum; quàmq; tenere eum dilexerit: &, vt id porro faciat, petit.

M. CICERO S. D. M. OPPIO. 29

quã ipsum hac de re sæpe per literas consuluit.

*DVBITANTI mihi, quod scit *Atticus noster, de hoc toto consilio profectionis, quod in vtranque partem in mentem multa veniebant, magnum pondus accessit ad tollendam dubitationem iudicium, & consilium tuum. nam & scripsisti aperte, quid tibi videretur: & Atticus ad me sermonem tuum pertulit. Semper iudicaui, in te & in capiendo consilio prudentiam summam esse, & in dando fidem. maximeque sum expertus, cum initio ciuilis belli per literas te consuluissem, quid mihi faciundum esse censeres, eundum ne ad Pompeium, an manendum in Italia. suasisti, vt consulerem dignitati meæ. ex quo, quid sentires, intellexi: & sum admiratus fidem tuam, & in consilio dando religionem, quòd, cum aliud malle *amicissimum tuum putares, antiquius tibi officium meum, quam illius voluntas fuit. Equidem & ante hoc tempus te dilexi: & semper, me a te diligi, sensi: & cum abessem, atq; in magnis periculis essem, & me absentem, & meos præsentes a te cultos, & deffensos esse memini: & post meum reditum quàm familiariter mecum vixeris, quæque ego de te & senserim, & prædicarim, omnes, qui solent hæc animaduertere, testes habemus. Grauissimum vero *iudicium de mea fide, & de constantia fecisti, cum post mortem Cæsaris totum te ad amicitiam meam contulisti. quod tuum iudicium nisi mea summa beneuolentia erga te omnibusq; meritis comprobaro ipse me hominem non putabo. Tu, mi Oppi, conseruabis amorem tuum, (etsi *more magis hoc quidem scribo quàm quo te admonendum putem) meaq; omnia tuebere: quæ tibi ne ignota essent. Attico mandaui. A me autem, cũ paulum otij nacti erimus, vberiores literas expectato. Da operã, vt valeas. hoc mihi gratius facere nihil potes.*

qui consilij das, & prudens sis, & fidus.

C. Cæsarẽ, quem tu secutus est in bello ciuili.

iudicasti, te a me fideliter, & constanter esse amatum, quanquam ego Pompeium, tu Cæsarem secutus esses. vide ep. 17. lib. 12.

HVBER.

DVbitanti§ Profecturus Cicero legatus in Græciã, vt in argumento epistolæ primæ lib. 10. diximus, essetq; in dubitatione iret, ne an non, consuluit Oppium; qui, & per literas, & per Atticum, quid sentiret de ea profectione. ita aperuit, ut Cicero sibi faciendum putaret, quod ille consuluisset. quod hac epistola fatetur: & commemorat aliud consilium, quod olim sibi datum est sapientissime ab eodem Oppio simul & quàm iustis causis eum semper dilexerit. Postremo eum orat, vt & amorem suum erga se seruet, & omnia sua tueatur. §Quod scit§ quam rem scit. §Consilio§ deliberatione. §Profectionis§ in Græciam, vt supra, & absui. proficiscens in Græciam. §In vtranque partem§ vt vulgo dicitur, pro & contra .i. vt irem, vt non irem. §Magnum pondus§ magnus effectus, magnum momentum. §Ad tollendam dubitationem§ nam cũ animus est in dubio, paulo momento huc vel illuc impellitur. §Quid videretur tibi§ quid iudicares. §In capiendo prudentiam§ quòd temere omnibus non crederes, quòd non facile supplantari posses. §Fidem§ fidelitatem, quia consuleres tantũmodo quod videretur esse & honestum & vtile. §Consuluissem§ te interrogassem, petiuissem a te consilium. §Consulerem dignitati meæ§ .i. vt facerem quod dignitas mea exigeret. §Quid sentires§ quid iudicares, quid in animo haberes. Nam, cum scires non licere mihi non præstare officium meum & Pompeio, cui plurimum debebam, & reip. quæ mihi semper carissima fuit, nõ aperte dixisti, vt irem ad Pomp. ne videreris mihi contra Cæs. consulere, quo cum tunc eras: sed fideliter consulere cupiens suasisti, vt faciam quod dignitas mea postularet. quod æque fuit ac si dixisses, ut irem ad Pomp. §Religionem§ sanctitatem, quia neque contra Cæs. mihi consuluisti, neque contra dignitatem meam. §Quod§ .i. quia. est autem probatio religionis consilij, neq; exponendum est, quod pro sed, vt, quidam dicit. §Amicissimum§ Cæsarem. §Malle aliud§ .s. vt ad se irem, §Equidem§ commemorat Cicero & amicitiam & causas amicitiæ inter se & Oppium. §In magnis periculis§ aut tempore bellorum ciuilium, cum eram cum Pomp. aut tempore exilij mei. §Præsentes§ qui erant Romæ. §Reditum§ in patriam. §Senserim§ iudicauerim. §Prædicarim§ publice dixerim. §Animaduertere§ considerare, attendere. §Grauissimum§ maximum. i. maxime iudicasti me & fidelem & constantem. §Comprobaro§ mihi placere, & gratum esse ostendero. §Non putabo me hominem§ existimabo me alienum ab omni humanitate. §Etsi§ quasi parenthesis quædam §Magis more§ .i. magis ex consuetudine, quia ita mos est scribendi, licet non sit opus. §Quæ§ .s. mea tuenda a te mandaui Attico. §Erimus nacti§ habebimus. §Vberiores§ .i. prolixiores & pleniores. §Hoc§ quam tu des operam bene valere.

ASCEN.

DVbitanti, &c.§ Profecturus Cic. legatus in Græciam, dubitansq; vtrum iret, consuluit per literas Oppium de ea re: qui & per literas & per Atticum qui sentiret, ita aperuit, vt Cic. sibi faciendum putaret, quod ille consuluisset. quod hac epistola fatetur, commemorans & aliud consilium ab Oppio datum. orataq; demum, vt amorẽ sui conseruet. Ordo est. Iudicium & consiliuum tuum accessit magnum pondus. i. momentum ad tollendam dubitationem mihi dubitanti. quod. i. quam rem Atticus noster, scit, de hoc toto consilio profectionis, scilicet in Græciam, quòd. i. quia multa veniebant mihi in mentem in vtranq; partem. i. eundi & non eundi: accessit, dico, magnum pondus. nam & scripsisti aperte quod videretur tibi, & Atticus pertulit ad me sermonem tuum. Ego iudicaui semper summam, &, id est, simul prudentiam esse in te in consilio capiendo, & fidem in dando, scilicet consilio, & sum maxime expertus supple illud cum consuluissem te initio belli ciuilis quid censeres faciendum esse ne. i. an eundum sup. esset ad Pompeium an manendum in Italia. Suasisti consulerem. i. prodessem dignitati meæ. ex quo intellexi quid sentires & sum admiratus fidem tuam & religionem, id est, metum deorum in consilio dando. quod cum putares amicissimum tuum. s. Cæsarem, malle aliud, officium meum, id est, debitum munus, fuit antiquius, id est, carius quàm voluntas illius. Equidem, id est, ego quidem dilexi te, &. i. simul ante hoc tempus, & sensi semper me diligi a te, & memini cum abessem, & essem in magnis periculis, &. i. simul me absentem & meos præsentes cultos & defensos esse a te. Prudenter commemorat beneficia eius ante acta, ut inuitet ad noua turpe. n. videtur in tam gratos non augere beneficia. Et q̃. i. quantum familiariter vixeris mecum post reditum meum & quæ ego & senserim, & prædicarim de te, habemus testes omnes, scilicet homines, qui solent animaduertere, id est, considerare hæc. i. huiusmodi officia hominum inter se. Vero, id est, sed, tu fecisti grauissimum, id est, maximi momenti & ponderis iudicium de fide & constantia mea, cum contulisti te totum ad amicitiam meam post mortem Cæsaris, Quod iudicium tuum nisi comprobo, id est, comprobauero, summa beneuolentia mea erga te, & omnibus meritis, ipse. i. egomet, putabo me non esse hominem, sed pecudem supple. O mi Oppi tu conseruabis amorem tuum, scilicet in me. (Etsi. i. quanquam, ego scribo hoc quidem magis amore. i. ea vehementia amoris mei in te q̃ quo. i. vt, aut lege quòd. i. quia putem te admonendum sup. esse) & tuebere. i. proteges oĩa mea: quæ ne essent incognita tibi, mãdaui Attico. s. ut tibi patefaceret. Autem. i. sed, expectato a me literas vberiores, cum, id est, quando nos erimus nacti paulum, id est, modicum otii. Da operam vt valeas. nihil potes facere mihi gratius hoc scilicet, quam vt eam operam des. s. vt valeas. Quoties autem illam, aut similem particulam appositam videmus, superfluum fuerit addere Vale. est autem amantius dictum Cura, aut da operam vt valeas q̃ illud tritum Vale Sane in tota hac epistola Cicero id agit vt se in amicitiam Oppii insinuet, commemorans eius fidem & religionem, & sanctissimam amicitiam, cum potius iudicarit Ciceroni faciendum quod ex officio debuit. hoc est Pompeium sequi, cui plurimum deuinctus erat, quàm quod nouit amico sibi carissimo, hoc est Cæsari, magis placiturum fuisse in quo facto dicit se amiratum eius religionem, hoc est, vt Hubertinus interpretatur, sanctitatem, ut mihi aũt placet, metum deorum quos amicitiæ inseruiendo ultra id, quod verum & iustum est, læderet. Scitum n. est apud A. Gellium præceptum, Amicis inseruiendum vsq; ad aras, seu deos. i. sic vt propter amicitiam iustitia & veritas non lædantur. Vnde & ipse Cicero in Lælio, seu libro de amicitia dicit, primam esse legem amicitiæ, ne quid in honestum rogemus ab amico, nec faciamus rogati. Hæc autem & huiusmodi, breuitati studens, lubens prætereo.

M. T. CICERONIS EPIST. FAMILIARIVM LIBER DVODECIMVS.

ARGVMENTVM.

Queritur, tyranno occiso, tyrannidem tamen non esse sublatam: Cassiumque hortatur, vt vna cum M. Bruto, eius vxoris fratre, omni perturbatione remp. liberet.

❡ M. CICERO S. D. C. CASSIO.



*INEM nullum facio, mihi crede, Cassi de te, & de Bruto nostro, id est, de tota rep. cogitandi; cuius omnis spes in vobis est, & in D. Bruto: quam quidem iam habeo ipse meliorem, rep. a *Dolabella meo præclarissime gesta. *manabat.n.illud malum vrbanum, & ita corroborabatur quotidie, vt ego quidem & vrbi, & otio diffiderem vrbano: sed ita compressum est vt, mihi videamur omne iam ad tempus, ab illo duntaxat *sordidissimo periculo, tuti futuri. reliqua magna sunt, & multa, sed posita omnia sunt in vobis quanquam primum quidq; expliceemus. nam, vt adhuc quidem actum est, non regno, sed rege liberati videmur interfecto enim rege, regios omnes *nutus tuemur: neq; vero id solum, sed etiam, quæ ipse ille, si viueret, non faceret, ea nos, quasi cogitata ab illo, probamus. nec eius quidem rei finem video. tabulæ figuntur: *immunitates dantur: pecuniæ maximæ describuntur: exules reducuntur: S. C. falsa referuntur: vt tantummodo odium illud hominis impuri, & seruitutis dolor depulsus esse videatur: resp. iacet in ijs perturbationibus, in quas eam ille coniecit. Hæc omnia vobis sunt expedienda: nec hoc cogitandum, satis iam habere remp. a vobis. habet illa quidem tantum, quantum nunquam mihi in mentem venit optare: sed contenta non est; & pro magnitudine & animi, & beneficij vestri a vobis magna desiderat. adhuc vita suas iniurias est per vos interitu tyranni: nihil amplius: ornamenta vero sua quæ recuperauit? an, quòd ei mortuo paret, quem viuum ferre non poterat? cuius æra refigere debebamus, eius etiam chirographa defendimus? at.n. ita decreuimus. fecimus id quidem temporibus cedentes, quæ valent in repub. plurimum sed immoderate *quidam, & ingrate nostra facilitate abutuntur. Verum hæc propediem, & multa alia coram. interim velim sic tibi persuadeas, mihi cum reip. quam semper habui carissimam, tum, amoris nostri causa, maximæ curæ esse tuam dignitatem. Da operam, vt valeas.*

ep.14. l. 9.

Phil. 1.

quod ab infima plebe bonis viris impēdebat.

quę se factu rū, leuitea, & vix significauit.

hæc omnia cum faceret consul Antonius, in commentariis Cæsaris ab eo scripta fingebat.

consul Antonius, cui scriba Cæsaris Faberius obsequebatur. App. l. 3. de bel. c.

NVBRE.

FInem} Ex argumentis primarum epistolarum, & 11. lib. facilius cognoscuntur sequentium epistolarum argumenta. sunt.n. ea eadem historia. itaque breuius referentur. Cum interfectores Cæsaris ex vrbe profugissent, & Antonium, qui iam animum ad principatum intenderat, pro libidine sua, oia in urbe ageret, quemadmodū olim egerat Cæsar. Cicero cum magno dolore ea commemorat; ostenditq; omnem reliquam plenæ libertatis spem esse in M. Bruto, ipso Cassio & D. Bruto: quos ita incendit, vt ostendat eos frustra interfecisse Cæsarem, nisi remp. etiam regno M. Antonij liberent: quem adducit in odium, & inuidiam, commemorans eius tum inique tum arroganter facta. {Facio nullum finem} quia semper te amabo. {Id est} maxima laus Bruti & Cassij, de quibus cum se cogitare dicit, de tota rep. se cogitare affirmat, quasi respub. in eis consistat. {Preclarissime} cum magna laude, quia tutos reddiderat interfectores, cum eo consili, Cassius & M. Brutus descendissent vel quia, vt scribit App. cum senatu secreto consentiebat aduersus Ant. priusquam Syriam ab eo petere persuasus esset. {Manabat} fluebat. {Vrbanum malum} seditio, quæ erat in vrbe & metus seruitutis. {Corrobarabatur} confirmabatur. {Diffiderem} nullam fiduciam aut spem haberem. {Compressa} s. est vrbs, id est, composita. {Reliqua} quæ super sunt facienda. {In vobis} te & M. Bruto & D. Bruto. {Quanquam explicemus} .i quanquam expediamus & dicamus. {Quidquā primum} .i. quodcunque maximum. est autem explicemus imperatiui modi. {Tuemur} seruamus. {Regios nutus} voluntates regias. {Id solum} scilicet nutus regios. {Ille} Cæsar. {Probamus} confirmamus. {Ab illo} Cæsare. {Tabulæ} leges nouę hæc autem omnia, quæ ab Ant. fieri dicit, regiæ sunt voluntatis & potestatis. {Immunitates dantur,} id est, emptiones & vacationes munerum & onerum publicorum. {Describuntur} assignantur. {Falsa} quia dicuntur esse constituta & decreta a senatu, cum non sint. Sunt autem in supradictis orationibus disiūctum & similiter desinens exornationes. {Hominis.} Cæsaris. {Iacet} depressa est. {Coniecit} immisit, quia nihil vtile reip. post eius mortem constitutum est. {Expedienda} expedite facienda. {Satis habere} esse a vobis ei satisfactum. {Pro magnitudine} quia plura & potest & vult præstare animus vester maximus. {Adhuc} hucusque. {Vltra iniurias suas} facit tantummodo vindictam de oppressione sua. {Per vos} opera vestra. {Nihil amplius} s. habuit q̄ vltionem iniuriarum suarum, {Quæ ornamenta} quasi dicat nulla. est enim interrogatiue legendum. {An, q̄ ei} per irrisionem dicit, an recuperauit ornamenta sua, cum efficiat decreta Cesaris, quem viuentem ferre non potuit? {Cuius} Cęsaris. {Æra} *leges ære incisas Ouid. 1. Metam. Nec verba minantia fixo Aere legebantur. {Refigere} auellere, tollere. {Chirographa} scripta, commentarios, in quibus decreta sua manu propria scripserat. {At enim} obiectio. q. d. aliquis, cur non debemus ita facere, si ita semel decreuimus, vt quæcunque Cæs. ordinasset, ea efficeremus, & rata haberemus. {Fecimus} responsio ab obiectionem. {Cedentes temporibus} .i. frequentes tempora: quia tunc cum decreuerimus facere, necesse fuit ita facere, non autem voluntate adducti quasi innuat Cic. quod necessitate sit promissum aut factum, non esse præstandum. {Quæ} tempora. {Abutuntur} quia plus volunt fieri quàm honestū sit, quia viderunt nos facile fuisse in promittendo {Coram} s. dicemus.

continens pro contrito.

FInem nullum facio, &c.} Argumenta huius libri consonant argumentis 10. & 11. librorum. nam cum interfectores Cæsaris ex vrbe profugissent, & Antonius, qui iā ad imperium animum adiecerat, omnia pro libidine sua in vrbe ageret: Cicero ad profugos scribens, ea dolenter cōmemorat, docens omnem libertatis spem esse in Decio & Marco Brutis & Cassio, quos etiam ad Antonij cędem incendit. Ordo est. O Cassi crede mihi, ego nullum finem facio cogitandi de te & de Bruto nostro & de tota rep. Cuius omnis spes est in vobis .i in te & M. Bruto, & in D. Bruto. Quam. s. spem, quidē .i. certe, ipse .i ego habeo iam meliorem; repub. gesta .i. administrata præclarissime a Dolabella meo. s. genero qui verum aras Cæsari extrui & occulte contra Antonium sensit. Enim .i. quia illud malum vrbanum .i. seditio excitata in vrbe per Antonium concitātem veteranos in vltionem Cæsaris, manabat .i. extendebatur, & corroborabatur quotidie, ego quidem diffiderē & urbi .i. saluti urbis, & otio urbano .i. tranquillati futurę in urbe, quā nullam fore fidebam. Sed sup. urbs .i. commotio incepta fieri in urbe, est compressa i. simul sedata & sopita, ita ut videamur futuri tuti iam ab omne tēpus. duntaxat .i. saltem ab illo periculo sordidissimo .i. turpissimo, quod imminebat ab Ant. in Cæsaris interfectores. Eo tamen non erat defunctus nec liberatus Cicero sed, Nescia mens hominem fati, sortisq; futuræ. Reliqua .i. quæ restant ultra ea, quæ Dolabella fecit sunt magna & multa sed omnia sunt posita in uobis .i. in potestate nestra. quanquam .i. tametsi explicemus .i. expediamus primum quidquam .i. quodlibet quod primum expediendum est. aut explicemus .i. declaremus primum quidquam .i. quod primum explicandum occurrit. Nam ut quidem, id est, secundum quòd actum est adhuc, nos uidemur liberati non regno, quia adhuc resp. libera non est, ea

autem

ASCEN.

autem potiturus rex futurus fuerit, sed rege.s.Cæsare. Enim.i. quia, rege interfecto.i. postquam rex est interfectus, nos tuemur.i. inspicimus omnes nutus i.gestus magnificos quasi ad nutum cuncta regentium, regios i quales haberent reges. Annotandum duco versiculum illum, Dic tuor inspicio, tueor defendere dico, non sic esse admittendum vt pro video, & inspicio, non dicamus etiam tueor. nam hic dicit tuemur, non tuimur. Neque vero sup. tuemur i.inspicimus solum in hoc.i.nutus regios, sed etiam nos probamus.i.comprobamus ea quæ ille ipse .s.Cæsar rex non faceret, si viueret. comprobamus, dicit, quasi cogitata i.præmeditata ab illo nec quidem video finem eius rei.i.huiusmodi mali eorum qui referunt nutus regios. Tabulæ .i.leges nouæ, aut tabulæ proscriptionis, figuntur.s.ad publicas columnas: immunitates dantur.s.militibus Cæsaris mortem vlturis: pecuniæ maximæ distribuuntur sup.ipsis. exules reducuntur.i.in vrbem: senatusconsulta falsa i.nunquam a senatu probata referuntur.s.ad populum, vt ab eo approbentur ita, sup.ut tantummodo illud odium hominis impuri.s.Cæsaris nihil veterius remp.per quam ita creuit, opprimere, & dolor seruitutis videatur esse depulsus: resp. iacet in his perturbationibus, in quas ille.s.Cæsar coniecit eam. Hęc omnia sunt expedienda.i.abolenda a vobis, nec cogitandum est s. vobis hoc videlicet remp.habere iam satis.s.officii a vobis illa quidem habet tantum, quantum nunquam venit mihi in mentem.i. cogitauerim, & ausus fuerim optare. Sed non est contenta & desiderat a vobis magna, pro magnitudine & animi & beneficij vestri. Ipsa vita est adhuc.i.hactenus iniurias suas per vos interitu.i.per cædem tyranni: nihil amplius.s.assecuta est: vero pro sed, quæ ornamenta sua recuperauit? quasi dicat nulla. An, sup. illud ornamentum, quod paret.i.obtemperat ei mortuo, quem non poterat ferre i. tolerare, viuum? & sup. quòd defendimus etiam chirographa.i. manu scripta eius, cuius æra.i leges in ære incisas debebamus refigere.i euellere ex columnis & tabulis. At enim.i.sed certe nos decreuimus i.approbauimus æra.i.leges eius. Responsio. Fecimus quidem id cedentes temporibus, quæ valent plurimum in rep. Sed quidam, vt Antonius, & eius sequaces, abutuntur facilitate nostra immoderate & ingrate. Verum nos sup. dicemus propediem hæc & multa alia coram i.in mutua pręsentia loquentes alter ad alterum. Ego velim sup. vt persuadeas tibi interim, sic, tuam dignitatem esse mihi maxime curæ, tum.i.pariter causa reip. quam habui semper carissimam, tum.i.pariter, causa amoris nostri.s.mutui, aut mei in te. Da operam, vt valeas.

PAVL. MANV. — Ita compressum est} antea, compressa est, in libris omnibus impressis. nos, compressum, vt est in libro Vincentij Riccij rectius, quàm compressa, legi putauimus, vt referatur ad verbum, manabat. antitheta.n. sunt, comprimere, & manare. quibus etiam vsus est libro ad Atticum 3. ep. 12. Orationem illam ita compressam, vt nunquam emanaturam putarem.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Exponit Cassio, quàm grauiter iratum Antonium habeat, nec ipse modo, sed omnes, qui in illius improbitatem inuehuntur, enumerat etiam consulares aliquot, in quibus cum spes defensionis esse possit, omnino a senatu iam abscedant.

CICERO S. D. CASSIO. 2.

*VEHEMENTER lætor tibi probari sententiam, & orationem meam. qua si sæpius vti *liceret; nihil esset negotij, libertatem, & remp. recuperare. sed homo amens, & perditus, multoque nequior, quàm ille ipse, quem tu nequissimum occisum esse dixisti; cædis initiũ quærit: nullamq; aliam ob causam me *auctorem fuisse Cæsaris interficiendi criminatur, nisi vt in me veterani incitentur. quod ego periculum non extimesco, modo facti vestri gloriam cum mea laude communicet. ita nec *Pisoni, qui in eum primus inuectus est nullo assentiente; nec mihi, qui idem tricesimo post die feci; nec P. Seruilio, qui me est consecutus, tuto in senatum venire licet. cædem.n. gladiator quærit: eiusq; initium ad XIIII. kal. Oct. a se factum putauit. at quàm paratus venerat, cum in illa *Metelli complures dies cõmentatus esset. quæ autem in lustris, & in vino commentatio potuit esse? itaque omnibus est visus, vt ad te antea scripsi suo more *vomere, non dicere. quare, quòd scribis te confidere, auctoritate, eloquentia nostra aliquid profici posse: nonnihil, vt in tantis malis, est profectum. intelligit.n. populus R. tres esse consulares, qui, quia, quæ de rep. bene senserint libere locuti sunt, tuto in senatum venire non possint. nec est prętere a, quòd quidquam expectes. tuus.n. *necessarius affinitate noua delectatur. itaque iam non est studiosus ludorum, infinitoque *fratris tui plausu dirumpitur. alter item affinis nouis commentarijs Cæsaris delinitus est. sed hæc tolerabilia: illud non ferendum, quod est, qui vestro anno consulem filium suum futurum putet, ob eamque, causam se huic latroni deseruire præseferat. nam L. Cotta, familiaris meus, fatali quadam desperatione. vt ait, minus in senatum venit. L. Cæsar, optimus, & fortissimus ciuis, *valetudine impeditur. Ser. Sulpicius, & summa auctoritate, & optime sentiens, non adest. reliquos, exceptis designatis, ignosce mihi, si non numero consulare. Habes *auctores consilij publici. qui numerus etiam bonis rebus exiguus esset: quid censes, perditis? quare spes est omnis in vobis, qui iccirco abestis, vt sitis in tuto: ne in vobis quidem. sin aliquid dignum vestra gloria cogitatis: velim, *saluis nobis: sin id minus, res tamen publica per vos breui tempore ius suum recuperabit. Ego tuis neque desum, neque deero: qui siue ad me referent, *siue non; mea tibi tamesi beneuolentia, fidesq; præstabitur. Vale.*

Marginal notes: *si liceret in senatu libere loqui. ep. 2. l. 10. — Phil. 2. — *cuius filia Calpurnia C. Cæsari nupserat. — *Scipionis, qui fuerat socer Pomp. ep. 8, lib. 8. — *Phil. 2. — *Lepidus, cuius filio filiã suã Antonius collocarat. Dio lib. 44. — *Lucij. qui hoc anno erat trib. pl. Phil. 1. — *ep. 14 l. 9. — *quorũ consilio resp. geritur. — *i. ne. ante vestrum aduentum opprimatur. — *ep. 15. l. 15. ad Att.

MVRR. — VEhementer} absentibus Cæsaris percussoribus ab vrbe, cum Cic. assidue eos tueretur, & de eorum incolumitate seruanda & cogitaret, & aperte publiceq; ageret. M. Ant. nimia ira odioq; in ipsum incendebatur, minabaturq; ei mortem: meditabaturq; quotidie quo posset eum è medio tollere, quia videbat suæ voluntati aduersantem. Hęc igitur Cic exponit Cassio, & qui sunt consulares viri, qui recte sentiãt & in senatu sententiam suam dicere audeant. quos cum admodum paucos rebus ita perditis esse dicat; ostendit omnem spem esse in eo, & ambobus, Brutis. {Sententiam} quia ea non probem, quæ Antonius facit {Nihil negotij} nihil laboris, quia traherem reliquos in sententiam meam. {Homo} Ant. {Amẽs} insanus. {Ille ipse} Cæsar. {Initium cædis quærit} male exponunt qui dicunt, quærit quis fuerit causa, & auctor cædis Cæsaris. nam affirmabat Cic. non fuisse sed ita est intelligẽdum. Quærit initium cędis.i. quærit incipere aliquam cędem, quam vellet a me incipere, cum criminantur me fuisse auctorem & suasorem interficiendi Cæsaris, vt Veterani Cęs. odio incitati me interficiant, & dicane aperte contra Antonium, non licet venire in senatum {Cædem gladiator quærit} iniuriose gladiatorem appellat Ant. quia gladiator vilissimæ professionis nomen erat. {Primus inuectus est} primus in eum acerbissimam orationem dixit, licet postea pro Ant in Cic. acerrime dixerit, vt testatur App lib. 3. {Idem feci} acerrime quoq; inuectus sum. {Eius initium} quod supra dixit, quærit initium cædis. {Cõmentatus esset} de ea re cogitasset & mentionem fecisset. {In lustris} in Lupanaribus. Sunt.n. lustra & loca ferarũ & loca meretricũ. {Quę} .i. qualis, quasi dicat fœdissima, & omnino nullius honestatis particeps, {In vino} in crapula, in cõuiuiis, vbi inebriebantur. carpit Ant. & ebrietatis, & libidinis in honeste, sicut in paradoxis & multo magis in Philippicis. {Vomere} ostendit gestum ebriorum in dicendo, qui ita effundunt verba cum ructibus, vt potius vomere q̃ dicere videantur. quod & in Philippicis Ant. obijcit. {Vt in tantis malis} .i secundum quod in tantis malis proficisci potuit. {Profectum} aliquid vtilitatis factum. {Tres} quos supra nominauit.i. se, Pisonem, & Seruilium. {Libere} sine respectu Ant. & cuiusquàm alterius pro vtilitate reip. {Præterea} .i. præter nos tres {Tuus necessarius} credo Lepid. intelligi, qui erat affinis, Cassij, vt infra in aliis epist. patebit. {Noua} quam nouam fecit cum Ant. {Ludorum} translatiue dixit pro plausibus, & lætitiis, quæ fiebant de morte Cæs. {Dirumpitur}

dolore frangitur. {Plausu} quem facit frater tuus de liberatione patriæ & cede tyranni. Nam de ludis non est hic credendum quibus rep. iam perturbata nullus erat locus. {Alter} fortasse Paulus, Lepidi frater. {Cõmentariis} non his quibus scripsit historiam bellorum a se gestorũ, vt quidam opinantur, sed quibus scripserat testimonium suum, & omnia, quæ se facturum decreuerat. {Non fert} nullo pacto tolerandum. s. est. {Qui} incertũ est de quo dicat. Putant quidam intelligi Philippum vitricum Cæs. Octauiani, quia suadebat ei petere cõsulatum loco Hirtij, & Pansæ, vt supra diximus. {Vestro anno} quo vos consules esse debetis. {Ob eam causam} vt filius suus habeat consulatum vestro anno. {Latroni} Ant. {Fatali desperatione} quia videt omnia male accidere. {Valetudine} mala ægrotatione {Exceptis *designatis} s. Planco, & D. Bruto. {Si non numero} .i. si non nomino singulatim, numeratim {Habes} intelligis. {Qui num.} supradictorum. {Bonis rebus} .i. bono statu, in quo non est opus multorum consilio. {Quid censes, perditis} s. esse, quasi diceret, si esset exiguus rebus bonis, multo magis exiguus, est rebus perditis quæ indigent plurimum consilio, vt seruentur. {Ideirco} ob eam causam {. Ne in vobis quidem} s. est spes. si. n. abestis, quia timeatis vobis quomodo saluabitis alios? {Cogitatis} interea dum abestis. {Velim} saluis nobis. i. cupio cum salute nostra. s. cogitetis. {Si minus} .i. si non {Id} s. vt saluis nobis cogitetis dignum vestra gloria. {Siue non} s. referent, i. non dicent quid eis sit opus. {Præstabitur} ostendetur.

Immo Pansa, & Hirtio,

ASCEN.

VEhementer lætor, &c. {Quia Cæsaris percussores Cic. defendebat, Antonius in eum atrociter sæuiens, excidiũ minabatur. vnde ad Cassium scribens exponit, qui sint consulares viri in remp. bene animati, & qui audeant aperte sententiam dicere, addens rursus oẽm spem esse in ipso Cassio & duobus Brutis. Ordo est. Ego lætor vehementer, sententiam, & orationem meam probari. i. approbari, & laudari. tibi. i. a te. qua. s. oratione mea, si liceret vti sæpius, nihil negotij. i. facillimum esset recuperare libertatẽ, & remp. Sed homo amens .i. sine mente, & ratione, & perditus. i. desperatæ salutis. s. Antonius, & nequior. i. peior multo q̃ ipse. s. Cæsar, quem tu dixisti esse occisum nequissimum. i. eo q̀ esset, aut cum esset nequissimus quærit initium cædis. s. faciendæ, in me, & nullam. i. non vllam ipse criminatur me fuisse auctorem Cæsaris interficiẽdi non ob vllam aliam causam, nisi vt veterani s. milites Cæsarem, sub quo militauerant, adhuc amantes incitentur in me. Quod periculũ ego non extimesco, modo. i. dummodo communicem gloriam facti vestri cum mea laude. i. dũmodo, vt particeps fuero pœnæ & vltionis subeundæ, ita sim particeps gloriæ vestræ de tyrannicidio, quod tñ me nesciente commisistis. q. d. tam gloriosum est factum vestrum, vt uitam velim per tali laude pacisci. Ita. i. & sic nec licet Pisoni, qui inuectus est primus in eum. s. Antonium aut Cæsarem, nullo assentiente; nec mihi qui feci idẽ trigesimo die post. i. qui inuectus sum in Ant. aut Cæsarem; nec P. Seruilio qui est consecutus me. i. sententiam meam, aut post me idem dixit, licet venire tutò. i. sine periculo in senatum. Enim. i. quia gladiator. s. Antonius, quem per contemptum gladiatorem appellat, quærit cædem sup. facere, & putauit se facturum initium eius. s. cædis a me. i. incipiendo a me, ad xiij. cal. Octob. ad quem. s. me, ipse venerat paratus, cum esset commentatus. i. excogitasset modum mei interficiendi, dies complures. i. per plusculos dies in uilla. i. domo rustica Metelli. Etsi dicas, si paratus & commentatus ac præmeditatus uenit, quo ergo non effecit quod voluit? Responsio: aut. i. sed quæ commentatio. i. subtilis medij excogitatio potuit esse in lustris. i. lupanaribus, & in vino? q. d. nulla. Itaq; ut scripsi ad te antea, ipse est uisus omnibus non dicere, sed vomere suo more. Quare quod scribes te confidere aliquid posse proci auctoritate & eloquentia nostra: non nihil. i. aliquid est profectum. i. veritatis factum, ut. s. fieri potuit in tantis malis. Enim. i. quia populus R. intelligit tres. s. uiros in senatorio ordine. s. me, Pisonem & Seruilium esse consulares. i. consulari animo, & dignos qui consules fuerint. qui quia locuti sunt libere quæ senserint bene de rep. non possunt uenire tuto. i. sine periculo, in senatum. Est aũt tuto aduerbium, sed ne coincidat cum pronomine compositæ figuræ tute: frequentius tutò q̃ tute legimus. Nec est præterea i. præter nos tres qui sumus quodãmodo prohibiti a senatu. eo q̀ libere locuti, q̀ expectes quidquam. s. pro te fieri aut dici. Enim. i. quia: necessarius tuus. s. Lepidus, delectatur noua affinitate. s. cum Antonij propinquis. Itaque. i. & ita ipse iam non est studiosus ludorum. i. non studet sic iis ludis i. plausibus qui fiunt ob cædem Cæs. ut studuit olim ludis Romanis, aut funebribus in laudẽ Cæs. celebratis, & dirumpitur. i. inuidia & dolore, infinito plausu. i. pp infinitum plausum & lætitiam fratris tui. Item alter affinis. s. tuus, vt opinor, Paulus Lepidi frater, est delinitus. i. inescatus & oblectatus nouis cõmentariis Cæsaris. i. tabulis testamentariis, & de rebus a se, si vixisset, gerendis. Sed hæc. i. huiusmodi insolentia, gaudia, & studia supp. sunt tolerabilia: illud non sup. est ferendum, quod est. s. quidam, vt vero simile sit, Philippus vitricus Octauij Cæs. qui putet filiũ suum, saltem priuignum, futurum consulem, anno vestro. i. quo vos meritu consules sitis, & præseferat i. indicet se deseruire huic latroni. s. Antonio ob eam causam. Nam L. Cotta, familiaris meus minus. i. non frequenter venit in senatum, quadam desperatione fatali, vt ait. i. quam a fato & astris, aut deorum prædefinitione dependere putat, vt resp. Romana a tyrannis occupetur. L. Cæsar, auunculus Antonij, ciuis optimus. s. animo impeditur s. venire in senatum, valetudine. i. ægritudine. S. Sulpicius sup. ciuis & summa auctoritate & optime sentiens. s. de rep. non adest s. in vrbe. Tu habes reliquos consulares, i. qui consules aliqñ fuerunt. ignosce mihi, si non numero eos, videtur hoc ironice præcari, quasi paucissimos, aut nullos vere consulares censeat auctores ac probatores consilij publici. i. qđ a maiore numero decernitur. id. n. ignari & imperiti rerum sequi solent. exceptis designatis. s. consulibus in proximum annum. D. Bruto & C. Planco. qui numerus. s. vere consularium esset exiguus. i. modicus, etiã bonis rebus. i. in bono statu reip. quid censes, sup. eum esse perditis sup. rebus? q. d. aut minimum aut nullum. & ita non opus esse, ut numerentur aliqui consulares. Quare cum alij non sint omnis spes est in vobis. qui abestis. s. ab vrbe. ideirco vt sitis in tuto: ne quidem. i. non etiam in vobis sup. spes est. Sin. i. sed si, vos cogitaris aliquid dignum. gloria vestra. s. iam parta: velim sup. id faciatis nobis saluis. i. tantisper, dum salui sumus. sin i. sed si, id sup. fiet minus. i. non saluis nobis, tñ resp. recuperabit breui per vos ius suum. Sed ego non desum. i. semper auxilio sum tuis. s. necessariis, neque deero. s. vnquam. qui. s. tui, siue referent ad me, id est, consultabunt me, siue non; tamen. i. nihilominus beneuolentia mea & fides præstabitur tibi.

GIBERTI LONGOLLII LEMMA.

Grauis indignatio Ciceronis in Antonium, dum improba illius facinora in amicos reip. Cassio explicat.

CICERO S. D. CASSIO. 3

*AVGET tuus amicus furorem in dies. primum in statua, quam posuit in Rostris, inscripsit, PARENTI OPTIME MERITO: vt non modo sicarij, sed iam etiam parricidæ iudicemini: quid dico, iudicemini? iudicemur potius: vestri. n. pulcherrimi facti ille furiosus me principem dicit fuisse. *vtinã quidem fuissem: molestus nobis non esset. sed hoc vestrum fuit: quod quando præterijt; vtinam haberem, quid darem vobis consilij. sed ne mihi quidem ipsi, reperio, quid faciundum sit. QVID enim est, quod contra vim sine vi fieri possit? consilium autem omne hoc est illorum, vt mortem Cæsaris persequantur. itaq; ante diem VI. non. Oct. productus in concionem a *Canutio, turpissime ille quidem discessit, sed tamen ea dixit de conseruatoribus patriæ, quæ dici deberent de proditoribus: de me quidem non dubitãter quin omnia de meo consilio & vos fecissetis, & Canutius faceret. cetera cuiusmodi sint, ex hoc indica, quòd legato tuo viaticum eripuerunt. quid eos interpretari putas, cũ hoc faciunt? ad hostem scilicet portari. o rem miseram dominum ferre non potuimus; conseruo seruimus. & tamen, me quidem fauente magis, quàm sperante, etiam nunc residet spes in *virtute tua. sed vbi sunt copiæ? de reliquo malo te ipsum loqui tecum, quàm dicta nostra cognoscere. Vale.*

Brutus, & Cass. consilium de necando Cæsare cũ Cicerone non cõmunicarunt. Plut.

qui postea Octauianum occidit Dio l. 48. Vell. l. 2. Suet. in lib. de claris rhet.

sæpe cogitata, maxime uero contra Parthos. ep. 10. l. 12 & 14. l. 19.

MVRSE.

AVget} Adducit Cicero Antonium in maximum odium Cassij, ostendens, quid fecerit in honorem Cæsaris mortui contra dignitatem interfectorum: inter quos dicit se ab Ant. numerari. q. d. eum fuisse auctorem illius cædis, cui optat se

se interfuisse dicit aūt, quod sit consilium istorum, qui tuantur, acta Cæsaris, & ei etiam mortuo fauent. quia nihil aliud cogitant q̄ vlcisci eius mortem cōmemorat iniurias illatas præcipue in ipsum Cassium, cuius legato dicitur viaticum, qđ ad eum mittebatur, ab Ant. & eius amicis ereptū, quasi ad hostem mitteretur, non ad ciuem. Indignatur postremo Cic tantā Antonii arrogantiam ita patienter ferri. } Amicus } ironice. } Auget furorem } in dies fit furiosior. } Statua } Cęs. } Inscripsit } titulum } fecit. } Parenti } i. Cæsari patri patriæ } Optime merito } quia multa beneficia in patriam contulit. } Sicarij } sica genus est gladij, quasi seca a secando dicta. quicunq; igitur gladio hominem interfecerit, sicarius & homicida appellatur. parricida vero, qui patrem interfecit. ergo Ant. significabat per eam inscriptionem eos nō modo sicarios, qui hominē interfecissent, sed etiam parricidas, quia parentem patriæ cecidissent. } Quid dico } correctio est, vt immisceat etiam personam suā in numero horum. } Principē } primū. } Nō esset molestus nobis } quia eum sustulissemus, sicut & Cæs. } Præterit } non est factum. } Reperio } s. consilium. } Vim sine vi } vim. n. vi repellere licet. } Illorum sce. } inimicorum patriæ. } Persequantur } vlciscantur persequendo, qui eum interfecerint. } Canutius } is erat tribunus pl. aduersarius. Ant. ut scribit Appian. } Illa } Antonius. } Conseruatoribus } vobis. nam dixit sceleratos fuisse, qui virum sanctum & de rep. bene meritum interfecissent. } Faceret } eum eum produceret in concionem. } Cuiusmod } qualia q. d. q̄ pessima & mala spe. } Viaticum } pecuniam quæ ad te mittebatur pro impensa viæ & peregrinationis tuæ. } Interpretari } intelligere & sentire. } Scilicet } cum stomacho dicit. } Ad hostem } quem te iudicant, cum sis defensor patrię. } O rem } exclamatio ex indignatione. } Dominū } Cæsarem } Conseruo } Ant. qui & ipse erat in seruitute Cæs. sicut & nos. conserui enim dicūtur qui simul seruiunt domino. } Fauente } adiuuante, non deserente. } Residet } remanat. } Sed vbi } q. d. nusquam.

ASCEN. AVget, &c. } Adducit Antonium maximum odium. Cassij, ostendens quid fecerit in honorem Cęsaris, & in cōtumeliam Cassij. vnde ægre fert q̄ tantā arrogantiam sic patiatur. Ordo est. Amicus tuus, per ironiam. i. summus inimicus, videlicet Antonius auget in dies furorem primū in statua. s. Cæsaris, quam posuit in rostris, inscripsit. i. titulum posuit, Parenti. s. patrię optimæ merito. s. de patria: vt vos occisores Cæs. iudicemini non modo sicarij. i. dolosi homicidæ, sica. s. pugione vsi, sed etiam parricidæ. i. percussores parentis patriæ. Quid dico inducemini? iudicemur potius. Enim. i. quia, ille furiosus. s. Antonius, dicit me fuisse principem. i. principalem auctorem facti vestri pulcherrimi. Vtinam quidem fuissem. ipse. sup. non esset molestus nobis, quia ipse interfactus fuisset. sed hoc est vestrum. i. vestræ negligentiæ, qui non abstulistis simul omne malum. a rep. quod qm. i. qm̄ præterit. s. opportunitas aut occasio eius, vtinam haberem quid consilii darem. i. dare possem vobis. Sed ne quidem. i. non saltem reperio mihi ipsi quid sit faciendum. Quid. n. est quod possit fieri contra vim sine vi? q. d. nihil. Autem. i. sed consilium istorum. s. qui remp. oppugnāt, est, vt prosequantur. s. vltione, mortem Cæsaris. Itaque, sup. Antonius productus a Canutio. s. trib. pl. aduersario Antonii, auctore Appiano, in concionem. i. cœtum P. R. congregati ad audiendum orationem eius, ante diem sextum nonarum Octobris, ille. s. Canutius, quidem. i. certe discessit turpissime, quia debebat resistere, aut presentia sua deterrere, sed tamen Antonius, sup. dixit ea de conseruatoribus patriæ, quæ deberent dici de proditoribus. Non dubitant. s. aduersarii. quidem. i. certe de me, quin vos fecissetis, & quin Canutius faceret omnia de consilio meo. Iudica ea hoc. s. quod dicam, cuiusmodi. i. qualia sint cetera, q̄ eripuerunt legato tuo viaticum. i. pro via facienda sumptum necessarium. Quid putas eos interpretari. i. innuere, cum faciunt hoc. Scilicet. i. scire licet quid interpretentur, portari. s. viaticum ad hostem? O rem miseram: nos non potuimus ferre dominum. i. tyrannum Cæsarem, & seruimus conseruo. i. Antonio, qui nobiscum sub Cæsare seruierat, & tū me quidem magis fauente. i. optante q̄ sperante, quia non vero simile hoc malum posse expugnari, spes residet etiam nunc in virtute tua. Sed vbi sunt copiæ? q. d. nusquam. Ego malo. i. magis volo te ipsum loqui da reliquo. i. quod restat, quàm cognoscere dicta nostra.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Votum Cicer. ..... solitum. & in aliis epistolis, de epulis, hoc est Cęsaris morte, & hic exponitur. præterea narratur. quid de senatu, senatoribusque, & populo expectari debeat. postea quoq; de Cassi, Brutiq; & reliquorum rebus se sollicitum esse dicit.

M. CICERO S. D. C. CASSIO. 4

*VELLEM idibus Mart. me ad *cœnam inuitasses: reliquiarum nihil fuisset: nunc me reliquiæ vestræ exercent, & quidem præter ceteros me. quanquam egregios consules habemus, sed turpissimos consulares; senatum fortem, sed infimo quenque honore fortissimum; populo vero nihil fortius. nihil melius, Italiaq; vniuersa. nihil autem fœdius *Philippo, & Pisone legatis, nihil flagitiosius: qui cum essent missi, vt Antonio ex senatus sententia certas rès renuntiarent; cum ille earum rerum nulli paruisset, vltro ab illo ad nos intolerabilia postulata retulerunt. itaq; ad nos concurritur: factiq; iam in re *salutari populares sumus. Sed tu quid ageres, quid acturus, vbi deniq; esses, nesciebam. fama nuntiabat te esse in Syria: auctor erat nemo. De Bruto, quo proprius est, eo firmiora videntur esse, quæ nuntiantur. Dolabella valde vituperabatur ab hominibus nō insulsis, quòd tibi tam cito succederet, cum tu vix dum triginta dies in Syria fuisses. itaq; constabat, eum recipi in Syriam non oportere. Summa laus & tua, & Bruti est, quòd *exercitum præter spem existimamini comparasse. scriberem plura, si rem, causamque nossem. nunc, quæ scribo, scribo ex opinione hominum, atq; fama. Tuas literas auide expecto. Vale.*

ad Cęs. occidendū, simul. n. Antonium occidissemus. ep. 28 l. 10.

ep. 8. l. 11. & Phil. 6. & 13.

alij n. in affligēda rep. populares, ut Clodius, Cæsar.

17. legiones eos habuisse Velleius. tradit.

VEllem } Dolet Cic. Antonium non interfectū fuisse quo die Cæs. fuit interemptus: qđ quidē dicit futurum fuisse si interfecisset: vt etiam supra lib. 10. scripsit ad Treboniū. Deinde dicit quales sint sententiæ singulorū in his ciuilibus dissensionibus: in quibus maxime queritur de Philippo & Pisone legatis. Postea vero quia Dolabella in Syria proficiscebatur, dicit qui rumores de eo sint. Postremo qualis opinio de ipso. Cas. & Bruto. } Vellem } recurere ad lib. 11. ad epist. quę incipit. Quam vellē. } Reliquię } M. Antonius, quē incolumē reliquistis, cum fuisset cū Cæs. interficiendus. } Exercent } fatigant, vexant. Virg. exercere odiis. } Præter ceteros } præcipue plus q̄ alios. } Turpissimo } qui male sentiunt. } Infimo honore } i. qui gerunt minores magistratus, ædiles, quæstores. } Italiaq; vniuersa } quæ tanq̄ ad extinguendum cōe incendium cōspirauit. } Philippo } is erat uitricus Cæs. Octauiani. } Pisone } socero Cæs } Legatis } missis ad M. Ant. ut a Mutinensi obsidione desisteret, & ut faceret quæ decreuisset senatus. } Certas } quasdā. } Vltro } sponte, cū debuisset ipse mittere proprios legatos, si quid uoluisset postularet. } Intolerabilia } in honesta, minus supba. } Postulata } quæ fecit Ant. præter cōsa ad mandata, quæ scribuntur ab Appian. lib. 3. } Ad nos } ad me, tanq̄ qui solus audeā aduersari Ant. } Factiq; sumus populares } i. populo accepti. } Auctor } s. famæ. i. nullius certus nuntius. } Bruto } Marco. } Proprius } erat. n. in Sardinia, ut uisū est li. superiore epist. quę incipit, maximo meo dolore. } Succederet } in Siria q̄ uolebat obtinere, cū fuisset decreta Cassio, & in ea paulū admodum asset moratus. } Recipi } a te. } Comparasse } collegisse. nam ut scribit Ap. Brutus præter exercitum, quē antea habebat, sex legiones, quæ fuerant C. Ant. mansuetudine sua deuinctas sibi adiunxit. Deinde in Macedoniā trāsgressus duas alias legiones Italorū more pugnātes in unū collegit. } Rē } quid agatis. } Causamq; } cur tantus exercitus tam subito sit comparatus. HVBER.

VEllem, &c. } Dolet Cic. q̄ non interfectus sit Ant. cum Cæs. qđ fuisset, si interfuisset. docetq; quales sint sententię in dissensionibus ciuilibus, & qualis de Cassio & Bruto opinio. Ordo est. Vellem inuitasses me ad cœnam. i. mactationem Cæs. Id. Martiis: nihil reliquiarum fuisset, quia etiam Antonium absumpsissem. i. interfecissem. Nunc reliquiæ uestræ. i. quos reliquistis percutiendos, exercent. i. persequuntur & cura afficiunt me, & quidem me sup. exercent, præter ceteros. i. plus q̄ omnes alios. q̄q̄. i. licet habemus egregios consules. s. Hirtium, & Pansam, sed turpissimos consulares. i. consolatu functos, habemus senatum fortem, sed quenq; infimo honore fortissimum, hoc est ut quisq; infimus est honore, ita fortissimus est: uero pro sed, nihil sup. est aut habemus fortius & nihil melius populo. s. R. & Italia uniuersa. Nihil aūt fedius Philippo, & ASCEN.

Pisone legatis s.concordiæ faciendæ ad Ant.missis, & nihil flagitiosius.i.sceleftius, & increpatione dignus.s.legatis, qui cũ essent missi vt nuntiarent Antonio res certas.i.specificas, & non alias, ea sententia senatus.cum ille.s.Antonius,nulli.i.non vlli,nõ paruisset vlli earum rerum s.quas nuntiabant ex sententia senatus retulerũt i.reportauerunt vltro.i.insuper,ab illo.s.Ant.intollerabilia.s mandata,ad nos postulantia.s.caput vestrum aut quid simile. Itaq; concurritur.s.ab omnibus ad nos, & nos facti sumus populares.i de secta populi, & eius fautores in re salutari.i.quæ ad salutem publicam spectat. Sed nesciebam, quid tu ageres,q̃d acturus sup. esses, deniq; vbi esses. Fama nuntiabat te esse in Syria.nemo erat auctor.i.certus assertor. Ea quæ nuntiantur de Bruto.s.Marco,v õr eo i tanto firmiora.i.certiora,quo.i quanto sup. Brutus est proprius. Dolabella vituperatur valde ab hominibus non insulsis.i.non imprudẽtibus q̃ succederet tibi tam cito.q̃ tu via dum.i.vix adhuc fuisses triginta dies, in Syria. Itaq; constabat.i.constans opinio erat aut manifestum erat,non oportere eum recipi in Syriam. Summa laus est & tua, aut, vt ferè textus habent, tui.i.de te, & Bruti q̃ existimamini comparasse .i.acquisiuisse exercitum, præter spẽ.s. omnium. Ego scriberem plura, si nossem.i.cognoscerem rem & causam.s.rei:nunc scribo ea, quæ scribo ex opinione atque fama hominum,id est,ex opinione. Ego expecto auide literas tuas.

ARG. M. Brutum laudit, vt ad eius imitationem Cassium, accedas addit de bello, quod in Italia contra M. Antonium resp. gerebat.

CICERO S. D. CASSIO. 5

*HIEMEM credo adhuc prohibuisse, quo minus de te certum haberemus, quid ageres maximeq; vbi esses. loquebãtur omnes tamen, credo quòd volebant, in Syria te esse habere copias. id autem eo facilius credebatur, quia simile vero videbatur. Brutus quidem noster egregiam laudem est consecutus, res.n tantas *gessit, tamq; inopinatas, vt ea cum per se grata essent, tum gratiores propter celeritatem. quòd si tu ea tenes, quæ putamus: magis subsidijs fulta resp est. a *prima.n.ora Græciæ vsq; ad Aegyptum optimorum ciuium imperijs muniti erimus, & copijs quanquam, nisi me fallebat, res sic se habebat, vt totius belli omne discrimen in D. Bruto positum videretur: qui si, vt sperabamus, erupisset Mutina, nihil belli reliquum fore videbatur. paruis omnino iã copijs obsidebatur, quòd magno præsidio Bononiam tenebat Antonius. erat autem Claternæ noster *Hirtius, ad Forum Cornelium Cæsar, vterque cum firmo exercitu: magnasq; Romæ Pansa copias ex delectu Italiæ comparat. hiemis adhuc rem geri prohibuerat. Hirtius nihil nisi *consideratè, vt mihi crebris literis significat, acturus uidebatur. præter Bononiam, Regium Lepidi, *Parmam, totam Galliam tenebamus studiosissimam reip. tuos etiã clientes transpadanos mirifice coniunctos cum causa habebamus. erat firmissimus senatus, exceptis *consularibus ex quibus vnus L. Cæsar firmus est, & rectus. *Ser. Sulpicij morte magnum præsidium amisimus: reliqui partim inertes, partim improbi. non nulli inuident eorum laudi, quos in rep. probari vident. *populi vero R. totiusq; Italiæ mira consensio est. Hæc erant fere, quæ tibi nota esse vellem. nunc autem opto, vt ab istis *orientis partibus virtutis tuæ lumen eluceat. Vale.*

Plut. in eius uita.

primam.n. orã Græciæ Brutus tenebat. Phil. 10.

p. 8. l. 11.

ep. 33. l. 10.

de Parmẽsium cæde ab Antonio facta, Phil. 14. ep. antecedenti.

in legatione ad Antoniũ ui morbi oppressi.

Phil. 8.

ep. antecedenti.

vnde sol terras illustrat, inde fac, vt eluceat virtus tua.

NVBAR.

HIemem} primum C. e. dicit ex cõi rumore & fama nuntiari Cassium esse in Syria, quæ ei decreta fuerat a senatu. Deinde laudat M. Brut. qui C. Ant. M. Ant. fratrẽ cum sex legionibus ad se sua mansuetudine conuertit, vt in præcedenti epistola dictum est. magnamq; spẽ esse ostendit in D. Bruto, si ex Mutinensi obsidione eruperit. commemorat, quas vires & copiarum, & populorum sibi fauentium haberet Ant. item quas senatus, & qui apparatus fiant contra Ant. Postremo quales in senatu sint omnes. {Hiemem} quia nauigatio impeditur. Ouid. in Heroid. Quo fugis, obstat hiems. Virg. lib. 4. Dum pelago desęuit hiems. {Volebant} optabant, {Simile vero} probabile, verisimile. {Brutus} Marcus. {Res tantas gessit} nam, vt scribit App lib. 3. C. Ant. M. Ant. frater cum Bruto discedens bellum agitabat. legionem vnam ex ciuibus secũ agens, & Bruti acie inferior obseruabat. Brutus contra simulata fuga insidias illi struebatur, nec cõgressum hostium eum ãs quidquam moliebatur, immo suis militibus præceperat, vt hostes alloquerentur, & amplecterentur: recusantibus hostibus, neq; se huiusmodi experimento credentibus, ex insidiis tutos permisit abire, cum nocere posset. Deinde ad alia itinera progressus subito in trepidine quadam emicuit, neq; tñ eos est aggressus, sed summis hilaritate suscepit. Illi Brutum vt ciuibus mansuetissimum, & ex sapientiæ & caritatis opinione, quæ ferebatur: præditum intuentes, vicissim complexi sunt, & ad eum se conuerterunt oẽs, Caius etiam se illi tradidit, quẽ apud se in magno honore habuit, donec eum exercitum corrumperet, neque reprehensus desisteret tandem interfunctus est. hoc igitur est ex quo egregiam laudem cõsecutum dicit Cicero. {Per se} sua natura, quia oĩs victoria siue celeris siue tarda grata esse solet. {Celeritatem} quia celerius quàm quisquam opinatus esset, eas effecit. {Tenes} in potestate tua habes {Quæ putamus} s. totam Syriam. {Fulta} sustentata. Iuuen. Nos vrbem colimus tenui tibicine fultã {Ora} confinio, termino, siue regione. {Discrimen} periculum. {Belli reliquum} i. belli remansuri & futuri. {Paruis copiis} paruo exercitu Antiquiã Antonius posuerat magnam partẽ suarum copiarum Bononiæ, pro præsidio. {Claternæ} ad forum Cornelij.i. in foro Cornelij, vel apud forum Cornelij. existimatur aũt esse vrbs, quam nunc dicimus Imolam. {Considerate} cũ magno cõsilio. {Regium Lepidi} ad differentiam Rhegii, quod est in Sicilia {Cum causa} cum defensione reipub. & libertatis. {Rectus} bene sentiens {Inertes} ignaui, nullius consilij. {Probari} bonos haberi laudari {Lumen eluceat a partibus orientis} i. aliquid præclarum a te factum ad nos deferatur. allusit autem ad solem, qui ex oriente primum lumen emittit.

HIemem, &c.} Dicit nuntiari Cassium esse in Syria, eidẽ ab senatu decretã. laudat Brutum, qui C. Antonium, M. Antonii fratrem, ad se conuertit, iterum, quales sint in senatu, aperiens. Ordo est. Ego credo hiemem prohibuisse adhuc, quo minus.i.vt non haberemus de te certũ quid ageres, & maxime.i.præcipue vbi esses. tñ.i. tametsi nihil certi haberemus, oẽs loquebãtur, credo, q̃.i.quia volebãt.i.optabant aut opinabantur te esse in Syria, & sup. habere copias.i. collegisse exercitum. Autem.i. sed, id credebatur eo facilius quia videbatur simile vero. Quidem.i.certe quidquid tu feceris. Brutus noster.s.Decius consecutus est laudem egregiam: gessit.n. tantas res, & tam inopinatas, vt eæ.s.res cum essent gratæ.i.vtiles & acceptæ, per se; tum sup. erant gratiores p p celeritatem, q̃ si tu tenes ea quę putamus: resp. est fulta i. sustẽtata & munita magnis pręsidijs.i. custodijs & protectionibus. Enim.i.quia nos erimus muniti a prima ora.i.extremitate Græciæ vsq; ad Aegyptũ imperiis & copiis optimorũ ciuium. q̃q̃ nisi.s.res aut opinio fallebat me; res habebat se sic, ut omne discrimen.i periculũ totius belli videretur positum in D. Bruto: qui si erupisset.i. vi ita hostes impetum fecisset; Mutina.i.ex ea vrbe, vbi obsessus erat ab Ant. nihil belli reliqui.i.relicti, aut nihil reliquum belli videbatur fore.i.futurum. Ipse obsidebatur iam paruis copiis, q̃.i.q a Antonius tenebat Bononiam magno præsidio.i.multitudine militum ad custodiam vrbis impositorum. Autem.i. sed, Hirtius noster.s.consul erat Claternæ.i.in eo oppidulo, cui Imolæ nunc nomen putant. Cæsar.s.Octauius, supple erat ad forum Cornelii, vterq; sup. erat tam Hirtius, q̃ Cæsar cum firmo exercitu & Pansa alter cõsul cõparat Romæ magnas copias est delectu Italiæ. Hiems prohibuerat rem geri adhuc. Hirtius nihil videbatur acturus nisi considerate, ut significat mihi literis crebris. Nos tenebamus totam Galliam.s.Cisalpinam, præter Bononiam. Regium Lepidi: nam est etiam in Sicilia Rhegium: sup. & Parmã. Etiam habebamus transpadanos tuos clientes.i.tuo patrocinio dum Romæ agebas, vtentes, & ita tibi addictos, coniunctos mirifice, cum causa.s.quam fouemus.i.cum defensione reip. Senatus erat.s.tunc, cum Decius Brutus obsideretur, fortissimus exceptis consularibus.i.iis, qui consulatum gesserant: ex quibus vnus .i. solus L. Cæsar est firmus & rectus. Nos amisimus morte.i.per mortem S. Sulpicii, magnum præsidiũ.i. protectorem & custodẽ salutis nostræ. Reliqui.s.consulares, partim sup sunt inertes.i.sine arte, & industria, partim improbi.i.improbandi, quia de rep. facere quæ sciunt & possunt nolunt. nonnulli inuident laudi eorum, quos videor probari.i.approbari in repub. Vero pro sed.

ARCAN.

nia

mira consenso est P. R. & totius Italiæ. Hæc erant ferè .s. omnia, quæ vellem esse nota tibi. Nunc autem opto, vt lumen virtutis tuæ eluceat ab istis partibus orientis. vnde sol oriens illuminat hemisphærium nostrum. pulchre ergo est ad solem alludit, cum in Syria, parte orientali, esset Cassius.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

C. Tidium quendam commendat: &, quanta sit in Cassio spes, si res male eueniat, vt eum ad fortiter agendum exhortetur, adiicit.

CICERO S. D. CASSIO. 6



*Vi status rerum fuerit tum, cum has literas dedi. scire poteris ex C. Tidio Strabone, viro bono, & optime de rep. sentiente: nam quid dicam, cupidissimo tui, qui, domo, & fortunis relictis, ad te potissimum profectus sit? itaque eum tibi ne commendo quidem. aduentus ipsius ad te satis eum commendabit. Tu velim sic existimes, tibique persuadeas, omne perfugium bonorum in te, & Bruto esse positum, si, quod nolim, aduersi quid euenerit. res, cum hæc scribebam, erat in extremum deducta discrimen. Brutus.n. Mutinæ vix iam sustinebat. qui si conseruatus erit; vicimus: sin; (quod dij *omen auertant) omnis omnium cursus est ad uos. proinde fac tantum animum habeas, tantumque apparatum quanto opus est ad vniuersam remp. recuperandam. Vale*

*ominis causa mitionē vtitur aduersæ fortunæ.

NVBAR.

Vi} Cõmendat Cicero Cassio C. Tidium Strabonem ad eũ proficiscentẽ, vt cũ eo esset, dicit aũt posse ex eo intelligere præsentiũ rerum statũ. affirmat deinde magnã spem & perfugium esse aium bonorũ in eo, & M. Bruto. nã D. Brutũ scribit eũ laborare extremo obsidionis periculo: qui si fuerit oppressus, confugient oẽs ad Brutum & Cassiũ. {Strabone} cognomen est. {Cupidissimo} amantissimo: {Domo} familia sua. est autẽ magnum argumentũ beneuolentiæ relinquere domum & res suas propter aliquem. {Potissimum} præcipue cum ad alios proficisci posset, {Aduentus} quia venit ad te. {Quod nolim} quod deus auertat. Si quid euen.} est aposiopesis: tacetur.n. verbum. q.d. actum erit de nobis. {Sustinebat} quia extrema fama laborabat. {Quod omen} qđ auguriũ malũ. {Proinde} igitur. {Vniuersam} totã, si oppressus fuerit Decius.

ASCAN.

Vi status, &c.} Commendat Cassio C. Tidium Strabonem, ad ipsum Cassium proficiscentem, vt cum eo esset. dicit aũt eum posse ex ipso intelligere præsentium rerum statum. deinde dicit magnam spem esse in ipso Cassio & M. Bruto. nam D. Brutum dicit obsidione teneri itaq; ad illos perfugium fore, si Decius vincatur. Ordo est. Tu poteris scire ex C. Tidio Strabone viro bono & optime sentiente de rep. qui.i. qualis (nam sequente .s. sæpe qui pro quis legitur) status rerum fuerit, tum.i. tunc, cum.i. qñ, ego dedi tuas literas .s. ad te, dico sup. sentiente op. &c. Nam quid.i. ad quid dicam cupidissimo.i. q; possis scire ex vno cupidissimo tui, qui profectus est potissimum ad te domo, & fortunis i. diuitiis omnibus relictis. Itaq; ego ne quidem.i. non etiam commendo eum tibi, quia aduentus eius ad te, commendabit satis eum. Ego velim sup. vt tu existimes, & persuadeas tibi sic oẽ perfugium bonorum.i. spẽ se conseruãdi per fugam, esse positum in te & in Bruto, si quid i. aliquid aduersi euenerit .s. bonis hoc est reip. fautoribus, quod nolim .s. euenire. Res .s. bellica, erat cum scribebam hæc, deducta in extremum discrimen i. summum periculum. Brutus.n. via sustinebat iã Mutinę .s. vim obsidentium. qui .s. Brutus, si erit conseruatus, vicimus. nõ dicit vincemus, sed propter certitudinem victoriæ vicimus. Cõseruatus autem fuit, nec tñ vicit. Sin.i. sed si ipse erit oppressus ibi, quod omnem dii auertant, omnis cursus hominum est ad vos. s. a facie Antonianorũ. Adnotandum omnis mali amouendi gratia quoties triste quid, quod impenderet, dicturi erant, solitos præmittere, quod nolim, quod dii auertant, &c. Proinde.i. & ideo, fac sup. tu habeas tantum animum, & tantum apparatum, quantum opus est .s. habere, ad recuperandam vniuersam rempublicam.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Approbat suũ studium, in defendẽda Cassii dignitate hac ep. Cicero.

CICERO S. D. CASSIO. 7



*Vanto studio dignitatem tuam & in senatu & ad populum defenderim, ex tuis te malo, quàm ex me, cognoscere, quæ mea sententia in senatu facile ualuisset, nisi Pansa vehemẽter obstitisset. ea sententia dicta, productus sum in concionẽ tribuno pl. M. Seruilio. dixi de te quæ potui, tanta *contentione, quantum forum est: tanto clamore, consensuq; populi, vt nihil vnquam simile viderim. id velim mihi ignoscas, quòd inuita socru *tua fecerim. mulier timida verebatur, ne Pansæ animus offenderetur. in concione quidem Pansa dixit, matrem quoque tuam, & fratrem illam à me sententiam noluisse dici. sed me hæc non mouebant: alia malebam: fauebam & reip. cui semper faui, & dignitati, ac gloriæ tuæ. Quod autem & in senatu pluribus verbis disserui, & dixi in concione, in eo velim fidem meam *liberes. promisi enim, & prope confirmaui, te non expectasse, nec expectaturum decreta nostra, sed te ipsum tuo more rempub. defensurum. & quanquam nihil dum audieramus, nec vbi esses, nec quas copias haberes: tamen sic statuebam, omnes, quæ in istis partibus essent, opes, copiasque tuas esse: per teque Asiam prouinciam confidebam iam reip. recuperatam. Tu fac in augenda gloria te ipsum *vincas. Vale.*

*alij, concione.

*Seruilia M. Bruti matre, itẽ Tertiæ Cassij vxoris Suet. in Iulio.

*.i. Id velim præstes, & te cõfirmes

*tecum certes, epist. 24 lib. 4.

NVBAR.

Vanto} Cũ pugnaret in Asia Cassius contra Dolabellã Cic. eum vehementer laudauerat, promiseratq; eum facturũ per se quidquid videretur fore vtile reip. nec expectaturum senatus decreta, ut liberaret Asiam a Dolabella. qui fuerat iudicatus hostis itaq; licet Cicero simulet se nolle dicere, quæ pro eo egerit, tñ latenter signat, immo quodãmodo breuiter cõmemorat. & ab eo petit, vt ea prestet, quę ipse Cic. senatui de eo promisit, & quasi data fide affirmauit. Postremo dicit se sperare totam Asiam propediem ab eo liberatã fore {Malo} nolo potius. {Quàm ex me} ne videar iactare officium meum. {Facile} nullius aduersantibus. {Pansa} consul. {Productus} in publicũ ductus. {Cõtẽtione} vehemẽti oratione. {Quãtum est forũ} quantum totum forum poterat audire.i. tanta uoce, quanta poterat totum forũ implere. {Nihil simile} quia nunquam populus magis cõsensit ad rem aliquã {Socru} matre vxoris tuæ. {Inuita} nolente. {Offenderetur} te laudassem. {Hæc} quæ socrus tua & mater dicebant se nolle. {Fauebam & reip.} .i. faciebam causa reipub. & causa tuæ dignitatis. {Liberes, fidem meam} absoluas me fide, quàm pro te dedi. {Promisi.n.} dicit nunc quę sit ea fides. {Tuo more} vt consueuisti. {Nihil dum} pro nondum {Statuebam} iudicabam. {Istis} Asiaticis. {Recuperatam} ab inuasione Dolabellæ {Vincas te ipsum} facias etiam vltra vires.

ASCAN.

Vanto studio, &c.} Defenderat Cassiũ pugnantem cũ Dolab. qđ nunc paucis tangit, monens, vt ea præstet senatui quę Cic. de eo promisit, cum speret totam Asiam ab eo propediem liberandam. Ordo est. Ego malo.i. magis volo te cognoscere ex tuis .s. necessariis, q̃ ex me, quanto studio ego defenderim dignitatem tuam & in senatu & ad populum. Quæ sententia mea .s. de te, valuisset.i. approbata fuisset facile in senatu nisi Pansa obstitisse vehemẽter. Ea sententia (non scribit eam quia scit, ab amicis Cassij perscripiam) dicta.i. postq̃ erat dicta: ego productus sum in concionem}.i. cœtum populi, a M. Seruilio trib. pl. Dixi de te q̃ potui .s. decenter dicere, tanta contentione.i. vocis extensione & auctione, quantũ est forum, in qđ populus conuenit, tanto clamore & consensu populi, ut nihil viderim vnquã simile. Velim, sup. ut ignoscas mihi id videlicet q; fecerim.i. ita contenderim, socru tua i. matre vxoris tuæ inuita. Mulier timida verebatur ne animus Pansæ, qui in senatu obstiterat, offenderetur. Pansa quidẽ dixit in concione matrem quoq; tuã, & fratrem noluisse illã sententiã dici a me. Sed hæc .s. obstacula nõ cõmouebant me ego malebã.i. magis volebã alia. Fauebam &.i. simul reip. cui faui sp & gloriæ tuæ. Autem .i. sed ego velim sup vt liberes fidem meam.i. facias vt pollicitos sum te facturum in eo, qđ & disserui verbis pluribus in senatu, &

dai in concione Promisi enim & prope confirmaui,i,asserui ita fore te non expectasse nec expectaturũ esse decreta nostra, sed te ipsum.i.proprio iudicio & auctoritate defensurũ sup. esse rẽp. tuo more i.sicut incepisti Cæs. occidendo. Et quanquam nihil dum i.nihil tum adhuc audieramus, nec vbi esses, nec quas copias haberes: tamen statuebam.i.in animo proponebam,sic omnes opes,quæ essent in istis partibus s. vbi tu es,& copias sup. omnes esse tuas,& cõfidebam Asiam iam esse recuperatam reip. per te. Tu fac sup. vt vincas te ipsum.i.plus facias q̃ hactenus fecisti cum tamen ea faciendo alios superatis, in augenda gloria s. tua

ARG. Lepidus victum Antonium receperat; vnaq; bellum administrabant. id queritur Cicero, & Cassium ad liberandã rẽp hortatur.

CICERO S. D. CASSIO. 8

nam & Lepidi vxor erat soror M. Bruti. cum antea pacẽ se velle dixisset ep. 18. l. 11. & 10. lib. l.

SCELVS *affinis tui Lepidi, summamq; leuitatem, & *inconstantiam ex actis, quæ ad te mitti certo scio, cognosce te arbitror. ita nos, confecto bello, vt arbitrabamur. renouatũ bellum gerimus: spemq; omnem in D. Bruto, & Planco habemus: si verum quæris, in te, & in meo. Bruto non solum ad præsens perfugium, si, quod nolim, aduersi quod acciderit, sed etiam ad confirmationem perpetuæ libertatis. Nos hic de Dolabellam audiebamus, quæ uellemus: sed certos auctores non habebamus. te quidem magnum hominem & præsenti iudicio, & reliqui temporis expectatione scito esse. hoc tibi proposito, fac vt ad summa contendas. nihil est tantum, quod non populus R. a te perfici, atque obtineri posse iudicet. Vale.

laudat simul & hortatur. quod faciendum vtrunq; cẽset ep. 21 lib. 15.

NVBER. Scelus} Post liberationem Bruti ex obsidio Mutinensi, Lepidus se cum Antonio coniunxit. quam rem dicit valde nocuisse populo R. quia cum credidisse se finisse bellum, superato M. Ant. apud Mutinam, coactus est gerere. bellũ renouatum per perfidiam Lepidi, Antonio coniuncti, itaque dicit spem esse in M. Bruto, & Cassio: quem non solum dicit nunc credi magnum hominem, sed etiam in futurum. nihil .n. esse tam magnum, quod P. R. non confidat eum non posse præstare. {Scelus} perfidiam, quia Antonium fusum apud Mutinam in societatem & prouinciam suam recepit. {Confecto} finito, Decio liberato, & Antonio fugato. {Renouatum} per coniunctionem Lepidi. {Quæ vellemus} qualia optabamus.s. q̃ esset a te oppressus. eum.n. Cassius in Laodicea obsederat. {Expectatione} spe bona. {Contendas} enitaris.

ASCEN. Scelus, &c.} Dicit perfidia Lepidi iam cum Antonio coniuncti plurimum noceri populo libertatiq; R. vnde spem reliquam dicit esse in Cassio & M. Bruto. Ordo est. Ego arbitror te cognoscere scelus & summam leuitatem.i. mutabilitatem in fide, & pro.i.inconstantiam affinis tui Lepidi, ex actis, id est. scriptis de rebus in acta relatis, & de his quę publice aguntur, quæ s. acta, ego scio certo mitti.i. q̃ mittantur ad te itaque quia Lepidus in fide non mansit, gerimus bellum renouatum, bello confecto.i.postquam bellum erat confectum, & finitum, vt arbitrabamur. & habemus omnem spem in D Bruto, & Planco, & sup si quæris verum.i.vt quod verum est, dicã: habemus sup. in te, & in Bruto meo.s. familiarissimo Marco, nõ solũ perfugium.i.ad quos fugere poterimus ad præsens.i ad euitandum instans periculum, aut ad tutelam parum duraturam, si quid aduersi acciderit.s. nobis, & reip. quod nolim, sed etiam ad confirmationem.i. stabilitionem perpetuæ libertatis. Nos audiebamus hic de Dolabella, quæ vellemus: videlicet q̃ a rep. staret: sed non habebamus certos auctores. Scito te quidem esse magnum hominem, &.i. simul, iudicio præsenti.i.quod fertur iã de te ob res peractas, & expectatione temporis reliqui.i. ob ea quæ homines sperant re gesturum. Hoc s. præmio proposito tibi, fac sup. vt contendas i. toto conatu eas ad summam.i. consumationem rei. Nihil est tm̃.i.tam magnum, quod P. R. non iudicet posse perfici, atque obtineri a te.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Rursus ob Lepidi perfidiam in Cassio omnem spem recuperandæ salutis esse ostendit.

CICERO S. D. CASSIO. 9

BREVITAS tuarum literarũ me quoq; breuiorẽ in scribendo facit: &, vere ut dicam, non satis occurrit, quod scribam. nostras.n. res in actis perferri ad te certo scio: tuas aũt ignoramus. tanquam enim clausa sit Asia, sic nihil perfertur ad nos. præter rumores de oppresso Dolabella, satis illos quidem constantes, sed adhuc sine auctore. Nos confectum bellum cum putaremus repente a Lepido *tuo in summam solicitudinem adducti sumus. itaq; persuade tibi, maximam reip. spẽ in te, & in tuis copijs esse. firmos omnino exercitus habemus; sed tamen, vt omnia, vt spero, prospere procedant, multum *interest te venire. exigua est.n. spes reipub. nam nullam non libet dicere: sed, quæcunque est, ea despondetur anno consulatus tui. Vale.

ob affinitatem ep. 8. & 10. h. l.

timebat enĩ ipsam victoriã suspicãs de Octauiano id, quod euenit.

NVBER. Breuitas} eodẽ est argumento hęc epistola, quo & superiori nisi q̃ ostẽdit aduẽtũ Cassij plurimũ profuturũ reip. in parua spe, quæ relicta est. {Breuiorem} quia breuiter scripsisti breuiter quoq; tibi respõdendũ duco. {Causa} vel circũsessa vel muro, vt ita dicã, circundata, vt nuntij venire nõ possint. {Constantes} eodẽ tenore non variatos. {Sed tñ} vt. {Vt}.i. quãuis. {Interest} refert, vtile est. {Despondetur} promittitur, deputatur.

ASCEN. Breuitas, &c.} Eodem est argumento cũ superiore, nisi q̃ ostendit aduentũ Cassii plurimũ profuturũ, reip. in parua spe, quæ relicta est dicitq; in principio, cur tam breuis sit. Ordo est. Breuitas literarũ tuarũ facit quoq;.i. etiã, me breuẽ in scribẽdo. Et, vt dicã vere, non occurrit satis quid scribã. Scio.n. certo res nostras pferri ad te in actis.i. instrumẽtis de actis publicis. Aũt i. sed nos ignoramus tuas.s. res. Enim.i. quia nihil perfertur ad nos sic tanq̃ Asia sit clausa, præter rumores de Dolab. oppressu. quidẽ.i. certe, illos satis cõstantes.i. cõtinuatos, sed adhuc sine auctore.i. certo assertore. Nos cũ putaremus bellum cõfectũ.i. finitum esse, adducti sumus repente a Lep. suo.s. affini, in solicitudinẽ summã.i. maximam. Itaq;, persuade tibi maximã spẽ reip. esse in te, & in copiis tuis. Nos habemus exercitus.s. Bruti, & Planci oĩno firmos: sed tñ, vt.i. vt demus, aut ponamus, vt oĩa procedant prospere, vt spero.s. ea processura, multum interest .i. multæ vtilitatis est te venire. Enim.i. quia, spes reip. est exigua. nam non libet dicere nullã, sup. spem reip. esse, sed quæcũq; est, ea despondetur.i. promittitur futura anno consulatus tui.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatur Cassium, vt propere ad vrbem cum exercitu veniat; in eo enim, & Bruto omnem spem esse reip. positam.

CICERO S. D. CASSIO. 10

ep. 8. h. l.

LEPIDVS, tuus *affinis, meus familiaris, pridie kal. Quint. sententijs omnibus hostis a senatu iudicatus est, ceteriq; qui vna cum illo a rep. defecerunt; quibus tamen ad sanitatẽ redeundi ante kal. Sept. potestas facta est, fortis sane senatus. sed maxime spe subsidij tui. bellum quidem, cum hæc scribebam, sane magnum erat scelere, & leuitate Lepidi. Nos de Dolabella quotidie, quæ volumus, audimus, sed adhuc sine capite, sine auctore, rumore nuntio quod cum ita esset, tamen literis tuis, quas nonis Maij ex castris datas acceperamus, ita persuasum erat ciuitati, vt illum iam oppressum omnes arbitrarentur, te autem in Italiam venire cũ exercitu: vt, si hæc ex sententia confecta essent, consilio, atque auctoritate tua; sin quid forte *titubatum esset, vt fit in bello, exercitu tuo niteremur. quem quidem ego exercitum quibuscunque potero rebus ornabo. cuius rei tum tempus erit, cum, quid opis reipub. laturus *exercitus sit, aut quid iam tulerit, notum esse cœperit. nam adhuc tantum conatus audiuntur, optimi illi quidem, & præclarissimi, sed gesta res expectatur: quam quidem aut iam esse aliquam, aut appropinquare confido.

supra, ep. 8.

Paul. M. suspicatur abundare, & fuisse ex iis, quę glossemata vocant.

tua

*tua virtute, & magnitudine animi nihil est nobilius. itaq; optamus, vt quamprimum te in Italia videamus. remp. nos habere arbitrabimur, si vos habebimus. præclare viceramus, nisi spoliatum, inermem, fugientem Lepidus recepisset Antonium. itaque nunquam tanto odio ciuitati Antonius fuit, quanto est Lepidus. ille enim ex turbulenta repub. hic ex pace, victoria bellum excitauit huic oppositos consules designatos habemus in quibus est magna illa quidem spes, sed anceps cura propter incertos exitus præliorum: persuade tibi igitur, in te, & in Bruto tuo esse omnia, vos expectari, Brutum quidem *iam iamque. quòd si, vt spero, victis hostibus nostris, veneritis: tamen auctoritate vestra respub. exurget, & in aliquo statu tolerabili consistet. sunt enim permulta, quibus erit medendum, etiam si resp. satis esse videbitur sceleribus hostium liberata. Vale.*

propius.n. aberat, Macedoniaq;. & Græciā, capto C. Antonio, tenebat. Plut.

RVARR.

LEpidus} Certiorē reddit Cicero Cassium, quemadmodū lepidus iudicatus est hostis, præscripto tñ ei termino, quo possit adhuc redire ad sanitatē, hoc est ad societatē P.R. dicitq; eius coniunctione cū Antonio bellum multum auctū esse: deinde quid nunciatū sit de Dolabella: postea vero ipsum Cassium, & M. Brutū expectari in Italia propter maximū incendiū belli renouati perfidia Lepidi: contra quē dicit oppositos esse Plancū & D. Brutum consules designatos, sed maximā spē esse in ipsis Cassio, & M. Bruto. {Defecerunt} reliquerunt fidem P.R. {Sanitatē} quia fuit furor deficere. sanitatē aūt animi non corporis intelligimus hoc loco. {Sine capite} sine origine, quia nescimus, quis fuerit, a quo hic rumor processerit. {Rumore nuntio} .i. tantūmodo fama nuntiante. {Literis tuis} quæ sequuntur inferius, incipientes, legi tuas literas. debuerūt. n. præcedere hanc epistolam: sed, vt sæpe diximus, non est seruatus rectus ordo harū epistolarum {Illum} Dolab. {Ea sententia} vt volumus. {Titubatū} erratum cespitatum. {Niteremur} sustentaremus {Cuius rei} .s. ornandi exercitū tuum. {Apparatus} voluntates. {Gesta} perfecta. {Vos} te & M. Brutū. {Quanto} .s. odio {Ille} Antonius {Hic} Lepidus. {Consules des} Plancū & D. Brutum. {Iam iamq;} .i. celerrime, nunc nunc. venerat. n. in Sardiniā, vt vidimus lib. 11. {Quòd si} obiectio. quia posset dicere deuictis hostibus, quid est opus nos venire. dicit Cicero auctoritatem eorū posse plurimū erigere remp. {Exurget} erigetur, cum iaceāt quasi pressa. {Tolerabili} mediocri, si minus optimo. {Medendum} prouidendum. translatio sumpta a corporibus ægrotis.

ASCAN.

LEpidus, &c. } Ciceronem facit Cassium, quemadmodū lepidus declaratus sit hostis perscripto tñ ei termino, quo possit adhuc redire ad sanitatē mentis, hoc est ad societatē populi R. dicitq; eius ad Antonium accersione bellum multum auctum esse. deinde, quid nuntiatū sit de Dolab. & deinde eum cum Bruto expectari in Italia scribit Ordo est. Lepidus affinis tuus, familiaris meus, iudicatus est hostis a senatu omnibus sententiis, prid. Cal. Quintilis .i. Iulii nunc dicti mensis, & ceteri qui defecerunt vnà .i. pariter cum illo a rep. quibus tñ potestas redeundi ad sanitatem .i. meliorem mentem & saniora consilia ante Cal. Sept. est facta .i. permissa a senatu. Senatus sup. est satis .i. multum fortis, sed maxima spes sup. est subsidij tui .i. in subsidio tuo. Bellum quidem erat sanè .i. valde magnum, cum scribebam hæc, scelere & leuitate .i. perfidia & incōstantia Lepidi. Nos audimus quotidie quæ volumus de Dolabella .i. eum oppressum esse, sed adhuc rumore nuntio .i. nuntiāte, sine capite, sine auctore i. certo assertore, quod cum .i. quamuis esset ita, tñ persuasum erat ciuitati ex literis, quas acceperamus, datas Nonis Maiis ex castris ita vt omnes arbitrarentur illum iam oppressum, sup. esse te aūt venire in Italiā cum exercitu. vt si hæc essent confecta .i. absoluta ex sententia .i. voluntate, roborarentur i. confirmarētur consilio atq; auctoritate tua sin .i. sed si, quid .i. aliquid, esset titubatū .i. vacillatū forte, vt fit .i. fieri solet in bello, nos niteremur .i. corroboraremur & fulciremur tuo exercitu. quē quidem exercitum .s. tuum, ego ornabo quibuscunq; rebus potero. Cuius rei exercitus .s. ornandi, tempus erit. sup. tunc, cū i. qñ cœperit esse notū .i. constare, quid opis .i. auxilij, exercitus sit allaturus, aut q d attul- rit iam reip. Nam conatus tñ & non effectus audiuntur adhuc. illi. quidem .s. conatus audiuntur optimi, & præclarissimi, sed res gesta expectatur. Quā .s. rem gestā, quidem .i. certe, ego cōfido aut aliq̄ esse iā, aut appropinquare .i. proxime futurā. Nihil est nobilius .i. illustrius & notius virtute tua magnitudine animi. Itaque nos optamus, vt videamus te quamprimū in Italia. Nos arbitramur habere rēp si habebimus vos .i. te & Brutū. Nos viceramus præclare: nisi Lepidus Ant. spoliatum, inermem, fugiētem excepissent. Itaque Ant. nunq̄ fuit ciuitati tāto odio, quanto Lepidus est. Enim .i. quia, ille .s. Ant. excitauit bellum ex rep turbulenta, hic .s. Lepidus excitauit bellum ex pace & victoria .i. vbi pacem habuisset resp pp victoriam. Nos habemus consules designatos .s. Deciū Brutum & Plancum, oppositos huic .s. Lepido, cū Antonio, in quibus .s. consulibus designatis est quidem magna spes, sed cura anceps pp incertos exitus prœliorum. Persuade igitur tibi omnia esse in te & in Bruto .s. Marco. & vos expectari, sed Brutum iam iamque .i. in singula momenta. quòd si veneritis, hostibus nostris victis, vt spero, tamen resp. exurget .i. extolletur auctoritate vestra, & consistet .i. stabilietur, aliquo statu tolerabili. Sunt enim permulta, quibus erit medendum .i. quibus erunt remedia adhibenda, etiam si respub. videbitur liberata satis sceleribus hostium.

ARG. Scribit, a quibus copias acceperit: seq; & remp. commendat. Scripta autem hæc epistola ante prœlium Mutinense.

CASSIVS PROCOS S. D. CICERONI. II

SI vales, bene est: ego quidem valeo. in Syriam me profectum esse scito ad L. Marcum, & Q. Crispum imp. viri fortes, optimiq; ciues, postea quàm audierunt, quæ Romæ *gererētur, exercitus mihi tradiderunt; ipsiq; mecum vna fortissimo animo remp. administrant. item legionem, quam Q. Cæcilius Bassus habuit, ad me venisse scito. quattuorque legiones, quas A. Allienus ex Ægypto eduxit, traditas ab eo mihi esse scito. Nunc te eobortatione non puto indigere, vt nos absentes, remq; publicam, quantum opus est, defendas. scire te volo, firma præsidia vobis, senatuiq; non deesse: vt optima spe & maximo animo remp. defendas. reliqua tecum aget L. Carteius, familiaris meus. Vale. Data nonis Mart. ex castris, *Taricheis.*

Phil. 11. Dio l. 47.

inter dissidētes ciues. Phil. 11. & Strabo lib. 16.

Iosephus de bello Iudaico.

RVARR.

IN Syriam} Cassius Ciceronem certiorē facit se venisse in Syriā, deinde quid ibi egerit. firma. n. præsidia se habere dicit ad defensionem reip. hortatur aūt eum latenter, vt eum, & remp. tueatur. {Crispum} qui Bithyniæ præerat. {Murcū} qui & ipse in Syria erat. {Quæ gererētur} quia decretū erat per senatum, vt omnes Bruto; & Cassio parerent. {Legionē, q̄ Q. Cæc. Bassus} hæc olim fuerat Iulii Cæs. qui cum per Syriā proficisceretur, eam illic reliquerat, iam tum in Parthos meditatus bellum. huius cura Cæcilio Basso mandata fuerat. {A. Allienus} hic. n. nuper a Dolab missus in Aegyptum, quattuor legiones è puincia duxerat, quas ex Pōpeii clade, Cassiiq; dispersas Cleopatra sub Cæsare collectas retinuerat. hunc igitur, nihil suspicantem, Cassius in Palestina adortus legiones sibi tradere coegit, quattuor legionibus contra octo pugnare veritum {Firma} valida. habebat enim 12. legiones Cassius. {Aget} loquetur.

App. lib. 4. de bello ci.

ASCAN.

SI vales, &c. } Dicit se Cassius in Syriam venisse, addens qd illic egerit. firma n. præsidia se habere dicit ad defensionem reip. hortatur aūt latenter, vt rēp tueatur, & se non negligat immo curet defendendū. Breuis aūt est, eo q reliqua dicit ex Carteio familiari suo accipienda. Ordo est. Si vales, bene est ego quoq; valeo. Scito me profectum esse in Syriam ad L. Murcum, & Q. Crispum imperatores. Viri fortes, & optimi ciues .s. Murcus, & Crispus, postquam audierunt quæ gererentur Romæ, tradiderunt mihi exercitus, & ipsi administrant vna mecū rem animo fortissimo. Item scito legionem, quam. Q. Cæcilius Bassus habuit, venisse ad me, & scito quattuor legiones quas A. Allienus eduxit ex Aegypto, esse traditas mihi ab eo. nunc postquā sic reip. studemus, ego non puto te egere cohortatione ut defendas nos absentes, & remp. quantum opus est. Ego uolo te scire firma præsidia non deesse nobis, senatuiq;, ut defendas remp. optima spe & maximo animo .i. habēs optimā spem uictoriæ & maximum animum ad resistendum inimicis. L. Carteius familiaris meus aget .i. differet, & loquetur, aut tractabit secū cetera .s. quæ essent scribenda, si ille non diceret ea. Vale. Data .s. epi-

ftola, Nonis Martij. ergo anni ferè reuoluto post cædem Cæſ. Ea caſtris Tarichæis.i.ad Taricham Syriæ ciuitatem poſitus.

BGIBERTI LONGOLII LEMMA.

Exaggerat Ciceronis erga ſe beneficia Caſsius: &, quas literas ſcripſerit, quos exercitus habeat, exponit. deinde a Cicerone petit, vt eũ tueatur apud ſenatum: & imperatores quoque libenter ſuſpiciat. poſtremo narrat, quid in Aſia egerit.

CASSIVS PROCOS. S. D. CICERONI. 12



*I vales, bene eſt ego quidem valeo. Legi tuas literas, in quibus mirificum tuum erga me amorẽ recognoui. uidebaris.n. non ſolum fauere nobis, id quod & noſtra, & reip. cauſa ſemper feciſti; ſed etiã grauem curam ſuſcepiſſe, vehementerq́; eſſe de nobis ſolicitus. itaq; quòd et primũ exiſtimare putabam, nos oppreſſa rep. quieſcere non poſſe; deinde, cum ſuſpicare nos *moliri, quod te, ſolicitum eſſe & de ſalute noſtra, & de rerũ euentu putabam: ſimul ac legiones accepi, quas A. Alienus eduxerat ex Aegypto, ſcripſi ad te, tabellariosq́; cõplures Romam miſi. ſcripſi etiam ad ſenatum literas, quas reddi vetui prius, quàm tibi recitatæ eſſent; ſi forte mei obtemperare mihi voluerunt. quòd ſi literæ perlatæ non ſunt; non dubito, quin Dolabella, qui, neſarie Trebonio occiſo* Aſiam occupauit, tabellarios meos deprehenderit, literasq́; interceperit. exercitus omnes, qui in *Syria fuere, teneo. habui paululum moræ, dum promiſſa militibus perſoluo. nunc iam ſum expeditu. A te peto, vt dignitatem meam tibi commendatam habeas: ſi me intelligis nullum neq; periculum, neq; laborem patriæ denegaſſe: ſi contra importuniſſimos latrones arma cepi, te hortante, & auctore: ſi non ſolum exercitum ad remp. libertatemq́; defendendam comparaui, ſed etiam crudeliſſimis tyrannis eripui: quẽ ſi occupaſſet Dolabella; nõ ſolum aduetnu, ſed etiam opinione, & expectatione exercitus ſui Antonium confirmaſſet. quas ob res milites tuere, ſi eos mirifice de rep. meritos eſſe animaduertis: & effice ne quem pæniteat, remp. quàm ſpem prædæ, & rapinarum, ſequi maluiſſe. item Murci, & Criſpi imp. dignitatem, quantum eſt in te, tuere. nam Baſſus *miſere noluit mihi legionem tradere. quòd niſi milites inuito eo legatos ad me miſiſſent: clauſam Apameam tenuiſſet, quoad vi eſſet expugnata. Hæc a te peto non ſolum reip. quæ tibi ſemper fuit cariſſima, ſed etiam amicitiæ noſtræ nomine; quam confido apud te plurimum poſſe, crede mihi hunc exercitum, quem habeo, ſenatus, atque optimi cuiuſque eſſe, màximeq́; tuum: de cuius voluntate aſſidue audiendo, mirifice te diligit, carumq́; habet. qui ſi intellexerit commoda ſua curæ tibi eſſe; debere etiam ſe tibi omnia putabit. Literis ſcriptis, audiui Dolabellam in Ciliciam veniſſe cum ſuis copijs. proficiſcar in Ciliciam. quid egerim, celeriter vt ſcias, dabo operam. ac velim, vt meremur de rep. ſic felices ſimus. Fac valeas, meq́ue ames. Nonis Maij, ex caſtris.*

moliri exitiũ improbis ciuibus.

vbi Cæſar eos collocauerat cũ de Parthico bellũ cogitaret.

quòd eam laudẽ, ac felicitatẽ, quæ in rep. tuenda poſita eſt ignoraret.

HVBAR. LEgi} Hæc epiſtola debuit poni in ordine poſt illam, quæ ſuperius incipit. Quanto ſtudio. cum.n. Cicero ſignificaſſet, quæ pro Caſſio egiſſet, & qđ de eo promiſiſſet ſenatui. rñdet nunc Caſſius ſe cognouiſſe Ciceronis erga ſe amorem, & qm̃ intelligebat eũ de ſe grauem curã ſuſcepiſſe, & vehementer eſſe ſolicitum, dicit ſe ſtatim reddidiſſe eũ certiorem de rebus prouinciæ, cum primum habuit exercitus, qui erãt in Syria, vt in præcedenti epiſtola viſum eſt, ſe etiam ſcripſiſſe ad ſenatum, voluiſſeq́;, vt Cicero prius illas literas, quę ad ſenatũ mittebantur, inſpiceret, q̃ ſenatui redderentur. quæ ſi redditæ non fuerunt, dicit ſe non dubitare, quin interceptæ fuerint a Lepido. Deinde dicit, quem exercitum habeat; petitq́; a Cic., vt eius dignitatem tueatur, & Murcum, & Criſpũ imp. qui ei exercitum tradiderant cõmendatos habeat, & milites ſuos, quos dicit eſſe vehemẽter Ciceroni affectos. Poſtremo dicit ſe perſecuturũ Dolabellã in Ciliciã, quæ regio eſt minoris Aſiæ, Syriæ propinqua, facturumq́; vt Cicero quamprimum intelligat quid egerit. {Literas tuas} quæ, vt dixi, incipiũt. Quanto ſtudio. {Grauẽ curam} quia intellexit quanta cõtentione de ſe verba feciſſet. {Oppreſſa} ab Ant. {Suſpicarere} putares. {Moliri} apparatum facere. {De}.i.p.p. {Simul ac} cũ primum. {Ea Aegypto} vt in præcedenti epiſt. declaratũ eſt. Ordo eſt. Itaq; ſcripſi ad te, & miſi cõplures tabellarios Romã, qui putabant te exiſtimare nos non poſſe quieſcere, rep. oppreſſa deinde quia putabant te ſolicitum eſſe de noſtra ſalute, & de rerũ euentu, cũ ſuſpicarere nos moliri. {Recitatæ} lectæ, vt ſi quid videretur cõmutandum, cõmutares arbitrio tuo {Trebonio occiſo} is.n. Aſiæ præfectus Dolab. ad ſe venientẽ, Pergamo & Smyrna nõ admiſerat: ſed ſolummodo ei cõmeatum veluti conſuli extra mœnia parauerat, aggrediẽte eodem cũ ira vrbes, nihilq́; perficiente. Trebonius in Epheſum recipi mãdauit, & ad Epheſum euntem quoſdã ex interuallo ſubſequi iuſſit. hi, nocte ingruẽte, Dolabellã recedentẽ intuentes, nec vlterius quidq̃ ſuſpicati, paucos ex ſuis reliquere, qui illũ ſequerentur: ipſi vero ad Smyrnã redireunt. Dolab. oẽs, qui relicti fuerant, per inſidias interfecit, & nocte adhuc inſtante Smyrnã verſus greſſum mouet: q̃ incuſtoditã inueniens per ſcalas occupat Trebonius in lecto a militibus deprehenſus, ſe ad Dolabellã deduci ſupplicat, ſponte ſe illos eſſe ſecuturũ. huic turmæ ductor, eũ intuens. Eia, tu ſequere, inquit: caput interim nobis derelinquas. non.n. te, ſed caput tuũ afferre nobis mandatũ eſt quo dicto caput illi ſubito abſcidit. Orta luce Dolabella Trebonij caput prætorio in ſolio, quo iudicare ſolitus erat, affigi iuſſit. exercitus ira cõmotus, & ſupplex turba oĩs ob necẽ Cæſ. cuius Trebonius particeps fuiſſe dicebatur, & q, dũ interficeretur, Antoniũ ad ſenatus fores vrbis detinuiſſet, in reliquũ corpus eius crudeliter ſæuiit, caput in morem ſphæræ ſiue pilæ in ſtrato lapidi cũ riſu inuicem diu præuolutum, donec contritũ effuſumq́; eſt. Et hic primus ex percuſſorũ numero tales pænas dediſſe dr̃. {Habui paululũ moræ} paululũ moratus ſum anteq̃ pugnarẽ. {Si} affirmatiue ponitur pro quia {Importuniſſimos} infeſtiſſimos. {Crudeliſſimis tyrãnis} Antonio & alijs, qui remp. occupare nitebãtur. {Quos} exercitus. {Confirmaſſet} animoſiorẽ reddidiſſet, ſi ſperaſſet aduenturũ eius exercitum. {Quã ſpem prędę, & rapinarũ} quæ promittebãtur eis ab Ant. & Dolab. & alijs hoſtibus reip. ſi eos ſequi voluiſſent. {Murci & Criſpi} de quibus in præcedenti epiſtola vidimus, qui Caſſio tradiderant exercitus ſuos. {Nã Baſſus} is erat in Apamea, cumq́; recuſaret tradere exercitum Caſſ. eius milites miſerunt legatos ad ipſum Caſſiũ ſe omnino tranſituros ad eum, & ita vel inuitus coactus eſt tradere. {Miſere noluit}.i. valde noluit. valde recuſauit. nã miſere pro valde ſæpe ponitur. Terent. miſere hanc amant. nec legendus eſt miſer pro malo & ſcelerato vel aſtuto, vt quidam ſomniat: cum nuſq̃ id ſignificet. {Quòd} quouſq;. {Expugnata} vi capta. {Cuius}.ſ. tui. {Sic felices ſimus} ſic nobis omnia proſpere eueniant. HVBAR.

SI valet, &c.} Hæc epiſtola videtur ponenda poſt illã, quæ ſuperius incipit, Quanto ſtudio. cum.n. Cicero ſignificaſſet, quæ pro Caſſio egiſſet, & quid de eo ſenatui promiſiſſet reſpondit Caſſius ſe cognouiſſe amorem eius in ſe, & ſtatim reſpondiſſe, & petiiſſe, vt literas ſuas ad ſenatum det, & inſpiciat, rogans, vt dignitatem ſuam tueatur, & Murcum cõmendatum habeat additq́; ſe Dolabellam perſecuturũ. Ordo eſt. Si vales, bene eſt: ego quidẽ valeo. familiaris ſalutandi forma. Ego legi literas tuas in quibus recognoui mirificum amorem tuũ erga me. Videbaris.n. non ſolum fauere nobis, id quod feciſti.i. qui fauiſti nobis ſemper, & noſtra cauſa, & reip. cauſa.i. tam ob bonum noſtrum priuatum, q̃ ob publicum: ſed etiam ſuſcepiſſe grauem curam, & eſſe ſolicitus vehementer de nobis. Itaq; q.i. quia, ego putabam te exiſtimare, primum nos non poſſe quieſcere rep. oppreſſa.i. ſi reſp. ſit oppreſſa; deinde cum ſuſpicarere .i. ſuſpicareris, nos moliri.i. aliquid magnum conari, q.i. quia putabam te eſſe ſolicitum & de ſalute noſtra, & de euentu rerum. ſimulac.i. eodem tpe quo accepi legiones.ſ. quattuor, quas. Allienus eduxeras ex Aegypto, ſcripſi ad te, ac miſi Romam complures tabellarios.i. nuntios, qui tabellas.i. literas in tabellis more antiquo ſcriptas perferrent. Ideo aũt cõplures, vt ſaltẽ vnus ex illis literas perferret. Scripſi etiã literas ad ſenatum. quas.ſ. literas, vetui reddi.i. tradi ſenatui prius q̃ eſſent recitatæ tibi. ſi

forte

ACCVR.

forte mei. s. tabellarij, qui ex meis, vt pote seruis, aut libertis erāt, noluerunt optēperare. i. obedire mihi. Quòd si literæ sunt perlatæ, non dubito quin Dolabella, qui occupauit Asiam, Trebonio occiso nefarie. i. per nefas, deprehenderit. i. in itinere comprehenderit tabellarios nostros, & interceperit literas s. nostras. Ego te neo omnes exercitus qui fuere in Syria, ego habui pululū moræ. i. difficultatis, aut dilationis, dum persoluo militibus promissa. i. quæ promiseram, vt in verba mea reip. iurarent. Ego sum nunc iam expeditus. Ego peto a te, vt habeas dignitatem meam commendatam tibi, si intelligis, me nullum neque periculum, neque laborem denegasse patriæ, & sup. si cepi arma contra importunissimos latrones. s. Antonios, & Dolabellā qui tunc rēp. oppugnare inceperunt, cū ab illis præcipue fuit defendenda, te hortante, & auctore, & sup. si non comparaui. i. conquisiui exercitum ad remp. & libertatem defendendam, sed etiam eripui. s. exercitum tyrannis crudelissimis. s. iam dictis Antoniis, & Dolabellæ qui tñ ab initio pro reip. defensoribus sent. Duplex aūt beneficium facit reip qui è manibus hostium copias illi allicit, & etiam dupliciter quodāmodo auget. nam si vtriq; triginta fuerint millia, ablatis decem millibus vni parti, altera erit duplo numerosior quod non esset si aliunde comparauerit. Quos s. milites, prius aūt dixit exercitum, qui erant in exercitu, si Dolabella occupasset i. priusq̃ Cassius sibi assumpsisset confirmasset Ant. nō solum aduentu. s. suo, sed etiam opinione & expectatione exercitus sui quia animosiores sumus dum propediem auxilia affutura speramus. Ob quas res o Cic. tuere. i. defende, & protege milites, si animaduertis eos esse meritos mirifice. i. & mira faciēdo de rep. q̃ spē prædæ, & rapinarum. Item tuere i. protege dignitatem Murci, & Crispi imperatorum, qui Cassio statim exercitum tradiderant, quātum est in te. i. quantum fieri potest per te. Nam Bassus q. d. ideo eum non cōmendo, quia noluit misere. i. misere, & affectanter resistendo tradere mihi legionē. quod nisi milites misissent legatos ad me. s. de reconciliatione ipsorum cum s. Basso inuito. i. renuente tenuisset Apameam. s. vrbem clausam quo ad. i. donec esset expugnata vi quia sponte nunq̃ se, aut suos tradidisset. Ego peto hæc a te, non solum nomine, reip quæ fuit semper carissima tibi, sed etiam amicitiæ nostræ, quam. s. amicitiam nostram, ego confido posse. i. valere, plurimū apud te. Crede mihi, hunc exercitum, quem habeo, esse senatus atq; optimi cuiusque. i. omnis boni, & maxime tuum. i. militaturum pro senatu, & optimo quoque, & maxime pro te. De cuius. s. tua voluntate. i. beneuolentia in se audiendo. s. a te quotidie, diligit te mirifice, atq; habet carum. Qui. s. exercitus si intellexerit cōmoda sua esse tibi curæ, putabit se debere etiam omnia tibi. Literis scriptis audiui Dolabellam in Ciliciam venisse cum copiis suis. ego proficiscar in Ciliciam, & dabo operam, vt scias celeriter quid egerim, at velim: sup. vt simus sic felices, vt meremur. s. bene de rep. Fac valeas & ames me. Non. Maiis ex castris.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Laudat Ciceronis factum, quòd Antonius, per ipsum hostis iudicatus, ob id superatus sit.

CASSIVS S. D. CICERONI 13

*SI vales, bene est: ego quidem valeo. Cum reip. uel salute, uel victoria gaudemus: tū instauratione tuarū laudum, quòd maximus consularis maximū consulē teipse vicisti, & lætamur. & mirari satis non possumus. fatale nescio quod tuæ virtuti datum: id quod iam sæpe experti sumus: est. n. tua * toga omnium armis felicior: quæ nunc quoq; nobis pene victam remp. ex manibus hostium eripuit, ac reddidit. nunc ergo viuemus liberi: nunc te, omnium maxime ciuis, & mihi carissime, id quod maxime reip. * tenebris comperisti, nunc te habebimus testem nostri & in te, & in coniunctissimam tibi rēp. amoris: &, quæ sæpe pollicitus es te & taciturum, dum seruiremus, & dicturum de me tum, cum profutura essent; nunc illa non ego quidem dici tantopere desiderabo, quàm sentiri a te ipso. neq; enim omnium iudicio malim me a te commendari, quàm ipse tuo iudicio digne, ac mereor, cōmendatus esse: vt hæc nouissima nostra facta non subita, nec inconuenientia, sed similia illis cogitationibus, quarum tu testis, es fuisse iudices; meq; ad optimam spem patriæ non minimum tibi ipsi producendum putes. Sunt M. Tulli, liberi, propinquiq; digni quidem te, & merito tibi carissimi: esse etiam debent in rep. proxime hos cari, qui studiorum tuorum sunt æmuli: quorum esse cupio tibi copiam: sed tamen non maxima me turba * puto excludi quo minus tibi vacet me excipere, & ad omnia, quæ velis, & probes, producere. animum tibi nostrum fortasse probauimus, ingenium certe diutina seruitus, qualecunque est, minus tamen, quàm erat, passa est videri. Nos ex ora maritima Asiæ prouinciæ, & ex insulis, quas potuimus, naues deduximus. delectum remigum, magna * contumacia ciuitatum, tamen satis celeriter habuimus secuti sumus classem Dolabellæ, cui Lucilius præerat: qui spem sæpe transitionis præbendo, neque vnquam non decedendo, nouissime Corycum se contulit, & clauso portu se tenere cœpit. nos, illa relicta, quod & in castra peruenire satius esse putabamus; & sequebatur classis altera, quam anno priore in * Bithynia Tillius Cimber comparârat, cui Turulius quæstor præerat: Cyprum petiimus. ibi, quæ cognouimus, scribere ad vos quamcelerrime voluimus. Dolabellam vt Tarsenses pessimi socij, ita Laodiceni multo amentiores vltro accersierunt. ex quibus vtrisq; ciuitatibus, Græcorum militum numero, speciē exercitus effecit. castra habet ante oppidum Laodiceam posita; & partem muri demolitus est, & castra oppido coniunxit. * Cassius noster cum decem legionibus, & cohortibus viginti auxiliarijs, & quattuor millibus equitū, a millibus passuum viginti, castra habet posita * Παλτοῖ; & existimabat se sine prælio posse vincere. nam iam ternis tetradrachmis triticum penes Dolabellam est. nisi quid nauibus Laodicenorum supportarit: cito fame pereat, necesse est: ne supportare possit, & Cassij classis bene magna, cui præest Sextilius Rufus, & tres quas nos adduximus, ego, Turulius, & * Patiscus, facile præstabunt. volo igitur vos bene sperare; &, remp. vt vos istic expedijstis, ita pro nostra parte celeriter nobis expediri posse, confidere. Vale. Data idibus Iun. Cypro, Acromaniacride.*

*togatus. n. Cic. non armatus reip. profuit. ep. 4. lib. 15.

*cum Cæsar omnia teneret.

*non puto multos a te mihi in amore anteponi.

*cum obstinate recusarēt

*Cimbro ab senatu attributa. Plutar. in Bruto.

*non is scilicet quàm Cæsari occiderat: Paltus oppidū Laodiceæ propinquum. Strabo l. 16.

*ep. 11: l. 2. 6. lib. 8. & 13. h. l.

CVm reip. } Scriptis a Cic. mandatis ad Ant. vt ad obsidione Mutinēsi desisteret, denique cū id non faceret, eo iudicato hoste cōsilio hortatuq; Ciceronis, ita coniunctus est Octauianus Cæsar cū rep. vt eius auspiciis simul cū consulibus fusus pulsusq; sit Antonius a Mutina. quam victoriā ita ouat a scribit Cassius Ciceroni, vt hoc eius factum anteponat oppressioni cōiurationis Catilinæ, dicatq; eum esse cām libertatis Romanæ. petit aūt ab eo, vt testis sit amoris sui erga rēp. existimetq; ea, quæ fecit pro rep. non casu aliquo, neq; temere facta esse, sed magna cōsideratione, magnoq; cōsilio, sicut & alia quoq; facere cōsueuit. dicit aūt se ei carissimū esse debere cum præter cetero sp eius fuerit studiorum maxime æmulus. qp si ingenium minus ostēdere potuit p p diutinā seruitutem, animum tñ se probaturū affirmat. Deinde dicit quid in Asia egerit, quo secutus sit Dolab. & ad quem exitum eum perduxerit: quem dicit habere castra apud Laodiceam, sed penuria rerum redactū esse ad magnam famem: prouisum autem esse, ne alicunde possit adduci ad eum frumentum. Itaq; bonam spem de rep. pollicetur, & certissimam fiduciam victoriæ. { Salute } saluata est. n. Decio obsidione liberato & Ant. victo. { Instauratione } innouatione. { Consularis maximum consulem te ipse vicisti } sensus quia nunc cum sis cōsularis, fecisti plura & maiora, q̃ cum eras cōsul. licet illa fuerint maxima. est aūt cōsularis proprie qui cōsulatum gessit, neq; tñ amplius est consul. interdū ponitur pro eo qui dignus est consulatu. { Fatale } diuinum, fato constitutū in bonam partē accipitur hoc loco, cū alibi noxium & pestiferum significet. vt, Cū fatalis equus saltu super ardua venit Pergama { Id quod } pro quod. { Tua toga } i. tu togatus. i. non gerēs bellū,

RVBER.

sic ipse de se, Cadant arma togæ, concedat laurea linguę.{Nũc quoq;} sicut & temporibus Catilinę {Eripui} quia cõsilio Cic. bellum illud gestum fuerat.{Nunc cõperisti}effecisti,cõsecutus es. {Quod tenebris reip.}.s.libertatem. alij legunt comparasti. in quo tamen erit idem sensus sed melior prior lectio. {Dum serui essemus}dum essemus sub tyrannide,quia frustra esses dictu rus, vbi nemo te audiret. {Tunc tep. libera} sicut nunc est. {Illa} quæ pollicitus es, te dicturum. Ordo est. Et nunc non tãto tempore desiderabo illa dici,q̃ sentiri a te ipso,quę sæpe pollicitus est, &c. {Non tantopere} sensus.non tñ desidero ut illam dicas,q̃ vt iudices de me. quia pluris facio esse cõmendatus digne vt mereor,tuo iudicio,q̃ iudicio omnium aliorũ.{Commendari} laudari, probari.{Subita} repentina,sine consilio.{In conuenientia} incõmoda.{Similia}.q.d magna & matura con sultatione pensata: {Quarum} significat cogitationes,quas fecerant de Cæs.interficiendo.{Non minimum} liptote,q.d.prin cipem & maximum.{Producendum} proponendũ.{Sunt} ostẽ dit Cass. q̃ carus esse Cic. debeat. {Dignitate} boni qualis tu es docet aũt Cic.virtutem & immitationem probitatis paternæ eam esse,quæ liberos parentibus maxime caros efficiat.{Pro xime hos}.i.post hos.dicimus aũt proxime te,proxime tibi , sicut & proprius vrbẽ,& proprius vrbi.{Aemoli} imitatores.{Sed tñ}.i.non puto me esse extra numerum eius turbæ,quæ est ęmu la tuorum studiorum.{Quo minus} vt non.Vacet} liceat.}Ea cipere} recipere. {Probabimus} demonstrabimus {Diutina} longi tẽporis,a diu,sicut & diuturnus.nã diuturnus a die deriuatur {Ora} regione,vt Troiæ qui primus ab oris.{Maritima}mari vicina. {Quas naues potuimus}.i.quales & quod potuimus. {Delectũ} delectationem. {Remigum} nautarum:neq; legendum est,remigium.{Contumacia} repugnantia.{Transitionis} simulabat o.se discessurum,& transiturum in aliã regionẽ: cum tñ nunq̃ discederet & tandẽ transiuit in Corycum oppidũ , vbi clauso portu,ne ab hostibus inuaderetur,se tenet . Corycus aũt oppidũ Syliciæ,portu saloq; cinctum,angusto tergore continenti adnexum.Circa hoc oppidũ crocum optimum plurimũq; nascitur, quod omnibus anteponitur,colore,odore & succo : quod etiam proficit ad medullam, supra specus est Corycius , de quo tũ alij,tum Põpeius, & Solinus multa & mirabilia scribunt.quę qui nosse cupit.apud eos legat.{Illa rel.}.s.classe Lucilij præfecti Dolabellæ.{Sarius} vtilius {Sequebatur}.s.Lucilium. {Classis altera} nostra.{Cui preerat} quam ducebat. {Cimber} hic vnus ex percussoribus fuit.{Ibi} in Cypro. {Tarsenses} populi Ciliciæ. De Tarso diximus supra lib. 3. in epist. ad Appium,& de Laodicea. {Accersierunt} ad se uocauerunt. {Vltro} illo non hoc poscente.{Ex quibus vtrisq;} Tarso, & Laodicea:{Speciem exercitus}.i.quandam apparentiam & formam exercitus. {Demolitus est}diruit.{Castra}exercitũ suum.{ὅπλα}quidã codices hñt sic scriptum,quod interpretabimur cũ vallo. nam πίλα significat iaculum, sed potest doni pro vallo cũ etiam in quodam codice inuenerim latine scriptum,cum vallo {Sine prœlio} sine cõflictu.sperant.n.se eũ oppressorum fame. {Ternis tetradrachmis}drachma,vt lib. 3.diximus,genus est numi.eodem modo tetradrachma,quæ continet quattuor drachmas.dicit igitur triticum i.frumentum esse apud Dolab. iam in precio trium tetradrachmarum: quod quidem maximum,& carissimum precium. {Quid}.i.aliquid.s.frumenti. {Cassij} fratris mei. {Præstabũt} efficient, prouidebunt. Ordo est: classis Cassi & tres classes, quas adduximus ego.Turulius & Patiscus,facile prestabunt,ne Dolab possit supportare frumentum. {Istic} in Italia. {Pro nostra parte} quantum in nobis erit , sicut & vos in Italia pro vestra parte {Expedistis}.i.confecistis .

ASCAN. SI vales,&c.} Scriptis a Cic.mandatis ad Antoniũ,vt ab obsidione Mutinensi desisteret,& deniq; cũ non obtẽperaret, eo iudicato hoste, cõsilio,hortatuq; Cic. ita coniunctus est Octauianus Cæs cũ rep. vt eius auspicij simul cũ cõsulibus fusus,pulsusq; sit Ant. a Mutina.quam victoriam ita nunc adscribit Cassius Cic. vt hoc eius factum anteponat cõiurationis Catilinariæ oppressioni, dicatq; eum esse causam libertatis Romanæ.petit aũt ab eo,vt testis sit amoris sui erga remp. docens qd in Asia egerit.& demum bonam spem de rep.concipienda prędicat. Ordo est. Si vales , bene est, ego quidem valeo, Cum.s. ita sit, q gaudemus vel salute,vel victoria reip.tum.i.multo magis,lætamur instauratione.i.in pristinũ statum restitutione laudũ tuarum,q tu maximus consularis.i.quia consulatum gesseris consulari honore præditus,vicisti teipsum consulẽ.i.plus fecisti, q̃ cum esses consul.& non possum satis mirari nescio qd fatale .i.a fatis dependens,datum.i.concessum tuæ virtuti,& nos experti sumus sæpe id.s.nomini tuo fatale quippiam esse. Toga.n.tua est felicior.i.tu in toga.i. habitu pacis es felicior , armis i.rebus in bello gestis omnium:quæ.s.toga tua eripuit ex manibus hostium ac reddidit non quoq; nobis.i.ad vtilitatem nostram rẽp. pene victam i depressam. Nos ergo viuemus nũc liberi. Nunc ǫ ciuis maxime omnium, & carissime mihi cõperisti i.consecutus es id quod tenebaris.i.debebas maxime reip.s.liberationem eius Nos habebimus nunc te testẽ amoris nostri,&.i simul in te , & in remp. coniunctissimam tibi,& quæ pollicitus es sæpe te taciturum.i.celaturũ , dum essemus serui.s. sub Cæs. & dicturum de me tunc,cum essent profutura mihi,non desiderabo tantopere illa quidem nunc dici,q̃ sentiri a te ipso . Neque.n.malim me cõmendari a te iudicio omnium q̃ ipse.i.egomet , sup malim esse cõmendatus digne ac.i.sicut mereor iudicio tuo, vt iudices hæc nouissima facta nostra.s.de nece Cęsaris nõ fuisse subita.i.ex inopinato concepta , nec inconuenientia.i.dissona ceteris factis, aut cogitatis meis sed similia illis cogitationibus, quarum tu es testis.& putes me producendum.i.proferendũ,& proponendum tibi ipsi non minimũ, immo primarium & principẽ ad optimam spẽ patriæ. Aut producendum.i.promouendum, non minimum .i.non minimi emolumenti,in futurum tibi ipsi ad optimam spẽ patriæ.i. ad id quod optimum speratur de patria.O Marce Tullij liberi,& propinqui digni quidem te , & merito carissimi tibi, sunt tibi &.i.sup.debent etiam esse cari tibi proxime hos. A prope aduerbium,qd virtute positiui,vnde deducitur,accusatiuũ regit.s.propinquos tuos,qui sunt æmuli.i.imitatores studiorũ tuorum.s in rẽp.quorum.s.ęmulorũ studiorũ tuorũ,ego cupio copiã .i.abundantiam esse tibi. Sed tñ non puto me excludi maxima turba.i.ob copiam vt minus vacet.i.libeat,aut sat tpis,ac otii sibi excipere.i.ex multis illis recipere me,& producere ad omnia quæ velis, & probes. Nos probabimus.i.demonstrabimus fortasse tibi aĩum nostrũ.seruitus diutina.s lub Cæs. minus.i.non erat passa ingenium nostrum certe qualecunq, est.i.licet fortasse tenue,aut rude sit,tñ quale est,nõ est passa videri. Non.n.sub Cæs. fiebant iudicia,nec iuuenum ingenia sese exercebant vt antea hactenus aũt ad sui cõmendationem locutus est , deinceps res a se gestas prosequitur dicẽs.Nos deduximus ea ora.i.regione maritima.i.ad mare iacente,vbi ferè sunt naualia Asiæ prouinciæ, & ex insulis.s.vicinis naues , quas potuimus. Nos habuimus delectum.i. vt dñi,monstrã, & electionẽ remigũ.i.eorũ,qui naues impellerent remis, magna contumacia.i.in contumaci repugnãtia ciuitatũ.tñ.i.licet repugnarent habuimus satis celeriter Nos secutis sumus classem Dolab ,cui.s.classi Lucilius præerat qui præbendo sæpe spẽ transitionis.s.ad nos,aut,vt alij intellgũt ad aliã religionem,neq; vnq̃ non.i.& sp decedẽdo, hoc est non faciẽdo copiã pugnæ cõtulit nouissime.i.vltimo loco se Corycum.i. ad illud oppidũ Ciliciæ, vbi magna vis boni croci nascitur & cæpit se tenere portu clauso ne.s.quisq̃ ingredi posset. Nos illa.s.classe Dolab.relicta sup.ideo qd &.i.simul putabamus est satius.i conducibilius peruenire in castra.s.nostra, & altera classis sequebat quã Tillius Cymber compararat.i.construxerat,& cura sua perãuerat,ãno priore.i.primo elapso,in Bithynia,cui Turulius quæstor præerat.nos petiuimus Cyprũ,putantes.s.duarũ classium victores fieri difficile esse. Nos volumus scribere ad vos q̃ celerrime.i maxime celeriter,ea quæ cognouim⁹ ibi.Vt.i.quẽadmodũ Tarsenses.i.ciues Tarsi pessimi sotij.i.P.R.ita Laodiceni amentiores.i.insensati, magis accersierũt pro accersiuerũt i.ad se vocauerunt,Dolab.vltro.i.non rogati ab eo.Ex quibus vtrisq; ciuitatibus Tarso, & Laodicea , Dolabella effecit speciem.i imaginem exercitus numero.s.iusto militum Græcorũ q d. contemtibelium, quia, vt dicit Ouid.Græcia facundum , sed male forte genus.Et sup.Dolabella habet castra posita ante oppidum Laodiceam.s.nomine,& demolitus est.i.deiecit partem muri,& coniunxit castra oppido ita, vt castra essent oppido præsidio, & oppidum castris. Cassius noster.s.amicus, & frater (nam tota epistola Cassio adscribitur , vnde necesse est alterum fuisse Cass. de quo loquatur.ut dixi,de fratre suo loquitur) habet castra posita cum vallo,cũ decẽ legionibus , & viginti cohortibus auxiliaris .i.eorum,qui auxilio venerint , & equitatu quattuor millium.s. equitũ aut capitum.s.a castris Dolab. viginti millibus passuum, & existimat se posse vincere.i expugnare Dolabellã sine prœlio, quia fame. Nã triticum est.i.æstimatur,& vẽditur penes Dol.ternis tetradrachmis.i.singulos modios 12.drachmis.nã tetradrachma est numus 4. drachmarũ ter aũt 4. 12.sunt . Certũ est valde carũ significare triticũ,sed de qua mẽsura loquatur,incertũ: videt tñ tunc ferè vna mensura uendi solitum , alioqui.n.expressisset. Necesse est , sup. ut pereat cito fame , nisi supportarit.i.occulte importarit

importarit quid.i.aliquid.s.tritici, aut frumēti alterius, nauibus Laodicenorum. Sed,sup.&.i simul,classis Cassij.s.fratris bene est multum magna,cui Sextilius Rufus præest , & tres: sup. naues, quas ego, Turulius , & Patiscus adduximus . præstabunt.i.sufficient facile, ne.s.Dolabella possit supportare.i.clanculum inferre frumentum. Et volo vos bene sperare,& remp.confidere,vt & vos expeditistis istic.s. vbi vos estis . sup omne negotium quod tū longe secus erat. Ita iter posse expedri nobis celeriter , pro parte nostra i.quantum ad nos attinet :

PAVL. MANV.

NOn subita nec inconuenientia.} ita legitur in libris antiquis Bernardini Maffei, Ioanni Scalæ, Pauli Boti, Vbaldini Bandinelli, Petri Bembi, in duobus Caroli Sigonij & in meo satis antiquo. vnus Vincentij Riccij habet, disconuenientia. qua voce Horatius quoq; vsus est epistula 1. libri 1. Aestuat,& vitæ disconuenit ordine toto. itaq; si quis, inconuenientia , non probat: disconuenientia , poterit legere. §Cui Lucilius præerat.} Appianus hunc appellat L. Figulum quod cū ita sit, & cum Figulos non è Lucilia gente , sed potius è Nigidia fuisse compererim: libentius legerim, Lucius, q̄ Lucilius nā etiam in vetusto libro Bernardini Maffei, non, Lucilius, sed Lucius, legitur (Castra habet posita Παλτοῖ) E vetere libro Pauli Boti sic emēdauimus, figura greca in aduerbiis in loco, vt, πανταχοῦ ... (Acromaniacride) vetusti libri alij aliter habent. sunt, qui legēndum credant, a Cromyu Acride. alii. Acamantide ; quod in antiquo libro scriptum dicant , Acomantide . vtraque lectio defendi potest : de promontorio Acamantide Plinius & Strabo .

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Varia narrantur hac epistola, præcipua tñ capita sunt de Dolabellæ persecutione nē Rhodiorū infidelitate, de exercitu suo, et studio erga rēp.

LENTVLVS S. D. CICERONI SVO. 24

Spintheris filius a Torquato adoptatus. Dio lib. 39.

CVm Brutum nostrum conuenissem eumq; tardius in Asiam venturum animaduerterem, in Asiam redij, vt reliquas mei laboris colligerē, & pecuniam quamprimū Romam mitterem. interim cognoui in Lycia esse classem Dolabellæ , amplius quàm centum naues onerarias, in quas exercitus eius imponi posset ; idq; Dolabellam ea mente comparasse , vt, si Syriæ spes eum *frustrata esset , conscenderet in naues , & Italiam peteret, seq; cum Antonijs, & reliquis latronibus coniungeret. cuius rei tanto in timore fuit, vt omnibus rebus relictis , cū paucioribus , & minoribus nauibus ad illas ire conatus sim. quæ res, si a Rhodijs non essem interpellatus, fortasse tota sublata: esset tamen magna ex parte profligata est : quandoquidem classis dissipata est : aduentus nostri timore milites , ducesq; effugerunt : onerariæ omnes ad vnam a nobis sunt exceptæ . certe, quod maxime timui , videor esse consecutus, vt non possit classe Dolabella in Italiam peruenire, nec socijs suis firmatis, durius vobis efficere negotium. Rhodij nos. & remp. quàm valde desperauerint ex literis, quas publice misi, cognosces. & quidem multo parcius scripsi, quàm re vera furere eos inueni. quòd vero aliquid de his scripsi, mirari noli: mira est eorum amentia. nec me meæ vlla priuatim iniuria *mouerunt vnquā: malus animus eorum in nostra salute cupiditas partium aliarum, perseuerantia in contemptione optimi cuiusq; ferenda mihi non fuit . nec tamen omnes perditos esse puto. sed ijdem illi, qui tum fugiētem patrem meum, qui L. Lentulum, qui Pompeium , qui ceteros viros clarissimos non receperunt, ijdem, tanquàm aliquo fato, & nunc aut magistratum gerunt. aut eos, qui sunt in magistratu , in sua habent potestate. itaq; eadem superbia in prauitate vtuntur. quorum improbitatem aliquando retundi, & non pati impunitate augeri, non solum vtile est reip. nostræ , sed etiam necessariū. De nostra dignitate velim tibi ut semper cura sit ; & , quocunque tempore occasionem habueris, & in senatu , & in cæteris rebus laudi nostræ suffragere. Quoniam consulibus decreta est Asia ; & permissum est ijs , vt , dum ipsi venirent , darent negotium, qui Asiam obtineant : rogo te, petas ab ijs , vt hanc dignitatem potissimum nobis tribuant: & mihi dent negotium, vt Asiā obtineam , dum ipsorum alteruter venit . nam, quòd hi properent in magistratu venire , aut exercitum mittere causam non habent. Dolabella enim in Syria est ; & , vt tu diuina tua mente perspexisti , & prædicasti , dum isti venient, Cassius eum opprimet . exclusus enim ab Antiochia Dolabella , & in oppugnando male acceptus, nulla alia confisus vrbe Laodiceam, quæ est in Syria ad mare , se contulit . ibi *spero celeriter eum pœnas daturum . nam neque , quò refugiat , habet : neq; diutius ibi poterit tantum *exercitum Cassii sustinere spero etiam confectum esse iam , & oppressum . quare non puto Pansam, & Hirtium in consulatu properaturos in prouincias exire , sed Romæ acturos consulatum . itaque , si ab his petieris , vt interea nobis procurationem Asiæ dent; spero te posse impetrare . præterea mihi promiserunt Pansa & Hirtius coram , & absenti mihi scripserunt, Verrioq; nostro Pansa affirmauit , se daturum operam , ne in suo consulato mihi succedatur . ego porro non mediusfidius cupiditate prouinciæ produci longius spatium mihi volo; nam mihi fuit ista prouincia plena laboris, periculi, detrimenti . quæ ego ne frustra subierim , ne ue prius, quàm reliquas meæ diligentiæ consequar , decedere cogar ; valde laboro. nam, si potuissem, quam exegeram, pecuniam vniuersam mittere : postularem , vt mihi succederetur. nunc quod Cassio dedi , quod Trebonij morte amisimus , quod etiam crudelitate Dolabellæ , aut perfidia eorum, qui mihi fidem , reiq; pub. non *præstiterunt , id consequi, & refficere volo. quod aliter non potest fieri , nisi , spatium habuero . id vt per te consequar , velim, vt soles , tibi curæ sit . ego me de rep. ita puto esse meritum, vt non prouinciæ istius beneficium expectare debeam sed tantum, quātum Cassius, & Bruti , non solum illius facti , periculiq; societate, sed etiam huius temporis studio , & virtute. primus enim ego leges Antonianas fregi : primus equitatum Dolabellæ ad rempub. traduxi. Cassioq; tradidi : primus delectus habui pro salute omnium contra coniurationem sceleratissimam : solus Cassio , & reipub. Syriam, exercitusque qui ibi erant , coniunxi . nam , nisi ego tantam pecuniam , tantaq; præsidia, & tam celeriter Cassio dedissem , ne ausus quidem esset ire in Syriam , & nunc non minora pericula reip. a Dolabella instarent , quàm ab Antonio. atque hæc omnia is feci , qui & sodalis , familiarissimus . Dolabellæ eram , coniunctissimus sanguine Antonijs: *prouinciam quoque illorum beneficio habebā: sed πατρίδα ἐμὴν μᾶλλον φιλῶν, omnibus meis bellum primus induxi. hæc etsi adhuc non magnopere mihi tulisse fructum animaduerto : tamen non despero, nec *defatigabor permanere non solum in studio libertatis, sed etiam in labore, & periculis . attamen, si etiam aliqua gloria iusta & merita prouocabimur, senatus, & optimi cuiusq; officijs ; maiore cum auctoritate apud ceteros erimus , & eo plus prodesse reip. poterimus . Filium tuum , ad Brutum cum veni , videre non potui , ideo quòd iam in hiberna cū equitibus erat profectus : sed mediusfidius, ea esse eū *opinione, & tua, & ipsius, & in primis mea causa gaudeo. fratris enim loco mihi est, qui ex te natus , teque dignus est. Vale. Data IIII. kal. Iun . Pergæ.

Cassio eam tenente, supra, ep. 5.

hoc verbū nō est in antiqs libris. Cæsar l. 3 cōment. de bel. 6.

spem comprobauit euentus. Velleius lib. 2. & alij decē legiones.

ep. 7. l. 1.

quòd est Lētulo a Cæsare impetrassem.

non vsitata locutio. q̄s enim ptereа defatigor cum infinitiuo coniunxit?

ita animatum esse erga remp.

præbeat nostræ laudi,& in senatu & in ceteris rebus,quocunque tempore habueris occasionem. Quando.i.qm̃,Asia decreta est.i. decreto addicta consulibus,& permissum est ijs,vt dum i.donec ipsi venirent,darent negotium.i commissionem ija sup.qui obtineant Asiam : rogo,te petas ab ijs,vt tribuant hanc dignitatem potissimum nobis ; & dent negotium, vt obtineam Asiam,dum .i.dum alteruter eorum venit. Nam non habent causam, q̄ properent.i.festinent venire huc in magistratum.s.suum,aut q̄ properēt mittere exercitum huc. Dolabella.n est in Syria,& vt prospexisti diuina mente tua, & prædicasti, Cassius opprimet eum dum.i.donec,isti.s cõsules venient. Dolabella n.exclusus ab Antiochia, & acceptus.i.tractatus, male in oppugnando s.Antiochiam nulla.i non vlla, non confisus alia vrbe.i q̄ possit ab alia recipi,contulit se Laodiceam,quæ est in Syria ad mare. Ego spero eum daturum ibi celeriter pœnas.s. perfidiæ suæ in patriam. Nam neq; habet sup.alium locum, quò refugiat : neq; poterit sustinere.i.tolerare,resistendo impetui eius,tm̃ exercitum Cassij.spero etiam sup.negotium esse confectum iam.s cum hæc leges, & Dolabellam esse oppressum. Quare non puto Pansam,& Hirtium in consulatu i.cum erunt consules.properaturos exire .s.Italia,in prouinciam,sed acturos consulatum Romæ. Itaq; si petieris ab ijs,vt dent interea nobis procurationem Asiæ,spero te posse impetrare.s.ab eis. Præterea i.insuper, Pansa,& Hirtius promiserunt mihi,&.i.simul,coram.i.cum pñs essem, & scripserunt mihi absenti,& Pansa affirmauit. Verrio nostro.s.communi amico,se daturum operā, ne succedatur mihi.i.vt permanerem in magistratu meo,in suo consulatu.i.durāte consulatu suo. Ego porro.i. autem non volo medius fidius.i. per Herculem Iouis filium,aut ita me iudicet Deus,fidei prospector,spatium tuendæ prouinciæ prodoci mihi longius cupiditate i.propter cupiditatem prouinciæ s.regendæ. nam ista prouincia fuit mihi plena laboris,periculi,& sup.detrimenti.quæ.s.dicta,labores,pericula & detrimenta, ne ego subierim.i.passus sim frustra.i.sine fructu aliquo, ne ve cogar decedere priusq̄ consequar reliquias diligētiæ meæ,ego laboro.i.contendo valde. Nam si potuissem mitterem pecuniam vniuersam quam exegeram.s.à prouincialibus, ego postularem,vt succederetur mihi.nunc volo.i paro, consequi & reficere.i.reparare,id quod dedi Cassio,quod amisimus.s.omnes qui remp.fouemus morte Trebonij,etiam quod amisimus crudelitate.i.propter crudelitatem Dolabellæ aut perfidia eorum, qui non præstiterūt.i.non exhibuerunt fidem mihi & reip.quod .s illud consequi, & reficere, non potest fieri aliter nisi habuero spatium.s.temporis. Ego velim, vt tibi curæ sit, vt solet tibi res mea esse curæ,vt consequar.i.impetrem,id.s.spatium. Ego puto me esse meritum de rep.ita vt non debeam expectare solum beneficium istius prouinciæ s.prorogandæ, sed tm̃.i.tam magnum præmium,quantum Cassius & Bruti.s.Marcus,& Decius,non solum societate illius facti, & periculi, quo Cæs. abstulerunt, sed etiam studio, & virtute huius temporis.i.quo vtor erga remp. hoc tēpore periculosissimo. Ego.n.primus fregi leges Antonianas.i.quas Ant.tulit in vltionem interfectorum Cæsaris:ego primus traduxi equitatum Dolabellæ,qui alter tunc erat consul,ad remp.& tradidi,sup.ipsum Cassio: ego primus habui delectus.i. electionem militum pro salute omnium.s. bonoꝝ contra coniurationem sceleratissimam; Ego solus coniunxi Cassio & reip. Syriam,& exercitus,qui erant ibi.i.in Syria. Nam nisi ego dedissem Cassio tantam pecuniam, & tanta præsidia, & tam celeriter ; ne quidem.i.non saltem ausus esset ire in Siriam;& non minora pericula instarent nunc reip.à Dolabella, q̄ ab Ant.s.instant,si.s.Dolabellam,non expulissem e Syria. Atq; ego feci hęc omnia is.i.ens,aut si dicatur in hoc significatu,exñs is qui eram sodalis.i.socius dapis,hoc est conuictor,& familiarissimus Dolabellæ, & qui eram coniunctissimus sanguine.i.consanguinitate Antonijs : habebam quoq; i.etiam, beneficio illorum, qui tunc consules erant prouinciam.s.Ciliciam. Sed φιλῶ.i.amo, μᾶλλον.i.magis, πατρίδα.i patriam, ἐμὴν.i.meam. Græce autem primitiuum est mei,aut mis. Ego primus indixi omnibus meis.s.necessarijs Antonio fauentibus bellum. Etsi.i.q̄q̄, ego animaduerto hæc.i.huiusmodi studia mea in remp. non attulisse mihi fructum.i.vtilitatem, magnopere.i abūdæ : tñ ego non despero, nec defatigabor.i.non desistam præfatigatione permanere non solum in studio libertatis, sed etiam in labore & periculis.s.pro ea obeundis. Attñ.i.licet hoc sim animo,tamen si prouocabimur .s.ad talia studia,aliqua gloria iusta,& merita.s.à nobis,officijs.s. debita exhibitione,senatus,& optimi cuiusq; ; nos erimus apud ceteros cum maiore auctoritate, & poterimus prodesse reip.eò plus Argutissima forma petendi beneficii,cum illud, quod petimus,ad rem conferentis facturum, probamus. De his autem rebus pulchre locutus, transit ad commendationem filij Cic.non minus arguto consilio,sciens non posse melius placere Cic.q̄ vt illi bona de filio denunciet.dicit igitur sic. Cum.i.quando, veni ad Brutum.s.Marcum,non potui videre filium tuum.s.M.Ciceronem, ideo q̄ erat profectus iam cum equitibus in hiberna.i. loca tuta, vbi hiement traosigant cum equis suis. Sed medius fidius.i.ita me filius Iouis amet,aut iudicet, vt verum dico, videlicet,Hercules vltor perfidoꝝ,aut ita media sit fides,ego gaudeo eum.s.filium tuum,esse ea opinione.i.in ea æstimatione hominum aut in eo proposito iuuandæ reip.&.i simul causa tua, qui pater eius es, & ita illius gloria in te redundat & ipsius.s.filij tui qui ea bono studio, & bona æstimatione fructū aliq̄ñ consequatur,& in primis.i præcipue(qđ amanter dicit)causa mea. Enim .a.quia qui natus est ex te & dignus te.s.patre, est mihi loco fratris. frater autem dicitur ferè alter, quasi inter se coniunctiores sint fratres,q̄ pater,& filius. Pergæ, quæ est ciuitas Pamphiliæ.

Qvam re vera furere eos inueni . quod vero aliquid de his scripsi,totum hoc non erat in impressis : ego addidi multis abhinc annis ex vetusto libro Vincentij Riccij nunc.itidem video scriptum esse in Signij libro. PAVL. MANV.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

De Dolabellæ improbitate & gestis hac quoque epistola, vt in superiore, agitur.

Lentulus P.F. proquæs. propræt. S.D. cos. præt. trib. pl. senatui, populo, plebique Rom. 15

*SI valetis,liberiq; vestri valent,bene est: egoquoq; valeo. Scelere Dolabellæ *oppressa Asia, in proximam prouinciam Macedoniam, præsidiaque reip.quæ M. Brutus,vir clarissimus,tenebat,me contuli ; & id egi,vt per quos celerrime posset, Asia prouincia, vectigaliaq; in vestram potestatem redigerentur. quod cum pertimuisset Dolabella ; & vastata prouincia, correptis vectigalibus,præcipue ciuibus R.omnibus crudelissime denudatis, ac diuenditis, celerius Asia excessisset, quàm eò præsidium adduci potuisset : diutius morari, aut expectare præsidium non necesse habui; & quamprimum ad meum officium reuertendum mihi esse existimaui : vt & reliqua vectigalia exigerem ; &,quam deposui, pecuniam colligerem;quidquid ex ea correptum esset,aut quorum id culpa accidisset,cognoscerem quamprimum,& vos de omni re facerem certiores. Interim cum per insulas in Asiam nauiganti mihi nuntiatum esset,classem Dolabellæ in Lycia esse, Rhodiosq; naues complures instructas,& paratas in aqua habere : cum ijs nauibus, quas aut mecum adduxeram, aut comparauerat Patiscus proquæs. homo mihi cum familiaritate, tum etiam sensibus in rep. coniunctissimus, Rhodum reuerti confisus auctoritate vestra, senatusq; consulto,quo hostem Dolabellam indicaratis, fœdere quoq;,quod cum ijs M.Marcello, Ser.Sulpicio cos.renouatum erat; quo* iurauerant Rhodij,eosdem hostes se habituros,quos senatus populusq; R. quæ res nos vehementer fefellit.tantum.n.abfuit,vt illorum præsidio nostram firmaremus classem,vt etiam à Rhodijs vrbe,portu, statione,quæ extra vrbem est,commeatu,aqua deniq; prohiberentur nostri milites,nos vix ipsi singulis cum nauigiolis reciperemur. quam indignitatem,diminutionemq; maiestatis non solum iuris nostri, sed etiam imperij, populiq; R. iccirco tulimus,quòd, interceptis literis, cognoramus, Dolabellam, si desperasset de Syria, Aegyptoque, quod necesse erat fieri,in naues cum omnibus suis latronibus,atq; omni pecunia conscendere esse paratū,Italiamq; petere; iccirco etiam naues onerarias,quarum minor nulla erat duum millium* amphorarum,contractas in Lycia*

Smyrna capta, Trebonio occiso. epist. 12. & 14. h. l.

hoc in omnibus fœderibus obseruatum animaduerti Paulus Ml.

alij amphorum.

à classe

tes} ipsi Dol. {Inierunt so.} coniuncti sunt cum scelerato Dol. oblatione pecuniæ publicæ. {De quibus} qui detulerant pecuniã Dolab. {Constitueritis} iudicaueritis. {Firmaueritis} firmiorem reddideritis approbando quæ fecerim. {Exacta} oe amittantur, sicut amissæ sunt reliquiæ {Voluntariumq;} propriũ. {His literis} cum iam esset clausurus epistolam, adiunxit hanc particulam de iis, quæ à quibusdã militibus Dolab. intellexerat. {Pãphyliam} regionem vicinam Syriæ. {Relictis ægris} labore confectis & vulneratis. {Discessisse} s. renuntiauerunt {Illi vrbi} Antiochiæ. {Dicebant} i. illi milites xxx. qui fugerant à Dolab. in Pãphyliam. {Iter quatridui} i. tñ quãtum tribus diebus posset ire. {Celerius opinione} citius q̃ putabamus. de Antiochia, Laodicea, Syda, Amano, & ceteris his locis diximus plene lib. 3.

ASCAN. **S**I valetis &c.} Scribit eodem argumento ferè hanc epistolam publice, quo superiorem scripserat ad Cic. nisi q; cum Dolabella inuasisset Asiam, eamq; vastasset, & ciues Rom. spoliasset, & venditis spoliis celerius decessisset ex Asia, q̃ præsidium in eam adduci potuisset, dicit non putasse sibi præsidium mittendum à Bruto, omnem autem diligentiam facere, & fecisse ad inquirendum scelus Dolabellæ. Ordo est. Si o patres conscripti, & P. R. valetis, & liberi vestri valent, bene est: ego valeo. Asia oppressa. i. cum Asia esset oppressa scelere Dolabellæ, contuli me, & præsidia reip. quæ M. Brutus, vir clarus, tenebat, in prouinciam proximam, videlicet Macedoniam, & egi i effeci id, vt Asia prouincia, & vectigalia. s. Asiæ, redigerentur in potestatem vestrã, sup. per eos per. quos possent redigi, celerrime. Quod cum Dolabella iimuisset. s. me facturum, prouincia vastata, vectigalibus i. pensionibus publicis correptis. i. simul raptis, omnibus ciuibus, præcipue Romanis, denudatis, ac diuenditis crudelissime, q; pro &, excessisset Asia celerius, q̃ præsidium potuisset adduci eò, non habui necesse morari, aut expectare præsidium diutius, & existimaui. i. iudicaui, reuertendum esse mihi ad officium meum quamprimum. i. valde cito, vt, &. i. simul, exigerem pecuniam, quam deposueram, & sup. vt cognoscerem quid, quid esset correptum ex ea. s. pecunia deposita, aut quorum culpa id accidisset, & vt facerem vos certiores quamprimum. i. valde cito, de omni re. Interim cum nunciatum esset mihi nauiganti in Asiam classem Dolabellæ, esse in Lycia, & Rhodios habere naues complures instructas, & paratas in aqua. i. super aquam, reuerti Rhodum cum his nauibus quas aut adduxeram mecum, aut Patischus proquæstor homo coniunctissimus mihi cum. s. ita sit q; familiaritate, tum etiam sensibus. i. consensu in repub. comparauera t. i. acquisiuerat, reuerti inquam Rhodum, confisus auctoritate vestra, & senatusconsulto, quo iudicaratis Dolabellam hostem, confisus quoq; fœdere, quod renouatum erat M. Marcello, & S. Sulpicio coss. cum ijs. s. Rhodiis, quo. s. fœdere Rhodij iurauerant se habituros eosdem hostes, quos senatus populusq; Romanus. Quæ res fefellit nos vehementer. Tñ. n. absuit, vt firmaremus classem nostram præsidio eorum, vt etiam milites nostri prohiberentur à Rhodus vrbe. i. ingressu vrbis, portu. s. diuturno, statione. i. loco, vbi ad tempus possent stare in nauibus, commeatu. i. victualibus, denique aqua. s. dulci, aut omni cõione, & nosipsi. s. duces, vix reciperemur cum singulis nauigiolis. i. paruis nauigijs. Quam indignitatem, q; pro &, diminutionem maiestatis, non solum iuris nostri, sed etiam imperii, & P. R. nos tulimus. i. tolerauimus icc irco, q; cognoramus pro cognoueramus literis interceptis. i. per literas à Dolabella missas interceptas à nostris, Dolabellam si desperasset de Syria, & Aegypto. s. retinendis, quod erat necesse fieri, quia potentior erat in Syria Cassius, paratum esse cõscendere in naues cum omnibus latronibus suis atq; omni pecunia. s. surrepta, & petere Italiam. & cognoueramus icc irco etiam naues onerarias, quarum nulla erat minor duum millium amphorarum. i. quæ non caperet minus bis mille amphoras, contractas. i. in vnum locum tractas, obsideri in Lycia classe eius. o patres cõscripti, ego percitus timore huius rei, ne. s. in Italia traiiceret, malui perpeti iniurias, & experiri prius omnia, etiam cum contumelia nostra. Itaq; ego introductus ad voluntatem eorum. s. Rhodiorum, in vrbem. s. Rhodum & in senatum eorum, egi q̃ potui diligentissime causam reip. & exposui omne periculum quod instaret, si ille s. latro Dolabella conscendisset naues cum suis. Autem. i. sed, ego animaduerti Rhodios in tanta prauitate. i. peruersitate, vt putarẽt omnes. s. alios, esse firmiores. s. in defendenda causa sua, q̃ bonos. i. reip. fautores, vt non crederent hanc concordiam, & conspirationem oĩum ordinum esse factam propense. i. affectanter, & ex inclinatione animi, ad defendendam libertatem, vt consideretur patientiam. i. tolerantiam senatus & optimi cuiusq;. i. omnis boni, manere etiam nunc. i. in eum vsq; diem, nec quenq̃ potuisse audere iudicare Dolab. hostem. Deniq; animaduerti Rhodios tanta prauitate, vt existimarent omnia, quæ improbi fingebant, sup. esse magis vera q̃ quæ erant vere facta, & quæ dicebantur à nobis. Qua mente. i. affectione, & voluntate binæ legationes eoꝝ profectæ erant ad Dolabellam etiam ante aduentum nostrum, post indignissimam cædem Trebonii &c. tot & tam nefanda facinora, & quidem. i. certe, legationes erant profectæ nouo. i. insolito exemplo, quia contra leges ipsorum prohibentibus iis, qui gerebant tum. i. tunc magistratum. s. Rhodios. Hæc sup. fecerunt, siue timore, vt dictitant, de agris. i. propter agros, quos habent in continenti. i. terra partim mari septa, partim se cum alia terra tenẽti, timebant autem ne vastarentur à Dolab siue furore, quo correpti nesciunt quid faciant, siue impotentia. i. superbia, & insolentia paucorum. dñr autem impotentes, qui iræ, & animo suo moderari nequeunt, qui affecerant antea pari contumelia, qua. s. nunc nos afficiunt, viros clarissimos. s. patrem Lentuli, Pompeium & L. Lentulum, & nũc, sup. afficiunt gerentes maximos magistratus, videlicet nos proconsules Romanos, nullo exemplo sumpto. s. ab alijs, neq; ex parte vestra, q; abestis, neq; nostra. s. ex parte, præsentium. i. qui pñtes sumus. Neq; voluerunt, cum possent facile mederi. i. remedium facere, periculo imminenti Italiæ, & vrbi nostræ, si ille parricida. s. Dolabella expulsus ex Asia, & Syria, petiisset nauibus cum suis latronibus Italiam. Ipsi etiam magistratus. s. Rhodii, qui videbantur in aliis fauere nobis, veniebant nonnullis in suspicionem detinuisse nos, & esse demorati nos s. donec classis Dolabellæ fieret certior de aduentu nostro. Quam suspicionẽ res aliquot secutæ. i. quæ secutæ sunt, auxerũt, maxime q; Sex. Martius & C. Titius, legati Dol discesserunt subito ex Lycia à classe, & profugerunt naui longa, onerariis. s. nauibus relictis in quibus. s. nauibus onerariis colligẽdis ipsi consumpserunt. s. prius, non minimum immo plurimũ temporis & laboris. Itaq; cum venissemus à Rhodo in Lyciam cum iis nauibus quas habueramus, nos recepimus naues onerarias, quia derelictas, & restituimus dominis, à quibus illas abstulerãt. Itemq;. i. similiter nos desiimus timere quod verebamur maxime s. priusq̃ onerarias recepissemus, ne Dolabella posset venire in Italiam cum latronibus suis, non persecuti sumus classem s. Dolabellæ, fugientem vsq; in Sydam, quæ regio est Lyciæ. s. extra mage & prouinciæ meæ. Ibi cognoui partem nauium Dolabellæ diffugisse, reliquas petiisse. s. consilio Syriam & Aegyptũ. Quibus disiectis cum scirem classem C. Cassii, singularis ciuis & ducis, maximam fore præstò i. paratam sup proficiscendi in Syriam, reuerti. i. redii ad officium meum. s. tuendæ prouinciæ. Et dabo operam o P. C. i. patres cõscripti vt præstem studiũ meum sup. & diligentiam vobis & reip. & cogam. i congregabo, pecuniam q̃ potero maximam & quãcelerrime sup. potero, aut & valde celeriter, & mittam ad vos omnibus rationibus i viis & mediis, si percurrero prouinciam, & cognouero, qui præstiterunt fidem vobis, & reip. in conseruanda pecunia deposita a me, quiq;. i. & qui deferentes. s. ad Dolabellam vltro scelere. i. per scelus pecuniam publicam. i. reip. inierunt. i. contraxerunt societatem. i. participationem facinorum, cum Dolabella hoc munere. i dono pecuniæ publicæ. De quibus si videbitur vobis. s. vtile, si constitueritis i. iudicaueritis animaduertendum, grauiter. i. acerbe vt meriti sunt, & firmaueritis. i. corroboraueritis nos auctoritate vestra, nos poterimus facilius, &. i. simul, exigere vectigalia reliqua. i. nondum recepta, & poterimus seruare exacta, oe. s. alteri dentur q̃ à rep. misso. Ego comparaui. i. accumulaui, præsidium necessarium, quia sacramento astrictum, aut stipendio obnoxiũ, & voluntarium. i. eos qui sponte obtulerunt, quo possimus commodius tueri. i. conseruare interea vectigalia. s. publica, & defendere prouinciam ab iniuria His literis conscriptis i. postq̃ literæ erant scriptæ, sed nondum signatæ, milites circiter triginta quos Dolabella ex Asia conscripserat, fugientes e Syria, venerunt in Pãphyliam. Hi. s. milites nuntiauerunt Dolabellam venisse Antiochiam, quæ. s. vrbs est in Syria, nõ receptum. s. in eam vrbem, conatum esse aliquoties introire vi. i. per vim ac violentiam, & sup. repulsum esse semper cum magno detrimento. i. dãno ac deterioratione sua, hoc est suarum copiarum, quia semper multos e suis amisit. Itaq; sup. nuntiarunt eum, hoc est Dol. amissis. s. militibus circiter centum, & ægris. s. aliis relictis, profugisse noctu Antiochia versus Laodiceam. Et sup. nuntiauerunt ferè omnes milites Asiaticos discessisse ab ea nocte. s. qua aufugit, & octingentos ex his. s. Asiaticis rediisse Antiochiam & tradidisse se sup. iis qui relicti à Cassio, præerant illi vrbi. s. Antiochiæ. aut tradidisse se Cassio, qui relicti, &c. sed id minus placet. non. n. vero simile

mile est transfugis vrbem relictam esse. sup nuntiauerunt, ceteros. s. Dolabellæ milites descendisse in Ciliciam per Amanum. s. montem intermedium, ex quo numero s. ceterorum dicebant se quoque esse. Autem. i. sed nuntiatum est. s. ab alijs, Cassium abfuisse iter. i. per spatium itineris. quatridui. i. quod quattuor diebus fieri solet, à Laodicea. s. vrbe cum omnibus copijs suis, sup. tunc Dolabella tenderet eò. i. ad eam vrbem. Quamobrem ego confido latronem scelaratissimum. s. Dolabellam daturum pœnas. s. scelerum suorum celerius opinione. i. quàm opinari potest. Datum sup. aut scriptum Pergæ. IIII. non. Iun.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Laus est Ciceronis filij, & gratulatur patri de tali filio, & studioso, & moribus honestis prædito, in fine epistolæ dicit se versus quosdam in Cæsarem scripsisse more Lucilij.

C. TREBONIVS S. D. M. CICERONI. 16

vnus ex percussoribus Cæsaris. ep. 28. l. 10.

SI vales, bene est. Athenas veni ad XI. kal. Iun. atq; ibi, quod maxime optabam vidi filium tuum, deditum optimis studijs, summaq; modestiæ fama. qua ex re quantam voluptatem ceperim, scire potes, etiam me tacente. non. n. nescis, quanti te faciam, & quàm pro nostro veterrimo, verissimoq; amore omnibus tuis etiam minimis commodis, non modo tanto bono, gaudeam. Noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis dare nihil adolescente tuo, atq; adeo nostro, (nihil. n. mihi à te potest esse seiunctum) aut amabilius omnibus ijs, qui Athenis sunt, est, aut studiosius earum artium quas tu maxime amas, hoc est optimarum itaq; tibi, quod vere facere possum, libenter quoq; gratulor, nec minus etiam nobis; quòd eum, quem necesse erat diligere qualiscunq; esset, talem habemus, vt libenter quoq; diligamus qui cum mihi in sermone iniecisset, se velle Asiam visere; non modo inuitatus, sed etiam rogatus est à me, vt id potissimum, nobis obtinentibus prouinciam, faceret. cui nos & caritate, & amore tuum officium præstaturos, non debes dubitare. illud quoq; erit nobis curæ, vt Cratippus vna cum eo sit; ne putes in Asiam feriatum illum ab ijs studijs, in quæ tua cohortatione incitatur futurum. nam illum paratum, vt video, & ingressum pleno* gradu, cohortari non intermittemus, quo in dies longius, discendo, exercendoq; se procedat. Vos quid ageretis in rep. cum has literas dabam, non sciebam. audiebam quædam turbulenta: quæ. s. cupio esse falsa; vt aliquando otiosa libertate fruamur: quod vel minime adhuc mihi contigit. ego tamen, nactus in nauigatione nostra pusillum laxamenti, concinnaui tibi munusculum ex instituto meo: & dictum, cum magno nostro honore à te dictum, conclusi. & tibi infra subscripsi in quibus versiculis si tibi quibusdam verbis* αἰσχρορρημονέστερος videbor: turpitudo personæ eius, in quam liberius inuehimur, nos vindicabit. ignosces etiam iracundiæ nostræ, quæ iusta est in eiusmodi & homines, et ciues. deinde. qui magis hoc Lucilio licuerit assumere libertatis quàm nobis? cum, etiam si odio par fuerit in eos, quos læsit, tamen certe non magis dignos habuerit, in quos tanta libertate verborum incurreret. Tu sicut mihi pollicitus es. adiunges me quamprimum ad tuos sermones namq; illud non dubito quin, si quid de interitu Cæsaris scribas, non patiaris me minimam partem & rei, & amoris tui ferre. Vale, & matrem, meosq; tibi commendatos habe. D. VIII. kal. Iun. Athenis.*

Peripatetica doctrina clarus. ep. 21. lib 16. de off. lib. 1 & 3.

vide Vegetium de pleno gradu militum. l. 1 c. 9 & Salt. in Iug. 76.

.i. liberior in loquendo.

HVBER. ATHENAS} Cum, occiso Cæsare, eius percussores in varias prouincias, quæ ex senatusconsulto ei decretæ fuerant, proficiscerentur; Trebonius, Asiam petens, cum iter per Athenas faceret, vbi M. Cicero, Ciceronis filius, sub Cratippo, philosophorum eius ætatis principe, philosophiæ operam dabat, scribit ad Cic. se vidisse eius filium, quem summopere laudat, quod & optimis studijs deditus esset, vt eum omnes valde modestum prædicarent. qua de re ei gratulatur. Deinde dicit, quod cum quibusdam coniecturis intellexisset, eum cupidum visendi Asiam, inuitauit eum, & hortatus est, vt id faceret interea, dum ipse Trebonius ei prouinciæ præesset: se. n. habiturum eum loco filij, curaturumq;, vt & Cratippus vna iret, ne interea tempus amitteret. Deinde dicit se audiuisse quædam turbulenta fuisse in vrbe, quæ falsa esse cupit. Postremo dicit se quibusdam versiculis, inscriptis ad Cic. inuectum esse Cæsarem imitatione Lucilij, satyrici poetæ, cum ipse habeat multo iustiorem causam inuehendi libere in Cæsarem, oppressorem propriæ patriæ, quàm ille in quosdam ciues, aliquo scelere pollutos: rogatq;, vt eum inserat sermonibus suis & scriptis, sicut ei pollicitus est. {Quod} quam rem. s. videre filium tuum deditum optimis studijs. {Summa famæ} pro summæ famæ, ablatiuus pro genitiuo i. de quo omnes optime loquuntur esse modestissimum. duo autem dicit in eo fuisse, quæ maxime probantur in adolescente studium bonarum artium, & modestiam. {Non modo} pro nedum. {Dare auribus. t.} demulcere aures tuas, tibi assentiri. {Atq; adeo nostro} quasi quædam correctio. {Nihil} ratio quare dixerit nostro. {Seiunctum} separatum, quod non sit vtriusq;. nam amicorum omnia cõia. {Necesse erat} quia cum te diligam, necesse erat res tuas qualescunq; diligere. {Iniecisset} latenter significasset. {In sermone} inter loquendum. {Nobis obtinentibus} .i. dum ego præessem illi prouinciæ. {Tuum} paternum. {Feriatum} otiosum. nam ferias antiqui festa vacabant. {Ingressum} qui iam incepit. {Pleno gradu} .i. citato gressu. trãslatio sumpta à viatoribus, vel ab equis. {Procedat longius} progrediatur vlterius ad maiora. {Turbulenta} credo intelligendum de M. Ant. qui cum primum ostendisset se defensorem libertatis postea concitauit populum contra interfectores, vt sæpius supra diximus. {Otiosa} quieta, pacifica. {Quod} vt fruamur otiosa libertate. {Laxamenti} recreationis. {Concinnaui} composui, confeci. dicitur autem concinnare non à cano, quia non posset geminare: sed à con & cinno, quod erat potionis genus, ex multis liquoribus confectum. {Tibi} ad te. {αἰσχρορρημονέστερος} .i. turpior, petulãtior. nã τὸ αἰσχρῶς .i. turpiter & inhoneste ago significat. alius codex habebat σκαιότερος, quod significat sinisterior. {Nos vindicabit} nos excusabit & liberabit à reprehensione. {Et ciues} qui cum debeant tueri libertatem patriæ, eam opprimunt. {Deinde} alia probatio licentiæ suæ loci ab exemplo {Qui} vnde, qua causa, vt Horat. Qui fit Mæcenas. {In eos, quos læsit} carmine suo, vt Lupum, & Muciũ, & alios, ex primoribus vrbis. de quo Persius, Secuit Lucilius vrbem Te, Lupe, te, Muci, & genuinum fregit in illis. fuit aũt ex Auruncis, qui & Ausonij dicuntur, populi Italiæ, vt exponit Seruius super illud Vergilij, Auruncæq; manus. & primus scripsit satyram apud Latinos, vt ostendit Horatius in ser. & Iuuenalis, Cur tñ hoc potius libeat decurrere campo, Per quem magnus equos Auruncæ flexit alumnus? {Incurreret} inueheretur, impetum faceret oratione sua. {Ferre} habere, nominando me & immiscendo me ei consilio. {Rei} cædis Cæsaris, cuius fuerim conscius.


ASCEN. SI vales &c.} Trebonius post cædem Cæsaris ex decreto Asiam petens vidit Athenis Ciceronem, Ciceronis filium, philosophantem sub Cratippo, vt in principio officiorum meminit Cicero. Eum ergo sibi visum laudat, dicitq; inuitasse ad Asiam secum visendam: tum dicit se audisse turbulenta ad vrbem, seq; inuectum in Cæsarem. Ordo est. Si vales, bene est. ego veni Athenas ad XI. cal. Iun. atq; quod optabam maxime, ibi vidi filium tuum. s. M. Ciceronem deditum optimis studiis, & summa fama modestiæ. i. moderatæ vitæ, Qua ex re tu potes scire, etiam me tacente, quantam voluptatem ceperim. Non .n. nescis. i. quia bene scis, quanti faciam. i. æstimẽ te, & q̃. i. quantum gaudeam pro nostro veterrimo & verissimo amore. i. propter vetustissimum & verissimum amorem nostrum. Quod nũc dicitur vetus, olim dicebatur veter. quo circa in ablatiuo ꝓprie tñ facit vetere, & in plurali vetera, vnde etiam superlatiuum veterrimus. omnibus cõmodis tuis etiam minimis, non modo. i. nedum tanto bono, quantum est habere filium talem. Vbi notandum nos etiam alienis gaudere bonis, præsertim dum ea nostra censemus. o Cicero noli putare me dare hoc auribus tuis. i. tibi blandiri dicendo quod libenter audias. Nihil est aut amabilius omnibus iis, qui sunt Athenis, aut studiosius earum artium quas amas maxime, hoc est optimarum, adolescente tuo atq; adeo. i. omnino nostro. i. nobis cõmuni. Nihil. n. potest esse seiunctum .i. diuisum mihi à te, quia amicorum omnia sunt cõia. itaq; quod possum facere vere, gratulor quoque. i. etiam libenter tibi, nec etiã minus gratulor nobis. s. ambobus, quod habemus eum. s. filium tuum,

tuum, quem necesse erat diligere, qualiscunq; esset, habemus, di-co, talem, vt diligamus quoq; i. etiam libenter. Qui cum iniecis-set mihi in sermone.i. inter loquendum dixisset se velle visere Asiam, non modo inuitatus, sed etiam rogatus est à me, vt face-ret id potissimum nobis obtinentibus prouinciam.s. Asiam. cui non debes dubitare nos præstaturos & caritate & amore officii tuum.i. paternorum. Illud quoq; erit nobis curæ, vt Cratippus.s. præceptor eius sit vnà.i. simul, cum eo, ne putes illum futurum feriatum.i. otiosum in Asia, in ijs studus in.i. ad quæ, incitatur co hortatione tua. Nam nos non intermittemus cohortari illum paratum, vt video, & ingressum.s. ad dicta studia pleno gressu.i. qui tam multum processit, aut profecit, quo.i. vt, procedat in dies longius, discedendo & exercendo se. Ego non sciebam, quid vos ageretis in rep cum dabam has literas. Ego audiebam quædā tur bulenta, quæ.s. cupio esse falsa, vt fruamur aliqñ.i. tandem liber-tate, otiose.i. sine negotio belli. quod contigit mihi adhuc vel i. etiam minime. Ego tñ nactus in nauigatione nostra i dum es-sem in naui, pusillum.i. modicum laxamenti.i. recreationis & te laxationis, concinnaui.i. composui tibi.i. ad honorem tuum mu nusculum.i. paruum munus literarum.i. ex instituto.i. more & studio meo, & conclusi.i. in fine posui, dictum.i. elegans verbum dictum.i. pronunciatum à te, cum magno honore nostro, & sub-scripsi.i. assensum præbui tibi infra.i. ab inferiori parte, hoc est subsequenter. In quibus verbis si videor tibi ἀσκυμονέστερος.i. in-uerecundior, aut turpior. nam ἀσχήμων dicitur turpis, ἀσχήμων inuerecundus aut turpis. turpitudo personæ in q inuehimur libe rius.i. nimis libere, vindicabit nos.s. à reprehensione di.na. Tu ignosces etiam iracundiæ nostræ, quæ iusta est in eiusemodi & homines & ciues. deinde quid.i. cur, nisi est legêdum qui, licuetie magis Lucilio.s. satyrico, assumere hoc libertatis vt aperte vitio sos taxet, cum etiam si.i. quamuis fuerit par.i. æqualis mihi lup. odio in eos quos læsit, tñ certe nô habuit magis dignos, in quos incurreret tanta libertate verborum, sup.ꝙ ego tu adiunges me quamprimum i. valde cito ad sermones tuos.i. ad scripta tua si-cut pollicitus es mihi. Nanq; ego non dubito illud, quin si quid scribas de interitu Cæsaris, non patiaris me ferre minimam par tem & rei.i. facti, videlicet cædis Cæsaris, & amoris tui. Vale. & habe matrem & meos.s. domesticos cômendatos tibi. Dats &c.

ARG Varia scribit, de rumoribus e Syria allatis, de ciuitatis otio, de Oratore à se scripto, de suo studio in Cornificium. is autem Syriam regebat, vt infra patet.

collegæ Ciceronis in augurata.

CIC. S. D. Q. CORNIFICIO COLLEGAE. 17



vide idem ep. 59. l. 15.

*Rata mihi vehementer est memoria nostri tua, quam significasti literis: quam vt conserues, non quò de tua constantia dubitem, sed, quia * mos est ita rogandi, rogo. Ex Syria nobis tumultuosiora quædam nuntiata sunt: quæ, quia tibi sunt propiora, quàm nobis, tua me causa magis mouent, quàm mea. Romæ summum otium est, sed ita, vt malis salubre aliquod, & bone stum negotium: quod spero fore, quia video id* curæ esse Cæsari. Me scito dum tu abfis, quasi occasionem quandam & licentiam nactum, scribere audacius, et cetera quidem fortasse, quæ etiam tu concederes: sed proxime scripsi de optimo genere dicendi: in quo sæpe suspicatus sum te à tu-dicio nostro, sic. s. vt* doctum hominem à non indocto, pau lulum dissidere. huic tu libro maxime velim ex animo, si minus, gratiæ causa suffragere. dicam tuis, vt eum, si ve-lint, describant, ad teq; mittant. puto.n. etiamsi rem mi-nus probabis, tamen in ista solitudine, quidquid à me profe ctum sit, iucundum tibi fore. Quod mihi existimationem tuam dignitatemq; commendas: facis tu quidem omnium more: sed velim sic existimes, me cum amori, quem inter nos mutuum esse intelligam, plurimum tribuere, tum de summo ingenio, & de optimis tuis studijs, & de spe am-plissimæ dignitatis ita iudicare, vt neminem tibi antepo-nam, comparem paucos. Vale.*

correctionẽ reip. Cæsar cogitauit.

scripsit Cornificius de arte rhetorica. Quintil. l. 3. & alibi.

HVBER. GRata est § Post victum Pompeium cum Cæsar rerum potiretur, Cornificius, vir doctissimus, & præcipue in poeticis clarus, Libyæ præpositus fuit. cui etiam præ-fuit post mortem Cæsaris, vt quibusdam epistolis infra videbi-mus. cum igitur scripsisset ad Cic dicit Cicero sibi gratum es-se, quòd ex suis literis cognouit eum sui memorem esse, & se ab eo amari. rogat autem eum vt pergat. Deinde, cum audiuisset quosdam tumultus fuisse in Syria, dicit se magis timuisse eius causa, quàm sua: ostenditque otium esse Romæ non satis ho-nestum, Cæsare omnia faciente non solum pro libidine sua, ve-rum etiam arbitrio eorum, quos habuit adiutores suæ victoriæ. Postea monet eum sese scripsisse librum de optimo genere di-cendi: cui rogat vt faueat ex animo: pollicetúrque se daturum exemplum ipsius libri domesticis Cornificij, vt illum transcri-bant, & ad eum mittant. Postremo declarat, quam opinionem habeat de eius ingenio, studijs optimis, & dignitate. § Memoria nostri § quam de nobis habes. § De constantia § quin perseueres. § Propiora § propinquiora. quia Syria vicinior est Lybiæ, quàm Romæ eum autem præfuisse Lybiæ ostendit Appianus, & infra epistola, quæ incipit, C. Anitius. § Salubre § vtile.i. ita vt melius esset habere aliquod honestum & vtile negotium & laborem ꝙ tale otium, quod est contra dignitatem nostram. § Malis § pro malit aliquis. secunda persona, pro tertia eleganter posita, vt sæpius diximus. § Occasionem § quia nihil aliud habeo quod cu-rem. § De optimo genere dicendi § quod opus inscribitur ad Bru tum elegantissimum, & vtilissimum, vt titulus ipse declarat. § A non indocto § i. à me non indocto. vitauit arrogantiam, & tum modeste de se locutus est, vt neq; doctum, neq; indoctum se di-ceret. § Suffragere § faueas. § Causa gratiæ § quia non sit tibi gra-tus, neque placeat § Rem § opus ipsum. § Quidquid § qualecunq; sit. § Omnium more § quia omnes solent ita facere, etiam si non dubitent de amicis suis. § De spe amplissimæ dignitatis § quòd sis futurus multo maior quàm es.

ASCEN. GRata, &c. § Cæsare rerum potito Cornificius, vir in poe tica clarus, Lybiæ præpositus, illi etiam post necem Cæ saris præfuit: qui cum scripsisset ad Cic. rescribit Cice-ro, sibi gratum esse quòd sui memorem noscat, timuisse illi tumultum ortum in Syria, otium honestum esse Romæ, seq; scripsisse de optimo genere dicendi. quod vt laudet eius inge-nium miratur. Ordo est. Memoria tua nostri.i. quam habes de nobis, est mihi grata vehementer, quam.s. memoriam significa-sti literis, quam rogo vt conserues, non quòd, i. quia dubitem de constantia tua, sed quia mos est rogandi ita. Quædam sunt nun tiata nobis ex Syria tumultuosiora.s. quàm velimus, aut aliquan tulum tumultuosa. quæ quia sunt propiora.i. viciniora tibi, quã nobis, mouent.i. timore afficiunt, me magis causa tua, quàm mea. Summum otium est Romæ, sed ita, vt malis.i. magis velis aliquod negotium salubre.s. patriæ & honestum, quod spero fo-re.i. futurum breui quia video.i. confido id esse Cæsari.i. Iulio curæ. Scito me dum.i. interea dum tu absis.s. ab vrbe quasi na-ctum occasionem quãdam & licentiam scribere audacius quàm .s. si adesses. vnde innuit se eum vereri. docuerat.n. Cornificius publice literas; & sunt qui eius putent ad Herennium libros rhetoricorum, qui Cic. ascribuntur, & quidem fortasse, sup scri-bere audacius cetera, quæ etiam tu.s. publicus censor, concede-res: sed scripsi proxime de optimo genere dicendi, in quo.s. ope-re ego suspicatus sum sæpe te dissidere.i. diuersum esse & dissen-tire, paululum maxime.i. præcipue ex animo.i. vero iudicio, si minus.i. si non sup. possis id facere, causa gratiæ.i. beneuolentiæ tuæ in me. Ego dicam tuis.s. ministris & seruis, vt describant.i. de meo scribant, si velint eum.s. librum. & mittant.s. eum ad te. Puto n. etiam si.i. quanquam minus.i. non satis probabis rem.i. opus ipsum, tamen iucundum fore tibi quidquid profectum.i. or tum sit à me, in ista solitudine. Quod tu cõmendas mihi æsti-mationem & dignitatem tuam, tu quidem facis sup. id more om nium.s. qui absunt à patria. Sed velim sup. vt æstimes sic, me cum .s. ita sit ꝙ tribuã plurimum amori quæ intelligã esse mutuum inter nos, tum.s. multo magis est, me iudicare de summo ingenio .s. tuo, & de optimis studijs tuis & de spe amplissimæ dignitatis.s. quam cõsecuturũ speramus, ita vt neminem anteponam tibi, & comparem.i. cõparandos & similes quodãmodo putem paucos.

PAVL. MANV. IN ista solitudine § solitudine potius, quam solicitudine, e tri bus antiquis libris, & e sensu legendum putaui. dixit enim, solitudine, pro summo otio: quod apertius sequenti episto-la. Etsi, inquit, periniquo patiebar animo te à me digredi: ta men eo tempore me consolabar, quod & in summum otium te ire arbitrabar, & ab impendentibus magnis negotijs discedere.

ARG. Purgat se de infrequentia literarum: prudentiam Cornificii, grauitatemque laudat; præsentem reip. statum accusat, cum Cæsaris excusatione.

CIC.

CIC. S. D. CORNIFICIO COLLEGAE. 18



VOD extremum fuit in epistola, quam à te proxime accepi, ad id primum respondebo. animaduerti.n. hoc vos magnos oratores facere nonnunquam. Epistolas requiris meas. ego autem nunquam, cum mihi denuntiatum esset à tuis ire aliquem, non dedi. Quod mihi videor ex tuis literis intelligere, te nihil commissurum esse temere, nec ante, quàm sciisses, quò iste nescio qui Caecilius Bassus erumperet, quidquam certi constituturum: id ego & speraram prudentia tua fretus; & vt confiderem, fecerunt tuae grauissimae literae. idque vt facias quamsaepissime, vt, & quid tu agas, & quid agatur, scire possim, & etiam quid acturus sis, valde te rogo. Etsi periniquo patiebar animo te à me digredi: tamen eo tempore me consolabar, quod & in summum otium te ire arbitrabar, & ab impēdentibus magnis negotijs discedere. vtrunque contra accidit. istic.n. *bellum est exortum, hic pax consecuta, sed eiusmodi pax, in qua, si adesses, multa te non delectarent, ea tamen, quae ne ipsum Caesarem quidem delectent. BELLORVM.n.ciuilium ij semper exitus sunt, vt non ea solum fiant, quae velit victor, sed etiam vt ijs mos gerendus sit, quibus adiutoribus parta sit victoria. equidem sic iam obdurui, vt ludis Caesaris nostri aequissimo animo viderem T.*Plancum, audirem Laberij, et Publij poemata. nihil tam deesse scito, quàm quicum haec familiariter, docteque rideam. is tu eris, si quamprimum veneris. quod vt facias, non mea solum, sed etiam tua interesse arbitror. Vale.*

epist. 13. & 23. Dio lib. 47. & Strabo l. 16.

Dio l. 47.

Plancus Bursa, à Caesare restitutum. ep. 3. lib. 7.

HVBER. Quod extremum] Haec causa est haec epistola, in qua primum se excusat Cicero apud Cornificium, requirentem eius literas, quod nunquam praetermisit aliquem, quem sciret ad eum iturū, cui literas non dederit. Deinde dicit, quid ex eius prudentia sperarit eum facturum. Postea vero, quod etiam in superiori epistola fecit, dānat otium, quod erat in vrbe Roma, quod sit contra dignitatem: optatque ipsum Cornificium adesse, quocum ridere possit, quae in vrbe fiunt. §Pa cere hoc} vt mutetis ordinem, & respondeatis primum ijs, quae erant extrema in epistola amici. §Vos} assentatur ei. Fuit autem Cornificius & orator, & poeta, vt Ouid. memorat. §Ego autē} ordo est. ego autem nunq̄ non dedi, cum esset denuntiatum mihi à tuis aliquem ad te ire. §Quod} respondet ad aliam partem epistolae Cornificij. quia dixerat se fore cautum, nec quidq̄ temere & inconsiderate facturum. quod Cicero se semper speraṝe dicit, fretum eius prudentia. §Quò erumperet} quò euaderet, quorsum conatus suos dirigeret. §Iste nescio qui} cum contemptu dixit} Caecilius Bassus} hic erat in Syria, vt supra visum est. coniicimus ante eum aliquid conatum esse cōtra Cornificium. Etsi} Nunc damnat otium vrbis. §Digredi} discedere eo tempore, cum discedebas. §Impendentibus} imminentibus, vt arbitrabar, ijs qui te manserunt in vrbe. §Contra} aliter atque arbitratus sum. §Illic} declarat quare vtrumque contra acciderit. §Istic} in prouincia tua. quia Sextius, qui Libyae, quae noua dicitur, praefectus erat, Cornificium ea veteri Libya expellere conabatur, vt scribit App. l. 4. apud quem vide plura de his bellis. §Ne ipsum quidem Caesarem} auctorem huius pacis. §Obdurui} assuefactus sum, &, vt ita dicam, callum feci. §T. Plancum} hunc intelligimus histrionem egisse. §Laberij & Publij} hi mimographi fuerunt, vt alio loco diximus de Laberio fuit autem eques R. §Tā deesse mihi} tam desiderari à me §Docte} sine scurrilitate, ingeniosis scommatibus. §Is} quicum rideam.

ASCEN. Quod extremum &c. } Ea causa est se primo quod Cornificius literas à se non acceperit, cum nullum, qui eas ferret, praetermiserit. damnat otium vrbis, vt quod putat contra dignitatem suam: mallet. n. in rep. florere. Optatque ipsum Cornificium adesse, quicom ridere possit quae in vrbe fiant. Ordo est. Ego respondebo primum ad id quod fuit extremum. i. vltimum in ea epistola, quā accepi proxime à te. Ego. n. animaduerti vos magnos oratores facere hoc. i. respondere primum extremo loco dictis aut obiectis. Incipiens autem respondere dicit. Tu requiris nonnunquam. i. interdum epistolas meas, hoc est accusas quod non scripserim ad te. Ego autem nunq̄ non dedi. i. semper dedi, cum denuntiatum esset mihi aliquem à tuis. i. tuorum ire. i. proficisci. f. à me ad te. Quod videor intelligere ex literis tuis, te nihil commissurum. i. facturum esse temere. i. inconsiderate, nec constiturum quidq̄ certi. i. firmi propositi ante quā sciisses. i. sciuisses. quò. i. in quam partem iste nescio qui. vulgarius diceretur, nescio quis, & ita iuuitur contēnendus. Caecilius Bassus erumperet. i. diu celarum ac tectum consilium suum tandem vt reuelaret. ego, &. i. simul, speraram id. i. te ita facturum, fretus. i. confisus & adiutus prudentia tua. & literae tuae grauissimae mihi fecerunt, vt confiderem. f. te id facturum. Et ego rogo te valde vt facias quàm saepissime. i. frequentissime, id, vt possim scire, &. i. simul, quid agas, & quid agatur. f. ab alijs, & etiā quid sis acturus. Etsi quanquam patiebar animo periniquo te digredi à me: tamen ego consolabar eo tempore me quod arbitrabar te ire & in summum otium, & discedere ab magnis negotijs impendentibus. i. imminētibus. Vtrunque accidit contra. f. opinionem meam. Bellum. n. est exortum istic. i. vbi tu es & pax est consecuta hic, sed tamen pax huiusmodi, in quasi adesses, multa non delectarent te, tamen. i. sed ea, quae ne quidem. i. non fa'tem, delectant Caes. ipsum. f. caput rei. Bellorum &c. probat assumptum dicēs. Enim. i. quia, hi. i. huiusmodi sunt semper exitus bellorum ciuilium, vt non solum ea, quae victor velit, fiant, sed etiam vt mos gerendus sit. i. vt obsequendum sit ijs, quibus adiutoribus victoria sit parta. i. acquisita. Equidem. i. ego quidem, obdurui. i. in videndis rebus iniuiis sic animum obdurui, vt viderem iam aequo animo aequissimo ludos Caes. nostri. i. quos Caes. victor agendos curat, & vt viderem. f. agentem Titum Plancum. i. histrionem, aut audirem T. Plancum. f. poetam, & poemata Laberij & Publij qui sunt mimographi. Et scito nihil tam deesse mihi, quā supplex quem, quicum. i. cum quo, ego rideam haec familiariter & docte. i. ex iudicio arguto. Tu eris is. f. quicum ridebo, si veneris quamprimum. i. valde cito. quod vt facias, ego arbitror interesse. i. iu re esse non solum mea, sed etiam tua.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Gaudere se dicit, Syriam Cornificio à Caesare assignatam: petitque, vt de omnibus rebus eum certiorem faciat.

CICERO S. D. CORNIFICIO. 19



*IBENTISSIME legi tuas literas: in quibus iucundissimum mihi fuit, quòd cognoui meas tibi redditas esse. non.n. dubitabam, quin eas libenter lecturus esses: verebar, vt redderentur. Bellum, quod est in Syria, Syriamq; prouinciam tibi tributam esse à Caesare, ex tuis literis cognoui eandem rem tibi volo bene, & feliciter euenire. quod ita fore confido, fretus & industria, & prudentia tua. Sed de Parthici belli suspicione quod scribis, sane me commouit. quantum copiarum haberes, cum ipse coniectura consequi poteram, tum ex tuis literis cognoui. itaq; opto, ne se illa gens moueat hoc tempore, dum ad te legiones eae perducantur, quas audio duci. quod si pares copias ad confligendum non habebis; non te fugiet vti consilio M.*Bibuli, qui se opido munitissimo, & copiosissimo tamdiu tenuit, quamdiu in prouincia Parthi fuerunt. Sed haec melius ex re, & ex tempore constitues. mihi quidem vsque curae erit, quid agas, dum, quid egeris, sciero. Literas ad te nunquam habui cui darem, quin dederim. à te, vt idem facias, peto, in primisque, vt ita ad tuos scribas, vt me tuum sciant esse. Vale.*

qui, dum vt hostes in Syria fuit, pedem portae non extulit. ad Att. l. 6. epist. 8.

HVBER. Libentissime] Cum Caesar praefecisset Cornificium Syriae, in eaque timeretur, aut certe iam esset bellum, optat Cicero eam rem illi feliciter euenire. postea vero contra bellum Parthicum monet, quo agere debeat: ostendit que se copiarum esse scire, quid egerit. §Volo} cupio. §Quod} vt tibi bene & feliciter eueniat. §Fretus} confisus. §De suspicione belli Parthici} scripserat. n. se suspicari Parthos moturos esse bellum. §Cum} id est, &. §Illa gens} Parthorum. §Dum} donec. §Pares} aequales Parthis. §Vti consilio M. Bibuli} i. facere, sicut fecit Bib.

Bib.{Oppido munitiſſimo} Antiochia,cum præfuiſſet Syriæ,vt viſum eſt lib.2.{In prouincia} in Syria. expulit autem eos Caſſius,vt viſum eſt.{Ex re} vt videbis rem indigere conſilio.{Conſtitues} conſilium capies. {Vſq;} ſemper,aſſidue. {Idem facias}. vt des ad me literas omnibus,quibus dare poteris.

ASCEN. LIbentiſſime legi tuas,literas,&c.{Cum Cæſar præfeciſſet Cornificium Syriæ, & in ea bellum timeretur, aut iam eſſet,optat Cicero eam rem illi feliciter euenire.poſtea vero contra bellum Parthicum monet quomodo agere debeat: oſtenditq; ſe cupere ſcire, quid ille hactenus egerit. Ordo eſt. Ego legi libentiſſime literas tuas, in quibus fuit mihi iucundiſſimum ꝙ cognoui meas.ſ.literas eſſe redditas tibi.Non.n.dubitabam quin eſſes lecturus eas libenter,verebar.i.formidabam, ne redderentur.ſ.tibi. Ego cognoui ex literis tuis bellum, quod eſt in Syria, & Syriam prouinciam eſſe tributam tibi à Cæſare.Ego volo i opto eandem rem.ſ.belli & prouinciæ adminiſtrationem euenire tibi bene & feliciter. Quod confido fore.i.futurum,ita fretus.i.confiſus & induſtria & prudentia tua. Sed quod ſcribis de ſuſpicione belli Parthici ſ.quod inſtare ſcribis,commouit me ſane.i multum,quia ſupp.cum.ſ.ita ſit,ꝙ ipſe .i.per me ipſum, poteram conſequi.i cognoſcere, coniectura.i.per coniecturam,tum.i.multo apertius cognoui ex literis tuis. Itaque opto ne.i.vt non,vt illa gens ſ.Parthica, non moueat ſe hoc tempore,dum i.donec eæ legiones,quas audio duci.i.adduci.i.deligi, perducantur ad te. Quòd ſi non habebis copias pares .i ſatis magnas ad confligendum,non fugiet te.i memineris,vti conſilio M.Bibuli,qui retinuit ſe oppido munitiſſimo,& copioſiſſimo tandiu,quandiu Parthi fuerunt in prouincia.Sed tu conſtitues hoc.i quid de hoc ſit faciendum, melius ex te.i.ex diſpoſitione negotij,& ex tempore.i.qualitate temporis. Quidem.i.certe,quid agas,erit mihi curæ vſque.ſ.illud tempus,dum ſciero quidquid egeris. Nunquam habuit cui darem literas ad te, quin dederim. Peto à te vt ſcias idem.i.ſimile. Et ſup.peto in primis vt ſcribas ad tuos ita,vt ſentiant me eſſe tuum.

ARG. Iocatur, quia Cornificius Sinueſſanæ villæ hoſpitio vti noluerat: & crebras ab eo literas petit.

CICERO S. D. CORNIFICIO. 20

GRATAE mihi tuæ literæ, niſi quòd Sinueſſanum diuerſoriolum contempſiſti. quam quidem contumeliam villa puſilla iniquo animo feret, niſi in Cumano, & Pompeiano reddideris* πάντα περὶ πάντων. ſic igitur facies; meq; amabis, & ſcripto aliquo laceſſes.ego enim reſpondere facilius poſſum, quàm prouocare. quòd ſi, vt*es, ceſſabis: laceſſam; nec tua ignauia etiam*inertiam afferet. Plura otioſus. hæc, cum eſſem in ſenatu, exaraui. Vale.

Idem ep. 17 lib. 15.

qui tua cõſuetudo eſt. epiſt. 10. l. 8.

HVBER. GRatæ} Cum proficiſceretur Cornificius per Campaniam,noluit, diuertere in Sinueſſanam villam Ciceronis quare Cicero iocans dicit villam ſuam paruam non paſſuram hanc iniuriam,niſi recompenſauerit omnia in Cumano & Pompeiano Poſtremo rogat Cornificium,vt ſe literis laceſſat: ſe.n.facilius poſſe reſpondere, ꝙ prouocare propter occupationes; ſed ſi fuerit ignauus in ſcribendo, ſe vltro eum prouocaturum,ne & ipſe iners fiat.{Diuerſoriolum} hoſpitiolum. {Sinueſſanum} quod eſt in agro Sinueſſano. eſt autem Sinueſſa ciuitas mediterranea Campaniæ, vino ſatis abundans, quod Sinueſſanum dicitur.{Villa puſilla}.ſ.Sinueſſanum {Cumano & Pompeiano} villis meis.de Cumano alio loco diximus plenius. {πάντα περὶ πάντων}.i.omnia de omnibus. eſt autem prouerbialiter dictum.i.niſi de omnibus & ſingulis,in quibus defeciſti in Sinueſſano,ſatisfacias in Cumano & Pompeiano, quò velim diuertas.{Laceſſes} prouocabis ad ſcribendum.{Vt eſt}.ſ. ceſſator,vel piger.{Inertiam}.ſ.mihi. {Plura} ſcribam. {Exaraui} ſcripſi.ſed ſcribere eſt etiam ex ingenio facere, exarare vero tantum figuras literarum facere.quaſi ergo hæc non ſit epiſtola, dixit,exaraui. & non, ſcripſi.

ASCEN. GRatæ &c.} Iocatur quòd in villam ſuam non diuerterit, & ad ſcribendum inuitant dicens, Literæ tuæ fuerunt gratæ mihi, niſi quòd contempſiſti diuerſoriolum Sinueſſanum.i.quod habeo Sinueſſæ. Quam quidem cõtumeliam villa.i.domus mea ruſtica puſilla.i.exigua feret iniquo animo. illudit ad pauperes qui ſe contẽni ægre ferunt. niſi reddideris.i.ſis redditurus in Cumano & Pompeiano,ſupp.diuerſorijs meis, πάντα.i.omnia περὶ.i.de, πάντων.i.omnibus. Tu igitur facies ſic,amabis me, & laceſſes.i.prouocabis aliquo ſcripto. Ego.n.poſſum facilius reſpondere, quàm prouocare. Quod ſi ceſſabis,vt es.ſ.tardus ad ſcribendum,ego laceſſam.i.prouocabo, ne ignauia tua afferat etiam ſup.mihi inertiam. Plura ſup.ſcribam otioſus,ego exaraui.i.ſcripſi hæc,cum eſſem in ſenatu.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Commendat Anicium Cornificio: petitque, vt eius negotia, & dignitatem adiuuet.

CICERO S. D. CORNIFICIO. 21

C. ANICIVS, familiaris meus, vir omnibus rebus ornatus, negotiorum ſuorum cauſa legatus eſt in Africam,* legatione libera.eum, velim, rebus omnibus adiuues; operamq; des, vt quam commodiſſime ſua negotia conficiat. in primisque, quod ei cariſſimum eſt, dignitatem eius tibi commendo: idq; à te peto, quod ipſe in prouincia facere ſum ſolitus non rogatus, vt omnibus ſenatoribus lictores darem: quod idem, acceperam, & cognoueram, à ſummis viris factitatum. hoc igitur mi Cornifici facies: ceterisque rebus omnibus eius dignitati, reique, ſi me amas, conſules. id erit mihi gratiſſimum. Da operam, vt valeas.

quæ ſenatoribus ad ſua negotia proficiſcentibus concedebatur. ad Attic. l. 2. epiſt. 22. l. 15.

HVBER. C. Anicius} Commendat Cic. hac epiſtola Cornificio, præfecto Africæ, C. Anicium, familiarem ſuum, proficiſcentem legatum in eam prouinciam propter negotia quædã ſua Rogat autem Cornificium, vt eum omnibus rebus adiuuet, vt poſſit negotia ſua cõmodiſſime conficere.deinde commendat etiam eius dignitatem, rogans, vt ei lictores det: quod ſe ſua ſponte facere conſuetum eſſe dicit, cum præfuiſſet Ciliciæ, quia intellexerat ſummos viros id feciſſe. {Oibus rebus} virtutibus,doctrina,ingenio,nobilitate,& ceteris ſimilibus.{Libera} larga,quia non eſt præſcriptum tm̃ vnum negotium agẽdum,ſed quidquid neceſſe fuerit in prouincia {Non rogatus} ſponte mea.{Acceperam} intellexeram.{Facies} hoc, vt des ei lictores. de qua dictione alio loco plene dictum eſt.

ASCEN. C. Aius} Commendat Cornificio, præfecto Africæ, C. Anicium familiarem ſuum,dicens, C. Anicius, familiaris meus,ornatus omnibus rebus, legatus eſt in Africam legatione libera,quia cauſa negotiorũ ſuorum, non publicorum. Velim adiuues eum rebus omnibus, & des operam, vt conficiat.i.perficiat negocia ſua,quàm commodiſſime. & in primis commendo tibi dignitatem eius, quod.ſ.eam eſſe commendatam eſt ei cariſſimum. Et peto à te id, quod ipſe.i.ego ſolitus ſum facere in prouincia non rogatus, vt darem.i.ſolitus ſum dare lictores.i.miniſtros publicos omnibus ſenatoribus ſenatorij ordinis viris, ꝙ.i.quia acceperam idem.ſ.beneficium.ſ.ab alijs, & cognoueram id factitatum.i.frequenter factum à ſummis viris. Tu igitur o mi Cornifici facies hoc ꝙ conſules.i.prouidebis & proderis, ceteris rebus eius, omnibus, & dignitati & rei eius, ſi amas me,id erit gratiſſimum mihi.da operam, vt valeas.

ARG. Narrat de ſtatu reip. poſt Cæſaris mortem; hortaturq; Cornificium, vt prouinciam retineat in poteſtate reip.

CICERO S. D. CORNIFICIO. 22

NOs hic cum homine gladiatore, omnium nequiſſimo,* collega noſtro, Antonio bellum gerimus, ſed non pari condicione, contra arma verbis. at etiam de te concionatur: nec impune; nam ſentiet, quos laceſſierit. ego autem acta ad te omnia arbitror perſcribi ab alijs: à me futura debes cognoſcere: quorum quidem non eſt difficilis coniectura. Oppreſſa omnia ſunt: nec habent ducem boni. noſtri τυραννοκτόνοι* longe gentium abſunt. Panſa & ſentit bene, & loquitur fortiter. Hirtius noſter tardius *conualeſcit. quid futurum ſit, plane neſcio. ſpes tamen vna eſt, aliquando populum R. maiorum* ſimilem fore. ego certe reipub. non deero: &, quidquid

in auguratu. Phil. 2. ad Att. & hic epiſt. 14 lib. 8.

Brutus in Græcia, Caſſius in Syria.

Philip 14.

inuenda libertate.

quidquid acciderit, à quo mea culpa absit, animo forti feram. illud profectò, quoad potero, tuam famam, & dignitatem tuebor. Ad XIII. kal. Ian. senatus frequens mihi est assensus cum de ceteris rebus magnis, & necessarijs, tum de prouincijs ab ijs, qui obtinerent, retinendis, neque cuiquam tradendis, nisi qui ex S. C. successisset. hoc ego cum reip. causa censui, tum mehercule in primis retinendæ dignitatis tuæ. quamobrem te amoris nostri causa rogo, reip. causa hortor, vt ne cui quidquam iuris in tua prouincia esse patiare. atq; vt omnia referas ad dignitatem; qua nihil potest esse præstantius. Vere tecum agam, vt necessitudo nostra postulat: in Sempronio, si meis literis obtemperasses, maximam ab omnibus laudem adeptus esses. sed illud & præterijt, & leuius est. hæc magna res est. fac vt prouinciam retineas in potestate reipub. Plura scripsissem, nisi tui festinarent: itaque Cherippo nostro me velim *excuses. Vale.*

Infra, ep. 35 ne validior fieret Antonius, prouinciam nactus aliquā.

quod ei non Te scribo.

HVBER.

NOs h'c} Occiso Cæsare, scribit Cicero se habere magnum negotium, & bellum cum C. Antonio, M. Antonij fratre, sed se agere verbis, illum armis. dicit etiā eum oblocutum esse de Cornificio. Deinde ostendit omnia oppressa esse, deesse'q; decemuiris bonis & patriæ defensoribus, Brutos.n. & Cassium, & ceteros interfectores Cæsaris abesse à patria, se autem defensurum remp. quantum in se erit. Deinde dicit, quid decretum sit à senatu de prouincijs, in quas quidem volebat nouos successores mitti quod dicit Cicero non placuisse senatui, se ita sentiente, ne prouinciæ traderentur, nisi ijs, qui ex senatusc. missi essent ad succedendum. Superiores omnes epistolæ ad Cornificium videntur scriptæ fuisse ante mortem Cæsaris, sequentes vero post eius mortem. {Collega nostro} non in auguratu, vt quidam falso putant, sed collega quondam .s. in cōsulatu meo, cum oppressi Catilinam. tunc.n. C. Ant. collega fuit Cic. {Verbis} .s. gerimus bellum. {Contra arma} quia ille telis mihi minatur, & sic est declarationis imparis contentionis. {Concionatus est} orationem habuit. {De te} tibi detrahendo. {Quos} quales viros. {Quorum} futurorum. {Coniectura} iudicium ex quibusdam signis. {Boni} defensores patriæ & libertatis. {Τυραννοκτόνοι} interfectores tyranni, tyrannicidæ .s. Brutus & Cassius. {Longe gentium} pro longe. nam gentium additio est. sic nusq̄ locorum & nusq̄ gentium. {Conualescit} quia solitus est esse timidus, & perseuerat. {Maiorum} qui ob animi magnitudinem seruitutem ferre non potuerūt. {A quo mea culpa absit} .s. in quo non sit culpa mea. {Retinendis} in futurum. {Retinendæ tuæ dignitatis} vt non cogaris discedere, & ex magistratu fieri priuatus. {Quidquam iuris} aliquid potestatis. {Vere} sincere, sine simulatione {In Sēpronio} cui vt traderes prouinciam, ad te scripseram. {Illud} quod traderetur Sēp. {Magna res est} quia nescimus cui sit habenda fides. {Festinarent} accelerarent venire. {Cherippo} ad quem propter festinationem tuos scribere non potui is erat amicus Cic. in Africa cum Cornificio.

ASCAN.

NOs &c. } Scribit se post cędem Cæs. habere magnum bellum cum Antonio, sed se agere verbis, illum armis Queriturq; remp. desolatam, cum Brutus & Cassius absint. Deinde scribit de decreto senatus. vnde videtur epistola scripta paulo post necem Cæsaris, superiores ante eam. Ordo est. Nos gerimus hic bellum cum Ant. collega nostro. i. consenatore, homine gladiatore. i. gladiatorio animo arma tractanti, vtpote nequissimo omnium. Sunt qui putent Cic. de collega consulatus sui loqui, quod minime placet. Sed gerimus bellum conditione non pari. i. impari, vtpote verbis contra arma. At. s. Ant. concionatur. i. verba ad populum facit, contra te, nec impune. i. non sine punitione futura. nam sentiet quos lacessierit. h. d. vt Cornificium ad vltionem stimulet. Ego autem arbitror acta perscribi ad te ab alijs. Tu debes cognoscere à me futura, quorum quidem. s. futurorum coniectura non est difficilis. Omnia sunt oppressa, nec boni habent ducem, & τυραννοκτόνοι. i. tyrannicidæ nostri absunt longe gentium. i. in longinquis regionibus. Pansa & sentit bene, & loquitur fortiter. Hirtius non conualescit. s. ex ægritudine tardius. Quid futurum sit, plane nescio Atqui dixerat se futura dicturum, sed ea duntaxat quorum non difficilis esset coniectura. Est tamen vna spes P. R. futurum aliquando. i. tandem similem maiorum. s. fuctum i. libertatis vindicem. Ego certe non deero reip. & feram. i. patiar animo forti quidquid acciderit, à quo culpa mea absit Profectò sup. faciam, illud quoad .i. quantum potero, & tuebor. i. defendam famam & dignitatem .i. honorem & existimationem tuam, ad quam mox ait omnia esse referenda, cum nihil sit ei præstantius. Senatus frequens. i. senatores, qui frequentes conuenerunt, assensus est. i. assensit mihi. nam assentior & assentio, vtroq; modo dicimus ad 13. cal. Ian. seu Ianuarij, cum. s. ita sit, q̄ assensus est mihi de ceteris rebus magnis. i. magni momenti, & necessarijs. s. reip. tum. i. multo magis & euidentius, est assensus mihi de prouincijs retinendis. i. in posterum adhuc gubernandis, ab iis qui obtinent. i. iam habent ac tenent. s. ess, neq; tradendis hoc est resignandis, ac renuntiandis cuiquam s. alij successori, nisi. s. ei, qui successisset. s. procurationi prouinciæ, ex S. C. voces illæ, retinendis, & tradendis, gerundiua sunt nam ita eas grammatici nominant, quæ casum habent eorum substantiuorum, quibus iunguntur, vt hic vides, de prouinciis retinendis & tradendis, quæ ita per gerundium resoluas licet, de retinendo ac tradendo prouincias. qui tamen loquendi modus inusitatus est. Ego censui. i. sententiam dicendo iudicaui, hoc cum causa reip. i. propter ipsam remp. tum mehercule. i. per herculem in primis. i. potissimum aut principaliter sup. causa retinendæ dignitatis tuæ. i. retinendi & conseruandi dignitatem, & honorem tuum. Quamobrem ego rogo te causa amoris nostri. i. per mutuam amicitiam nostrā, & hortor te causa reip. i. ob amorem & studium tuum erga remp. vt ne. i. vt non patiare. i. toleres, quidquam iuris. i aliquid iuris dictionis ac potestatis, esse cui. i. alicui, in tua prouincia, atque. i. & vt referas, i. dirigas & ordines, omnia i. omnes actiones tuas, omnia tua facta, ad dignitatem. i. ad honorem tuum, cum tuendum, tum etiam augēdum hoc est, quidquid vnquam acturus es, id omne ob amplitudinē, & honestam famam & consequendā, & conseruandam, fac agas, qua. s. dignitate nihil potest esse præstantius i. honorabilius, atq; excellentius in humanis rebus. i. quoniam dignitas, & bona existimatio est summū bonum, atq; omnium bonorum finis. nam relatiuum hic coniunctionis causalis vim habet, vti alias sæpissime. Atq; hic animaduertendum, quàm cæci, ac stulti fuerint, quantæue in caligine versati sint veteres illi Ethnici, non vulgares modo, atq; indocti. nam de iis neq; dubitandum vlli, neq; adeo mirandum sit: sed præclari illi, & principes viri, atq; omnium disciplinarum eximij professores, qui cum aliorum se duces ad bene beateq; viuendum esse gloriarentur, tantum abest, vt vlli vnquam rectam, qua ad beatitudinem consequendam ingrederetur, viam monstrarint, vt ne ipsi quidem eam aut videre vnquam, aut tenere {horrendis errorum tenebris obuoluti} potuerint Quid n. miserius, quid fœdius, quidue stultius fingi potest, quàm vt ii, qui se recte, atq; semper viuendi magistros vulgo iactitant, quiq; humanum animum vna cum corpore interire haudquaquam posse & credunt, & docent, eum tamen in illo sempiterno æuo, nulla re alia beatum faciant, quàm perpetua suorum recte factorum memoria, quæ iugi ac semper duraturo officio ab suis posteris celebranda, collaudanda, atq; canenda esse sperent? Nam in hac inani, leuissimaq;, ac nihili facienda gloriola, auraq; populari, ac cōmemoratione posteritatis omne in illa suam beatitatem, omnem spem, omne deniq; totius illius suæ personatæ falsæq; virtutis præmium ponebant; nec alium vllum inferis sensum tribuere didicerāt, nisi eius opinionis, eius famæ, earumq; laudationum, quas futuris ætatibus (quarum infinitas myriadas fore sibi pollicerētur) sibi ab superstitibus deferendas falso augurabantur. Lege Paulum cap 1. ad Rom. vbi vanam insipientium illorum sapientum de se persuasionem, amentiam, errores, incredibilemq; furorem aperit, traducit, ac vehementius insectatur. Sed iam ad textum redeamus. Ego agam. i. loquar tecum, vere. i. veraciter, sinceriter, ex animo, & aperte, vt .i. quemadmodum, necessitudo. i. amicitia, ac beneuolentia nostra postulat. i. exigit, ac requirit. Nam vera, fidelisq; inter homines caritas, atque coniunctio, nihil fuci, nihil simulationis, nihil assentationis amat, aut patitur. quamobrem & Paulus, pie viuendi præceptum, ac normam tradens, eam tribus his, nempe caritate, quæ ex corde puro, conscientia bona, & fide minime simulata constare affirmat. qua de re etiam philosophi diligentius conscripserunt. Si obtemperasses literis meis, in Sēpronio. i. de Sempronio, seu quod ad Sempronium attinet, tu esses adeptus magnam laudem ab omnibus. s. Rom. ciuibus. Sed illud & præteriit, & leuius est. i. modici momenti. Duplicem causam reddit, cur ea res, quam tametsi ab se admonitus, tamen prorsus Cornificius contempserat, parum esset curanda, tum q̄ iam acta & confecta res erat, tempusq; eius rei rectius gerendæ, aut etiam corrigendi erroris Cornificii præterierat, vt iam quidquam ea de re statuere

tuere velle, nihil planè aliud esse, quàm facta infecta reddere, videremur. nam de præteritis nullam institui deliberationem, aut consilium capi, manifestissimum est: tum etiam q̀ res ea tam leuis esset, vt non admodum esset ponderanda, sed planè negligenda. Hæc res est magna. fac vt retineas prouinciam in potestate reip. Ego scripsissem plura, nisi tui festinarent. Itaq; velim excuses me Cherippo nostro. s. quòd nihil ad eum scribo.

PAVL. MAN.

Collega nostro} vetusti libri non nulli, habent, vestro: quos alij secuti sunt: qui quidem, non video, qua ratione ducti id fecerint. sed, cum in libris item antiquis, collega nostro, legatur; (habet autem vnum ex antiquis exemplaribus, in quibus ita scriptum sit, Petrus Bembus, habet & Bernardinus Maffeus) Antonium autem Ciceroni in auguratu collegam fuisse, notissimum sit: priorem lectionem conseruatam: quam eo minus arbitror immutandam, quòd & ad Atticum scribens, epistola penult. lib. x. collegam suum appellat Antonium. inquit enim: Misit puerum, se ad me venire: hoc quidem melius, quàm collega noster Antonius, cuius inter lictores lectica mima portatur. & Philippica 11. Sume diem: vide, qui te inauguret: collegæ sumus. Cum hæc superiora multis iam annis scripsissem, visum est ad duos, quos nominaui, Bembi, & Maffei libros, trium præterea librorum testimonium adscribere: quorum duo sunt apud Sigonium, tertius apud me est: & in omnibus video scriptum esse, nostro.

ARG. Primum respondet ad ea, quæ de prouincia Cornificij a Stratorio cognoueras: deinde quasi formam reip. mittit: & philosophiam laudat.

CICERO S. D. CORNIFICIO. 23

Statorius nominatur a Festo in verbo, Lacus.

*OMNEM conditionem imperij tui, statumque prouinciæ mihi demonstrauit * Stratorius. o multa intolerabilia locis omnibus. sed, quo tua maior dignitas, eo, quæ tibi acciderunt, minus ferenda. neq; enim, quæ tu propter magnitudinem & animi, & ingenij moderate fers, à te non vlciscenda sunt, etiam si non sunt dolenda. Sed hæc posterius. Rerum vrbanarum acta tibi mitti certo scio. quod ni ita putarem, ipse perscriberem, in primisque Cæsaris Octauiani conatum: de quo multitudini * fictum ab Antonio crimen videtur, vt in pecuniam adolescentis impetum faceret. prudentes autem, & boni viri & credunt factum, & probant. quid quæris? magna spes est in eo. nihil est, quod non existimetur laudis, & gloriæ causa facturus. Antonius autem, noster familiaris, tanto se odio esse intelligit, vt, cum interfectores suos domi comprehenderit, rem proferre non audeat. Ad VII. id. Octob. Brundisium venerat, profectus obuiam legionibus * Macedonicis quattuor: quas sibi conciliare pecunia cogitabat, easque ad vrbem adducere, & in * ceruicibus nostris collocare. Habes formam reip. si in castris potest esse resp. in qua tuam vicem sæpe doleo, quòd nullam partem per ætatem sanæ & saluæ reip. gustare potuisti. atque antehac quidem sperare saltem licebat; nunc etiam illud ereptum est. quæ enim spes est, cum in concione dicere ausus sit Antonius, Canutium apud eos locum sibi quærere, quibus, se saluo, locus in ciuitate esse non posset? Equidem & hæc, & omnia, quæ homini accidere possunt, sic fero, vt magnam habeam philosophiæ gratiam, quæ me non modo à solicitudine abducit, sed etiam contra omnes fortunæ impetus armat. tibique idem censeo faciundum, nec, à quo culpa absit, quidquam in malis numerandum. Sed hæc tu melius. Stratorium nostrum cum semper probassem; tum maxime in tuis rebus summam eius fidem, diligentiam, prudentiamque cognoui. Da operam, vt valeas. hoc mihi gratius facere nihil potes.*

Vell. l. 2. Plut. Suet. Dio, Seneca l. 2. declam.

ex Macedonia profectis. armis opprimere libertatem cogitabat: sed eum duæ legiones, Martia, & Quarta se qui noluerunt, seque Octauiano tradiderunt. ep. 28. l. 10. & Velleius lib. 2.

HVBER.

Omnem} Scribit Cicero se intellexisse ex Stratorio quodam omnem conditionem prouinciæ Cornificij, in qua intellexerat eum oppressum esse ... multa digna: quæ licet non videantur valde dolenda, dicit tamen ei esse vlciscenda. deinde licet sciat Cic. acta rerum vrbanarum mitti ad Cornificium: perscribit tamen multa, quæ fiebant, & ab Ant. & ab Oct. de quo dicit magnam esse spem; Antonium autem magno esse odio omnibus: quem dicit tentasse solicitare pecunia legiones quattuor, quæ ex Macedonia veniebant, vt eas haberet ad oppressionem suæ ciuitatis. hæc autem mala dicit se ita ferre, vt valde sit obligatus philosophiæ. quæ eum ab omni solicitudine abducit & armat contra impetus fortunæ. commendat postremo diligentiam & prudentiam Stratorij in rebus Cornificij. {O} exclamantis est. {Sed quo} dicit, quòd licet multis locis multa sint intolerabilia: tamen quanto maior sit dignitas Cornificij, eo minus ei ferenda esse quæ acciderunt. intelligimus autem aliquas molestias sibi factas in prouincia, quas Cicero Cornificio vlciscendas esse dicit. {Propter magnitudinē animi) quia quanto quisq; est maioris animi, tanto moderatius fert iniurias, & facilius remittit, vt & Aristo. & Cic. scribunt, & Ouid. in lib. quem de Tristib. appellat. Quo quisq; est maior, magis est placabilis iræ: Et faciles motus mens generosa capit. Ordo est. Neque. n. à te vlciscenda sunt, quæ tu propter magnitudinem animi, & ingenii moderate fers. {Posterius} s. scribemus. {Conatum} in M. Ant. {In pecuniam adolescentis} vt vsurparet pecuniam Octauiani. quā cum Ant. vellet habere, dicebat se eam dedisse Dolab. præfecto Syriæ, & legatis P. R. {Credunt factum} s. quòd voluerit opprimere Ant. {In eo} Octauiano. {Noster familiaris} puto ironice dictum, quia esset ab eis alienissimus. {Interfectores} qui credebantur missi ab Octauiano. {Ad 7. id.} hanc rem vide plenissime apud App. {In ceruicibus nostris} quasi iugum quoddam imponere, ne possemus ei resistere. {Nullam partē reip. sanæ & saluæ} i. incolumis, non diminutæ. {Id} s. sperare. {Abducit} abstrahit. De laudibus philosophiæ & in officiis suis, & in Tusculanis quæstionibus, & supra in multis epist. multa dicit. {Quidquam à quo culpa absit} i. in quo non sit culpa nostra. {Probassem} bonum iudicassem.

ASCEN.

Omnem &c.} Dicit ex Stratorio se omnia intellexisse, quæ intolerabilia quidem sunt, sed quæ speret ab eo vlciscenda. Ordo autem est Stratorius tuus. s. amicus demonstrauit mihi omnem conditionem imperii tui, & statum prouinciæ. s. tuæ. O. exclamandi particula, multa intolerabilia omnibus locis &c. Cetera patent. Sed hæc posterius, sup. scribam &c. Rerum &c. Hanc epistolam quædam exemplaria habent superiori annexam: in qua scribit acta rerum vrbanarum, licet ea putet ad Cornificium mitti. scribit autem præcipue de Ant. & Cæsare Oct. Ordo est. Ego scio certo. i. vt certum acta rerum vrbanarum mitti tibi. quod ni. i. nisi putarem, (mire subiunxit, putarem, cum se certo scire præmiserit) ipse. i. egomet scriberem sup. ea, & in primis sup. scribarem conatum Cæsaris Octauiani. i. Octauii filii, de quo videtur multitudini, crimen fictum ab Ant. vt faceret impetum in pecuniam adolescentis, derelictam ei testamento à Cæsare, vnde Antonius magnam vim sustulit. Autem i. sed, viri prudentes, & boni & credunt factum. s. à Cæsare ex animo, & probant. i. commendant. Quid quæris. s. vt multa scribam. Magna spes est in eo. s. Cæsare. nihil est quod non existimetur esse facturus causa laudis & gloriæ. Ant autem noster familiaris, ironia est, intelligit se esse tanto odio, vt cum comprehenderit interfectores suos. i. ad se interficiendum à Cæsare missos domi. s. suæ, non audeat proferre. i. diuulgare rem. Ant. sup. venerat ad vij. id. Octob. Brundusium profectus. i. egressus obuiā, quattuor legionibus Macedonicis, quas cogitabat cōciliare sibi pecunia, & adducere eas in vrbem. s. Romam & locare in ceruicibus nostris, vt nobis sint grauamini. Habes. i. intelligis formam reip. si respub. potest esse in castris. In qua. s. re, ego doleo sæpe vicem. i. sortem tuam, q̀ nullam. i. non vllam, non potuisti per ætatē, quia cum resp. vigeret, nimis iuuenis eras, & postquam vir esse cœpisti, resp. oppressa fuit, gustare vllam partem reip. sanæ, & saluæ. Atque licebat quidem antehac. i. ante hoc tempus, saltem. i. ad minimum, sperare. i. gustare aliquando partem reip. saluæ & sanæ, nunc etiam illud. s. sperare talia, est ereptum. Quæ enim spes est, cum Antonius ausus sit dicere in concione. i. sermone ad populum conuocatum, Canutium quærere sibi locum apud eos s. perditos homines, quibus te saluo. i. donec fueris saluus, locus non posset esse in ciuitate? Equidem. i. ego quidem fero & hæc, & omnia, quæ possunt accidere homini, sic, vt habeam magnam gratiam philosophiæ, quæ non modo. i. non solum abducit me à solicitudine, sed etiam armat me contra omnes impetus fortunæ. & ego censeo idem faciundum tibi, nec numerandum quidq̄ in malis. i. quæ ve

ra censenda sunt mala, à quo culpa absit.;Id autẽ ex Stoicorum dicit dogmate. Sed tu melius sup.nosti, aut diceres hæc. Cum.s. ita sit quòd probassem.i.approbassem semper Stratorium nostrum.s.communem amicum, tum cognoui maxime summam fidem, diligentiam & prudentiam eius in rebus tuis Da operam vt valeas. Nihil potes facere mihi gratius hoc.i.quàm hoc.s.vt valeas. id autem amanter dictum est, quo addito frustra, immo inepte adderetur. Vale. Nam eius loco ponitur, habetque quandam vim accuratiorem.

ARG. Hortatur Cornificium, vt omni cura in remp.incumbat. scribit de legatis ad Antonium a senatu missis. Pinarium commendat.

CICERO S. D. CORNIFICIO. 24

EGo nullum locum prætermitto (nec enim debeo) non modo laudandi tui, sed ne ornandi quidem. sed mea studia erga te, & officia malo tibi ex tuorum literis, quàm ex meis, esse nota. Te tamen hortor, vt omni cura in remp incumbas. hoc est animi, hoc est ingenij tui, hoc eius spei, quam habere debes amplificandæ dignitatis tuæ. Sed hac de re alias ad te pluribus. cum enim hæc scribebam, in expectatione erant omnia. non dum* legati redierant, quos senatus non ad pacem deprecandam, sed ad bellum denuntiandum miserat, nisi legatorum nuntio* paruisset. ego tamen, vt primum occasio data est, meo pristino more remp. defendi: me principem senatui, populoque Rom. professus sum: nec, postea quàm suscepi causam libertatis, minimum tempus amisi tuendæ salutis, libertatisque communis. Sed hæc quoq; te ex alijs malo. T.* Pinarium, familiarissimum meum, tanto tibi studio commendo, vt maiore non possim: cui cum propter omnes virtutes, tum etiam propter studia communia sum amicissimus. is procurat rationes, negotiaque Dionysii nostri; quem & tu multum amas, & ego omnium plurimum. ea tibi ego non debeo commendare, sed commendo tamen. facies igitur, vt ex Pinarij, gratissimi hominis, literis tuum & erga illum, & erga Dionysium studium perspiciamus. Vale.

Philippus. & Piso. ep. 4. l. 12.

vt Mutinæ obsidionem relinqueret

antiquissima familia, ante vrbem conditam. Liuius l. 1.

RVBER. EGo} Scripta est hæc epist. quo tempore Antonius obsederat Decium Mutinæ. Primum igitur scribit Cicero se assidue curare & laudes & ornamenta Cornificij; sed malle, quæ pro eo agit, ab aliis ad eum referri, quàm à se scribi. Deinde hortatur eum, vt incũbat in remp. Postea vero ostendit nihil esse certi Romæ, quia nondum redierant legati, qui ad Antonium iuerant denuntiaturi, vt desisteret ab obsidione. se autem dicit diligentissime suscepisse curam tuendæ libertatis. Postremo commendat ei T. Pinarium quendam, pro curatorem cuiusdam Dionysij, vt amborum causa & Pinarium, & negotia omnia, quæ procurat, commendata habeat. {Animi}.s.magni qui maxime probatur ex defensione reip. {Spei} amplificandæ dignitatis, quia nihil magis affert dignitatem, quàm protectio reip. {Nuntio} mandato. {Paruisset} Ant. vt desisteret ab obsidione. {Occasio} oportunitas. {More meo} vt semper consueui. {Professus sum} palam obtuli & exposui. {Minimum} pusillum. {Propter studia communia} quia literis & philosophiæ dat operam, sicut ego {Procurat} gerit. inde procurator, proprie negotiorum gestor: quem vulgus factorem appellat. {Ea} negotia. {Non debeo} quia debent tibi esse commendata sponte tua. {Illum} Pinarium. {Studium} fauorem.

ASCEN. EGo &c.} Scripta est hæc epistola quo tempore M. Ant. obsidebat Mutinæ D. Brutum, in qua dicit se tueri dignitatem Cornificij. hortatur, vt in remp. incumbat: dicit nihil certi esse Romæ, cum legati ad Antonium missi vt desisteret, nondum redierint: ac demum commendat ei T. Pinarium. Ordo est. Ego nullum.i.non vllum, non prætermitto vllum locum, nec.n.debeo, non modo laudandi tui, sed ne quidem quod magis liceret, ornandi tui. Sed ego malo mea studia & officia erga te esse nota tibi ex literis tuorum.s.amicorum & familiarium quam ex meis. Tamen ego hortor te, vt incumbas.i.propensus sis omni cura, in remp.s.iuuandam. Hoc.i.incumbere in remp. est.s. officium animi tui, hoc est ingenii tui, hoc est eius spei.i.pertinent ad eam spem dignitatis tuæ amplificãdæ, quam debes habere. Sed sup.scribemus aut loquemur alias.i.alio tempore, pluribus.s. verbis de hac re ad te enim.i quia omnia erant in expectatione, & ita nihil certi neque peracti. cum ego scribebam hæc, legati.s.ad Ant. missi nondum redierant, quos senatus miserat, non ad pacem deprecandam.i.precibus impetrandam, sed ad bellum denunciandum, nisi.s.Ant. paruisset nuntio.i.mandato legatorum. Ego tamen vt primum occasio data est.s.libere loquendi, defendi remp more meo pristino.i.in priore statu consueto, & professus sum me principem senatui P. Q. R. neque amisi minimum tempus tuendæ salutis, & libertatis communis, posteaquam suscepi causam libertatis.s.tuendæ. Sed ego malo te cognoscere quoque.i.etiam hæc, ex alijs. Ego commendo tibi T. Pinarium familiarissimum meum tanto studio.i.molimine, vt non possim.s.eum commendare, maiore.s.studio. Cui ego sum amicissimus, cum.s.ita sit quòd propter omnes artes, tum etiam propter studia communia.s.in remp. Is.s. Pinarius procurat i.(quod dicunt) solicitat rationes, & negotia Dionysij nostri .s. communis amici quem &.i. simul tu amas multum, & ego amo plurimum.i.abundãtissime omnium. Ego non debeo commendare tibi ea.i.eiusmodi quæ tantopere sunt cordi, sed tamen commendo. Tu igitur facies vt perspiciamus.i.euidenter cognoscamus ex literis Pinarij hominis gratissimi. studium.i. fauorem diligentem tuum, &.i.simul, erga illum.s. Pinarium tanquam solicitatorem & procuratorem, qui si rem amici bene procurauerit, emolumentum ab eo consequetur. &.i.simul erga Dionysium, scilicet, communem amicum, cuius rationes & negotia ille agit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Exponit Cornificio, quòd senatus literas illius approbauerit, & quòd excusationem illius de Sempronio accipiat. petitque, vt de suis rebus eum certi rem faciat. postremo amicorum quorundam negotia illi commendat.

CICERO S. D. CORNIFICIO. 25

LIBERALIBVS literas accepi tuas, quas mihi Cornificius* altero vicesimo die, vt dicebat, reddidit. eo die non fuit senatus, neque postero. Quinquatribus, frequenti senatu, causam tuam egi, non inuita Minerua. etenim eo ipso die senatus decreuit, vt Minerua nostra, custos vrbis, quam turbo* deiecerat, restitueretur. Pansa tuas literas recitauit. magna senatus approbatio consecuta est cum summo gaudio, & offensione Minotauri, id est Clauisii, & Tauri. factum de te S. C. honorificum. postulabatur, vt etiam illi notarentur: sed Pansa clementior. Ego, mi Cornifici, quo die primum in spem libertatis ingressus sum, &, cunctantibus ceteris, ad XIII. kal. Ian. fundamenta reip. ieci; eo ipso die prouidi multum, atque habui rationem dignitatis tuæ. mihi enim est assensus senatus de obtinendis* prouincijs. nec vero postea destiti labefactare eum, qui summa cum tua iniuria, contumeliaque reip. prouinciam* absens obtinebat. itaque crebras, vel potius quotidianas compellationes meas non tulit, séque in vrbem recepit inuitus: neque solum spe, sed certa re iam, & possessione deturbatus est. meo iustissimo, honestissimoque conuicio te tuam dignitatem summa tua virtute tenuisse, prouinciaq; honoribus amplissimis affectum, vehementer gaudeo. Quòd te mihi de Sempronio purgas: accipio excusationem. fuit enim illud quoddam Græcum tempus seruitutis. Ego, tuorum consiliorum auctor, dignitatisque fautor, iratus temporibus, in* Græciam, desperata libertate, rapiebar; cum me Etesiæ, quasi boni ciues, relinquentem remp. prosequi noluerunt: Austerque aduersus maximo flatu me ad tribules tuos *Rhegium retulit: atque inde ventis, remisque in patriam omni festinatione properaui; postridieq; in summa reli-

secũdo post vicesimum.

quod Tullij morti portendit. Dio, & alij.

supra, ep 22

cum ad vrbẽ esset cl imperator veniret, aut in vrbẽ, deposito imperio.

vide epist. 4 l. 10. Phil. 1. & lib. 3 de off.

vide Rhegienses sufragium in tribus Romæ tulisse: municipes .n. erant, lege Iulia beneficio ciuitatẽ adepti.

ma reliquorum seruitute liber vnus fui: sic sum in Antonium inuectus, vt ille non ferret, omnemque suum vinolentum furorem in me vnum effunderet, meque cum elicere vellet ad cædis causam, tum tentaret insidijs: quem ego ructantem, & nauseantem conieci in Cæsaris Octauiani plagas. puer enim egregius præsidium sibi primum, & nobis, deinde summæ reip. comparauit: qui nisi fuisset, Antonij reditus à Brundisio pestis patriæ fuisset. quæ deinceps acta sint, scire te arbitror. sed redeamus ad
epi. 4. l. 4. *illud, vnde diuertimus. *Accipio excusationem tuam de Sempronio. neque enim statuti quid in tanta perturbatione habere potuisti. nunc hic dies aliam vitam affert, alios mores postulat, vt ait Terentius. quamobrem, mi Quinte, conscende nobiscum, & quidem ad puppim. vna nauis est iam bonorum omnium: quam quidem nos damus operam, vt rectam teneamus, vtinam prospero cursu: sed, quicunque venti erunt, ars nostra certe non aberit. quid enim præstare aliud virtus potest? Tu fac vt animo magno sis, & excelso cogitesq; omnem dignitatem tuam cum*
necesse est, initium esse epistolæ. hæc enim scripta sunt mortuo Pansa, superiora viuo. Phil. 7. *rep. coniunctam esse debere. T. *Lucceium mihi meum commendas; quem, quibuscunque rebus potero, diligenter tuebor. Hirtium quidem, & Pansam, *collegas nostros, homines in consulatu reip. salutares, alieno sane tempore amisimus, repub. Antoniano quidem latrocinio liberata, sed nondum omnino explicata: quam nos si licebit, more nostro tuebimur: quanquam admodum sumus iam defatigati: sed* NVLLA *lassitudo impedire officium, & fidem debet. Verum hæc hactenus. ab alijs te de me, quàm à me ipso, malo cognoscere. De te audiebamus ea, quæ maxime vellemus. De Cn. Minucio, quem tu quibusdam literis ad cœlum laudibus extulisti, rumores duriores erant. id quale sit, omninoque quid istic agatur, facias me velim certiorem. Vale.*

MVLLAN. Liberalibus} Docet Cicero quam diligenter egerit causam Cornificij, & vt multum Cornificij literæ approbatæ sint, quas Pansa recitauerat. Deinde idem dicit esse decretum de prouincijs retinendis. quod etiam dixit supra in alia epistola. postea vero admittit excusationem, quam ille de Sempronio fecerat; & ostendit se non defuturum reipub. quæcunque fortuna futura sit, nec se defatigatum iri. Postremo commendat ei quosdam amicos suos, qui habuerant hereditatem in Africa, quæ ei impediebatur à quodam Erote, Turii testatoris liberto. {Liberalibus} die festo Liberi patris. Sunt qui putant principium huius epistolæ esse, Literas accepi: Liberalibus autem finem præcedentis. quod ego non probo: sed puto, Liberalibus esse principium huius epistolę. {Altero vicesimo} i. quadragesimo. {Cornificius} filius tuus. {Quinquatribus} die festo
ep. 12. l. 2. Mineruæ. de hac dictione plura diximus alio loco. {Non inuita Minerua} non repugnante natura. i. magna gratia & sapientia. {Minerua nostra} nostrum ingenium, nostra consuetudo dicendi pro repub. sed allusit ad Mineruam Phidiæ, quæ in arce posita erat, tanquam custos vrbis. ita dicit suam Mineruam custodem esse vrbis. {Turbo} impetus malorum. {Deiecerat} oppresserat, subuerterat mihi. {Restitueretur} rediret in pristinum statum. {Pansa} credo alium esse, quàm consulem, quoniam consul iam perierat, vt infra hac epistola. {Summo gaudio} s. senatus. {Offensione} molestia, displicentia. {Minotauri} per contemptum appellauit Antonium Minotaurum à similitudine feritatis. nam, quod sequitur, Id est clauis, & tauri, non puto esse
varia est huius loci lectio: de Caluisio Phil. 3. sextum Ciceronis. alius codex habet, Caluisi, & Tauri: quæ puto esse omnia propria, sed, non probo. {Clementior} s. fuit, quia non sentiebat eos notandos infamia. {Cunctantibus} cessantibus. {Mihi est assensus senatus} vt supra in epistola, quæ incipit, Nos iuc cum homine. {Labefactare} commouere, a proposito auertere. {Eum} non dicit quis fuerit, sed intelligimus aliquem fuisse, qui noluisset succederet Cornificio eo inuito, sicut & Sempronius, de quo infra. {Compellationes} sermones, reprehensiones. {Deturbatus} deiectus: vt, Puppi deturbat ab alta. {Contuicio} reprehensione, quòd non deceret eum sibi appetere, quod erat tuum. {Tenuisse} conseruasse. {Purgas} excusas, quòd non tradideris ei prouinciam, licet ea senatusconsulto eam peteret, vt penultima epistola huius libri videbimus. {Fuit quoddam tempus græcum seruitutis} i. fuit quoddam tempus, quo cum essemus in seruitute, in Græcia mallemus viuere. {Rapiebar} ferebar, celerrime ibam. {Cum me Etesiæ, quasi boni ciues} i. cum venti Etesiæ, tanquam haberent sensum, & essent ciues boni, noluerunt me sequi, quia relinquebam rempub. Boni enim ciues relinquentem rempub. prosequi non debent, sicut Cicero in Lælio, seu de Amic. ostendit. De Etesijs diximus lib. 2. epistola ad Cœl. Rufum, quæ incipit, Non potuit accuratius agi, in fine. {Auster} ventus Meridionalis, qui & Nothus dicitur. {Aduersus} contrarius nauigationi meæ. {Retulerunt} reportauerunt, retroduxerunt. {Tribules} i. ad tuos, qui sunt eiusdem tribus. {In summa seruitute} i. cum reliqui omnes essent serui, ego solus fui liber, qui sine vllo timore in Antonium, reipub. inimicum, vehementissime inuectus sum. {Sic} tanta contentione, & vehementia orationis. {Vinolentum} quia supra dixit eum euomisse in senatu. {Effundere} euomere. {Elicere} trahere. {Eructantem} ructus emittentem. sunt enim ructus crepitua ventosi, qui ore emittuntur ob crapulam, & nimiam repletionem. {Nauseantem} nauseam habentem. i. vomitum. Dicitur autem nausea à nautea, quæ est aqua de coriis, vel verius de sentina, licet Pomponius videatur dicere nauteam à nausea dictam. {Qui} Octauianus. {Reditus Antonii à Brundusio fuisset pestis patriæ} i. Antonius a Brundusio reuersus} quò iueras, vt supra visum est, & scribit App. vt quatuor legiones ex Macedonia redeuntes solicitaret} euertisset patriam: sed Octauianus ei restitit. {Statuti quid} i. aliquid deliberati. {Ad puppim} in qua parte nauis solet stare gubernator. q. d. non in proram, vt regaris, sed in puppim, vt regas. {Vna nauis} comparat, vt sæpius notauimus supra, remp. naui. {Alieno} incommodo, cum maxime essent necessarii reipub. {Amisimus} fuerant enim interfecti in prælio Mutinensi. {Explicata} quia sunt adhuc, qui putentur recepturum Antonium. quod propter Lepidum videtur dixisse, qui, vt supra vidimus, Antonium inermem fugientem recepit. {Cn. Minucio} is tunc erat in Africa. puto autem eum esse, quem postea prætorem vrbis in foro concionantem, cum Antonius esset triumuir, milites Antonii interemerunt.

Liberalibus &c.} Narrat vt diligenter egerit causam Cornificii, & vt literæ eius commendatæ fuerint, cum eas Pansa recitarit. deinde dicit decretum esse de prouincijs retinendis. admittit excusationem de Sempronio: pollicetur se reipub. non defuturum: ac demum commendat amicos suos, qui hereditatem habebant in Africa. Ordo est. Ego ASCAN.
accepi literas tuas * liberalibus s. festis. i. die liberalium, quas 15. Kalen. April.
Cornificius tuus, scilicet, filius reddidit, vt dicebat, alteru vicesimo die. i. quadragesimo die, postquam scriptæ erant. Senatus non fuit. s. habitus aut collectus eo die. s. liberalium, neque *postero i. proxime sequenti. Ego egi causam tuam frequenti senatu i. cum multi adessent senatores, * quinquatribus. i. festis 14. K. Apr.
13. K. Apr.
Mineruæ, quæ quinto quoque anno celebrabantur, non inuita Minerua i. naturali ingenio astipulante alludit autem ad quinquatria, quasi Minerua eo die præcipue fauerit. Etenim senatus decreuit eo die, vt Minerua nostra. i. facunda sapientia, custos vrbis, vt patuit in detectione coniurationis Catilinariæ, quam turbo. i. tumultus belli ciuilis deiecerat. i. de sede sua expulerat, vt turbo. i. vis ventorum deiecerat prius Mineruam, Phidiæ opus, quæ in arce posita fuerat tanquam custos eius. ad eam ergo alludit. Pansa recitauit literas tuas. Magna approbatio senatus est consecuta cum summo gaudio, & cum offensione Minotauri. i. clauis, & tauri sic ferè textus habent nonnullis dicentibus non esse verba Cic. sed appositititia quod facile crederem, si Minotaurum in proprio significatu accepisset, sed quia metaphoricos, non ociosum fuerit rem aperire. Minotauri igitur, videlicet Antonii, id est clauis, & tauri i. qui claue potentiæ remp. occludere vult, & cornibus tauri i. petulantiæ suæ impingere; sicut Minotaurus Labyrintho inclusos opprimebat. Senatusc honorificum factum, sup. est de te. autem. i. sed postulabatur, scilicet, à me, aut ab iis, qui causam tuam agebant, vt etiam illi. s. quos criminatus es, notarentur. s. infamia: sed Pansa, vt putatur, iunior, non consul. qui iam ceciderat in prælio, sup. fuit clementior. i. nimis clemens. Ego o mi Cornifici, quo die ingressus sum primum in spem libertatis. s. publicæ, & ceteris cunctantibus. i. hæsitantibus, & immorantibus, vt dubiis, quid agerent, ieci fundamenta reipub. i. incepi facere quæ pertinebāt

ad ſtatum reipub. ad aiij. cal. Ian. aut Ianuarij menſis. eo die prouidi.i. proſpexi multum, atque habui rationem dignitatis tuæ. Enim.i.quia, ſenatus eſt aſſenſus mihi de prouincijs obtinendis. Ne vero deſtiti poſtea labefactare.i.debilitare, & ab inſtituto amouere eum.ſ.quem noſti, qui abſens obtinebat prouinciam cum ſumma iniuria tua, & contumelia reipub. Itaque ipſe non tulit.i.non potuit perferre compellationes.i.moleſtationes verbales aut increpationes meas crebras vel potius quotidianas, & ipſe in vitus recepit ſe in vrbem: neque ſolum deturbatus.i.deiectus eſt ſpe, ſed etiam certa re, & poſſeſſione.ſ. prouinciæ, quam iam tenebat. Ego gaudeo vehementer te tenuiſſe, conuicio.i.increpatione mea, iuſtiſſimo, & honeſtiſſimo .ſ.mihi inferenti, non ei, cui intuleram, dignitatem tuam virtute tua.i.per virtutem tuam, & affectum eſſe ampliſſimis honoribus prouinciæ. Quòd.i.quia, tu purgas te mihi de Sempronio, accipio.i.approbo excuſationem ſ.tuam. Enim.i.quia, illud tempus fuit quoddam tempus græcum.i.quo viuendum fuit nobis in Græcia, ſeruituris.i.eo quòd eſſet tempus ſeruitutis, & non licebat nobis libere viuere in patria. Ego auctor.i.approbator conſiliorum tuorum, & fautor dignitatis tuæ, iratus temporibus.i. qualitati temporum, rapiebar in Græciam, libertate deſperata, cum Eteſiæ.ſ. venti illi à tergo euntibus in Græciam ab Italia flantes, quaſi boni ciues i tanquam eſſent boni ciues, noluerunt proſequi me relinquentem rempub.i noluerunt à tergo flare: & Auſter.ſ.ventus aduerſus.i.contrarius retulit me maximo flatu Rhegium.i.ad illud oppidum in ora Siciliæ, ad tribules tuos .i.eos, qui tecum eiuſdem ſunt tribus: atque properaui inde.ſ. Rhegio, ventis, & remis.i.omni feſtinatione, in patriam. quando aliquid plena opera, & ſumma properatione fecerimus; pulchre remis, & velis nauare dicemur. & ego poſtridie.i.die ſequenti ingreſſum meum, ego vnus.i.ſolus fui liber in ſumma ſeruitute aliorum. Ego ſic ſum inuectus in Ant. vt ille non ferret, & effunderet omnem furorem ſuum vinolentum.i.contractum ex ebrietate, cui ſæpiſſime indulgebat, cum & vellet tum.i.ſimul elicere.i.foras attrahere me ad cauſam cædis i.vt me interficeret: tum.i.ſimul, tentare.i.circumuenire in vrbe, inſidijs: quem tu ſtantem, & pro.i. nauſeantem ego confeci.i.contudi, & repreſſi in plagas.i.in retia tanquam feræ tenſa, Cæſaris Octauiani.i.de domo Octauianorum. Sæpius tamen Octauius, quàm Octauianus dicitur. ant in plagas.i.vulnera, hoc eſt detrimenta ab Octauiano illata. Puer enim egregius (poſtea tamen mutauit animum, & Ciceronem proſcribi permiſit) comparauit præſidium .i.cuſtodiam militarem, primum ſibi, & nobis, deinde *ſummæ .i.vltimæ ſaluti reipub. quòd.ſ.Cæſar, niſi fuiſſet, reditus Ant. à Brunduſio fuiſſet peſtis patriæ. Ego arbitror te ſcire quæ acta ſunt deinceps. ſed redeamus vnde diuertimus. Accipio excuſationem tuam de Sempronio. neque enim potuiſti habere quid .i.aliquid, ſtatuti.i.firmi propoſiti in tanta perturbatione. Nunc, vt ait Terentius.i. Simo Terentianus in Andria, Hæc dies affert aliam vitam, & poſtulat alios mores. Quamobrem, o mi Quintre (gaudent prænomine molles articulæ, vt dicit Horatius) conſcende nobiſcum, & quidem ad puppim.i.ſumma gubernacula. Vna nauis eſt iam omnium bonorum, quam quidem ſ.nauem, nos damus operam, vt teneamus rectam, vtinam, ſup.in curſu proſpero. Sed quicunque venti erunt ſiue proſperi, ſiue aduerſi, certe ars noſtra non aberit. Quid enim poteſt virtus præſtare aliud ſ.quàm obniti aduerſis, & decenter vti proſperis? q.d. nihil. Tu fac, vt ſis animo magno, & excelſo, & cogites omnem dignitatem tuam debere eſſe coniunctam cum repub. Tu commendas mihi P. Lucceium meum.ſ.ſummum amicum; quem ego tuebor.i.protegam, diligenter quibuſcunque rebus potero. Nos quidem amiſimus tempore ſanè i.multum alieno.i.importuno, Hirtium, & Panſam, collegas noſtros.i.nobiſcum ſenatores, & reipub. defenſores, homines ſalutares reip. in conſulatu.ſ. ſuo. Amiſimus, inquit, repub. quidem.i certe liberata latrocinio Antoniano, quia Ant. in fugam verſus erat, ſed nondum explicata.i.expedita omnino.ſ.curis, & emulationibus quam.ſ.rempub. nos tuebimur more noſtro, ſi licebit: quanquam nos ſumus admodum.i.valde defatigati.i ad extremam potentiam vſque fatigati: ſed nulla laſſitudo debet impedire officium, & fidem.ſ.in rempub. Ego malo te cognoſcere de me ab alijs quàm à me ipſo. Nos audiebamus.ſ.cum has ſcriberem, de te ea, quæ vellemus maxime.i.optima. Rumores erant duriores.i.non ſatis boni, de Cn. Minutio, quem tu extuliſti ad cœlum laudibus .i.laudando eum ſup. in quibuſdam literis.ſ.tuis. Velim ſup. vt facias me certiorem, quale ſit id.ſ.quod rumores ſparſerunt de Minutio, & omnino quid agatur iſtic.ſ.vbi tu es.

ſubſtātiuū, vt alibi.

Q Vam turbo deiecerat } vide Dionem libro xxxviii. item libro xlv. & Iulium Obſequentem in libro de prodigijs. {Græcum tempus ſeruituris} ſuſpicor in voce, græcum, ineſſe mendum. neque tamen excogitare quidquam potui, quod pro ea reponendum videretur. in antiquo libro Vincentij Riccij ſcriptum eſt, Cecum, ſomeo, Graium. potuit eſſe græca dictio, vbi Græcum, eſt impreſſum: quam librarius cum non intelligeret, in libri margine adſcripſit, Græcum: deinde alij, quaſi à Cicerone ſcriptum, receperunt. PAVL. MANV.

BGIERTI LONGOLII LEMMA.

Hæc epiſtola ab alijs ſuperiori connectitur.

CICERO S. D. CORNIFICIO. 26



Q. TVRIVS, qui in Africa negotiatus eſt, vir bonus, & *honeſtus, heredes fecit ſimiles ſui Cn. Saturninum, Sex. Aufidium, C. Anneium, Q. Conſidium Gallum, L. Seruilium Poſtumum, C. Rubellinum. ex eorum oratione intellexi, gratiarum actione eos magis egere, quàm commendatione. tanta enim liberalitate ſe tua vſos prædicabant, vt ijs plus à te tributum intelligerem, quàm ego auderem te rogare. audebo tamen. ſcio enim, quantum ponderis mea commendatio ſit habitura. Quare à te peto, vt ad eam liberalitatem, qua ſine meis literis vſus es, quammaximus his literis cumulus accedat. Caput autem eſt mea commendationis, ne patiare *Erotem Turium, Q. Turij libertum, vt adhuc fecit, hereditatem Turianam auertere; ceteriſque omnibus rebus habeas eos à me commendatiſſimos. magnam ex eorum ſplendore, & obſeruantia capies voluptatem. quod vt velis, te vehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

referitur ad honeſtatem familiæ, nō ad ipſius mores.

liberti nomen retinebant, qđ in ſeruitute habuerant.

Q. Turius } Vltima pars epiſtolæ, in qua commendat heredes Q. Turij, amicos ſuos, & viros optimos. {Caput} ſumma. {Erotem} nomen proprium liberti, græce autem ſignificat amorem. {Auertere} auferre, eripere. {Heredibus} quos Turius ſibi inſtituit. {Quod vt velis} ſ.habere eos commendatiſſimos. RVBIR.

Q. Turius, vir bonus, & honeſtus, qui negotiatus eſt.i. mercaturam egit in Africa, fecit heredes ſimiles ſui.i.viros bonos, & honeſtos, Cn. Saturnium, Sex. Aufidium, Cn. Anneium, Q. Conſidium Gallum, L. Seruilium Poſtumum, & C. Rubellinum. Ego intellexi ex oratione.i.verbis eorum, eos magis egere actione gratiarum.ſ. tibi agendarum, quàm commendatione. Prædicabant enim ſe vſos tanta liberalitate tua, vt ego intelligerem plus tributum eſſe iis à te, quàm ego auderem rogare.ſ. à te. tamen audebo.ſ. rogare. ſcio enim, quantum ponderis commendatio mea ſit habitura. Quare peto à te, vt quam maximus cumulus.i.ſummum incrementum, accedat his literis meis.i.propter has literas meas. Sunt enim ſeptimi caſus non datiui, ad eam liberalitatem, qua vſus es ſine literis meis. Autem.i. ſed caput i.principale propoſitum, commendationis meæ eſt, ne patiare Erotem Turium, libertum Q. Turii, auertere.i. à veris heredibus ad ſe trahere, hereditatem Turianam.i.quam Q. Turius reliquit, vt fecit adhuc; & habeas eos commendatiſſimos à me, ſup. in ceteris rebus omnibus. Tu capies magnam voluptatem & ex ſplendore.i.honeſtate vitæ, & ex obſeruantia.i.cultu eorum, quo te obſeruabunt, & colent. Quod vt velis, ego rogo te etiam, atque etiam.i.iterum, atque iterum vehementer. ASCEN.

M Agnam ea eorum ſplēdore &c.} qui magiſtratus geſſerunt, aut claris parentibus nati ſunt, à nobilitate laudantur: ceteris, vt equitibus Romanis, ſplendor, non nobilitas, tribuitur: quo ſignificatur ſpecies illa, quam rei familiaris copia, & quædam in omni re liberalis animi ſignificatio gignit. vide ſplendorem equitibus Rom. tributum, epiſtola 3. lib. 1. & hic epiſtola ſequenti. PAVL. MAN.

ARG.

ARG. Aufidij equitis Rom. Africana negotia commendat.

CICERO S. D. CORNIFICIO. 27

SEx. Aufidius & obseruantia, qua me colit, accedit ad proximos; & splendore equitis Romani nemini cedit. est autem ita temperatis, moderatisque moribus, vt summa seueritas cum humanitate iungatur. cuius tibi negotia, quæ sunt in Africa, ita commendo, vt maiore studio, magis ve ex animo commendare non possim. pergratum mihi feceris, si dederis operam, vt is intelligat meas apud te literas maximum pondus habuisse. hoc te vehementer, mi Cornifici, rogo. Vale.

HVBAR. SEx. Aufidius} Commendat Cicero Cornificio Sex. Aufidium, equitum R pro hereditate Turij obtinenda: pro qua etiam commendauit in fine præcedentis epistolæ cum suis coheredibus. }Accedit ad proximos}.i.inter proximos potest enumerari. }Est autem} laudat eum à moribus, & à virtutibus animi.

ASCEN. SEx. Aufidius &c.} Commendat Cornificio Sex. Aufidium, equitem Rom. pro hereditate Turij obtinenda: pro qua etiam commendauit eum in fine præced epistolę cum alijs coheredibus. Ordo est. Sex. Aufidius &.i. pariter, accedit ad proximos.i. mihi coniunctissimos obseruantia.i. veneratione qua me colit, & nemini cedit.i. partem dat vnicuique, splendore equitis R. est autem moribus ita temperatis, & moderatis, vt summa seueritas i. grauitas & rigor, iungatur cum summa humanitate i. clementia. Cuius negotia quæ sunt in Africa, ego commendo tibi ita, vt non possim commendare, sup. ea, maiore studio. ve, pro vel, magis ex animo. Tu feceris mihi pergratum, si dederis operam, vt is intelligat literas meas habuisse maximum pondus.i. plurimum valuisse apud te. O mi Cornifici ego rogo te hoc vehementer.

ARG. Cornificij factum non probat, quia non animaduerterat in quosdam Lilybæo minantes, studium in remp. laudat, de omittenda gratiarum actione assentitur. addit de pecunia, & de rep.

CICERO S. D. CORNIFICIO. 28

Cornificij clemētiam in malos ciues non laudat.

ASSENTIOR tibi, eos, quos scribis Lilybæo minari, istic pœnas dare debuisse: sed metuisti, vt ais, ne nimis liber in vlciscendo viderere. metuisti igitur, ne grauis ciuis, ne nimis fortis, ne nimis te dignus viderere. Quòd societatem reipub. conseruandæ, tibi mecum à patre acceptam, renouas; gratum est: quæ societas inter nos semper, mi Cornifici, manebit. Gratum etiam illud, quòd mihi tuo nomine gratias agendas non putas. nec.n. id inter nos facere debemus. Senatus sæpius pro dignitate tua appellaretur, si, absentibus consulibus, vnquam, nisi ad rem nouam, * cogeretur. itaque nec de HS X X, nec de HS DCC quidquam agi nunc per senatum potest. tibi autem * ex S.C. imperandum, mutuumque sumendum censeo. In rep. quid agatur, credo te ex eorum literis cognoscere, qui ad te acta debent perscribere. ego sum spe bona: consilio, cura, labore non desum: omnibus inimicis reip. esse me acerrimum hostem præmefero. res neque nunc difficili loco mihi videtur esse; & fuisset facillimo, si culpa à quibusdam abfuisset. Vale.*

pfectis Mutinā ad Brutum liberandum.

a ſc. vrb. ep. 22.l. 10. quoniā tibi S.C. imperium est datum, potes mutuam sumere pecuniam.

HVBAR. ASsentior} Ceperat Cornificius quosdam, qui Lilybæo, oppido Siciliæ, minabantur, quos cum debuisset punire, vbi ceperat, quia erant Romani, scripserat se maluisse mittere Romanis. quod factum Cicero ascribit eius humanitati, & clementiæ. Deinde ostendit se recipere eum libenter socium in conseruāda repub. deinde, quia petiuerat Cornificius quasdam pecunias à senatu, dicit Cicero nihil per senatum agi posse. hortatur autem, vt sumat mutuum aliunde. postremo laudat Cicero officium suum erga remp. }Lilybæo} promontorium est Siciliæ, & oppidum eiusdem nominis, de quo nunc intelligit. }Dare pœnas} puniri }Nimis liber} nimis audax, nimis dissolutus. }Grauis} acerbus. }Nimis dignus te} nimis tostus. }Quòd} respondet alij parti. }A patre} tuo. }Tuo nomine} tua causa. }Inter nos} amicos. }Id} agere gratias. Aguntur enim gratiæ inter eos, qui non sunt multum familiares. }Appellaretur} postularetur. }Vnquam} aliquando. }Cogeretur} congregaretur. }De H.S} quæ postulaueras. }Imperandum tibi}.i. à te imperium & magistratum gerendum. }Mutuum} sestertiorum, quibus opus est tibi. }Præmefero} ostendo, aperte declaro. }Res} victoria nostra, & bona constitutio reip.

ASCEN. ASsentior &c.} Ceperat Cornificius quosdam Siculos e Lilybæo, quos cum Romanos intellexisset, eos à Romanis puniendos misit. quod factum eius pusillanimitati ascribit Cicero, ostendens se eum libenter recipere socium in repub. conseruanda. De pecunijs autem, quas à senatu petierat, dicit se nihil posse. consulit autem, aliunde mutuo accipiat. Ordo est Ego assentior tibi.i. sentio tecum, eos, quos scribis, minari Lilybæo.s. oppido, & promontorio Siciliæ, debuisse dare pœnas istic.i. vbi tu es: sed (vt ais) tu metuisti ne viderere nimis liber.i. asper in vlciscendo, & ideo misisti eos Rom. Igitur hoc metuendo, metuisti ne viderere ciuis grauis, ne viderere nimis fortis, ne videre nimis dignus te.i. quæ te digna sunt facere. Quòd renouas societatem reip. conseruandæ mecum acceptam.i. derelictam tibi à patre.s. tuo; est gratum: quæ societas, o mi Cornifici, manebit semper. illud etiam, sup. fuit in epistolis tuis gratum, quòd non putas gracias agendas tuo nomine.i. pro beneficijs abs te acceptis. Nec.n. debemus facere id inter nos.i. sic debemus esse officiosi alter in alterum, vt non sit necesse gratias agere. Senatus appellaretur s. à me.i. conueniretur sæpius pro dignitate tua.s. tuenda, si cogeretur.i. congregaretur vnquam.i. aliquo tempore, consulibus absentibus.i. tantisper dum consules absunt, nisi ad rem nouam. Itaq; nec de H-S.i. sestertijs viginti, nec sestertijs decem.s. à te petitis, potest nunc quidquam agi per senatum. Ego autem censeo imperandum tibi.i. à te, sup. prouincialibus tuis, ex senatusconsulto, & sumendum mutuum.s. publico nomine. Ego credo te cognoscere quid agatur in rep ex literis eorum, qui debent perscribere ad te acta.s. publica. Ego sum spe bona.s. de rep. non desum consilio, cura, labore, sup. reip. ego præmefero.i. palam ostendo me acerrimum hostem omnibus inimicis reip. Res.i. negotium, quod agitur de libertate publica, neque videtur mihi esse nunc loco difficili.i. videtur facile posse transigi; & fuisset facillima, si culpa abfuisset à quibusdam, vt à Lepido, & Ventidio.

ARG. Commendat studiose L. Aelij Lamiæ negotia, eumque suspectum Cornificio, quasi affuisset cuidam S. C. contra dignitatem eius, excusat.

CICERO S. D. CORNIFICIO. 29

NOn modo tibi, cui omnia nostra notissima sunt, sed neminem in populo Rom. arbitror esse, cui sit ignota ea familiaritas, quæ mihi cum L. Lamia est. etenim magno theatro spectata est tum, cum est ab A. Gabinio cos.* relegatus, quòd libere, & fortiter salutem meam defendisset. nec ex eo amor inter nos natus est: sed, quòd erat vetus, & magnus, propterea nullum periculum pro me adire dubitauit. ad hæc officia, vel merita potius, iucundissima consuetudo accedit, vt nullo prorsus plus homine delecter. Non puto te iam expectare, quibus cum tibi verbis commendem. causam.n. tanti amoris intelligis. quæ verba desideret, ijs me omnibus vsum putato. tantum velim existimes, si negotia Lamiæ, procuratores, libertos,* familiam, quibuscunque rebus opus erit, defenderis, gratius mihi futurū, quàm si ea tua liberalitas pertinuisset ad rem familiarē meam. nec dubito, quin sine mea commendatione, quod tuum est iudicium de hominibus, ipsius Lamiæ causa studiose omnia facturus sis. quanquam erat nobis dictum, te existimare,*

vide orat. p Sextio. quo tēpore ordinis equestris princeps erat: nūc senator erat. ep. 16. lib. 11. ep. 17. l. 11.

seruos. vide ep. 3. l. 7.

*alicui S. C. quod contra dignitatem tuam fieret. scribendo Lamiam *affuisse : qui omnino consulibus illis nunquam affuit scribendo. deinde omnia tum falsa S. C. deferebantur. nisi forte etiam illi * Semproniano S. C. me censes affuisse; qui ne Romæ quidem tum fui, vt de eo ad te scripsi re recenti. Sed hæc hactenus. Te, mi Cornifici, etiam atq; etiam rogo, vt omnia Lamiæ negotia, mea putes esse; curesque, vt intelligat hanc commendationem maximo sibi vsui fuisse. hoc mihi gratius facere nihil potes. Cura vt valeas.*

ergo senatus erat.

supra, epi 23. l. 11.

NOn modo } Commendat Cicero Cornificio L. Lamiam amicissimum suum, quem etiam pro alia causa commendauit lib. x. D. Bruto : vbi easdem causas amicitiæ exposuit, quas etiam hic exponit. commendat autem non solum eum, verum etiam negotia, procuratores, familiam deniq; omnem : & diluit quandam suspicionem, quam habuerat Cornificius, quòd Lamia affuisset cuidam senatusc. describendo contra eius dignitatem : quod Cicero omnino negat: & etiam addit omnia senatusconsulta, quæ tunc fiebant, fuisse falsa. { Spectata } probata, cognita. { Magno theatro } pleno populo. { Ex eo } quòd defenderit salutem meam. { Vetus amor } noster. { Consuetudo } conuersatio { Quæ verba } q d. vehementissima. { Iis omnib. } s. verbis, quæ desiderantur à causa talis amoris. i. finge & existima me esse vsum. { Pertinuisset } præstita esset. { Quòd tuum est iudicium }. i. pro eo iudicio, quod iudicium habes de hominibus. { Quanquam } incipit diluere suspicionem. { Nisi forte } genus est quoddam negandi factum fuisse aliquando ab alio, cum ostendimus suspicionem aliquando nobis fuisse de eo, quod actum à nobis non sit, vt hic. { Semproniano } quod est factum de Sempronio, vt tibi in prouincia succederet, vt supra visum est. { Re recenti }. i. adhuc noua. { Vsui } vtilitati.

NOn modo &c. } Commendat Cicero Cornificio L. Lamiam amicissimum suum, quem etiam lib. x. commendauit D. Bruto : & purgat suspicionem, quam habuerat Cornificius, quòd Lamia interfuisset S. C. contra dignitatem suam decreto. Ordo est. Ego arbitror non modo. i. non solum, te, cui omnia nostra. s. acta sunt notissima. videtur dicendum, non modo te non esse, sed (vt doctissime adnotauit Bud. } sæpe altera negationum contenti sunt auctores : præsertim accedente negatione, quæ ad plura posset referri, vt hoc loco. sed neminem arbitror esse in P. R. cui ea familiaritas, quæ mihi est cum L. Lamia, sit ignota. Etenim. i. quia certe, ipsa est spectata magno theatro i. in conspectu totius populi, tum. i. tunc, cum. i. quando relegatus est. i. in exilium missus ab A. Gabinio consule, quòd defendisset libere, & fortiter salutem meam. Nec amor est natus inter nos ea co. s. facto eius : sed quòd amor. s. erat vetus, & magnus, propterea nullum dubitauerat adire periculum pro me. Consuetudo iucundissima accedit. i. additur ad hæc officia vel potius merita. (Officia enim sunt, quæ ex dubito fiunt, Merita quę ea liberrate) quæ debito rem faciũt. sup. ita, vt nullo . i. non nullo, non delecter vllo prorsus homine plus. s. q̃ Lamia. Non puto te expectare iam. s. postquam docui q̃ carus mihi sit, quibus verbis commendem eum. Tu enim intelligis causam tanti amoris. putato me vsum omnibus ijs verbis, quæ verba desideret. Tantum. i. duntaxat, velim, sup. vt existimes, si defenderis negotia, procuratores, libertos, familiam Lamiæ, quibuscunque rebus opus erit, sup. id futurum gratius mihi, quàm si ea liberalitas. s. tua pertinuisset ad rem familiarem meam. Nec dubito quin facturus sis omnia studiose. i. diligenter, causa ipsius Lamiæ : quia. s. vir dignus tibi videbitur sine commendatione mea. quod. i. quale, hoc est quia tale est iudicium tuum de hominibus, vt. s. facillime iudices qui digni sint auxilio tuo. Quanquam erat dictum te existimare Lamiam affuisse alicui S. C. scribendo. i. dum scriberetur, quod fieret contra dignitatem tuam, qui. s. Lamia, nunquam fuit. s. paratus, aut præscos ad scribendum. s. aliquid, omnino illis consulibus. i quandiu illi essent, consules sub quibus scriptum est. Denique. i. secundo loco, omnia S. C. deferebantur. i. nuntiabantur, tum i. tunc falsa, aut falsò, nisi forte censes etiam me, vt delatum est, affuisse. sup. in illo S. C. Semproniano. i. quod sub Sempronio referente factum est. qui ne quidem. i. non saltem fui. s. tunc Romæ, vt scripsi ad te, tum. i. tunc de eo recenti. i. recentius facto. Sed hæc hactenus, sup. dicta sint. O mi Cornifici ego rogo te etiam atque etiam, vt putes omnia negotia Lamiæ esse mea : curesque, vt intelligat hanc. s. meam commendationem fuisse sibi maximo vsui. i. summæ vtilitati. Tu nihil potes facere gratius mihi hoc. i. quàm hoc. Cura vt valeas.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Missa est epistola : prior autem pars in excusatione generis literarum consistit : in posteriore ad varia epistolæ Cornificij capita respondet.

CICERO S. D. CORNIFICIO. 31



*ITA ne ? præter litigatores, nemo ad te meas literas? multæ istæ quidem. tu enim perfecisti, vt nemo sine literis meis tibi se commendatum putaret. sed quis vnquam tuorum mihi dixit esse, cui darem, quin dederim ? aut quid mihi iucundius, quàm, cum coram tecum loqui non possim, aut scribere ad te, aut tuas legere literas ? illud magis mihi solet esse molestum, tantis me impediri occupationibus, vt ad te scribendi meo arbitratu facultas nulla detur. non enim te epistolis, sed * voluminibus lacesserem; quibus quidem me à te prouocari oporteret. quamuis enim occupatus sis, otij tamen plus habes : aut, si ne tu quidem * vacas, noli impudens esse, * nec mihi molestiam exhibere, & à me literas crebriores, cum tu mihi raras mittas, flagitare. nam cum antea distinebar maximis occupationibus; propterea quòd omnibus curis remp. mihi tuendam putabam : tum hoc tempore multo distineor vehementius. vt enim grauius ægrotant ij, qui, cum leuati morbo viderentur, in eum deintegro inciderunt : sic vehementius nos laboramus, qui, * profligato bello, ac pene sublato, renouatum bellum gerere conamur. Sed hæc hactenus. Tu tibi, mi Cornifici, fac vt persuadeas, non esse me tam imbecillo animo, ne dicam inhumano, vt à te vinci possim aut officijs, aut amore. non dubitabam equidem : veruntamen multo mihi notiorem amorem tuum effecit Cherippus. o hominem semper illum quidem mihi aptum, nunc vero etiam suauem. vultus mehercule tuos mihi expressit omnes; non solum animum, ac verba pertulit. itaque noli vereri, ne tibi succensuerim, quòd eodem exemplo ad me, quo ad ceteros. requisiui equidem proprias ad me vnum à te literas, sed neque vehementer, & amanter. De sumptu, quem te in rem militarem * facere, & fecisse dicis, nihil sane possum tibi opitulari : propterea quòd & orbus senatus, consulibus amissis; & incredibiles angustiæ pecuniæ publicæ : quæ conquiritur vndique, vt optime meritis militibus promissa soluantur : quod quidem fieri sine * tributo posse non arbitror. De Attio Dionysio nihil puto esse, quoniam mihi nihil dixit Stratorius. De P. Lucceio, nihil tibi concedo, quò studiosior eius sis, quàm ego sum. est enim nobis necessarius. sed, à magistris cum contenderem de proferendo die, probauerunt mihi, sese, quò minus id facerent, & compromisso, & iureiurando impediri. quare veniendum arbitror Lucceio. quanquam, si meis literis obtemperauit, cum tu hæc leges, illum Romæ esse oportebit. Ceteris de rebus, maximeque de pecunia, cum Pansæ mortem ignorares, scripsisti quæ per nos ab eo consequi te posse arbitrarere. quæ te non fefellissent, si viueret. nam te diligebat. post mortem autem eius quid fieri posset, non videbamus. De Denuleio, Latino, Horatio, valde laudo. illud non nimium probo, quòd scribis, quò illi animo æquiore ferrent, te tuis etiam legatis lictores ademisse. honore enim cum ignominia dignis non erant comparandi : eosque ex S. C.*

ep. 7. l. 3.

ep. 2. l. 8.

vide ex verbo, Noli, affirmatione elici. sic in Orat. & pro Comœdo.

Tuscul. 5. Quæstio profligata, & pene ad exitum adducta.

facere impensam, ep. 2. l. 14.

q. impositum ab erat post deuictã a Paullo Macedoniam. Cic. l. 2. de off. Plin. l. 33. c. 3. & Plutarchus in Paullo.

si non

si non decedunt, cogendos, vt decedant, existimo. Hæc fere ad eas literas, quas eodem exemplo binas accepi. De reliquo, velim tibi persuadeas, non esse mihi meam dignitatem tua cariorem. Vale.

HVBER. ITa ne} Huius epistolæ argumentum multiplex est, maxime circa finem: varijs.n.rebus respondet Cicero, quæ à Cornificio duabus epistolis scriptæ fuerant. Primum enim se excusat Cicero, quòd à Cornificio fuerat accusatus, nullas ad eum misisse epistolas, nisi commendaticias, pro litigatoribus. quia, vt supra visum est, commendauerat omnes heredes Q. Turij, & seorsum Sex. Aufidium coheredem: commendauerat etiam quendam Pinarium procuratorem, & gestorem negotio cum Dionysij, sibi amicissimi; postremo L. Lamiam, habentem etiam in eius prouincia negotia plurima. Itaq; Cicero ostendit se scripsisse in alio genere multas epistolas, & multo plures, quã ab eo acceperit, cum potius deberet prouocari ad scribendum ab ipso Cornificio, qui minus esset negotiosus. Negotiorum suorum autem causas esse dicit reuocationem bellorum ciuilium, culpa & scelere Lepidi, qui Antonium, apud Mutinam victum, & inermem fugientem, recepit, & cum eo se coniunxit. Postea vero accusat Cornificium, quòd eodem exemplo ad se literas dedisset, quo ad alios, ad quos scripserat, cum ipse Cic. proprias literas ab eo expectauerit. Deinde dicit non posse ei prouideri à senatu de pecunia, quam petiuerat, quia omnia sunt turbulenta propter mortem consulum, & cum etiam senatus quærat pecunias, vt satisfaciat militibus. excusat etiam nescio quid de Dionysio, cuius procuratorem ei supra cõmendauerat. Dicit etiam, Lucceium, sibi à Cornificio commendatum, vt visum est epistola, quæ incipit, Liberalibus, oportere Romam venire, si velit negotia sua se recte conficere. quem à se non minus amari dicit, quàm à Cornificio. Postremo quid sentiat de quibusdam, quos exauctorauerat, & ex prouincia amouere volebat, & quòd legatis suis lictores eripuisset. } Ita ne }.s.dicis, vel est. } Nemo ad te} s.fert. } Præter litigatores} quorum causas tibi tuendas commendo } Istæ}.s.literæ litigatorum. } Multæ} puta fuerant. ironice dictum. } Voluminibus} libris magnis scriptis. } Oportebat} decebat } Vacas} otium habes. } Impudens} qui cum sis in culpa, me accuses. tales.n. impudentes dicuntur. } Distineor} occupor. } Vt enim} probatio per similitudinem, sumptam ab ægrotantibus, quorum periculosior est morbus, si postquam leuati esse putantur, reciderint. } De integro} denuo. } In eum} morbum. } Sic} adaptatio similitudinis. } Laboramus} negotium habemus, & occupati sumus. } Profligato} confecto. } Pene sublato} propter Ant. victum. } Renouatum} scelere Dolabellæ, qui Antonium recepit. } Non dubitabam}.s. de amore tuo } Cherippus} is, vt supra vidimus, fuerat in Africa cum Cornificio, cumq; Romam venisset, exposuit Ciceroni qualis esset Cornificius erga eum. } Aptum} modestum, facetum. eius contrarium est ineptus. } Vultus} hilaritatem, quam vultu exhibes, cum de me audis, aut loqueris. } Verba} quæ de me honorifice dicis. } Eodem exemplo}.i. scripseris. } Quo} exẽplo. } Proprias} speciales, quæ non essent eodem exemplo, quo erant aliæ } Requisiui}.i. desideraui, non autem te accusaui. } Neq; vehementer}.i. neq; cum magna instantia.s. requisiui. } Orbis} i. quasi orphanus, sicut filii, q patres amiserũt. } Angustiæ} tenuitates, necessitates. } Sine tributo} quin exigatur tributum per capita, vel per ostia. } A magistris} ab arbitris eius causæ. } Contenderem} efflagitarem } Probauerunt} ostẽderunt. } Compromisso} quod erat factum in eos ab ipso Lucceio & ab aduersarius. } Veniendum} oportere eum venire. } Meis literis} quibus iam multo ante eum monui, vt veniret } Non fefellissent } non fuissent contra opinionem tuam. } Si viueret} Pansa. } De Venuleio, Latino. Horatio} hos, vt coniicimus ex sequentibus, amouerat Cornificius ex magistratu: vel eis eripuerat lictores. quod Cicero se laudare dicit. } Quò} vt. } Illi} Venuleius & Horatius ferrent se esse exauctoratos, & amotos à magistratu. } Ademisse} abstulisse. } Honore} subaudi digni.s. legati } Cum dignis ignominia} cum Venuleio & Horatio infamia dignis. } Eosque} ordo est, existimo eos cogendos ex senatusc. vt decedant.s. ex prouincia. } Si non decedunt } sponte vel tuo iussu. } Hæc}.s. responsa sunt

ASCEN. ITa ne &c.} Respondet potissimum in fine varijs rebus: ita que facilius legenti patebit argumentum, quàm ex huiusce modi collectione. ne tamen nihil dicam, primum se excusat, q à Cornificio fuerat accusatus, quòd nullas misisset epistolas nisi commendaticias, docens se etiam alias scripsisse. Ordo est. Ita ne, sup. scribis, aut verum putas, quòd nemo præter litigatores. i. qui pro lite sua commendari volunt, supp. afferunt ad te literas meas? Istę quidem.s. commendaticiæ litigatorum, sup. sunt multæ. Tu enim te facilem præbendo effecisti, vt nemo putaret se commendatum tibi sine literis meis. Sed quis vnquam tuorum dixit mihi esse, sup. aliquid, cui darem.i. dare possem, quin dederim? aut quid, sup. contingere potest mihi iucundius, quàm cum non possem loqui tecum coram.i. in præsentia, &, vt dicunt, ore ad os, aut scribere ad te, aut legere literas tuas. q.d. nihil. Illud solet mihi esse magis molestum. me impediri tantis occupationibus, vt nulla facultas detur supp. mihi scribendi ad te arbitratu meo. Non.n. si facultas detur, lacesserem.i. prouocarem te ad scribendum epistolis, sed voluminibus.i. integris libris, quibus.s. voluminibus, quidem.i. certe, oporteret.i. deceret me prouocari à te. Quamuis enim sis occupatus, tamen habet plus otij.s. quàm ego, aut, sine tu quidem, qui magis videris posse vacare, vacas.i. cessas, noli esse impudens s. exigendo, quod præstare nequeas, nec supp. velis (nam vole, aut voli non dicitur) exhibere mihi molestiam.s. exigendo literas, & noli flagitare literas crebriores à me, cum tu mittas raro mihi. Nam cum distinebar antea occupationibus maximis, propterea q putabam rempub. tuendam mihi omnibus curis, tamen ego distineor.s. occupationibus hoc tempore vehementius multo.s. quàm antea Vt enim grauius ægrotant ij, qui cum viderentur leuati morbo, inciderunt in eum de integro.i. de nouo, sic nos laboramus vehementius, qui, bello profligato.i. oppresso, ac pene sublato, conamur gerere bellum renouatum. Sed hæc hactenus. Tu o mi Cornifici fac, vt persuadeas tibi, supp. me, non esse animo tam imbecillo.i. debili, ne dicam inhumano.i duro, vt possim vinci à te, aut officijs, aut amore. Equidem.i. ego certe, non dubitabam.s. de amore tuo: veruntamen Cherippus, qui à te venit, effecit amorem tuum multo notiorem mihi.s. quàm prius erat. O hominem. lętitię causa exclamat, illum quidem.s. Cherippum semper apertum mihi, nunc vero etiam suauem, mehercule ipse expressit.i. effinxit mihi omnes vultus tuos, non solum.i. nedum pertulit animum ac verba. Itaque noli vereri, ne succensuerim .i. subiratus fuerim tibi, quòd sup. misisti literas ad me eodem exemplo, quo ad ceteros.i. eadem forma scriptas. Requisiui equidem literas à te proprias ad me vnum.s. datas, sed neque requisiui, sup. vehementer, sed amanter.i. vt earum amator, si fuissent, non vehemens exactor, quia non fuerunt. Ego nihil sane.i. omnino possum opitulari.i. opis afferre tibi, de sumptu, quem dicis te facere, & fecisse in rem militarem, propterea quòd senatus orbus, supp. est.i quasi sine patre, cõsulibus.s. Pansa, & Hirtio, amissis.i. cæsis, & incredibiles, sup. sunt angustiæ.i. penuriæ pecuniæ publicæ.i. ad rempub. pertinentis: quæ conquiritur vndique, vt promissa soluantur militibus optime meritis. Quod quidem ego arbitror non posse fieri sine tributo.s. per tribus dato. Ego puto nihil.s. eorum, quæ agebamus esse de Attio. Dionysio, quoniam Stratorius nihil dixit mihi, non taciturus tamen si aliquid fuisset. Ego nihil cõcedo tibi de Publio Lucceio, quo.i. nec quod, aut vt, sis studiosior eius.i. commodi illius, quàm ego sum. Est enim necessarius nobis. Sed cum contenderem.i. obnixe peterem à magistris.i. arbitris causæ eius de die proferendo.i. prolongando, probauerunt.i satis ostenderunt mihi sese impediri compromisso, & iureiurando quo minus.i. vt non facerent id.i. non proferrent diem. Quare ego arbitror Lucceio veniẽdum, supp. esse. quanquam si obtemperauit literis meis, oportebit illum esse Romæ, cum tu leges hæc.s. scripta mea. Tu scripsisti de ceteris rebus, & maxime de pecunia s. tibi mittenda, cum ignorares mortem Pansæ s. consulis, & amici tui sup. es, quæ tu arbitrabare te posse consequi ab eo per nos.i. per nostram intercessionem, aut solicitationem, quæ non fefellisset te, si viueret: nam te ipse diligebat. autem.i. sed non videbamus qu.d. aut qui.i. quo modo, id.s. quod postulasti, posset fieri post mortem eius.s. Pansæ. Ego valde laudo, sup quę scripsisti de Venuleo. Latino, & Horatio. Ego non probo i. laudo nimium illud, quod scribis, te ademisse etiam legatis tuis lictores.i. publicos ministros cum insignibus, quò.i. vt illi s. iam dicti, ferrent animo æquiore.i. minus molesto, se.s. lictoribus carere. Eoim.i. quis, supp digni honore, vt legati à repub. starent, non erant comparãdi cum dignis ignominia.s. Venuleio, Latino, Horatio. Vbi notandum etiam de digniore dici, quòd non sit comparandum cum digniore. Ego existimo eos.s. iam dictos, cogendos vt decedant, si non decedunt ex senatusconsulto.i. parentes illi. Hæc ferè, sup. sunt responsa ad eas literas, quas accepi binas eodem exemplo. De reliquo velim persuadeas tibi dignitatẽ meam non esse mihi cariorem tua.

M. T. CICERONIS EPIST. FAMILIARIVM LIB. DECIMVSTERTIVS.

ARGVMENTVM.

Memmius, lege Pampeia de ambitu, vt Appianus tradit lib. 2. de bel. ci. condemnatus, Athenis exul habitabat. ab e petit Cicero, vt in gratiam redeat cum Patrone Epicureo, eiq; locum concedat, vbi Epicurus habitauerat. Ibat Cicero in prouinciam, cum hæc scripsit.

CICERO S. D. C. MEMMIO.

de hac familia vide Ser. lib: 4. Aen. in illo versu, Mox Italus Mnestheus, genus a quo noie Memmi.

ETSI non satis mihi constiterat, cum aliqua ne animi mei molestia, an potius libenter te Athenis visurus essem; quòd iniuria, quam accepisti, dolore me afficeret; sapientia tua, qua fers iniuriam, lætitia: tamen vidisse te mallem. nam, quod est molestiæ, non sane multo leuius est, cum te non video: quod esse potuit voluptatis, certe, si vidissem te, plus fuisset.* itaque non dubitabo dare operam, vt te videam, cum id satis commode facere potero. interea, quod per literas & agi tecum, &, vt arbitror, confici potest, agam. nunc à te illud primum rogabo, *ne quid inuitus mea causa facias; sed id, quod mea intelliges multum, tua nullam in partem interesse, ita mihi des, si tibi, vt id libenter facias, ante persuaseris. Cum Patrone Epicureo mihi omnia sunt*; nisi quòd in *philosophia vehementer ab eo dissentio. sed & initio Romæ, cum te quoque, & tuos omnes obseruabat, me coluit in primis: & nuper, cum ea, quæ voluit, de suis commodis, & præmijs consecutus est, me habuit suorum defensorum, & amicorum fere principem: & iam à Phædro, qui nobis, cum pueri essemus, ante quàm *Philonem cognouimus, valde, vt philosophus, postea tamen, vt vir bonus, & suauis, & officiosus, probabatur, traditus mihi, commendatusq; est. Is igitur Patro cum ad me Romam literas misisset, vti te sibi placarem, peteremque, vt nescio quid illud Epicuri parietinarum sibi concedares: nihil scripsi ad te ob eam rem, quòd ædificationis tuæ consilium mea commendatione nolebam impediri. idem, vt veni Athenas, cum, idem vt ad te scriberem, rogasset: ob eam causam impetrauit, quòd te *abiecisse illam ædificationem constabat inter omnes amicos tuos. quod si ita est; & si iam plane tua nihil interest: velim, si qua offensiuncula facta est animi tui, peruersitate aliquorum; (noui enim *gentem illam) des te ad lenitatem, uel propter tuam summam humanitatem, vel etiam honoris mei causa. equidem, si, quid ipse sentiam, quæris; nec, cur ille tantopere contendat, video, nec cur tu repugnes: *nisi tamen multo minus tibi concedi potest, quàm illi, laborare sine causa. quanquam, Patronis & orationem, & causam tibi cognitam esse, certo scio. honorem, officium, testamentorum ius, Epicuri auctoritatem, Phædri obtestationem, sedem, domicilium, vestigia *summorum hominum sibi tuenda esse dicit. totam hominis vitam, rationemque, quam sequitur in philosophia, derideamus licet, si hanc eius contentionem volumus reprehendere. sed mehercule, quando illi,* ceterisque, quos illa delectant, non valde inimici sumus; nescio an ignoscendum sit huic, si tantopere laborat: in quo etiam si peccat, magis ineptijs, quàm improbitate peccat. Sed, ne plura; (dicendum enim aliquando est) Pomponium Atticum sic amo, vt alterum fratrem. nihil est illo mihi nec carius, nec iucundius. is, non quò sit ex istis, (est enim omni liberali doctrina politissimus: sed valde diligit Patronem, valde *Phædrum amauit) sic à me hoc *contendit, homo minime ambitiosus, minime in rogitando molestus, vt nihil vnquam magis. nec dubitat, quin ego à te nutu hoc consequi possim, ita etiam, si ædificaturus esses. nunc vero, si audierit te ædificationem *deposuisse neque tamen me à te impetrasse; non te in me illiberalem, sed me in se negligentem putabit. Quamobrem peto à te, vt scribas ad tuos, posse tua voluntate decretum illud Areopagitarum, quem ὑπομνηματισμὸν illi vocant, tolli. Sed redeo ad prima. prius velim tibi persuadeas, vt hoc mea causa libenter facias, quàm vt facias. sic tamen habeto; si feceris, quod rogo, fore mihi gratissimum. Vale.

Marginal notes: insinuatio ad captandam beneuolentiam. — idem in extremo. — alij addunt, communia. Cic. n. Academicus. — vide ep. 8. lib. 9. — ep. 15. l. 9. — Epicureos. — pro, sed, vt ep. 73. h. l. & ad Att. ep. 14. l. 5. & 6. & 23. lib. 11. — loquitur ex persona Patronis. Epicureos. n. ß gnificat. — multi enim Epicureorũ dogmata p babant, vt Atticus, Papirius, Cassius. ep. 15. lib. 9. 15. l. 15. & ad At. 19. l. 5. l. 5. de Fin. ep. 2. & 19. l. 5. ad Att. — abiecisse, supra.

ET6} Hi duo sequentes libri quàm faciles, tam vtiles mihi esse videntur, quòd commendationum varias, & elegantes imitationes habent, quibus docemur & ornate dicere, & amicorum causas diligenter commendare, idq; cum delectatione maxima, quando instruimur non vt boues eodem mugitu, vt aiunt, sic semper eisdem verbis vti. Itaque assidue pueris proponendos censeo, nec minus etiam doctoribus pertractandos: qui si minus ornatu verborum egent, humanitatis tamen, & officij imitatione incenduntur, & diligentiores fiũt in amicorum commendationibus. Sed iam ad argumentum epistolæ veniamus. C. Memmius, vir nobilissimus, & ciuis Romanus, Athenis domum inceperat ædificare iuxta hortos, vel ędes Patronis, philosophi Epicurei, amicissimi Ciceronis: qui ad eum scripserat, vt se Memmio diligenter commendaret, ne quendam parietem impediret, qui erat ei contiguus. quod Cicero dicit, se noluisse ab eo petere, veritus, ne fortasse impediret ædificationem ipsius Memmij. sed postquam intellexit Memmium non esse ædificaturum; eum rogat, vt velit morem gerere Patroni Epicureo: quem laudat summopere, excusans eius opinionem Epicuream. accenditq; Memmium ad obsequendum Patroni, q dicit eum esse carissimum Pomponio Attico: à quo dicit se rogatum esse, vt eum commendaret diligentissime. Vtitur tamen summo artificio, cum dicit se nihil ab eo impetrare velle, quod inuitus faciat. vt magis eum inuitet facere libenter quod petit. Cum autem fuisset Cicero Athenis, nec vidisset ipsum Memmium, qui quadam iniuria affectus fuerat: primum dicit, quòd licet non satis habeat certum, vtrum cum maiore molestia animi sui visurus esset, cuius iniuria summopere doleret; an cum maiore voluptate propter sapientiam eius, qua magnam lætitiam se capere dicit, quòd per eam fortiter ferat iniuriam: tamen mallet eum vidisse: quia non multo minus molestiæ capie io eius absentia voluptas autẽ videndo eum fuisset maior. {Constiterat} certum & manifestũ erat. {Quod iniuria} ratio molestię. {Sapientiæ} ratio quare libenter vidisset eum. {Lætitia} .i. afficeret. est enim ablatiuus casus. {Quod molestię est} .i. ea molestia quæ est. {Interea} ecce quàm artificiose allicit Mẽmium ad voluntatem suã. {Sed id} .i. facias id quod intelliges ad me pertinere, ad te aũt non multum. Ordo est: sed id. s. facias, quod intelliges mea interesse, & in nullã partem interesse tua. {Cũ Patrone} exponit causas cõmendationis. {Dissentio} Peripateticos & Socraticos sequor, vt in prœmio primi officiorum ostendit. {De suis cõmodis} nam assecutus fuerat stipendium publicum. {Phædro} primo præceptore meo in Philosopia. {Vt Philosophus} p p doctrinam. {Illud nescio quid} attenuat rẽ, vt facilius impetret. q. d. minimum quiddam. {Parietinarum} subauditur rerũ. i. id qd pertinet ad parietẽ: quidã dñt esse diminut. a pariete, cuius formationẽ & rationem nusq̃ inuenio. {Consilium} deliberationem, ne p p commendationẽ meam desisteres facere quod instituisse. {Abiecisse} deposuisse, nolle amplius ædificare. {Offensiuncula}

cula} iniuriola. {Gentē illam} Græcā. f. leuē ad iniurias, & promptam {Des te ad lenitatem} fias mitis & placatus. {Contēdat} efflagitet {Repugnes} neges. {Cōcedi} .f. vt repugnes. {Quàm illi} .f. potest concedi. {Quanquam Patronis} enumerat multas causas, quibus probat ignoscendum esse Patroni; si eam rē, quæ parua videbatur, tanta contētione petit. {Honorē} .f. suum & totius senectæ. & in omnibus sequentibus dictionibus subauditur tuendū esse dicit. {Ius test} quod inuiolabile esse debet. {Obtestationem} .i. deprecationem maximā pro eo. {Sedē d.} est quasi inculcatio dictionum. {Vestigia summorū hominum} .i. imitationes maximorū hominum. {Totā hominis} sensus est, licet deridere totā hominis vitam & opinionē in philosophia, si volumus reprehendere hāc eius petitionem: sed si nō habemus odio eos qui eadem curant, ignoscendum etiam puto huic, si tantopere petit hanc {In quo} in qua re petenda. {Laborat} curat. {Ineptiis} simplicitate. {Dicendum aliqñ} .i. etiam addenda est alia maxima causa. {Ex istis} .f. Epicureis. {Politissimus} ornatissimus. {Liberali} Socratica & Platonica. {Vt nihil vnq̃ magis} .f. contenderit a me. {Nutu} .i. facillime vel solum innuendo tibi. {Etiam, si ergo multo facilius, cum non sis ædificaturus. {Si audierit} Pomponius. {Negligentem} quòd noluerim te pro eo rogare {Tua voluntate} te consentiente. {ὑπομνηματισμὸν} sic.n. Græci vocant decretum quasi monitum & cōmentarium.

ASCEN.

ETsi non satis, &c.} Hi duo sequentes libri vt facillimi, ita vtilissimi sunt, eo cōmendationē varias, & elegantes imitationes hñt: quibus docemur & ornate dicere, & amicorum cās diligenter cōmendare, idq; cum delectatione maxima. In hac aũt prima hoc est argumentum. C. Memmius, vir nobilissimus Athenis domum ceperat ędificare ad ædes Patronis philosophi Epicurei, amicissimi Ciceronis, qui ad Ciceronē scripserat vt a Mēmio exoraret, ne quendam parietē impediret de quo ngotio tota ferè hac agitur epistola. Ordo est. Etsi.i, q̃q̃ non satis constiterat.i. euidens fuerat mihi, ne.i. an visurus essem te Athenis cũ aliqua molestia animi, an potius libenter: q̧.i. quia iniuria, q̃ accepisti.i. passus es, afficeret me dolere, sapientia sua, qua fers iniuriam, sup. afficeret me lætitia: tñ mallem vidisse te. Nā sup. id molestiæ qđ est f. ob iniuriam tibi illatam, non est sanè multo leuius, cũ non video te, id sup. voluptatis: qđ potuit esse, fuisset certe plus, si vidissem te. Itaq; non dubitabo dare operam, vt videam te, cum potero facere id satis commode. interea agam qđ agi pōt tecum, &, vt arbitror, cōfici.i. absolui, & perfici, per literas. Ego rogabo nunc a te illud primum, nequid facias inuitus.i. contra placitum tuum mea causa. sed des mihi id, qđ intelliges multū interesse mea, hoc est mihi vtile esse, & in nullam partē multum interesse tua, ita. f. des mihi, si persuaseris tibi ante.i. si te ad hoc adduxeris ante, vt facias id libenter. incipiens aũt ordiri rem, q̃ prætendebat, dicit Omnia sunt mihi cōia, cum Patrone Epicureo, nisi q̧ dissentio vehementer ab eo in philosophia, quia Stoicus potius aut Academicus erat Cicero. sed & initio. f. coniunctionis nostræ cum obseruabat quoq; te & tuos oēs Romæ, coluit me in primis.i. pręcipue, & nuper.i. nunc parū est temporis, cũ cōsecutus est de cōmodis & præmiis suis ea quæ voluit, habuit me fere principem defensorū & amicorum suorum, & ipse traditus & cōmendatus est mihi iā.i. his diebus a Phędro qui. f. Phædrus, probabatur.i. laudabatur & placebat nobis cum essemus pueri anteq̃ cognouimus Philonem. f. philosophum probatur, inq̃, vt philosophus, postea tñ probabatur vt vir bonus & suauis & officiosus, q.d. p̄p̄ illius qui nobis cōiter est obseruādus cōmendationem debere cōmendatiorem esse, Is igitur Patro cũ misisset Romam literas ad me, vti.i. vt placarem.i. reconciliarē & placatum facerē te sibi, & peterem. f. a te, vt sup. concederes sibi illuc Epicuri.i. qđ ad Epicureum homines pertineret. nescio quid parietinarum sup. rerum.i. ad parietem cōem pertinentium sic legitur & exponitur fere, sed lectio parum placet, expositionē aũt meliorē cuiq; inueniendam relinquimus. ego sup. tunc, nihil scripsi ad te ob eam rem, q̧ nolebam cōsilium ædificationis tuæ impediri cōmēdatione mea idem. f. Patro cũ rogasset vt.i. postq̃, veni Athenas, vt scriberē ad te idē.i. eandem rem. f. vt te sibi placarē, & de parietis parte concedenda rogarem, impetrauit. f. petitum suum a me ob eam causam q̧ cōstabat.i. notum erat inter oēs tuos, te abiecisse i. vt displicentem reiecisse & demisisse illam ædificationē. Quod si est ita, etsi.i. q̃q̃ iam nihil interest plane.i. oino tua, velim si qua.i. aliqua offensiuncula.i. læsiuncula animi sui facta est peruersitate aliquorū, {noui.n. gentem illā. f. mendacem & ad discordiam seminandam procliuem} des.i. accōmodes te ad lenitatē, i. placabilitatem, vel p̄p̄ summā humanitatem. f. tuam, vel etiam causa honoris mei ne videar frustra ad te petisse. Equidem, si quæris quid ipse.i. ego sentiam, nec video cur ille cōtendat.i. instet tantopere, nec cur tu repugnes, nisi tñ concedi pōt multo minus tibi. f. qui vir prudens haberis, q̃ illi. f. homini. Epicureo laborare sine causa. Quanq̃ ego certo scio & orationē & causam Patronis esse cognitā tibi, tñ sup. repetam tibi ipse dicit honorem f. suum, eo q̧ philosophus est, & turpe fuerit alteri de iure cedere, & officium, quia debet profectę totius honore cōtendere, & ius testamentorum, quibus sibi illæ ædes relictæ, auctoritatem Epicuri quē imitatur, obtestationem.i. maximā præcationem cũ fidei attestatione, Phædri. f. philosophi & cōis amici, sedem i. longam & firmam habitationē, domicilium.i. propriā habitationem, vestigia.i. imitationes summorū hominū, aut qui in iisdem ædibus habitarũt. aut quid simile factitarunt, dicit inq̃ hæc oia esse tuenda.i. protegenda sibi. Licet.i. licitū est sup. vt derideamus totā vitam hominis, & rationē quam sequitur, si volumus reprehendere hanc contentionem.i. petitionē eius. Sed mehercule qñ.i. qñ quidem seu qm̃, nos non sumus valde inimici .i. aliquãtulum fauemus illi videlicet Patroni & ceteris quos illa .f. quę ille sibi tuenda dicit, delectant, nescio an ignoscendum sit sit huic. f. Patroni, si laborat tantopere. f. tueri dicta. In quo. f. studio, etiā si peccat. f. per cupiditatē, tñ peccat potius ineptiis, quia est homo. minus culto ingenio, q̃ improbitate.i. malitia. Sed sup. dicam. {dicendum est.n. aliqñ i. tandem finiendū est} ego amo Pomponium Atticum sicut alterum fratrem. nihil est illo mihi nec carius, nec iucundius. Is. f. Pomponius nō q̧ sit ex istis. f. Epicureis porcis (est.n. politissimus omni doctrina liberali: sed sup. q̧ valde diligit Patronem, & amauit Phædrum qui pro eo rogauit valde) existens sup. aut cum sit homo minime ambitiosus, & minime molestus in rogando contendit.i. instanter petit hoc a me sic vt nihil. f. contenderit vnquam magis.i. instantius, nec dubitat quin ego possim consequi hoc a te nutu. f. solo, etiam si esses ædificaturus. Nunc uero si audieris te deposuisse ædificationem, neq; tñ me impetrasse a te. f. quod. Patro petit; ipse nō putabit te illiberalem in me, sed negligentem in se. Quamobrem peto a te ut scribas ad tuos, decretum illud Areopagitarū.i. iudicium Athenien. in uico Martis qui Ariopagus dicitur quē ὑπομνηματισμὸν.i. decretum illi. f. Athenien. uocãt, posse tolli.i. amoueri & abrogari tua uoluntate.i. te uolente. Decretum aũt uidetur fuisse, ut in fondo suo sine respectu uicini ad placitum ædificēt. Sed redeo ad prima.i. ad illa quæ in principio huius epistolæ scripsi. Ego uelim prius.i. potius, ut persuadeas tibi ut facias hoc mea causa libēter, q̃ ut facias: hoc est uelim quidē te facere, sed potius ut libenter, q̃ ut facias, etiam si non libenter. habeto tñ sic; si feceris, quod rogo fore.i. futurum gratissimum mihi.

ARG. Petit, vt Euandro statuario de sacrarij habitatione accommodet.

CICERO S. D. MEMMIO. 2

*CAIO Auiano Euandro, qui habitat in tuo *sacrario, & ipso multum vtor, & patrono eius M. Aemilio familiarissime. peto igitur a te maiorem in modum quod sine tua molestia fiat, vt ei de habitatione acccommodes. nam, propter opera instituta multa multorum, subitum est ei remigrare *kal. Quint. Impedior verecundia, ne te pluribus verbis rogem. neque tamen dubito quin, si tua nihil, aut non multum interfsit, eo sis animo, quo ego essem, si quid tu me rogares mihi certe gratissimum feceris. Vale.*

* puto ędium partē fuisse

* quo die locabantur domus. epist. 3. l. 2. ad Q. fratr.

HVBER.

CAio} Commendat Cicero Memmio C. Auianum quendam statuarium, vt ei concedat Memmius habitationem. quod dicit se non dubitare obtentutum, quia id non multum, aut nihil intersit ipsius Memmij. {Sacrario} .i. templo, loco vbi sacra reponuntur. {Tuo} per te ædificato. {Accommodes} commodum facias. {Instituta} incepta, vel proposita ad faciendum. {Subitum est ei remigrare} .i. contingit, vel licet ei subito redire.

ASCEN.

CAio &c.} Commendat Memmio C. Auianum statuarium quēdam, vt ei concedat Memmius habitationem. quod cum citra iacturam Memmii fiat, facile impetraturum confidit. Ordo est. Ego vtor multum, & ipso C. Auiano Euandro, qui habitat in sacrario tuo.i. loco vbi conseruantur

seruantur sacra perte ædificata., & vtor familiarissime patrono etius M. Aemilio. Peto igitur a te in maiorem modum.i.obnoxius, vt ei accommodes de habitatione, quod fiat sine molestia tua Nam subitom.i.festinom aut propinquum aut necessarium est ei remigrare i.redire to pristinã habitationem, propter multa opera multorum instituta.i.incepta, ab eo. Ego impedior verecundia ne rogem te pluribus verbis. Neque tamen dubito qoin si nihil, aot non moltum intersit tua.i.si parum aut nihil detrimenti ex ea te habiturus sis, sis eo animo quo ego omnino essem, si tu rogares me quid.i.aliquid.certe tu feceris.s hoc faciendo gratissimum mihi.

PAVL. MANV. Coniecis in omnibus antiquis libris, confeci.nos vna litera immutata, conieci. {Subitum} est ei remigrare Kal. Quinct. {kalendæ, inquit Quinctiles, quo die domo tua in quam venerat, excundum est nimis subitæ sunt propius adsunt, qoam vt ipse possit, operibus, quę instituit, perfectis suo commodo discedere. Sciendum autem est, annuas domorum locatiooes kalendis. Quinct. apud veteres fieri solitas, itaquo epistola 3. libri 2. ad Q fratrem, Domus, inquit, tibi ad lucũ Pisonis Liciniana conducta est: sed, vt spero; paucis mensibus post Kal. Quinct.io tuam commigrabis. Post Kal. Qoinct. dixit, id est, finito locationis tempore, demigrantibus iis, quibus eam locaueras. Suetonios autem in Tiberio, Senatori, inquit latum clauum ademit, quem cognouisset sub Kal. Iulij demigrasse in hortos, qoo vilius post eam diem ædes in vrbe conduceret. Quod igitur Euandro, quem statuariom fuisse coonicimus, subitum erat, id est, propter breuitatem temporis iocommodum, nimisque repentinom, remigrare Kal. Quinct. ad quã diem opera, quæ multa multis instituisset, absolui non posse intelligebat, quæ moueri loco, & alio transferri, cum perfecta non essent, commode non poterant: petit à Memmio Tullius, vt ei de habitatione accommoder, ne cogatur Kal. Quinct. vt motis erat, remigrare: quod sine danno facere non posse videbatur. sed vt dicam quod sentio, legendum videtur, demigrare. in antiquo libro Vbaldini scriptum est, eius remigrare.

ARG. Fusium cõmendat, quẽ & ante pręsens præsenti cõmendarat.

CICERO S. D. MEMMIO. 3

*AVLVM Fusium, vnum ex meis intimis, obseruantissimum, studiosissimumq; nostri, erudi tum hominem, & summa humanitate, tuaq; amicitia dignissimum, velim ita tractes, vt mihi coram recepisti. tam mihi gratum id erit, quàm quod gratissimum ipsum prætera summa *officio, et summa obseruantia tibi in perpetuum deuinxeris. Vale.*

cõmendat ab amicitia sua, a doctrina, ab humanitate. qui amicos & de se se bene meritos, omni genere officij colit.

MVRER. AVlum Fusium} Cõmendat Cicero Memmio per literas A. Fusium, quem etiam coram commendauerat, vt eum ita tractet, sicut coram promisit, fore enim sibi gratissimum & obligaturum sibi hominem perpetuo. {Recepisti} promisisti.

ASCAN. AVlum, &c}. Cõmendat A. Fusiom per literas, quem etiam coram cõmendauerat, vt eum ita tractet, vt promisit, dicens, Ego velim tractes A. Fusium, vnum ex intimis meis.s.amicis obseruantissimum.i.maximum cultorem, & studiosissimum nostri, hominum eruditum, & dignissimũ summa humanitate, & amicitia tua, tractes, dico, ita ut recepisti mihi coram.i.in præsentia tecũ agenti. Id erit mihi tã gratum q̃ quod sup. erit aot est id, qood est mihi gratissimum. præterea tu deuinxeris.i obligaueris ipsum io perpetuum tibi summo officio & summa obseruantia i. ad prosequendum te summo officio & summa obseruantia.

BOIERTI LONGOLII LEMMA.

Municipium Volaterranorum, hominum optimorum, causa, negotiaq; Valerio commendat.

CICERO S. D. Q. VALERIO Q. F. ORCAE LEGATO, PROPRAET. 4

ep. 29 h. l. & 8. & 9. ab. 13.

*CVM municipibus Volaterranis mihi summa necessitudo est. magno enim meo beneficio affecti, cumulatissime mihi gratiam retulerũt. nam nec in honoribus meis, nec in *laboribus vnquam defuerunt. cum quibus si mihi nulla causa intercederet; tamen, quòd te vehementissime diligo, quodque me a te plurimi fieri sentio, & monerem te, & hortarer, vt eorum fortunis consuleres, præsertim cum prope præcipuam causam haberent ad ius obtinendum: primum, quòd Syllani temporis acerbitatem deorum immortalium benignitate *subterfugerunt: deinde, quòd summo studio populi R. a me in consulatu meo defensi sunt. cum enim tribuni pl. legem iniquissimam de eorum agris promulgassent, facile senatui, populoque R. persuasi, vt eos ciues, quibus fortuna *pepercisset, saluos esse vellent. hanc actionem meam C. Cæsar primo suo consulatu in lege *agraria comprobauit, agrumque Volaterranum, & oppidum omni periculo in perpetuũ liberauit: mihi dubium non sit, quin is, qui nouas necessitudines adiungat, vetera sua beneficia conseruari velit. quamobrem est tuæ prudentiæ, aut sequi eius auctoritatem, cuius sectam, atque imperium summa cum tua dignitate secutus es; aut certe illi integram omnem causam reseruare. Illud vero dubitare non debes, quin tam graue, tam honestum municipium tibi tuo summo beneficio in perpetuum obligari velis. Sed hæc, quę scripta sunt supra, eo spectant, vt te horter, & suadeam reliqua sunt, quæ pertinent ad rogandum: vt non solum tua causa tibi consilium me dare putes, sed etiam quod mihi opus sit, me a te petere, & rogare. Gratissimum igitur mihi feceris, si Volaterranos omnibus rebus integros, incolumesque esse volueris. eorum ego domicilia, sedes, rem, fortunas, quæ & a dijs immortalibus, & a *præstantissimis in nostra repub. ciuibus summo senatus, populique R. studio conseruatæ sunt, tuæ fidei, iustitiæ, bonitatiq; commendo. si pro meis pristinis, opibus facultatem mihi res hoc tempore daret, vt ita defendere possem Volterranos, quemadmodum consueui tueri meos. nullum officium, nullum denique *certamen. in quo illis prodesse possem, prætermitterem. sed quando apud te nihilo minus hoc tempore valere me confido, quàm valuerim semper apud omnes: pro nostra summa necessitudine, parique inter nos & mutua beneuolentia abs te peto, vt ita de Volaterranis mereare, vt existiment eum quasi diuino consilio isti *negotio præpositum esse, apud quem vnum nos, eorũ perpetui defensores, plurimum valere possemus. Vale.*

ne agi eorum diuiderentur.

tẽporibus

Syllanis, quam tulit de agro Cãpano, & Stellati diuidendo. Suet.

Cæsarẽ significat, de quo prox me locutus est.

ep C.lib. 10 dixit, Cum non modo contẽtione, sed etiã dimicatione.

agrorum diuisionem.

HYASS. CVM municipibus} Cum Volaterrani vexarentur de rebus suis publicis, Cicero hac epistola eos ita diligenter commendat Q. Valerio propraetori, vt diligentius commendare non possit. ostendit.o.eos gratos & viris bonis & maximis acceptissimos, quos omnino debeat, sibi Valerius suo beneficio obligare. {Volaterranis} Volaterræ oppidi, quod est Ethruscorum in collis planicie situm, ad quod stadiorum 15. ascensus est {Retulerunt} reddiderunt. {Consuleres} prouideres causa honoris tui. {Præcipua} singularem. {Subterfugerunt} euitauerunt. {Tẽporis Syllani acerbitatem} quia est proscriptis a Sylla plerisq; illic confidente, per obsidionem pressi, tandem per inducias discedentes locum illum reliquerunt. auctor Strabo. {De eorum agris} diuidendis nostris militibus. {Promulgassent} pronunciassent protulissent, pepercissent, quia non potuerunt capi. {Liberauit} quia uoluit esse immunem. {Is} Cæsar. {Conseruari} nunc per nos, ut aduuemus ipsos Volaterranos. {Eius} Cæsaris. {Sequi auctoritatem}.i.facere quod ipse fecit, cum semper secutus sis eum in ceteris rebus {Sectam} factionem, partes. tractum a philosophis, qui sectas habent. {Illi integram} vt nihil eis innouetur, donec Cæsar. cognouerit eorum causam. Municipium} oppidum. {Sed hæc} auget Cicero commendationem post exhortationem subiungendo

gendo præces. {Certamen} contra eos, qui illos oppugnarent. {Quando} qm {De Volaterranis mereare}.i.ita Volaterranis beneficium præstes. {Eum} ſ te. {Apud quem vnum} ſ te.

ASCEN. CVm municipibus, &c.} Cum Volaterrani vexarentur de rebus ſuis publicis, Cicero hac epiſtola eos diligenter commendat Q. Valerio proprætori vt diligentius commendare non poſſit. oſtendit enim eos gratos, & viris optimis acceptiſſimos, quos omnino debeat idem Valerius ſuo ſibi beneficio deuincire. Ordo eſt. Summa neceſſitudo eſt mihi cum municipibus Volaterranis ſcilicet incolis Volaterrarum oppidi Etruriæ. ipſi enim affecti magno beneficio meo, retulerunt cumulatiſſime mihi gratiam. nam nec defuerunt vnquam in honoribus meis ſcilicet augendis, & in laboribus ſcilicet, ferendis, cum quibus ſi, id eſt, tametſi nulla cauſa intercederet.i. media, eſſet ad conciliationem amoris, tamen quòd, id eſt, quia ego diligo te vehementiſſime, & quòd ſentio me fieri, id eſt, æſtimari, plurimi a te, & monerem & hortarer te, vt conſuleres, id eſt, conſilio & ope prodeſſes fortunis eorum, in præſertim cum haberent cauſam prope, id eſt, quaſi præcipuam, id eſt, potiſſimam ad obtinendum ius. Primum quod ſubterfugerunt acerbitatem temporis Syllani id eſt, quo Sylla tyrannidem exercuit, benignitate deorum immortalium, quia cum illic proſcriptos obſideret, & illi factis iudiciis abirent, nihil nocuit vrbi, quod deorum benignitati, aſcribit, vt quibus dij fauerint, turpe ſit hominem non fauere. Deinde quòd defenſi ſunt a me in conſulatu ſcilicet, meo, ſummo ſtudio, id eſt, fauore P. R. cum trib. ple. promulgaſſent legem iniquiſſimam, de agris eorum ſcilicet aliis diſpartiendis perſuaſi facile ſenatui populoque R. vt vellent eos ciues eſſe ſaluos, quibus fortuna, prius tamen deos dixit eos ſeruaſſe, pepercilſet C. Cæſar comprobauit hanc actionem meam primo conſulatu ſuo in lege agr. id eſt, cum ferret legem agr. & liberauit agrum & oppidum Volaterranum omni periculo in perpetuum, vt non ſit dubium mihi quin is qui adiungat nouas neceſſitudines, velit vetera beneficia ſua conſeruari. Quamobrem eſt prudentiæ tuæ, id eſt, ad prudentiam tuam refertur, aut ſequi auctoritatem eius ſcilicet, Cæſ. cuius ſectam, id eſt, partialitatem, atque imperium tu ſecutus es cum ſumma dignitate tua, aut certe reſeruare illi omnem, id eſt, totam cauſam integram, id eſt, ita quòd de ea nihil adhuc ſit per ſe actum. Vero, id eſt, ſed tu non debes dubitare illud, quin velis, id eſt, debeas velle obligare tibi in perpetuum ſummo, beneficio tuo illud municipium, id eſt, oppidum numerum Romanorum capax, tam graue, id eſt, conſtans, tam firmum & & tam honeſtum. Sed hæc quæ ſcripta ſunt ſupra, id eſt, in priori parte huius epiſtolæ, ſpectant, id eſt, tendunt eo, vt hortetur te, & ſuadeam ſcilicet, tibi. Reliqua, id eſt, quæ deinceps dicam, ſunt quæ pertinent ad rogandum, vt putes me dare conſilium, non ſolum cauſa, id eſt, pro vtilitate tua, ſed me petere & rogare a te quod opus ſit mihi. Tu igitur feceris mihi gratiſſimum, ſi volueris Volaterranos eſſe integros, indemnes & incolumes ſup. in omnibus rebus. Ego commendo tuæ fidei, iuſtitiæ, & bonitati domicilia, ſedes, id eſt, manſiones, præturas, aut ſepulcra, vt Aen. 6. Sedibus hunc refert ante ſuis. rem, id eſt, quas habent, fortunas, quæ conſeruatæ ſunt a diis immortalibus, & a præſtantiſſimis ciuibus in noſtra, id eſt, Romana repub. videlicet a Cæſ. & ipſo Cicero ſummo ſtudio, id eſt, fauore S. P. Q. R. Si res, id eſt, copia rerum daret mihi facultatem hoc tempore pro priſtinis opibus meis, id eſt, iuxta priſtinas opes meas, vt poſſem defendere Volaterranos ita quemadmodum conſueui tueri meos ſcilicet, clientes: ego nullum officium, denique, id eſt, vt vno verbo dicam, nullum certamen prætermitterem, in quo poſſem prodeſſe illis. Sed quando, id eſt quandoquidem ego confido me nihilo, id eſt in nullo minus valere apud te hoc tempore, quàm valuerim ſemper apud omnes, ego peto abs te pro neceſſitudine, id eſt, neceſſaria coniunctione in amore & amicitia, ſumma & pari, id eſt, æquali inter nos, & mutua beneuolentia, vt mereare de Volaterranis, ita vt exiſtiment eum, ſcilicet te, per præpoſitum eſſe, ſcilicet a me iſti negotio. ſ. de eorum conſeruatione, quaſi diuino conſilio, apud quem vnum nos perpetui defenſores eorum poſſemus valere plurimum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Docet bonis rationibus, Curtij agrum non diuidundum: &, vt illi in ea re proſit, orat.

CICERO S.D. Q. VALERIO, Q. F. ORCAE, LEGATO, PROPRAET.



*On moleſte fero, eam *neceſſitudinẽ, quæ mihi tecum eſt, notam eſſe quamplurimis neq; tamen ob eam cauſam, quo tu optime exiſtimare potes, te impedio, quò minus ſuſceptum negotium pro tua fide, et diligentia ex voluntate Cæſaris, qui tibi rem magnam difficilemq; cõmiſit, gerere poſſis. nam, cũ multi a me petant multa, quod de tua erga me voluntate non dubitent: non cõmitto, vt ambitione mea conturbem officium tuum. C. Curtio ab ineunte ætate familiariſſime ſum vſus, eius & Syllani temporis iniuſtiſſima calamitate dolui: &, cum iis, qui ſimilem iniuriam acceperant, amiſſis omnibus fortunis, reditus tamen in patriam voluntate omnium concedi videretur; adiutor incolumitatis fui. is habet in Volaterrano poſſeſſionem, cum in eam tanquam e naufragio, reliquas contuliſſet. hoc autem tẽpore eum Cæſar in ſenatum legit: quem ordinem ille, iſta poſſeſſione amiſſa, tueri vix poteſt. grauiſſimum autem eſt, cum ſuperior factus ſit ordine, inferiorem eſſe fortuna minimeq; conuenit, ex eo agro, qui Cæſaris iuſſu diuidatur, eum moueri, qui Cæſaris beneficio ſenator ſit. ſed mihi minus libet multa de æquitate rei ſcribere: ne cauſa potius apud te valuiſſe videar, quàm gratia. Quamobrẽ te maiorem in modum rogo, vt C. Curtij rem meam putes eſſes: quidquid mea cauſa faceres, vt id C. Curtij cauſa cum feceris, meum exiſtimes. quod ille per me habuerit, id me habere abs te putato. hoc te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.*

* plus, quàm amicitia ſignificat.

captat beneuolentiã a modeſtia.

HV. AAR. NOn} Præfecerat Cæſar Valerium diuidundis agris Volaterranorũ: itaq; cum in ea regione haberet agrũ C. Curtius. qui temporibus Syllanis proſcriptus fuerat, & poſtea reſtitutus in patriã, a Cæſ. in ſenatum fuerat electus Cic. hac epiſtola nititur perſuadere honeſtiſſimis rationibus Valerio, agrum Curtij non eſſe dandum aliis: quia licet illa diuiſio agrorum fiat iuſſu, Cæſaris; non tñ deceat eum moueri ex agro ſuo eius iuſſu, cuius beneficio ſit factus ſenator: id.n. non eſſe veriſſimile placere Cæſari. ſed qm negotium diuidendi agros a Cæſ ei mandatum fuerat, Cicero in principio epiſtolæ oſtendit ſe nihil petiturum contra honeſtatem, aut fidem ipſius Valerii, vt ex rationibus in epiſtola poſitis probat {Ob eam cauſam} quòd noſtra amicitia ſit nota multis. {Pro tua fide} fideliter, vt debes. {Rem magnam} diuiſionem agrorum. {Ambitione} volens oſtendere me plurimum poſſe apud te. Iniuſtiſſima calamitate} quia proſcriptus fuit. {Incolumitatis} reſtitutionis. {Volaterrano} ſ. agro. {Reliquias} quidquid potuit ex bello Syllano eripere & ſeruare. {Tanquam e naufragio} translatio {Ordinẽ} ſenatorium. {Tueri} ſuſtentare, quia non poteſt viuere, vt ſenator. {Grauiſſimum} peſſimum. {Superior ordine} i. auctus dignitate. {Inferiorem fortuna} pauperiorem, quia aucta dignitate debeat etiam augeri fortunæ, vt poſſit honeſte ſeruari ipſa dignitas, {Minime conuenit} non decet, nec honeſtum eſt. {Moueri} remoueri. {De æquitate rei} .i de iuſtitia, quæ vult vt non mouearur ex agro ſuo. {Ne cauſa}.i. ne videar optinuiſſe a te hanc rem potius, quia non potueris aliter facere iuſtitia ita volente, q̃ quod volueris mihi morem gerere. {Cauſa} iuſtitiæ cauſæ. {Gratia} vt mihi gratificeris. {Per me}.i. opera mea.

ASCEN. NOn moleſte, &c.} Præfecerat Cæſar Valerium diuidundis agris Volaterranorum: itaq; cum in ea regione C. Curtius haberet agrum, nititur Cic. perſuadere, honeſtiſſimis rationibus eidem Valerio agrum illum Curtij non eſſe dandum aliis: qđ in principio proteſtatur equũ & honeſtum. Ordo eſt Ego non fero moleſte eam neceſſitudinẽ, quæ mihi tecum eſt notam eſſe quamplurimis. neq; tñ impedio te ob eam cauſam. i. pp neceſſitudinem noſtram, qđ tu potes exiſtimare. i. iudicare optime quia optime ſcis, quo minus poſſis gerere negotium ſuſceptum pro tua fide, & diligentia ex voluntate Cæſaris, qui commiſit tibi rem magnam & difficilem. Nam cum multi petant a me multa, q. i. quia non dubitent de volun-

tate

tate.i.beneuolentia tua erga me,non committo i.non patior vt conturbem ambitione.i.importuna petitione mea officium tuũ Ego sum vsus familiarissime ab ineunte ætate. C, Curtio. Ego &.i.simul dolui iniustissima calamitate eius.s. Curtij, temporis Syllani.i.quæ erat tempore Syllano, & sui adiutor incolumitatis i.salutis eius,cum.i.qñ reditus in patriam videretur concedi voluntate omnium iis,qui acceperant similem iniuriam,omnibus fortunis amissis.i.licet omnes fortunas amiserunt.tñ reditus &c. Aliter illud iõ redundat. Is.i.Curtius , habet possessionem in Volaterrano.s.agro , cum contulisset in eam.i possessionem reliquias.s.rerum suarum tanquam e naufragio.s.receptas, Autem.i sed,Cęsar elegit eum hoc tempore in senatum, quem ordinem.i.vt dicunt,statum. ille vix potest tueri.i seruare in victu & vestitu ista possessione amissa.i.si eam amiserit. Autem.i sed grauissimum i.molestissimum est.s.Curtio, cum factus sit superior.i.altior ordine.i statu,esse inferiorem.i minorem fortuna.i. rerum possessione: & minime conuenit eum,qui factus sit senator beneficio Cæsaris,moueri.i.pelli e x eo agro.i.eius agri possessione, qui diuidatur.s.militibus iussu Cæsaris . Sed libet mihi scribere minus multa de ęquitate rei p.s.quàm postulo,ne videar valuisse potius apud te causa.i propter æquitatem causæ, quàm gratia.Quamobrem ego rogo te in maiorem modum i.egregię ut putes rem i. negotium, aut possessionem Caij Curtij esse meam; vt quidquid tu faceres,causa mea.i.si res mea esset , cum feceris id causa Caij Curtij, existimes meum sup. esse. putato me habere abs te , quod ille habuerit per me.

PAVL. MANV.

TVeri vix potest} nemo enim senator esse poterat , nisi possideret o c c c millia. Suetonius in Augusto . nemo eques, nisi c c c c millia: nemo decurio , nisi centum millia, non modo stante repub verum & imperatorum ætate : quod Plinij minoris docet epistola.

ARG. Generatim omnes amicos Cuspij commendat , nominatim L. Iulium , & P. Cornelium .

CICERO S. D. Q. VALERIO Q.F. ORCAE LEGATO, PROPRAET. 6

*SI vales, bene est: ego quidem valeo. Credo te memoria tenere , me & coram P. Cuspio tecum locutum esse,cum te prosequerer *paludatum. & idem postea plurimis verbis tecum egisse, vt, quoscunq; tibi eius necessarios commẽdarem, haberes eos in numero meorum necessariorum . id tu pro tua summa erga me beneuolentia , perpetuaq; obseruantia mihi liberalissime, atque humanissime recepisti. Cuspius, homo in omnes suos officiosissimus , mirifice quosdam homines ex ista prouincia tuetur . & diligit: propterea quòd fuit in Africa bis, cum maximis * societatis negotijs praeesset .itaq; hoc eius officium,quod adhibet erga illos,ego mea facultate, & gratia soleo , quantum possum, adiuuare. quare Cuspianorum omnium commendationis causam hac tibi epistola exponendam putaui:reliquis epistolis, tantũ faciam, vt notam apponam eam, quæ mihi tecum conuenit , & simul significem de numero esse Cuspij amicorum . sed hanc commendationem, quam his literis consignare volui, scito esse omnium grauissimam . *nam P. Cuspius singulari studio contendit a me, vt tibi quamdiligentissime L. Iulium commendarem . eius ego studio vix videor mihi satis facere posse, si vtar verbis ijs , quibus , cum diligentissime quid agimus ; vti solemus . noua quaedam postulat ; & putat me eius generis artificium quoddam tenere. ei ego pollicitus sum , me ex intima nostra arte depromturum mirificum genus commendationis. id quando assequi non possum , tu re velim efficias , vt ille genere mearum literarum incredibili quodam perfectum arbitretur . id facies si omnes genus liberalitatis , quod & ab humanitate, & potestate tua proficisci poterit , non modo re , sed etiam verbis, vultu denique expresseris. quæ quantum in prouincia valeant , vellem *expertus esses . sed tamen suspicor ipsum hominem ; quem tibi commendo , per dignum esse tua amicitia : non solum, quia mihi Cuspius dicit, credo , tametsi id satis esse debebat ; sed quia noui eius iudicium in hominibus , & amicis diligendis . Harum literarum vis quanta fuerit , propediem iudicabo ; tibique , vt *confido , gratias agam . ego , quæ te velle , quæque ad te pertinere arbitrabor , omnia studiose , diligenterque curabo . Cura vt valeas .*

paludati ibant in prouincias.ep. 17.lib.15.

a promissis Valerij.

publicanorum. ep. 9. li. 1.

a studio suo.

a studio Cuspij.

ergo paulo ante Valerius in prouinciã peruenerat.

ab opinione sua.

P. Cornelius , qui tibi has literas reddidit , est mihi a P. Cuspio commendatus . cuius causa quantopere cuperem , deberemque , profecto ex me facile cognouisti . vehementer te rogo, vt cures, vt ex hac commendatione mihi Cuspius , quammaximas , quamprimum , quamsæpissime gratias agat .

HVBER.

CRedo} Miro quodam artificio vtitur Cicero in commendatione L. Iulij pro Cuspio amico suo,ita vt verbis suis quodammodo cogat Valerium præstare quod petit Postremo commendat etiam nomine Cuspij P. Cornelium,harum literarum latorem.{Recepisti} promisisti.{Ex prouincia ista} ex Africa , vbi nunc es proprætor.{Illos} homines illius prouinciæ. {Cuspianorum} amicorum Cuspij. {Notam} signum aliquod caorum modo.{Eam}.s.notam.{Quę conuenit mihi tecum} quam habemus inter nos ex conuentione vt solet fieri de zifris . {De promptetum} emissurum. {Quiddam} aliquid. {Potestate} quæ est tibi promissa a Cæs. {Expresseris} declaraueris.{Quæ} verba.{Vultu} pro amicis. {Suspicor} puto vel spero. vtrunque.n.significat. {Hominem} L. Iulium. {Mihi dicit}.s.illum Iulium esse dignum tua amicitia. {Satis} habere testimonium Cuspij . {Quanta fuerit vis} quantum valuerit. {P Cornelius} subiunget etiam commendationem pro latore harum literarum . {Cuius causa}.s.Cuspij. {Cognosti me} supra in epistola . {Quamsæpissime} propter multos eius amicos a te mea commendatione adiutos

ASCEN.

CRedo te, &c.} Miro quodam artificio vtitur Cic.in cõmendatione L. Iulij pro P.Cuspio amico suo ita vt verbis suis quodammodo cogat Valerium præstare qđ petit. Postremo commendat etiam nomine Cuspij Cornelium harũ tabellarium : sed diuersa putatur epistola. Ordo est.Credo te tenere memoria.i. non oblitũ esse,& i.simul locutũ esse tecum coram P. Cuspio , cum prosequerer te paludatum.i. ornatũ paludamento.i. veste imperiali proficiscentẽ in bellum comitarer,& i.simul egisse postea tecũ pluribus verbis,vt quoscũq; necessarios eius.s.P. Cuspij, cõmendarem tibi, vt haberes eos in numero necessariorum meorum.vt recepisti.i promisisti mihi id pro summa beneuolentia tua erga me, & perpetua obseruantia. Cuspius,homo officiosissimus in oẽs suos,tuetur,& diligit mirifice quosdam homines ex ista.s.tua Africana prouincia propterea q fuit bis in Africa, cum præesset maximis negotiis societatis.s.negotiatorum.Itaq; ego soleo adiuuare,quantum possum, mea facultate & gratia hoc officium eius,quod adhibetur erga illos.s.homines illius prouinciæ. Quare ego putaui causam commendationis omnium Cuspianorum.i necessariorum Cuspii, esse exponendam.i.declarandam tibi hac epistola. Ego faciam, vt apponam.i.ego apponam reliquis epistolis tñ eam notam.i. id signum quæ conuenit mihi tecum i.q̃ ex conuentione duximus apponendam, & significem simul esse de numero amicorũ Cuspij. Sed scito hanc commendationem , quam volui consignare his literis. (vt opinor, quædam notæ literarum erant appositæ, quas cum videret Valerius, sciret intimam esse cõmendationem) esse gratissimam omnium. Nam P. Cuspius contẽdit a me singulari studio,vt commendarem tibi q̃ diligentissime Luc. Iulium . Ergo ego vix videor mihi posse satisfacere studio .i fauori eius.s. Cuspij in Iulium, si vtar iis verbis quibus solemus vti,cum agimus quid diligentissime . ipse postulat quædam noua.s.verba, & putat me tenere.i.callere, quoddam artificium eius generis.s.nouorum verborum . Ego pollicitus sum ei , me depromturum.i.hausturum , mirificum genus cõmendationis ex intima arte nostra . Quando.i.quoniam,ego non possum assequi.i.attingere , id.s.commendationis genus , velim tute.i.vt tu ipse efficias,vt ille arbitretur quiddam.i.quid certi perfectum

incredibili

incredibili genere literarum mearum. Certe negando se posse assequi id mirifice assequitur. Tu facies, id si expresseris.i. significaueris omne genus liberalitatis, quod poterit proficisci ab humanitate, & potestate tua, non modo i. non solum te.i. effectu ipso, sed etiam verbis & deniq; vultu. Quæ.s. verba, & vultus beneuoli, velim expertus esses, quãtum valeant in prouincia.q.d. profuturũ amico si experiri volueris. Sed tñ suspicor ipsum hominem.s. Iulium, quem cõmendo tibi, esse perdignum amicitia tua, non solum credo quia Cuspius dicit, tametsi id debebat esse satis, sed quia noui iudicium eius.s. Cuspij in hominibus, & amicis deligendis.i. de multis legendis. Ego iudicabo propediem.i. statim, vbi Iulius rescripserit, quanta fuerit uis.i. potentia harum literarum, & agam tibi gratias vt confido.s. te promeriturum. Ego curabo omnia studiose & diligenter, quæ arbitrabor te velle & pertinere ad te. Cura vt valeas. P. Cornelius, &c. Hæc pars videtur superiori annectenda, quia hæc dicit. seorsum tñ scripta. Ordo est. P. Cornelius qui reddidit tibi has literas, commendatus est mihi a P. Cuspio, cuius.s. Cuspij quantopere cuperem & deberem causam, tu cognosti profecto ex me.s. per literas superiores. Ego rogo te vehementer, vt cures vt Cuspius agat mihi quamprimum.i. valde cito, q̃ sepissime.i. valde frequenter, quammaximas.i. valde magnas gratias.

ARG. Petit a Cluuio, ne vectigal, Atellano municipio impositum exigat, sed integram causam Cæsari conseruet.

CICERO S. D. C. CLVVIO. 7

vide ep. 56. h. l.



*VM, in Galliam proficiscens. pro nostra necessitudine, tuaq; summa in me obseruantia ad me domum venisses, locutus sum tecum de agro vectigali municipij Atellani, qui esset in Gallia; quantoq; opere eius municipij causa laborarem, tibi ostendi. post tuam autem profectionem, cum & maxima res municipij honestissimi, mihiq; coniunctissimi, & summum meum officium ageretur: pro tuo animo in me singulari existimaui me oportere ad te accuratius scribere. etsi non sum nescius. & quæ temporum ratio, & quæ tua potestas sit: tibique *negotium datum esse a C. Cæsare, non iudicium, præclare intelligo. quare a te tantum peto, quantum & te facere posse, & *libenter mea causa facturum esse arbitror, Et primum velim existimes, quod res est, municipij fortunas omnes in isto vectigali consistere; his autem temporibus hoc municipium, maximis *oneribus pressum summis affectum esse difficultatibus. hoc etsi commune videtur esse cum multis: tamen mihi crede singulares huic municipio calamitates accidisse: quas iccirco non cõmemorone, de miserijs meorum necessariorum conquerens, *homines, quos nolo, videar offendere. itaq; nisi magnam spem haberem, C. Cæsari nos causam municipij probaturos. nõ erat causa, cur a te hoc tempore aliquid contenderem. sed quia confido, mihiq; persuasi, illum & *dignitatis municipij, & æquitatis, & voluntatis etiam erga se habiturum esse rationem: ideo a te non dubitaui contendere, vt hanc causam illi integram conseruares. quod etsi nihilo minus a te peterem, si nihil audiuissem te tale fecisse: tamen maiorem spem impetrandi nactus sum, postea quam mihi dictum est, hoc idem a te Regienses impetrauisse. *qui etsi te aliqua necessitudine attingunt: tamen tuus amor in me sperare me cogit, te, quod tuis necessarijs tribueris, idem esse tributurum meis: præsertim cum ego pro his vnis petam, habeam autem, qui simili causa laborent, cõplures necessarios. Hoc me non sine causa facere, neque aliqua leui ambitione commotum a te contendere, etsi te existimare arbitror: tamen mihi affirmanti credas velim me huic municipio debere plurimũ; nullum vnquàm fuisse tempus neque *honorum, neque laborum meorum, in quo non huius municipij studium in me extiterit singulare. Quapropter a te etiam atq; etiam pro nostra summa cõiunctione, proq; tua in me perpetua, et maxima beneuolentia maiorem in modum peto, atque contendo. vt cum fortunas agi eius municipij intelligas, quod sit mihi necessitudine, officijs, beneuolentia coniunctissimum. id mihi des. quod erit huiusmodi, vt, si a Cæsare, quod speramus, impetrauerimus, tuo beneficio nos id consecutos esse iudicemus; sin minus, pro eo tamen id habeamus: quando a te data sit *opera, vt impetraremus. hoc cum mihi gratissimum feceris: tum viros optimos, homines honestissimos, eosdemque gratissimos, & tua necessitudine dignissimos, summo beneficio in perpetuum tibi, tuisque deuinxeris. Vale.*

exigendi vectalia.

ep. 2. h. l.

a Cæsare dominante impositis.

Cæsarem designat.

aduerte ad cõmendationem tria sumit, dignitatem eius, qui cõmendatur vel æquitatem; studium erga illum, cui cõmendatur.

ab exẽplo.

a modestia. sup.

& supra. honores, & labores antiteria posuit, ep. 4. h. l.

vt volũtas pro re sit.

HVBAR.

CVm} Ager Atellanus vectigalis erat: cumq; exigendis vectigalibus ex omnibus municipiis, quæ in Gallia Cisalpina erant, Cluuius præpositus fuisset a Cæs. & Atellani valde essent oppressi angustiis rei pecuniariæ, cum essent magna necessitudine Ciceroni coniuncti; eos Cicero diligentissime cõmendat Cluuio, vt licet a Cæs. sibi sit perscriptũ quid sit agendum, tñ reseruet rem Atellanorum integram, ne exigat ab eis vectigalia, donec a Cæs. ei mandatum fuerit: sperat e.n. se impetraturum a Cæs. vt eis condonet illa vectigalia quod si impetrarit, dicit se maximas gratias habiturum ipsi Cluuio; existimaturumq; se eius beneficio id impetrasse, si Atellanorum rem integram reseruauerit. quod eum facere debere probat: quod idẽ Regiensibus fecisse dr. } In Galliam} Cisalpinam. } Vectigali} tributario, reddente vectigalia. } Atellani} Atella vrbs est Cãpaniæ mediterranea, vt scribit Ptolemæus. } Profectionem} discessum. } Res} vtilitas. } Accuratius} diligentius, q̃ locutus essem coram. } Negotium} exigendi vectigalia. } Non iudicium} discernendi vtrum debeat soluere an non. } Facere posse} sine offensione Cæs. } Difficultatibus} angustiis rei pecuniariæ. } Singulares} præcipuas maiores, q̃ aliis. } Homines quos nolo} qui sunt causa talium miseriarum. significat aũt præcipuæ Cæsarẽ. } Probaturos} demonstraturos honestam & iustam. } Non erat causa}. quia frustra a te peterem, si ille non esset persuasus eos habere iustam causam. } Integram} nouam, vt de ea nihil facias. } Regiẽses} municipes Regij ciuitatis. } Meis} Atellanis. } Pro his vnis} pro his solis. } Complures} pro quibus possem etiam petere, & tñ non peto, vt intelligas hos esse mihi multo cõiunctiores. } Agi fortunas} .i. in eo consistere fortunas municipij. } Tuo ben.} tua gratia. } Sin minus} .i. si non impetrauerimus. } Tñ habeamus id pro eo} .i. existimemus id pro impetrato causa tua, quia dederis operam vt impetrarem. } Deuinxeris} obligaueris.

ASCEN.

CVm in Galliam} Ager Atellanus vectigalis erat vectigalibus aũt omnibus in Gallia Cisalpina Cluuius præpositus a Cæs. erat: vnde cum Atellani valde essent oppressi penuria pecuniæ, eos Cicero diligenter cõmendat dicto Cluuio. Ordo est. Cum tu proficiscens in Galliam venisses ad me domum meã pro necessitudine.i. necessaria, si officio fungi volumus, in amicitia coniunctione nostra, & summa obseruãtia tua in me, locutus sum tecum de agro vectigali municipij.i. oppidi municipalis, Atellani.i. debenti vectigal Atellanis, qui.s. ager esset in Gallia, & ostendit tibi quantopere laborarem.i. solicitarer & in labore essem causa eius municipij. Aũt i. sed cũ post tuam profectionem, &.i. simul res maxima municipij.s. Atellani honestissimi, & coniunctissimi mihi, & summum officium meum ageretur.i. versaretur in ambiguo: existimaui oportere me scribere ad te accuratius.i. multum accurate & diligenter pro animo tuo singulari in me. Etsi.i. q̃q̃, non sum nescius.i. bene scio, & quæ ratio & quæ potestas sit temporum, & intelligo præclare negotium datum tibi a C. Cæsare, non iudicium.s. libere iudicandi potestatem. Quare ego peto a te tm, quantum arbitror te posse facere, & facturum esse libẽter causa mei. Et primũ velim sup. vt existimes sup. id qđ res est.i. sicut est oẽs fortunas.i. facultates municipij consistere in isto vectigali: autẽ.i. sed existimes, hoc municipium pressum maximis oneribus affectum esse maximis difficultatibus. Etsi.i. q̃q̃ hoc s. affectum sic esse videtur esse cõe.s. Atellanis, cum multis.s. aliis ciuibus: tñ crede mihi singulares calamitates accidisse huic municipio, quas non cõmemoro iccirco, ne conquerens de miseriis necessariorum meorum videar offendere homines, quos nolo s. offendere. hoc est Cæsarianos. Itaq; nisi haberem magnam spem nos probaturos.i. q.

simus

ſimus probaturi C. Cæſari cauſam municipii, ſup iuſtam eſſe, non erat cauſa cur contenderem i.cum contentione peterē aliquid a te, hoc tempore.ſ.turbulento Sed quia cōfido, & perſuaſi mihi.i.induxi in animū vt crederem, illum.ſ. C. Cæſ habiturum eſſe rationem.i.reſpectum pium & conſideratione͂, &.i.ſimul dignitatis municipii quod olim floruit, & æquitatis.ſ.cauſæ, & etiā voluntatis.i.beneuolentiæ ſtudii erga ſe.ideo non dubitaui contendere.i. animoſe petere a te vt conſeruares hanc cauſam illi.ſ. Cæſ.integram.i.intactam iuditio tuo, ꝙ facilius datur venia, vbi nihil actum eſt de cauſa, q̄ reuocaretur, quod a iudice delegato. licet durius iam iudicatum eſt quod etſi peterem a te nihilominus, ſi audiuiſſem te nihil tale feciſſe. tñ nactus maiorē ſpem impetrandi poſtea q̄ dictum eſt mihi Regienſes impetraviſſe a te, hnc idem.ſ.reſeruationem cognitionis cauſæ ad Cæſarem.qui.ſ. Regiēſes, etſi.i q̄q̄ atringunt te aliqua neceſſitudine.tñ a mortuus in me cogit, quod plus eſt q̄ facit, me ſperare te tributurum eſſe idem neceſſariis meis, quod tribueris neceſſariis tuis præſertim cum ego petam pro his vnis ſ.ſolis. Antem.i.ſed cum ſup. habeam complures.ſ.alios neceſſarios qui laborent.i.in periculo diuerſentur, ſimili cauſa. Ego etſi arbitror te exiſtimare.i. iudicare me facere hæc non ſine cauſa, neq; contendere.i.inſtanter petere a te cōmotum aliqua ambitione.i.cupiditate, gloriæ leui.i modica.tñ velim, ſup.vt credas mihi affirmanti me debere plurimū huic municipio, & nullum tempus fuiſſe vnq̄ neq; honorum.i.cū adirem honores, aut cum accumularentur mihi honores, vt in conſulatu & reductione, neq; laborum meorum.i. cum afficerer laboribus, aut exilii & periculorum in bello ciuili, in quo.ſ.tpe ſtudium huius municipii.ſ. Atellani, non extiterit .i.apparuerit ſingulare i. egregium, quia ſingularia.i.vnica fere egregia ſunt in.i erga me. Quapp ego peto atq; contādo.i.inſtāter exigo a te in maiorem modū, etiam atq; ēt.i.iterum, atq; iterum pro ſumma cōiunctione noſtra, & pro perpetua & maxima beneuolentia tua in me, vt, cū intelligas fortunas eius municipii qđ ſit mihi coniunctiſſimum.neceſſitudine, officiis, beneuolentia.agi.i.in periculo uerſari, vt des.i concedas mihi id.qđ erit huiuſmodi, vt ſi impetrauerimus a Cęſare qđ ſperamus. iudicemus, nos conſecutos eſſe id beneficio tuo; ſin.i.ſed ſi minus.i nō impetrauerimus a Cęſ tñ habeamus.i.reputemus id ꝓ eo.i.tāq̄ ſit tuo beneficio impetratum; qñ.i.cum opera data ſit a te vt impetraremus. Cum.ſ.ita ſit ꝙ feceris mihi hoc gratiſſimum, tum .i.multo magis, deinde etiā tibi & tuis in perpetuū ſummo beneficio i.tuo, qđ firmiſſimū eſt vinculum, viros optimos, homines honeſtiſſimos, & eoſdem gratiſſ.& digniſſ.tua neceſſitudine.i.quibuſcum neceſſitudine contra has, hoc eſt.ciues Atellanos.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petit a Rutilio, ne Albinij agrum, olim a Cæſare per Laberium emptum militibus diuidat; idque rogatione Sextij facere ſe dicit.

CICERO S. D. M. RVTILIO. 8

*CVM & mihi conſcius eſſem, quanti te facerem: & tuam erga me beneuolentiam expertus eſſem: non dubitaui a te petere, quod mihi petendum eſſet. P. *Sextium quanti faciam, ipſe optime ſcio, quanti autem facere debeam, & tu & omne homines ſciunt. is cum ex alijs te mei ſtudioſiſſimum eſſe cognoſceret, petiuit a me, ut ad te quam accuratiſſime ſcriberem de re C. Albini ſenatoris: cuius ex filia natus eſt. L. Sextius, optimus adoleſcens, filius P. Sextij. Hoc iccirco ſcripſi, vt intelligeres non ſolum me pro P. Sextio laborare debere, ſed Sextium etiam pro Albino. res autem hæc eſt. A M. Laberio C. Albinus prædia in *æſtimationem accepit: quæ prædia Laberius emerat a Cæſare de bonis Plotianis. ea ſi dicam non eſſe e rep. diuidi, docere te videar, non rogare. ſed tamen, cum Cæſar Syllanas venditiones, & aſſignationes *ratas eſſe velit, quo firmiores exiſtimentur ſuæ: ſi ea prædia diuidentur, quæ ipſe Cæſar vendidit, quę tandem in eius venditionibus eſſe poterit auctoritas? ſed hoc quale ſit, tu pro tua prudentia conſiderabis. Ego te Plane rogo, atque ita, vt maiore ſtudio, iuſtiore de cauſa, magis ex animo rogare nihil poſſim, ut Albino parcas, prædia Laberiana ne attingas. magna me affeceris non modo lætitia, ſed etiam quodam modo gloria, ſi P. Sextius homini maxime neceſſario per me ſatisfecerit. cū ego illi plurimum debeam. quod vt facias, te vehementer etiam atque etiam rogo. maius mihi dare beneficium nullum potes. id mihi intelliges eſſe gratiſſimum. Vale.*

qui tribunus pl. Ciceronem ab exilio reduxit. apparet in oratione pro Sexti.

.i. ex lege Cæſaris de æſtimatione. l. 3. cō ment. de bel. c. cum tamen Syllanam ſectam oderit.

CVm, & mihi} Rogatione P. Sextij Cicero cōmendat P. Rutilio C. Albini ſenatoris cauſam de quibuſdam prædiis, quæ olim fuerant, vt in ipſa epiſtola exponitur, Laberii: rogatq; vt ea prædia non attingat diuidenda, cum a Cæſare eſſet præpoſitus huic negotio diuidendorum agrorum exponit autē cauſas grauiſſimas, & quare ipſe debeat pro P. Sextio laborare, & quare P. Sextius pro Albino. {Petendum eſſet} propter honeſtatem. {Facere debeam} pp eius in me merita nā Ciceroni plurimum fauit vt ab exilio reuocaretur & cōtra Clodium. Hæc autem plenius, exponuntur in elegātiſſima oratione pro P. Sextio, quæ incipit. Siquis antea indices mirabatur, &c. {Cuius ex familia} nam P. Sextius, pro quo extat illa oratio, vt Cicero in ea teſtatur, habuit vxorem filiam Albini, qua mortua duxit vxorem C. Scipionis filiam, & licet mors filiæ ſoceri nomē Albino ademerit, caritatem tamē illius neceſſitudinis & bēneuolentiam non ademit. {In æſtimationem} in ſolutionem, ſecundum æſtimationem. {De bonis Plotianis} quæ olim fuerant Plotii, cuius bona Cæſar fiſco addixit. {Prædia} poſſeſſiones. {Laberius} eques Romanus. NVBRA.

CVm, &c.} Rogatus a P. Sextio comendat Cic. P. Rutilio cauſam C. Albini de quibuſdam prędiis, quæ quondam fuerant Laberii: rogatq;, vt prædia non attingat diuidenda, licet diuidundis agris eſſet præpoſitus. Ordo eſt. Cum, &.i.ſimul, ego eſſem conſcius mihi, quanti facerem .i.æſtimarem te, & expertus eſſem beneuolentiam tuam erga me, non dubitaui.i non ſum veritus petere a te, quod petendū eſſet.i. quod decuit peti, mihi.i.per me. Ipſe.i.egomet ſcio optime.ſ.hominum, qui ſecreta cordium ſcrutari nequeant, quanti faciam.i.ęſtimem Publium Seſtium. Autem.i.ſed, & tu & omnes homines ſciunt. quæ locutio zeugmatica eſt nam per conceptionem diceret, ſcitis, quanti debeam facere.ſ.enim. Is.ſ.Seſtius, cum cognoſceret te ex aliis ſtudioſiſſimum mei, petiuit a me vt ſcriberē ad te q̄ accuratiſſime de re Caii Albini ſenatoris, ex cuius familia natus eſt Lucius Seſtius, optimus adoleſcens, filius P. Seſtii. Ego ſcripſi hoc iccirco ut intelligeres me non ſolum debere laborare Pro Seſtio, ſed Seſtium etiam debere laborare pro Albino. Res autem.ſ.de qua deliberandum eſt, eſt hęc .i.huiuſmodi. Caius, Albinus accepit a M. Laberio prædia in æſtimationem.i. ad perſoluendam quanti æſtimarentur: quæ prædia Laberius emerat a Cæſa. de bonis Plotianis .ſ. quæ fuerant Plotii priuſquam ea Cæſar fiſco adiiceret. ſi ego dicam nō eſſe ē reipub.i.vtile reipub. ea diuidi.ſ.militibus Cęſaris, quæ ſemel a Cæſare data ſunt, ego videar docere te, non rogare. Sed tñ cum Cęſar velit venditiones & aſſignationes Syllanas.i. quas Sylla, perpetuus dictator factus, fecerat, eſſe ratas.i. firmas & approbatas, quò.i. vt ſuę.ſ.venditiones & aſſignationes exiſtimentur.i.iudicentur firmiores: ſi ipſa prędia, quæ ipſe Cęſ.vendidit, diuidentur, quę tandem auctoritas poterit eſſe in venditionibus eius? Quaſi dicat nulla. Sed tu conſiderabis pro prudentia tua i. ſecundum prudentiam tuam, quale hoc ſit.i.quantę efficaciæ ſit hoc argumentum. Ego rogo te plane.i.omnino, atque ita ſup. rogo, vt nihil poſſim rogare maiore ſtudio, de cauſa iuſtiore ſup. & magis ex animo, vt parcas Albino, ne attingas.ſ.in diuidendo, prædia Laberiana.i.a Laberio empta. Tu affeceris me magna non modo lętitia, ſed etiam quodammodo gloria, ſi P. Seſtius ſatisfecerit per me homini maxime neceſſario, vt ego debeam plurimum illi vni. Quod ut facias, ego rogo te vehementer etiam atque etiam. Tu nullum.i non vllum non potes dare mihi ullum beneficium maius. & ſupple tu intelliges id beneficium eſſe gratiſſimum mihi. ASCAN.

CVius ex filia} Antea, cuius ex familia, in omnibus impreſſis legebatur. nos aliquot abhinc annis, filia, correximus, ex oratione pro P. Sextio, in qua, C. Albini filiam P. Sextio nupſiſſe, traditur. PAVL. MANV.

ARG. Bithynicam publicanorum ſocietatem, nominatimq; C. Pupium commendat.

CICERO S. D. CRASSIPEDI. 9

forte hic est Crassipes, secundus Ciceronis gener de quo ep. 7. lib. 1.



*Vanquam tibi præsens commendaui, vt potui diligentissime, socios Bithyniæ, ; teq; cum mea commendatione, tum etiam sponte intellexi cupere ei societati, quibuscunque rebus posses commendare, tamen, cum ij, quorum res agitur, magni sua interesse arbitrarentur. me etiam per literas declarare tibi, qua essem erga ipsos voluntate, non dubitaui hæc ad te scribere. Volo.n.te existimare, me, cum vniuerso ordini publicanorum multum semper libentissime tribuerim, idque pro magnis eius ordinis erga me meritis facere debuerim, tum in primis amicum esse huic * Bithynicæ societati; quæ societas ordine ipso, hominum genere pars est maxima ciuitatis. constat.n. ex ceteris societatibus: & casu permulti sunt in ea societate valde mihi familiares, in primisq; is, cuius præcipuũ officium agitur hoc tempore, P. Rupilius P. F. Men. qui est magister in ea societate. Quæ cum ita sint maiorem in modum a te peto, Cn. Pupium, qui est in operis eius socitatis, omnibus tuis officijs, atq; omni liberalitate tueare, curesq; vt eius * operæ, quod tibi facile factu est quã gratissimæ sint socijs, remq; & vtilitatem sociorum (cuius rei quantam potestatem quæstor habeat, non sum ignarus) per te quammaxime defensam, & auctam velis. id cum mihi gratissimum feceris: tum illud tibi, expertus, promitto, & spondeo, te socios Bithyniæ, si ijs commodaris, memores esse, & gratos cogniturum. Vale.*

ep. 6. h. 1. erant multæ publicanorum societates: ex quibus omnibus Bythinica constabat.

ij, qui operam nauabant societati.

HVBER.

Q Vanquam } Publicani, exigentes vectigalia, habebant inter se societates in prouinciis: cum igitur Crassipes qui & Piso dictus est, gener Ciceronis, quæstor esset in Bithynia commendat ei Cicero societatem publicanorum Bithyniæ, quam ex magnis & honestis ciuibus Rom. constare dicit, in eaq; esse multos sibi familiarissimos, præcipue P. Rupilium, qui in ea societate magister erat. } Socios Bithyniæ }. i. qui in Bithynia habebant societatem. } Cõmendare } cõmodũ facere, vt sæpius exposuimus } Ij } publicani. } Res } negotium, vtilitas. } Sua interesse } vtile sibi esse. } Ordine ipso } qui est valde vtilis reip. & magnus. } Hominum genere } quia multi sunt claro loco nati. } Magister } rector. est aũt nomen officij inter ipsos publicanos. sicut nũc appellant priorem, & talibus quibusdam vocabulis. } In operis } ablatiuus est. i. qui gerit negotia ipsius societatis. } Non sum ignarus } quia quæstores, quorũ est colligere vectigalia. P. R. pñt multũ fauere, & prodesse publicanis. } Et gratos } allicit eum ad illorum fauorem spe præmij.

ASCEN.


Q Vanquam, &c. } Publicani exigentes vectigalia habebant inter se societatẽ in prouinciis, Cum igitur Crassipes, qui Piso dictus est, gener Cic. quæstor, esset in Bithynia, commendat ei Cicero societatem publicanorum Bithyniæ, docens eam constare ex præclaris ciuibus R. sibiq; coniunctissimis. Ordo est. Quanq̃ præsens. i. cum essem præsens commmendaui tibi diligentissime vt potui, socios Bithyniæ. i. mercaturę in Bithynia, & intellexi te cum. s. ita sit ꝙ commendatione mea. s. ꝑ cõmendationem meã, tum. i. multo magis etiam tua sponte. i. propria natura, cupere commodare. i. cõmodum facere & prodesse, ei societati quibuscũq; rebus posses tñ cum ij, quorum res agitur, arbitrarentur interesse. i. in re & vtilitate sua esse, magni. i. magnopere, me declarare tibi etiam per literas, qua voluntate essem erga ipsos, non dubitaui scribere ad te hoc. s. qua voluntate in eos sim. Volo. n. te existimare. i. iudicare & sentire, me cum tribuerim. i. concesserim & indulserim semper libentissime vniuerso ordini. i. statui, & vt dñt collegio publicanorum. i. publicorum vectigalium redemptorũ, qui simul negotiatores erant. nã pecuniã, q̃ in prouinciis acceperat, mercibus commutabant, pro quibus alteram Romæ recipiebãt. & debuerim facere id pro magnis meritis ordinis. i. totius collegij erga me, quia cũ exularet, ab illis pecuniam mutuatus era, tũ volo te existimare me esse in primis. i. præcipue amicum huic societati Bithyniæ: quæ societas est, ipso ordine & genere hominum maxima pars ciuitatis. s. Romanæ. constat enim ex ceteris societatibus & casu. i. a casu, multi sunt in ea societate valde familiares mihi. Et in primis P. Rupilius filius Publii, qui est magister. i. est primarius in ea societate, cuius. s. Rupilii, officium pręcipuum agitur hoc tempore. Quæ cum ita sint peto a te in maiorem modum. i. obnixe & non vulgariter sup. vt tueare omnibus officiis tuis atque omni liberalitate Cn. Pupium, qui est in operis. i. industriis & laboribus aut familiaribus eius societatis Est. n. operis ablatiuis casus ab operæ operarum, &c. & cures vt operæ. i. labores & industriæ eius, quod est tibi facile factu. i. vt fiat a te, sint gratissimæ. i. vtilissimæ & acceptissimæ sociis, & velis rem & vtilitatem sociorum, cuius rei quantã potestatẽ quæstor habeat. s. in prouincia, non sum ignarus, sup. esse defensam & auctam per te, quammaxime. Cum scilicet, ita sit quòd tu feceris id gratissimum mihi, tum ego expertus promitto tibi illud spondeo te cogniturum socios Bithyniæ esse memores, & gratos, si commodaris. i. commodum feceris, iis, id est, eis.

PAVL. MANV.

R Vpilius P. F. Men. } mallem, Rupulius P. F. An. vt Aniensis tribus significetur. nam Vincentii Riccii liber antiquus habet, Rupilius P. Fannius. cuius vitii fuit hæc origo, quòd, cum scriptum esset, P. F. An. imperiti, veteres notas non intelligentes, scripserunt, P. Fanius. quod si retinetur, Men. de Menenia tribu erit intelligendum de qua diximus in scholiis lib. 8.

A A G. M. Terentium Varronem quæstorem (cuius hodie libri extant de re rustica, & de lingua latina) M. Bruto commendat, quem Cæsar Galliæ præfecerat. epist. 6. lib. 6. & in Oratore.

CICERO S. D. M. BRVTO. 10



*Vm ad te tuus quæstor M. Varro proficisceretur, commendatione egere eum non putabam. satis enim commendatum tibi eũ arbitrabar ab ipso more maiorum: qui, vt te non fugit, hanc quæsturæ coniunctionẽ * liberorũ necessitudini proximam voluit esse. sed, cum sibi ita persuasisset ipse, meas de se accurate scriptas literas maximum apud te pondus habituras, a meq; contenderet, vt quamdiligentissime scriberem: malui facere quod meus familiaris tanti sua interesse arbitraretur. vt igitur debere me facere hoc intelligas; * cum primũ M. Terentius in forum venit, ad amicitiam se meam contulit deinde, vt se corroborauit, duæ causæ accesserunt, quæ meam in illum beneuolentiam augerent: vna, quòd versabatur in hoc studio nostro. quo etiam nunc maxime delectamur, & cum ingenio, vt nosti, nec sine industria: deinde, quòd maturæ se * contulit in societates publicanorum: quod quidem nollem. maximis enim damnis affectus est. sed tamen causa communis ordinis mihi commendatissimi fecit amicitiam nostram firmiorem. deinde versatus in * vtriusq; subsellis optima & fide, & fama, iam ante hanc commutationem reip. petitioni sese dedit, honoremq; honestissimum existimauit fructum laboris sui. his autem temporibus a me Brundisio cum literis, & mandatis profectus est ad Cæsarem. qua in re & amorem eius in suscipendo negotio perspexi, & fidem in conficiendo, ac renuntiando. Videor mihi, cum separatim de probitatim de probitate eius, & moribus dicturus fuissem, si prius causam, cur eum tantopere diligerem, tibi exposuissem, in ipsa causa exponenda satis etiam de probitate dixisse. sed tamen separatim promitto, in meq; recipio, fore eum tibi & voluptati, & vsui. nam & modestum hominem cognosces, & prudentem, & * cupiditate omni remotissimum, præterea magni laboris, summæq; industriæ. neq; ego hæc polliceri debeo, quæ tibi ipsi, cum bene cognoueris iudicanda sunt: sed tamen IN omnibus nouis coniunctionibus interest, qualis primus aditus sit, & qua commendationi quasi amitiæ fores aperiantur. quod ego his literis efficere volui: etsi id ipsa per se necessitudo quæsturæ effecisse*

vide ep. 16. h. 1. in orat. pro Plancio & in Diuinatione.

cum primũ causas agere cœpit. ep 17. h. l.

vt particeps esset publicanorum cõductionum.

& patronus fuit. & iudex. vide orat. pro Roscio Amerino.

hoc spectat in eos, qui in prouinciis pecunia contra leges capiebant.

effecisse debet: sed tamen nihilo infirmius illud, hoc addito, Cura igitur, si me tanti facis, quanti & Varro existimat, & ipse sentio, vt quamprimum intelligam, hanc meam commendationem tantum illi vtilitatis attulisse, quantum & ipse sperarit, nec ego dubitarim. Vale.

HVBER. CVm a te} Profecturus M. Terentius Varro in Galliam quæstor Bruti, qui ei præerat, quia sciebat, quanti interesset habere primos aditus fauorabiles apud prætorem Curauit habere Ciceronis commendationem: quem apud Brutum multum valere sciebat. itaq; Cicero hac epistola eum ita commendat Bruto, vt, expositis multis maximis causis, probet illum dignum commendatione sua, & beneuolentia, atq; coniunctione Bruti. {More} consuetudine, instituto. {Qui} mors. {Proximam} id est, secundam post coniunctione filiorum, i. essent post filios carissimi. {Vt igitur} exponit causas, quibus ad eum commendandam impulsus sit. {M Terentius} sic.n. appellabatur M. Terentius Varro de eius genere, qui aduersus Hannibalem apud Cannas infeliciter demicauit. {In forum} ad agendas causas {Vt} postquam. {Corroborauit} s. amicitia. {Studio literarum & philosophiæ. {Industria} honesto & solerti labore. {Publicanorum} qui mihi sunt amicissimi. {Quod nollem} s. vt se contulisset in ordinem publicanorũ. [Vtriusq; subselliis} s. fori, & curiæ: vel subselliis fori & publicanorũ. i. versatus in vtraq; causa, vel in vtroq; officio. nam ponitur interdũ locus, vel sedes pro officio. sum. n. subsellia, vt voluit Asconius, sedes tribunorum, triumuirorum, quæstorum, & huiusmodi minora iudicia exercentium, qui non in sellis curulibus, nec tribunalibus, sed in subselliis sedebant de subselliis diximus in alio loco. {Renunciando} quæ cum Cæs. egisset. {Videor} ordo est: videor mihi in ipsa causa exponenda satis dixisse de probitate eius & moribus, cũ fuissem dicturus separatim de probitate eius & moribus. si prius exposuissem tibi causam, cur eum tantopere diligerem. {Vsui} vtilitati. {Nam & modestum} dicit eum præditum iis virtutibus, quæ maxime solent magistratus ornare. {Modestum} nulli deditum turpitudini {Remotissimũ ab omni cupiditate} i. nullis auaritiæ stimulis obnoxium. Iuuen. Pone iræ fræna, modumq; Pone & auaritiæ. {Magni laboris} i. laboriosum. s. cognosces hominem. {Iudicanda} cum bene cognoris. i. iudicanda postquam eum expertus fueris. {Qualis} an gratus & cum fauore, an aliter. quia raro accidit, vt qui primo fuerit ingratus, postea fiat gratus: & contra. {Quasi fores} trãslatio a domo. principium. n. amicitiæ fores appellauit, quasi domus. {Quod} vt fores amicitiæ tuę aperiãtur M. Varroni. {Sed tñ nihilo infirmius illud, hoc addito} i. illud quod debuerat fecisse necessitudo quæsturæ, non est diminutum & factum infirmius, addita mea commendatione. {Sentio} i. mihi persuadeo.

ASCEN. CVm ad. &c.} M. Terentius Varro profecturus in Galliã quæstor Bruti, quia sciebat, quanti esset habere primos aditus ad prætorem commendatos, curauit habere Cic. commendationem, quem ad Brutum plurimum valere sciebat. quocirca eum Cicero Bruto hac epistola commendat, docens se id non ab re facere. Ordo est. Cum M. Varro quęstor i conquisitor & receptor pecuniæ in stipendium, & onera militiæ expendendæ, tuus i. publico nomine tibi assignatus, proficisceretur ad te, non putabam eum egere cõmendatione. arbitrabar. n. eum satis commendatum tibi ab ipso more. i. instituto maiorum. i. priscorum Romanorum. qui. s. mos antiquorum voluit, vt non fugit te i. vt bene scis, hanc coniunctionem quæsturæ. i. ex eo, q̃ quispiam alterius quæstor fuerit, contractam, esse proximam necessitudini. i. necessariæ coniunctioni liberorum. i. prolis legitimæ. Sed cũ ipse. s. Varro, persuasisset sibi ita meas literas scriptas accurate de se, habituras maximum pondus. i. plurimum valituras ad sui commendationem apud te, & contenderet. i. obnixe peteret a me, vt scriberem q̃ diligentissime: malui facere sup. id quod necessarius meus. s. Varro arbitraretur interesse. i. in re esse sua tanti i. tantopere. Igitur vt intelligas me debere facere hoc. s. quod ille contendit; cum M. Terent. scilicet Varro venit primum in forum. s. iudiciale dicturus causas pro altero, ipse contulit se ad amicitiam meam. deinde vt. i. postq̃ ipse corroborauit. i. confirmauit se per notitiam & experientiam factus potentior, duæ causæ accesserunt, i. additæ sunt, quæ auxerunt beneuolentiam meam in illum: vna q̃ versabatur in hoc studio nostro. s. philosophico quo delectamur maxime etiã nũc i. adhuc, &. i. etiam cum ingenio, vt nosti, nec. i. & non sine industria. i. cum industria, hoc est ingeniũ & industria complectibus: deinde q̃ s. Varro, contulit se mature, i. cito in societates publicanorum, i. qui publica vectigalia redimunt & portoria conducunt quod quidem nollem. i. vellem eum non fecisse. vbi negatio nõ agit in verbum, sed in adiectum est. n. affectus maximis damnis. sed tamen communis i. cum esset communis societa ordinis. s. publicanorum, coniunctissimi mihi mallem tamen legere communio i commercium ordinis coniunctissimi mihi. fecit amicitiã nostram firmiorem. Deinde versatus. s. agens in vtriusque subselliis. s. causidicorum & publicanorum optima & fide & fama. i. habens optimam fidem & famam de fide. i. fidelitate, ipse dedit, i. adduxit se petitioni. i. supplicationibus faciendis, aut requestis, vt Galli dicunt. pro aliis, iam ante hanc commutationem reip. i. priusquam resp. per te liberata esset a tyrãnide Cæsaris, & existimauit fructum laboris sui. i. quem ex labore suo assequeretur. honestissimum sup. esse, Autem i. sed ipse profectus est biduo diebus Brundisio ad Cæsarem. s. Octauium cum mandatis a me. s. acceptis. in qua re ego perspexi. i. euidenter, cognoui aut animaduerti, & amorem eius. s. in me, in suscipiendo negotio. i. eo q̃ suscepit negotiũ tam libenter, & fidẽ. i. fidelitatem in conficiendo i transigẽdo, expediendo, & renunciando. i. reportando responso. Quia multi multi libenter suscipere videntur, sed susceptum negligunt: alii etiam susceptum munus conficiunt diligenter, sed renunciando negligentes sunt. vbi sciemus renunciare proprie esse nutum reportare, & re significare quod nunciatum est. His præmissis commendationem ipsam aggreditur, præmittens tñ non impertinenter, cur superiora prælocutus sit. Videor mihi, cum fuissem dicturus separatim. i. diuisim de probitate eius. s. Varronis, & de moribus si exposuissem tibi causam, cur diligerem eum tantopere, dixisse etiam satis de probitate. s. eius in ipsa causa exponendo causam amoris, quæ in probitate eius fundatur. sed tñ ego promitto separatim, & recipio in me. s. onus præstans, hoc est spondeo pro Varrone, eum fore, id est futurum tibi, & voluptati & vsui. i. vtilitati. Nam tu cognosces sup. eum hominem & modestum & prudentem & remotissimum è cupiditate omni, præterea magni laboris summæ industriæ. i. grauitatis & solertiæ. Neq; ego debeo polliceri tibi hæc, quæ iudicanda sunt tibi ipsi, cum s ita sit q̃ bene cognoueris: sed tñ interest i refert, in omnibus coniunctionibus nouis, qualis sit primus aditus & qua commendatione aperiantur quasi fores amicitiæ. Qđ s. aperire fores amicitiæ, ego volui efficere his literis, etsi. i. tametsi ipsa necessitudo quæsturæ, debet effecisse id, ex more maiorum, vt præmisit. sed tamẽ illud supple erat nihilo. i. nullo infirmius, hoc. i. commendationis nostræ addito. Igitur cura, si tu facis me tanti, quanti & Varro existimat, & ego sentio, vt intelligam quam primum. i. valde cito, hanc commendationem meam attulisse, illi. i. Varroni, tantum vtilitatis, quantum & ipse sperarit, nec ego dubitarim. s. illi allaturam fuisse. Vale.

PAVL MANVT. COrroborauit} interpretes, verbum antiquum non agnoscentes, alii aliter exposuerunt. dixit autem, corroborauit, per egressus est annos pubertatis, & vir esse cœpit, quemadmodum in oratione pro M. Cœlio. Cum is iam se corroborauisset, ac vir inter uiros esset, & in eadem. Nõ modo hæc ætas, sed etiam iam corroborata. i. non modo adolescentea sed etiam viri, & supra, eiusdem orationis initio, eos, qui non vt Cælii accusator, adulescente essent, sed viri, robustiores appellauit. alibi etiam in hanc sententiam eodem verbo vsus est.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Arpinates, municipes Ciceronis, vectigalia possidebant in Gallia cui præerat Brutus: quamobrẽ a Bruto postulat, vt municipiũ causę pro vectigalium exactione fauere velit. id autem sibi, suisq; honori futurũ.

CICERO S. D. BRVTO. 15

*QVIA semper animaduerti studiose te operam dare, vt ne quid meorum tibi, esset ignotum propterea non dubito quin scias, non solum cuius municipij sim, sed etiam, quàm diligenter soleam meos *municipes Arpinates tueri. quorum quidem omnia commoda, omnesque facultates, quibus & sacra conficere, & sarta tecta ædium sacrarum, locorumque communium tueri possint, consistunt in iis vectigalibus, quę habent in prouincia Gallia, ad ea visenda, pecuniasq; quæ a colonis debentur, exigendas, totamque rem & cogno-*

*nemo nescit Arpini natum Ciceronẽ lib. 2. de legibus, & Plutarch.

fcendam, & aminiftrandam legatos equites Romanos misimus, Q. Fufidium Q. F. M. Faucium M. F. Q. Mamercium, Q. F. peto a te maiorem in modum pro nostra necessitudine, vt ea res tibi curæ sit; operamq; des, vt per te quamcommodissime negotium municipij administretur, quamprimumq; conficiatur: ipsosq; quorum nomina scripsi, vt quamhonorificentissime pro tua natura, & quamliberalissime tractes. bonos viros ad tuam necessitudinem adiunxeris: municipiumque gratissimum beneficio tuo deuinxeris: mihi vero etiam eò gratius feceris, quòd eum semper tueri municipes meos consueui, tum hic annus præcipue ad meam curam, officiumq; pertinet nam constituendi municipij causa, hoc anno ædilem filium meum fieri volui, & fratris filium, & M. Cæsium, hominem mihi maxime necessarium: (is enim magistratus in nostro municipio, nec alius vllus, creari solet) quos cohonestaris, in primisq; me si resp. municipij, tuo studio, & diligentia bene administrata erit. quod vt facias, te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

HVBER. QVia} Arpinum oppidum est Voilcorum, unde oriundus fuit Cicero eius oppidi municipes vectigalia habebant in Gallia Cisalpina, quibus, & sacras ædes, & locos cõmunes tuebantur. cumq; difficile exigerentur ea vectigalia, illi populo admodum necessaria, essetque Brutus eius prouinciæ præfectus. rogat eum Cicero, vt velit fauere Arpinatum legatis: quos nominat, vt illas vectigales pecunias facillime eius fauore exigere possint. ostenditq;, quàm gratum id habiturus sit si, fecerit, cum multis alijs de causis, tum vero quia eius filius, & fratris filius facti erant eo anno ædiles illius municipij. quorum honori dicit, Brutum posse multum consulere, si resp. illius municipij per eos bene administrata fuerit diligẽtia, & beneficio ipsius Bruti. {Meorum} mearum rerum. {Arpinates} ex Arpino municipio. est aũt accusatiuus. {Sarta tecta} .i. recta refecta. tractum a vestibus, quæ farciuntur. sunt tñ codices, qui habent, Sacrara tecta. {Vectigalibus} tributis & vt, nunc decimus, datiis. {Visenda} cognoscenda. {Colonis} illius prouinciæ. {Negotium} exigendi illa vectigalis. {Quamprimũ} cito, sine dilationibus. {Nam constituendi} reddit. rationẽ quare hic annus magis pertineat ad eius curam {Constituendi} bene regendi, in bonam formam, vt ita dicam, redigendi. {Is magistratus} .s. ædilitatis. {Nec vllus alius} sicut fit Romę, vbi sunt multi ordines magistratuum. {Quos} filium meum fratris, & Cęsium. {Cohonestaris} honore affeceris.

ASCEN. QVia, &c.} Arpinates compatriotæ Cic. habebant in Gallia Cisalpina quantum ad Italos vectigalia, quibus publica sustinebant negotia: quocirca Brutum rogat, vt in eis recipiendis faueat, dicẽs. {Quia ego animaduerti semper te dare operam studiose, vt ne quid meorum .i. eorum quæ agerem, esset ignotũ tibi propterea nõ dubito quin scias non solum cuius municipij sim quia Arpini, sed etiam quàm .i. quantum diligenter soleam tueri .i. protegere Arpinates municipes. videtur secũdum Vallam dicendum cõmunicipes meos, non .n. Cicero princeps eorum erat. Quorum .s. Arpinatum quidem .i. certe, omnia cõmoda & omnes facultates, quibus possint & .i. simul conficere .i perficere sacra .i. res sacras, vt sacrificia & templa, & tueri .i conseruare tecta ædium sacrarum .i. sacrorum & locorum, cõtum .i ad ciuitatem cõmuniter pertinentium, vt sunt fora mœnia, & similia, sarta .i. cõcinnata & integra, consistunt in iis vectigalibus, quæ habent in prouincia Gallia. Nos misimus Q. Fufidium filium Quinti, M. Faucium filium Marci, Q Mamercium filium Quinti, equites Rom. legatos, ad visenda ea .s. vectigalia Arpinatum, & ad exigendas pecunias, quæ debentur a colonis, & ad cognoscendam & administrandam totam rem .i. totum negotium. Ego peto a te maiorem in modum pro necessitudine nostra .i. pp necessitudinem nostram, vt ea res sit tibi curæ, & des operam, vt negotium municipij administretur per te .i. tuo præsidio quàm cõ modissime, & vt conficiatur .i. absoluatur & expediatur quamprimum .i. valde cito, & vt tractes ipsos, quorũ nomina scripsi, quã honorificentissime & quamliberalissime pro natura tua .i. iuxta naturam tuam. Tu adiunxeris .s. hoc faciendo viros bonos ad necessitudinem tuam .i. cumulum tuorum necessariorum, & deuinxeris .i. obligaueris beneficio tuo municipium gratissimum: vero .i. sed. tu feceris mihi etiam gratius, quòd cum .s. ita sit, quòd consueui semper tueri municipes meos, tum hic .i. præsens annus, pertinet præcipuæ ad curam meã & officium .s. meum. Nam ego uolui filium meum .s. M. Ciceronem, & filiũ fratris sup. mei, & M Cæsium, hominem necessarium mihi maxime, fieri hoc anno ędilem .i. curatorem ædium & ædificandorum in eo municipio causa municipij constituendi .i. ad meliora instrura redigendi. (enim .i quia, is magistratus videlicet ædilicius nec vllus alius solet creari in municipio nostro) quos scilicet omnes, tu cohonestaris .i simul honestaueris & inprimis .i. præcipue me, si resp. municipij erit administrata bene studio tuo & diligentia tua. Quod ut facias, rogo te vehementer etiam atque etiam .i. iterum atque iterum.

PAVL. MANVT. IS n. magistratus in nostro municipio, &c } in aliis .n municipijs erat dictator, vt Lanuuij: in alijs cõsul, ut Tusculi: in alijs IIII uiri, ut Corfinii. Cęl. lib. I de bel. ciu. in alijs IIII viri, ut Fregellis, de quo ep. 76 .h. lib. in aliis q̃stor, ut Sidicini, & ceteri.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Superiore epistola omnium legatorum Arpinatum causam egit. In hac vero pro Fufidio, necessario suo, vt Brutus honorem, & dignitatem illius de bene obita legatione promoueat, scribit.

CICERO S. D. BRVTO. 12

*ALIA epistola communiter cõmendaui tibi legatos Arpinatum vt potui diligentissime hac separatim Q. Fufidium, quocum mihi *omnes necessitudines sunt, diligentius commendo; non vt aliquid de illa cõmendatione deminuam, sed vt hanc addam nam & priuignus est M. Cæsii, mei maxime & familiaris, & necessarij; & fuit in Cilicia *mecum tribunus mil, quo in munere ita se tractauit. vt accepisse ab eo beneficium viderer, non dedisse *propterea, quod apud te valet plurimum, a nostris studijs non abhorrẽs. quare velim eum quã liberalissime complectare; operamq; des, vt in ea legatione, quam suscepit contra suum commodum, secutus auctoritatem meam, quammaxime eius excellat industria vult enim, id quod optimo cuique natura tributum, est quammaximã laudem cum a nobis, qui eum impulimus tum a municipio consequi. quod ei continget, si hac mea cõmendatione tuum erga se studium erit consecutus. Vale.*

non solum amicus, sed etiam necessarius, nec uno nomine sed oibus.

cũ Cilicià procõsul ad ministraret.

alij, præterea.

laudis cupiditas optimo cuiq; a natura tributa.

HVBER. ALia} Q. Fufidius, qui legatus pro Arpinatũ eã quæ superiore epist narrata est. in Galliam missus est tribunus militum fuerat cum Cic. in Cilicia. accedebant & aliæ necessitudini cã, quæ eũ Ciceroni redderent gratũ quas cõmemorat. itaq; licet Cic. superiore epistola cõiter cõmendauerit oẽs legatos Arpinatum: tñ separatim, & præcipue cõmendat hunc Fufidium Bruto, ut eius opera & fauore consequatur Fufidius ab oibus maximã laudem huius legationis, quòd diligenter egerit id, pp quod missus sit. quod facile eũ consequi posse dicit, si Brutus & studiũ, & fauorem suum præstiterit in exigẽdis & commode, & subito vectigalibus. {Separatim} seorsum pręcipue, præter ceteros. {De illa cõ.} communi. {Nam adducit causas separatæ & diligentis commendationis. {Munere} officio. {Tractauit} gessit. {Vt accepisse} quia bene se gesserat. EX HOC cognoscitur, quantum prosit bene se gerere in aliquo magistratu, cum Cicero qui dedit magistratum, existimet se obligatum ei, qui illum bene gesserat, quia eius honori consuluerat. {Accepisse} cum fecit mihi honorem, bene se gerendo in magistratu. {Studijs} literis. {Non abhorrẽs} non alienus. {Auctoritatẽ meam} suasionẽ meã, ut iret legatus. {Excellat} appareat præter ceteros {Impulimus} induximus, vt iret legat. {Cuiq; optimo a natura tributum} datũ est, vt se laudari cupiat. vnde illud Virg. Vincit amor patriæ, laudumq; immẽsa cupido.

ASCEN. ALia epistola, &c.} Q. Fufidius pro dicta Arpinatũ causa ad Brutũ legatus fuerat tribunus militum, cum Cic. in Cilicia imperaret. quo circa hunc singulariter cõmendat eidem Bruto, rogans, ut sic eius legationem sua ope iuuet, ut inde laudem consequatur Fufidius, & ipse gratiam. Ordo est. Ego commendaui tibi alia epistola legatos

tos Arpinatum communitér.i. simul omnes diligentissime ut potui, & commendo tibi diligentius separatim hac epistola Q. Fufidium, qui cum.i.cū quo omnes necessitudines.i. necessariæ amoris & amicitiæ cōiunctiones sunt mihi, non vt cōminuam.i. detraham aliquid de commendatione illa.s.cōmuni, sed vt addam sup. aliquid ad hanc. Nam ipse Fufidius est & priuignus.i. ex vxore ab alio viro genitus M. Cassij mei maxime & familiaris & necessarij, & fuit mecum, cum essem imperator in Cilicia tribunus militum. in quo munere.i. officio aut magistratu, ipse tractabat i. regebat se ita, vt viderer accepisse beneficium ab eo, non dedisse sup. ei, Præterea, quod plurimum valet apud te ipse est non abhorrens.i. non alienus, a studiis nostris, s. philosophiæ Stoicæ præsertim sectæ. Quare ego velim sup. vt complectare eum q̄ liberalissime: & des operam, vt eius industria excellat.i. præemineat. q̄ maxime in ea legatione, quam suscepit contra suum commodum, secutus actoritatem meam. Vult enim id, quod tributum est optimo cuique a natura, consequi quammaximā laudem tum a nobis, qui impulimus eum, tum a municipio. Quod continget ei, si consecutus erit studium.i. fauorem tuum erga se, hac commendatione mea.

PAVL. MANV.

SEd vt hanc addam} alii aliter. nos sic emendauimus ex vetusto libro Bernardini Maffei.

ARG. L. Castronium ex Lucensi municipio commendat.

CICERO S. D. BRVTO. 13

Luca primum Cisalpinæ Galliæ oppidū. Plut. in Cæsare, & Pōpeio:

*L. Castronius Pætus, longe princeps municipij *Lucensis, est honestus, grauis plenus officij, bonus plane vir, & cum virtutibus, tum etiam fortuna, si quid hoc ad rem pertinet, ornatus: meus autem est familiarissimus. sic prorsus, vt nostri ordinis obseruet neminē diligentius, quare & ut meum amicum, & ut tua dignum amicitia, tibi commendo cui quibuscunq; rebus commodaueris, tibi profecto *iucundum, mihi certe erit gratum. Vale.*

ex eius in te officiis,

HVBER.

L. Castronius} Paucia quidem verbis, sed tn̄ satis efficacibus, cōmendat Cicero Bruto Castronium Pætum, Lucensem ciuem; quem & moribus, & virtutibus ornatū dicit, & etiam fortuna, quæ maxime solet trahere homines ad sui fauorem. {Lucensis} ex Luca, Etruscorum mediterranea ciuitate. nam Lucanus a Lucania regione possessiuum est. {Fortuna} diuitiis. {Si quid ad rem pertinet}.i. si quid pertinet ad commendationem esse diuitem, quia scit multos moueri fortuna, qui non mouentur virtutibus: inde illud Iustini, Quo se fortuna, eo se fauor hominum inclinat. {Nostri ordinis} senatorii. {Vt} sicut: tanquam.

ASCEN.

LVcius, &c.} Paucis sed efficacibus verbis cōmendat Cic. ipsi Bruto L. Castronium Pętum Lucensem ciuem, quē & moribus & virtute, & fortuna, quæ multum allicere solet ornatum dicit sic: Lucius Castronius Pætus longe .i. facile, aut eminenter princeps municipii Lucensis est vir honestus, grauis, plenus officii, & plane bonus, & ornatus tum.i. pariter virtutibus, tum etiam fortuna.i. diuitiis, si quid pertinet ad rem.i. ad eius commendationem: aūt.i. sed ipse est familiarissimus meus ita vt neminem ordinis nostri.s. senatorii. obseruet.i. colat, & offendere metuat, diligentius, sup. q̄ me. Quare ego cōmendo tibi eum vt & amicum meum, & dignum amicitia tua quibuscunq; rebus commodaueris.i. commodum feceris, erit profecto.i. re vera iocundum tibi, & erit certe.i. haud dubie mihi gratum, id est, vtile.

ARG. Petit, vt exactionem pecuniæ, quam Straboni Cornelius debebat, pro potestate, imperioque curet.

CICERO S. D. BVRVTO. 14

honestus ad existimationem, ornatus ad fortunæ bona refertur.

*L. Titio Strabone, æquite Romano in primis *honesto, & ornato, familiarissime vtor. omnia mihi cū eo intercedūt iura summa necessitudinis. huic in tua prouincia pecuniā debet P. Cornelius, ea res a *Volcatio, qui Romę ius dicit, reiecta in Galliam est peto a te hoc diligentius, quàm si mea res esset, quo est honestius de amicorum pecunia laborare, quàm de sua, vt negotium conficiendum cures, ipse suspicias, transigas; operamq; des, quod tibi æquum, & rectum videbitur, vt quam comodissima conditione libertus Strabonis, qui eius rei causa missus est, negotium conficiat, ad nummosq; perueniat. id & mihi gratissimum erit, & tu ipse L. Titium cognosces amicitia tua dignissimum. quod vt tibi curæ sit, vt omnia solent esse, quæ me velle scis te uehementer etiam atque etiam rogo. Vale.*

prætore urbano, qui ceteris prætoribus nobilitate præstabat Festus.

HVBER.

LVcio, &c} Cornelius quidē debebat pecuniam L. Titio Straboni in Gallia, cui præerat Brutus. cumq; conuenisset Strabo debitorem suum sub Volcatio prætore vrbano; Volcatius causam remiserat in Galliam, vbi fuerat factum debitum. ad quod exigendum cum Strabo mitteret libertum suum, Cicero eum diligenter cōmendat Bruto, vt illum adiuuet in exigenda illa pecunia. {Intercedunt} sunt. {Iura} causę, rationes. {Reiecta} remissa. {In Galliam} cui ro præes. {Honestius de amicorum pecunia} quia si quispiā laboret pro pecunia sua, affert suspicionem auaritiæ: sin vero pro amico, significat se officiosum & gratum. {Negotium conficiat} vt pecuniam suam consequatur {Transigas} perficias. {Omnia solent esse}.s. curæ.

ASCEN.

LVcio, &c.} Cornelius quidam debebat pecuniam L. Tit. Straboni in Gallia, cui præerat Brutus. cumq; conuenisset ipse Strabo debitorem suum, sub Volcatio prætore vrbano. Volcatius causam remiserat in Galliam ad debitum recoperandum. quo cum Strabo mitteret libertum suum Cicero eum diligenter cōmendat. Ego vtor familiarissime L. Titio Strabone, equite R. honesto & ornato in primis.i. præcipue. Omnia iura summæ necessitudinis.i. coniunctionis necessariæ, amoris & amicitiæ, intercedunt.i. cōicantur mihi cum eo. P. Cornelius debet huic pecuniam in prouincia tua.s. Gallia. ea res.i. cognitio exactionis eius pecuniæ est reiecta in Galliam a Volcatio, qui dicit Romæ ius.i. qui iudicis fungitur officio. Ego peto hoc a te diligentius. q̄ si res mea esset, quo i. quanto honestius est laborare.i. anxium esse de amicorum, q̄ de sua.i. propria pero, inquam, vt cures negotium conficiendum.i. expediendum aut finiendū, & sup. ipse.i. tu qđ dicunt, in propria persona, suscipias.s. negotium, transigas.i. absoluas, & des operam quoad.i. quatenus videbitur tibi æquum & rectum, vt libertus Strabonis, qui missus est.s. ad te in Glliam, eius rei causa, conficiat i. perficiat, aut finiat negotium, conditione cōmodissima.i. vtilissima & perueniat ad numos. Id &.i. simul erit gratissimum mihi: & tu ipse cognosces L. Titium gratissimum & dignissimum amicitia tua. Quod vt sit tibi curæ, vt omnia, quæ scis me uelle, solent esse, rogo te uehementer etiam atq; etiam.i. iterum atque iterum.

ARG. Præcilij adolescentē, patre natū Cæsari amicissimo, cōmendat.

CICERO S. D. CAESARI IMP. 15

vide quot sunt commēdationis causas.

*PRAECILIVM tibi commendo vnice *tui necessarij *mei familiarissimi, viri optimi filium, quem cum adolescentem ipsum propter eius modestiam, humanitatem, animum, & amorem erga me singularem mirifice diligo: tum patrem eius, vt doctus, intellexi, & didici mihi fuisse semper amicissimum. en hic ille est de illis maxime, qui irridere, atq; obiurgare me solitus est quod me non tecum, præsertim cum abs te honorificentissime inuitarer coniungerem.*

ἀλλ' ἐμὸν ὅποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθεν. Homerus Od. 1, 60.

audiebam enim nostros proceres clamitantes, Od. α, 8.

ἄλκιμος ἔσσ', ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ. & γ, 21.

ὥς νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα. Od. 309

sed tamen idem me consolatur. etiam, hominem perustum etiamnum gloria volunt incendere, atq; ita loquuntur. Il. χ, 244.

μὴ μὰν ἀσπουδεί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην.

ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι, καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.

sed me minus iam mouent, vt vides: itaque ab Homeri

magni

magni loquentia confero me ad vera pracepta,

hic versus non inuenitur in Euripide.

Εὐριπίδου.

Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.

Il. α, 8: & Od. ω. 212 Il. ζ, 67. & λ, 127.

quem versum senex Pracilius laudat egregie: & ait posse eundem & ἅμα πρόσσω, καὶ ὀπίσσω. videre tamen nih lominus.

αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.

*Sed, vt redeam ad id, vnde cœpi; vehementer mihi gratum feceris, si hunc adolescentem humanitate tua, quæ est singulari, comprehenderis, & ad id, quod ipsorum Praciliorum causa te velle arbitror, addideris cumulum commendationis meæ. Genere *nouo sum literarum ad vsus, vt intelligeres non vulgarem esse commendationem. Vale.*

ob interpositos græcos versus.

NVBXE. PRæcilium} Cæsari imperatori, iā rerū potito, post mortē Pompeii cōmendat Cic. Præciliū adolescentem quendā nobilissimum, quem & eius causa, & ēt patris optimi viri, & sibi amicissimi, a se amari dicit. ut aūt Cæsar eū habeat cōmendatiorem, dicit fuisse vnum ex iis, qui in ciuilibus dissensionibus hortatus est eum, vt se cum Cæsare coniungeret, cum ab ipso Cæs. & literis, & nuntiis inuitaretur, & etiam coram blādis verbis, vt I. lib in epist. longa diximus, se autem e ac cæcatū nunquam adduci potuisse, vt id faceret, cum quidam ex primoribus Romanis ei d suaderent. quæ græce exequitur. {Re} experientia. {Ten} demonstrātis est, cum laude inuitaret promissionibus tuis, & suauissima oratione incitaret. {ἀλλ' ἐμὸν} dicit enī pam suam fuisse, cui nunquam potuerit persuaderi, vt se cum Cæsare coniungeret. {ἀλλ' ἐμὸν} pro ἀλλὰ ἐμὸν. i. sed meum. {οὔποτε} nunquam. {θυμὸν} animum. {ἐνὶ στήθεσσιν} pectoribus τὸ στῆθος pectus. {ἔπειθεν} persuasit. est aūt aoristos deuteros. nā πείθω, persuadeo. Horum autem verborum sensus, Sed nunquā mihi animum inducere potuit. {Nostros proceres} Romanos principes. {Clamitantes} dicētes mihi. {ἄλκιμος} fortis. {ἔσσο} sis, vel es. {ἵνα} vt. {τὶς} quis. {σὲ} te. {καὶ ὀψιγόνων} & posterorum sero nascentium. nā ὀψὲ sero significat. {εὖ} bene. {εἴπῃ} dicat. i. Fortis sis, vt aliquis & posterorū te benedicat. i. laudet. vt, Intonsum pueri dicite Cynthium {ὣς} dicit se his persuasionibus esse excæcatum. {ὡς} sic. {νεφέλη} nebula. {ἐκάλυψε} texit, velauit. καλύπτω. n. tego. {μέλαινα} nigra. i. Nigra nebula me texit vt non viderē vtilitatem meā, sequendo te. {μέμονας} furis {πῶς} forte, vel quodāmodo. {δεῖ} oportet. {γε} adiectio est nihil significans, sicut apud nos in huiusce, ce, syllaba, & dicdū pro dic. {καὶ} &. {ἀκλειῶς} inglorie. {ἀπολέσθαι} id est, perire. {ἀλλὰ} sed. {ῥέξας} faciens. ῥέζω, facio. {τὶ} aliquid. {καὶ} &. {ἐσσομένοισι} futuris. {πυθέσθαι} persuasum iri. i. credendum a posteris {Sed me minus mouent} quæ dicuntur mihi. {Magniloquentia} præstantia dicendi. supra dicta enim verba ex Homero sunt. {Vera} vtilia. {Εὐριπίδου} Euripidis poetæ. {μισῶ} ponit verba Euripdis, quorum. sensus hic est, O di sapientem, qui sibi ipsi non sapiens, scilicet est. {μισῶ}. i. odi dicitur etiam μισέω. {σοφιστὴν} sapientem. {ὅστις} qui {οὐχ αὑτῷ} non sibi. {σοφὸς} sapiens. s. est {ἅμα} simul. {πρόσσω} ante. {καὶ ὀπίσσω} retro. {αἰὲν} semper. {ἀριστεύειν} optime agere. {ὑπείροχον} prēstantem, summum. {ἔμμεναι} existere. {ἄλλων} aliorum. {Comprehenderis} complexus fueris. {Nouo genere} nouo more & inusitato, quia multa de me inserui, quæ tamē ad Præcilij commendationem pertinent.

ASCEN. PRæcilium, &c.} Cōmendat Cæsari, iam rerū potito. Præcilium, a quo se, vt Cæsarē sequeretur, sępe admonitū frustra fatetur, dicens, ego cōmendo tibi vnice. i. singulariter Præcilium, filium viri optimi, necessarii tui, & familiarissimi mei. quem tum. i. pariter, adolescentem ipsum diligo mirifice propter modestiam eius, humanitatem, animum. i. beneuolētiam & amorem singularem erga me. tū doctus i. certior factus re i effectu ipso, intellexi, & didici patrem eius fuisse semper amicissimum mihi. En hic est ille maxime. i. præcipue de illis, qui solitus est irridere, atq; obiurgare me, quòd non coniungerem me tecum, præsertim cum inuitaret. s. ad talem coniunctionē tecum, abs i. a te, honorificentissime. ἀλλ' ἐμὸν pro ἀλλὰ. i. sed ἐμὸν, id est, meum, οὔποτε, id est, nunquam, θυμὸν. i. animum, seu voluntatem, ἐνὶ στήθεσσιν, in pectoribus, ἔπειθεν i. persuasit. Est autem ἀόριστος δεύτερος, aoristus secundus. nam, πείθω, dicitur persuadeo. Sensus autem horum verborum, inquit Hubertinus est: Sed nunquam mihi animum inducere potuit. Sunt verba Homeri, Cæsari nota. quocirca maluit grece, q latine, rem exprimere præsertim cum proposito maxime conducunt. Audiebam. n. proceres nostros. i. principes Romanos, clamitātes, ἄλκιμος. i. fueris, ἔσσο. i. sis, vel esto, ἵνα. i. vt, τὶς. i. aliquis, σε. i. te. & καὶ. i. &, ὀψιγόνων. i. sero nascentium, hoc est posterorum, εὖ. i. bene, εἴπῃ. i. dicat. hoc est, Sis fortis, ut aliquis & posterorum te benedicat. ὡς. i. sic, νεφέλη. i. nebula, ἐκάλυψε texit, aut velauit, μέλαινα i. nigra με. i. me hoc est, Caligo, menti addita, fecit vt sanum consilium non viderem μέμονας i. furis, πῶς. i. quodāmodo, δεῖ. i. oportet, τὶ adiectio est ex modo loquendi, sumpta per se nihil significans, καὶ. i. &, ἀκλειῶς. i. inglorie, & est aduerbiū, ἀπολέσθαι. i. aboleri, & perire. Sed tū idem consolatur me etiam volunt hominē perustum. i. desiccatum. aut qui perfricuit frontem, & inanem. i. vacuum gloria, incendere s. ad gloriam, atq; loquuntur ita: ἀλλά. i. sed, ῥέξας. i. facias, τὶ. i. aliquid, καὶ. i. &, ἐσσομένοισι. i. futuris, πυθέσθαι. i. persuasum, iri, hoc est, quod credendū sit. Sed sup. eiusmodi verba minus. i. non mouent iam me, vt vides: itaq; cōfero me ab magniloquentia Homeri, cuius sunt superiora verba, ad vera præcepta Εὐριπίδου. i. Euripidis. μισῶ. i. odi. (dicitur &, μισέω) σοφιστὴν. i. sapientē, ὅστις. i. qui, οὐχ. i. non, αὑτῷ. i. sibi, σοφὸς. i. sapiens, sup. est. hoc est, Odi sapientem, qui sibi nō sapit. Quem versum Præcilius senex. s. pater laudat egregie: & ait eūdem posse videre, ἅμα. i. simul *πρόσσω. i. ante, καὶ. i. &, *ὀπίσσω. i. retro, & tū nihilominus αἰὲν. i. semper, ἀριστεύειν. i. optime agere, καὶ. i. &, ὑπείροχον. i. summum, ἔμμεναι. i. existere, ἄλλων. i. aliorum. Sed, vt redeam ad id, vnde cœpi. s. scribere, aut loqui; tu feceris mihi gratum uehementer, si comprehenderis. i. cōplexus fueris hunc adolescētem s. Præcilium, humanitate tua, quæ est singularis, & addideris ad id, quod ego arbitrabor te velle causa præciliorum ipsorum, hoc est pp amorem ipsorum, cumulum. i. magnam accessionem cōmendationis meæ. Ego sum vsus ad te nouo genere literarum, vt intelligeres, sup. hanc cōmendationem, non vulgarem sup. esse, sed egregiam.

sic legit Petrus Victorius.

ARG. Apollonium, P. Crassi libertum, Cæsari, bellum in Hispania contra Pompeij liberos gerenti, commendat.

CICERO S. D. CAESARI IMP. 16

*P. *Crassum, ex omni nobilitate, adolescentem, dilexi plurimum: &, ex eo cum ab ineunte eius ætate bene sperauissem, tum optime existimare cœpi ex ijs iudicijs, quæ de eo feceram, cognitis, eius libertum Apollonium iam tum equidem, cum ille viueret, & magnifaciebam, & probabam. erat enim & studiosus Crassi, & ad eius optima studia vehementer aptus: itaque ab eo admodum diligebatur. post mortem autem Crassi, eo mihi etiā dignior visus est, quem in *fidem, atque amicitiam meam reciperem, quòd eos a se obseruandos, & colendos putabat, quos ille dilexisset, et quibus carus fuisset. itaque & ad me in Ciliciam venit; multisque in rebus mihi magno vsui fuit & fides eius, & prudentia: &, ut opinor, tibi in Alexandrino bello, quantum studio, & fidelitate consequi potuit, non defuit: quod cum speraret te quoque ita existimare in Hispaniam ad te maxime ille quidem suo consilio, sed etiam me auctore est profectus. cui ego commendationem non sum pollicitus: non quin eam valituram apud te arbitrarer: sed neq; mihi egere commendatione videbatur, qui & in bello tecum fuisset, & propter memoriam *Crassi de tuis unus esset: &, si vti commendationibus vellet; etiam per alios eum videbam id consequi posse. testimonium meum de eo iudicij, quod & ipse magni æstimabat, & ego apud te valere eram expertus, ei libenter dedi doctum igitur hominem cognoui, & studijs optimis deditum, idque a puero. nam domi mea cum *Diodoto Stoico, bo-*

qui est M. Crasso patre a Parthis est interfectus.

ep 17. l. 7. dixit, cōferre se in fidē, & amicitiā.

nā P. Crassus in Gallia Cæsaris legatus fuerat.

vide ep. 4. lib. 9.

*mine, meo iudicio, eruditissimos, multum a puero fuit. nunc autem incensus studio rerum tuarum eas literis græcis mandare cupiebat. posse *arbitror: valet ingenio. habet vsum: iampridem in eo genere studij, literarumq; versatur: satisfacere *immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit. Habes opinionis meum testimonium: sed tu hoc facilius multo pro tua singulari prudentia, iudicabis. & tamen, quod negaueram, commendo tibi eum. quidquid ei commodaueris, erit mihi maiorem in modum gratum. Vale.*

similis figura epist. 1. lib. 16. quas nulla dies extinguet.

HVBER.

PCrassum} Apollonius quidam, Pub. Crassi libertus, cũ res gestas Cæsaris monimentis literarum græcarũ mandare cuperet. vt id Cæsari gratius accideret, testimoniũ Ciceronis p literas cõmẽdaticias ad Cæs. optauit. itaq; Cic. hac epistola vehementer laudat eius ingeniũ, doctrinam, & exercitationẽ dicendi: putatq; idoneum ad scribendas res gestas Cæsaris cui eum vehementer cõmendat. Repetit aũt in principio epistolæ causã cõmendationis ab eius patrono Crasso. deinde q Cæsari non defuerit & fide, & diligentia in bellu Alexandrino. ea eo dicit, illum debere esse vehementer ei cõmendatum. { Ab ineunte ætate} ab adolescentia. { Bene sperauissem} quia ea ætas solam spem põt dare. { Existimare} opinionem habere iudicare. { Ille} Crassus. { Aptus} vtilis. { Alexandrino} quod apud Alexandriam ciuitatem Aegypti gestum est a Cæs. vt ab eo in cõmentariis plene scribitur. { Consequi} efficere. { Non defuit} exibuit si tibi promptũ. { Suo consilio} proprio motu. { Auctore} suasore. { Crassi} quẽ tu amasti. { Id consequi posse} .i. habere aliis a te cõmendationes. { Testimonium iudicij de eo ei dedi libenter} .i. volui libenter testificari his literis apud te, q iudicium de eo habeã. { Magni æstimabat} multi faciebat. { Erã expertus} quia credidisti iudicio meo de alijs. { Studio} amore. { Posse} .i. idoneum esse .s. mãdare res tuas literis græcis. { Vsum} exercitationem. { In eo genere} scribendi. { Quod negaueram} .s. me cõmendare eũ. { Maiorem in modum} .i. vehementissime.

ASCAN.

PVblium Crassum, &c.} Appollonius P. Crassi libertus cum res gestas Cæsaris monimentis literarum Græcarum mandare cuperet, vt id Cæs. gratius accideret, per testimonium Ciceronis literas cõmendaticias ad Cæsarem optauit: quas nunc exhibet Cic. dicens. Ego dilexi plurimum ex omni nobilitate .i. inter omnes nobiles P. Crassum adolescentem, & cum bene sperauissem ex eo ab ineunte ætate .s. eius, tũ i. multo magis cæpi existimare, i. iudicare per me .s. ipsum, ex iis iudiciis, quę feceram de eo, cognitis .i. exploratis & compertis. Ego faciebam .i. existimabam magni & probam .i. laudabam & approbabam Apollonium, libertum eius .i. eius liberalitate libertate donatũ, quidem .i. certe, iã tum cum ille .s. Crassus viueret. Enim .i. quia sup. Appollonius erat studiosus Crassi .i. studiose fauens & inseruiens Crasso, & erat vehemẽter aptus ad optima studia. eius .s. Crassi, adiuuãda. Itaq; .i. & ita ipse Appollonius diligebatur admodum .i. perfecte quasi vsq; ad iustum modum, ab eo .s. Crasso. Autem .i. sed ipse visus est mihi post mortem Crassi eo .i. propterea dignior, quem reciperem in fidem atque amicitiam meã q putabat eos obseruandos .i. verendos, & colendos sup. esse, a se, quos ille .s. Crassus dilexisset, & quibus fuisset carus. Itaq; cũ venit ad me in Ciliciam .i. prouinciam, & fides eius & prudentia fuit mihi magno vsui .i. multum vtilis, in multis rebus: & vt opinor, non defuit tibi .i. etiam auxilio fuit in bello Alexandrino .i. quod Alexãdriæ, quæ regia est Aegypti, gessisti, quantum potuit consequi .i. efficere, studio, & fidelitate quod .i. quam rem, cum speraret te quoq; existimare i. iudicare, ita ipse est profectus in Hispaniam ad te, quidem .i. certe, ille, inquam, profectus est maxime consilio suo, sed etiam me auctore .i. approbatore eius cõsilij. Cui ego non sum pollicitus cõmendationem, non quin arbitrarer eam .s. cõmendationem meam valiturã apud te: sed sup. Appollonius neq; videbatur mihi egere cõmendatione qui & fuit tecum in bello, & qui esset vnus de tuis .s. familiaribus, aut necessariis propter memoriam Crassi: & videbam, si vellet vti commendationibus, eum posse consequi id .i. vti commendationibus etiam per alios. Ego dedi ei libenter testimonium meum aut mei iudicij de eo, quod .s. iudicium, & ipse æstimabat magni, & ego eram expertus valere apud te. Igitur, vt .s. testimonium perhibeam, cognoui sup. eum hominem doctum. & deditum optimis studiis, & id a puero. Nam fuit multum a puero i. puerili ætate domi meæ, cum Diod. Stoico, homine, meo iudicio, eruditissimo. Nunc aũt incensus studio rerum tuarũ, cupiebat mandare eas literis græcis ego arbitror: sup. eum posse .s. mandare græcis literis. nam sup valet ingenio: habet iampridem .i. a plusculo tempore, vsum .i. experientiam, &, vt dñt, practicam, & versatur in eo genere studij, & literarum: cupit mirabiliter satisfacere .i. sufficientia alimenta, prebere, immortalitati laudũ tuarũ. Tu habes testimonium opinionis meę. sed tu iudicabis hoc multo facilius, pro singulari prudentia tua. Et tñ, quod negaueram .s. me facturum, ego cõmendo tibi eum. Quidquid cõmodaueris .i. cõmodi feceris ei, erit mihi gratum maiorem in modum.

ARG. Sulpicio, Achaiæ præfecto, Manium Curiũ cõmenda. vide epist. 4. lib. 4. & 6. lib. 6. & 29. lib. 7. & 30. h. l. & 1. l. 16.

CICERO S. D. SVLPICIO. 57

*M. Curius, qui Patris negotiatur, multis et magnis de causis à me diligitur. nam et amicitia peruetus mihi cum eo est, * vt primum in forum venit, instituta: & Patris cũ aliquoties antea, tum proxime hoc miserrimo *bello domus eius tota mihi patuit: qua si opus fuisset, tam essem vsus, quàm mea. maximum autem mihi vinculum cum, eo est, quasi sanctioris cuiusdam necessitudinis, quòd est Attici nostri familiarissimus, eumq; vnum preter ceteros obseruat, ac diligit. quem si tu iam forte cognouisti; puto me hoc facio, facere serius. ea enim est humanitate, & obseruantia, vt eum tibi iam ipsum per se commendatum putem. quod tamen si ita est; magnopere a te quæso: vt ad eam voluntatem, si quam in illum ante has meas literas contulisti: quammaximus postea commendatione cumulus accedat. sin autem propter verecundiam suam minus se tibi obtulit; aut eum nondum satis habes cognitum: aut quæ causa est, cur maioris commendationis indigeat: sic tibi eum commendo, vt neq; maiore studio quemquam, neque iustioribus de causis commendare possim. faciãq; id quòd debent facere ij, qui religiose, & sine ambitione commendant: spondebo enim tibi, vel potius spondeo, inmeq; recipio, eos esse Man. * Curij mores, eamque tum probitatem, tum etiam humanitatem, vt, eum & amicitia tua, & tam accurata commendatione, si tibi sit cognitus, dignum sis existimaturus. mihi certe gratissimum feceris, si intellexero has literas tantũ quantum scribens confidebam, apud te pondus habuisse. Vale.*

ab ipso, qui cõmendat. — ep. 30. h. l. — Inter Cæsarẽ & Pompeium — a communibus amicis. — ab eo, qui cõmẽdatur. — vide scholium Paul. M. ad locũ ep. 14. l. 16.

HVBER.

MCurius} Ser. Sulpicius Græciæ præerat, ut lib. 4. diximus: cumq; Patris, quæ est Peloponnesi ciuitas in regione, quæ proprie appellatur Achaia, auctore Ptolomæo. M. Curius multa negotia haberet, magna & veteri amicitiæ Ciceroni coniunctus, & Attico, vtriusq; familiarissimo, valde dilectus, Cicero hac epistola diligenter eum cõmendat Seruio, vt si pro eo aliquid vnquam efficere volnit, accedat ad id maximus sua commendatione cumulus. si vero Curius se verecũdia sua nondum obtulit Seruio, nec ei notus est dicit Cicero eum non minus a se cõmendari quem affirmat Ciceron fore dignum sua tam diligenti cõmendatione, & amicitia ipsius Seruij. { Et Patris cum aliquoties} Patris non est genitiuus, vt quidam putant, sed ablatiuus. { Patris} in Patris} ciuitate. { Patuit} fuit mihi exposita. { Sãctioris} firmioris. { Attici} cuius causa me omnia debere puto. { Cumulus} augmentum. { Accedat} adiungatur. { Obtulit} ad te venit. { Satis} bene. { Aut quæ causa} .i. aut, si causa est .s. aliqua, quæ indigeat maioris cõmendationis .i. quæ vehementius sit commendanda. { Religiose} pie sincere. { Eos} tale. { Accurata} diligenti, studiosa.

ASCAN.

MArcus, &c.} Ser. Sulpicius Græcię præerat igitur cũ Patris, vrbe Achaiæ in Peloponneso, M. Curius multa negotia haberet, cõmendat eũ Seruio, vt amicũ sibi & Attico iucundissimũ, dicens, M. Curius, qui negotiatur .i. mercationi in-

mi incibit Patris, vrbe Achaiæ, diligitur a me de causis multis, & magnis.i.ob cās multas & magnas. nam & amicitia peruetus.i. valde vetusta est mihi cum eo instituta.i.incepta cum eo, vt primum venit in forum.s.iudiciale· & domus eius tota patuit mihi Patris.i.in ea vrbe, cū.s.ita sit q aliquoties antea, tū i.multo magis, hoc bello miserrimo.s. ciuili, cuius miserrimus est exitus. Qua.s.domo ego vsus fuissem tam i.tm̄ q̄ i.quantum mea, si fuisset opus. Autem.i.s.d, maximum vinculum quasi necessitudinis cuiusdam sanctioris.i.minime violabilia, est mihi cum eo, q.i. eo q ipse est familiarissimus Attici nostri.s.Pomponij, & obseruat.i.offendere timet, ac diligit eum vnum præter ceteros. Quē.s.Curium si tu cognouisti forte iam.s.anteq̄ hæc legeris, ego puto me facere quod facio.i.eum cōmendare serius.i.nimis tarde. Ipse.n est ea humanitate & obseruantia i.obseruādi suos studio ne putem ipsum iam, si eum cognouisti, cōmendatum tibi per se, i.sine literis mei. qđ tñ si est ita.i.si eum nosti & cōmendatum habes: ego quæso.i.requiro a te magnopere, vt quāmaximus cumulus.i.maximum incrementum accedat.i.addatur aut adueniat, ad eam voluntatem, quam contulisti ante has literas meas in illum, si quam.i.aliq̄ contulisti. Autem i.sed si ipse pp verecundiam suam minus.i.non obtolit tibi se, aut si nondum habes eum satis cognitum, aut quæ.i.aliqua causa est legerem vna dictione, *aut quam. cur indigeat maioris cōmendationis. ego commēdo, eum tibi sic, vt neq; possim cōmendare quenq̄ maiore studio.i.affectu, neq; de iustioribus causis.i.ob iustiores causas. Et ego faciam id, quod debent facere ij, qui commendant religiose i.sancte & cum timore & sine ambitione.i. affectione nimia. Spondebo n tibi, vel potius spondeo.s. iam, & recipio in me .i.polliceor me præstatorem, eos esse mores M.Curij, & eam tum probitatem, tum etiam humanitatem, vt sis existimaturus .i.iudicaturus, si fit cognitus tibi, eum dignum & amicitia tua, & tam accurata cōmendatione.s.mea Certe tu feceris mihi gratissimum si intellexero has literas habuisse apud te tm̄ pondus.i. tantum valorem, quantum scribens.i.cum eas scriberem, confidebam scilicet, eas habituras.

PAVL. MANVT. Qvammaxima postea cōmendatione c. a. } etsi vetustis oēs libri ita scriptum habent: ego tñ legendum crediderim, q̄ maximus potest, mea cōmendatione c.a. idq; ante viginti annos ita sensi, &, cū liber ederetur, scholio meo testatus sum. nec nunc, annos natus XLIX. aliter sentio. alii legendum putant, Quammaximus nostra c. e. a. Alii nihil omnino mutandum. Suum cuique placet.

ARG. Primum agit gratias de optima in Pomponium Atticum voluntate: deinde non necessariam commendationem addit, vt neq; in Epirotica negotia, neque aliis in rebus Attico desit.

CICERO S. D. SVLPICIO. 18

NOn concedam, vt Attico nostro, quem elatum lætitia vidi, iucundiores tuæ, suauissime ad eum, & humanissime scriptæ, literæ fuerint, quàm mihi. nam etsi vtrique nostrum prope æq; gratæ erant tamen ego admirabar magis, te, quasi rogatus, aut certe admonitus liberaliter Attico respondisses, (quod tamen dubium nobis, quin ita futurum fuerit, non erat) vltro ad eum scripsisse, eique *nec opinanti voluntatem tuam tantam per literas detulisse. de quo non modo rogare te, vt eo studiosius mea quoque causa facias, non debeo, (nihil enim cumulatius fieri potest, quàm polliceris) sed ne gratias quidem agere, quòd tu & ipsius causa, & tua sponte feceris. illud tamen dicam, mihi id, quod fecisti, esse gratissimum. tale enim tuum iudicium de homine eo, quem ego vnice diligo, non potest mihi non summe esse iucundū. quod cum ita sit, esse gratum necesse est. sed tamen, quando mihi, pro coniunctione nostra, vel peccare apud te in scribendo licet: vtrunque eorum, quæ negaui mihi facienda esse, faciam. nam & ad id, quod Attici causa te ostendisti esse facturum, tantum velim addas, quantum ex nostro amore accessionis fieri potest: & , quod modo verebar, tibi gratias agere, nunc plane ago: teque ita existimare volo quibuscunque officiys in *Epiroticis, reliquisque rebus Atticum obstrinxeris, iysdem me tibi obligatum fore. Vale.

nunquam apud Cic. legas, inopinanti, sæpe nec opinanti.

vide Nepotem in Attici vita.

HVBAR. NOn concedam } Pomponius Atticus in Epiro negotia habebat, quę pars est prouinciæ, cui præerat Seruius. itaque cum Seruius id intelligens vltro scripsisset Atticū non rogatus, neq; admonitus ab eo, se omnino paratū, esse ei fauere, quibuscunq; rebus posset; Cicero ostēdit tam has liberales literas Seruii no minus sibi gratas fuisse q̄ Attico, quē eius mira quandam lætitia affectū atq; elatum dicit. quamobrē, & ei cōmendat Atticum: cuius tñ causa se oia facturum pollicitus fuerat: & gratias agit de tam liberali pollicitatione animi eius erga Atticum. { Non concedam } non sinam, non vincet me Atticus in hoc. { Prope } fere. { Aeque } æqualiter. { Quasi } tanquam. { Rogatus } ab eo, cū nihil ad te scripsisset { Vltro } sponte tua sine eius rogatione, aut admonitione. { Agere } .s.debeo. { De homine eo } Attico. { Necesse est } nihil.n.potest esse iucundum, qđ idem non sit gratum. { Quando } qm̄. { Et } .i.etiam. { Peccate } errare. { Vtrunq; eorū } declarat quæ sint ea. { Nam & ad id, quod Attici causa } hoc.n.negauit se facturum, cum dixit supra: De quo non modo rogare te, vt eo studio sua mea quoque causa facias, non debeo { Accessionis } augumenti. { Modo } paulo ante: nam dixit, sed ne gratias quidem agere debeo. { Epiroticis } quas in Epiro habet.

ASCEN. NOn, &c, } Pomponius Atticus in Epiro negotia habebat, cui Seruius tunc præerat: itaque cum Seruius id intelligens vltro scripsisset ad Atticum se paratum esse ipsum iuuare quibuscunq; rationibus posset; ostendit Cic. has Seruii liberalissimas literas sibi gratissimas esse; nec minus Attico: quem tñ ei cōmendatiorē facit, dicens, Non concedam vt literæ tuæ suauissime & scriptę humanissime Atticum fuerint iucundiores Attico nostro s. Pomponio, quem vidi elatum, i.exultantem lætitia, q̄ mihi. Nam etsi.i quāquam, literæ tuæ erant prope.i.quasi ęque gratæ vtriq; nostrum, tñ ego admirabar magis te scripsisse ad eū vltro & detulisse per literas tuas ei nec opinanti tantam volūtatem tuam quasi rogatus, aut certe.i.saltem, admonitus respōdisses liberaliter Attico.i.votis Attici. De quo non modo.i.non solum non debeo rogare te, vt facias quoque.i.etiam causa mea eo.i.tanto studiosius.i.fauorabilius & diligentius. Nihil.n.potest fieri cumulatius.i.actius q̄ polliceris.s.te sponte facturum, sed ne quidem.i.non saltem sup. debeo agere gratias q tu feceris, aut, quod.i.de eo quod tu feceris & i.simul causas ipsius s.Pomponij Attici, & tua sponte.i. propria inclinatione aut naturali voluntate. Ego tñ dico illud, id, quod fecisti, esse gratissimum mihi. Tale enim iudicium tuū de eo homine, quem ego diligo vnice, non potest esse non summe iucundum mihi. Quod cum sit ita, necesse esse gratum.i.vtile. Sed tñ quando.i.quandoquidem. licet mihi pro coniunctione nostra, vel.i.etiam peccare in scribendo. ego faciam vtrunq; eorum quæ negaui.i.dixi non esse facienda mihi.i.'s me. Nam ego velim supple vt addas ad id, quod ostendisti te facturum causa Attici tm̄, quantum accessionis.i.incrementi, fieri pōt ex amore meo.i.propter accessionem amoris mei. Et quod verebar modo .i.paulo ante, videlicet agere tibi gratias, ago plane i.ex animo aut manifeste: & volo te existimate ita, quibuscunq; officiis.i. beneficiis, quasi ex debito aut honesto factis, obstrinxeris.i.deuinxeris Atticum in rebus Epiroticis.i.quas curandas habet in Epiro, & reliquis.s.rebus, me fore obligatum tibi iisdem.s.rebus.

ARG. Rogat, vt Lysonem, iam antea commendatum, Sulpicius in fidem, necessitudinemque suam recipiat.

CICERO S. D. SVLPICIO. 19

CVM *Lysone Patrensi est mihi quidem hospitium vetus; quam ego necessitudinem sancte colendam puto: sed ea causa etiam cum aliys compluribus, familiaritas tanta nullo cum hospite, & ea cum officys eius multis, tum etiam consuetudine quotidiana sic est aucta, vt nihil sit familiaritate nostra coniunctius. is cum Romæ annum prope ita fuisset, vt mecum viueret: etsi eramus in magna spe, te meis literis,

ep. 1. & 6. & 9. l. 16.

*commendationeq́; diligentissime facturum id, quod fecisti, vt eius rem, & fortunas absentis tuerere; tamen quòd in vnius potestate erant omnia, & quòd Lyso fuerat in *nostra causa, nostrisque præsidijs, quotidie aliquid timebamus. effectum tamen est & ipsius splendore, & nostro reliquorumq́; hospitum studio, vt omnia, quæ vellemus, a Cæsare impetrarentur. quod intelliges ex ijs literis, quas Cæsar ad te dedit. nunc non modo non remittimus tibi aliquid ex nostra commendatione, quasi adepti iam omnia; sed eo vehementius a te contendimus, vt Lysonem in fidem, necessitudinemq́ue tuam *recipias. cuius dubia fortuna timidius tecum agebamus, verentes, ne quid accideret eiusmodi, vt ne tu quidem mederi posses. explorata vero eius *incolumitate, omnia a te studia summa cura peto: quæ ne singula enumerem, totam tibi domum commendo, in his adolescentem filium eius: quem C. Memmius Gemellus, cliens meus, cum in calamitate exilij sui Patrensis *ciuis factus esset, Patrensium legibus adoptauit: vt eius ipsius hereditatis ius, causamq́; tueare. Caput illud est, vt Lysonem, quem ego virum optimum, gratissimumq́; cognoui recipias in necessitudinē tuā. quod si feceris; non dubito, quin in eo diligendo, ceterisq́; postea cōmendando, idem, quod ego, sis iudicij, & voluntatis habiturus. quod cum fieri vehementer studeo: tum etiam illud vereor, ne si minus cumulate videberis fecisse aliquid eius causa, me ille negligenter scripsisse de se putet non te oblitum mei. quanti enim me faceres, cum ex sermonibus quotidianis, meis tum ex epistolis etiam tuis potuit cognoscere. Vale.*

Pompeiis secutus erat.

supra, ep. 26.

cum ei Cæsar ignouerit.

de mutatione ciuitatis vide orat. pro Balbo.

HVBER.

CVm Lysone} Lyso Patrensis ciuis veteri hospitio & familiaritate, officiis & consuetudine quotidiana aucta, Cic. coniunctus erat. is in dissensione ciuili inter Cæs. & Pomp. Pompeianis partibus maxime studuerat. itaq; licet speraret Cicero Seruiū eius causa oia facturum esse: tñ q̄ iā omnia erant in potestate Cæs. aliquantulum verebatur: sed postea impetrauit omnia a Cæs. pro ipso Lysone. quare Cic. hac epistola ita eum cōmendat Seruio, vt licet Cæs. omnia concesserit, ipse nihilominus sibi pro eo agendum putet: sed impetrata eius incolumitate a Cæs. petit Cic. a Seruio, ut omnia eius magis commendata habeat, & præcipue faueat eius filio: qui adoptatus fuerat a quodam C. Mēmio Gemello, qui Patris in exilio fuerat. {Sancte colendam} i. religiose, & inuiolabiliter seruandam: quod fiebat apud antiquos. vnde & Iupiter hospitalis colebatur, qui præesset hospitiis. Virg. Iuppiter, hospitibus nam te dare iura loquuntur. {Is} s. Lyso. {Vnius} Cæs. {In nostra causa} in Pompeianis partibus. {Timebamus} ne Cæs. male consuleret eius rebus. {Splendore} ipsius} quo Cæs. motus est. {Studio} fauore. {Quę vellemus} incolumitatem vitæ & fortunarum suarum. {Remittimus} diminuimus. {Quasi adepti omnia} i. tanq̄ omnia obtinuerimus a Cæs. & non egeamus fauore suo. {Eo} pp id, quia a Cæs obtinuimus, quæ uoluimus. {Dubia fortuna} cum nōdum sciebamus mentem Cæs & an ei esset concessurus incolumitatem. {Mederi} prouidere. {Explorata} certa. {Domum} familiam: vt Virg. Dum domus Aeneæ capitoli immobile saxum Accolet. {Adolescentem} s. cōmendo. {C. Memmius} is ciuis R. Patrensis in exilium missus, adoptauit in filium Lysonis filium. {Cumulate} plene. {Me ille} i. putet me visum esse negligentia in commendando, non autem te esse oblitum mei, quem scit a te plurimum diligi.

ASCEN.

CVm Lysone &c.} Lyso ciuis Patrēsis, Ciceroni veteri hospitio & consuetudine coniunctus, is in dissensione ciuili Pompeianas partes secutus erat. quo circa licet putet Seruium eidem fauturum, tñ quia omnia erant in potestate Cæs. aliquantulum verebatur: hunc Cic. diligenter cōmendat in præsenti epistola, dicens Hospitium vetus. i. ius hospitalitatis est quidem mihi cum, Lysone Patrensi. i. ciue Patrarum in Achaia, quam necessitudinem. s. hospitalitatis ego puto colendam sancte. i. inuiolabiliter. nam Ioui curæ est, vnde Dido Aen. j. Iuppiter, hospitibus nam te dare iura loquuntur. Sed ea causa s. necessitudinis est su͂p. mihi etiam, cum compluribus alijs qui etiam illius hospites sunt familiaritas tanta sup. est mihi cum nullo hospite s. quanta cum ipso, & ea. s. familiaritas aucta est tū officiis multis, tum ēt consuetudine. i. cōmunicatione vitæ quotidiana, sic vt nihil sit coniunctius familiaritate nostra. Is. s. Lyso cum fuisset Romæ propé. i. quasi annū, ita vt viueret mecum etsi eramus in magna spe te facturum diligentissime id quod fecisti literis meis & cōmendatione mea. i. pp literas meas, & cōmendationem meā videlicet vt tu. rere. i. protegeres rē & fortunas eius absentis; tñ q̄. i. quia oīa erant in potestate vnius. s. Cesaris, & q̄ Lyso fuerat in causa nostra. i. Pōpianas partes nobiscum secutus & in præsidiis nostris. i. nostrarum partium, nos timebamus quotidie aliquid s. aduersi illi posse contingere. tñ effectum est, &. i. simul, splendore. i. eminenti honestate vitæ ipsius & studio nostro & reliquorum hospitum, vt omnia impetrarentur a Cæsare, quæ vellemus. Quod intelliges s. verissimum esse ex literis quas Cæsar dedit ad te. Nunc. s. qñ tuto scribere possumus, non modo. i. non solum nō remittimus. i. relaxamus aut detrahimus tibi aliquid ex commendatione nostra quasi adepti sup simus iam omnia; sed contendimus. i. petimus a te eo. i. pp ea vehementius, vt recipias Lysonem in fidem. i. in fidelem tutelam & necessitudinem tuam. Cuius fortuna sup. existente dubia. i. tantisper, dum dubia erat nos agebamus tecum timidius. i. magis timide, q̄ nunc, aut aliquantulum timide, quia nunc timide non agit, verentes i. formidantes ne quid eiusmodi accideret vt ne tu quidem, qui maxime posse videris, posses mederi. i. curare & incolumitati restituere. Vero. i. sed incolumitate. i. salute cum fortunis eius explorata. i. comperta, ego peto a te omnia summo studio, & cura. s. summa. Quę. s. petita ne enumerem singula, ego cōmendo tib. totā domum. i. familiā & rem familiarē, eius & cōmendo in his. Non dicit in hac, quia rem respicit, sic, Domus Aaron sperauit in domino, adiutor eorum & protector eorum est. i. inter hos, qui sub nomine domus comprehenduntur. filium eius adolescentē, quem C. Mēmius Gemellus cliens meus. i. qui me colit eo q̄ patrocinio meo vtitur, cum factus esse ciuis Patrensis sup. in calamitate exilii sui adoptauit. i. in filiū assumpsit legibus i. s̄m leges Patrēsium. s. in ciuium ut tueare. i. defendas ius & causam hereditatis ipsius. s. filii Lysonis quę obuenit illi ex Mēmio. Illud est caput. i. præcipua pars petitionis meę, vt recipias in necessitudinē tuam. i. inter necessarios tuos aut in vinculum necessitudinis tuę, Lysonem, quem ego cognoui virum optimum. & gratissimum. Quod si feceris, non dubito quin in diligendo & cōmendando. s. eo, ceteris, sis habiturus idē indicij & voluntatis. s. de eo & in eum quod ego. s. habeo. Quod fieri. i. vt fiat studeo. i. studio laboro, cum vehementer, tum etiam vereor illud, ne si videberis fecisse aliquid minus cumulate i. aucte, causa. i. in causa eius, ille putet me scripsisse negligenter, non sup. putet te oblitum mei. Enim. i. quia ipse potuit cognoscere. quanti. i. q̄ magno feceris. i. æstimaueris me tum. i. pariter. i. pari mensura ex sermonibus meis quotidianis, quia quotidie beneficiis tuis in me aliquid loquor, tum etiam ex epistolis tuis, quibus omnia mihi defers, &c.

ARG. Commendat Asclaponem medicum, vt amicum, vt doctum vt fidelem.

CICERO S. D. SVLPICIO. 20

*ASclapone Patrensi, medico vtor valde familiariter; eiusq́; tum consuetudo mihi iucunda fuit, tum etiam ars, quam sum expertus in valetudine *meorum: in qua mihi tum ipsa scientia tum etiam fidelitate, beneuolentiaq́; satisfecit. hunc igitur tibi commendo: & a te peto, vt des operam, vt intelligat, diligenter me scripsisse de se, meamq́; cōmendationem vsui magno sibi fuisse: erit id mihi vehementer gratum. Vale.*

Tironis quę Patris ægrum reliquit. ep. 2. & 6. & 9. lib. 16.

HVBER.

ASclapone} Asclaponem, Patrensem ciuem, & medicum cōmendat Cic. Seruio: huius autem medici artem laudat & fidelitatē: quorum vtrunq; dicit se expertum, cū sui ægrotarent, qm̄ eos diligenter curauit, & fideliter. {Ars} medendi. {Scientia} doctrina. {Valetudine} ægrotatione Notandum autem tria in medico, scientiam, fidem beneuolentiam, sine quibus non bene satisfacere potest.

ASCEN.

ASclapone} Cōmendat Asclaponē medicū bene de suis, vt inquit, meritum, dicens, Ego vtor familiariter Asclapone Patrēsi. i. ex pris oppido Achaiæ medico, & tū cōsuetudo. i.

conuer-

cōuersatio & communicatio eius. fuit mihi iucunda, tum etiā ars videtur addendum secundum Vallam elegantius grata quā sum expertus in valetudine.i mala dispositione meorum. In qua.s.valetudine meorum, ipse satisfecit mihi tum.i pariter ipsa scientia, tum etiam fidelitate & beneuolentia Igitur cum fuerit talis in meos,ego commendo tibi hunc, & peto a te vt des operam, vt intelligat, me scripsisse diligenter de, se & commendationem meam fuisse sibi magno vsui.i.magnæ vtilitati id erit mihi vehementer gratum.

ARG. Domum, & rem familiarem M. Aemelij, maximeque C. Ammonium, libertum eius commendat.

CICERO S. D. SVLPICIO. 21

M. Aemilius Auianus ab ineunte adolescentia me obseruabit, semperq; dilexit vir cum bonus, tum perhumanus, & in omni genere officij diligendus. quem si arbitrarer esse Sicyone; & nisi audirem ibi eum etiam nunc, vbi ego reliqui, Cibyræ commorari: nihil esset necesse plura me ad te de eo scribere. perficeret enim ipse profecto suis moribus, suaque humanitate. vt sine cuiusquam commendatione diligeretur abs te non minus, quàm & a me, & a ceteris suis familiaribus. sed eum illum abesse putem; commendo tibi maiorem in modum domum eius, quæ est Sicyone remque familiarem, maxime C. *Auianum Ammonium, libertum eius: quem quidem tibi etiam suo nomine commendo. nam cum propterea mihi est probatus, quod est in patronum suum officio, & fide singulari; tum etiam, quòd in me ipsum magna officia contulit, mihique molestissimis temporibus ita fideliter, beneuoleque præsto fuit, vt si a me manumissus esset. itaque peto a te, vt eum Ammonium & in patroni eius negotio sic tueare, vt eius procuratorem, quem tibi, commendo; & ipsum suo nomine diligas, habeasq; in numero tuorum. hominem pudentē, & officio sum cognosces, & dignū, qui a te diligatur. Vale.

de quo ep. 27.

NEBR. Marcus Aemilius} Inscriptio huius epistolæ vt plurimum est Octauio sed puro factum errorem, vt pro seruio scriptum sit octauio. quod ex epistola quadam inferius posita, quæ incipit, Licet eodem exemplo, &c. cognosci potest in qua Cic. non Octauio, sed Seruio agit gratias, q hanc commendationem suam diligenter obseruauerit. primum igitur Cic. commemorat, causas beneuolentiæ suæ erga Auianum, & antiquas, & iustas. Deinde qui aberat Sycione vrbe, vbi erat Ser. Sulp. commendat eum diligenter Seruio & præcipuæ Ammonium eius libertum: quem summopere laudat ab eoq; se magna officia accepisse dicit tempore exilij sui. Itaq; petit Cic. a Seruio vt hunc Ammonium libertum, & in rebus patroni adiuuet, & eius nomine carum habeat & dil gat: dignum.n. eius amore pollicetur. {Sycione} quæ ciuitas est mediterranea a Sycione partis Achaiæ. vt scribit Ptolemæus. alia est in Laconia. Cibyra aūt, vt alio loco diximus ex auctoritate Strab. vrbs est Asiæ australis. cuius administratio inter maximas totius Asiæ censebatur. Inde Horat. in epist. Ne cybiratica ne Bythinica negotia perdas. {Perficeret} si præsens esset {Libertum} quē manumisit.i.ea seruo libertum fecit. {Abesse} Sicyone. {Etiam suo nomine}.i. propria causa ipsius liberti non modo patroni causa. nam laudat libertum ipsum. {Probatus mihi}.i. placet mihi est mihi gratus. {Molestissimis} aduersissimis, quibus eram in exilio, {Præsto} paratus. {Vt} sicut. {Manumissus} liber factus {Patroni} Auiani. patrono enim opponitur libertus: suus enim nomina ad aliquid dicta, sicut dominus, & seruus. {Ipsum} libertum. {Suo nomine} propria causa. {Pudentem} verecundum & modestum.

ASCEN. MArcus, &c.} Commendat diligenter & accuratis verbis M. Aemelium Auianum. & domum eius, & præcipue Ammonium, libertum eius, ob pręclara vtriusq; merita, dicens, M. Aemilius Auianus obseruauit, idest coluit me cauendo offendere, ab adolescentia.s.sua ineunte.i. incipiente, & dilexit me semper.s. deinceps, vir.i. qui est vir, tum bonus, tum perhumanus & diligendus omnis genere officii, Quem si ego arbitrarer esse Sicyone.i.in ea vrbe Achaię, & nisi audirem eum commorari etiam nunc.i.adhuc Cibyræ i.in ea vrbe Asiæ australis, vbi ego reliqui eum.s tunc, cum essem imperator Ciliciæ: nihil esset necesse me scribere plura de eo. enim.i. quia, ipse perficeret profecto suis moribus, & sua humanitate, vt diligeretur a te sine comendatione cuiusquam non minus q diligitur a me, & a ceteris familiaribus suis. Sed cum putem.s. eum abesse, ego commendo tibi in maiorem modum.i.non vulgariter domum.i.familiā eius, quæ est in Sicyone, & rē familiarem sup. eius, & maxime C. Auianum Ammonium, libertum eius: quem quidem ego commendo tibi etiam sup.i. proprio nomine nedum patroni. Nam cum s.ita sit, q est probatus.i. probus habitus mihi, q.i.quia est officio & fide singulari in.i erga patronum suum, tum etiam contulit magna officia in me ipsum, & fuit mihi præsto i.auxilio paratus temporibus molestissimis aut exilii, aut post cladem Pharsalicam, ita fideliter & beneuole, vt sup. esse deberet, si esset manumissus a me. Itaq; peto a te, vt tueare.s eum Ammonium & i.simul in negotio patroni eius.s.M. Aemilij sic, vt diligas eius procuratorem, quem commendo tibi, & ipsum.s. Amomnm, sui.i.& proprio nomine.i.respectu, & habeas in numero tuorum, quia sup. tu cognosces eū hominem pudentem & officiosum & dignum, qui diligatur a te.

PAVL. MANV. IN omni genere officij diligendus} Quid, si legatur in omni genere officij diligentiss. id est, diligentissimus? qua ratione etiam dixit in oratione pro Planco, In omni officio diligentissimus: & Pro M. Cælio, Viro omnis officii diligentissimo: & pro Cluentio, In omnibus officiis tenendis diligentior esse nemo potest. Sed hæc eruditorum iudicio permittimus: incerta enim in re affirmare quidquam, & immutate, tum temerarium est, tum periculosum. {Eum Ammonium} Ammonium, vt puto, glossema est.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

T. Manlium Cicero & sua, & Varronis petitione, causaque diligenter commendat.

CICERO S. D. SVLPICIO. 22



Manlium, qui negotiatur Thespijs, vehementer diligo. nam & semper me coluit, diligentissimeque obseruauit; et a studijs nostris non abhorret. accedit eo quòd Varro Murena magnopere eius causa vult omnia. qui ita existimauit, etsi suis literis, quibus mihi Manlium commendabat, valde confideret, tamen mea commendatione aliquid accessionis fore. me quidem cum Manlij familiaritas, tum Varronis studium commouit, vt ad te quamaccuratissime scriberem. Gratissimum igitur mihi feceris, si huic commendationi meæ tantum tribueris, quantum cui tribuisti plurimum idest si T. Manlium quam maxime, quibuscunque rebus *honeste, ac pro tua dignitate poteris, iuueris, atq; ornaueris. ex ipsius præterea gratissimis, & humanissimis moribus, confirmo tibi, eum te, quem soles fructum a bonorum virorum officijs expectare, esse capturū. Vale.

ep 67. h. l.

NEBR. T. Manlium} Laudat Cicero Manlij erga se beneuolentiam & doctrinam: dicitq; eum valde carum esse Varroni Murenæ a quo fuerat commendatus ipsi Seruio. qui Varro licet confideret multum literis suis cōmendaticiis: tū existimauit commendationem Cic. posse aliquid addere. Itaq; Cic. dixit & Manlii familiaritate & Varronis studio commotum esse, vt eum commendaret diligentissime affirmat.n.se, vt officium viro neq; ingrato, neq; immemori sic præstaturus. Negotiatur} mercatur, habet negotia. {Thespiis} qđ est oppidum Heliconi proximum, qđ etiam singulari numero Tespia dr, vt scribit Strabo lib. 9. qui de eo loco plura dicit. {Non abhorret} non est alienus.i.studiosissimus: liptote. {Eò} ad id. {Confideret suis literis} haberet magnā fiduciā in literis suis {Studium} amor. {Quantū cui tribuisti plurimum}.i. sicut tāti feceris quanti vnquam feceris aliquem. {Pro tua dignitate}.i. quantū tua dignitas patitur. {Fructum} utilitatem, & voluptatē.

ASCAN. TItum,&c.} Valde commendat T. Manlium, omniaq; negotia eius Ser. Sulpicio, communi amico, & huomini docto ac probo, dicens, ego diligo veheoientet Titum Man. qui negotiatur.i.mercaturam agit Thespiis.i.in oppido iuxta Heliconem, vnde musę Thespiades interdum dñt, Nam ipse &.i simul coluit, & obseruauit me semper diligentissime,& nō abhorret.i non est alienus a studus nostris ant legalis ant oratoriæ aut stoicæ disciplinæ. Accedit.i.additur eo.i.ad eā commendationem, ꝙ Varro Murena vult magnopere omnia .s.fieri, ant facere causa eius.i propter eum. qui.s. Varro tñ etsi pro tametsi cōfideret valde literis suis,quibua cōmendabat tibi Manlium, tñ existimauit aliquid accessionis.i. augumenti fore, commendatione mea.i.per cōmendationnem meam. Quidem.i. certe tum familiaritas Manlii, tum studium Varronis.s.Murenæ cōmouit me,vt scriberem ad te quamaccuratissime. Igitur tu feceris mihi gratissimum.i.rem gratissimam, si tribueris huic cōmendationi meæ tm̄, quantum sup.illi,cui tribuisti plurimum, .i si iuueris, atq; ornaris pro ornaueris Titum Manlium, quibuscunq; rebus poteris honeste pro dignitate tua.i.seruata dignitate tua. Ego præterea confirmo tibi ex gratissimis & humanissimis moribus,eius te capturum esse eum fructum.i eam vtilitatem; quē.s.fructum soles expectare ab officiis bonorū virorum.

ARG. L. Cossinium libertum commendat.

CICERO S. D. SVLPICIO. 23

L Cossinio, amico, & tribuli meo, valde familiariter vtor. nam & inter nosmet ipsos vetus vsus intercedit. & Atticus noster maiore etiā mihi cum Cossinio cōsuetudinē fecit: itaq; tota Cossinij domus me diligit, in primisq; libertus eius L. Cossinius Anchialus, homo & patrono, & patroni necessarijs, quo in numero ego sum probatissimus. hunc tibi ita commendo, ut, si meus libertus esset, eodemq; apud me loco esset quo & est apud patronum suum, maiore studio commendare non possem. quare pergratum mihi feceris, si eum in amicitiam tuam receperis, atque eum, quod sine molestia tua fiat, si qua in re opus ei fuerit iuueris. id & mihi vehementer gratum erit, & tibi postea iucundum hominem enim summa probitate, humanitate, obseruantiaque cognosces. Vale.

HVBBR. COssinio} Commendat Cicero hac epistola Seruio L. Cossinium, L. Cossinij amici, & tribulis sui libertum, non minus, q̄ si esset libertus suus causas antem commendationem sumit tom a patrono, tum ab ipso liberto. {Tribuli} ex tribu mea. {Vsus} consuetudo. Quo in numero}.s. necessariorum. {Probatissimus} gratissimus. {Quod} .s.iuuare ipsum, vbi opus fuerit.

ASCEN. LVcio, &c. }Commedat Ser. Sulpicio L. Cossinium L. Cosinii amici & tribulis sui.i.eius,qui cum de eadem tribu erat, libertum perinde ac si proprius esset dicens. Ego. vtor valde familiariter L. Cossinio amico & tribuli tuo .i.viro de tribu tua. nam uetus vsus.i.mutuum obsequium intercedit.i.medium est,inter nosmetipsos:& Atticus noster.s.Pomponius fecit mihi etiam maiorem consuetudinem cum Cosinio itaque tota domus Cosinii diligit me, & in primis.i.præcipue libertus eius L. Cosinius Anchilaus, homo probatissimus &.i.simul patrono.s. suo & necessariis patroni.s.sui in quo numero ego sum. Ego commendo tibi hunc.s.libertum eius,ita ut si esset libertus meus, & si esset apud me eodem loco.i.eadem caritate, quo &.i.etiam est apud patronum suum, ego non possem commendare eum maiore studio. Quare tu feceris mihi pergratum, si ceperis eum in amicitiam tuam, atque iuueris eum, quod fiat sine molestia tua, si opus fuerit ei qua.i.in aliquare. Id erit & i.simul gratum mihi vehementer, & erit postea iucundum tibi. Tu enim cognosces sup.eum esse hominem summa probitate, humanitate, & obseruantia.

ARG. Primum agit gratias Sulpicio, quòd se totum Lysoni remisisset, deinde rogat, vt eundem omnibus officijs, omnique liberalitate complectatur.

CICERO S. D. SVLPICIO. 24

CVm antea capiebam ex *officio meo voluptatem; quod memineram, quàm tibi diligenter Lysonem, hospitem, & familiarem meum, commendassem: tum vero, postea quàm ex literis eius cognoui, tibi eū falso suspectū fuisse, vehementissime lætatus sum, me tam diligentem in eo cōmendando fuisse ita enim scripsit ad me, sibi meam commendationem maximo adiumento fuisse; quòd ad te delatum diceret, sese contra dignitatem tuam Romæ de te loqui solitū esse. de quo etsi pro tua facilitate, & humanitate purgatum se tibi scribit esse: tamen primum, vt debeo, tibi maximas gratias ago. cum tamen literæ meæ potuerunt, vt, ijs lectis omnem offensionem suspicionis, quam habueras de Lysone, deponeres: deinde, credas mihi affirmanti, velim, me hoc non pro Lysone magis, quàm pro omnibus, scribere; hominem esse neminem, qui vnquam mentionem tui sine tua summa laude fecerit. Lyso vero cum mecum prope quotidie esset. vnaq; viueret, non solum quia me libenter audire arbitrabatur, sed quia libentius ipse loquebatur, omnia mihi tua & facta, & dicta laudabat. quapropter, etsi a te ita tractatur, vt iam non desideret commendationem meam; vnisq; se literis meis omnia consecutum putet: tamen a te peto maiorem in modum, vt eum etiam atq; etiam tuis officijs, * liberalitate complectar. scriberem ad te, qualis vir esse, vt superioribus literis feceram; nisi eum iam per se ipsum tibi satis esse notum arbitrarer. Vle.

* cum est cōmendaui. ep.29. h. l.

* omissa copula, vt epist. 28. h. l. 8. 10. 12 lib. 3. 17. l. 5. 5. l. 7. 6. l. 8. 1. l. 9. & ad Att. ep. 3. l. 4 & 12. lib. 9. & Acad. 1. Sermones Socratis perscripti varie, copiose sunt.

HVBBR. CVm antea} Seruius suspectum habuerat Lysonem Patrensem ei a Cic. supra commendatum, ꝙ ad se delatum fuerat, eum Romæ locutum contra dignitatem suam; quod falsum erat: cumq; ille se apud Seruium excusasset, Seruius propter literas Cic. cōmendaticias, omni offensione deposita, Lysonem cōmendatum habuit. quamobrem Cicero hac epistola dicit se sp accepisse magnum volptatē de eo qđ scripsisset diligenter de Lysone ad ipsum Seruium, sed magis se lętatū postea quam intellexit eum fuisse falso suspectum Seruio; nam si negligenter scripsisset, visus fuisset quodammodo conscius huius rei. itaque primum agit gratias Seruio, qui omnem suspicionis offensionem deposuerit propter literas suas cōmendaticias, deindę excusat ipsum Lyso.s. quod non modo nunq̄ dixerit aliquid cōtra dignitatem Seruii, sed semper omnia cum summa eius laude: quod idem ab omnibus factum dicit. Postremo rursus cōmendat ei hūc Lysonem. {Purgatum} excusatum. {Offensionem} molestiam, displicentiam, vt ita dicam. {Affirmanti} testificanti, certificanti. {Neminem}.s.esse. {Non solum}.i. non solum quia sciret me libenter audire laudes tuas, sed etiam quia libentius de te cum laude loquebatur, {Ita} cum tanta humanitate & liberalitate, {Literis meis} quibus eum, antea tibi commendaui.

ASCAN. CVm antea, &c.} Seruius suspectum habuerat Lysonem ꝙ audierat, eum contra dignitatem suam Romæ locutum: quā suspicionē pro commēdatione Cic. deposuerat qđ factum sibi gratissimum nunc dicit Cicero. Ordo est. Cum.s.ita sit ꝙ capiebam antea volupatem ex officio meo ꝙ meminerā q̄ diligenter commendassem tibi Lysonem hospitem & familiarem meū: tum vero.i.tūc multo magis,& quasi ex vero ant ad verū, posteaq̄ cognoui ex literis eius eū fuisse suspectum tibi falso, lętatus sum vehementissime, me fuisse tam diligentem in eo cōmendando. Ita.n.scripsit ad me meā cōmendationē fuisse sibi maximo adiumento, ꝙ .i.eo ꝙ diceret delatum sup fuisse ad, te se solitum esse loqui Romæ de te contra dignitatem tuam. De quo etsi.i.quanquam scribit se purgatū esse tibi 16 pro facilitate & humanitate tua: tñ ego ago primum tibi maximas gratias vt debeo, cum.i.quādoquidem literæ meæ potuerunt tm̄.i.tam multum, vt iis lectis.i.postq̄ eas legeris, deponeres omnem offensionem suspicionis.i.ortam ex suspicione, q̄ habueras de Lysone. Deinde velim sup. vt credas mihi affirmanti me scribere

bere hoc non magis pro Lysone s.purgando, q̃ pro omnibus.s. Romę agentibus, hominem neminem.i.nullum, esse qui fecerit vnquam mentionem tui sine summa laude tua. Vero.i.sed, Lyso cum esset mecum prope.i fere quotidie, & viueret vna.i.pariter, non solum quia arbitrabatur.i putabat me audire libenter, sed quia ipse libentius loquebatur, laudabat mihi omnia facta & dicta tua. Quapropter etsi.i.quanquam tractatur à te ita, vt iam non desideret commendationem meam, & is putet se consecutum.i.obtinuisse omnia.s.quæ velit literis.i.per literas meas: tamen peto à te in modum maiorem i. formam non vulgarem, vt complectere eum etiam atque etiam.i.frequenter tuis officijs, supp.& liberalitate. Ego scriberem ad te, qualis vir esset, vt feceram superioribus.s. literis, nisi arbitrarer iam esse satis notum tibi per se ipsum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hagesaretum ob merita erga se commendat,

CICERO S. D. SVLPICIO. 25

HAGESARETVS Larissæus, magnis meis beneficijs ornatus in consulatu meo, memor & gratus fuit, meq́; postea diligentissime coluit. eum tibi magnopere commendo, vt & hospitem, & familiarem meum, & gratum hominem, & virum bonum, & principem ciuitatis suæ, & tua necessitudine dignissimum. pergratum mihi feceris, si dederis operam, vt is intelligat hanc meam commendationem magnum apud te pondus habuisse. Vale.

RVBER. Hagesaretus} Laudat Cicero multum Hagesareti Larissæi gratitudinem & beneuolentiam erga se. Deinde commendat eum Seruio Sulpicio. {Larissæus} ex Larissa ciuitate Thessaliæ in sinu pelasgico, vnde & Achilles Larissæus, & Virg.lib.2.Aeneid. Quem non mille rates, nec Larissæus Achilles.

ASCEN. Hagesaretus &c.} Laudat Hagesareti Larissæi gratitudinem & beneuolentiam, atq; ita eum Sulpicio facit commendatiorem, dicens, Hagesaretus Larissæus.i.ex Larissa oppido Thessaliæ in sinu pelasgico, vnde Achilles Larissæus vocatus est, ornatus magnis beneficijs meis in consulatu meo, fuit memor & gratus, & coluit me postea diligentissime. Ego cõmendo tibi eum magnopere, vt & hospitem meum, & familiarem meum, & supp.vt hominem gratum, & virum bonum, & principem ciuitatis suæ, & dignissimum necessitudine.i. arcta coniunctione tua. Tu feceris mihi pergratum, si dederis operam, vt intelligat hanc commendationem meam habuisse apud te magnum pondus.i.momentum in eo cõmendando. Omnia sunt tam aperta, vt expositione non egeant, nec in ordine quisquã, primas modo literas doctus, errare possit: nolui tñ propter facilitatem vnius aut alterius epistolę ab incepto desistere.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

L. Mescinium, Mindij fratrem, qui in Seruij prouincia, vbi frater oppetierat, hereditatem petebat, Seruio multis de caussis commendat: &, vt caussam illius defendat, petit.

CICERO S. D. SVLPICIO. 26

ep. 20. 21. l.5.et 6.l.16 supra, ep. 20

L. MESCINIVS ea mecum necessitudine coniunctus est, quòd mihi quæstor fuit: sed hanc caussam, quam ego, vt à maioribus accepi, semper grauem duxi, fecit virtute, & humanitate sua iustiorem. itaq; eo sic vtor, vt nec familiarius vllo, nec libentius. is quãquam confidere videbatur, & sua causa, quæ honeste posses, libenter te esse facturum: magnum tamen esse sperauit apud te meas quoq; literas* pondus habituras. id cum ipse ita iudicabat, tum pro familiari cõsuetudine sæpe ex me audierat, quã suauis esset inter nos, & quanta coniunctio. Peto igitur à te, tanto s. studio, quanto intelligis debere me petere pro homine tam mihi necessario, & tã familiari; vt eius negotia, quæ sunt in Achaia, ex eo quòd heres est M.* Mindio, fratri suo, qui Elide negotiatus est, explices, & expedias tum iure, & potestate, quã habes, tum etiam auctoritate, & consilio tuo. sic.n. perscripsimus ijs, quibus ea negotia mãdauimus. vt omnibus in rebus, quæ in aliquam controuersiam vocarentur, te arbitro, &,* quod commodo tuo fieri posset, te disceptatore vterentur. id vt honoris mei causa suscipias, vehementer te etiam atq; etiam rogo. Illud præterea, si non alienum à tua dignitate putabis esse, feceris mihi pergratum; si qui difficiliores erunt, vt rem sine controuersia confici nolint, si eos, quando cum senatore res est, Romam reieceris. quod quo minore dubitatione facere possis, literas ad te à M. Lepido consule, non quæ te aliquid iuberent, (neque enim id tuæ dignitatis esse arbitrabamur) sed quodam modo quasi commendaticias sumpsimus. Scriberem, quàm id beneficium bene apud Mescinium positurus esses; nisi & tu scire confiderem, & mihi peterem. sic.n. velim existimes, non minus me de illius re laborare, quàm ipsum de sua. sed cum illum studeo quamfacillime ad suum peruenire; tum illud laboro, vt non minimum hac mea commendatione se consecutum arbitretur. Vale.*

absunt ab antiquis aliquot libris hæ duæ dictiones, Pondus habituras.

de quo l. 5. epistola, q̃ vltimam antecedit.

qđ sine molestia tua fiat, dixit epist. 23. & 35.sup. l.

RVBER. L. Mescinius} M. Mindius, Messinij quęstoris Ciceronis frater, qui Elide negotiatus fuerat, illic perijt: quare cum Mescinius hereditatem fratris peteret, quosdam habebat aduersarios in hac causa, & præcipue Oppiã, quæ vxor fuerat ipsius Mindij. Itaque Cic. expositis causis suæ coniunctionis cum Messinio, commendat eum Seruio, vt in obtinenda hac hereditate eum adiuuet, sitq; in omnibus eius rebus, quæ in controuersiam vocabuntur, arbiter & disceptator. deinde si aliqui ex aduersarijs fuerint duriores, qui nolint causam componi sine controuersia, petit à Seruio, vt eos Romam remittat ad litigandum; si id sine præiudicio dignitatis suæ fieri poterit. &, vt liberius facere posset, dicit se habuisse literas à M. Lepido consule, ad ipsum Seruium. non quæ cogant illum aliquid facere, quoniam existimasset contra eius dignitatem, sed quæ hortentur, & commendent ei Messinium: pro cuius causa & rebus dicit Cicero se non minus laborare, quàm eum ipsum. {Grauem} magnam. {Vt à maioribus accepi} sic.n. supra ad Br. in commendatione M. Var inquit: Satis.n. commendatum tibi eum arbitrabar ab ipso more maiorum, qui, vt te non fugit, hãc quæsturæ coniunctionem liberorum necessitudini proximam voluit esse {Achaia} prouincia tua. {Elide} regione Achaiæ, vt scribit Ptol. in qua est Elis ciuitas. {Negotiatus est} mercaturam exercuit. {Explices} liberes. {Potestate} proconsulari de iure dicendo in prouinca tua. {Consilio} prudentia. {Auctoritate} qua plerunq; tolluntur multæ lites. {Perscripsimus} iussimus, ordinauimus, & quasi legem dedimus. {Iis} procuratoribus. {Controuersiam} litem. {Vocarentur} traherentur. {Arbitro} mediatore & iudice. {Disceptatore} discussore, cõpositore. {Alienum tua dignitate} .i. remotum à dignitate tua, hoc est contrarium tuæ dignitati. {Difficiliores} duriores & pertinaciores. {Confici} componi. {Reieceris} remiseris. {Quando} qm̃. {Res est cum senatore} .i. qm̃ lis & controuersia est cum Messinio senatore, & ita poteris re honestate, reiiciendo Romam eos, qui cum senatore litigant {Iuberet te} s. re facere. {Bene positurus} bene collocaturus tanquam apud gratum & memorem. {Et peterem mihi} s. hoc beneficiũ.i. pro me. {De sua} de propria re sua.

ASCEN. L. Mescinius &c.} M. Mindius Meseinii quæstoris Cic. frater Elide perierat, quocirca cum L. Mescinius fratris hereditatem peteret, Oppiam vxorem Mindii aduersariam habuit, cõtra quam hic Messinium commendat Cic. dicens, L. Messinius est coniunctus mecum ea necessitudine.i. vinculo amicitiæ q. fuit mihi quæstor. s. in Cilicia: sed fecit virtute & humanitate sua hanc causam, quam ego duxi .i. existimaui semper grauem.i. magni momenti & ponderis, vt accepi sup. eam à maioribus.i. prędecessoribus nostris, fecit, dico, iustiorem.i. meliorem. Itaque ego vtor eo sic, vt neq; sup. vtar vllo familiarius nec libentius. Is.s. Lucius q̃q̃ videbatur confidere te facturum esse libenter causa sua.i. amore sui, quę posses s. facere honeste: tamen sperauit meas literas habituras supp. esse

magnum

quæ te erunt digna: sed duo, quæ te nominatim rogo: primum, vt, si quid satisdandum erit amplius eo nomine non peti, cures, vt satisdetur fide mea: deinde, cum fere consistat hereditas in ijs rebus, quas auertit Oppia, quæ vxor Mindij fuit, adiuues, measque rationem, quemadmodum ea mulier Romam perducatur. quod si putarit illa fore; vt opinio nostra est, negotium conficiemus hoc vt assequamur, te vehementer etiam atque etiam rogo. Illud, quod supra scripsi, id tibi confirmo, in meque recipio; te ea, quæ fecisti Messinij causa, quæque feceris, ita bene collocaturum, vt ipse iudices, homini te gratissimo, *iucundissimo benigne fecisse. volo enim ad id, quod mea causa fecisti, hoc etiam accedere.* Nec Lacedæmonios dubitare arbitror, quin ipsi sua, maiorumque suorum auctoritate satis commendati sint fidei, & iustitia tuæ: & ego, qui te optime nouissem, non dubitaui, quin tibi notissima & iura, & merita populorum essent. itaque, cum à me peteret Philippus Lacedæmonius, vt tibi ciuitatem commendarem; etsi memineram me ei ciuitati omnia debere; tamen respondi, commendatione Lacedæmonios apud te non egere. itaque sic velim existimes, me omnes Achaiæ ciuitates arbitrari *pro horum temporum perturbatione felices, quòd tu ijs præsis; eundemque me ita iudicare, te, quòd vnus optime nosses non nostra solum, sed etiam Græciæ monumenta omnia, tua sponte amicum Lacedæmonijs & esse, & fore. Quare tantum à te peto, vt, cum ea facies Lacedæmoniorum causa quæ tua fides, *amplitudo, iustitia postulat: his, si tibi videbitur, significes, te non moleste ferre, quòd intelligas, ea, quæ facias, mihi quoque grata esse. pertinet enim ad officium meum, eos existimare, curæ mihi suas res esse. hoc te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.*

sic Tuscu- lan. 1. & l. 2 de nat. de.

omissa copula, vt ep. 24

forte, initiū epistolæ fuit.

ep. 2. l. 6. dixit: p malis temporum: &, vt in malis, epist. 2. l. 12. & epist. 56. lib. 13. ad Att. pro dignitate.

MVALR.

ETsi} Ea posuerat L. Messinius Ciceroni, literas eius pro se commendaticias ad Seruium, quas ante superiorum vidimus, tantum sibi profuisse, vt statim, ijs lectis, Seruius eius procuratoribus omnia pollicitus sit, & etiam multo plura & maiora effecerit quàm promiseris. quare Cic. hac epistola ostendit quàm gratum sibi fuerit, & quàm recte collocauerit id beneficium. Deinde, laudato plurimum Messinio, petit à Seru. vt augeat sua erga illum beneficia, & transmittat Romam Oppiam, quæ fuerat vxor Mindij, quæ auertebat illam hereditatem. Postremo commendat ei ciuitatem Laced. rogatu cuiusdam Philippi Laced. vt licet ipse eos diligat, & pro iustitia sua sit omnia facturus: tamen significet eis se etiam facere aliquid causa Cic. cui intelligit fore gratissimum. {Multo libentius} quàm peto. {Vt legeris}. i. postquam legeris {Etiam atque etiam dicendum}. i. sæpius repetendum, vt intelligas me esse memorem & gratum beneficij. {Studia nostra}. s. fuot in Messinio. {Antea} temporibus felicibus erant nobis delectationi. {Nunc etiam viuimus} nunc sunt nobis saluti, quia nisi nos consularentur, & à curis abducerent, viuere non possemus. Hanc sententiam multis locis supra dixi, literas temporibus secundis esse ornamento & delectationi, aduersis vero etiam saluti {Quæ erunt dignæ te} quæ non erunt contra honorem & dignitatem tuam. {Nominatim} nomine declarando quæ sunt. {Satisdandum} fideiubendum. & re ipsa certificandum. {Eo nomine} ea causa, eu debito. {Fide mea}. i. sub fide mea, me promittente tibi. Ordo est. Si quid erit satisdandum amplius non peti eo nomine, cures vt satisdetur fide mea oportebat. n. Messinium dare fideiussorem, quòd non peteret amplius eo debito. i. quòd non peteret amplius eo debito & hereditate, quæ ad se perueniebat. ita enim inter litigantes fieri solet, & maxime ab eo qui petit. {Auertit} amouit, e domo mariti sustulit, vt faciunt plerunque vxores mortuis maritis. {Illa mulier} Oppia. {Benigne} liberaliter. i. præstitisse beneficium. {Maiorum} fuerunt. n. clarissimi, & imperium Græciæ, vt Trogus scribit, multos annos tenuerūt. {Iura} quæ habent specialia, quibus regantur. {Me debere omnia ei c.} à qua fueram meis aduersissimis temporibus humanissime exceptus. {Non egere} quia propria voluntate es inclinatos ad eorum fauorem. {Pro perturbatione}. i. quantum patitur perturbatio eorum temporum, quibus bella ciuilia fuerunt inter Cæsarem & Pompeium. {Nostra monimenta} i. scripta & historias nostras i. Romanas. {Significes} demonstres, facias eos intelligere. {Officium meum} qui eis debeo.

ASCEN.

ETsi &c} Ea posuerat L. Messinius Ciceroni, literas eius pro se commendaticias ad Ser. Sulpicium, tantum sibi profuisse, vt statim illis lectis Seruius omnia pollicitus sit, & maiora effecerit quàm pollicitus fuerit. quàobrem Cic. gratias agit, petens tamen, vt beneficium in eundem augeat. Ordo est. Etsi. i quàmquam soleo libenter petere à te si quid opus est cuipiam. i. alicui meorum: tamen ego ago multo libentius tibi gratias, cum fecisti aliquid commendatione mea. i. propter commendationem meam: quod facis semper. enim. i. quia incredebile est quas gratias agant mihi commendati à me tibi etiam mediocriter. quæ omnia sunt grata mihi, sed gratissimum sup. est de L. Messinio. i. quod factum audio per te de illo. Ipse enim locutus est sic de te, vt. i. postquam legeris literas meas, statim pollicitum esse procuratoribus suis omnia, sed fecisse multo plura & maiora. Ridiculum videretur nisi ex amore loquendi sit, q̄ plura quàm omnia fecisse dicat: sed intelligamus omnia, quæ polliceri debebat, pollicitum, fecisse autem longe plura. Igitur ego velim existimes. (puto enim dicendum esse mihi etiam atque etiam. i. frequenter) te fecisse mihi id gratissimum. quod. i. quam rem, equidem. i ego quidem lætor. i læticia prosequor, hoc. i. eo vehementius, quòd video te capturum magnam voluptatem ea ipso Messinio. Enim. i. quia, tum. i. simul, virtus & probitas animi est in eo, tum. i. simul, sup. sunt in eo illa studia nostra. s. philosophica, quibus delectabamur. s. ante occupationem reip. nunc etiam viuimus, quia sine illis viuere nollemus. Quod i. quantum ad id, quod reliquum est. i. adhuc restat, ego velim sup. vt augeas beneficia tua in eum. s. Messinium, omnibus rebus, quæ. s. beneficia erunt digna te. i. quæ à te fiant. Sed rogo te duo quidem nominatim. i. per nominis expressionem: primum vt si quid erit satisdandum. i. pollicendum præstare, non peti amplius. s. quàm iustum est, eo nomine. s. hereditatis, vt sup. cures sup. vt id satisdetur i. compromittatur, fide mea. Videretur enim diffidere Messinio, si ordo sis, peto, vt cures, si quid amplius eris satisdandum eo nomine non peti, vt satisdetur nomine meo. legamus ergo priore modo. Deinde cum hereditas consistat fere in ijs rebus, quas Oppia, quę fuit vxor Mindii. s. fratris Messinii, auertit. i. abstulit in suum vsum vertendo, adiuues. s. procuratores, & ineas. i. inuenias, rationem. i modum & viam, quemadmodum ea mulier perducatur Romam. Quod. s. eam perduci Romam, si illa putaris fore. i. futurum, nos conficiemus i. absoluemus negotium, vt opinio nostra est, quia malit restituere ablata, quàm Romam proficisci. Ego rogo te vehementer etiam atq; etiam vt assequamur. i. obtineamus hoc. Ego recipio in me præstare id, quod scripsi supra, te collocaturum ea quæ fecisti, quæque. i. quæ & feceris. i. facturus fueris causa Messinii, ita bene, vt ipse. i. tute iudices te fecisse benigne homini gratissimo. Volo. n. etiā hoc accedere. i. addi aut aduenire ad id, quod fecisti causa mea, hoc est vt etiam Messinius tibi gratias agat. Nec arbitror Lacedæmonios dubitare, quin ipsi satis commendati sint fidei & iustitiæ tuę auctoritate sua & maiorum suorum. Et ego, qui nouissem te optime, non dubitaui quin & iura & merita populorum. s. Lacedæmoniorum essent notissima tibi. Itaque cum Philippus Lacedæmonius peteret à me, vt commendarem tibi ciuitatem. s. Lacedæmoniam, hoc est Lacedæmonem, etsi memineram me debere ciuitati omnia: tamen respondi Lacedæmonios non egere commendatione. Itaq; ego velim sup. vt existimes sic me arbitrari omnes ciuitates Achaię felices, sup. esse pro perturbatione. i. s̄m perturbationem, aut secundum q̄ possit esse in perturbatione horum temporum, in quibus s. Cæs. omnia tenet, q̄ tu præsis iis. s. ciuitatibus; & me eundem iudicare te, aut me iudicare te eundem, q̄. i. quia tu vnus s. solus, nosces optime non solum omnia monimenta. i. omnes antiquitates & antiqua instituta nostra. i. Romana, sed etiam Græciæ, esse & fore. i. futurum esse amicum Lacedæmoniis tua sponte. i. propria voluntate & inclinatione. Quare peto à tantum. i. duntaxat, vt cum. i. quando facias causa Lacedæmoniorum ea quæ fides, amplitudo, iustitia tua postulat, significes iis. s. Lacedæmoniis, si videbitur tibi. s. honestum ac vtile, te ferre non moleste q̄ intelligas ea, quæ facias, esse grata quoque. i etiam mihi. Enim. i. quia pertinet ad officium meum, eos existimare res suas esse mihi curæ. ego rogo te hoc vehementer etiam atque etiam.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Obliqua commendatione Capitonis, qui cum Cicerone contra Cæsarem steterat, causam eius Planco suscipiendam postulat. petebat autem is hereditatem Antistij fratris.

CICERO S. D. PLANCO. 29

principia lõge ducun tur vel in magnis, peroptatisque rebus, vel vbi, quod cupimus, non valde speramus.

NON dubito, quin scias, in ijs necessarijs, qui tibi à patre relicti sunt, me tibi esse vel coniunctissimum, non ijs modo causis, quæ speciem habent magnę coniunctionis, sed ijs etiam, quæ familiaritate, & consuetudine tenentur; quam scis mihi iucundissimam cum patre tuo, & summam fuisse. ab his initijs noster in te amor profectus, auxit paternam necessitudinem, & eo magis, quòd intellexi, vt primum per ætatem iudicium facere potueris, quanti quisq; tibi faciendus esset, me à te in primis cepisse obseruari, coli, diligi. accedebat non mediocre vinculum cum studiorum, quod ipsum est per se graue, tum eorum studiorum, earumq; artium, quæ per se ipsæ eos, qui voluntate eadem sunt, etiam familiaritate deuinciunt. Expectare te arbitror, hæc tam longe repetita principia quò spectent. id primum ergo habeto, non sine magna, iustaq; causa hanc à me commemorationem esse factam. C. Ateio Capitone vtor familiarissime. notæ tibi sunt varietates meorum temporum. in omni genere & bonorum, & *laborum meorum & animus, & opera, & auctoritas, & gratia, etiam res familiaris C. Capitonis præsto fuit, & paruit & temporibus, & fortunæ meæ. huius propinquus fuit T. Antistius. qui cum *sorte quæstor Macedoniam obtineret; neq; ei successum esset: Pompeius in eam prouinciam cum exercitu venit. facere Antistius nihil potuit. nam si potuisset; nihil ei fuisset antiquius, quàm ad Capitonem, quem vt parentem diligebat, reuerti; præsertim cum sciret, quanti is Cæsarem faceret, semperque fecisset: sed oppressus, tantum attigit negotij, quantum recusare non potuit. cum signaretur argentum Apolloniæ, non possum dicere eum præfuisse, neq; possum negare eum affuisse. sed non plus duobus, aut tribus mensibus. deinde abfuit à castris: fugit omne negotium. hoc mihi, vt testi, velim credas. meam. n. ille mæstitiam in illo bello videbat: mecum omnia communicabat. itaq; abdidit se in intimam Macedoniam, quò potuit longissime à castris; non modo vt non præesset vlli negotio, sed etiam vt ne interesset quidem. is post prælium se ad hominem necessarium A. Plancum in Bithyniam contulit. ibi eum Cæsar cum vidisset; nihil aspere, nihil acerbe dixit; Romam iussit venire. ille in morbum continuo incidit: ex quo non conualuit. æger Corcyram venit: ibi est mortuus. testamento, quod Romæ Paullo, & Marcello cos. fecerat, heres ex parte dimidia, & tertia est Capito. in sextante sunt ij, quorum pars sine vlla cuiusquam querela publica potest esse. ea est ad HS XXX. sed de hoc Cæsar *viderit. Te, mi Plance, pro paterna necessitudine, pro nostro amore, pro studijs, & omni cursu nostro totius vitæ simillimo rogo, & à te ita peto, vt maiore cura, maiore studio non possim; vt hanc rem suscipias, meam putes; enitare, contendas, efficias, vt mea commendatione, tuo studio, Cæsaris beneficio hereditatem propinqui sui C. Capito obtineat. omnia, quæ potui in hac summa gratia tua, ac potentia à te impetrare, si petiuissem, vltro te ad me detulisse putabo, si hanc rem impetrauero. Illud fore tibi adiumento spero; cuius ipse Cæsar esse optimus iudex potest: semper Cæsarem Capito & dilexit, & coluit. sed ipse huius rei testis est. noui hominis memoriam. itaq; te nihil doceo: tantum tibi sumito prò Capitone apud Cæsarem, quantum ipsum meminisse senties. ego, quod in me ipso experiri potui, ad te deferam: in eo quantum sit ponderis, tu videbis quam partem in rep. causamque defenderim; per quos homines, ordinesque steterim; quibusque *munitus fuerim; non ignoras. hoc mihi velim credas: si quid fecerim hoc ipso in bello minus ex Cæsaris voluntate; quod intellexerim scire ipsum Cæsarem; me inuitissimum fecisse: id feci aliorum consilio, hortatu, auctoritate. quòd fuerim moderatior, temperatiorque, quàm in ea parte quisquam; id me fecisse maxime auctoritate Capitonis. cuius similes si reliquos necessarios habuissem; reip. fortasse non nihil, mihi certe plurimum *profuissem. Hanc rem mi Plance si effeceris; meam de tua erga me beneuolentia spem confirmaueris; ipsumq; Capitonem, gratissimum, officiosissimum, optimum virum, ad tuam necessitudinem tuo summo beneficio adiunxeris. Vale.

epist. 4. h. l.

quæstores quoque prouincias sortiebantur. ep. vlt. lib. 2.

ad quē sextans pertinet. nam videtur Antistius heredes instituisse ex sextante Pompeianos non nullos, quorum bona, iure belli, ad Cæsarem pertinebant.

Paulus M. legendū putat, *inimicus, vel, iunctus.

nõ nauigasse ad Põpeiũ: quod se i dissuadente Capitone.

HVMANA.

NOn dubito} Hac epistola cognoscitur, q̃ difficile sit, aliquid ab eo aperte postulare, quem læseris. quod si nonnunq̃ sit faciendum, & longa & insinuata oratione potius, quàm breui, & aperta vti, cum ex huius epistolæ imitatione, tum vero ex præceptis artis ipsius Ciceronis docemur. Argumentum autem huius epistolæ hoc est. C. Capito institutus fuerat heres ex dimia, & tertia parte ab Antistio, propinquo suo: qui aliquando quæstor Macedoniam obtinuerat. in sextante vero instituerat fiscum publicum, dummodo id posset sine cuiusq̃ querela fieri. verum, cum hanc hereditatem Capito sine magno fauore Cæsaris impetrare non posset; & Plancus multum valeret auctoritate, & gratia apud Cæsarem; Cicero, amicus Planci, qui sciret & se & Capitonem aduersus Cæs. fuisse in bellis ciuilibus, primum placat sibi Plancum longa repetitione & commemoratione veteris, & magnæ suę cum eo, & eius patre necessitudinis: deinde excusat Antistium, propinquum Capitonis; primum, q̃ semper desiderauit Capitonem ad Cæs. reuerti; deinde q̃ Macedoniam non sponte concesserit Põpeio, sed ab eo oppressus: & exponit casum Antistij, & eius testamentum. cõmendatq; ipsum Capitonem Planco, vt det operam, vt Cæsaris beneficio C. Capito hereditatem fratris sui obtineat. hoc. n. beneficium si impetrauerit, in se collocatum existimaturum dicit. postea vero Cicero excusat, q̃ fecerit in bello ciuili contra Cæsaris voluntatem, sed id fecisse non proprio motu, sed aliorum consilio, hortatu, & auctoritate. Capitonis autem nullum consilium vnq̃ fuisse contra Cæs. significat. Postremo affirmat ipsum Capitonem fore gratissimum & memorem tanti beneficij. {Vel} .i. etiam. vt, Vel Priamo miserãda manus. {Spẽm} apparentiam. {Quam} consuetudinem. {Profectus} qui processit. {Vt primum} cum primum. {Per ætatem} firmiorem & constantiorem. hæc. n. apta est ad amicitiarum iudicium. Horat. in Arte poet. Conuersis studijs ætas animusq; virilis, Quærit opes & amicitias, inseruit honori: Commisisse cauet quod mox mutare laboret. {Graue} magnum. {Per se} sua causa. {Eorum stud. earumq; ar.} significat studia humanitatis & artes liberales. Nã etsi omnium studiorum similitudo beneuolentiam conciliat, præcipue tamen eorum quæ de humanitate, de moribus, de disciplinis tractant. {Repetita} supra commemorata. {Quod} ad quem finem. {Principia} exordia {C. Ateio} incipit exponere causas commendationis. {Meorum temporum} mearum fortunarum, quas diuersis temporibus sum passus. {Animus} voluntas, dispositio. {Paruit} obsecuta est, inseruiuit. {Reuerti} .s. ad Cæsarem. {Attigit} assumpsit. {Signaretur} imprimeretur. quia signabatur pecunia vel facie alicuius, vel titulis, vel bigis, quadrigis, boue, Iano, naui, & victoria. vnde & numos victoriatos dicit, Plin. appellatos. Iuuen. Concisum argentum in titulos, faciesq; minutas. Nam non intelligunt verbi proprietatẽ, qui exponunt, signaretur, pro assignaretur. s. à Pompeio suis militibus. {Apolloniæ} vnam ponit Ptolemæus in Thracia, alteram in Mygdonia, aliam in Pisydia Galatiæ, aliam in Macedonia, de qua hic intelligit. {Præfuisse} curasse illam pecuniam signandam. {Plus duobus} .s. affuit. {A castris} Põpeij. {In intimam Macedoniã} in interiorem partem Macedoniæ. {Post prælium} quo Pompeius victus est in Thessalia. {Bithyniam} quæ regio est in Asia. {Incidit} deuenit. {Corcyram} ea quæ magna est, adiacet Epiro insula, in qua, auct. Ptol. ciuitas, eiusdem nominis. {In sextãte}

omnia

omnis hereditas secundum iurisconf. libera dicebatur, siue as: quia sicut libra in 12. vncias diuiditur, ita & hereditas. Assis autem partes sunt secundum Varr. vncia, quæ ab vno dicitur deunx quasi vncia dempta ex asse, dextanx vnciæ decem, dodrans vnciæ nouem, bessis vnciæ octo, septunx vnciæ septem, semiunciæ sex i. media libera, quæ & selibra dicitur, quicunx vnciæ quinque, triens vnciæ quattuor, quadrans vnciæ tres, sextans vnciæ duæ. i. sexta pars assis. As autem, siue libra cõtinet totum. De his vide Varr. in lingua Lat. & iurisconf. dicit ergo eum instituisse heredem Capitonem ex parte dimidia & tertia, hoc est ex decem vncijs. nam dimidia pars semis. i. sex vnciæ. Tertia para libra est triens . i. quattuor, & sic restant vnciæ duæ, quæ sextunx dicitur: in quo erant heredes ij, quorum sine cuiusquam querela poterat esse publica. i. ad quos poterat publice peruenire. {Ad xxx H-S} . i. illæ duæ vnciæ sunt triginta sestertia. {Hoc viderit} vtrum sine vlla querela possit esse publica. {Te mi} adiurat Plancum. {Enitare, contendas, Cæsaris} dissolutio. {Detulisse ad me} in me contulisse. {Nihil doceo te} nihil præpono tibi, quid agas. {Sumito} soggero, & quasi in memoriam redigo. {In eo} in sententia. {Quam partem}. s. Pompeianam. {Steterim} fuerim in magistratu. {Munitus} defensus. {Minus ex voluntate Cæsaris}. i. quod Cæsar nollet. nam, minus, pro non ponitur. {Quòd fuerim}. i. si quid fecerim, in quo fuerim moderatior, velim credas me id fecisse maxime. {Auctoritate}. i. suasione. {Cuius} Capitonis. {Similes} ita moderatos, neque valde incensos contra Cæsarem. {Non nihil} aliquantulum.

ARCAN. NOn dubito &c.} Hac epist. docemur, quod difficile sit aliquid ab eo postulare, quem læseris, in qua postulatione sæpe longa opus est insinuatione: qua vtitur Cicero, cum causam Capitonis in hereditate adeunda, quam sine fauore Cæs. impetrare non poterat, Planco Cæs. familiari, commendat, dicens, Non dubito, quin scias me esse tibi vel i. etiam coniunctissimum in ijs necessarijs. i. inter eos necessarios, qui relicti sunt tibi à patre, hoc est qui patri necessarii etiam propterea sunt tibi necessarij habendi. Non modo. s. coniunctissimum esse me tibi iis de causis. i. propter eas causas, quæ habent speciem i. imaginem magnæ coniunctionis, sed etiam iis quæ tenentur familiaritate, & consuetudine, quam. s. consuetudinem scis fuisse mihi cum patre tuo iucũdissimam & summam. Amor noster in te profectus ab his. i. huiusmodi initiis auxit necessitudinem paternam i. à patre relictam, & eo magis quod intellexi me cœptum esse obseruari, coli, diligi à te in primis. i. inter primos, vt primum potueris per ætatem facere iudicium. i. diiudicare, quanti quisque faciendus esset tibi. i. à te. Non mediocre. i. magnum vinculum, tum. i. pariter studiorum. i. consiliorum, quod ipsum est per se graue. i. magni ponderis ac momenti, tum eorum studiorum. s. humanitatis & earum. i. einsmodi artium. s. liberalium, quæ ipsæ per se. i. ex propria natura, deuinciunt. i. ligãt eos, qui eadem sunt voluntate. i. qui habent idem propositum, etiam familiaritate, accedebat. i. addebatur ad veterem coniunctionẽ. Ego arbitror te expectare, cum hæc legis, quò. i. ad quem finem, spectent hæc principia. i. exordia orationis repetita tam longe. Ergo ne diutius hæsites, habeto. i. vt certum teneto, primum id videlicet hanc commemorationem. s. necessitudinis nostræ esse factam. s. à me non sine magna & iusta causa. quid? Ego vtor quam familiarissime C. Ateio Capitone varietates. i. mutationes meorum temporum. s. nunc lætorum, nunc tristium sunt notæ tibi Et animus & opera, & auctoritas, & gratia, res familiaria etiam C. Capitonis fuit præstò. i. parata mihi in omni genere & honorum & laborum meorum, & paruit. i. obsecuta est temporibus & fortunæ meæ. i. inseruiuit mihi pro conditione mea. T. Antistius fuit propinquus. i. consanguinitate coniunctus huius s. talis amici mei. qui. s. Antistius cum quæstor obtineret sorte Macedoniam, neq; successum esset ei: Pompeius venit in eam prouinciam cum exercitu. Antistius nihil potuit facere, quia potentior erat Pomp. nam si potuisset, nihil fuisset ei antiquius. i. carius quam reuerti ad Capitonem quem diligebat vt parentem. i. patrem, præsertim cum sciret quanti is. s. Capito faceret & fecisset semper Cæs. Sed oppressus. s. à Pompeio attigit tantum negotij. i. administrationis publicæ, quantum non potuit recusare. i. quantum coactus est suscipere. Cum argentum signaretur i. cum fieret moneta argentea Appolloniæ, quæ vrbs est in Macedonia. nam sunt eiusdem nominis aliæ, vt in Thracia, Mygdonia, Psydia &c. non possum dicere eum præfuisse. s. ei rei, neq; possum negare eum affuisse, sed sup. non affuit plus duobus, aut tribus mensibus. deinde absuit à castris: fugit omne negotium. Velim credas hoc mihi vt testi. s. iurato, ille. n. videbat meam mæstitiam in illo bello, & sup. cõicabat mecum omnia Itaq; vt fugeret negotium, ipse abdidit. i. proripuit sese in intimam Macedoniam, quo. i. quanto longissime potuit à castris. s. Pompeianis, vt non modo i. non solum non præesset vlli negotio. s. bellico, sed etiam vt ne quidem. i. non etiam interesset. i. præsens esset. Is. s. Antistius contulit se in Bithyniam, post prœlium. s. Pharsalicum, ad A. Plancum, hominem necessarium s. sibi, aut suum. Cæs. cum eum vidisset, nihil aspere, neq; acerbe dixit; iussit. s. duntaxat venire Romam. Ille s. Antistius incidit continuo. i. statim post in morbum: ex quo non conualuit. venit æger Corcyram, vrbem in Corcyra insula iuxta Epirum, mortuus est ibi. Capito est heres sup. eius, testamento. i. per testamento quod fecerat Romæ, Paullo, & Marcello consulibus, ex parte dimidia & tertia sup. assis, hoc est ex decem vncia. ij, quorum pars potest esse sine vlla querela publica. i. de iure cõmuni, sunt in sextante. i. sexta parte assis, hoc est duabus vnciis ea. s. pars est ad triginta sestertia. de hoc. i. de illa parte viderit Cæs. s. quod statuere voluerit. O mi Plance ego rogo te pro necessitudine paterna, & pro amore nostro, pro studiis, pro omni cursu nostro totius vitæ simillimo & peto à te ita vt nulla. i. non vlla, non possim. s. petere sup. vlla cura maiore, & vllo studio maiore, vt suscipias. i. defendendam capias hanc rem, & sup. vt putes meam sup. esse, vt enitare, contendas, efficias, vt C. Capito obtineat hereditatem propinqui sui. s. Antistii, commendatione mea, studio tuo, sup & beneficio Cæs. Ego putabo te detulisse ad me vltro omnia, quæ potui impetrare à te in hac summa gratia tùa. s. quam habes in oculis Cæs ac potentia. s. tua, si impetrauero hanc rem. Ego spero illud fore tibi adiumento. s. ad impetrandum à Cæs. cuius potest esse optimus iudex, quia noscit, an verum sit, videlicet Cæs. qui omnea memoria tenet à quibus obseruatus est. Itaq; nihil docen te: summito tibi pro Capitone. i. in defensione Capitonis, quantum ipse. i. tute senties sup. Cæs. meminisse. Ego deferam ad te. i. tibi significabo. tu videbis. i. iudicabis quantum ponderis sit in eo. s. quod indicabo tibi. tu non ignoras, quam partem & causam ego defenderim reip. & per quos homines & ordines steterim. s. in honore & dignitate, & quibus fuerim munitus. i. protectus ac confisus. ego velim credas mihi hoc, si quid fecerim in hoc ipso bello minus. i. non, aut non satis ex voluntate Cæs. quod intellexerim ipsum Cæs. scire me fecisse inuitissimum, id feci consilio, hortatu auctoritate aliorum, vt Pomp. Lentuli, Catonis &c. Quòd fuerim moderatior & temperatior. s. in oppugnãdo Cæs. quàm quisquam. s. alius in ea parte. s. Põpeiana, credas, inquam, me fecisse id maxime auctoritate Capitonis. Cuius s. Capitonis. {Vtitur genitiuo, quia de moribus loquitur) si habuissem reliquos necessarios similes, ego profuissem fortasse non nihil reip. quia pauciores boni ciues periissent, & profuissem certe. i. sine dubio, plurimum mihi. O mi Plance si tu effeceris hanc rem; tu confirmaueris. i. corroboraueris spem meã de beneuolentia tua erga me, & adiunxeris summo beneficio tuo ad necessitudinem suam. i. ad necessarios tuos, aut ad deuinctionem amicitiæ quasi necessariæ, ipsum Capitonem, virum gratissimum, officiosissimum, optimum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

L. Manlium, hominem doctum & bonum, Acilio commendat, vt eum in petitionem fraternæ hereditatis adiuuet.

CICERO S. D. ACILIO PROCOS. 30

*L. MANLIVS est Sosit. is fuit Catinensis: sed est vna cum reliquis Neapolitanis *ciuis Romanus factus, decurioq; Neapoli. erat. n. ascriptus in id municipium ante ciuitatem socijs, et Latinis datam. eius frater Catinæ nuper mortuus est. nullam omnino arbitramur de ea hereditate controuersiam eum habiturum: & est hodie in bonis: sed, quando habet præterea negotia vetera in Sicilia sua; & hanc hereditatem fraternam, & omnia eius tibi commendo, in primisq; ipsum, virum optimum, mihiq; familiarissimum, ijs studijs literarum, doctrinaque præditum, quibus ego maxime delector. peto igitur abs te, vt eum, siue aderit, siue non venerit in Siciliam, in meis intimis, maximeque necessarijs scias esse; itaque tractes, vt intelligat meam commendationem sibi magno adiumento fuisse. Vale.*

* lege Iuliæ quæ, belli Italici tempore, ciuitatem Italis cunctis arma deponẽtibus largita est.

Manlius

HVBER. MAnlius} Commendat Cicero Acilio, proconsuli in Sicilia, Manlium quendam, vt ei faueat, in consequenda hereditate fratris, qui Catinæ perierat. &, vt ostendat dignum cõmendatione, laudat eius probitatem, & doctrinam. {Solis} nomen vrbis, vt puto: quæ & Susa dicitur in Susania parte Asiæ maioris. {Catinensis} ex Catina, quæ vrbs est Siciliæ {Reliquis Neapolitanis} qui ciuitate Romana donati fuerant. {Decurio} nomen est magistratus, de quo alio loco plenius diximus {Ascriptus} receptus {In id municipium} Neapolitanum. {Est in bonis} in possestione bonorum.

ASCEN. MAnlius &c.} Commendat Acilio proconsuli in Sicilia Manlium quendam ad obtinendam hereditatem fratris Catinæ defuncti dicens, L. Manlius est Solis i. in ea vrbe Asiæ, quæ & Susa dicitur, is. s. Manlius fuit Catinensis. s. ciuis, hoc est Catinæ ciuitatis Siciliæ, sed est factus ciuis R. vnà i. simul, cum reliquis Neapolitanis. ergo & ipse Neapolitanus. quomodo ergo Catinensis, docebit id statim. & factus est decurio Neapoli. i. in ea vrbe, quæ noua vrbs dicitur, cum prius Parthenope diceretur. Ipse. n. erat ascriptus. i. scripto receptus in id municipium s. Neapolitanum, & ita licet Catinæ natus, Neapolitanus dici potuit ante ciuitatem. s. Romam, datam socijs & Latinis. frater eius. s. Manlij, mortuus est nuper Catinæ, nos nullam i. non vllam, non arbitramur eum habiturum omnino vllam controuersiam i. litem de ea hereditate, & est hodie in bonis i. in bonorum possessione: sed quando. i. qm habet prætere a. i. præter hereditatem illam, vetera negotia in Sicilia sua. s. patria, ego commẽdo tibi & hanc hereditatem fraternam & omnia eius. s. bona, & in primis. i. præcipue commendo tibi ipsum virum optimum & familiarissimum mihi præditum his studiis literarum, quibus ego delector maxime. Igitur peto abs te, vt scias eum esse in intimis meis & maxime necessarijs, siue aderit. i. præsens erit. siue venerit in Siciliam; & tractes eum ita vt intelligat meam commendationem fuisse sibi magno adiumento. Sunt qui legant, siue adierit, sup. te, siue non venerit in Siciliam. sed si non venerit, quomodo Acilius eum tractabit?

ARG. Flauium, Pisonis, generi sui, cum viueret, pernecessarium, commendat.

CICERO S. D. ACILIO PROCOS. 31



C. FLAVIO, honesto, & ornato equite Romano vtor valde familiariter. fuit. n. *generi mei C. Pisonis pernecessarius; meq́; diligentissime obseruat & ipse, & L. Flauius, frater eius. quapropter velim, honoris mei causa, quibus rebus honeste, & pro tua *dignitate poteris, quam honorificentissime, & quamliberalissime C. Flauium tractes. id mihi sic erit gratum, vt gratius esse nihil possit. sed præterea tibi affirmo, neq; id ambitione adductus facio, sed tum familiaritate, & necessitudine, tum etiam veritate; te ex C. Flauij officio, & obseruantia & præterea splendore, atq; inter suos gratia magnam voluptatem esse capturum. Vale.

(margin: ites generos habuit, Pisonem, Crassipedẽ, Dolabellã. — ep. 32, h. l.)

HVBER. C. Flauio} Commendat Cicero Flauium, equitem R. qui fuerat valde necessarius Caij Pisonis, olim generis sui. ostendit autem eum fore magnæ voluptati ipsi Acilio.

PHIL. C. Flauio} Siciliam tunc proconsul Acilius ministrabat, cum Cicero has ad eum literas dedit, quibus C. Flauium equitem R. valde necessarium C. Pisonis diligentissime commendauit. In primis hominem laudat, in quem beneficium conferendum est, vt eo dignus esse videatur. inde quod vult, postulat demum remunerationem ostendit. {C. Pisonis} duos habuit, vt ante diximus, generos. {Pernecessarius} valde familiaris. {Obseruat} veneratur, amat. {Causa} vt si dicas respectu ab eo deducitur causa, quod in futuro facit, quod est comburo. habet enim vim quandam ardoris causa. {Ambitione} cupiditate honoris & laudis vitiosa, & differt ab ambitu. nam ambitio in voluntate est, ambitus in actu. Qui. n. pro aliqua dignitate adipiscenda largitur, peccat ambitu: quem iuniores, simoniam, appellare consueuerunt.

ASCEN. C. Flauio &c.} Eidem proconsuli in Sicilia commendat C. Flauium equitem R. necessarium Cn. Pisonis, dicens, Ego vtor valde familiariter C. Flauio equite R. honesto & ornato. i. decorato. s. moribus & virtute. Fuit enim pernecessarius. i. valde necessarius C. Pisonis. s. Crassipedis, generi mei. i. mariti filiæ meæ Tulliæ, & obseruat. i. cauet offendere me diligenter, & i. simul ipse, & L. Flauius frater eius. Quapropter velim, causa honoris mei, sup. vt tractes C. Flauium quàm honorificentissime, & quam liberalissime, quibus i. quibuscunq; rebus poteris sup. eum sic tractare, honeste & pro dignitate tua. i. secundum dignitatem tuam. id erit mihi sic gratum vt nihil possit esse gratius. Sed præterea. i. præter ꝙ hoc erit mihi gratissimum, affirmo tibi, neque facio id adductus ambitione. i. nimia cupiditate impetrandi quæ vellem, qua ducuntur ambitiosi, sed sup. adductus tum familiaritate & necessitudine, tum etiam veritate, te esse capturum magnam voluptatem ex officio C. Flauij, quod. s. tibi reponet, & obseruantia. s. eius in te, & præterea ex splendore, atque gratia inter suos. i. quam habet inter suos.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hospites Alesinos suos proconsuli Siciliæ diligenter commendat.

CICERO S. D. ACILIO PROCOS. 32



IN Alesina ciuitate, tam lauta, quàm nobili, coniunctissimos habeo & hospitio, & familiaritate M. & C. Clodios, Archagathum, & Philonem. sed vereor. ne, quia complures tibi præcipue commendo, exæquare videar ambitione quadam commendationes meas. quãquam à te quidem cumulate satisfit & mihi, & meis omnibus. sed velim sic existimes hanc familiam, et hos mihi maxime esse coniunctos vetustate, officijs, beneuolentia. quamobrem peto à te maiorem in modum, vt his omnibus in rebus, quantum tua dignitas, fidesq́; *patietur, commodes. id si feceris, erit mihi vehementissime gratum. Vale

(margin: ep. 31. dixit, Quibus rebus honeste, & pro tua dignitate poteris.)

HVBER. IN Alesina} Hac epistola commendat quosdam hospites & familiares suos ex Alesina vrbe: petitq́ue, vt non minus putet commendatos, eo quòd plurimos commendat: sibi enim gratissimum fore quidquid Acilius in illam familiam contulerit. {Alesina} possessiuum est ab Alesa, quæ est Siciliæ ciuitas, auctore Ptol. & Ste. {Exæquare} æquales facere. {Ambitione} vt videar multi.

ASCEN. IN Alesina} Commendat hospites suos Alesinos, quos hoc loco nominat, dicens, Ego habeo in ciuitate Alesina. i. Alesæ oppidi in Sicilia, tam lauta. i. splendida & culta, quàm nobili, coniunctissimos sup. mihi & hospitio & familiaritate Marcum & C. Clodios, Archagathum & Philonem. Sed vereor ne, quia commendo tibi præcipue complures, videar exæquare. i. æquales facere commendationes meas quadam ambitione. i. cupiditate gloriæ. gloriosum. n. videtur multos habere æqualiter commendandos. quàmquam satisfit quidem. i. certe à te & mihi & meis omnibus. Sed velim sup. vt existimes sic hanc familiam. s. Archagathanam, & hos. s. supra nominatos, esse maxime coniunctos mihi vetustate, officijs, sup. & beneuolentia. Quamobrem peto à te in modum maiorem. i. non vulgarem, vt commodes. i. commodum facias, his. s. supradictis, in omnibus rebus, quantum dignitas tua & fides patietur. Si tu feceris, id erit mihi gratum vehementissime.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Amicum Nasonem, quem plerique autumant patruum Ouidij poetæ commendat.

CICERO S. D. ACILIO PROCOS. 33



CN. Otacilio Nasone vtor familiarissime, ita prorsus, vt illius ordinis nullo familiarius. nam & humanitate eius, & probitate in consuetudine quotidiana magnopere delector. nihil iam opus est expectare te, quibus eum verbis tibi commendem, & quo sic vtar, vt scripsi. habet is in prouincia tua negotia; quæ procurant liberti Hilarius, Antigonus, Demostratus: quos tibi, negotiaq́; omnia Nasonis non secus commendo, ac si mea essent. gratissimum mihi feceris, si intellexero hanc commendationem magnum apud te pondus habuisse. Vale.

C. Otacilio}

HVBER. CN.Otacilio} Clara est hæc epistola cõmendatione Otacilij Nasonis, quem Cicero sibi & familiaritate & cõsuetudine maxima coniunctũ esse dicit. {Ordinis} equestris.

PHIL. CN.Otacilio} Alia est epistola ad eundem commendaticia, in qua eandem seruat cõmendationis formam. Fuit is Otacilius Naso Ciceroni valde familiaris. {Prorsus} valde, omnino, quasi porro versus appellatum. {Ordinis} senatorij, aut equestris. {In prouincia} Siciliam dicit. {Ilarius} non apponas aspirationis notam. græcum λαίριος, & lætum significat. factum inde nomen viri proprium Ilarius. {Antigonus} ab ἀντὶ contra γόνον factum. {Demostratus} à Δαιμος dictum, & στρατὸς quasi in exercitu fortunatus. {Pondus} existimationem, metaphoricos dictum ab auro ponderato.

ASCEN. CNæo &c.} Commendat Otacilium & negotia eius per tres libertos eius, quos nominat, curãda, paucis quidem, sed electis verbis dicens, Ego vtor familiarissime Cn. Otacilio Nasone, ita prorsus.i.omnino, & in omnem partem versus, vt nullo illius ordinis sup. vtar familiarius. nam ego delector magnopere & humanitate eius & probitate, in consuetudine.i.conuersatione quotidiana. Nihil opus est iam expectare te quibus verbis commendem tibi eum, quo vtor sic vt scripsi.q.d.scis quòd exquisitis commendatum velim. Is habet in prouincia.s.tua Siciliensi negotia, quæ procurant liberti.s.eius Hilarius, Antigonus, Demostratus: quos & negotia omnia Nasonis ego commendo tibi non secus.i.non aliter ac i.quàm si essent mea. Tu feceris mihi gratissimum, si intellexero hanc commendationem habuisse magnum pondus apud te.

CICERO S. D. ACILIO PROCOS. 34



*VITVM mihi hospitium est cum Lysone, Lysonis filio, Lilybætano; valdeq; ab eo obseruor; cognouiq; dignum & patre, & auo: est.n.nobilissima familia. quapropter commendo tibi maiorem in modum rem, domumq; eius: magnoq; opere abs te peto, *cures, vt is intelligat, meam commendationem maximo sibi apud te & adiumento, & ornamento fuisse. Vale.*

in epist. 45. peto, vt cures, vt is int.

HVBER. AVitum} Dicit Cic. Lysonem, Lysonis filium, sibi Acilio commendandum iure vetustissimi hospitij & magnæ erga se beneuolentię & obseruantiæ. {Auitum} vsq; ab auo inceptum est enim ab auo deriuatiuum nomen.

ASCEN. AVitum &c.} Non minus accurate commendat Lysonem, Lysonis Lilybætani filium, ac domum & negotia eius dicens, Hospitium auitum.i.ab auo vsq; inceptum ius hospitalitatis, est mihi cum Lysone, Lysonis filio, Lilybætano; & ego obseruor.i.veneror ab eo valde, & cognoui sup. eum dignum & patre & auo. Familia.n.sup. eorum est nobilissima.s.in Sicilia. Quamobrem ego commendo tibi in maiorem modum rem, & domum eius: & peto à te magnopere sup. vt cures, vt is.s.Lyso intelligat commendationem meam fuisse sibi apud te maximo & adiumento & ornamento.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Auianum Philoxenum, hospitem suum, & in Nouocomenses relatum a Cæsare, commendat.

CICERO S. D. ACILIO PROCOS. 35

*CAVIANVS Philoxenus antiquus est hospes meus &, præter hospitium, valde etiam familiaris: quem Cæsar, *meo beneficio, in *Nouocomenses retulit. nomen autem Auiani cõsecutus est, quòd homine nullo plus est vsus, quàm Flacco Auiano meo, quemadmodum te scire arbitror, familiarissimo. quæ ego omnia collegi, vt intelligeres, non vulgarem esse commendationem hanc meam. peto igitur abs te, vt omnibus rebus, quod sine *molestia tua facere possis, ei commodes; habeasque in numero tuorum; perficiasque, vt intelligat has literas meas magno sibi vsui fuisse erit id mihi maiorem in modum gratum. Vale.*

me rogãte.

cõs.n.transpadanæ coloniæ ius Latij habebant. Pedianus in commẽtario orationis in Pisonem.

epist. 25.h.l idem alijs verbis.

HVBER. CAuianus} Auianum quoq; Siculum iure hospitij & familiaritatis commendat, quem dicit à Cęsare in Nouocomenses esse relatum. deinde exponit causam, quare Auianus sit nominatus. {Philoxenus} potest esse cognomen græcum: aut significat hospitalem, siue amatorem hospitum. {Meo beneficio} meo fauore. {Retulit} transtulit, proposuit. {In Nouocomenses}.i.in numero eorum quos ciues Nouocomenses fecit. Comum.n.ciuitas in radicibus montium, qui ad Rhetos sunt olim, vt scr. Strabo l 5. mediocris colonia fuit: sed Pompeius Str. magni Pomp. pater, colonos in eam restituit, quam incumbentes Rheti vastauerant. inde C. Scipio tria hominum millia insuper adiecit. postmodũ diuus Cæs. quinque inquilinorum millia ad inhabitandum deduxit: e quibus quingenti. illustrissimi fuere Græci: hos etiam ciuitate donatos in habitatorum numero descripsit. non tamen ibi domicilium habuere, sed oppido nomen relinquentes, & nouum Comum appellantes, Nouocomenses oppidanos vocauere. huic loco finitimus Larius est lacus, quem Addua fluuius auget, inde flumen Padum ingrediens. Hæc Str. {Secutus} adeptus.

ASCEN. CAius &c.} Commendat C. Auianum Siculum iure hospitij, quod plurimum apud priscos valuit, præsertim longa serie deductum, dicens, C. Auianus Philoxenus est antiquus hospes meus, & valde familiaris, etiam prætee hospitium, quẽ Cæs. retulit.i.recensuit & annumerauit, in Nouocomẽses.i.inter ciues Nouicomi vrbis in radice montium iuxta Rhetos, beneficio meo i.intercessione mea. Autem.i.sed ipse est consecutus nomen Auiani, quod nullo hoĩe vsus est plus quàm Flacco Auiano meo familiarissimo, quemadmodum arbitror te scire. Quæ omnia.s.vincula amicitię, ego collegi i.simul citaui & adduxi, vt intelligeres hanc cõmendationem meam esse non vulgarem.i.egregiam. Peto igitur abs te, vt cõmodes.i.commodum facias ei.s.Auiano oĩbus rebus, quod.i.quoad possis facere sine molestia, & habeas sup. eũ in numero tuorũ, & perficias vt intelligat has literas meas fuisse sibi magno vsui.i.magnæ vtilitati. Id erit mihi gratum in modum maiorẽ.i.ad mensuram non vulgatem.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Demetrium Megam Acilio commendat: &, vt eum in numero ciuium Romanorum habeas, petit.

CICERO S. D. ACILIO PROCOS. 36

*CVm Demetrio Mega mihi vetustum hospitium est, familiaritas autẽ tanta, quanta cũ Siculo nullo. ei *Dolabella, rogatu meo ciuitatem à Cæsare impetrauit: qua in re ego interfui: itaq; nunc P. Cornelius *vocatur. cumq;, propter quosdam sordidos homines, qui Cæsaris beneficia vendebant, tabulam, in qua nomina ciuitate donatorũ incisa essent, reuelli iussisset; eidem Dolabella, me audiente, Cæsar dixit, nihil esse, quod de Mega vereretur; beneficium suum in eo manere. Hoc te scire volui, vt eum ciuium Romanorum numero haberes. ceterisque in rebus tibi eum ita commendo, vt maiore studio neminem commendarim. gratissimum mihi feceris, si eum ita tractaris, vt intelligat meam commendationem magno sibi ornamento fuisse. Vale.*

P. Cornelius Dolabella ciues R. qui efficiebantur, nouum nomen assumebant, vt L. Cornelius Balbus Gaditanus, pro quo extat oratio.

HVBER. CVm Demetrio} Hunc Demetrium Siculum hominem Cæsar beneficio Dolabellæ à Cic. rogati ciuem R. fecerat. cumq; Cæsar indignatus, quòd non nulli sordidi homines, ciues facti, beneficio suo abuterentur, reuulsisset tabulas, in quibus erant scripta nomina eorum, qui facti erant ciues: dicit Cicero Cæsarem voluisse omnino Demetrium remanere in numero ciuium. itaque tanquam ciuem R. commendat eum Acilio. {Quanta}.s.est. {Ciuitatem} vt fieret ciuis R. {Nunc} postquam est donatus ciuitate. {P. Cornelius} quia id proprium est nomen maxime ciuium R. neque Publij alij vocabantur, quàm Romani, iidemque liberi. Persius, Libertate opus est, non hac, quam quisque Velina Publius emeruit, &c. {Reuelli} refigi. affigebantur enim in foro, vt ab omnibus possent legi. {Manere} se enim nolle mutare factum.

ASCAN. CVm &c.} Commendat Demetrium Siculum, sed ciuem R. effectum, dicens, Hospitium.i.ius hospitalitatis, vetustum.i.antiquum, est mihi cum Demetrio Mega, autem.i.sed, tanta familiaritas sup. est mihi cum eo, quanta cum

ta cum nullo Siculo.s.alio nam & ipse Siculus est. Dolabella, qui gener Cic fuit, impetrauit à Cæs. et ciuitatem.s. Rom. rogatu meo.i. propter preces meas. In qua re.i.in donatione ciuitatis eius ego interfui. Itaq; ipse vocatur nunc.s.ciuis effectus, P. Cornelius Comq;.i.& cum, hoc est qñ, Cæsar sup. iussisset tabulam, in qua nomina donatorum.i.eorum, qui donati fuerunt ciuitate, incisa essent, reuelli.i.à loco eminenti, in quo fixa erant, auelli, propter quosdam hoies sordidos.i turpiter auaros, qui vendebãt beneficia Cæs.i ius ciuitatis gratis à Cæsare donatum, Cæsar dixit eidem Dolabellæ me audiente nihil.i.nullam causam esse quod vereretur de Mega.s. Demetrio, beneficium.s donatæ ciuitatis manere i.irreuocatũ esse in eo. Ego volui te scire hoc, vt haberes .i.reputares eum in numero ciuium R. & cõmendo tibi eum in ceteris rebus ita, vt neminem cõmendarim maiore studio.i.affectu & conatu. Tu feceris mihi gratissimum, si tractaris pro tractaueris eum ita, vt intelligat meam commendationem fuisse sibi magno ornamẽto.i.ad hoc, vt ornetur honore & existimatione.

ARG. Cõmendat Hippiã in liberatione bonorum, & oíbus in rebus.

CICERO S. D. ACILIO PROCOS. 37

HIPPIAM, Philoxeni filium, Calatinum, hospitem, & necessarium meum, tibi commendo maiorẽ in modum. eius bona, quẽadmodum ad me delata res est, publice possidentur alieno nomine, contra leges Calatinorum. id si ita est, etiam sine mea commendatione ab æquitate tua res ipsa impetrare debet, vt ei subuenias. quoquo modo autem se res habet; peto à te, vt honoris mei causa eum expedias; tantumq; ei commodes & in hac re, & in ceteris, quantum tua fides, dignitasque patietur, id mihi vehementer gratum erit. Vale.* (ep. 38. h. l.)

RVBER. HIppiam} Commendat Hippiam quendam, cuius bona vsurpabantur. rogatque Acilium, vt pro æquitate, & pro eius amore eum tueatur.

ASCEN. HIppiam &c.} Commendat Hippiam amicum, cuius bona vsurpabantur iniq;, dicens, Ego commendo tibi in maiorem modum Hippiam Calatinum, filium Philoxeni. s. Auiani hospitem & necessarium meum. Bona eius possidẽtur.s.ab iniustis occupatoribus, publice.i manifeste, quia nomine alieno contra leges Calatinorum, quẽadmodum res est delata ad me.i.vt accepi. Si.i.ita, res ipsa debet impetrare ab æquitate tua, vt subuenias ei, etiam sine commendatione. Autem.i. sed quoquo.i.quocunq; modo res habet se, peto à te, vt causa honoris mei expedias.i.line liberes, eum.s. Hippiam; & cõmodes.i. commodum facias ei in hac re & in ceteris tantum, quantum fides tua & dignitas patietur. Id erit mihi gratum vehementer.

PAVL. MAN. PVblice possidentur} Legem apud Calatinos fuisse credideri im, quæ caueret, ne quidquam publice, nisi publico nomine, possideretur. Hippiæ autem bona alieno nomine, puta cuiuspiam absentis, vel pupilli, publice possidebantur.

ARG. Bruttij negotia, procuratoresque commendat.

CICERO S. D. ACILIO PROCOS. 38

L. BRVTTIVS, eques Romanus, adolescẽs omnibus rebus ornatus, in meis familiarissimis est, meq; obseruat diligẽtissime: cuius cum patre magna mihi fuit amicitia iam inde à quæstura mea Siciliensi. omnino nunc ipse Bruttius Romæ mecum est: sed tamen domum eius, & rem familiarem, & procuratores tibi sic commendo, vt maiore studio commendare non possim. gratissimum mihi feceris, si curaris, vt intelligat, id quod ei recepi, hanc meam commendationem sibi magno adiumento fuisse. Vale.

RVBER. L. Bruttius} Ex lectione textus facillime cognoscuntur argumenta in plerisq; epistolis commendaticiis. itaque, omissis ijs, quæ necessaria interpretatione non indigent, ea duntaxat, quæ obscuriora sunt, declarabimus. Cõmendat igitur quendam Bruttium, adductis secundum morem suum causis commendationis. {Iam inde}.i.vsq;. {Siciliensi} quam gessi in Sicilia. {Domũ eius} quam habet in Sicilia. L. Bruttius} Quæ summopere delectant, idem in multis facit epistolis, nunc hos, nunc illos commendando, & semper variis vocabulis, varia dicendi copia in eadem materia vti videmus. Commendat hic L. Bruttium, equitem R. {Iam inde}.i.vsq;. {A quæstura} in Sicilia quæstor fuit. Est.n. Sicilia à Siculo, Sicanorum duce, appellata. pars olim fuit Italiæ, nunc insula. vnde Virg. Hæc loca vi quondam vasta conuulsa ruina} Tantum æui longinqua valet mutare vetustas} Dissiluisse ferunt, cum protinus vtraq; tellus Vna foret. Vnde Siciliensis & Siculus. {Domum} in Sicilia. (PHIL.)

ASCEN. L. Vetus &c. Commendat L. Brutt. equitem diligẽtissime, dicens, L. Brutt. eques R. adolescens ornatus omnibus rebus, est in familiarissimis meis.i.inter familiarissimos meos, & obseruat.i.cauet offendere, & ita veneratur me diligentissime. Cum cuius patre fuit mihi magna amicitia iam inde à quæstura mea Siciliensi.i.statim ab eo tẽpore, quo quæstor in Sicilia fui. Ipse Bruttius est nũc omnino Romæ mecum: sed tamen ego commendo tibi domum eius, & rem familiarem, & procuratores sic, vt non possim commendare maiore studio. Tu feceris mihi gratissimum, si curaris pro eo quod est curaueris, vt Bruttius intelligat id, quod recepi i.promisi ei, hanc commendationem meam fuisse sibi magno adiumento.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Titurnium familiaritatis ergo diligenter commendat.

CICERO S. D. ACILIO PROCOS. 39

CVM familia Titurnia necessitudo mihi intercedit vetus: ex qua reliquus est M. Titurnius Rufus; qui mihi omni diligentia, atque officio est tuendus. est igitur in tua potestate, vt ille in me satis sibi præsidij putet esse. quapropter eum tibi commendo maiorem in modum: & abs te peto, efficias, vt is commendationem hanc intelligat sibi magno adiumento fuisse. erit id mihi vehementer gratum. Vale.

RVBER. CVm familia} Argumentum commendationis per se patet. {Reliquus est} relictus, ceteris mortuis. {Præsidij} tutelæ, adiumenti.

ASCEN. CVm familia &c.} Commendat M. Titurnium, dicens, Vetus necessitudo.i. necessaria quodammodo amicitiæ coniunctio intercedit.i.communis est mihi cum familia Titurnia, ex qua M. Titurnius Rufus est reliquus.i.solus superstes, qui est tuendus.i.protegendus mihi omni diligentia, atq; officio Igitur est in potestate tua, vt ille.s.M. Titurnius, putet satis præsidij.i.tutelæ & protectionis honestæ esse sibi in me. Quapropter ego cõmendo tibi eum in modum.i.formam aut mensuram maiorem.i.non vulgarem aut ingentem: & peto abs te (sed ante q. & t, venuste dicitur abs) vt efficias, vt is intelligat hanc cõmendationem.s.meam fuisse sibi magno adiumento. Id erit mihi gratum vehemẽter. Nihil est quod expositionis egeat.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Aurelios, filios Lucij, necessitudinis gratia valde commendat.

CIC. S. D. Q.*ANCHARIO, Q.F. PROCOS. 40

(hic Macedoniam prætor administrauit in Pisonem, pro Sexto.)

*L. ET C. Aurelios L.F. quibus & ipsis, & patre eorum, viro optimo, familiarissime vtor, commendo tibi maiorem in modum, adolescentes omnibus optimis artibus ornatos, meos pernecessarios, tua amicitia dignissimos. si vlla mea apud te commendatio valuit, *quod scio multas plurimum valuisse; hac vt valeat, rogo. quòd si eos honorifice, liberaliterque tractaris: & tibi gratissimos, optimosque adolescentes adiunxeris; & mihi gratissimum feceris. Vale.*

(sic locutus est ep. vlt. l. 9. ad Att. quo loco vide Pau. M. commentarium.)

RVBER. L. Et C. Aurelios} ex familia Aureliorum. {Quod scio} quia scio.

ASCEN. L. Et C. Aurelios commendat, dicens, Ego commendo tibi in maiorem modum Lucium & Caium Aurelios, filios Lucij, quibus & ipsis, & patre eorum, viro optimo,

vtor

vtor familiarissime, commendo, inquam, eos adolescentes, ornatos omnibus optimis artibus. {vbi omnis cum superlatiuo iungitur, sed videtur illud complexum optimæ artes, quasi pro vno vocabulo poni, sicut artes liberales } pernecessarios meos, dignissimos tua amicitia. Si vlla commendatio mea valuit apud te, quod scio, vtpote multas. s. commendationes meas valuisse plurimum. s. apud te, rogo, vt hæc valeat. s. apud te plurimum. Quòd si tractatis pro tractaueris eos honorifice, & liberaliter, tum &. s. simul coniunxeris tibi adolescentes gratissimos & optimos; & feceris mihi gratissimum.

ARG. Gratias agit & suo, & Pompeij nomine de Lucceio benignissime tractato, eundemque denuo commendat.

CICERO S. D. L. CVLLEOLO. 41

epist. 2. 3. &c. 5. l. 6.



*VAE fecisti L. Lucceij causa, scire te plane volo, te homini gratissimo commodasse. & cum ipsi, quæ fecisti, pergrata sunt: tum Pompeius, quotiescunque me videt, (*videt autem sæpissime) gratias tibi agit singulares. addo etiam illud, quod tibi iucundissimum esse certo scio, me ipsum, ex tua erga Lucceium benignitate, maxima voluptate affici. Quod superest, quanquam mihi non est dubium, quin cum antea nostra causa, nunc iam etiam tuæ constantiæ gratia mansurus sis in eadem ista liberalitate: tamen abs te vehementer etiam atque etiam peto, vt ea, quæ initio ostendisti, deindeque fecistis etiam ad exitum augeri, & cumulari per te velis. id & Lucceio, & Pompeio valde gratum fore teque apud eos præclare positurum, confirmo, & spondeo. De repub. deque his negotiis, cogitationibusque nostris perscripseram ad te diligenter paucis ante diebus; easq; literas dederam pueris tuis. Vale.*

HVBER. QVæ fecisti } Tractauerat Culleolus liberalissime L. Lucceium, virum doctissimum, ad quem Cicero scripsit lib. 5. illam epistolam, Coram me tecum &c. itaque ostendit Cicero hoc beneficium Culleoli, in Lucceium collatum, gratum fuisse nō solum ipsi Lucceio, sed etiam Pompeio, & sibi. Itaq; hortatur ipsum, vt perseueret eadem liberalitate benefaciendi Lucceio. id. n. & Pompeio gratum fore, & beneficium collatum iri bene in viro grato. { Ipsi } Lucceio. { Tuæ constantiæ gratia } vt videaris esse vir constās. { Deinceps } postea. { Cumulari } abunde impleri. { Pueris } seruis.

ASCEN. QVæ fecisti &c. } Gratum sibi dicit quòd C. Culleolus Lucceium, ad quem lib. 5 scripsit epist. Coram me tecum &c. liberaliter tractauerat, dicens, Ego volo te scire plane, te commodasse. i. ad commodum impendisse, homini gratissimo, supp ea, quę fecisti causa Lucij Lucceij. & tum. i. pariter ea, quæ fecisti, sunt pergrata ipsi, tum Pompeius. s. Magnus, quotiescunque videt me, (videt autem sæpissime) agit tibi gratias singulares. Addo etiam illud, quod scio certo gratissimum esse tibi, me ipsum affici maxima voluptate, ex benignitate tua. i. propter benignitatem tuam erga Lucceium. Quod superest. i. quod reliquum est, quanquam non est dubium mihi, quin cum antea, causa nostra, nunc iam. i. deinceps etiam gratia constantiæ tuæ sis mansurus in eadem ista liberalitate: tamen peto abs te vehementer etiam atque etiam, vt velis augeri. i. perduci ad exitum, & cumulari. i. multiplicari per te ea, quæ ostendisti initio s. te facturum, deinde quæ fecisti. Ego confirmo & spondeo id &. i. simul fore valde gratum Lucceio & Pompeio, & te positurum. i. locaturum apud eos præclare, quia apud gratissimos. Ego perscripseram ad te diligenter paucis diebus ante. s. quàm has scriberem de repub. & de iis negotiis, & cogitationibus nostris; & dederam eas literas pueris. i. seruis tuis, vnde non est opus nunc scribere.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petit a Culleolo, vt adiuuet Lucceium, vt Bylliones illi satisfaciant.

CICERO S. D. L. CVLLEOLO PROCOS. 42



LVCCEIVS, meus familiarissimus, homo omnium gratissimus, mirificas tibi apud me gratias egit, cum diceret, omnia te cumulatissime, & liberalissime procuratoribus suis pollicitum esse cum oratio tua tam ei grata fuerit, quàm gratam rem ipsam existimas fore, cum, vt spero, quæ pollicitus es, feceris? Omnino ostenderunt Bylliones, sese Lucceio Pompeij arbitratu satisfacturos: sed vehementer opus est nobis, & voluntatem, & auctoritatem, & imperium tuum accedere. quod vt facias, te etiam atque etiam rogo. illudq; mihi gratissimum est; quod ita sciunt Lucceij procuratores, & ita Lucceius ipse ex literis tuis, quas ad eum misisti, intellexit; hominis nullius apud te auctoritatem, aut gratiam valere plus, quàm meam. id vt re experiatur, iterum, & sæpius te rogo. Vale.

LLucceius } Cum L. Lucceius, alius ab eo, ad quem scribit, haberet in prouincia Lucceii quādam causam pecuniariam aduersus Belliones quosdam nominatos; licet Belliones dixissent se satisfacturos Lucceio arbitratu & iudicio Pompeij: tamen rogat Cicero hunc, ad quem scribit, vt interponat auctoritatem suam, vt id faciant, quod se facturos promiserant procuratoribus eius, quos miserat propter eam causam. In quibusdam codicibus inuenio inscriptionem epistolæ huius esse, Culleolo, quod magis probo. { Quàm gratam existimas } quasi dicat multo gratiorem. est cum interrogatione legendum. { Arbitratu } iudicio, voluntate. HVBER.

LVcius &c. } Lucceium commendat, dicens, L. Lucceius familiarissimus meus, & sup. homo gratissimus omnium egit tibi apud me. i. me audiente, gratias mirificas, cum diceret te pollicitum esse cumulatissime, & liberalissime procuratoribus suis omnia s. quæ petebant. Cum oratio. i. pollicitatio tua, fuerit tam grata ei, quàm. i quantum gratam existimas rem ipsam fore, cum feceris omnino, vt spero. s. te facturum, ea quæ pollicitus es? q. d. certum esse quòd gratissimam. Bylliones. s. debitores sic vocati, ostenderunt sese satisfacturos Lucceio, arbitratu Pompeij: sed opus sup. est nobis vehementer & voluntatem & auctoritatem, & imperium tuum accedere. i. addi. Vero simile est non esse L. Lucceium ad quem scribat, cum etiam si alter eius nominis fuisset, non tacuisset Cicero de nominis saltem cōmunicatione: quocirca malui ad eum, quem superior scripta est, datam dicere. Quod vt facias. i. auctoritatem & imperium tuum addas, rogo te etiam atque etiam. Et illud est gratissimum mihi, quod procuratores Lucceij sciunt, & ipse Lucceius intellexit ita ex literis quas misisti ad eum; auctoritatem, aut gratiam nullius hominis valere plus apud te quàm meam. Ego rogo te iterum & sæpius vt. s. Lucceius experiatur. i. experimento cognoscat id. ASCEN.

BYlliones } Impressi libri, Belliones, habebant; scripti, Bulliones. itaq; nihil dubitandum putauimus, quin esset vera lectio, Bylliones. v enim literam pro y scribebāt antiqui: & ita in veteribus monumentis persæpe legitur, vt Sulla pro Sylla, murrha pro myrrha, & alia huiusmodi. Bylliones populi sunt supra Epidamnum, quorum meminit Strabo lib. 7. dicti à Byllide, quę est ciuitas in Illyrico, de qua Stephanus de vrbibus. PAVL. MAN.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Lucium Oppium, Egnatij procuratorem, & suo, & Egnatij nomine diligenter commendat.

CICERO S. D. Q. GALLIO. 43



ETSI plurimis rebus spero fore, vt perspiciam, quod tamen iam pridem perspicio, me à te amari: tamen nunc ea causa tibi datur, in qua facile declarare possis tuam erga me beneuolentiam. L. Oppius M. F. Philomeli negotiatur, homo mihi familiaris. eum tibi vnice commendo, eoque magis, quòd cum ipsum diligo, tum

quòd negotia procurat L. Egnatij Rufi; quo ego vno equite Romano familiarißime vtor, & qui cum consuetudine quotidiana, tum officijs plurimis, maximisque mihi coniunctus est. Oppium igitur præsentem vt diligas; Egnatij absentis rem vt tueare; aque à te peto, ac si mea negotia essent. velim, memoriæ tuæ causa, des literarum aliquid, quæ tibi in prouincia reddantur; sed ita conscribas, vt tum, cum eas leges, facile recordari possis huius meæ commendationis diligentiam. hoc te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

HVBER. ETsi} Commẽdat Gallo, proconsuli Ciliciæ, L. Oppium, mercatorem & procuratorem negotiorum L. Egnatij: rogatq; vt & ipsum præsentem commendatum habeat, & Egnatij negotia tueatur: sibi enim gratissimum futurum. {Des} scribas. {Aliquid literarum} quibus ostendas id esse facturum.

ASCEN. ETsi &c.} Commendat Gallo, proconsuli Ciliciæ, L. Oppium, curatorem negotiorum. L. Egnatij: rogatque, vt & ipsum Oppium præsentem commendatum habeat, & Egnatij absentis negotium tueatur, dicens, Etsi spero pluribus rebus fore.i. futurum, vt perspiciam iampridem me amari à te: tamen ea causa datur nunc tibi, in qua possis declarare facile beneuolentiam tuam erga me. L. Oppius, filius Marci, negotiatur.i. mercaturam agit Philomeli, in vrbe illa Phrygiæ maioris in planicie cuiusdam iugi sita, in cuius altera parte est Antiochia, vt docet Str. lib. 12. homo familiaris mihi. Ego commendo tibi vnice.i. singulariter, eo magis quòd cum. s. ita sit quod diligo ipsum, tum quòd procurat negotia Lucij Egnatij Rufi, quo equite R. ego vtor.i. vno solo familiarissime: qui coniunctus est mihi tum cõsuetudine quotidiana, tum maximis & plurimis officiis. Igitur ego peto æque.i. æqualiter à te, ac si essent negotia mea, vt diligas Oppium præsentem. s. tibi in prouincia; vt tueare.i. protegas rem.i. diuitias & negotia Egnatii absentis. Ego valim sup. vt des. s. mihi & Egnatio, aliquid literarum causa memoriæ tuæ. s. per eas conseruandæ, quæ. s. literæ reddantur tibi in prouincia. hæc igitur ad eum scripserat Cic. cum iam profecturus esset. sed supp. vt conscribas. s. literas ita vt possis recordari facile diligentiam huius commendationis meę tum.i. tunc, cum leges eas. s. in prouincia. Ego rogo te vehementer etiam atque etiam hoc. s. vt id facias.

ARG. Eundem Oppium rursus eidem commendat.

CICERO S. D. GALLIO. 44

*TSI ex tuis, & L. Oppij, familiarissimi mei, literis cognoui, te memorem commendationis meæ fuisse; idq; pro tua summa erga me beneuolentia, proque nostra necesitudine minime sum admiratus: tamen etiam atque etiam tibi L. Oppium præsentem, & L. Egnatij, mei familiarißimi, absentis negotia commendo. tanta mihi cum eo necesitudo est, familiaritasque; vt, si mea res esset, non magis laborarem. quapropter mihi gratißimum feceris, si curaris, vt is intelligat me à te tantum amari, quantum ipse existimo. hoc mihi gratius facere nihil potes. idque vt facias, vehementer te rogo. Vale.*

HVBER. ETsi ex tuis} Eodem argumento, quo in præcedenti epistola commendauit Gallo eundem Oppium, quem superius commendauit, & negotia Egnatii.

ASCAN. ETsi &c.} Commendat rursus eundem eidem, dicens, Etsi cognoui ex literis tuis & literis Lucii Oppii familiarissimi mei te fuisse memorem commendationis meæ; & ego sum minime admiratus id pro summa beneuolentia tua erga me, & pro necessitudine nostra, hoc est quia id beneuolentia tua in me & necessitudo mea mutua exigebat: tamen ego commendo tibi etiam atque etiam L. Oppium præsentem, & negotia Lucii Egnatii familiarissimi mei, absentis. s. à prouincia tua. Tanta necessitudo & familiaritas est mihi cum eo, vt non laborarem.i. contenderem, magis.i. validius aut abundantius. Quapropter tu feceris mihi gratissimum, si curaris, procurraueris, vt is. s. Egnatius intelligat me amari à te tantum.i. tam multum, aut tam impense, quantum ipse.i. ego existimo. s. me amari à te. Tu nihil potes facere mihi gratius hoc.i. quàm hoc, & rogo te vehementer, vt facias id.

ARG. Egnatij & seruum Anchialum, & negotia Appuleio commendat.

CICERO S. D. APPVLEIO PROQVAES. 45

*EGNATIO vno equite Romano vel familiarissime vtor. eius Anchialum seruum, negotiaq; quæ habet in Asia, tibi commendo non minore studio, quàm si rem meam commendarem. sic enim existimes velim, mihi cum eo non modo quotidianam consuetudinem summam intercedere, sed etiam officia magna, & mutua nostra inter nos esse. quamobrem etiam atque etiam à te peto, * vt cures, vt is intelligat, me ad te satis diligenter scripsisse. nam de tua erga me voluntate non dubitabat. id vt facias, te etiam atque etiam rogo. Vale.* vide supra, epist. 34.

HVBER. LEgnatio} Commendat Cicero Apuleio, proquæstori in Asia, libertum Egnatii, & eius negotia, quæ habebat in Asia, expositis causis commendationis.

ASCEN. LVcio &c.} Commendat Egnatium equitem R. dicens, Ego vtor vel.i. etiam familiarissime vno.i. solo L. Egnatio, equite R. ego commendo tibi Anchialum, seruum eius, & negotia quæ habet in Asia, non minore studio, quàm si commendarem. s. tibi rem meam. Velim enim sup. vt existimes sic non modo quotidianam consuetudinem intercedere.i. communem esse & coniunctionem facere mihi cum eo, sed etiam officia magna & mutua nostra esse inter nos. Quamobrem ego peto etiam atque etiam, vt cures, vt is. s. Egnatius intelligat me scripsisse ad te satis diligenter. Nam ipse non dubitat de voluntate.i. beneuolentia tua erga me: & ita si non senserit præsidium abs te, putarit à me non satis diligenter petitum. Ego rogo te etiam atque etiam sup. vt facias id.

CICERO S.D. APPVLEIO PROQVAES. 46

*NOSTIVS Zoilus est coheres meus, heres autem patroni sui. ea re vtrunque scripsi, vt & mihi cum illo causam amicitiæ scires esse; & hominem probum existimares, qui patroni iudicio ornatus esset. eum tibi igitur sic commendo, vt vnum ex nostra domo. valde mihi gratum erit, si curaris, vt intelligat hanc commendationem sibi apud te magno adiumento fuisse. Vale.*

HVBER. LNostius} Institutus fuerat heres Cicero ex parte à quodam, qui liberto suo etiam partem hereditatis reliquerat. Cicero hunc libertum, coheredem suum, Apuleio commendat. {Vtrunque} illum esse heredem meum & heredem patroni sui. {Ornatus} cum factus est heres.

ASCAN. LVcius &c.} Diligenter commendat coheredem suum, dicens, L. Nostius Zoilus. s. cognomento, est coheres meus.i. mecum heres. heres autem patroni sui. s. L. Hostii. nam libertate donati patronorum accipiebant nomina. Ego scripsi vtrunque. s. & coheredem mihi esse, & patroni sui, ea re.i. propterea. Vt &.i. pariter scires mihi causam amicitiæ cum illo esse, quia coheredes inter se amare debent. vnde nobis magna necessitas amandi Christi indita est: cuius, & per quem coheredes Dei patris facti sumus &.i. pariter existimares.i. iudicares supp. eum hominem probum, qui ornatus esset iudicio patroni, vt ab eo heres sit scriptus. Igitur ego cõmendo tibi eum sic, vt.i. tanquam, vnum ex nostra domo. Erit mihi valde gratum,

gratum, si curaris, pro curaueris, vt intelligat hanc commendationem fuisse sibi magno adiumento apud te.

CICERO S. D. SILIO. 47



Vid ego tibi commendem eum, quem tu ipse diligis? sed tamen, vt scires eum non à me diligi solum, verum etiam amari, ob eam rem tibi hæc scribo. Omnium tuorum officiorum, quæ et multa, & magna sunt, mihi gratissimum fuerit, si ita tractaris Egnatium, vt sentiat & se à me, & me à te amari. hoc te vehementer etiam atque etiam rogo. Illa nostra scilicet ceciderunt. vtamur igitur vulgari consolatione. quid, si hoc melius? sed hæc coram. Tu fac, quod facis, vt me ames, teq; amari à me scias. Vale.

HVBER. Q Vid ego} Cicero dum dissimulat se cōmendare Egnatium Silio, multo magis commendat. hanc autem commendationem, iam oppressa repub. factam ostendit. {Verum etiam amari} hic sicut & aliu loco ostendit maiorem esse vim amandi quàm diligendi. {Illa nostra} s. iocosa, & facera, quibus vti solemus. {Ceciderunt} amissa sunt calamitate publica {Vulgari} qua etiam vulgus vtitur. {Quid, si hoc melius} hoc dici solet, vbi nulla apparet ratio facti, sicut etiam illud, sic visum superis.

PHIL. Q Vid ego tibi} Commendat Egnatium quodammodo dissimulanter non eodem ordine, quo ceteros. Addidit in calce quædā de se ipso. {Quid ego tibi} simile propemodum & illud Mart. Peccat, Qui commendandum se putat esse suis. {Non diligi solum, verum etiam amari} vt ad M. Brut. Clodius trib. pl. designatus valde me diligit. vel vt ἐμφατικώτερον. q. d. plusquam dici possit, valde me amat. {Illa nostra} puta iocosa & familiaria. {Etiam atq; etiam rogo} quod Brutus dicit, rogo, & quidem valde rogo, eodem dicendi genere vtitur in valeo, vt etiam atque etiam vale. {Ceciderunt} calamitate temporum amisimus. {Quid, si hoc melius} quādo nullam afferre possumus facti rationem, huiusmodi vtimur oratione. Quale est etiam illud apud Virg. Postquam res Asiæ, Priamique euertere gentem Immeritam visum superis.

ASCEN. Q Vid &c.} Eundem quodammodo dissimulanter commendat, dicens. Quid. i. ad quid ego commendem tibi eum, quem tu diligis. q. d. frustra. Sed tamen, vt scires eum, (loquitur de Egnatio) non solum diligi, verum etiam amari, quod plus est, à me, ego scribo tibi hæc ob eam rem. Gratissimum omnium officiorum tuorum, quæ sunt & multa & magna, fuerit mihi, si tractaris, pro tractaueris. Egnatium ita, vt sentiat & se amari à me, & me amari à te. Ego rogo te hoc vehementer etiam atque etiam. Scilicet. i. scite licet cuctis præter. Illa nostra, quibus in foro nuper præstabamus, ceciderunt. Vtamur igitur consolatione vulgari, vt. s. velimus id, quod possumus. Quid sup. dicas, si hoc melius? voluit aliquid dicere, sed reticuit subdens. Sed hæc supp. dicam coram. Tu fac, quod facis, vt ames me, & scias te amari à me.

ARG. Omnes Cyprios, maximeque Paphios commendat.

CIC. S. D. C. SEXTILIO RVFO QVAES. 48



*Mnes tibi commendo Cyprios, sed magis Paphios: quibus tu quæcunque commodaris, erunt mihi gratissima. eoque facio libentius, vt eos tibi commendem, quòd & tuæ laudi, cuius ego fautor sum, conducere arbitror, cum * primus in eam insulam quæstor veneris; ea te instituere, quæ sequantur alij. quæ, vt spero facilius consequere, si & P. Lentuli, necessarij tui, legem, & ea, quæ à me constituta sunt, sequi volueris. quam rem tibi confido magnæ laudi fore. Vale.*

* nam antea regnum fuerat, non prouincia populi R. de lege Clodia, qua Cyprus insula publicata est, sæpe Cicero in orationibus meminit. præterea omnes historici

HVBER. O Mnes} Sextilio Rufo, quæstori in Cypro, commendat Cicero generaliter omnes Cyprios, sed separatum Paphios. quod ei honori cessurum dicit, si instituerit quæ alij imitentur. in quo hortatur eum, vt sequatur legem P. Lentuli proconsul. ipsius Cypri, vt dixit in primo lib. ad P. Lentulum: Qui Cyprum Ciliciamque teneas &c. {Paphios} ciues Paphi. est. n. Paphos ciuitas Cypri, in qua maxime colitur. Venus, vnde & Paphia dicitur. Horat. O Venus regina Gnidi Paphiq;. Est autem, auctore Ptolemæo, & noua, & vetus Paphos.

ASCEN. O Mnes &c.} Commendat quæstori omnes Cyprios, dicens. Ego commendo tibi omnes Cyprios, sed magis sup. quàm ceteros Paphios i. Paphi ciues: quibus quæcunque tu commodaris. i. imparti eris, erunt mihi gratissima. & facio eo. i. propterea libentius, vt commendem tibi eos. hoc est ideo eos tibi libentius commendo, quod arbitror, & i. etiam, conducere. i. prodesse tuæ laudi, cuius ego sum fautor. Ergo fautor etiam genitiuum regit. cum primum veneris in eam insulam, hoc est in Cyprum quæstor. i. tanquam quæstor, te instituere. i. vt dicunt à principio ordinare ea, quæ alij sequantur. i. sequi debeant. Quæ, vt spero, tu consequere. i. obtinebis penult. longa, facilius, si volueris sequi legem P. Lentuli necessarij tui, (ad quem agentem in Cilicia, cui Cyprus annexa est, sunt epistolæ 1. lib) & ea quæ constituta sunt à me. nam & ipse in Cilicia imperator fuerat. Quam rem. i. ea sequi, ego confido fore tibi magnæ laudi, cum etiam Lentulo & Ciceroni laudi fuerit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Quintum Pompeium diligentissime familiaritatis nomine commendat.

CICERO S. D. CVRIO PROCOS. 49



POMPEIVS Sex. F. multis, & veteribus causis necessitudinis mihi coniunctus est. is cum antea meis commendationibus & rem, & gratiam, & auctoritatem suam tueri consueuerit, nunc profecto, te prouinciam obtinente, meis literis assequi debet, vt nemini se intelligat cōmendatiorem vnquam fuisse. quamobrem à te maiorem in modum peto, vt, cum omnes meos æque ac tuos obseruare pro nostra necessitudine debeas, hunc in primis ita in tuam fidem recipias, vt ipse intelligat, nullam rem sibi maiori vsui, aut ornamento, quàm meam commendationem, esse potuisse. Vale.

P Ompeius} Curio Græciæ præsidēti, vt lib. 7. vidimus, commendat Cicero Q. Pōp. ea diligētia, qua alios sibi amicissimos cōmendari solitos vidimus. {Prouinciā} Græciam. HVBER.

Q Vintus &c.} Commendat Q. Pōpeium, Sexti filium, dicens, Q. Pompeius filius Sexti. s. Pompeij coniunctus est mihi multis & veteribus causis necessitudinis .i. amicitiæ necessario conseruandæ. Iam sexcenties ferè exposita sunt vocabula: sed quia forte in vnum epistolium incidet qui alias non legerit, cogor rem vnam sæpius exponere. is cum consuerit. i. consueuerit, (dicitur. n. vtrunque, & sueui, & suetus sum) tueri. i. protegere, & rem. i. diuitias & gratiam & auctoritatem, commendationibus meis, debet nunc, profecto te obtinente prouinciam. i. dum tu obtines prouinciam, assequi. i. nancisci, literis meis. i. per literas meas, vt intelligat se nemini fuisse vnquam commendatiorem. i. magis commēdatum quàm tibi videtur hoc loco passiue capi & temporis præteriti rationem seruare, ita vt participia interdum comparatiua putes. Quamobrem ego peto à te in modum maiorem, vt cum debeas obseruare. i. colere, &, vt dicunt, supportare, omnes meos. s. familiares & amicos, æque i. æqualiter ac. i. sicut tuos, pro nostra necessitudine. i. propter necessitudinem, hoc est necessariam coniunctionem & amicitiam nostram, recipias hunc. s. Q. Pōpeium in primis. i. inter primos, aut præcipue in fidem. i. fidelem protectionem & confirmationem tuam, ita vt ipse intelligat nullam rem potuisse esse sibi maiori vsui. i. vtilitati, aut ornamento. i. decori quātum ad bonum honestum, quàm commendationem meam. ASCEN.

ARG. Petit, vt Manium Curium ab omni incommodo, detrimento, molestia integrum conseruet. vide epist. 17. huius libri.

CICERO S. D. ARISTO PROCOS. 50



*Vmpsi hoc mihi pro tua in me obseruantia, quam penitus perspexi, quādiu Brundisii fuimus, vt ad te familiariter, & quasi pro meo iure scriberem, si qua res esset, de qua valde laborarem. Man. * Curius, qui Patris negotiatur, ita mihi*

familiaris est, vt nihil posit esse coniunctius. multa il-
ep.13.l.7. *lius in me officia, multa in illum mea; quodque maximum est, summus inter nos amor & mutuus. quæ cum ita sint: si vllam in amicitia mea spem habes; si ea, quæ in me officia, & studia Brundisii contulisti, vis mihi etiam gratiora efficere; quanquam sunt gratissima; si me à tuis omnibus amari vides; hoc mihi da, atque largire, vt Man. Curium sartum & tectum, vt aiunt, ab omnique incommodo, detrimento, molestia sincerum, integrumq; conserues. & ipse spondeo, & omnes hoc tibi tui pro me recipient, ex mea amicitia, & ex tuo in me officio maximum te fructum, summamque voluptatem esse capturum. Vale.*

HVBER. SVmpsi} Non indiget argumento & hæc æpistola, quæ textu ipso satis patet, sicut & sequens; de quibus nihil aliud est declarandum.

ASCAN. SVmpsi &c.} Commēdat M. Curium, Patris negotiantem, apprime diligenter, aut Aristo proconsuli, aut Cœlio, vt quidam textus habent. Ordo est Ego sumpsi.i.assumpsi & quasi arrogaui hoc mihi pro obseruantia tua, in.i.erga me, hoc est propter eam, in dictis & factis tuis ne me lædas, custodiam, ea veneratione quadam procedentem, quam perspexi .i.percepi penitus, quādiu fuimus Brundisij, sumpsi, inquam, vt scriberem ad te familiariter & quasi pro iure meo, si qua.i.aliqua res est, de qua laborarem valde.i.pro qua vellem multos subire labores, aut multum timerem. M Curius, qui negotiatur.i. mercimonia agit Patris, in ea vrbe Achaiæ, est mihi familiaris ita vt nihil posit esse coniunctius. Multa sup sunt officia.i.ea debito benefacta, illius in me, & multa quoq; sunt sup. officia mea in illum, & quod maximum est.s.vinculum coniunctionis, summus & mutuus amor est inter nos. Quæ cum sint ita: si habea vllam spem in amicitia mea; si via efficere ea officia & studia quę contulisti Brundusij in me, etiam gratiora mihi.s. quàm nunc sint, quanquam sunt gratissima; si vides me amari à tuis omnibus; da atque largire mihi hoc, vt conserues M. Curium, sartum & tectum, vt aiunt.i.vt in vetere prouerbio, ea villarum locatione sumpto, quas sic locare solemus, vt conductor eas sartas .i.omnibus partibus suis conseruatas, & clausas, ac tectas à sæuitia cœli conseruet: alioqui locatori id præstandum esset. ea ponit autem Cic. subdens, vt sup. conserues eum sincerum & integrum ab omni incommodo, detrimento & molestia. Et ipse.i. egomet spondeo, & omnes tui recipient.i. promittent hoc tibi pro me, te esse capturum ea mea amicitia, & ea officio tuo in me maximum fructum & summam voluptatem.

PAVL. MANV. MVlta in illum mea; quodq; maximum est} Hanc lectionem puriorem, & elegantiorem existimamus, q̄ quæ antea in omnibus impressis habebatur. eam accepimus ea libro vetere Vincentij Riccii.

CICERO S. D. P. CAESIO. 51



MESSIENVM, equitem Romanum, omnibus rebus ornatum, meumq; perfamiliarem, tibi commendo ea commendatione, quæ potest esse diligentissima. peto à te & pro nostra, & pro paterna amicitia, vt eum in tuam fidem recipias, eiusque rem, famamque tueare. virum bonum, tuaque amicitia dignum tibi adiunxeris; mihique gratißimum feceris. Vale.

ASCEN. PVblium commendat, dicens, Ego commendo tibi P. Messienum, equitem R. ornatum omnibus rebus & perfamiliarem.i.valde familiarem meum, ea commendatione, quæ potest esse diligentissima. Peto à te & pro nostra, & pro paterna amicitia, vt recipias eum in fidem.i.fidelem protectionem suam, & vt tueare.i.protegas rem & famam eius. Tu adiunxeris tibi virum bonum & dignum amicitia tua, & feceris mihi gratissimum.

CICERO S. D. REGI. 52



*LICINIVS Aristoteles, Melitensis, antiquissimus est hospes meus, & præterea coniunctus magno vsu familiaritatis. hęc cum ita sint, non dubito, quin tibi satis commendatus sit. etenim ex multis cognosco, meam commendationem plurimum apud te valere. hunc ego à Cæsare liberaui. frequens enim fuerat *nobiscum: atque etiam diutius in causa est, quàm nos commoratus. quo melius te de eo existimaturum arbitror. fac igitur, mi Rex, vt intelligat has sibi literas plurimum profuisse. Vale.* in partibus Pōpeianis.

HVBER. A. Licinius} Licinium Melitensem, Pompeianorum partium studiosissimum, Regi commendat. {Melitensis} ex Melita Insula Siciliæ, quæ auctore Pomp. Africam versus est & Str. dicit eam imminere Pachyno, de qua catelli portantur, quos Melitæos vocant. de hac Ouid. lib. 3. Fast. Fertilis est Melite, sterili vicina Cosyræ, Insula, quam Libyci verberat vnda freti. {Nobiscum} contra Cæs. {In causa} bellorum ciuilium.

ASCAN. AVlus &c.} Commendat Regi A. Licinium Melitēsem hospitem suum, qui Pompeianarum partium studiosus fuerat, sed reconciliatus Cæsari. verum quia eo nomine eum commendat q̄ Pompeianus esset, ne literæ forte deprehensæ officiant ei, ad quem scribit, credo non nominatum à Cic. sed nomine, Regis, tantum significatum. Reges.n. diuites omnes & præcipue principes olim vocabant veteres. Melite insula est Siciliæ auct. Pomp. Africam versus. Et Str. dicit eam imminere Pachyno, vnde catelli Melitei asportabantur: de qua Ouid. Fast. lib. 3. Fertilis est Melite, sterili vicina Cosyræ, Insula, quam Libyci verberat vnda freti. Ordo est. A. Licinius Aristoteles cognomento, Melitensis patria, est hospes meus antiquissimus, & præterea i. præter eam coniunctionem, coniunctus.s. mihi magno vsu familiaritatis.i. magna consuetudine. Cū hæc sint ita, non dubito quin satis commēdatus sit tibi. Etenim ego cognosco ea multis, commendationem meam valere plurimum apud te. Ego liberaui hunc à Cæsare.i.à persecutione Cæs. hoc est reconciliaui eum. Fuerat.n. nobiscum.i.in partibus Pompeianis frequens.i.negotiosus & diligens: atque commoratus est in causa.i.vt dicunt, in querela Pompeiana, diutius.s. quàm nos, quia etiam post mortem Pompeii. quod.i.propter quod ego arbitror, sup. te existimaturum de eo melius. Igitur o mi rex fac, vt intelligat has literas profuisse sibi plurimum.

PAVL. MAN. CIcero Regi.} opinor hunc Regem aliquem fuisse gentia Martiæ, cuius cognomen fuit Rex: itaq; etiam Clodii sororis vir, Q. Martius Rex appellatus est, auctore Plutarcho in Cæsaris vita. ad Atticum etiam, lib. 5. ep. 14. cum dicit, Ille autem Regis hereditatem spe deuorarat, eum, quem dicimus, Q. Martium Regem intelligit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Commendat Genucilium, hominem quauis cōmendatione dignissimum.

CICERO S. D. Q. *THERMO PROPRAET. 53

*qui Ioniæ præerat: cuius caput est Ephesus. ep. 18. l. 2. & ad Att. ep. 51. lib. 5. & hic in sequentibus epist.



L. GENVCILIO Curuo iampridem familiarissime vtor, optimo viro, & homine gratißimo. eum tibi penitus commendo, atq; trado: primum vt omnibus in rebus ei te commodes, quoad fides tua, dignitasq; patietur: patietur autem in omnibus: nihil.n. abs te vnquam, quod sit alienum tuis, aut etiam suis moribus, postulabit. præcipue autem tibi commendo negotia eius, quæ sunt in Hellesponto: primum, vt obtineat id iuris in agris, quod ei Pariana ciuitas decreuit, & dedit, & quod semper obtinuit sine vlla controuersia: deinde, si quid habebit cum aliquo Hellespontio controuersia, vt in illam διοίκησιν reijcias. Sed non mihi videor, cum tibi totum hominem diligentissime commendarim, singulas ad te eius causas perscribere debere. Summa illa sit. quidquid officij, beneficij, honoris in Genucilium contuleris, id te existimabo in me ipsum, atque in rem meam contulisse. Vale.

L. Genucilio}

HVBER. L Genucilio} Thermo propraetori in Syria commēdat Genucilium, quem dicit nihil esse petiturū, nisi quod & se,& Thermo dignum sit.} Nihil abs te} sic Hor.in epist. Vtere Pompeio Grosphe; &,si quid petet,vltro Defer: nil Grosphus nisi verum orabit & aequum. } διοίκησις} dioecesim.i.iurisdictionem.} Hellespontos} Hellespontus in Phrygia est,ab Helle, sorore Phryxi,dictus. Phrygia autem regio dicta est Asiae maioris; quae Phrygia etiam Troas dicitur.

ASCEN. L Vcio &c.} Thermo propraetori in Syria commendat Genucilium: quem dicit nihil petiturū nisi quod se & Thermo dignum sit. quo nomine Horatius etiam Grosphum commendat in epistola dicens: Vtere Pompeio Grospho, & si quid petet, vltro Defer: nil Grosphus nisi verum orabit & aequum. Ordo est. Ego vtor iampridē.i.plusculo tpe familiarissime L.Genucilio Curuo,viro optimo & homine gratissimo. ego commendo tibi eum penitus,atq; trado.f.fidei tuo, primum vt cōmodes.i.commode exhibeas te ei in quibuscunq; rebus,quoad.i.quatenus,fides tua.f.in seruanda aequitate, quia fides fundamentum est iustitiae,vt dicit 1.off.& dignitas tua patietur, patietur aūt in omnibus.f.quae petet. ipse.n.nihil postulabit vnq̄ abs te,quod sit alienum tuis, aut etiam suis moribus.i.quod non sit honestum & aequum. Ego aūt commendo tibi praecipue negotia eius,quae sunt in Hellesponto, insula Phrygiae, ab Helle, sorore Phryxi,illic in Ponto submersa,denominata: primum, vt obtineat in agris f.Hellespōtiacis id iuris quod ciuitas Pariana,quae illic est,decreuit,& dedit ei,& qd̄ obtinuit semper sine vlla controuersia i contradictione: deinde si habebit aliquid controuersiae i litis & discrepationis cum aliquo Hellespontio.i.in insula Hellesponti, vt reiicias in illam dioecesim.i.in illam iurisdictionem,hoc est ad fo. illius iurisd.vbi noticiā ius obtinet. Nequis erret,dicitur dioecesis 1 1.& 1 1 1.longis,ooo dioecesis.oam graece scribitur διοίκησις. Sed cum ego cōmendatim tibi diligentissime totum hoiem.i omnia negotia eius,non videor mihi debere pscribere ad te singulas causas eius. Illa si summa.i.gnālis clausula.quidquid officij quasi debiti, beneficij,benefacti liberaliter impēs,sup.ei,honoris cōtuleris in Genuciliū.i.impenderis Genucilio,ego existimabo te cōtulisse id in me ipsum atq; in rē meam.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Gratias agit Thermo,q̄ Marcilium iuuerit: deinde socrum eiusdem Thermo commendat.

CICERO S. D. THERMO PROPRAET. 54

CVm mihi multa grata sunt, quae tu, adductus mea commendatione, fecisti; tum in primis,quòd M. Marcilium amici, atque interpretis mei filium, liberalissime tractauisti. venit.n.* Laodiceā,& tibi apud me mihiq; propter te gratias maximas egit. Quare,quod reliquum est à te peto,quando apud gratos homines beneficium ponis,vt eo libentius his commodes;operamq; des, quoad fides tua patietur, ne socrus adolescentis rea ne fiat. ego cum antea studiose commendabam Marcilium, tum multo nunc studiosius,quòd in longa* apparitione singularem, & prope incredibilem patris Marcilij fidem,abstinentiam,modestiamque cognoui. Vale.

quae erat in imperio Ciceronis.ep. 5.lib. 3.

interpretes igitur praestant in prouincia pro consulibus.

HVBER. CVm multa} Primum ostendit Cicero sibi gratum esse quod fecerit Thermus pro M. Marcilio. Deinde eum rogat,vt det operam,ne socrus Marcilij rea fiat. }Rea ne fiat}ne in iudicium deducatur. Reus.n dicitur quicunque in lite deducitur,etiam si nihil admiserit.

ASCEN. CVm mihi &c. } Primum ostendit sibi gratum esse quod fecerat Thermus pro M. Marcilio: deinde rogat, vt det operā,ne socrus Marci rea fiat. Ordo est. Cum multa sint grata mihi quae tu fecisti adductus commendatione mea.i.per me facta; tum in primis sup.gratum est,non,sit vnde sm Vallam,qui vult,cum & tum,indicatiuum postulare, legendum esset.cum mihi multa grata sunt &c.q̄ tractauisti liberalissime M.Marcilium filium amici mei,ia q; interpretis, forte lingua Cilicum,vt intercessores,quia per interpreté res agere magni viri solent. sed cum constet deprecatoris illic eguisse Cic.dicam linguae alienae exposiroē fuisse, & per regulam Seruianam eo nomine quo filium vocatum. Enim i.quia M.Marcilium venit Laodiceā,quae vrbs est in prouincia Ciliciae,& egit mihi ma ximas gratias propter te.i.ob beneficiū tuum. quare ego peto à te quod,reliquū est.i.quod restat adhuc, qñ.i.quidem aut q̄m tu ponis.i.collocas beneficium apud hoies gratos,vt cōmodes.i.prosis & commodum facias ijs,eo.i tanto libentius,& sup. des operā quoad fides.f.tua patietur. Fidē,vt dixi,hic eam intelligit,quae est fundamentū iustitiae,qua ea,quae decenter promisimus, fideliter seruamus: vnde ad fidē iudicum pertinet nemini iniuriam facere , dum alicui cōmodum facit. vt socrus.i.mater vxoris adolescentis.f.Marcilij,ne.i.non fiat rea.i.nonvocetur in iudicium nam reus dicitur quicunq; cogitur cām dicere & se defendere,et si culpa vacet,non aūt esset iudicis eam, quae sons esset,facere vt insons sit,licet ignoscere possit.ego cum cōmendabā(ergo prius legā,cum multa sint)antea M.studiose,tū sup.cōmēdo eū nūc multo studiosius.q̄ cognoui in lōga apparitione.i. obsequo quasi apparitoris,singularē,& ,ppe.i.quasi incredibilē fidem.i.fidelitatē,abstinentiā,modestiā Marcilij patris.i.senioris.

ARG. Cōmendat Anneium,legatū suum,in controuersia Sardiana.

CICERO S. D. THERMO PROPRAET. 55

ETsi mihi videor intellexisse,cum tecum Ephesi de re M.Anneij,legati mei locutus sum,te ipsius causa vehementer omnia velle: tamen & M. Anneium tanti facio,vt mihi nihil putem praetermittendum,quod illius intersit;et me à te tanti fieri puto, vt non dubitem,quin ad tuam voluntatem magnus cumulus accedat commendationis meae. nam cum iandiu diligerem M. Anneium; deq; eo sic existimarem,vt res declarat,quòd vltro ei detulerim legationem,cum multis petentibus denegassem: tum vero,postea quàm mecum in* bello,atq; in re militari fuit,tantam in eo virtutem,prudētiam, fidem, tantamq; erga me beneuolentiam cognoui, vt hominem neminem pluris faciam. Eum cum Sardianis habere controuersiam scis.causam tibi exposuimus Ephesi: quam tu tamen coram facilius meliusq; cognosces.de reliquo mihi mehercule diu dubium fuit,quid ad te potissimum scriberem.ius.n.quemadmodum dicas,clarum, & magna cum tua laude notum est:nobis autem in hac causa nihil aliud opus est,nisi te ius instituto tuo dicere.sed tamen cum me non fugiat,quāta sit in praetore auctoritas, praesertim ista integritate, grauitate, clementia, qua te esse inter omnes constat: peto abs te pro nostra coniunctissima necessitudine, plurimisq; officijs paribus, ac mutuis, vt voluntate, auctoritate, studio tuo perficias, vt M. Anneius intelligat,te & sibi amicum esse,quod non dubitat; saepe.n.mecum locutus est; & multo amiciorem his meis literis esse factum.in tuo toto imperio, atq; prouincia nihil est, quod mihi gratius facere possis.iam, apud ipsum, gratissimum hominem, atq; optimum virum, quàm bene positurus sis studium tuum,atq; officiū,dubitare te non existimo. Vale.

de quo l.5. in epist. ad Catonem.

in praetore oportet esse integritatē, grauitatem, clementiam.

HVBER. ETsi mihi}Cicero diligenter commendat Thermo M.Anneij,legati sui,negotia. De quo dicit se locutum esse cum eo Ephesi: quae ciuitas est, vt supra diximus, Asiae regionis in Icario pelago. }Sardianis} non ex Sardinia, sed Sardia ciuitate }Quemadmodum}qualiter, quanta moderatione. }Dicas ius}administres iustitiam.

ASCEN. ETsi mihi &c.}Diligentissime cōmendat Thermo M.Anneii legati sui negotia: de quo dicit se locutum esse cum Thermo,cum essent Ephesi. Ordo est. Etsi videor mihi intellexisse,cum locutus sum tecum Ephesi, quae ciuitas est Asiae,de re M.Anneii legati mei,te velle vehementer omnia causa ipsius.tñ ego facio i.aestimo tanti M.Anneium,vt nihil putem praetermittendum mihi,quod intersit.i.in re & vtilitate sit illius; & puto me fieri.i.aestimari à te tanti, vt non dubitē quin magnus cumulus commendationis meae.i.qui sit commendationis meae(malim tñ legere commendatione meā.i.propter commendationem meam) accedat.i.addatur ad voluntatem tuam. Nam cum diligerem diu.i.per multos dies, M.Anneium,& exi

ſtimarem.i.iudicarẽ de eo ſic vt res declaret, q deiulerim.i.obtulerim ei vltro.i.non requiſitus legationem.i.vt eſſet mihi legatus in Cilicia,cum denegaſſem, ſup.eam multis iam petentibus.ſ.eam,tum vero.i. præcipue poſtea q̃ fuit mecum in bello ac que in te militari,cognoui in eo tantam virtutem i.fortitudinẽ, prudentiam,fidem,& tantam beneuolentiam erga me,vt nemi nem i.nullum hominem faciam pluris.ſ.q̃ eum Tu ſcis eum ha bere controuerſiam cum Sardianis.ſ.ciuibus Sardiæ ciuitatis in prouincia Cilicia. nos expoſuimus tibi cauſam Epheſi i.cum il lic eſſemus: quam tu cognoſces facilius & melius coram.i. qſi veneris in rem præſentem, aut litigatore ſudiens.meherc u le dubium fuit diu,quid ſcriberẽ de reliquo.i.de eo, quod reſtat, potiſſimum ad te. Enim quia ius ſup.eius quemadmodum dicis eſt clarum.i.euidens, & notum eſt.ſ.tibi, cum magna laude tua, quia iuriſperitus euaſit. Nihil autem aliud opus eſt nobis in hac cauſa, niſi te dicere.i.vt dicas ius.i.iudices,inſtituto.i.more tuo. Sed tñ cum non fugiat.i.lateat me,quanta auctoritas ſit in prætoram, præſertim iſta integritate.i.qui prætor ſit illiuſmodi integritate,grauitate, clementia, quę conſtat te eſſe inter omnes, peto abs te pro neceſſitudine noſtra coniunctiſſima.i.arctiſſima,& officiis plurimis,paribus ac mutuis.ſ.inter nos,vt perficias voluntate, auctoritate,ſtudio tuo,vt M. Anneius intelligat te, & .i.ſimul,amicum eſſe ſibi, quod non dubitat,ſ locutus eſt.n.ſæpe mecum.ſ.hoc aſſerendo,& eſſe factum amiciorem multo.ſ.q̃ fue cat, his literis meis. nihil eſt quod poſſis facere mihi gratius in toto imperio tuo atq; prouincia.i.tantiſper dum eris in prouin cia imperator. Ego non exiſtimo te dubitare iam.ſ.vbi cognoſcis rem mihi tantopere cordi eſſe, quàm bene poſiturus.i.locaturus ſis ſtudium ſi que officium tuum apud hominem gratiſſimum atque virum optimum. Cum vicẽ virtute dicatur, frequens illi epitheton eſt bonus aut optimus.

CICERO S. D. THERMO PROPRAET. 36

vide ep. 7. h.l.



Lvvivs Puteolanus valde me obſeruat, valdeque eſt mihi familiaris. is ita ſibi perſuadet, quod in tua prouincia negotij habet,niſi,te prouinciam obtinente, meis commẽdationibus confecerit,id ſe in perditis,& deſperatis habiturum.nunc,quando mihi ab amico officioſiſſimo tantum oneris imponitur, ego quoq; tibi imponam pro tuis in me ſummis officijs,ita tamen, vt tibi nolim moleſtus eſſe. Mylaſij, & Alabandenſes pecuniam Cluuio debent.dixerat mihi Euthydemus, cum Epheſi eſſem, ſe curaturum, vt ecdici Mylaſij Romam mitterentur.id factum non eſt. legatos audio miſſos eſſe: ſed malo ecdicos,vt aliquid confici poſſit.quare peto à te, vt eos, & Alabandenſes iubeas ecdicos Romam mittere. Præterea Philotes Alabandenſis ὑποθήκας Cluuio dedit: hæ commiſſæ ſunt. velim cures, vt aut de hypothecis decedat,eáſque procuratoribus Cluuij tradat; aut pecuniam ſoluat. Præterea Heracleotæ & Bargyletæ,qui item debent, aut pecuniam ſoluant,aut fructibus ſuis ſatisfaciant. Caunij præterea debent;ſed aiunt ſe depoſitam pecuniam habuiſſe.id velim cognoſcas: &,ſi intellexeris eos neq; ex edicto,neq; ex decreto depoſitam habuiſſe,des operam,vt vſuræ Cluuio,inſtituto tuo,conſeruentur. His de rebus eo magis laboro,quòd agitur res Cn.Pompeij etiam,noſtri neceſſarij, & quòd is magis etiam mihi laborare videtur, quàm ipſe Cluuius: cui ſatiſfactum eſſe à nobis,valde volo.His de rebus te vehementer etiã atq; etiam rogo. Vale.

RVFRA. Luuius § Negotium Cluuij Puteolani ita commendat Thermo, vt dicat ipſum Cluuium de eo deſperare, niſi id confecerit Thermo prouincia obtinẽte.exponit Cic. quid ſit in eo negotio,& quid agendum putet. § Puteolanus § ex Puteolis oppido Campaniæ. § Deſperatis § ſine ſpe. § Mylaſij § Mylaſa & Alabanda ciuitates ſunt,auct. Prol. Lydiæ Mæoniæ § Ecdici § ſyndici,defenſores. § ὑποθήκας § hypothecas quæ ſunt obligationes bonorum immobilium, ſicut contra pignora bonorum mobilium. ſunt autem termini iuris, § Heracleotæ § ciues Heracleæ. Heraclea autem, & Barcilia auctore Strab.ciuitates ſunt Cariæ.§ Caunij § qui incolunt Caunum,oppidum Cariæ,valetudine habitantium infra me,à Cauno,fratre Biblidis,cognominatum § Ex edicto § prætorio. § Decreto § ſenatus. § Vſuræ § vtilitati. § Is § .i. Pompeius.

Luuius &c.§ Negotium Cluuij Puteolani commendat Thermo, vt dicat ipſum Cluuium de eo deſperare, niſi id confecerit, Thermo prouinciam obtinente Ea ponit autem quid ſit in eo negotio, & quid agendum putet,vt luce clarius patebit legentibus hoc ordine. Cluuius Puteolanus.ſ.patria, à Puteolis vrbe Campaniæ, obſeruat me valde, & eſt valde familiaris mihi. Is perſuadet ſibi.i.firmiter credit,ſe habiturum in perditis & deſperatis id negotij, quod habet in prouincia tua. niſi confecerit.i.abſoluerit comendationibus meis.i. ob commẽdationes meas, te obtinente prouinciam.i.tantiſper dum obtinebis prouinciam Nunc quando.i.quandoquidem tan tum oneris imponitur mihi ab amico officioſiſſimo.i. pleniſſimo officii in me, ego quoq; imponam tibi ſ.tantum oneris pro ſummis officiis tuis in me,tamen ita ſup.imponam,vt nolim eſſe moleſtius tibi. Mylaſij & Alabandenſes.i.ciues in Mylaſa & Alabãda,ciuitatibus Lydiæ Mæoniæ,debent pecuniam Cluuio. Euthydemus dixerat mihi,cum eſſem Epheſi, ſe curaturum, vt ecdici.i ſyndici,defenſores,Mylaſij emitterẽtur Romam.id non eſt factum ego audio legatos.i.oratores miſſos eſſe: ſed malo ecdicos ſup.mitti, vt aliquid poſſit confici.i.transfigi & componi. Quare ego peto à te,vt iubeas eos.ſ.Mylaſios,& Alabandenſes mittere Romam ecdicos.i.ſyndicos ſuos Præterea Philotes Alabandenſis dedit Cluuio, ὑποθήκας i.obligationem bonorum immobilium hæ.ſ.hypothecæ ſunt commiſſæ.i.finitæ.velim ſup.ve cureas, vt Philotes aut decedat de hypothecis.i.obligationibus rerum immobilium,vt dixi,& tradat eas procuratoribus Cluuij, ne.ſ.amplius petantur,aut perſoluat pecuniam.ſ pro nouis hypothecis,aut pro termini productione. Præterea Heracleotæ & Bargyletæ.ciuitatum Cariæ,qui item.i.ſimul,debent.ſ Cluuio, aut ſoluant pecuniam, aut ſatisfaciant ſuis fructibus.ſ.intereſſe aut vſuram.Præterea Caunij.à Cauno oppido Cariæ,debent.ſ. pecuniam,&,vt videtur, innouere, vſuram; ſed aiunt ſe habuiſſe pecuniam depoſitam,vt nihil debeant de vſura.id cognoſcas;velim: &,ſi intellexeris eos neque e à edicto, neq; ex decreto habuiſſe depoſitam,des operam,vt vſuræ conſeruentur Cluuio inſtituto.i.ex more aut conſtituto tuo. Ego laboro de his rebus eo magis quòd res.i.negotium aut vtilitas etiam Cn. Pompeii noſtri neceſſarii agitur,& q is.ſ.Pompeius videtur mihi laborare etiam magis quàm ipſe Cluuius: cui.ſ. Pomp.ego volo.i.cupio valde ſatisfactum à nobis. rogo te vehementer etiam atque etiam de his rebus.i.ob has res,aut vt has res cures.

AACBN. Aec commiſſæ ſunt § Cum præteriſſet præſcriptum ſolutioni tẽpus,hypothecæ.i.bona creditori aſſignata, vt ei & de te,& de tpe,caueretur,committebantur.i.in creditoris iura,poteſtatemq; transibant. ſed Philotes, quas Cluuio dederat hypothecas,iniuſte,non iam ſuas, retinebat. PAVL. MANVT

ARG. Petit a Thermo,vt Anneium,legatum ſuum,remittat:eumq; in negotio ſuo commendat.

CICERO S. D. THERMO PROPRAET. 37

Vo magis quotidie ex literis nuntijſque, bellum magnum eſſe in Syria, cognoſco, eo vehementius à te pro noſtra neceſſitudine contendo, vt mihi M. Anneium legatum primo quoq; tempore remittas. nam eius opera,conſilio, ſcientia rei militaris vel maxime intelligo me, & remp. adiuuari poſſe. quòd niſi tanta res eius ageretur: nec ipſe adduci potuiſſet, vt à me diſcederet; neque ego, vt eum à me dimitterem. ego in Ciliciam proficiſci cogito circiter kal. Maias.ante eam diem Anneius ad me redeat,oportet. Illud, quod tecum & coram, & per literas diligentiſſime egi, id & nunc etiam atque etiam rogo, curæ tibi ſit, vt ſuum negotium, quod habet cum populo Sardiano, pro cauſa veritate, & pro ſua dignitate conficias. intellexi ex tua oratione, cum tecum Epheſi locutus ſum, te ipſius Anneij cauſa omnia velle: ſed tamen ſic velim exiſtimes,te mihi nihil gratius facere poſſe, quàm ſi intellexero, per te illum ipſum negotium

ex ſententia

ex sententia confecisse. idq́; quamprimum vt efficias, te etiam atque etiam rogo. Vale.

RVBER. QVo magis} Primum rogat Cicero Thermum, vt ad se remittat M. Anneium legatum priusquam proficiscatur in Ciliciam, quod cito futurū dicit. Deinde ei commendat eiusdē Anneij negotium, quod habebat cum Sardianis. quod supra alia epistola commendauerat Erat autem Cicero eo tempore proconsul Ciliciæ. {Adduci}persuaderi.

ASCEN. QVn magis &c.} Primum rogat Cicero Thermum, vt ad se remittat M. Anneium legatum priusquam Cic. proficiscatur in Ciliciam. Deinde commendat eius negotium. Ordo autem est. Quo.i.quanto magis ego cognosco quotidie ea literis & nuntiis bellum magnum esse in Syria, eo.i.tanto vehementius contendo.i.instanter peto, à te pro necessitudine nostra. vt remittas mihi primo quoq; tempore.i.vt primum possis M. Anneium legatum.i qui sit mihi legatus. Nam ego intelligo me & remp. posse adiuuari, vel i.etiam maxime opera, consilio, scientia rei militaria eius.s. Anneij. quod .i.propter quod, nisi tanta res eius ageretur.s.in prouincia tua, nec ipse potuisset adduci i.persuaderi vt discederet à me, neque ego sup. potuissem adduci vt dimitterem eum à me. ego cogito proficisci in Ciliciam circiter cal. Maij. oportet sup. vt Anneius redeat ad me ante eam diem. Illud, quod egi tecum & coram.i. in præsentia per verba, & sup. absens per literas, rogo id & nunc etiam atque etiam sit tibi curæ, vt conficiat.i.transigat & absoluat negotium suum, quod habet cum populo Sardiano, conficiat, inquam pro veritate i.æquitate causæ, & pro dignitate sua. Ego intellexi ea oratione tua cum locutus sum tecum Ephesi, te velle omnia causa ipsius M. Annij: sed tamen velim sup. vt existimes sic, te nihil posse facere mihi gratius, quàm si intellexero illum confecisse i. finiuisse negotium ex sententia.i. voluntate sua, per te.i.te auxiliante. idq́ue.i. & id rogo sup. te, etiam atque etiam, vt efficias id quàm primum.i. valde cito.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Lucij Custudij causam Rufo commendat.

Cicero S. D. C. Titio L. F. Rufo præt. vrb. 58

In mea tribu suffragium, fer.



CVSTIDIVS est tribulis, & municeps, & familiaris meus. is causam habet, quam causam ad te deferet. commendo tibi hominem, sicuti tua fides, & meus pudor postulat; tantum, vt faciles ad te aditus habeat; quæ æqua postulabit, vt lubente te impetret. sentiatq́; meam sibi amicitiam, etiam cum longissime absim, prodesse in primis apud te. Vale.

RVBER. LCustidius} Commendaticia est hæc epist. & quæ argumento non indiget. {Municeps}ex municipio.i.ex oppido meo. {Habeat aditus faciles ad te}.i.liceat ei ad te venire nullo impediente, cum voluerit.

ASCEN. LVcius &c.}Commendat L. Custidium, dicens, L. Custidius est tribulis meus.i. mecum de eadem tribu, & municeps.i.de eodē municipio.s. Arpino, & familiaris meus. Is habet causam.i. litem, quam causam i.cuius defensionem defert ad te. Ego commendo tibi hominem, sicut fides tua, & pudor meus postulat.i. vsq; ad aras ant deos; tantum.i. duntaxat, aut tantum.i.in tantum vt habeat faciles aditus ad te, & vt impetret, iubente te sup. ea æqua.i.iusta quæ postulabit, & sentiat amicitiam meam prodesse sibi in primis.i. præcipue apud te, etiam cum absim longissime, vtpote in Cilicia.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

M. Fabij curam suscipit hac epistola.

Cicero S. D. C. Curtio Paduceano præt. 59

puto esse quem commēdat Cælio lib. 2.



FABIVM vnice diligo: summaq́ue mihi cum eo consuetudo, & familiaritas est peruetus. in eius controuersiis quid decernas, à te non peto, (seruabis, vt tua fides & dignitas postulat, edictum, & institutum tuum) sed vt quāfacillimos ad te aditus habeat; quæ erunt æqua, lubente te impetret: vt meam amicitiam sibi, etiam cum procul absim, prodesse sentiat, præsertim apud te. hoc vehementer etiam atque etiam te rogo. Vale.

RVBER. MFabium} Iisdem fere verbis commendat Cicero Fabium Curtio, quibus supra commendauit Custidium T. Rufo.

ASCEN. MArcum &c.} Commendat M. Fabium. Ego diligo vnice.i. singulariter M. Fabium, & summa consuetudo & familiaritas peruetus.i. valde vetus est mihi cum eo. Ego non peto à te quid decernas.i. iudices in controuersijs.i. litibus eius, (tu seruabis edictum & institutum.i. mādatum tuum, vt dignitas tua & fides postulat) sed vt habeas aditus ad te quamfacillimos; impetret te iubente.i. iussu tuo ea, quæ erunt æqua, vt sentiat amicitiam meam prodesse sibi, etiam cum absim procul.s. Roma, quia in prouincia, præsertim.i. præcipue apud te. Ego rogo te hoc vehementer etiam atque etiam.

;GIBERTI LONGOLII LEMMA.

L. Liuineium & filios, & patroni causa officiose commendat.

CICERO S. D. C. MVNATIO C. F. 60

Liuineiæ gētis cognomē Regulus fuit; quod argētei nūmi testātur.



LIVINEIVS Trypho est omnino L. Reguli, familiarissimi mei, libertus; cuius calamitas etiam officiosiorem me facit in illum: nam beneuolentior, quàm semper fui, esse non possum: sed ego libertum eius per se ipsum diligo. summa.n. eius erga me officia extiterunt ijs nostris temporibus, quibus facillime bonam beneuolentiam hominum, & fidem perspicere potui. eum tibi ita commendo, vt homines grati, & memores bene meritos de se commendare debent. pergratum mihi feceris, si ille intellexerit, se, quòd pro salute mea multa pericula adierit, sæpe hieme summa nauigarit, pro tua erga me beneuolentia gratum etiam tibi fecisse. Vale.

RVBER. LIuineius}M. Reguli familiarissimi sui libertum Tryphonem Cicero cōmendat diligētissime propter eius in se beneficia. {Officiosiorem}propensiorem ad bene faciendum, quia calamitosis magis debemus, q̃ iis, qui fortuna prospera vtuntur. {Per se} causa sua, præter respectum patroni. {Bonam}.i. magnam, vt Horat. At bona pars populi decepta cupidine falso, Nil satis est inquit. Et Pers. At bona pars procerum tacita libabit acerra. Hic.n aliter intelligi nō potest, siquidem nulla beneuolentia potest esse nisi bona. {Perspicere} cognoscere. nam, vt supra alio loco dixi, sicut aurum igni, ita fides & beneuolentia hominum rebus aduersis perspicitur. {Summa hieme}in maxima maris perturbatione. {Gratum tibi}nam si me amas, quod in me collatum sit, debet tibi quoq; gratū esse.

ASCEN. LIuineius Trypho est libertus L. Reguli familiarissimi mei, cuius.s. Reguli calamitas.i. aduersitas miserāda facit me etiam officiosiorem in illum: nam non possum esse beneuolentior.s.in illum, q̃ fui semper: sed ego diligo libertum eius per seipsum.i. sine respectu patroni. Sūma.n. officia eius extiterunt erga me his tpibus nostris s.tam periculosis & malis, quibus potui perspicere facillime beneuolentiam & fidem hominum, quæ in aduersis perspici solent. Ego commendo tibi eum ita vt homines grati & memores.s. beneficii accepti, debent commendare bene meritos de se. Si forte alibi non dixi, norit puer non recommendo, sed commendo in vsu esse. Tu feceris mihi pergratum si ille intellexerit se, q adierit multa pericula pro salute mea, & sup. q nauigauit sæpe summa .i. asperrima hieme i. tempestate pluuiosa & frigida, fecisse gratum etiam tibi pro summa beneuolentia tua erga me.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petit a prætore, vt Nicæenses Pinnij filio pecuniam, quam debent, soluant. &, vt hoc procuret, rogat.

CICERO S. D. P. SILIO PROPRAET. 61



PINNIO familiarissime me vsum esse, scire te arbitror quod quidem ille testamento declarauit, qui me tum tutorem, tum etiam secundum heredem instituerit. eius filio, mire studioso, & erudito, & modesto, pecuniam Nicæenses

ducta quadraginta millia scutatorum.

*grandem debent, ad HS *octogies: & , vt audio, in primis volunt ei soluere. pergratum igitur mihi feceris, quando non modo reliqui tutores, qui sciunt quanti me facias, sed etiam puer ipse sibi persuasit, te omnia mea causa facturum esse; si dederis operam, quoad tua fides, dignitasque patietur, vt quamprimum pecunia Pinno soluatur Nicaensium nomine. Vale.*

HVBER. T Pinnio} Pinnius quidam ciuis R. cui Nicęenses grandem pecuniam debebant, moriens, Ciceronem filio tutorem reliquit, & secundum heredem: itaq; rogat Cicero Silium prætorem, vt eius causa det operam, vt illa pecunia soluatur Pinnio, filio Titi Pinnij, sibi.n. pergratum futurum. }Tutorem} defensorem, & conseruatorem bonorum eius pro filio. nam tutor dicitur is, qui datur ad eum tuendum, qui se per ætatem nondum tueri potest. hęc autem ętas est secundum iurisc. vsq; ad pubertatem, quę est ad XIIII. annum. nam inde vsq; ad XXV. datur curator, qui etiam datur furiosis & mente captis. }Nicæenses} ciues Nicææ. est autem Nicæa ciuitas prouinciæ, quæ, vt scribit Str. licet in Italiæ partibus sit, tamen in Massiliensium iure permanet. }Ad octogies sestertium} pro sestertiorum, & subauditur millia. i. ad octoginta millia sestertium. eleganter autem in his sermonibus ponunt oratores & poetæ aduerbia pro nominibus: vt debes decies sestertium, quadragies sestertium, & sic in ceteris. & vtuntur grò syncopato in nominibus numerorum. dicimus etiam & hoc sestertium, & hic sestertius. }Volunt} habent voluntatem. ex quo erit tibi facilius dare operam, vt faciant quod volunt iam facere. }Ipse p.} Pinius filius Titi. }Nomine} debito.

ASCEN. T Ito &c. }Commendat T. Pinnium ciuem R. cui Nicęenses grandem debebant pecuniam, rogans prætorem, vt eam curet persoluendam. Ordo est. Ego arbitror te scire me vsum esse familiarissime T. Pinnio. quod. i. quam familiaritatem, ille quidem declarauit testamento, qui instituerit me tum tutorem. i. filio suo, tum etiam secundum. i. secundarium heredem, vt s. si filius eius moriatur, Cic. heres sit. Nicæenses. i. ciues Nicęæ ciuitatis in prouincia Massiliensi, debent filio eius. s. T. Pinnij, erudito mire & studioso & modesto, pecuniam grandem ad sestertium octogies. i. ad ducentas libras. Monui prius, neutra non admittere syncopam genitiui, si coincidant cum nominatiuo singulari, & tamen cum nomine numerali venuste syncopã in genitiuo fieri. vnde maluit Cic. dicere ad octogiota sestertia, aut sestertiorum, aut sestertium. Et, vt audio, ipsi volunt in primis. i. maxime soluere ei. s. filio Titi. Tu igitur feceris mihi pergratum, quando. i. quoniam non solum reliqui tutores qui sciunt quanti facias, me sup. persuaserunt sibi, sed etiam puer ipse persuasit sibi te facturum esse omnia causa mea; si dederis operã, quoad. i. quatenus fides & dignitas tua patietur, vt pecunia soluatur Pinnio. s. minori quamprimũ. i. valde cito, nomine. i. debito Nicęensium, pro quo aliqui Nicensium legunt.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Agit gratias Silio, quòd Atilij commendationem acceperit: & deinde Q. fratrem commendat.

CICERO S. D. SILIO PROPRAET. 62



*T in Atilij negotio te amaui: cum enim sero venissem, tamen honestum equitem Romanum beneficio tuo conseruaui: & mehercule semper sic in animo habui, te in meo ære esse propter *Lamiæ nostri coniunctionem, & singularem necessitudinem. itaq; primum tibi ago gratias, quòd me omni molestia liberas: deinde impudentia prosequor: sed idem *sarciam. te. n. semper sic colam, & tuebor, vt quem diligentissime. Quinctum, fratrem meum, si me diligis, eo numero cura vt habeas, quo me. ita magnum beneficium tuum magno cumulo auxeris. Vale.*

ep. 16. l. 11. & ea, quæ vltimã antecedit lib. 12.

id est remunerabo.

HVBER. E T in Atilij} Ostendit Cic. non dubitare se habere in numero amicorum Silium, cui agit gratias de beneficio collato in Atilium, quem seruauerat à magno periculo causa & respectu sui. deinde pollicetur se amaturum eum vehementissime. postremo commendat ei Cicero Q. fratrem, vt eum numero amicorum habeat, quo & se. }Habui in animo} mihi persuasi. }In meo ære}. i. te esse meum, te esse in censu & capitali meo & est tractum à pecunia, quæ dicitur esse in nostro ære, cum nostra est. }Lamiæ} quem maxime amo, & ipse te. }Prosequor impudentia}. i. ꝙ sum impudens erga te. }Sarciam} emendabo, tractum à sutoribus. }Idem}. s. quòd prosequor te impudentia. }Vt} sicut. }Quem dilig.}. s. colo & tueor.

ASCEN. E T &c. }Primum gratias agit, deinde amorem suum pollicetur, dicens, Etsi i. quãquam, ego amaui te in negotio. i. transactatione negotij Atilij: cum. n. venissem sero. i. tarde, tamen conseruaui beneficio tuo. i. per beneficium tuum, equitem R. honestum: & mehercule. s. ita iudicante, vt verum dico, ego semper habui in animo. i. iudicaui te esse in ære meo. i. meum, vt quæ ære nostro emimus, aut deuinximus propter cõiunctionem, & singularem necessitudinem Lucij Lamiæ nostri. Itaq; ago primum gratias tibi, ꝙ liberas me molestia, deinde prosequor impudentia. i. impudenti petitione: sed sarciam. i. reficiam & compensabo idem. ego. n. colam & tuebor te semper sic, vt sup. eum quem. s. colã diligentissime. Cura si diligis me vt habeas Q. fr. meum eo numero. i. ea æstimatione, quo. i. qua me. Tu auxeris ita beneficium tuum magnum cumulo magno.

ARG. Commendat M. Lenium studiose admodum.

CICERO S. D. SILIO PROPRAET. 63



*O N putaui fieri posse, vt mihi verba deessent; sed tamen in M. *Lenio commendando desunt. itaque rem tibi exponam paucis verbis, sed tamen vt plane perspicere possis voluntatem meam. Incredibile est, quanti faciamus & ego, & frater meus, qui mihi carissimus est, M. Lenium. id fit cum plurimis eius officijs, tum summa probitate, & singulari modestia. eum ego à me inuitissimus dimisi, tum propter familiaritatem, & consuetudinis suauitatem; tum quòd consilio eius fideli, ac bono libenter vtebar. Sed vereor, ne iam mihi superesse verba putes, quæ dixeram defutura. Commendo tibi hominem, sicut intelligis me, de quo ea supra scripserim, debere commendare: à teq; vehementer etiam atq; etiam peto, vt, quod habet in tua prouincia negotij, expedias; quod tibi videbitur rectum esse, ipsi dicas. hominem facillimum, liberalissimumque cognosces. itaq; te rogo, vt eum solutum, liberum, confectis eius negotijs per te, quamprimum ad me remittas. id mihi, fratriq; meo gratissimum feceris. Vale.*

de quo ep. 4. l. 14. & in oratione p Plancio, & pro Sexto.

HVBER. N On putaui} Lenium quendam Cic. diligentissime commendat Silio, quem Lenium & à se & à Q. fratre suo vehementer amari dicit petit autem ab ipso Silio, vt illius negotium expediat, quod habet in eius prouincia, & ei dicat, & consulat, quod videbitur illi vtile fore. }Fieri p.} posse accidere, esse possibile }Mihi tamen} in dicendo copiose. }Desunt} quia non inuenio, quibus verbis eum tam diligenter tibi commendem, quàm & volo, & debeo. }Incredibile} exponit causas commendationis. }Id fit} id accidit, & quòd eum tanti faciamus. }Superesse} superabundare, quia plura de eo dicam. }Solutum} expeditum.

ASCEN. N On putaui &c. }Lenium sic affectanter commendat, vt in eius commendatione dicat sibi verba deesse. Ordo est. Non putaui posse fieri, vt verba deessent mihi i. deficerent in commendando aliquo, sed tamen desunt in commendando C. Lenio. itaque exponam tibi rem paucis verbis, sed tamen sup. sic vt possis perspicere plane voluntatem meam. Incredibile est. i. difficile creditu, quanti & ego & frater meus, qui est carissimus mihi, faciamus M. Lenium. Id. s. quòd eum sic amamus, fit tum plurimis officiis eius, tum summa probitate & singulari modestia eius. Ego inuitissimus dimisi eum à me tum propter familiaritatem & suauitatem consuetudinis, tum quòd vtebar libenter consilio eius fideli, ac etiam bono. Sed vereor ne putes verba superesse. i. redundare, & nimia esse mihi, quæ dixeram defutura, Et commendo tibi hominem

sicut

ſicut intelligis me debere cõmendare eum,de quo ſcripſerim ea ſupra.i.quę præmiſi. Ego peto vehemeoter etiam,atq; etiã , vt expedias ſup. id negotij,quod habet iu prouincia tua , & ſup. ut dicas ipſi id quod videbitur tibi rectum eſſe. Tu cognoſces hominem facillimum , & liberaliſſimum . Itaq; rogo vt remittas eũ ad me quamprimum.i.valde cito , ſolutum & liberum, negotiis confectis per te. Tu feceris mihi, & fratri.ſ.meo,id gratiſſimum.

A R G. Agit gratias de Nerone honorificentiſsime tractato eumq; in omnibus rebus vehementer commendat.

CICERO S. D SILIO PROPRAET. 64

fortaſſe hic eſt.Ti.Claudius Nero, a quo poſtea Liuiã prægnantẽ Auguſtus abduxit, Nero autẽ lingua Sabibina fortis ac ſtrenuus. Suet.in Tiberio.

*NERO meus mirificas apud me tibi gratias egit, prorſus incredibiles; vt nullum honorem ſibi haberi potuiſſe diceret, qui a te prætermiſſus eſſet magnum fructum ex ipſa capies,nihil eſt.n.illo adoleſcente gratius.ſ.d mehercule mihi quoq; gratiſſimum feciſti. pluris enim ex omni nobilitate neminem facio. itaq; ſi ea feceris quæ ille per me tecum agi voluit; gratiſſimum mihi feceris. primum de Pauſania Alabandenſi, ſuſtentes rem, dum Nero veniat. vehementer.n.eius cauſa cupere eum intellexi: itaq; hoc valde te rogo. deinde Niſæos,quos Nero in primis habet neceſſarios, diligentiſſimeq; tuetur, ac defendit, habeas tibi commendatiſſimos, vt intelligat illa ciuitas, ſibi in Neronis patrocinio ſummum eſſe præſidium. Strabonem Seruilium tibi ſæpe commendaui: nũc eo facio id impenſius, quod eius cauſam Nero ſuſcepit. tantum a te petimus, vt agas eam rem, nec relinquas hominem innocentem ad alicuius tui diſſimilis quæſtum. id tum gratum mihi erit: tum etiam exiſtimabo te humanitate tua eſſe vſum. Summa huius epiſtolæ hæc eſt, vt ornes omnibus rebus Neronem, ſicut inſtituiſti,atque feciſti. magnum *theatrum habet iſta prouincia, non vt hæc noſtra, adoleſcentis nobilis, ingenioſi, abſtinentis commendationem, atque gloriam. quare ſi te fautore vſus erit, ſicut & vtetur profecto, & vſus eſt: ampliſſimas clientales, acceptas a maioribus, confirmare poterit, & beneficijs ſuis obligare, hoc in genere ſi eum adiuueris eo ſtudio quo oſtendiſti: apud ipſum præclariſſime poſueris, ſed mihi etiam gratiſſimum feceris. Vale.*

in quo ſpectari Neronis virtutes poſſunt.

HVBAX. NEro} Cõmendat & laudat plurimum Cic. gratitudine Neronis,qui apud Cic.dixerat, ſe omni honore a Silio affectum fuiſſe.deinde rogat Sil. vt ea, quæ cum eo egit de Nerone,faciat.quæ aũt ea ſint,exponit.deinde commendat ei Neceſſarios Neronis; poſtea vero Strab.Seruiliũ poſtremo eundem Neronem vehemẽtius cõmendat. {Haberi} ab aliquo. {Qui} eſſet prætermiſſus}.i.quem in eum non contuliſſes. {Agi tecum}.i.me tecum loqui,uel te a me rogari. {Suſtentes} ſuſpendas, ſuſtineas. {Dum} donec. {Eius} Pauſaniæ. quæ autem res eſſet,non facile intelligitur. {Niſeos} ciues Niſæ, quę ciuitas eſt Lydiæ Mæoniæ.aliam ponit Ptolemæus in Lyciam apud montem Maſſicitem, & licet dicantur & aliæ, nunc de ea,quæ eſt in Lydia,intelligit. {Patrocinio} defenſione. {Impenſius} vehementius}. {Relinquas} quod fiet,niſi,te obtinẽte prouinciam, ſit liber & expeditus. {Diſſimilis tui}.i. auari,cum tu ſis liberalis. {Quæſtum} lucrum, quia fortaſſe alius ſuccedet tibi tui diſſimilis, qui magis delectabitur lucro quàm iuſtitia. {Magnum theatrum}.i.fortunam qualis in theatro eſſe ſolet.eſt enim translatio. {Non vt hæc noſtra}.ſ.Cilicia. ſenſus autem eſt iſta prouincia, cui tu præes, habet magnam fortunam, non autem commendationem, & gloriam adoleſcentis.ſ. Neronis, ſicut noſtra Cilicia: itaque quanto maior eſt iſtic fortuna, tanto magis indiget fauore tuo. {Confirmare} dum eis proderit,ſicut & maiores ſui. {Clientelas}.i clientũ multitudines. {Hoc in genere} in huiuſmodi rebus.

ASCEN. NEro meus,&c.} Commendat & laudat plurimum gratitudinem Neronis cuiuſdam, non quidem illius tyranni, qui longe poſt. Cic. fuit, ſed alterius: faciens per hoc eundem commendatiorem. Ordo eſt. Nero meus.ſ.amicus, egit mirificas gratias apud me.i.alloquens ſup.& prorſus.i. omnino incredibiles, vt diceret nullum honorem potuiſſe haberi.i.impendi ſibi,qui prętermiſſus eſſet a te,tu capies magnum fructum ex eo.i.eius gratitudine. nihil.n.eſt gratius illo adoleſcente ſed mehercule tu feciſti gratiſſimum.quoque.i.etiam mihi. Ego.n.neminem facio pluris ex omni nobilitate.i.ex omnibus nobilibus. Itaque ſi feceris ea quæ ille.ſ.Nero voluit agi.i. tractari & tranſigi tecum per me, tu feceris mihi gratiſſimum. Primum ſup. vt ſuſtentes.i.ſuſpendas & protrahas, rem.i.litem & controuerſiam de Pauſania Alabandenſi, dum i.donec Nero veniat. Ego intellexi eum ſ.Neronem cupere vehementer ſup. id,cauſa eius.ſ.Pauſaniæ. Videbitur forte ordo melior, Primum intellexi,vt ſuſtentes rem de Pauſania Alabandenſi, dum Nero veniat, eum cupere vehementer cauſa eius ſ.Pauſanię. Itaq; rogo te valde hoc, deinde ſup. vt habeas commendatiſſimos tibi Niſæos.i ciues Niſę ciuitatis Lydiæ Męoniæ, quos Nero habet neceſſarios in primis.i.inter primos, & tuetur ac defendit diligentiſſime: vt illa ciuitas intelligat ſummum præſidium eſſe ſibi in patrocinio Neronis Ego commendaui tibi ſæpe Strab Seruilium:ego facio nunc id impenſius.i.maiore cura & impenſa, eo .i.propterea ꝙ Nero ſuſcepit.ſ.tuendam cauſam eius. Nos petimus tñ i.duntaxat,a te,vt agas eã rem, ne relinquas hominem innocentẽ.ſ.Seruilium ad quæſtũ.i.lucrum aut rapinam alicuius diſſimilis tui.i.iniqui & inhumani. Id erit tum. i.ſimul, gratum mihi, tum.i.ſimul, exiſtimabo i.iudicabo te vſum eſſe humanitate tua. Hæc eſt ſumma.i.principalis petitio huius epiſtolæ, vt ornes Neronem omnibus rebus,ſicut inſtituiſti.i.incepiſti, atq; feciſti. Iſta prouincia.ſ.in qua es,habet magnum theatrum.i.multos ſpectatores,vt theatrum habere ſolet, non ut hic noſtra.ſ. prouincia,quia ea non habet tñ theatrum,habet aũt theatrum appoſitorie,commendationes atq; gloriam adoleſcentis nobilis ingenioſi, abſtinentis. Quare ſi Nero erit vſus te fautore,ſicuti vtetur profecto & vſus eſt; ipſe poterit confirmare.ſ.ſibi ampliſſimas clientelas acceptas a maioribus & obligare ſup.eas ſibi beneficiis ſuis. Si adiuueris eum in hoc genere eo ſtudio,quo oſtẽdiſti; tu poſueris.i.locaueris.ſ.illud beneficium præclariſs. apud illum, ſed feceris etiam mihi gratiſſimum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

P. Terentium, magiſtrum ſationum ſocietatis ſuæ, Silio diligenter commendat.

CICERO S. D. SILIO PROPRAET. 65

*CVM P. *Terentio Hyſpone, qui operas in ſcriptura pro magiſtro dat, mihi ſumma familiaritas,conſuetudoq; eſt multaque & magna inter nos officia paria, & mutua intercedunt. eius ſumma exiſtimatio agitur in eo, vt pactiones cum ciuitatibus reliquis conficiat. non me præterit, nos eam rem Epheſi expertos eſſe, neq; ab Epheſiis vllo modo impetrare potuiſſe. ſed quando, quemadmodum omnes exiſtimant, & ego intelligo, tua cum ſumma integritate, tum ſingulari humanitate, & manſuetudine conſecutus es, vt, libentiſſimis Græcis, nutu, quod velis, conſequare: peto a te maiorem in modum, ut honoris mei cauſa, hac laude Hyſponem affici velis. Præterea cum ſocijs *ſcripturæ mihi ſumma neceſſitudo eſt, non ſolum ob eam cauſam; quòd ea ſocietas vniuerſa in mea fide eſt, ſed etiam, quòd plerisq; ſocijs vtor familiariſsime. ita & Hyſponem meum per me ornaris, & ſocietatem mihi coniunctiorem feceris: tuque ipſe & ex eius obſeruantia, gratiſsimi hominis, & ex *ſociorum gratia, hominum ampliſſimorum, maximum fructum capies, & me ſummo beneficio affeceris. ſic.n. uelim exiſtimes, ex tota tua prouincia, omniúque iſto imperio nihil eſſe, quod mihi gratius facere poſſis. Vale.*

ad Att. lib. 11. ep. 10.

ſcriptura quid ſit, Pedianus exponit.

publicanorum.

HVBAX. CVm Publio} Scriptura nomẽ erat officij eorũ,qui ſcribebant prouinciales res, & vectigalia,& pactiones,cum ciuitatibus huius ſcripturæ ſocietas erat,in qua erat magiſter & prior Terent.Hyſpo:quem nunc Cicero commendat Silio,vt eius opera conficiat Hyſpo. pactiones cum reliquis

quis ciuitatibus prouinciæ Silij, quem dicit se intelligere facillime cõsequi quidquid velit a Græcis. quidquid o. collocatũ fuerit in ipsum Hysponẽ bene collocatum iri, & sibi gratũ fore. {Dat operas} i. labora & exercetur. {Pro magistro} tanq̃ prior, vt supra diximus. {Existimatio} honor. {Pactiones} conuentiones pacta. {Eam rem} vt conficeret pactiones. {Expertos esse} tentasse. {Quando} qm̃. {Libentissime} .i. promptissimis animo & voluntate. {Nutu} .i. facillime q.d. solum innuendo. {Affice hac laude} habere hanc laudem, vt pactiones conficiat. {Socijs} erat enim vt diximus, societas huius officij. {In mea fide} in mea tutela. {Per me} causa mea. {Imperio} præerat .n. prouinciæ tanquam imperator cum exercitu, sicut & Cicero Ciliciæ

CVm Publio, &c.} Cõmendat Terẽtium Hysp. qui in scriptura .i. officio scribendi prouinciales, & vectigalia, vicẽ magistri tenebat, dicens, Summa familiaritas & consuetudo est mihi cum P. Terentio Hysp. qui dat operas in scriptura .i. qui scribit pro magistro .i. loco magistri .s. rationum. & multa & magna officia intercedunt .i. communia sunt, & coniunctionem faciunt, inter nos paria .i. æqualia & mutua. summa existimatio .i. reputatio eius agitur .i. versatur in eo, vt conficiat pactiones .i. in conficiendis pactionibus & conuentionibus cum reliquis ciuitatibus. Non præterit me .i. memor sum, nos expertos esse .i. tentasse periclitando, eam rem, vt s. pactionem conficiat Ephesi, nec potuisse .s. nos impetrare .s. illud vllo modo ab Ephesiis. Sed quando .i. quoniam, quemadmodum omnes existimant, & ego intelligo (sunt qui frustra interferant, fecisti) tu cõsecutus es cum tua summa integritate & mansuetudine, vt consequare .i. obtineas, Græcis libentissimis .i. violentissimis, nutu .i. solo indicio capitis quod velis. peto a te in maiorem modum, ut velis causa honoris mei, Hysponem affici hac laude .s. vt conficiat, reliquas pactiones. Præterea summa necessitudo est mihi cum sociis scripturæ, id est, qui simul rationes cum Hyspone scribunt, non solum ob eam causam quòd societas vniuersa .i. simul tota est in fide .i. fideli protectione mea; sed etiam quòd vtor familiarissime plerisq; sociis. ita .i. & sic ornaueris pro ornaueris .i. honore affeceris Hisponem meum, & feceris societatem .s. scribentium coniunctiorem mihi: & tu ipse capies maximum fructum ex obseruantia .s. actiua in te, eius .s. Hysponis, hominis gratissimi, & ea gratia sociorum appositorie hominum amplissimorum. & affeceris {coniungit diuersos modos, capies, & affeceris} .i. afficies me summo beneficio. Velim enim sup. vt existimes sic, nihil esse, quod possis facere gratius mihi ex tota prouincia tua, & ex omni isto .i. tuo imperio.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Negotia habebat in Asia ante exilium Cæcina: &, cum exularet, propter Cæsaris iram, cupiebat reliquias negotiorum conficere: quare profectus in Asiam, ad Seruiliũ proconsulẽ a Cicerone cõmendatus est.

CICERO S. D. P. SERVILIO ISAVRICO, PROCOS. 66



Cæcinam, maxime proprium clientem familiæ vestræ, non commendarem tibi, cum scirem qua fide in tuos, qua clementia in calamitosos soleres esse; nisi me & patris eius, quo sum familiarissime vsus, memoria, & huius * fortuna ita moueret, ut hominis omnibus mecum studijs, officijsque coniunctissimi mouere debeat. A te hoc omni contentione peto sic ut maiore cura, maiore animi labore petere non possim; vt ad ea, quæ tua sponte sine cuiusquam commendatione faceres in hominem tantum, & talem, calamitosum, aliquem afferant cumulum meæ literæ, quo studiosius eum quibuscunque rebus possis, iuues. quòd si Romæ fuisses, etiam salutem A. Cæcinæ essemus, ut opinio mea fert, per te consecuti. de qua tamen magnam spem habemus, freti clementia * collegæ tui. nunc, quando, iustitiam tuam secutus, tutissimum sibi portum prouinciam istam esse duxit. etiam atq; etiam te rogo atq; rogo, vt eum & in reliquijs veteris * negotiationis colligendis iuues, & ceteris rebus tegas, atque tueare: hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

vide ep. 7. lib. 6.

Cæsaris. nã consulatũ simul gesserant. lib. 1. comm. de bel. ci.

Asiaticæ ep. 8. lib. 6.

A. Cęcinam} Cęcinæ olim negotiatus fuerat in Asia, cui præerat Seruilius. reliquerat aũt in ea negotiatione multa quæ consequi non potuerat: postea, quia cum Pompeio aduersus Cæsarem fuerat, & scripserat contra Cæs. vt lib 6. vidimus, exilio mulctatus est. itaq; cum in Asiã proficisceretur, vt ibi esset tutus, & reliquias Asiaticæ negotiationis conficeret: Cic. eum commendat Seruilio, Asiæ prætori, vt in iis reliquiis colligendis, & in ceteris rebus eum tueatur: sibi .n. fore gratissimum. {Calamitosos} qualis est ipse Cæcina, vt lib 6 videre licet. {Fortuna} calamitas. {Contentione} efflagitatione, & instantia. {Per te} tuo fauore. {Consecuti} a Cæs. qui eum exilio multauit. {Reliquiis} in iis, quæ supersunt ei colligenda. {Tegas} protegas, defendas. Virg. Hæc Apollinis insula texit. HVDAR.

A. Cæcinam, &c.} Commendat A. Cæcinam, qui prius in Asia negotiatus fuerat, cui præerat Seruilius. reliquerat autem in ea negotiatione multa, quæ consequi non potuerat. & postea, quia contra Cæs. scripserat, vt lib 6. visum est, exilio damnatus fuerat. Ordo est. Ego non commendarem tibi Aulum Cæc. clientem, maxime proprium nostræ familię, cum scirem qua fide .i. fideli protectione soleres esse in .i. ergã tuos, & qua clementia in calamitosos, nisi & memoria patris eius, quo sum vsus familiarissime, & fortuna huius .s. Auli filii eius, moueret .i. afficeret me ita, vt sup. fortuna hominis coniunctissimi mecum omnibus studiis, & officiis debeat mouere sup. me. Ego peto a te omni contentione .i. instantia, hoc .s. quod statim dicet, ita vt non possim petere maiore cura & maiore labore animi, vt meæ literę afferant aliquem cumulum .i. aliquod magnum augmentum, in .i. ergã hominem tm̃ & talem calamitosum. quo .s. cumulo, aut, quo, pro ut iuues eum studiosius .i. maiore studio .i. fauore & conatu, q̃ faceres si non esset commendatus a me, quibuscunq; rebus possis q̃ si fuisses Romæ .s. qñ in exilium actus est, nos consecuti essemus per te, vt opinio, etiam salutem .i. conseruationem in Patria, A Cæcinæ. De qua, .s. salute eius recuperanda, non tñ .i. nihilominus quamuis nunc amissa videatur, nos habemus magnam spem, freti .i. cõfisi & adiuti clementia .i. benignitate collegæ tui .s. Romæ agentis. Nunc quando .i. quandoquidem ipse Cæcina, secutus iustitiam tuam .i. famam, aut opinionem de iustitia tua, duxit .i. existimauit, & arbitratus est prouinciam istam .i. quam tu geris in Asia, esse sibi portum .i. receptaculum salutis tutissimum, rogo te etiam atq; etiam .i. iterum atq; iterum, hoc est frequenter, & ita ex animo, ut iuues eum & .i simul, in reliquiis .i. ueteribus debitis veteris .i. pristinæ negotiationis, (quia ante bellum ciuile illic negotiari solitus erat) colligendis .i. coaceruandis a debitoribus, & tegas .i. protegas, ac tueare .i. defendas sup. in ceteris rebus. Tu nihil, id est, non aliquid non potes facere mihi aliquid gratius hoc, id est, quàm hoc. AACAN.

ARG. Commendat Andronem, Arthemonis filium, Laodicensem.

CICERO S. D. SERVILIO. 67

EX prouincia mea Ciliciensi, cui scis τρεῖς διοικήσεις * Asiaticas atributas fuisse; nullo sum familiarius vsus, quàm Androne, Artemonis filio, Laodicensi; eumq; habui in ea ciuitate tum hospitem, tum vehementer ad meæ vitæ rationem, & consuetudinem accommodatum. quem quidem multo etiam pluris postea, quàm decessi, facere cœpi, quòd multis rebus expertus sum gratum hominem, meique memorem: itaque eum Romæ libentissime vidi. non te enim fugit, qui plurimis in ista prouincia benigne fecisti, quàm multi grati reperiantur. Hoc propterea scripsi, vt me non sine causa laborare intelligeres, & ut tu ipse eum dignum hospitio tuo iudicares. Feceris igitur mihi gratissimum, si ei declararis quanti me facias, id est, si receperis eũ in fidem tuam, et quibuscunque rebus * honeste, ac sine molestia tua poteris, adiuueris. hoc mihi vehementer erit gratum. idque ut facias, te etiam atque etiam rogo. Vale.

videtur hoc tẽpore Laodicea, non ad Ciliciæ administrationem, sed ad Asiam pertinuisse. Asiæ enim Seruilius præerat ep 68. h. l.

quantum fides, dignitasque tua patitur. ep. 21. 31. & 32. h. 1.

EX prouincia} Andronem Laudicẽsem, familiarem suum, in Asia proficiscentem, Cicero diligentissime commendat Seruilio, vt eum recipiat in fidem suam; &, quibuscunque rebus poterit, adiuuet. {τρεῖς} tres {διοικήσεις} diœceses, HVDAR.

diœceses, iurisdictiones. {Laodicensiũ} ex Laodicea vrbe. {Multo pluris} quàm tunc, cum eram in prouincia. {Non fugit te} non ignorans. {Dignum hospitio tuo} dignum quem in domum tuam excipias

ASCEN. EX prouincia, &c.} Andronem Laodicensem, familiarem suum, in Asiam proficiscentem, diligenter commendat Cic. Seruilio, dicens. Ego nullo sum vsus ea prouincia mea Ciliciensi cui scis tres diœceses.i.iurisdictiones Asiaticas attributas fuisse, familiarius, quàm Androne Laodicensi filio Arthemonis: & habui eum in ea ciuitate.s.Laodicea, tum .i.pariter hospitem, tum.i pariter accõmodatum.i.applicatum, & idoneum vehementer ad rationem, & consuetudinem vitæ meæ. Quẽ quidem ego cœpi facere etiam multo pluris postea quàm decessi, quod.i.eo q̃ expertus sum multis rebus, sup. eum hominem gratum & memorem mei. itaq; ego vidi eum libẽtissime. Non n. fugit te qui fecisti benigne plurimis in ista prouincia.s.tua, q̃ multa.s.quo scio q̃ paucissimi, inuẽniãtur grati. Ego scripsi hoc propterea, vt intelligeres me laborare.i.solicitum esse nõ sine causa, & vt ipse iudicares eum dignum hospitio tuo. Tu igitur feceris mihi gratissimum, si declararis, pro declaraueris ei, quãti.i q̃ magni, aut multi facias i.æstimes me.i.si receperis eũ in fidem tuam, & adiuueris eum quibuscunque, rebus poteris honeste & sine molestia tua. Hoc erit mihi gratum vehementer. & rogo te etiam atque etiam vt facias id.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Non est commendatoria, sed responsoria ad Literas Seruilij. petit autem, vt certior fiat ab eo de rebus prouinciæ deinde causam dicit, cur minus sæpe de rep. scripturus sit postremo officium suum illi pollicetur.

CICERO S. D. SERVILIO ISAVRICO, PROCOS. COLLEGAE. 68

collega fuit Ciceronis I auguratu.

GRATAE mihi vehementer tuæ literæ fuerunt, ex quibus cognoui cursus nauigationum tuarum. significabas enim memoriam tuam nostræ necessitudinis: qua mihi nihil poterat esse iucundius. Quod reliquum est, multo etiam erit gratius, si ad me de rep. id est de statu prouinciæ, de institutis tuis familiariter scribes. quæ quanquàm ex multis pro tua claritate audiam, tamen libentissime ex tuis literis cognoscam. Ego ad te, de reip. summa, quid sentiam, non sepe scribam, propter periculum eiusmodi literarum: quid agatur autem scribam sæpius sperare tamen videor, Cæsari, *collegæ nostro, fore curæ, & esse, vt habeamus aliquam remp. cuius consilijs, magni referebat, te interesse: sed, si tibi vtilius est, id est, gloriosius, Asiæ praeesse, & istam partem reip. male affectam tueri, mihi quoque idem, quod tibi. & laudi tuæ profuturum est, optatius debet esse. Ego, quæ ad tuam dignitatem pertinere, arbitrabor summo studio, diligentiaq; curabo: in primisq; tuebor omni obseruantia clarissimum uirum, *patrem tuum: quod, & pro uetustate necessitudinis, & beneficijs uestris, & pro dignitate ipsius facere debeo. Vale.

in auguratu. Phil. 2. & Dio lib. 42.

qui cognomen Isaurici, capta Isauro adeptus, filioq; tradidit.

HVBER. GRatæ} Cum proficisceretur Seruilius in Asiam prætor, scripserat ad Cic. oẽm nauigationem suam. Itaq; Cic. dicit eas literas sibi gratas fuisse, qm̃ ostenderunt Seruilium sui memorem esse. Petit deinde ab eo, vt aliquid de rebus prouinciæ. & de institutis suis scribat: se autem scripturum dicit rarius quid sentiat de statu reip. quid autem agatur sæpius scripturũ. Laudat autem consiliũ Seruilii qui putet vtilius, esse tueri Asiam q̃ esse Romæ: polliceturq; se diligenter curaturum quidquid ad eius dignitatem pertinebit. {Cursus} itinera progressus. {Quæ} memoria. {Institutis} decretis a te factis in prouincia. {Pro tua clar.} quia clarorum virorum nulla facta possint esse in obscuro, ut alibi dicit. {Quid sen.} quid opiner. {Periculum} ne literæ ad manus Cæs. peruenirent. {Collegæ} quia fuerat proconsul in Gallia, sicut & Cic. in Cilicia, & Seruilius in Asia. {Magni referebat} valde vtile erat. {Male affectam} male tractatam, vel male dispositam. {Optatius} gratius. {Obseruantia} reuerentia. {Quod &} adducit multas causas suæ obseruantiæ erga patrem Cæcinæ.

ASCEN. GRatæ, &c.} Cum proficisceretur Seruilius in Asiam prætor scripserat ad Cic. nauigationem suam. q̃d hoc ordine sibi placuisse dicit Cic. Literæ tuæ fuerunt mihi gratæ vehementer, ea quibus cognoui cursum.i.processum nauigationum tuarum. {Significabas.n.s.hoc faciendo, memoriam tuam i.te memorem necessitudinis nostræ, qua nihil poterat esse iucundius mihi. Quod reliquum est.i.adhuc restat, erit mihi etiam gratius multo, quia vtilius, si scribes ad me familiariter de rep. & de statu prouinciæ, & sup. de institutis.i.ordinationibus tuis. Quæ quanq̃ audiam ex multis pro tua claritate.i. pp claritatem tuam, quæ nihil sinit te in occulto agere, tñ cognoscam libentissime ex literis tuis. Ego non scribam sæpe ad te, quid sentiam de summa.i.maxima salute reip. pp periculum eiusmodi literarum: autẽ.i.sed ego scribam sæpius quid agatur. Ego tñ videor sperare fore.i futurum esse, & esse.s.modo Cæs. collegæ nostro.i. qui proconsul fuit in Gallia, cum ego essem in Cilicia, curæ, vt habeamus aliq̃ remp. Si dicas etiam tunc cũ Cæs. in Gallia esset, aliqua erat resp. verũ de tempore quo Cæs. quodammodo coactus vt se. & suos tueretur, remp. inuaserat, loquitur, quam illi fuerat in aĩo aliq̃n restituere. collegam aũt vocat quia quodam simili magistratu functi erant, aut quia iã tunc in aliquo collegio seu augurali, seu consulari simul erant. Cuius.s. Cæs. consilijs referebat.i.in re & vtilitate erat, magni.i.magnopere te interesse.i. præsentem esse: sed si est tibi vtilius.i. gloriosius præesse Asiæ, & tueri.i.protegere istam partem reip. male affectam.i.animatam aut tractatam; idem quo profuturum.i. vtile futurum est tibi & laudi tuæ, debet esse quoque.i etiam optabilius mihi. Ego curabo sũmo studio & diligẽtia.s.summa, ea quæ arbitrabor pertinere ad dignitatem tuã: & in primis tuebor omni obseruantia i.veneratione & custodia patrẽ tuum virum clarissimũ quod debeo facere, &.i.simul pro vetustate necessitudinis.i. necessariæ amicitiæ, quæ est mihi cum eo, & i.simul, pro beneficiis vestris.i.tuis & patris, & pro dignitate ipsius.s.patris tui.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petit a Seruilio, C. Curtii Mithris controuersiam explicet.

CICERO S. D. SERVILIO COLLEGAE 69

C. Curtius Mithres est ille quidẽ, vt scis, libertus *Postumij, familiarissimi mei sed me colit, & obseruat æque, atque illum ipsum patronum suum. apud eũ ego sic Ephesi fui, quotiescunq; fui tanquam domi meæ, multaq; acciderunt, in quibus & beneuolentiam eius erga me experirer, & fidem: itaque si quid aut mihi, aut meorum cuipiam in Asia opus est, ad hunc scribere consueui, huius cum opera, & fide, tum domo, & re vti, tanquam mea. Hæc ad te eo pluribus scripsi, ut intelligeres, me non uulgariter, nec ambitiose, sed ut pro homine intimo, ac mihi per necessario scribere. Peto igitur a te, vt in ea controuersia, quam habet de fundo cum quodam Colophonio, & in cęteris rebus, quantum fides tua patitur, quantumq; tuo commodo poteris, tantum ei, honoris mei causa, commodes. etsi vt eius modestiam cognoui, grauis tibi nulla in re erit. si & mea commendatione, & sua probitate assecutus erit, vti de se bene existimes: omnia se adeptum arbitrabitur. ut igitur eum recipias in fidem, habeasque in numero tuorum, te vehementer etiam atque etiam rogo. Ego, quæ te velle, quæque a te pertinere arbitrabor, omnia studiose, diligenterque curabo, Vale.

a quo tamẽ nomẽ nõ accepit, sed fortasse a magistratu liberante. quẽ Varro morẽ significat l.7. de ling. lat. in extremo.

HVBER. CAius} C. Curtium Mithrem, libertum Postumij, familiarissimi sui Cicero cõmendat Seruilio, vt in quadam controuersia, quam habebat cum quodam Colophonio de fondo quodã, ei faueat, & habeat in numero suorum {Iste} habet emphasim ad laudem. {Aeque} tam. {Atque} quã. {Sic} tam familiariter. {Scribere} vt pro me & meis agat. {Vti} .s.consueui. {Vulgare} pro uulgariter.i.negligenter. {Sed vt} .i.tanq̃ intimo, familiarissimo. {De fondo} .i.propter fundum .i.possessionem. {Colophonio} ciue Colophonio, quæ est ciuitas in Ionia, ab Andremone Pylio condita, auctore Strabone, de

ne, de qua plura dicemus in commentariis epistolarum Horat. quos propediem me editurum spero. {Cômodes} faueas, commoditatem facias. {Bene existimes}. Bene sentias & iudices.

ASCEN. C Aius, &c. } Curtium Mithrem, libertum Postumij, familiarissimi sui, Cic. cômendat Seruilio, vt in quadam cõtrouersia, q̃ habebat cũ Colophonio de fundo quodã, eũ adiuuet, dicens, C. Curtius Mithres est ille quidem, vt detur vacare, ille, sed quia apte cohæret particulæ quidem, illi cõiunxit libertus Postumii, familiarissimi mei, sed colit atq; obseruat me æque, atque. i. æqualiter, vt illum ipsum s. Postumium patronum suum. Ego fui Ephesi in ea ciuitate Asiæ quotiescunq; fui. s. Ephesi, apud eum. s. C. Curtiũ sic tanq̃. s. su item domi meæ. Et multa acciderunt in quibus experirer & i. simul beneuolentiam erga me & fidem. Itaque si quid opus est aut mihi, aut cuipiam meorum in Asia, consueui scribere ad hunc, & sup consueui vti tum opera & fide huius s. C. Curtij, tum domo & re, tanq̃ mea. Ego scripsi hæc ad te eo. i. propterea, pluribus sup. verbis vt intelligeres me non scribere vulgariter. i. more vulgi, aut vt de vulgo, nec ambitiose. i. more ambientis, qui digna & indigna, vt impetret quod petit, obire solet, sed vt pro homine intimo ac pernecessario mihi. Igitur honeste possum, & ex officio debeo. ego peto a te vt cõmmodes. i. prosis, & te applices ei, causa honoris mei, quia honorificum est magni fieri a magnis viris, in ea controuersia. i. lite quam habet de fundo. i. de possessione fundi, cum quodã Colophonio. i. ciue Colophonia oppidi in Ionia, & in ceteris rebus quantũ fides. i. æquitas tua patietur & quantum poteris tuo cõmodo. s. saluo. Etsi, vt cognoui modestiam eius, in nulla. i. non ulla, non erit grauis. i. molestus & onerosus tibi in ulla re. Si assecutus erit &. i. simul, commendatione mea, &. i. simul probitate sua, vt. i. vt bene existimes. i. iudices de se, hoc est iudices eum bonum: ipse arbitrẽbitur se adeptum. i. nactum, omnia, scilicet quæ vult. Igitur ego rogo te vehementer etiam atq; etiã id est, iterum atque iterum, hoc est frequenter & diligẽter, vt recipias eum in fidem. i. fidelem protectionem tuam, & habeas in numero tuorum, scilicet amicorum ac necessariorum. Ego curabo omnia studiose. i. affectãter & diligenter, quæ arbitrabor te velle, quæque. i. & quæ arbitrabor pertinere ad te.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Appium Menandrum & suo, & patroni nomine Seruilio cõmendat.

CICERO S. D. SERVILIO COLLEGAE. 70

QVIA non est obscura tua in me beneuolentia, sic fit, ut multi per me tibi velint commendari. ego autem tribuo non nunquam in uulgus, sed plerunque necessarijs, vt hoc tempore. nam cum T. Ampio * Balbo mihi summa familiaritas, necessitudoq; est. eius libertum T. Ampium Menandrum, hominem frugi & modestum, & patrono, & nobis vehementer probatum, tibi commendo maiorem in modum. vehementer mihi gratum feceris, si, quibuscunque rebus sine tua molestia poteris, ei commendaris, quod vt facias, vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

ad quẽ scribit lib. 6.

NVBRX. T Ampium } T. Ampij libertum Ampium, quem summopere laudat Cic. Seruilio commendat. {Obscura} igno*ta. {Fit} accidit. {Non nunquam tribuo in vulgus}. s. commendationes, id est, commendo interdum vulgares. {Plerunque} persæpe. {Frugi} vtilem.

ASCEN. Q Via, &c. } Excusans venuste multitudinẽ cõmendatorũ a se cõmendat adhuc T. Ampii libertum, dicẽs, Quia beneuolentia, tua in. i. erga me, non est obscura, sic. i. ex eo fit, vt multi velint cõmendari tibi per me. ego aũt tribuo non nunq̃. s. beneficium cõmendationis in vulgus. i. vulgares, sed plerũque. i. plurimũ tribuo sup. necessariis, vt hoc tpe Nã summa familiaritas, & necessitudo. i. necessaria in amicitia coniunctio est mihi cum T. Ampio Balbo. Ego cõmendo tibi in modum. i. formã maiorem, hoc est non vulgarem, sed ingentem libertum eius T. Ampium, (quia liberti patronorũ suorũ nomina accipiebant) Menãdrum hominẽ frugi i. vtilem & modestũ & probatum. i. probum reputatum. vehemẽter & patrono, & nobis. Tu feceris mihi gratum vehementer, si cõmodaris. i. cõmodum feceris ei, quibuscunque rebus poteris sine molestia tua. Quod vt facias, rogo te vehementer etiam atque etiam.

CIC. S. D. SERVILIO COLLEGAE. 71

MVLTOS tibi commendem, necesse est, quando omnibus nota nostra necessitudo est tuaq; in me beneuolentia: sed tametsi omnium causa commendo, velle debeo: tamen cum omnibus non eadẽ mihi causa est. T. Agusius & comes meus fuit illo miserrimo * tẽpore, et omnium itinerũ, nauigationũ laborum, periculorũ meorum socius; neque hoc tempore discessisset a me, nisi ego ei promisissem. quare sic eum commendo, vt vnum de meis domesticis, & maxime necessariis. pergratum mihi feceris, si eum ita tractaris, vt intelligat hanc comendationẽ sibi magno vsui, atque adiumento fuisse. Vale.

tempore exilij.

NVBRR. M Vltos } T. Agusium cõmendat Cicero, comitem suũ tempore exilij sui. petitq; a Seruio, vt eum ita tractet vt intelligat hanc commendationem sibi plurimum, profuisse. {Velle}. s. te efficere. {Non eadem} non similis & par: quia cum alio interdum est maior, & iustior, q̃ cum alio. {Comes} quia semper fuit mecum. {Illo tempore} exilij mei. {Socius} proprie in periculis dixit socium. vt O socii, neque enim ignari sumus ante malorum. comitem vero itinerum dixit. {Permisissem} concessissem, vt discederet.

ASCEN. M Vltos, &c. } Rursus se purgans cũmendat T. Agusium dicens, Necesse est sup vt commendem tibi, multos qñ. i. qñquidem necessitudo nostra. i. necessaria coniunctio in amicitia & beneuolentia tua erga me est nota omnibus. Sed tametsi ego debeo velle. s. quod peto, causa omnium, quos cũmendo tñ non eadem causa. i. petendi est mihi cum omnibus. quia a iis plus, aliis minus debeo: plurimum autem se debere ei, quem nunc cõmendat, innuit, subdens. T. Agusius fuit & . i. simul, comes meus. i. me comitans tanq̃ minor, illo tempore miserrimo. s. exilij mei, aut fugæ cum aliis Pompeianis & socius meus. i. æqualiter particeps omnium itinerum, nauigationum, laborũ, periculorum meorũ. Neq; discessisset a me hoc tempore, nisi ego permisissem ei. Quare ego cõmendo tibi eum sic, vt vnum de domesticis meis & necessariis maxime. Tu feceris mihi pergratum, si tractaris pro tractaueris eum ita, vt intelligat hanc cõmendationẽ fuisse sibi magno vsui atq; adiumẽto.

A R G. Petit a Seruilio. vt omnibus rebus Cærelliæ benigne facias, quemadmodum receperat.

CICERO S. D. SERVILIO COLLEGAE. 72

CAERELLIAE, necessariæ meæ, rem, nomina, possessiones Asiaticas commendaui tibi præsens in hortis tuis quàm potui diligentissime: tuq; mihi, pro tua consuetudine, proq; tuis in me perpetuis. maximisq; officijs, omnia te facturum liberalissime recepisti. meminisse te id spero: scio. n. solere. sed tamen Cærelliæ procuratores scripserunt, te propter magnitudinem prouinciæ, multitudinemque negotiorum, etiam atque etiam esse commonefaciendum. Peto igitur, vt memineris, te omnia, quæ tua fides pateretur, mihi cumulate recepisse. equidem existimo habere te magnam facultatem (sed hoc tui est consilij, & iudicij) ex eo S. C. quod in heredes C. Vennonij factum est Cærelliæ commodandi. id S. C. tu interpretabere pro tua sapientia. scio enim eius ordinis auctoritatem semper apud magni fuisse. quod reliquum est, sic velim existimes, quibuscunque rebus Cærelliæ benigne feceris, mihi te gratissimum esse facturum. Vale.

de hac vide quæ scribit Dio lib. 46.

NVBRR. C Aerelliæ } Ante quam proficisceretur Seruilius in Asiã, Cicero ei cõmendauerat coram Cærelliam, necessariã suam, quæ multa habebat in Asia: quam nunc per literas commendat: rogatq; eum, vt illum adiuuet, cum habeat facultatem id faciendi pp senatusconsultum, qđ contra heredes C. Vennonij factum erat in fauorem Cærelliæ.

Com-

}Commonefaciendum} admonendum, in memoriam tibi id factum reducendum. }Propter magn.pr.} quia habes magnam administrationem prouinciæ, per quã posses fortasse esse immemor eius, quod mihi promisisti. }Recepisse} promisisset. }Facultatem} cõmoditatẽ, occasionem s.faciendi, quæ recepisti. }Ea eo S. C.} propter id senatusc. }In her.} contra heredes, qui Cærelliæ aduersarii erãt }Cõmodandi} cõmodum faciendi.i.qđ est factum in fauorẽ Cærelliæ. }Iterpretabere} videbis quid velit. }Eius ordinis} senatorij. }Magni fuisse} magni æstimaram esse. itaq; eam debebis conseruare faciendo quidquid decreuit ipse senatus. }Quod reliquũ est} pro in eo quo reliquum est præter interpretationem illius senatusc. }Benigne} liberaliter, bene.

ASCEN. C Aerelliæ, &c.} Commendat & Cærelliam mulierẽ sibi necessariam, quæ multa habebat in Asia, vbi seruilius iã tum erat negotia. Ordo est. Ego cõmendaui tibi præsens.i.corã in hortis tuis q̃ i.quantũ potui diligentissime rem.i.litẽ, nominam.i. debilita, per nomina debitorũ notata. & possessiones Asiaticas i quas habet in Asia. Et tu recepisti i.promisisti liberalissime mihi pro consuetudine tua, & perpetuis & maximis officiis tuis in me, hoc est conformiter ad ea, te facturum omnia. Ego spero te meminisse i.memoria tenere id.s. te recepisse: scio.n.sup te solere.s.meminisse. Sed tñ procuratores Cærelliæ scripserunt te esse commonefaciendum etiam atq; etiam.i.frequenter & diligenter, pp magnitudinẽ negotiorũ.s. tuorum in ea. Peto igitur ut memineris te recepisse i.promisisse mihi cumulare.i.abunde, omnia, quę fides tua pateretur. Equidẽ .i.ego certe existimo te habere magnam facultatem. Sed hoc est consilii tui i.pertinet ad consilium tuum, & iudicij.i.ad iudiciũ tuum commodandi.i.cõmodi faciendi Cærelliæ. Ea eo S.C.i.uic tu te illius senatuscõsulti, qđ factum est in.i.contra heredes C. Venonii, quia quod in vnum latum est, põt in cæ.similes applicari. vnde addit. Tu interpretabere id S. C. pro sapientia tua. Scio .n auctoritatem eius ordinis.s. senatorii fuisse semper apud te magni.i.magnæ æstimationis. Quod reliquum est.i.quantum ad id, quod restat scribendum, ego velim sup. vt existimes sic, quibuscunq; rebus feceris benigne.i. fauorabiliter Cærelliæ, te facturum esse gratissimum.i.rem gratissimam mihi.

ARG. Gratulatur de reditu incolumi: gratias agit quodam modo de Egnatio, & Oppio: petit, vt Antipatri filios sibi condonet.

CIC. S. D. Q. PHILIPPO PROCOS. 73



RATVLOR tibi, quod ex prouincia saluum te ad tuos recepisti incolumi fama, et rep. quòd si Romæ te vidissem, coram gratias egissem, quod tibi L. Egnatius familiarissimus meus, absens. L. Oppius præsens curæ fuisset. Cum Antipatro Derbete mihi non solũ hospitium. verum etiam summa familiaritas intercedit. ei te vehementer succensuisse audiui, & moleste tuli de re
nisi pro sed us ep.t.h.l. *nihil possum iudicare: *nisi illud mihi certe persuadeo, te talem virũ nihil temere fecisse. A te autẽ pro uetere nostra necessitudine etiam atq; etiam peto, ut eius filios, qui in tua potestate sunt, mihi potissimum condones: nisi quid existimas in ea re uiolari existimationẽ tuam: quod ego si arbitrarer, nunquàm te rogarem, mihiq́; tua fama multo antiquior esset, quã illa necessitudo est. sed mihi ita persuadeo, (potest fieri, ut fallar) eã rem laudi tibi potius, quã vituperationi fore. quid fieri possit, & quid mea causa facere possis. (nam quid velis, non dubito) uelim, si tibi graue non erit, certiorem me facias. Vale.*

HVBER. G Ratulor} Gratulatur Cic. Q. Phil. q bene administrata prouincia incolumi fama, & rep. in patriam ad suos recepisset cui gratias a se agendas dicit, q L. Oppiũ præsentem, & Egnatium absentem familiarissimos suos commendatione sua curæ habuisset. deinde quia Philippus iratus fuerat cuidã Antipatro Derbeti, hospiti Cic. & familiari; & eius filius detinuerat, & in potestate sua habebat: petit ab eo Cicero vt si sine præiudicio eius existimationis & dignitatis fieri põt, sibi cõdonet illos filios. de quo qd acturus sit, petit se certiorẽ fieri. }Incolumi} integra, quia omnes bene de te loquũtur. }Et rep.} .s.incolumi. hoc est bene administrata. }Succensuisse} iratum esse. }De re} de causa pp q̃ ei succensuisti, vtrũ iusta an iniusta.

}Temere} sine causa. }In tua pot.} a te detẽti. }Cõdones} ex dono dimittas }In ea re} cõdonando eos mihi. }Violari} lædi. }Existimationẽ} auctoritatẽ. }Antiquior} prior, carior. }Põt fieri} possibile est. sed oratores rarissime dicũt, possibile est, sed semper, fieri põt. }Quid velis} s.facere. }Non dubito} quia scio te omnia velle mea causa, si modo, salua fama tua, facere possis.

ASCEN. G Ratulor, &c} Gratulatur Q. Phil. q bene administrata prouincia, incolumi fama & rep. suos ad se recepisset. Deinde eidem gratias agendas a se dicit q L. Oppiũ præsentem, & Egnatium absentem cõmendatos habuit. Tũ Antipatri reconciliationem & filiorũ eius liberationẽ ambit honestissimis verbis hoc ordine. Ego gratulor tibi, q recepisti, te saluum ex prouincia ad tuos, & hoc fama.s. tua incolumi.i.integra, & rep. incolumi.i.salua. q si vidissem te Romæ, egissem gratias, q L. Egnatius familiarissimus meus fuisset tibi curę absens .i.cum esset absens, & L. Oppius præsens.i.cum esset pñs. Non solũ hospitium, verumetiã summa familiaritas intercedit.i.est vinculum necessitudinis mihi, cum Antipatro Derbete. ego audiui te succensuisse.i.iratum fuisse vehementer, & tuli sup. id moleste.i.dolenter. Ego nihil possum iudicare de re.i.de causis irarũ, nisi sup. q persuadeo mihi illud, te talẽ virũ.i.cum sis talis.i.tã iustus & prudens vir, nihil fecisse temere.i.legitima causa. Añt.i. sed ego peto a te ẽt atq; etiam pro necessitudine nostra vetere, vt cõdones.i.domo emittas & libere abire sinas, potissimum mihi.i.præcibus aut amori meo filios eius, qui sunt in potestate tua .i.detinẽtur a te captiui. nisi existimas.i.iudicas, existimationẽ.i. reputationẽ, seu nomẽ, & famã tuã violari quid.i.in aliquo in ea re i.per eorũ condonationẽ, & in remissione. Qđ si ego arbitrarer.s.facturũ, ego nunq̃ rogarẽ.s.id, te, & tua fama esset mihi multo antiquior.i.carior. eo q antiquissimos amicos carissimos habemus q̃ est illa necessitudo s.cum Antipatro hospite. Sed psuadeo mihi ita (põt fieri, vt fallar) eã rẽ fore tibi potius laudi.i.ad laudẽ q̃ vituperationi i.ad vituperationẽ, Velim si non erit tibi graue sup. vt facias me certiorẽ quid possit fieri, & quid velis facere causa, mea. (nam non dubito, quin velis.s.multa facere.)

ARG. Oppium præsentem, & Egnatij absentis negotia cõmendat.

CIC. S. D. Q. PHILIPPO PROCOS. 74




Tsi non dubito pro tua in me obseruantia, proq́; nostra necessitudine, quin commendationem meam memoria teneas: tamen etiam atq; etiam eundem tibi L. Oppium, familiarem meũ præsentẽ et L. Egnatij familiarissimi mei, absentis, negotia commendo tanta mihi cum eo necessitudo est familiaritasq́; vt si mea res esset, nõ magis laborarem. quapropter gratissimum mibi feceris, si curaris, vt is intelligat me a te tantum amari, quantum ipse existimo. hoc mihi gratius facere nihil potes idq́ue vt facias, te uehementer rogo. Vale.

E Tsi} idẽ Philippo commendat Cicero eosdem Oppium & Egnatium, quos antea commendauerat de quibus in præcedenti epistola vidimus. }Is} Egnatius. HVBER.

E Tsi, &c.} cõmendat rursus Oppiũ & Egnatiũ Philippo, dicens, Etsi non dubito pro obseruantia tua in me, & pro necessitudine nostra, quin teneas memoria cõmẽdationem meã.s.q̃ nuper feci: tñ ego cõmendo tibi ẽt atq; ẽt eundem. L. Oppium familiarem meũ præsentem.i.qui apud te, est, & negotia L. Egnatij familiarissimi mei absentis, quia Romę agentis. Tãta necessitudo & familiaritas est mihi cum eo, ut nõ laborarem magis, si esset res mea. Quapropter feceris mihi gratissimum si curaris pro curaueris, vt is.s. Egnatius, intelligat me amari a te tñ quantum ipse existimo. Nihil potes facere mihi gratius hoc.i.quàm hoc. & rogo te vehementer vt facias id. ASCEN.

Cicero S. D. T. Titio T. F. legato. 75



T S I non dubito, quin apud te mea commendatio prima satis ualeat: tamen obsequor homini familiarissimo C. Auiano Flacco: cuius causa omnia tum cupio, tum mehercule etiã debeo. de quo & præsens tecũ ei diligenter, cum tu mihi humanissime respondisti: et scripsi ad

psi ad te accurrat; antea. sed putat interesse sua, me ad te quam sepissime scribere. quare uelim mihi ignoscas, si illius uoluntati obtemperans, minus uidebor meminisse constantiæ tuæ. A te idem illud peto, ut de loco, quo deportet frumentum, & de tempore Auiano commodes. quorũ vide ep. 1. l. 4. ad. At. *utrunque per eundem me obtinuit triennium, dum * Pompeius isti negotio præfuit. summa est in quo mihi gratissimũ facere possis, si curaris, ut Auianus quãdo se a me amari putat, me a te amari sciat. erit id mihi pergratũ. Vale.*

HVBER. ETsi non} Epistola imitatione vtilis ad excusationem importunitatis de repetitione eiusdẽ cõmendationis, quam Cicero se facere Titio dicit, non diffidentia eius constantiæ, qui semel promiseras, sed vt satisfaciat & obsequatur Auiano Flacco ita se postulanti, ut rursus, per literas eum commendares ipsi Titio, quod Cic. facit. & qm eras Titius legatus annonæ præfectus, petit ab eo, vt concedat Auiano & locũ & tempus deportandi frumentum: quod alias per se ipsum dicit obtentum, impetratum, cum Pomp. huic negotio præpositus fuit. {Obsequor} morem gero. {Interesse sua} sibi vtile esse. {Minus videbor} .i. si non videbor recordari, & tenere memoria qđ .i. quod semel promiseris, constanter efficias. qui n. sæpe petit, uidetur aut immemor esse, aut diffidere {Vtrunq;} & locum & tẽpus. {Isti negotio} .i. cũ esset annonæ & rei frumẽtariæ p̃fectus.

ASCAN. ETsi non dubito, &c.} Epistola hęc imitatione digna est ad excusandum importunitatẽ eiusdem commendationis, quã se facere Cic. fatetur, dicens, Etsi non dubito quin prima commendatio mea valeat satis apud te, tñ obsequor .i. inseruio & morẽ gero C. Auiano Flacco homini familiarissimo: cuius causa ego tum .i. pariter, cupio omnia, tum .i. pariter, etiam mehercule debeo omnia s. quæ possim illi commodare. De quo & .i. simul, egi tecum diligenter p̃ns .i. cũ p̃ns tibi essem, cum tu r̃ndisti mihi humanissime: & scripsi antea ad te accurate .i. cum cura & diligentia. Sed sup. Auianus putat interesse .i. in re esse ac referre sua me scribere quamsæpissime ad tẽ. Quare velim sup. ut ignoscas mihi, si ego obtemperans .i. morem gerens voluntati illius minus .i. non aut non satis videbor meminisse .i. memor esse, constantiæ tuæ, qui quod semel promisisti, non prætermittis. Ego item .i. similiter peto a te illud ut cõmodes .i. commodũ facias & inseruias Auiano de loco, & de tp̃e quo deportet .i. trãsportet frumentum. s. quod vendere vult. Quorum vtrunque .i. & locũ & tẽpus deportandi frumenti ipse obtinuit triennium .i. per spatium trium annorũ, per eundem me .i. per commendationem meam, dũ Põpeius præfuit isti negotio .i. rei frumẽtariæ. summa .s. uotorũ, aut principalis petitio mea est sup eius, in quo possis facere mihi gratissimum si curaris p̃ curaueris, vt Auianus. qñ .i. qñquidem putat se amari a me sciat me amari a te. Id erit mihi pergratum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Narrat decurionibus quantopere Q. Hippiũ amet. quibus etiam C. Valgium, vt in agro empto illi auxilientur, commendat.

Cicero S. D. quattuoruiris, & decurioribus. 76



ergo Fregellæ municipiũ, non colonia. nam municipiis quatuor uiri, coloniis duumuiri præerant, in orat. pro Cluentio.

ANTAE mihi cum Q. Hippio causa necessitudinis sunt ut nihil possit esse coniunctius, quàm nos inter nos sumus. quòd nisi ita esset, uterer mea consuetudine, ut uobis nulla in re molestus essem. etenim uos mihi optimi testes estis, cum mihi persuasum esset, nihil esse, quod a uobis impetrare non possem, nunquam me tamen grauem vobis esse uoluisse. uehementer igitur uos etiam atq; etiam rogo, vt honoris mei causa liberalissime C. Valgium Hippianum tractetis, remq; cum eo conficiatis; ut, quam possessionẽ habet in agro Fragellano, uobis emptam, eam liberam, & immunem habere possit. id si a vobis impetraro, summo me beneficio uestro affectum arbitrabor. Valete.

HVBER. TAntę} Quattuoruiri, & Decuriones magistratus erãt ita a numero dicti. iis commendat Cicero Valignium Hippianum, vt possessionem, quam ab eis in agro Fregellano emerat, liberam & immunem eum habere permittant. præerant enim iu vendendis agris publicis. {Molestus essem} afferrem tædium. {Fregellano} Frægella vrbs Campaniæ.

ASCEN. TAntæ, &c.} Quattuoruiris & Decurionibus, qui magistratus a numero dicti sunt commendat Valgium Hipp. dicens, Tantæ causæ necessitudinis sunt mihi cum Q. Hippio, (qui, vt coniectura consequi possum, aut pater, aut frater, aut summe alioqui necessarius fuit eius, quem cõmendat. aliter .n. frustra illius necessitudinis meminerit) vt nihil possit esse coniunctius quã nos sumus inter nos. Credo tñ legendum non q̃ nos inter nos sumus, sed q̃ sumus inter nos, idq; Valla astipulante. quod nisi esset ita, vterer consuetudine mea, ut nulla .i. non ulla, non essem molestus vobis in vlla re. Etenim .i. nam certe vos estis mihi optimi testes cum persuasum esset mihi, nihil esse, quod non possem impetrare a uobis tñ me nunquam uoluisse esse grauem .i. molestum vobis. Igitur quia cogor, ego rogo vehementer vos etiam atq; etiam, vt causa honoris mei, qa turpe est precantem non exorare, tractetis liberalissime Caium Valgium. {sunt qui Valignium scribant, Hippianum, ergo de domo Hippiorum} conficiatis .i. finiatis cum eo rem .i. controuersiam, vt possit habere eam possessionem liberam. & immunem .i. nulli oneri obnoxiam, quam habet in agro Fregellano .i. iuxta Fregellas, vrbem Campaniæ, emptam a vobis. Si ego impetraro pro impetrauero a vobis id, ego arbitrabor me affectum s. a vobis summo beneficio.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Principium officium suum, deinde M. Bollanum cõmendat. postremo petit, operam det, vt Dionysius fugitiuus ad herum reducatur.

CICERO S. D. P. SVPICIO IPM. 77



*CVM his temporibus non sane in senatum ventitarem; tamen, ut tuas literas legi, non existimaui me saluo iure nostræ ueteris amicitiæ, multorumq; inter nos officiorum, facere posse, ut honori tuo deessem. itaq; affui supplicationemq; tibi libẽter decreui: nec reliquo tempore vllo aut rei, aut existimationi, aut dignitati tuæ deero. atque ut hoc tui necessarij sciant; hoc me animo erga te esse, uelim facias eos per literas certiores; vt, si quid tibi opus sit, ne dubitent mihi iure suo denuntiare. M. Bollanum, virum bonum, & fortem, & omnibus rebus ornatum, meumq; ueterem amicum, tibi magnopere commendo. pergratum mihi feceris si curaris ut is intelligat hanc commendationem sibi magno adiumento fuisse. ipsumque virum optimum, gratissimumq; cognosces. promitto tibi, te ex eius amicitia magnam voluptatem esse capturum. Præterea a te peto maiorem in modum pro nostra amicitia, & pro tuo perpetuo in me studio, vt in hac re etiam elabores. * Dionysius, seruus meus, qui meam bibliothecam multorum nummorum tractauit, cum multos libros surripuisset, nec se impune laturum putaret. aufugit. is est in prouincia tua eum & M. Bollanus familiaris meus, & multi alij Narona uiderunt. sed cum se a me manumissum esse diceret, crediderunt. hunc tu si mihi restituendum curaris; non possum dicere, quàm mihi gratum futurum sit. res ipsa parua, sed animi mei dolor magnus est; vbi sit, & quid fieri possit, Bollanus te docebit. ego, si hominem per te, recuperaro, summo me a te beneficio affectum arbitrabor. Vale.*

opinor hunc & P. Vatinio, ad quem sunt epistolæ l. 5. mandatũ esse a Cæsa se Illyrica curã imperio cõi nam P. Sulpicius, cius Gallis legatus fuerat. Cæs. l. 4. & 7. de bello Gal. & Oppius.

ep. 9. l. 5.

HVBER. CVm his} Scripsit Cicero se præter consuetudinem suã iuisse in senatum frequẽtius, ne deesset honori Sulpicij, qui quantum ex sequentibus coniicimus, præerat Dalmatiæ: itaq; cum rem bene egisset, dicit Cic. se libenter affuisse in senatu, & ei supplicationem decreuisse. Deinde commendat ei M. Bollanum, veterem amicum suum, qui multum in eius prouincia versabatur, aut certe aliquẽ locum apud eum habebat. Postremo rogat eum, vt det operam, Dionysium seruũ

qui

qui aufugerat, ad se remitti. {Venticatem} frequenter venirē {Spplicationem} propter res a te in prouincia bene gestas. {Iure suo}.i. licenter & sine vllo respectu. {In hac te} quam modo, dicam. {Dyonisius} exponit, in quo velit enim elaborare. {Bibliothecam} id est, libros, licet proprie significet locum, vbi reponuntur libri. {Multorum} numerorum}.i. quam muniueram magna impensa. {Tractauit} curæ habuit, & in potestate sua: vnde supra libro. 5. a Vat. appellauit eum anagnosten.i. lectorem. {Surripuisset} furatus esset. {Laturum imp} .i. non fore sine punitione. {Naronæ} quæ est ciuitas Dalmaciæ, vt in epist. Vatinij in fine cognoscitur lib. 5. {Manumissum} liberatum. {Res ipsa parua}.i. non magni pretij est ipse seruus, & quod asportauit. {Sed dolor magnus} quod ita fuerim ab eo delusus, & deceptus. {Per te} opera} & cura tua.

ASCEN. CVm his &c. Scribit, ne deesset honori ipsius Sulpicii, libenter affuisse in senatu, & ei supplicationem decreuisse. deinde commendat ei M. Bollanum, veterem amicum suum, dicens. Cum non sane, id est, multum venticatem, id est, frequenter irem aut venirem in senatum, tamen, vt.i. postquam legi literas tuas, scilicet petentes supplicationem pro re bene gesta, non existimaui me posse deesse honori tuo.i. rei, in qua agatur de honore tuo, saluo iure veteris amicitiæ nostrę, & multorum officiorum inter nos.i. mutuo exhibitorum. Itaque ego affui.i. præsens fui & decreui.s. cum aliis, libenter tibi supplicationem.i. vt dn̄t, rogationem generalem. Nec deero vllo tempore reliquo.i. deinceps, aut rei aut existimationi.i. famæ, & reputationi, aut dignitati tuæ. Atque vt necessarij tui sciant me esse hoc.i. huiusmodi animo erga te, velim sup. vt facias eos certiores per literas, vt siquid sit opus, ne dubitent.i. vereantur denuntiare.i. indicare mihi suo iure i. audacter quasi suo iure quid denuntient. Ego commendo tibi magnopere M. Bollanum, virum bonum & fortem, & ornatū omnibus rebus.i. ornamentis debitis, & veterem amicum meum. Tu feceris mihi pergratum.i. rem valde gratam, si curaris.i. curaueris, vt is intelligat hanc commendationem fuisse sibi magno adiumento. Et cognosces ipsum sup. esse virum optimum, & gratissimum. Ego promitto tibi te esse capturum magnam voluptatem ex amicitia eius.s. Bollani. Pręterea ego peto a te in modum maiorem, id est, non vulgarem pro amicitia nostra & pro perpetuo studio, id est, fauore tuo in me, vt etiam elabores .i. enitaris efficere quod peto in hac re. Dionysius seruus meus, qui tractauit bibliothecam, id est, vt dicunt, librariam meam, multorum numorum, id est, multis numis emptam, aut constantem {erat enim, vt. 5. lib. ad Vatinium dictum est, anagnostes.i. lector} cum surripuisset, id est, clam abstulisset multus libros, nec putaret se laturum impune, aufugit, is est prouincia tua. M. Bollanus familiaris.s. meus, & multi alij viderunt eum Naronę, id est, in ea vrbe Dalmatiæ. Sed cum diceret se manumissum a me crediderunt sup. ei. Si curaris hunc restituendum mihi, non possum dicere, quàm gratum sit futurum mihi. Res ipsa est parua, sed dolor animi mei est magnus. Bollanus docebit te vbi sit, & quid possit fieri scilicet pro eo comprehendendo. Ego si recuperauero hominem per te, arbitrabor me affectum a te summo beneficio.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Democritum Sycioniū, hominū familiaritate dignū valde cōmendat.

CICERO S. D. ALLIENO PROCOS. 78

DEMOCRITVS Sycionius nō solum hospes meus est, sed etiam, quod non multis contingit, Græcis præsertim, valde familiaris. est .n. in eo summa probitas, summa uirtus, summa in hospites liberalitas, & obseruantia: meq; præ ceteris & colit, & obseruat, & diligit, eum tu non modo suorum ciuium, uerum etiam prope Achaię principem cognosces. huic eo tantummodo aditum ad tuā cognitionem patefacio, et munio. cognitū per te ipsum, quæ tua, natura est, dignū tua amicitia, atq; hospitio iudicabis. Peto igitur a te, ut, his literis lectis, recipias eū in tuam fidē, polliceare omnia te facturum mea causa. de reliquo, si id quod confido fore. dignū cum tua amicitia, hospitioq; cognoueris peto, vt eū complectare, diligas, in tuis habeas. erit id mihi maiorem in modum gratum. Vale.

videtur hic Allienus Siciliæ p̄fuisse, ut ex epistola sequē̄ti colligitur eumq; Oppius in 1. de bel. Africo modo prætorem, modo proconsulē uocat.

HVBER. DEmocritus} Allienum, proconsulem Greciæ, rogat, vt recipiat in amicitiam suam Democritum Sicyonium. deinde si videbitur dignus amicitia sua. eum conseruet, & diligat. Laudat autem Cic. eius liberalitatem & obseruantiam in hospites omnes, sed præcipue in se, quem dicit esse primarium totius Achaiæ, & fore dignum, quem Allienus & hospitio & amicitia dignum iudicet. {Principem} primarium, ex primis. {Patefacio} aperio, paro. {Innuo} significo, & quasi quædam nutu demonstro. {Complectare} suscipias.

ASCEN. DEmocritus, &c} Allienum proconsulem Græciæ rogat ut recipiat io amicitiam suam Democritum Sycionium deinde, vt si dignus videatur, rogat eū, conseruet, & diligat, dicens, Democritus Sicyonius est non solum hospes meus, sed ēt valde familiaris sup. mihi, quod.s. esse mihi familiarem, contingit non multis præsertim Græcis Enim.i. quia summa probitas, summa virtus, summa liberalitas in hospites, & obseruentia sup. summa est in eo: & colit, & obseruat, & diligit me, {auxesis est} præ ceteris.i. ante alios. hoc est plus quàm ceterus hospites suos. Tu cognosces eum principem.i. primarium, non solum ciuium suorum.s. Sicyonorom, verumetiā pene.i. quasi totius Achaiæ. ergo Sicyon in Achaia est. Ego patefacio huic tantūmodo aditum ad cognitionem tuā & *innuo.i. significo cognitum per te ipsum.i. vbi cognosces eum, quæ.i. s̄m natura tua est. tu iudicabis dignum tua amicitia atque hospitio. Peto igitur a te vt, his literis lectis, recipias eum in fidem tuam, sup. & vt pollieeare te facturum omnia.s. licita & honesta causa mea. De reliquo peto, si cognoueris, id quod confido fure.i. futurum, eum dignum tua amicitia & hospitio, ut complectare eum, & sup. diligas, vt habeas in tuis.i. in numero tuorum. Id erit mihi gratum in maiorem modum.

ARG. Caium & Marcum Auianos, fratres, commendat, alterum præsentem, alterum, absentem.

CIC. S. D. ALLIENO PROCOS. 79

ET te scire arbitror, quanti fecerim C. Auianum Flaccum: & ego ex ipso audieram, optimo, & gratissimo homine, quam a te liberaliter eßet tractatus. eius filios, dignissimos illo patre, meosq; necessarios, quos ego vnice diligo, commendo tibi sic vt maiore studio nullos commendare possim. C. Auianus in Sicilia est: Marcus est nobiscum, ut illius dignitatem præsentis ornes, rem vtriusq; defendas, te rogo. hoc mihi gratius ista prouincia facere nihil potes. idq; ut facias, te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.*

* cū Auianæ gētis antea fuisse, in Valeriā, cuius cognomen Flacus fuit adoptione transijt.

HVBER. ET te} C. Auianum Flaccum, quem supra Titio cōmendauit Cicero, cōmendat etiam nunc Allieno, proconsuli Græciæ cōmendat etiam eius filios, & M. Auianum, eius fratrem, qui cum Cic. erat. {Marcus.s. Auianus eius frater. {Illius pręsentis}.s. Auiani. {Vtriusque} C. & Marci.

ASCEN. ET te, &c.} Auianum Flaccum, quem supra Titio cōmēdauit Cic. cōmendat nunc Allieno proconsuli Grecię, cōmendās etiam eiusdem liberos, & fratrem M. Auianum unde hic liber fere cōmendaticius est tanta varietate, vt torrentem Ciceronianæ facundiæ nemo satis miretur. Ordo est. Et, id est, simul, aut pariter, seu pariformiter, ego arbitror te scire quanti fecerim.i. æstimarim semper C. Auianum Flaccum: & ego.i. pariter audieram ex ipso.s. Auiano, homine optimo & gratissimo, quàm.i. quantum liberaliter esset tractatus a te. Ego commendo tibi filios eius, dignissimos tali.i. tam optimo patre, & necessarios meos, quos diligo vnice, id est, singulariter, hoc est maxime. (quis quos vnicos habemus, maximopere diligimus) commendo, inquam, sic, ut nullos.i. non vllos, non possim commendare vllos maiore studio, id est, affectu fauore, & conatu. C. Auianus est in Cilicia: M.s. Auianus frater eius est nobiscum. rogo te ut ornes dignitatem illius, scilicet Caij præsentis, scilicet tibi. vnde duai legendum, in Cilicia, non Sicilia. & defendas rem vtriusque. tu nihil potes facere mihi gratius hoc, id est, quàm hoc in ista scilicet tua prouincia. & rogo te vehementer etiam atque etiam, id est, iterum atque iterum, vt facias id.

M. T. CICERONIS EPIST. FAMILIARIVM LIB. DECIMVSQVARTVS

ARGVMENTVM.

Exul deflet suam suorumq; calamitatem; eiusq; culpã confert in amicorũ consilia: vici venditionem prorsus improbat: alia quædam scribit.

CICERO S. D. TERENTIAE & Tulliolæ, & Ciceroni Suis.

scripto à Pisone & Gabinio cos. cũ exularet

ET literis multorum, & sermone omnium perfertur ad me, incredibilem tuam virtutem, & fortitudinem esse, teq; nec animi, nec corporis laboribus defatigari. me miserum, te ista virtute, fide, probitate, humanitate, in tantas ærumnas propter me incidisse? Tulliolamq; nostram. ex quo patre tantas uoluptates capiebat, ex eo tantos percipere luctus? nam quid ego de Cicerone dicam? qui cum primum sapere cœpit, acerbissimos dolores, miserasq; percepit. quæ si, ut tu scribis, fato facta putarem: ferrem paulo facilius: sed omnia sunt mea culpa commissa: qui ab ijs me amari putabam, qui inuidebant; eos non sequebar, qui petebant.

ut pugnarẽ potius quã in exilium irem.

quòd si nostris *consilijs usi essemus: neque apud nos tantum ualuisset sermo aut stultorum amicorum, aut improborum: beatissimi uiueremus. nunc, quando sperare nos amici iubent: dabo operam, ne mea ualetudo tuo labori desit. res quanta sit, intelligo, quantoq; fuerit facilius manere domi, quàm redire. sed tamen si omnes tribunos

cõsulem designatum.

pl. habemus, si *Lentulum tam studiosum, quàm videtur, si uero etiam Pompeium, & Cæsarem: non est desperandum. De familia, quo modo placuisse amicis scribis, faciemus. De loco, nunc quidem iam abijt pestilentia; sed quandiu fuit, me non attigit. *Plancius, homo

ad Att. ep. 22. lib. 3.

officiosissimus, me cupit esse secum retinet. ego uolebam loco magis deserto esse in Epiro, quò neque Hyspo veniret nec milites: sed adhuc Plancius me retinet. sperat posse

erat enim in Macedonia quæstor Plãcius: ut in oratione pro eo constat.

fieri, ut mecum in Italiam *decedat. quem ego diem si uidero; & si in uestrum complexum uenero; ac si & uos, & me ipsum recuperaro: satis magnum mihi fructum uidebor percepisse & uestræ pietatis, & meæ. Pisonis humanitas, uirtus, amore in omnes nos tantus est, ut nihil supra possit. utinam ea res ei voluptati sit: gloriæ quidem video fore. De Qu. fratre nihil ego te accusaui; sed uos, cum præsertim tam pauci sitis, uolui esse quàm coniunctissimos. Quibus me uoluisti agere gratias, egi, & me a te certiorem factum esse scripsi. Quod ad me, mea Terentia, scribis, te uicum uenditurami quid, obsecro te, (me miserum) quid futurum est? &

ep. 2. h. l.

si non *premet eadem fortuna, quid puero misero, fiet? Non queo reliqua scribere; (tanta uis lacrymarum est) ne te in eundem fletum adducam. tantum scribo: si erũt in officio amici, pecunia non deerit: si non erunt, tu efficere tua pecunia non poteris. Per fortunas miseras nostras, vide, ne puerum perditum perdamus. cui si aliquid erit, ne egeat: mediocri virtute opus est, & mediocri fortuna, ut cetera consequatur. Fac ualeas, & ad me tabellario mittas; ut sciam, quid agatur, & uos quid agatis. mihi omnino iam breuis expectatio est. Tulliolæ, & Ciceroni salutem dic. Valete. D. ante diem VI. kal. Dec. Dyrrhachij. Dyrrhachium ueni; quòd & libera ciuitas est, & in me officiosa, & proxima Italiæ. sed, si offendet me loci celebritas, alio me conferam, & ad te scribam.

semper hac locutio usurpatur in re misera vide ep. 16. l. 8. & 21 Att. ep. 20. lib. 1

HVBER.

EX literis} Prolixitas, qua vsus sum in primis libris interpretandis, merito me breuiorẽ in sequentibus facere debuit. nam quæ pluribus epistolis a me exposita sunt, ea ubiq; repetere non modo inutilis, verumetiã ingrati laboris, & magnæ molestiæ lectori fore existimaui, itaq; si quispiã quibusdam epistolis aliquid desiderandum putabit, cum oratum velim, ne prius laborem meum accuset, quam totum opus legerit. inueniet. n. vel nulla, vel certe admodum pauca, interpretatione digna, a me prætermissa esse; & aliunde sumet, qđ ad aliũ locum transferat. Sed iam ad instituta pergam, ut aliquando consumato operi, Deo iuuante, finem imponam. Huius igitur 14. uoluminis epistolæ vno fere sunt argumento, ad Terentiam a Cicerone scriptæ, quo tempore erat in exilio sed in hac prima dolet Cicero, & ingemiscit q culpa sua Terentia in tantas miserias coniecta sit. & simul liberi sui. Ostendit deinde, in quibus spẽ reditus sui habere possit, postea vbi sit, & quid agat postremo prætermissis alijs particulis, quæ ex epistola cognoscuntur, quia Terentia scripserat se vendituram villam, vt haberet pecuniam, vt per eam posset sibi aliquorum fauorem conciliare: Cicero eam obsecrat, ne id faciat, ne Cicero filius postea pauper relinquatur. } Virtutem} constantiam. } Fortitudinem} magnitudinem animi in aduersis tolerandis. } Laboribus animi} vt dolore, solicitudine, & cogitatione prouidendi rebus nostris. } Me miserum} ingemiscit Cic. se esse causam miseriarum vxoris suæ. sic Ouid. ad vxorem, Tristia es, indignor, quòd sim tibi causa doloris. } Illi} tali } Sapere} intelligere, uti ratione, & vt vulgarius dicam. discretionem habere } Fato} deorum voluntate, & lege immutabili. } Qui petebant} qui optabant me secum esse. } Sperare} reditum in patriam. } Res} reditus meus. } Lentulum} de quo in 1. epist. qui consul, vt 1. lib. diximus, tulit legem de reuocando Cicerone. } De familia}. s. seruorum liberanda, ut infra epist. 4. videbimus. Familiæ autem appellatione, & Vlpiano iurisconsulto, & Festo Pomp. teste, nõ solum liberi homines, sed etiã serui continentur. } De loco} vbi fui. } Non attigit} non lesit, non nocuit. } Quem diem}. s. aduentus mei in Italiam. } Vestræ} tuæ, & filiorum in me. } Pisonis} generi nostri } Ea res} cura & diligentia, qua pro impetrãdo reditu meo vtitur. } De Q. F.} quantum coniicimus, Terentia scripserat se non multum uti consilio. Q. fratris Ciceronis quare, cum Cicero ad eam scripsisset eam male facere hortatusq; esset, vt eius consilio uteretur, questa est, quod Cicero eam accusasset. Cicero vero rescribens dicit se non eam accusasse, sed noluisse, vt cum fratre suo dissideret, præsertim cũ ualde paucos haberet, qui pro salute sua agerent. } Vicum} villã } Obsecro te} rogantis est. } Eadem fortuna} mala, & semper aduersa, quali nunc premor. Virg. Nunc eadem fortuna viros tot casibus actos Insequitur. } Puero} filio nostro Ciceroni. } Tanta uis} tanta copia. } Si erunt in off.} .i. si voluerint esse, quales debent. } Si non erunt} s. in officio } Non poteris}. s. aliquid efficere. } Per fortunas} adiurat Cicero Terentiam ne hoc damnũ filio suo inferat, alienando vicum illum. } Per fortunas. s. obtestor. } *Perditum perdamus} ne ex infelicissimo infeliciorem faciamus, plus autem significat perditum perdamus, q̃ si dixisset perdamus. est enim quasi exaggeratio quædam: ut Ouid. in Heroid. Perdita ne perdam, timeo tale etiam illud Virg. Non capti potuere capi. } Si aliquid}. s. bonorum, aut diuitiarum. } Mediocri virtute} cum nihil habentibus etiam maxima virtus vix possit esse adiumento Iuuen. Haud facile emergunt, quorum uirtutibus obstat Res angusta domi. } Cetera} dignitates, & honores in urbe. Et ita significat Cicero plus valere mediocrem uirtutem cum diuitijs, q̃ maximam uirtutem cum paupertate. } Quid agatur} in vrbe per amicos meos. } Et uos} tu, & filii. } Dyrrhachii} quod est oppidũ Macedoniæ, vt scribit Ptol. quod etiam, Epidamnum dictum est.

negotio perditum, ad Att. ep. 11. l. 15. impeditum impeditre, ad Att. ep. 15. l. 15.

Ex

AACAN. EX literis, &c.} Huius xiiij.lib.epistolæ vno fere sunt argumento ad Terentiam uxorem Cic.missæ, quo tempore erat in exilio. Sed in hac prima dolet & ingemescit q sua culpa Terentia in tantas miserias literis suis conie-cta sit. Ostendit deinde in quibus spē reditus habeat, ac demum obsecrat, ne villam vendat. Ordo est. Perfertur ad me ex literis multorum.s.qui ad me scribunt, & ex sermone omnium.s. qui de te loquuntur, virtutem, & pro.i.fortitudinem tuam esse incredibilem.i.tam magnam, vt nemo credere possit.id autem scribit Cic.,vt talis esse uelit. Interdum.n. dum immerito laudamur, erubescimus nos tales non esse quales prędicamur. erat aut reuera mulier parum pudica & rei familiaris dissipatrix. quā repudiatā Sallustius, factus Cic inimicus, duxit, ut secreta eius rimaretur ex ea Et fertur ad me, te nec laboribus animi, ut cura & solicitudinibus, nec laboribus corporis defatigari.i.ad extremum vltra qđ nil possis fatigari. Me miserū,}minor ex excādescentia & mirios pathos inducitur, q̄ si dixerit. O me miserū) te.s.prędità virtute, fide, probitate, humanitate incidisse in tantas erumnas.i.calamitates & miserias pp me, & Tulliolā (blandiendi gratias vtitur diminutiuo) nostram.s.cōem filiam, percipere tantos luctus ex eo patre, ex quo patre, capiebat tantas voluptates. Quia Cic eā vsq; ad notam adamasse dr, casto tñ ut boni interpretantur, amore. Nam quid dicam ego de Cic.s. cōi filio qui cum cœpit primum sapere i. aliquid intelligere, percepit .s.ex patre, acerbissimos dolores & miserias. Quia erga minor natu erat q̄ Tulliola, eum postremum in salutatione ponit & nunc cōmemorat. Quæ.s.mala aduersa, si ego putarem ita, ut tu scribis, facta esse fato.i.ex constituto voluntatis & fati.i.dicti deorum, ego ferrem paulo.i.modico facillius (immo si qua fato fieri sciremus, modestissime ferenda essent, se nouit Cic.se hominem, nec posse tantā suorum calamitatem æquo aīo ferre} sed omnia sunt cōmissa mea culpa.i.errore non tñ peccato, qui (nota relationem fieri ad primitiuum, cum tñ poni nō possit.s.ego cum dictum sit, mes(putabam me amari ab iis, qui inuidebant, & non sequebar eos, qui petebant.i.expetebant amicitiam, & amorem meū q si vsi fuissemus consiliis nostris.i.si fecissemus, quod iudicabamus faciendū; neq; sermo.i.oratio, aut amicorum stultorum, si nesciuerunt se perperam consulere, aut improborū si sciuerunt valuisse, tñ s.quantum valuit apud nos: nos viueremus beatissime. Nunc qñ.i.qm̄ amici iubent nos sperare.i.habere spē de reditu in gratiam, dabo operam, ne valitudo pro valitudo, aut valetudo a valendo ducto vocabulo, est.n.secunda longa mea desit.i.non rñdeat labori tuo. Ego intelligo quanta.i.quantæ difficultatis res sit, & quanto facilius fuerit manere domi q̄ redire.s.domum. Sed tñ si habemus oēs trib. pl. sup. studiosos, & fauentes, si habemus Lent.s.consulem, ad quem primi libri epistolæ, tam studiosum.s.nostri, q̄.i.quantum videtur.s.studiosum esse, si vero habemus etiam Pompeium & Cæs.sup.studiosos: nō est desperandum.s.de reditu. Nos faciemus de familia quo modo scribis placuisse amicis. De loco.s.quē dicis fugiendum, pestilentia quidem abiit nunc, sed non attigit me quandiu fuit. Plancius homo officiosissimus cupit me esse secum, & retinet adhuc. Ego volebam esse in Epiro loco magis deserto.s.a frequentia notorum, quò neq; ipse.s præcipuus hostis noster, alij legunt, Hyspo, veniret, nec milites sup.venirent Sed Plancus, vt opinor se mor retinet me adhuc, & sperat, posse fieri vt decedat mecū in Italiam. Quem diem si ego videro, & si uenero in complexum vestrum, ac si recuperauero vos & meipsum. ego videbor percepisse satis magnum fructum pietatis.i pii amoris & vestræ.i.tuæ & liberorum in me, & meæ.s.in uos. Humanitas, virtus, amor Pisonis.s.generi nostri Crassipedis, est tantus in nos omnes, vt nihil possit esse supra. vtinam ea res sit ei voluptati. video quidē fore glorię.i.futurum ad gloriam eius. Ego accusaui te.s.in aliis literis de Q.F.i.q non adhibuisti eum consiliis vestris; sed volui uos, præsertim cum essetis tam pauci. esse q̄ coniunctissimos.i. viuere maximæ vnanimes. Ego egi gratias sup iis quibus uoluisti me agere.s.gratias, & scripsi me esse factum certiorē a te.s.de eorum in nos fauore aut meritis. Quod o mea Terentia scribis ad me te vendituram vicum.i. villam totam quam habemus in agro. quid obsecro te, quid futurum est, me.i.o me miserum. Et si eadem fortuna præmet nos: quid fiet puero misero.s.Cic. Non queo (nimis amanter omnia scribit, ita vt etiam mollioris animi notatus sit) reliqua scribere, (tanta uis.i.tanta vehemens copia lacrymarum est) ne adducam te in eundem fletum. Tantum.i duntaxat scribo sup. id: si amici erunt in officio.i.facient quod debebunt, pecunia non deerit s.nobis ad reditum comparandum. pro quo simulabat Terentia se velle vendere villam, si sup.amici non erunt sup. in officio, tu non poteris efficere.s.vt sint in officio, tua, quam prætendis, pecunia.i.per pecuniam tuā. Vide.i.prospice, sup. rogata aut obsecrata per fortunas miseras ne perdamus puerum perditum.s destitutum auxilio paterno, Cui.s. puero, si aliquid.s.rei erit, ne egeat: opus est mediocri uirtute & mediocri fortuna, vt consequatur cetera, quæ.s.ad gloriā & dignitatem pertinent. Fac sup. vt ualeas & mittas tabellarios .i.nuntios scripta in tabellis perferentes, vt sciam quid agatur .s.Romæ de me, & quid uos agatis. Omnino breuis expectatio .s.literarum tuarum est mihi iam. Dic Tulliolæ filiæ lepidissimæ, & Cic.filio salutem. Datum Dyrrhachij i.in eo oppido Macedoniæ, quod etiam Epidamnum dictum volunt.ad vj cal. Decemb. Ego veni.i.applicui me Dyrrhachium, q &.i.simul est ciuitas libera, & ita obnoxia Rom. imperio, & officiosa in me, & proxima Italiæ. sed si celebritas.i celebris frequentia loci offendet me.i non placebit, mihi (ex hoc videtur Cicero aut fuisse, aut proscriptus esse, & non habere locū exilij, in quo tutus sit) ego conferam me alio.i.ad alium locum, & scribam ad te.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Principio excusat se, cur breuius ad Terentiam scribat. deinde conqueritur de sua, suorumq; desolatione: &, quàm ægre acceperit proscriptas fuisse res suas, exponit. postremo etiam dissuadet, ne sumptum in ædificando faciat; sed valetudinem suam curet.

Cicero S. D. Terentiæ, & Tulliolæ, & Ciceroni, suis. 2

*NOLI putare me ad quenquam longiores epistolas scribere, nisi si quis ad me plura scripsit cui puto rescribi oportere. nec .n.habeo, quod scribam: ne hoc tempore, quidquàm difficilius facio. ad te vero, et ad nostram Tulliolam nō queo sine plurimis lacrymis scribere. vos.n.video esse miserrimas, quas ego beatissimas semper esse volui: idq; præstare debui, et nisi tam timidi fuissemus, præstitissem. Pisonem *nostrū merito eius amo plurimum, eum, vt potui, per literas cohortatus sum, gratiasque egi vt, debui. In nouis tribunis pl. intelligo spem te habere id erit firmum, si Pompeij voluntas erit: sed Crassum tamen metuo. A te quidem omnia fieri fortissime, et amātissime, video: nec miror: sed mæreo casum eiusmodi, vt tantis tuis miserijs mea miseria *subleuētur. nam ad me P. Valerius, homo officiosus, scripsit, quod ego maximo cum fletu legi, quemadmodum a Vesta ad Tabullam Valeriam ducta esse: hem mea lux, meum desiderium, vnde omnes opem petere solebant, te nunc, mea Terētia sic vexari, sic iacere in lacrymis, et sordibus, idq; fieri mea culpa, qui ceteros seruaui, vt nos periremus? Quod de domo scribis, hoc est de area: ego,* vero tum denique mihi videbor restitutus, si illa nobis erit restituta. verum hæc non sunt in nostra manu. illud doleo, qua impensa facienda est, in eius partem te miseram, & despoliatā venire. quòd si conficitur negotium; omnia consequemur. sin eadem nos fortuna *prēmet; etiam ne reliquias tuas misera proijcias? obsecro te, mea vita, quod ad sumptum attinet, sine alios, qui possunt, si modo volunt, sustinere: valetudinem istam *infirmam, si me amas. Noli vexare. nam mihi ante oculos dies noctesq; versaris: omnes labores te excipere video; timeo vt sustineas: sed video in te esse omnia. quare, vt id, quod speras, & quod agis, consequamur, serui valetudini. Ego ad quos scribam, nescio nisi aut ad eos, qui ad me scribunt, aut ad eos, de quibus ad me vos aliquid scribitis. Lōgius, quoniam vobis ita placet, non discedam: sed velim quamsæpissime literas mittatis, præsertim si quid est firmius, quod speremus. Valete mea desideria, valete. Datū ad III. non. Oct. Thessalonicę.*

[Margin notes: iisdem consulibus scripta. | generum. | simile illud, Ex meis angustijs illius sustento tenuitatem, ep.25.l.16. | alij omittunt uero. | ep.1.h.l. | vixit iam Terentia ultra nos annos centum vt aut Plinius l.7.c.48.]

HVBER. NOli Excusat se Cic. de breuitate literarum cum ad oẽs alios tum vero ad uxorem suam: ad q̃ dicit, se non posse scribere sine multis lacrymis. Deinde dicit se dolere, q intellexerit eã a quibusdã vexatam esse, cum id fiat culpa ipsius Ciceronis. Postremo dissuadet ei sumptum in ædificando hortaturq́; eã, ut, ceteris oibus omissis, valetudinẽ diligenter curet. {Cui} s. scribendi plura. {Rescribi} s. plura uel longiores epistolas. {Præstare} efficere. {Id} ut essetis beatissimę {Cohortatus} ut non desistat ab inceptis. {Eiusmodi} talem. s. {Vt meæ miseriæ} .i. uelis esse misera, ut subleuas miserias meas {Officio .s.} qui in me beneuolentia officiũ pręstat. {A vestæ} subauditur templo. sic. n ponebãt antiqui, Ad vestæ, ad Veneris, & subaudiebatur templum. Terent. in Adelph. vbi ad Dianæ venerit. Horat. in ser. Ventũ erat ad uestæ media iã parte diei. {Ad Tabulã Val.} non erat prouerbiũ, ut quidã exponunt, sicut nũc dicimus A pyro ad ficum: sed tabula pro lege ponitur: vnde & tabularia dicebantur, auctore Seruio, loca vbi tabulæ figebantur: & interdũ actus publici. Maro in Geor. Insanumq́; forũ, & populi tabularia vidit. Erat igitur tabula Valeria lex, a Valerio, lata, de bonis proscriptorum vendendis: ut ostẽdit Cicero in oratione pro Sex. Roscio. ad hanc igitur tabulã deducta erat Terentia, quia ea lege bona Cic. tanquam proscripti, cogebãtur vendi. {Hem} dolentis & ingemiscentis. {Vexare} distrahi, male tractari. nam vexor verbũ est, teste Asconio, ingentis calamitatis, de quo alibi diximus quid Ser. & Gellius sentiãt. {Proiicies} abiicies, alienabis. {Reliquias tuas} .i. quod tibi reliquum est. Legendum est autẽ, etiam ne reliquias tuas misera proiicies? {Versaris} es, appares. {Thessalonicæ} quæ ciuitas est Macedoniæ.

ASCEN. NOli, &c.} Excusat se de breuitate literarũ cum ad oẽs alios, tum vero ad vxorẽ suam, ad quam dicit se non posse scribere sine multis lacrymis, deinde dicit se dolere, q intellexit eam a quibusdã uexatam esse, cum id fiat culpa sua. Postremo suadet ne sumptum ædificando faciat. monetq́; ut valetudinem curet. Ordo est. Noli putare me scribere ad quenq̃ epistolas longiores s. q̃ ad te. aut longiores .i. aliquantulum longas. nisi siquis scripsit ad me plura .i. ualde multa cui puto oportere rescribi. s. a me. Nec. n. habeo, quod scribam. nec facio hoc tempore quidq̃ difficilius .i. inuitius. s. q̃ scribere. Vero .i. sed non quæ scribere ad te, & ad Tulliolam nostram. s. filiam lepidulam, sine plurimis lacrymis. Ego. n uideo uos esse miserrimas, quas ego volui semper esse beatissimas, & debui prestare .i. efficere id. s. ut beatissimæ sitis. & præstitissem, nisi fuissemus tam timidi. Ego amo plurimum Pisonem nostrum. s. generum, merito eius. Ego cohortatus sum eum per literas vt potui, & egi gratias, ut debui. Ego intelligo te habere spem. s. reductionis meæ, in nouis trib. pl. .i. proxime creandis. id s. spei erit firmũ, si voluntas Pompeii. s. aderit. sed tñ timeo Crassum. etenim illi tres Pompeius Crassus, & Cæs. tunc principes erant in senatu. Ego uideo omnia fieri quidem .i. certe a te ut de aliis taceã, aut dubitem fortissime & amantissime, nec miror. sed mœreo .i. doleo causam eiusmodi vt meæ miseriæ subleuentur .i. minuãtur, tantis miseriis tuis. Nam P. Valerius homo officiosissimus scripsit ad me, id quod legi cũ maximo fletu, quemadmodum ducta esses a Vestę, s. templo aut æde, aut tabulam Valeriam .i. eam, in qua scripta erat lex Valeria de uendendis bonis proscriptorũ ac profugorũ ut ea lecta ad venditionẽ bonorũ copellaris. Hem, flentis vox, O Terentia mea, lux mea, desiderium meũ, vnde .i. a q̃ oẽs solebant petere opẽ .i. auxiliũ, quia p coniuges sæpe ad uiros aditus patebit, vexari sic .i. dignũ ne est, aut ferendum, aut diis placitũ? Est. n. figuratum, & elegans Pathos ut in ilio, Pacuuiano, qđ in Cæs. cõmiserationem recitatum est. Me seruasse, vt essent, qui me perderẽt. & sup. te iacere sit in lacrymis & sordibus & in fieri mea culpa, non quidẽ peccati, sed negligẽtiæ, aut meticulositatis, qui seruaui ceteros s. coniuratione Catil. ut nos periremus manifeste. alludit ad illud qđ modo citaui Pacuuianum, Quod scribis de domo .i. de area, quia videẽ domus fuisse direpta, sup. soluenda ab hypotheca, aut potius fisco, ego vero .i. certe videbor mihi deniq; tum .i. tũc restitutus .i. totus in pristinum statũ reductus, si illa erit restituta nobis. Verum hæc non sunt in manu .i. potestate nostra, quia ut dixi, in manu, fisci erãt. Ego doleo illud sup. te miserã & spoliatã. s. bonis oĩbus, uenire, sup. in impensam, quæ impensa facienda est in parte eius .i. in reparatione alterius, quam ut opinor Terentia nomine dotis sibi vendicarat. qđ si negotium conficitur .i. si restituimur, nos cõsequemur oĩa. s. ablata. Sin .i. sed si eadẽ fortuna præmet nos; obsecro te .i. quæso a te o vita mea, quod blãde dr̃, sed blandius dr̃ græce iuxta illud Iuuẽ. Quoties lasciuum interuenit illud: Ζωὴ καὶ ψυχὴ .i. uita & anima. s. mea ne .i. an, tu misera .i. miseranda. proiicies .i. ultro perdes etiam reliquias tuas .i. quod tibi fortunarum relictum est. Si esset proiicias, tunc ea ponerem, obsecro .i. per sacra rogo ne proiicias, &c. Quod .i. quantũ attinet ad sumptum. s. faciendum, & i. simul sine .i. permitte alios, vt Pisonem & fratrẽ sustinere. s. onus. qui pñt, si modo .i. dũmodo uolunt, & noli uexare .i. minimum torquere valetudinẽ tuam infirmam, si amas me: Nã versaris .i. pñtaris mihi ante oculos dies & noctes. Ego video te excipere .i. ex aliis adsumere oẽs labores, timeo vt .i. ne non sustineas .i. possis sustinere. Sed video oĩa. s. auxilia aut bona nostra esse in te. Quare ut consequamur id quod speras, & id quod agis .i. moliris adsequi, serui .i. inserui ualetudini. Ego nescio ad quos scribam .i. scribere debeam, nisi aut ad deos qui scribunt ad me, aut ad eos de quibus uos scribitis aliquid ad me. Ego non discedam longius, qm̃ ita placet uobis; sed uelim sup. ut mittatis literas q̃ sępissime, præsertim si quid est firmius qđ speremus. Valete o desideria mea, valete. Datum ad 3. Nonas Oct. Thessalonicæ, quæ est ciuitas Macedoniæ.

ARG. Quæritur, quòd sua culpa & ipse, & omnes sui maximas in miserias inciderint; deinde ad varia capita respondet, sed ita dolenter vt ideo a nonnullis iure fortasse, tanquam mollis, reprehendatur.

Tullius S. D. Terentiæ, & Tulliolæ, & Ciceroni suis. 3 — iisdem consulibus scripta.

*ACcepi ab Aristocrito tres epistolas, quas ego lacrymis prope deleui. conficior.n. mœrore mea Terentia: nec me meæ miseriæ magis excruciant, quàm tuę, vestræq́; ego autem hoc miserior sum, quàm tu, quę es miserrima, quòd ipsa calamitas communis est vtriusq; nostrum, sed culpa mea propria est. meum fuit officium, uel *legatione uitare periculum, uel diligentia, & copiis resistere, uel cadere fortiter. hoc miserius, turpius, indignius nobis nihil fuit. quare cum dolore conficior, tum etiam pudore. pudet enim me uxori meæ optimæ, suauissimis liberis *uirtutem, & diligentiam non præstitisse. nam mihi ante oculos dies noctesq́ue uersatur squalor uester, & mæror, & infirmitas valetudinis tuæ: spes autem salutis pertenuis ostenditur. inimici sunt multi, inuidi pene omnes. eiicere nos magnum fuit, excludere facile est. sed tamen, quandiu uos eritis in spe, non deficiam; ne omnia mea culpa cecidisse uideantur. Vt tuto sim, quod laboras: id mihi nunc facillimum est, quem etiã inimici uolunt uiuere in tantis miseriis. ego tamen faciam quæ præcipis. Amicis, quibus uoluisti, egi gratias: & eas literas Dexippo dedi: meq́ue de eorum officio scripsi a te certiorem esse factum. Pysonem nostrum mirifico esse studio in nos, & officio, & ego perspicio, et omnes prædicant. dii faxint, ut tali genero mihi præsenti tecũ simul, ac cum liberis nostris frui *liceat. nunc spes reliqua est in nouis tribunis pl. & in primis quidem diebus. nam si inueterarit, actum est, ea re ad te statim Aristocritum misi, ut ad me continuo initia rerum, & rationem totius negotii posses scribere. etsi Dexippo quoq; ita imperaui, statim ut recurreret: & ad fratrem misi, ut crebro tabellarios mitteret. nam ego eo nomine sum dyrrhachii hoc tempore, ut quamcelerrime, quid agatur, audiam, & sim tuto. ciuitas enim hæc semper a me defensa est. cum inimici nostri uenire dicentur, tum in Epirum ibo. Quod scribis, te, si uelim, ad me uenturam: ego uero, cũ sciam magnam partem istius oneris abs te sustineri, te istic esse uolo. si perficitis, quod agitis; me ad uos uenire oportet. sin autem: sed nihil est opus reliqua scribere. ex primis, aut ad summũ secundis literis tuis constituere poterimus, quid nobis faciendũ sit. tu modo ad me uelim omnia diligentissime perscribas. etsi magis iam rẽ, quàm literas, *debeo, expectare. Cura ut ualeas: & ita tibi persuadeas,*

mihi

1. s. ad Att. ep. 18.

copiis .n. resistere, aut cadere fortiter, meũ officiũ fuit.

non licuit. perire. n. ante reditum Ciceronis.

mihi te carius nihil esse, nec unquam fuisse. Vale mea Terentia: quam esso videre videor, itaq; debilitor lacrymis. Vale. Pridie Kal. Dec. Dyrrhachij.

RVBER.

ACcepi} Dolet Cic. sicut, & superius, ꝙ sit culpa mœroris, & doloris suorum, & ꝙ ignaue discesserit, cum potuerit remanere in patria, si uoluisset se inimicis opponere. Deinde, quia scripserat Terentia se laborare, vt Cicero esset in tuto; dicit sibi esse facillimum, quia etiã inimici sui cupiunt, vt uiuat in iis miseriis. Deinde dicit se cupere fieri certiorem literis Terentiæ, qđ per eam, & eius amicus actum sit de ipsius restitutione. {Ab Aristocrito} liberto nostro, non quas scripsit, sed quas attulit a te. {Deleui} confeci. destruxi {Cõficior} consumor. {Culpa est mea} quę sola facit hominẽ miserũ. {Legatione} suscipiendo legationem aliq̃: cuius præsertim uitabatur infamiæ periculum, vt diximus supra de interfectoribus Cęs. qm̃ ut ostendit Liuius, ius legatorũ apud oẽs gentes semper inuiolatum fuit. {Copiis} facta multitudine armatorũ, qui me tuerẽtur. {Vel cadere} uel mori {Fortiter} animose cum laude resistẽdo & nõ fugiendo, {Hoc} quod feci. {Squalor} sordes quæ ex luctu, & mœrore fit. {Inimici} enumerat aliquot causas, quare spes salutis sit tenuis. {Excludere} tenere extra urbem. {Quod} quia. {Viuere} ut maior sit pœna in miserrima vita, q̃ in morte. {Dexippo} is erat vnus ex domesticis Cic. {Prædicant} aperte dñt. {Faxint} faciant. quod notandum est apud oratorẽ qm̃ quidam falso dñt id̃ esse poeticum. {Inprimis diebus} in initio magistratus eorum. {Si inueterarit} .i. longius deducta sit, & facta uetus. {Actũ est} .i. nihil fiet, quia res frigescet, & deseretur. {Eo nomine} .i. ea causa. {Istius oneris} curandi reditus mei. {Istic} Romæ. {Quod agitis} quod tractatis & quęritis s. ut redire possim. {Sin aũt} .s. non perficitis *a posiopesis est subauditur .n. actum est de me, vel aliquid tale. {Ad summum} .i. ad extremum, quod uulgo dr̃ ad plus. {Constituere} iudicare vel certe deliberare. {Rem} impetrationem reditus mei. {Videre videor} ex affectu amoris, qui te oculis meis videt subiicere. Virg. 4. Aen. Illum absens absentem auditq; videtq;. Et Ouid. in Ponto ad uxorem, Te loquor absentem, te vox mea nominat vnam.

ut Virg. I. s. Quos ego sed motos præstat cõponere fluctus.

ASCEN.

ACcepi, &c.} Iterum sibi dolori esse scribit quòd culpa sua sit causa doloris uxori, & liberis. & quòd ignaue discesserit, cum potuerit remanere in patria, si uoluisset se inimicis opponere. Dicit se facile vitã tutari, cum etiam hostes ipsum sic viuere velint. certior aũt fieri vult quid pro se egerint. Ordo est. Ego accepi ab Aristocrito .i. quas Aristocritus libertus noster attulit, tres epistolas, quas ego prope .i. fere deleui lacrymis. Enim .i. quia o mea Terentia, ego conficior .i. pereo mærore .i. tristitia. nec meæ miserię excruciant me magis q̃ tuæ & vestræ .s. oĩum, hoc est & tuæ & liberorum nostrorũ. Ego aũt sum hic .i. tanto, aut in hoc miserior, q̃ tu quæ es miserrima, ꝙ ipsa calamitas est cõis vtrisq; nostrum. sed culpa est mea propria .i. mea solius. Officium meum fuit, euitare periculum .s. exilij aut proscriptionis, legatione .s. causa honoris in aliq̃ prouinciam impetrata, vt pluribus contingebat, uel resistere .s. periculo diligentia, & copiis .i. manu armata, uel cadere fortiter, si resistere nequissem. Nihil fuit nobis miserius, turpius, indignius hoc .i. quàm hoc, quod patimur .s. modo. Quare cum .s. ita sit ꝙ afficior dolore tum etiã sup. afficior & multo magis pudore. Pudet .n. me non præstitisse .i. exhibuisse vxori optimæ, & liberis suauissimis uirtutem .i. fortitudinem animi diligentiam .s. in resistendo aduersariis. Nam squalor .i. sorditas, & situs vester, & mœror .i. mœstitia. & infirmitas valetudinis tuæ versatur mihi ante oculos dies & noctes. Autem .i. sed spes salutis ostenditur pertenuis .i. ualde tenuis. Multi sunt inimici .s. aperti, & pene oẽs sunt inuidi .i. inuidẽtes gloriæ meæ. Magnũ fuit eiicere nos, quia potuissem resistere, facile est excludere .s. eiectum. Sed tñ quãdiu uos eritis in spe .s. restitutionis meę: ego nõ deficiã .s. in procuranda salute, ne omnia .s. & exilium, & mansio in exilio videantur cecidisse culpa mea .i. per culpam meam. Id quod laboras modo .s. ut sim tuto .i. in loco tuto, est mihi nunc facillimum, vtpote, quem etiam inimici uolunt uiuere in tantis miseriis, quæ morte finirentur, quia, vt dicit Flaccus in epistolis, Mors vltima linea rerum omnium. Ego tñ faciam sup. ea quæ præcipis. Ego egi gratias sup. illis amicis quibus uoluisti: & dedi Dexippo .s. domestico nostro, eas literas sup quas uoluisti: & scripsi me esse factum certiorem a te de officio eorum .s. quos mihi significasti. Et .i. simul ego perspicio, & omnes prædicant Pysonem nostrũ .s. generum, esse mirifico studio & officio in .i. erga nos. Dii faxint .i. faciant ut liceat mihi frui tali genero præsertim simul tecum & cum liberis nostris .i. prole legitima. Nunc spes reliqua est in nouis trib pl. & quidẽ in primis diebus .s. magistratus eorũ. Nam si inueterarit .i. in obliuionem res abierit, actum .i. nulla spes est reliqua. Ea re .i. propterea ego misi statim ad te Aristocritum, vt posses scribere continuo ad me initia rerũ & rationes totius negotii. Et si imperaui quoq; Dexippo ita vt recurreret statim: & misi ad fratrem .s. Quintum, ut mitteret crebro i. frequenter tabellarios .i. nuncio literarum. Nam ego sum Dyrrhachij .i. in eo oppido Macedoniæ hoc tpe, eo nomine .i. ea ratione, ut audiam q̃ celerrime quid agatur .s. de me Romæ, & sim tuto .i. extra periculum, & in loco tuto. Ciuitas .n. hæc est defensa semper a me. cum .i. qñ inimici nostri dicentur uenire, tũ .i. tunc ibo in Epirũ. Quod scribis te uenturam ad me, si velim: ego vero .i. reuera cũ sciam magnam partem istius oneris sustineri abs te, volo te esse istic .i. vbi nunc es, hoc est Romæ. Si perficitis .s. tu & tui adiutores quod agitis .i. prætenditis, hoc est reditum meum, oportet me uenire ad uos. Sin aũt .i. sed si, sup. non perficitis, voluit dicere, miserrimum esse eam in exilio uiuere, aut eadem sequi, aut quid simile: qđ per aposiopesim decenter reticet, subdens: Sed nihil est opus scribere reliqua. Nos poterimus cõstituere i. decernere ex primis aut ad summũ .i. maximum oomerũ ex secundis literis tuis qđ sit faciendũ nobis. Velim modo .i. solũ modo sup. ut tu perscribas ad me omnia diligentissime. etsi .i. tametsi, ego debeo iã magis expectare rem .s. optatam q̃ literas .s. eam significantes. Cura ut valeas & persuadeas tibi ita, nihil esse mihi carius te, neq; fuisse vnquam. O mea Terentia vale: q̃ ego videor .s. per phantasiam ex desiderio coram videre. Itaque .i. & ita debilitor .i. fio debilis lacrymis .i. ob lacrymas. Pridie Cal. Dec.

ARG. Scripta est hæc epistola non solum dolenter, sed etiam molliter. argumentum est multiplex, quia respondet ad varia capita literarum Terentiæ.

Tullius S. D. Terentiæ, Tulliolæ, & Ciceroni, suis. 4

EGo minus sæpe ad uos do literas, quàm possum: propterea quòd cum omnia mihi tempora sunt misera; tum uero, cum aut scribo ad uos, aut uestras lego, conficior lacrymis sic, vt ferre non possim. quòd utinam minus uitæ cupidus fuissem, certe nihil aut non multum in uita mali uidissemus. quòd si nos ad aliquam alicuius cõmodi aliquando recuperandi spem fortuna reseruauit: minus est erratum a nobis. sin hęc mala fixa sunt: ego vero te quamprimũ, mea uita, cupio videre, et in tuo complexu emori: quando neq; dij, quos tu castissime coluisti, neq; homines, quos ego seruaui semper, nobis gratiam retulerunt. Nos Brundisii apud M. *Lenium Flaccum dies XIII. fuimus, virum optimum, qui periculum fortunarum, & capitis sui pro mea salute neglexit; neque *legis improbissimæ pœna deductus est, quo minus hospitij, & amicitiæ ius. officiumque præstaret. huic utinam aliquando gratiam referre possimus, habebimus quidem semper. Brundisio profecti sumus a v. kal. maias. per Macedoniam Cyzicum petebamus. o me perditum, o me afflictum: quid nunc rogem te, ut venias, mulierem ægram, & corpore, & animo confectam? non rogem? sine te igitur sim? opinor, sic agam, si est spes nostri reditus, eam confirmes, & rem adiuues. sin, ut ego metuo *transactum est: quoquo modo potes, ad me fac uenias vnum hoc scito, si te habebo, nõ mihi videbor plane periisse sed quid de Tulliola mea fiet? iã id uos uidete: mihi deest consiliũ. sed certe quoquo modo se res habebit, illius miselle et matrimonio, & famæ seruiendum est. quid Cicero meus quid aget? iste uero sit in sinu semper, & complexu meo. Non queo iã plura scribere; impedit mæror. Tu quid egeris, nescio, utrũ aliquid teneas, an, quod metuo, plane sis spoliata Pisonẽ, ut scribis, spero fore semper nostrũ. De familia liberata, nihil est, quod te moueat. primum tuis

iisdem consulibus scripta.

vide ep. 63. lib. 13.

Clodiæ, quæ uetabat Ciceronem tecto recipi intra quadringenta millia passuũ. epist. 4. l. 3: ad Att. & in oratione pro domo.

spes nulla superest. actum.

*ita promissum est, te facturam esse, vt quisque esset meritus. est autem in officio adhuc, Orpheus, praterea magnopere nemo. ceterorum seruorum ea caussa est, ut, si res a nobis abesset, liberti nostri essent, si obtinere potuissent; sin, ad nos pertinerent, seruirent, præterquam oppido pauci. Sed hæc minora sunt. Tu quod me hortaris, ut animo sim magno, & spē habeam recuperandæ salutis: uelim sit einsmodi, ut recte sperare possimus. nunc miser quando tuas iam literas accipiam? quis ad me perferret? quas ego expectassem Brundisii, si esset licitum per nautas, qui *tempestatem prętermittere noluerunt. Quod reliquum est sustentate, mea Terentia, ut potes. honestissime uiximus: floruimus. non uitium nostrum, sed virtus nostra nos afflixit. peccatum est nullum, nisi quod non una animam cum ornamentis amisimus. sed, si hoc fuit liberis nostris gratius, nos uiuere; cetera, quāquam ferenda non sunt, feramus. atque ego, qui te confirmo, ipse me non possum. Clodium Philaterum, quod ualetudine oculorum impediebatur, hominem fidelem, remisi. Sallustius officio uincet *omnes spes. *Cennius est perbeneuolus nobis: quē semper sperotui fore obseruantē. Sica dixerat se mecum fore, sed Brundisio discessit. Cura, quoad potes, ut ualeas: & sic existimes, uehementius me tua miseria, quam mea commoueri. Mea Terentia, fidissima atq; optima uxor, & mea carissima Tulliola, & reliqua nostra Cicero, ualete. Pridie Kal. Maij, Brundisio.*

facultatem, nauigandi,

alij legunt, oēs. Pescennius. neque est ignotum nomen Lactantius. l. 5 c. 25.

HVBER.

EGo minus} Scribit Cicero ad Terent. licet inferat mentionem filiorum. ostendit aūt, quanto dolore conficiatur cum ad suos scribere cogitur. deinde exponit, vbi sit, & quo iturus. & quia scripserat Terentia, se ad eum ituram si ei videretur: rescribit Cicero, quod sentiat. postremo. qđ egerit de familia seruorum de qua in j. ep. ad Terent. mentionem fecit, & eam hortatur, ut ualetudinē suā sustenret. Reliqua ex textu colliguntur. {Certe} saltem. {Aut non multum} quia cito periissem. Minus est erratum a nobis}. i. non peccauimus, si uitæ cupidi fuimus, dummodo aliqua spes sit {Fixa} firma, immutabilia, ut aliqñ nō possint in melius conuerti. {In tuo complexu} in tuis vlnis. Naso ad vxorem, Atq; utinam lugenda tibi non uita, sed esset Mors mea: morte fores sola relicta mea. Speritus hic per te patrias exisset in oras: Sparsissent lacrimę corpora nostra piæ. {Retulerunt g} reddiderunt nobis quod meruimus {Neglixerit p.} quia lata fuerat. acerrima lex, ut diximus lib. 1. in eos qui, Cic. excepissent, quia erat ei interdictum aqua & igni. {Legis} ne quispiam me reciperet {Habebimus}. s. animo. s. semper erimus, memores, & existimabimus nos ei obligatos. {Profecti sumus} discessimus. {Cyzicū}. Cyzicus ciuitas Asię in Propōtide ab Aemoniis condita, ut ostendit Ouid. in 1. Tristium siue Ponti. nam utrunq; opus in Ponto factū est: Hinc Propontiacis hærentem Cyzicō oris Cyzicon Aemoniæ nobile gentis opus {Rogem} cum interrogatione legendum est. {Confectam} debilitatam, afflictam. {Corpore} propter valetudinem {Animo propter fortunam nostram & dolores, quos capis {Sim} pro eo {Sic agam} ut sim sine te. {Transactum} actum & sine ulla spe. Sed quid de Tulli.} latēter subdit causam ne vadat. {Misellæ}. s. Tulliolæ matrimonio, ne discedat a marito. {Teneas aliquid} de bonis nostris, propter quę ad Tabulam Valeriam eam deductam se audisse supradixit. {De familia} seruorum, ut diximus in 1. epistola ad Terent. {Liberata} manumissa. ita. n. scripserat Cic. se fecisse. {Tuis} seruis. {Vt quisque esset meritus}. i. te & retenturam in seruitute qui mererentur, & manumissuram etiā qui bene essent meriti. {Est in officio} i. fideliter seruit. Præterea}. i. præter eum. Virg. in 11. Si duo præterea tales. Idæa tulisset Terra uiros. {Liberti nostri}. i. manumissi. Si res a nobis abesset}. i. si nihil ad nos pertineret. {Oppido} ualde. {Ea causa} i. talis {Minora}. i. parua. comparatiuum pro positiuo. {Recte} cum aliquo effectu. {Quando} interrogatiue lengendum est. q. d nunquam. {Si esset licitum} si mihi permissum esset a nautis. {Floruimus} translatio est. Ouid. Nos quoq; floruimus, sed flos fuit ille caducus. {Quod non amisimus animam cum ornamentis} id est, nisi in hoc, quod non mortui sumus, cum dignitatē amitteremus. i. cum eiiceremur ex urbe, quod facere debuimus {Me non possum} confirmare. {Remisi} Romam. Veletudine} morbo. {Fidissima} & blanditur, licet esset impudica, vt tali iudicio, & laude eam alliceret ad honestatem. sic Ouid. ad uxorem cum esset relegatus: Adde quod & rerum sola est tutela mearum, & paulo post. Nam tua dum stetimus turpi sine crimine mansit. Et tandem probitas irreprehensa fuit. Terentiam autem turpiter se egisse scribit Plutarchus.

ASCEN.

EGo, &c.} Scribit ad Terent. licet inferat mentionem liberorum, ostendens quanto dolore conficiatur, cum ad suos scribere cogatur. Deinde exponit vbi sit, & quo iturus, docens an Terentiam ad se venire uelit, & alia quædam hoc ordine. Ego dominus sæpe literas ad vos q̃ possum, hoc est darem sæpius, si uellem: qꝛ tum. i. pariter omnia tempora sunt mihi misera. i. afflicta, tū vero. i. sed tunc maxime & quasi ad verū cū i. qñ ego aut scribo ad uos, aut lego vestras. s. literas, conficior. i. consumor lacrymis sic vt non possim ferre. i. sustinere. Quod. i. propter quod vtinam fuissem minus. i. non tam cupidus vitæ, certe nos nihil aut non multum mali vidissemus in vita. s. nostra. Quod si fortuna reseruauit nos ad aliquam spē alicuius commodi recuperandi aliqñ. i. tandem: minus i. non tam multum est erratum, a nobis. sin hæc mala sunt fixa. i. firma, & diuturna. ego vero cupio videre te, o Terentia, mea vita, & emori in complexu tuo i qñ. i. quandoquidem, neq; dii quos tu coluisti castissime, neq; homines quos ego seruaui i. saluos feci semper retulerunt nobis gratiam. s. pro benefactis nostris. Id autem de Deo impium est cogitare nedum scribere, sed miseris sępe caligant oculi. Nos fuimus dies 13. Brundusij apud M. Lenium Flaccum, uirum optimum, qui neglexit periculum fortunarum & capitis sui pro salute mea. quia comitatum mihi præstitit, in quo si deprehensus fuisset, & rem & vitam amisisset. Neque deductus est. i. absterritus aut amotus pœna. i. propter pœnam, improbissimæ legis s. qua interdictum erat Cic. aqua & igni: & quicunque eum hospitio recepisset, pœnę capitali subiectum iri cautum est. quo minus. i. ut non præstaret ius & officium hospitij, & amicitiæ. Vtinam nos possimus referre aliqñ. i. tandem gratiam. s. parem, quidem. i. certe, aut saltem habebimus s. in animo semper s. donec viuemus. Nos sumus profecti. i. discessimus Brundusio ad V. Cal. Maii per macedoniam, & petebamus Cyzicū vrbem Asiæ in Propontide ab Aemoniis conditam. o me perditum, o me afflictum: quid (deliberantis est, & nescientis quid facere debeat) sup faciam, rogem. i. præter ne te nunc mulierem ægram & confectam. i. consumptam, & corpore & animo ut uenias. s. ad me? q. d. id non decere. Non rogem. i. nunquid debeam non rogare? Igitur. i. si non rogem ut venias, sum t oportet me esse sine te, q. d. id tristissimum fore. Opinor, quasi inuento consilio; ego agam sic. Si spes reditus nostri est, sup tu cōfirmes causam & adiuues rem. i. medium quo fiet, aut rem familiarem. Sin ut ego metuo, est transactum. i. penitus actum & desperandum de reditu meo: fac venias ad me quoquo i. quocūq; modo potes. Scito hoc vnū. si habebo te, ego nō videbor mihi periisse plane .i. omnino. Sed sup si veneris, quid fiet de Tulliola mea. s. filia? videte iam uos, qui domi estis, id: quia consilium. i. uirtus deliberatiua nō est mihi: sed certe quoquo. i quocunq; modo res habebit se, seruiēdum. i. consulendū est & matrimonio & famæ illius misellæ. s. ne amissa per inopiam, aut desolationē fama repudietur. Quid Cic meus. s. filius faciet, sup. Tu vero iis. s. si hic esses semper in sinu, & complexu meo: uoluit addere, & ille miser mēdicabit: aut qđ tristius, quia etiam pudicitiæ illius īminebat piculum. Ego non queo iam scribere plura mœror impedit. nescio quid tu egeris, verū teneas aliquid. s. rei, an qđ metuo, sis spoliata plane. i. oīno. Ego spero, ut scribis, Pisonē. s. generū nostrum, .i. futurū sp nostrum. i. nobis fauentem. Nihil est qđ mouear. i. mouere & turbare debeat de te familia liberata i. de manumissione seruorum. Profugiens. n. Cicero, ne serui in alienā potestatē uenirēt, aut spe libertatis obtinendæ in dñm insurgerent, manumisit eos, sed tñ non oēs, quia qui vxori nomine dotis erant in eius arbitrio reliquit. vnde addit. Primum q. d. prima est ratio ut non mouearis, promissum est te facturā esse tuis. s. seruis, ita ut quisq; esse meritus. Aūt. i. sed Orpheus est adhuc in officio. i. debito seruitio, præterea i. præter eū nemo ceterorū seruorum magnopere, sup. in officio est Causa est ea. i. talis. i. hoc consilio id feci, ut, si res. i. possessio iusta abesset a nobis. i. essemus priuati omni re nostra, ipsi manumissi essent liberti nostri, si potuissent obtinere. s. confirmationem manumissionis; sin. i. sed si ipsi pertinerēt ad nos. s. iure, licet omnia nostra essent subrecta, ipsi seruirent. i. manerent in seruitute præter q̃ oppido. i. valde pauci qui

forte

forte manumitterētur vt dñm persequerentur. Sed hęc sunt mi nota.s.dāua. Tu q̄ hortaris me, ut sim aīo magno,& habeā spē salutis recuperandæ. ego velim sup.ut id sit eiusmodi, ut possimus sperare recte.i.non frustra. Nunc miser, quia procul abes, qñ accipiam literas tuas?quis perferret ad me?quas.s.literas,ego expectassem Brundusij,si licitū esset.i.licuisset.i.permissum fuisset per nautas,qui noluerunt prætermittere tempestatem i.temporis & auræ oportunitatem,ergo tempestas etiā bona est.Qđ reliquum est,mea Terentia,sustenta te, ut potes. nos uiximus honestissime.floruimus.s.in foro & senatu.non vitiū nostrū, sed uirtus nostra, quia viriliter cōiuratos afflximus,afflixit nos.nullū peccatum est.s nobis,nisi q̄ non amisimus vna.i simul cū ornamentis.s.uostris,animam.i.vitam sup. nostrā. Sed si hoc.s.nos viuere fuit gratius.i.utilius liberis nostris,feramus cetera,q̄q̄ nō sunt ferenda.Atq; ego,qui confirmet.i.quod dñt, consorto te, possum.s.confirmare me.Ego remisi tibi Clodium Philetærum vnum e familia,q̄.i.quia,impediebatur ualetudine.i.mala dispositione oculorū, appositorie hominem fidelem. Sal.s.seruus aut libertus uoster,(non.u.de Crispo illo historico loquitur} vincēt omnes spes.s.quas de eo habuimus, officio s.impertinendo. Cennius,alter libertus,est perbeneuolus:quem spero fore semp obseruantem.i.cultorem tui.Sicca,alter familiaris,dixerat se fore semper mecum,sed discesserat Brundisio,ita a me, qui eram Brundisij, nisi forte Brundusij, ita legendum sit, ut discesserat Brundusij sup.a me.Cura,quoad potes ut valeas:& existimes sic me commoueri vehementius miseria tua q̄ mea. O mea Terentia fidissima atq; optima vxor,& filiola mea carissima s.Tullia,& Cic.spes nostra reliqua.i.sola relicta,ualere.Pridie Cal.Maias.i. vltimo aprilis Brundusio i.ex eo oppido maritimo in Italia.

PAVL. MAN.

PRæterea magnopere nemo ceterorum seruorū ea caussa est,&c.) sic antea in libris impressis. ego distinctione tm, locum restituo,ut ita legatur.præterea magnopere nemo ceterorum seruorū ea caussa,est ut,si res,&c Quoniam autem non ita apertus uidetur sensus,pluribus verbis exponemus. Cicero veritus amissionē seruorū cum tota re manumisit eos, hac conditione,ut, si per legem Clodiam bonis omnibus priuandus esset, ij suo beneficio liberti essent si modo id per, Clodium licuisset; sin autem lex seruos non adimeret,& ut ad ueterem dominum pertinerent, concederet; seruirent, ut antea,præterq̄ pauci,quos bene meritos omnino liberato vellet.Dixit autem, ceterorum seruorum, intelligens suos. nam ex Terentiæ seruis neminem manumiserat, tm ius, eam facturam esse,vt quisque esset meritus, promiserat.

ARG. Scripsit hanc aliquot annis post superiores, L. Paullo C. Marcello cos.cum ex prouincia Romam rediret,significat de nauigatione sua, de literis acceptis, de hereditate Prætiana.

Tullius S. D. Terentiæ, & Tulliolæ, suis. 5

*SI tu, & Tullia, lux nostra, valetis, ego & suauissimus Cicero ualemus. Pridie id. Oct. Athenas uenimus, cum sane aduersis uentis usi essemus, tardeq; & incommode nauigassemus. de naui exeuntibus nobis *Acastus cum literis præsto fuit, vno & uigesimo die, sane strenue. Accepi tuas literas: quibus intellexi te uereri, ne superiores mihi redditæ non essent. omnes sunt redditæ; diligentissimeque a te perscripta sunt omnia; idq; mihi gratissimum fuit. neque sum admiratus hanc epistolam, quam Acastus attulit, breuem fuisse. iam enim me ipsum expectas, siue *nos ipsos: qui quidem quamprimum ad uos uenire cupimus. etsi, in quam remp. venimus intelligo cognoui enim ex multorum amicorum literis, quas attulit Acastus, *ad arma rem spectare: ut mihi, cum uenero, dissimulare non liceat, quid sentiam. sed, quando subeunda fortuna est, eo citius dabimus operam, ut ueniamus, quò facilius de tota re deliberemus. tu uelim, quod commodo valetudinis tuæ fiat, quam longissime poteris, obuiam nobis prodeas. De hereditate Prætiana, quæ quidem mihi magno dolori est, (ualde enim illum amaui) hoc velim cures; si auctio ante meū aduentum fiet, vt Pomponius, aut, si is minus poterit *Camillus nostrum negotium curet. nos cum uenerimus, reliqua per nos agemus. sin tu iam Roma profecta eris, tamen curabis, ut hoc ita fiat. nos, si dij adiuuabunt, circiter id. Nou. in Italia speramus fore. Vos, mea suauissima, & optatissima Terentia, & Tulliola, si nos amatis, curate ut ualeatis. Athenis, ad xv. Kal. Nou.*

uide ad Atticū ep. 9. lib. 6.

erat.n.cum ipso, & filius, & frater, & fratris filius. bellum iminere inter Cæsarē, & Pōpeiū,

is est, de quo ep. 20. l. 5. & ad Att. ep. 23. lib. 11.

HVBER.

SI tu,&c.} Primum Cicero scribit se nauigasse Athenas aduersis uentis,cum haberet secum Cic.filium.deinde significat se accepisse literas Terentiæ,& aliorum multorum, ab Acasto allatas: ex quibus ostendit se intellexisse bella ciuilia fore.Postremo orat eam,ut sibi aduenienti,quam longissime poterit,obuiam procedat & instruit eam, quid agere debeat de hereditate cuiusdam Prætiani.{Suauissimus} iucūdissimus {Cicero} filius. {Vno & uiges} i. vigesimo primo post discessum suum Roma.{Sane}valde. {Strenue} *Celeriter.nam strenuus & fortem significat, & celerem. Sallust. Nam aut quisque strenuus ceciderat in bello. Ouid. de Galantide in mustellam mutata: Priscaq; streuuitas mansit i. celeritas uel agilitas {Ne non essent}.i.ut non essent. {Siue nos} correctio, quia habebat filiū secum.{In quam}.i.qualem.q.d.turbulenta. {Spectare} pertinere, tendere. {Ad arma} ad bella, quia Cæsar magnis rebus gestis in Cæltis, ad Galliam, Italiæ proximam,circa Eridanū exercitum duxerat,ad quē multi cōfluxerant.ea iis igitur suspicabatur Cicero bella futura:aut quia iam mortua Iulia magnus timor apud omnes erat dissensionis inter Cæsarē & Pomp.{Dissimulare} occultare.{Illum} Prætianum,hic.n.moriens scripserat heredem Cic.fuerat autem iurisconsultus,vt supra ad Trebatium libro septimo,Quod scribis de illo Prætiano iuriscons.ego te ei non desino commendare.{Auctio} venditio per actionem ut alio loco diximus. Iuuen. Si coniugis auctio fiat.{Eris profecta} discesseris.

ne epist. 28. lib. 14. ad Atticum.

ASCEN.

SI tu,&c.} Scribit se nauigasse Athenas aduersis ventis,cum haberet secum Cic filium.deinde significat se accepisse literas ab uxore.& postremo orat,ut sibi obuiam veniat, q̄ longissime valeat,docens quid agere debeat de hereditate quadam. Ordo est.Si tu,& Tullia lux nostra valetis.{conceptio est personarum} ego & Cicero suauissima.s. filius noster. valemus.eadem est figura.Nos venimus.i.applicuimus nos Athenas pridie idus Octob. cum usi essemus uentis sanæ.i.multum aduersis,& cum nauigassemus tarde,& incōmode Nemo tñ si tam stolidus,ut a cal Ma.quibus Brundusio soluit, super aquas fuisse putet,quia tunc Cic. secum non habuit, & postea Dyrrhachij moratus est.vnde hæc epistola longe post scripta est,neq; tum seruata est ratio temporum colligendis epistolis. Acastus.s.libertus noster.fuit præsto.i.præsens & paratus cum literis.s.dandis, nobis exeuntibus naui,vno aut primo & vigesimo die.s.post discessum suum Roma.Ego accepi literas tuas,sane.i.multum strenue quibus intellexi te vereri, ne superiores.s.literæ tuę non essent redditę mihi.Omnes sup literæ sunt redditæ, & omnia perscripta a te diligentissime,& id fuit mihi gratissimum Neq; sum admiratus hanc epistolam,quam Acastus tulit, fuisse breuem. Tu .n.expectas iam me ipsum, siue nos ipsos,hoc est me, & filiū qui quidem cupimus venire quāprimum.i.valde cito ad uos Etsi.i. quanquam intelligo, in quam.i.qualem remp nos uenimus media longa,est.n.præsentis temporis.q.d.in turbulentissimā. Ego enim cognoui ea literis amicorum quas Acastus attulit,rem spectare.i.tendere & inclinare ad arma.i.bella ciuilia.Quia iā mortuam intellexit Iuliam,Iulii Cęs.filiam,vxorem Pompeii & Pōpeium Cæsaris potentiæ, quæ in Gallia maxima erat, resistere uelle.sic sentit Hubertinus.Veruntamen,quia id multo post cōtigit,(nam Cic.post reditum Ciliciam obtinuerat prouinciam, a qua reuersus hanc commotionem reperit}dicamus ad arma.i. ad resistendum inimicis ui,ut non liceat mihi,cum venero,dissimulare,quid sentiam.Sed qñ.i.qm̄,fortuna i.dubius euentus rei est subeunda,nos dabimus eo citius operam,vt veniamus, quo .i.ut deliberemus facilius de tota re. Velim sup. ut tu properes obuiam uobis,q̄.i.quantum poteris lōgissime, qđ fiat cū cōmodo valetudinis.i. sospitatis tuæ. Ego uelim cures de hereditate Prætiana.i.quæ nobis obuenit per testamentum Prętij iurisc. nuper.defuncti,quæ quidem est mihi dolori,(ego.n amaui illum .s.Prætium, valde} hoc,si auctio.i.venditio rerum per auctionē qua res dantur plurimum offerentibus,fiet ante aduentū meum Pomponius.s.Atticus,aut si iis minus i.nō poterit,ut Camillus curet negotium nostrum,vt pars hereditatis sit nobis integra. Nos cum venerimus.s.in vrbē salui,agemus reliqua per nos.Sin .i.sed si tu, eris iam profecta Roma; tñ curabis.s per nūcios,aut

literas vt hoc fiat ita i.ut res curetus per Pomponiū aut Camillum. si dij adiuuabūt nos speramus fore in Italia circiter Id. Nouēb, Vos o mea suauissima & optatissima & Terentia}Tulliola.s. filia, si amatis nos, curate vt ualeatis. Athenis, ad xv. cal. Nou.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Missum est epistolium: nam & excusat se quod raro scribat; & de prædij venditione ait se cognouisse; & petit, vt satisfaciat cuidam; & Pollucem seruum ad se, mitti cupit.

scripta est Lentulo & Marcello cos. cum iā in Græciā ad Pompeium transisset.

CICERO S. D. TERENTIAE SVAE. 6

NEc sæpe est cui literas demus: nec rem habemus ullam, quam scribere uelimus. Ex tuis literis, quas proxime accepi, cognoui prædium nullum venire potuisse. quare uideas uelim, quo modo satisfiat ei, cui scis me satisfieri velle. Quod nostra tibi gratias agit, id ego non miror te mereri, ut ea tibi merito tuo gratias agere possit. Pollicem, si adhuc, non est profectus, quamprimum fac extrudas. Cura vt ualeas. Idibus Quint. Vale.

NVBER. NEc sæpe} exponit Cicero, quid ex literis Terentiæ intellexit. postremo petit ab eo, vt celeriter emittat ad se Pollucem seruum. {Prędium} possessionem. {Venire} vendi. {Satisfiat} soluatur. {Nostra}.s. filia. hæc.n. pronomina sine substantiuo posita maritos, vxores, filios, filias, ue comprehendunt, sicut & genitiui propriorum post nomina propria positi. Ouid. Hāc tua Penelope, subaudit, uxor. & Virg. Hectoris Andromache.s.uxor. Deiphobe Glauci.s. filia. {Pollucem} seruum. {Extrudas} eiicias, remittas.

ASCAN. NEc sæpe, &c.} vt docuit, quid e Terentia intellexit, monet ad se seruum mittat, dicens, Nec est sup. aliquis sæpe cui demus.i.dare possimus literas: nec habemus vllam rem quā velimus scribere. Ego cognoui ex literis tuis, quas accepi proxime, nullum prædium.s.nostrum potuisse venire.i.vendi Quare velim sup ut omnes videatis quō satisfiat.i.satisfieri possit ei, cui scitis me velle satisfieri. Quod nostra.s.filia agit tibi gratias, {non ei go ad filiam scribit} ego non miror te mereri id, vt ea possit agere tibi gratias merito tuo.i pp meritum tuum. Fac ea tiudas i.ui extra cogas quamprimum Pollucem.s.seruum nostrum, si non est adhuc profectus.i.si non est iuit ad nos venturus. Cura vt valeas. Scriptum sup. Id. Quintilis, sup. mensis.i.eius qui nunc Iulius dicitur Ridiculum est huic, & superiori addere, Vale, & Valete, cum præmissum sit Cura ut valeas, & Curate vt ualeatis.

POllicem} antea. Pollucē. nos aliquot abhinc annis emēdauimus, Pollicē, ex uetustis libris, & lib. 14. ad Atticū quo in lib circa finē ita scribit. Pollex quidē, vt dixerat, ad id' Sex. ita mihi Lanunii pridie iduū p̄sto fuit, sed plane polex, nō index.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Exponit vxori, quomodo, eiecta bili, sanatus sit; & hortatur, ut bono animo sint. postremo ostendit, vbi commode degere possit.

Lentulo & Marcello cos.

CIC. S. D. TERENTIAE SVAE, 7

OMNES molestias, et solicitudines, quibus et te miserrimā habui, id quod mihi molestissimū est Tulliolāq; quæ nobis nostra uita dulcior est, deposui, & eieci. quid causæ autem fuerit, postridie intellexi, quàm a nobis discessi. χολὴν ἄκρατον noctu eieci. statim ita sum leuatus, ut mihi deus aliquis medicinam fecisse videatur, cui quidem tu deo, quemadmodum soles, pie, & caste satisfacias, id est Apollini, & Aesculapio. "Nauim spero nos ualde bonam habere. in eam simul atq; conscendi, hæc scripsi. deinde conscribam ad nostros familiares multas epistolas: quibus te, & Tulliolam nostram diligentissime cōmendabo. cohortarer uos, quo animo fortiore essetis, nisi uos fortiore cognoscerem, quàm quenquam uirum: & tamen eiusmodi spero negotia esse, ut & uos istic commodissime sperem esse, & me aliquando cum similibus nostri rēp. defensurum. Tu primū ualetudinem tuā uelim cures deinde, tibi si uidebitur, uillis ijs utare, quæ longissime absunt a militibus. fundo Arpinati bene poteris uti cum familia urbana, si annona carior fuerit. Cicero bellissimus tibi salutem plurimam dicit. Etiam atque etiam uale. Datum VII. id. Iun.

qua I Græciā ad Pōpeiū transmitteret.

NVBER. OMnes} Primum scribit Cicero, se eiecisse magnas molestias, quibus & ipsam Terentiam cruciabat. & filiā Tulliam. id aūt ita factū esse dicit, quia cholerā putam eiecit quam contraxerat ex mœrore, vt fit Deinde dicit, se scripturum ad amicos suos, quibus cōmendabit & Terent. & Tulliā & ostendit se habere bonam spē sui reditus in patriā. Postremo monet Terent. in quibus uillis cōmode esse possit. {Quibus} pp quas. {Habui te miserrimā} afflixi te {Id quod}.i.quod.s.te habuisse miserrimam. {Dulcior} carior. ita.n. parentes & dicere & existimare solent. Virg. Nate mihi uita, quondā dum uita manebat. Care magis. {Quid causæ}.s. q eiecerim illas molestia. {Postridie} postremo die {χολὴν}.i.bilē, choleram. {ἄκρατον} purā {Eieci} expui, euomui. {Leuatus} alleuiatus, ut ita dicam. {Satisfacias} soluas uota {Simul atq;} postq. {Quenq̄} quemlibet. {Virum} cuius proprie est fortitudo. nam uir a virtute dr {Eiusmodi} talia. {Aliqñ} tandem. {Cum similibus nostri} cum uiris bonis. {Vt primum} duæ dictiones sunt. ordo aūt est. Velim primum, ut cures valetudinem, deinde, &c. {Vtare} pro habitatione tua habet. {Fundo} agro. {Cum familia urbana} cum omnibus, quos in urbe soles habere domi: nam minoris constat res Arpini, q̄ Romę. {Annona} frumentum. {Bellissimus} diminutiuo blandimenti gratia vsus est.

ASCEN. OMnes, &c.} Dicit se hilarationem effectum pollicens scribere ad amicos pro suorum cōmendatione, docensq; Terentiam in quibus villis degat. Ordo est. Ergo deposui, & ieci oēs molestias, & solicitudines, quibus.i.in quibus ego habui &.i simul, te.s coniugem meam miserrimam, id quod est molestissimum mihi. quæ res est mihi grauissima. Et.i. simul, sup. habui Tulliolā.i.filiā nostram miserrimā, quæ est nobis dulcior.i.delectabilior uita nostra. Hubertinus exponit, quibus.i. pp quas habui.i.affeci, & te, &c. sed non procedit, non.n. solicitudinibus suis affecit aut afflixit uxorem & filiam, sed inter solicitudines habuit.i.annumerauit eas afflictas. miserrimasq; Autem.i. sed ego intellexi postridie.i. die proxime sequenti postq̄ discessi a vobis, quid causæ fuerit.s. q molestias eiecerim, quia ego eieci statim χολὴν.i.choleram ἄκρατον.i.puram ac merum noctu, & sup. sum leuatus.s. grauedine morbi, ita ut deus aliquis videatur fecisse mihi medicinā.i.me curasse, quia deorum curatio est subitanea. Cui quidem deo tu satisfacias i.persoluas uota debita, pie, & caste, quemadmodū soles. h.d. ut si non fuerit solita, incipiat assuescere Sane erubescendum est nobis, si Ethnici non putauerunt deos suos, qui demonia sunt, non posse placari, nisi pie, & caste satisfiat, si putauerimus Deum verum ab impiis, aut immūdis placari posse. Sed dicet forte aliquis, si dii gentium dæmonia sunt, qūo & pietatis, & castitatis amatores erāt? Ad q respondere licet. non pp bonū hominem ab illis virtutes laudatas, sed ideo, ut ueros dei honores, qui sine pietate & castitate nulli sunt, sibi vsurparent, quibus nihil dulcius illis contingere pōt. nam in illa peruersa cupiditate æquandi se deo, in quā ceciderunt, obstinati sunt: adeoq; idololatriā introduxerant, non solum vt homines in errore tenerent, & a celestibus sedibus arcerent; sed etiam ut deo laudem pręriperent, aut ideo ut homines in illo errore perstringerent, sciebant.n quia amor virtutum inscriptus est pectoribus nostris pp syntereσin nihil probari posse quod nō sit virtuti consonum, atq; ita minime diis accomodandum videri. Vt ergo in idolatria genus humanū semper tenerent & ut uarias superstitiones, & ludorum, & ceremoniarum gentilium astruerent, uirtutum, quæ negari non poterant, se finxerunt amatores. Sed ordinē persequamur. ne forte ignoraret Terentia cui deo satisfaciendū sit addit, Appollini, & Aesculapio.s. Apollinis filio, qui summi medici putati sunt. Ego spero nos habere nauem ualde bona. Dixi prius epistolas non esse repositas quo ordine scriptæ sunt. nam hæc scripta erat, cum Athenas profugeret cum filio. Et in illa, Si tu & Tullia, &c. significauit se redire. ego scripsi hæc simul atq;.i.immediate postq. conscendi in eam. Deinde i.posthac conscribam.i.simul scribam, ad familiares nostros multas epistolas, quibus.s.epistolis, aut quibus.s. familiaribus ego commendo diligentissime te & Tulliolam nostram. Cohortarer uos, quo, id est, ut essetis fortiores animo nisi cognoscerem uos fortiores. q̄ quenquam uirum: & tñ spero negotia.s.nostra, esse eiusmodi, ut sperem &.i.simul, uos esse commodissime istic.s. Romæ & me defensurum aliqñ remp.

cum

cū similibus nostri, vtpote cōmunis boni & iustitiæ amatoribus. Velim sup. vt cures primum valetudinem tuam: deinde, si videbitur tibi, vetere iis villis quæ absunt longissime a militibus Tu poteris bene vti fondo Arpinati. i. iuxta Arpinum cum familia urbana. i. ea quam Romæ habere solemus, si annona fuerit cariori. i. nimis cara, sup. Romę. Cic. bellissimus. i. maxime bonus & lepidus filius noster. dicit tibi etiam atque etiam plurimam salutem. Vale. Datum tertio Idus Iunii.

PAVL. MAN. **I** E est Appollini, & Aesculapio] hoc totum suspicor in margine ab aliquo fuisse scriptum qui vellet nomen eius dei ponere, quem Cicero significat deinde qui librum exscripserūt Ciceronis verba falso existimantes, receperunt in ordinem verborum, quod glossematis uice fuit. nihil tō immutaui: quando scripti libri, vt impressum est, omnes habeot.

ARG. Rogat uxorem, ut ualetudinem curet. laudat eius diligentiā eaque vt deinceps vtatur, mandat.

Lentulo & Marcello cos.

CIC. S. D. TERENTIAE SVAE. 8

SI uales, bene est: ego quidem ualeo. Vale tudinem tuam uelim cures diligentissime nam mihi & scriptum, & nuntiatum est te in febrim subito incidisse. Quod celeriter me fecisti mihi gratum. item post hac, si quid opus erit, si quid acciderit noui facies vt sciā Cura ut ualeas. Vale datum IIII. non. Iun.

HVBER. **S**I uales] Hortatur Cicero Terentiam, ut curet valetudinē suam, intellexerat ea febri laborare. Deinde dicit gratum sibi fuisse, φ ab ea de leteris Cæsaris certior factus esset.

ASCEN. **S**I uales] Monet, vt salutem curet; & diligenter, quæ scire oporteat, perscribat, dicēs si vales, bene est: ego quidem ualeo. Velim sup. ut cures diligentissime valetudinem tuā nam & scriptum & nuntiatum. Lote est mihi te incidisse subito in febrim. Quod fecisti me certiorem celeriter de literis Cæs. i. quas Cæsar misit, fecisti mihi gratum. Tu facies item i. similiter posthac, vt sciam, si quid erit opus, si quid acciderit noui. Cura ut valeas, &c.

ARG. Significat dolorē suum ex Dolabellæ, generi sui, Tulliolæq; filiæ valetudine.

CICERO S. D. TERENTIAE SVAE. 9

Iisdem consulibus, opi nor.

AD ceteras meas miserias accessit dolor e Dlabellæ valetudine, & Tulliæ. omnino de omnibus rebus nec quid consilij capiam, nec quid faciam, scio. Tu velim tuam, & Tulliæ valetudinem cures. Vale.

HVBER. **A**D ceteras] Hæc epistola videtur fuisse scripta eo tēpore quo iam Tullia nupserat Dolabella. Miserias] molestias. Accessit] additos est. Valetudinē] pp ægritudinē.

ASCEN. **A**D ceteras, &c.] Hæc epistola videtur longe alio tempore scripta. nam durante exilio, Tullia erat nupta Pisoni Crassipedi: Dolabellæ aūt nupsit, dum esset imperator in Cilicia paulo ante bellū ciuile. dicit autem se dolere de valetudine Dolabellæ hoc ordine, Dolor ex valetudine. i. mala dispositione Dolabel. scilicet generi nostri, & Tulliæ, scilicet filiæ nostræ, accessit, id est, additus est ad ceteras miserias meas. Omnino nec scio penitus de omnibus rebus quid consilii capiam, nec quid faciam. Velim, sup. ut tu cures valetudinem tuam, & Tulliæ,

ARG. Mandat, vt cum Attico colloquatur, literas mittat.

CICERO S. D. TERENTIAE SVAE. 10

Iisdem consulibus ante quam ad Pompeium in Grecia nauigaret.

QVID fieri placeret, scripsi ad Pomponium, serius, quām oportuit. cum eo si locuta eris, intelliges quid fieri velim. apertius scribi, quando ad illum scripseram, necesse non fuit de ca re, & de ceteris rebus quamprimum velim nobis literas mittas. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. VII. id. Quint.

HVBER. **Q**Vid fieri] Excusat Cicero se, φ apertius ad Terent. non, scripserat, quid fieri vellet quia scripsit ad Pomp. ex quo illa poterit omnia intelligere. Serius] tardius Scripseram] sc. ad te Quando] quoniam.

ASCEN. **Q**Vid, &c.] Dicit se scripsisse: monet vt vxor scribat, & ualetudinem curet, dicens, Scripsi ad Pomponium. s. Atticum serius. i. tardius, quàm oportuit, quid placeret, sup. mihi fieri. s. a uobis. Si tu locuta cum eo, intelliges quid velim fieri. Non fuit necesse scribere apertius, qm i. quoniam scripseram ad illum. s. optimum amicorum. Ego velim, sup. vt mittas nobis literas quamprimum de ea re, & de ceteris rebus. Cura diligenter valetudinem. VIII. idus Quintiles. i. Iulias, aut Iulii mensis postea dicti.

CICERO. S. D. TERENTIAE SVAE. 11

Scripta uidetur post victum Pō peiū, ut ens ex epistolo. 15. h. l. cognoscitur.

SI uales, bene est: ego ualdo. Tullia nostra venit ad me prid. id. Iun. cuius summa uirtute, & singulari humanitate, grauiore etiam sum dolore affectus, nostra factum esse negligentia, ut longe alia in fortuna esset, atque eius pietas, ac dignitas postulabat. Nobis erat in animo, Ciceronem ad Cęsarem *mittere, & cum eo Cn. Sallustium. si profectus erit, faciam te certiorem. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. XVII. kal. Quint.

ep. 17. l. 11. ad Atticum

HVBER. **T**Vllia] Significat Cicero, maiore dolore affectum esse Tulliæ, filiæ suæ, ad se aduentu, quia cognoscit culpa sua esse factum vt illa esset in deteriore fortuna q̄ mereretur: deinde se missurum filiū ad Cęsarem. Longe] valde. Alia] trifliore & deteriore. Atque] q̄. Pietas] ergā me.

ASCEN. **S**I vales, &c.] Dicit Tulliam suam ad se venisse; eiusq; pietatem commendat, dicens, Si vales bene est ego quidem valeo. Tullia nostra. s. filia venit ad me. s. in villam nostram pridie idus Iunij. cuius summa virtute & singulari humanitate i. pp cuius uirtutem & singularem humanitatem, ego sum affectus etiam grauiore dolore, quod bona esset, sed factum esse negligentia nostra. (Videtur de sua solius loqui, vt ipsa esset in fortuna longe alia. i. diuersa & miseriore multo) atque. i. q̄ pietas, ac dignitas eius postulat. In animo erat nobis. i. nos uolebamus mittere Ciceronem. s. filium, ad Cęsarem. s. Iulium & Cn. Sallustium cum eo. s. Ciceroni. s. Cicero erit profectus. i. quando discesserit, faciam te certiorem Cura diligenter ualetudinem tuam. XIIII. Cal. Quintiles. i. Quintilis mensis, qui nunc Iulius dicitur.

CICERO S.D. TERENTIAE SVAE. 12

Cæsare & Seruilio cos.

QVod nos in Italiam saluos venisse gaudes, perpetuo gaudeas velim. sed perturbati dolore animi, magnisq; iniurijs, *metuo, ne id consilij cepermus, quod nō facile explicare possimus. quare, quantum potes, adiuua. quid autem possis, mihi in mentem non venit. In viam quod te des hoc tempore, nihil est. & longum est iter, & non tutum: & non video, quid prodesse possis, si veneris. Vale Datum pridie non. Nou. Brundisio.

ep. 2. l. 11. ad Att.

HVBER. **Q**Vod nos] Improbat Cicero quodammodo consilium suum, quia in Italiam venerat Brundusium: itaq; Terētiam rogat, vt sibi adiumento sit. deinde dehortatur, ne sibi obuiam ueniat propter longū & periculosum iter. Explicare] expedire, ad exitum perducere. Des te in viam] i. ponas te in via, vt mihi obuiam venias.

ASCEN. **Q**Vod, &c.] Dicit se vereri ne profuerit in Italiā nōdum uenisse: cui malo monet vxorē, vt medeatur, si possit: dehortatur aūt, ne obuiā sibi prodeat, dicēs, Quod gaudes nos. i. me & filiū venisse saluos in Italiā, velim sup. vt gau-

vt gaudeas perpetuo i. vt gaudiũ istud possis esse perpetuũ, ita ut ex aduentu nostro nihil mali subsequitur. Sed mutuo ne nos perturbari dolore, & magnis iniuria ceperimus. i. inierimus id consi lij. f. redeundi in Italiam, quod non possumus facile explicare. i. difficultatibus eximere. Quare adiuua. f. nos illud explicare, quantum potes. Autem. i. sed non possum considerare, quid. i. in quo possis. f. nos adiuuare. Nihil. i. nulla causa est quòd des te in uiam. i. vt venias ad nos hoc tempore. Et. i. simul, iter est longũ & non tutum propter inimicos: & non video quid possis prodesse, si veneris. Vale. Datum, &c.

ARG. Permittit vxori, vt de nuntio remittendo consilium capiat ex tempore.

Eidem consilibus. diuortium, ad dotem conseruandam simulare, cogitabat.

CICERO S. D. TERENTIAE SVAE. 13

Quod scripsi ad te proximis literis de nuntio remittendo: quæ sit istius uis hoc tempore, & quæ concitatio multitudinis ignoro. si metuendus iratus est, quies tamen ab illo fortasse nascetur. totum iudicabis quale sit; &, quod in miserrimis rebus minime miserum putabis, id facies. Vale. vi. id. Q uint.

NVERR. Quod scripsi] Ingressuro Cæsare Romam tẽpore, quo bellorum ciuiliũ tumultus orti sunt, cum ex Gallis re uerteretur, cum Cicero abesset, scribit ad Terentiam quid agendum sit in tali perturbatione, eam, quæ sit præsens, indicare posse. {Concitatio} commotio. {Iratus} Cæsar. {Quies} pax {Minime miserum} utilius & melius.

ASCAN. Quod scripsi, &c. Scripserat Cic. ad uxorem de nuntio remittendo, vt sciret quo animo Cæsar suo ex Gallia sine ex victoria Pharsalica redierit in vrbẽ: de qua re iterum eam monet, dicens. Quod scripsi ad te proximis literis. i. in proximis literis de nuntio. f. quem ad te misi, re mittendo. f. ad me; ignoro quæ sit vis istius. f. Cæſ. & quæ. i. qualis concitatio. i. commotio multitudinis. i. populi in aduẽtu eius Si. i. sed etsi sup. Cæſ. iratus. f. ob negatum imperium, est metuendus, tñ quies. i. tranquillus status verbis, nascetur fortasse ab illo. Tu iudicabis sup. mihi totum. f. negotium. quale sit: & tu facies id, quod putabis miserum minime. i. secundum interpretationem Lau. Vallæ, nequaquã, aut in vlla parte. sed quia non est Vero simile in miserrimis, rebus aliquid esse nequaquã mini mũ, aut in vlla parte miserrimum, puté hoc loco minime pro mi mum positum, eo quòd melius sonat minime miserum. Minime autem secundum Vallam negat, minimum comparat. i. pro minima parte. Dicamus ergo, qđ putabis, minime aut minimũ .i. in minima parte miserum in rebus miserrimis. Valete, &c.

ARG. Rogat vxorem, & filiam, considerent & ipsæ, & cum amicis, ab urbe discedant, nec ne, aduentu Cæsaris,

Lentulo & Marcello cos.

Tullius S. D. Terentiæ, & pater Tulliolæ, duabus animis suis; & Cicero matri optimæ, suauissimæ sorori. 14

Si uos valetis, nos ualemus. Vestrum iam consilium est, non solum meum, quid sit uobis faciendum. si ille Romam modeste uenturus, est rectè in præsentia domi esse potestis. sin homo amens diripiendam urbem daturus est: uereor, ut Dolabella ipse satis nobis prodesse possit. etiam illud metuo, ne iam intercludamini, ut, cum velitis, exire non liceat. Reliquum est quod ipse optime considerabitis, uestri similes feminæ sint ne Romæ; si. n. non sunt: uidendum est, ut honestè nos esse positis, quomodocunq; nunc se res habet; modo vt hæc nobis loca tenere liceat, bellissime uel mecum, vel in nostris prædijs esse poteritis. Etiam illud verendum est, ne breui tempore fames in urbe sit. His de rebus velim cum Pomponio, cum Camillo, cum quibus vobis videbitur, consideretis, ad summam, animo forti sitis. Labienus rē

gener Ciceronis, qui cum Cæsare erat, ad Att. epist. 13. l. 7. ep. 18. & l. illo loco feminæ dixit. vide ep. 14. l. 7. ad Att.

qui a Cæsare discesserat.

meliorem fecit. adiuuat etiam Piso, quòd ab vrbe discedit, & sceleris condemnat generum suum. Vos meæ carissimæ animæ, quamsæpissime ad me scribite, & uos quid agatis, & quid istic agitur. Q uintus pater, & filius, & Rufus uobis salutem dicunt. Valete. VIII. kal. Q uint. Minturnis.

Cæsarem, qui arma in patriam ferat

NVERR. Vestrum iam] Venturo Cæsare Romam, vt supra diximus, scribit Cicero a Terent sicut superiore epistola, eã facilius posse consultare, quid sit agendum. declarat tñ consilium suum, & sententiam de iis rebus, præcipue, vt Terentia faciat quod facient aliæ mulieres, eius similes. {Vestrum est consilium} i. ad vos pertinet consultare & deliberare. {Modestius} sine iniuria cuiusq; tanq bonus ciuis. Rcte honeste & commode. {Diripiendam} prædandam, depopulandam. {Vt} .i. ne {Dolabella} gener noster, qui multum apud Cęſ. pot. {Intercludamur} .f. in vrbe multitudine militum. legitur & intercludamini {Similes vestri} honestæ & alicuius dignitatis. {Videndum} considerandum {Vt sicut} quemadmodũ. {Mecũ} ubi ego fuero. {In nostris prædiis} vel in Cumano, vel in Tusculano vel in Arpinati, vel in Pompeiano. hæc. n prædia habebat Cic. quæ præcipue ab eo memorantur. credo tñ habuisse alia. {Fames} pp penuriam rerum, si Cæsar eam occuparit. {Labienus} is ad Pomp. se cõtulerat, cuius consilium Cic. laudat {Adiuuat} causam nostram. {Piso} socer Cæsaris. {Discedit ab urbe} in aduentu Cæſ {sicut reliqui senatores. Luc. Danda tñ venia est tantorum danda malorum Põp. fugiente timent. {Sceleris} appellat sceleratu Cęsarem, q contra patriã arma sumpserit. {Quintus} .f. fratet meus. {Pater} quia subdit & filius. f. eius. i. filius. Q. F. Notandum est etiam supra in, scriptione epistolæ, duabus animis duobus esse qđ legitur in omnibus codicibus, non aũt animabus, qđ non vsus doctorũ, sed licentia quorundã usurpauit, in sacris scripturis, quas legi grãmaticæ subiacere indignum est.

ASCEN. Si uos. &c.] Venturo Cæsare Romam dicit vxorem posse amicis discere quid facere debeat: ostendit tñ, quid sentiat, vt pote id, quod aliæ mulieres, eius similes. i. quorum mariti in similisint conditione. Omnes autem amatoriæ sunt epistolæ. Ordo est. Si uos scilicet tu uxor & filia valetis, nos scilicet ego & filius ualemus. Consilium est iam vestrum, non solum meum, hoc est uos debetis iudicare potius quàm ego, quid faciendum sit unbis. Si ille f. Cæſar. quem timemus, venturus sup. est Romam, modeste. i. pacifice, aut victoria modeste & non insolenter vsurus, uos potestis esse domi recte i. conuenienter in præsentia. f. aduentus eius. Sin homo amens. i. sine bo na mente, daturus est f. militibus suis urbem diripiendam uereor vt Dolabella ipse. i. qui multum potest apud Cæsarem, qui eius partes semper secutus est. [nusquam exprimitur de quo reditu loquatur. nam paulo ante aduentum Cęſ. e Gallia Tullia Dolabellæ nupserat, sed quia adhuc parum pro Cæsare fecerat, uidetur vereri ne non satis posse, & ita credam de reditu e Gallia loqui] possit prodesse nobis satis. Etiam metuo illud, ne intercludamini. i. arceamini ab exitu, vt cum uelitis exire, non liceat. i. non sit facultas, non permittatur. nam liberis hominibus videtur semper licere exire, nõ tñ semper permitti. Reliquum est. f. consilij, quod ipsæ. i. uosmet sine me, considerabitis optime, ne. i. vtrũ fœminæ similes uestri. i. eiusdem status & conditionis vobiscum, genitiuus est a nominatiuo uos, sint Romæ. si. n. non sunt. videndũ est, vt. i. quomodo uos possitis esse honeste. f. Romæ q. d timendum non fore honeste. Quandoquidem res habet se nunc .i. ita est nunc status rerum, modo vt. i. dummodo liceat nobis tenere hæc loca. f. nostra quæ ego teneo, nos potestis esse bellissime. i. cõmodissime, uel mecum, uel in prædiis nostris. Etiam illud est uerendũ, ne fames. f. ob penuriam cibi, sit breui tẽpore. i. intra breue tẽpus in urbe. Ego velim, sup. vt consideretis. i. consulatis de his rebus cum Pomponio. f. Attico, cum Camillo, aut sup. cum illis, cum quibus videbitur uobis. f. conducibile. Ad summam. i. ut præcipua uota mandem, sitis aio forti. Labienus, vir senatorius, fecit rem. i. vt dicunt, quærelam, & causam Pompeij, meliorem. Piso etiam socer Cæſ. adiuuat sup. rem, quòd discedit ab urbe, & condemnat generum suum, videlicet Cæſ. sceleris. f. iniqui belli. Vos animæ meæ carissimæ, (de quibus in perscriptione dixit, duabus animis, non, animabus suis, vt adnorauit Valla) scribite ad me q̃ sæpissime. i. valde sæpe. Et. i. simul, quid uos agatis, & quid agatur. f. ab aliis istic. i. Romæ vbi estis. Quintus pater, & filius. q d. vterq; & frater meus & filius eius & Rufus dñt uobis salurem. Valete. Minturnis, quæ sunt inter Formias, & Sinuessam, &c.

ARG.

ARG. Dicit se mutasse consilium de mittendo ad Cæsarem Cicerone filio. hæc autem epistola videtur scripta post eam, quæ xj. loco impressa est.

TVLLIVS S.D. TERENTIAE SVAE. 15

*SI vales, bene est: ego valeo. Constitueramus, vt ad te antea scripseram, obuiam Ciceronem Cæsari mittere: sed mutauimus consilium, quia de illius aduentu nihil audiebamus. De cæteris rebus, etsi nihil erat noui, tamen, quid velimus, & quid hoc tempore putemus opus esse, ex Sica poteris cognoscere. *Tulliam adhuc mecum teneo. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. XII. kal. Quint.*

ep. 11. h. l.

NVBAR. Constitueramus] Quia supra scripserat Cicero se missurum filium ad Cæs. hac epistola dicit se mutasse consilium; de ceteris rebus nihil se noui habere; quæ autem fieri velit, Terentiam posse intelligere ex Sica, quem ad eam misit. [Quæ velimus]. s. fieri à te.

ASCEN. SI vales &c.] Dicit de mittendo filio se consilium mutasse, & noui nihil habere, sed quæ fieri velit, e Sica accipi posse. Ordo est. Si vales, bene est: ego quidem valeo. Constitueramus, vt scripseram ante ad te, mittere obuiam Cæsari. s. venienti, vt plurimi volunt, e Gallia, sed tamen ætati puerili magis cōgruat si e Pharsalica victoria intelligatur mittēdus, Cic. s. filium nostrum: sed mutauimus consilium, quia nihil audiebamus de aduentu illius. s. Cæsaris, qualis. s. fuisset. Tu poteris cognoscere de ceteris rebus, etsi nihil erat noui, tamen quid velimus, & quid putemus opus. i. operæpreciū esse vt fiat hoc tempore, ex Sica. s. amico nostro, aut familiari. Ego teneo Tulliam adhuc mecum. Cura diligenter valetudinem tuam. i. cura vt bona sit & valeas.

TVLLIVS S.D. TERENTIAE SVAE. 16

Lentulo & Marcello coss. extreme consulatus dic.

*SI vales, bene est: ego valeo. Etsi eiusmodi tempora nostra sunt, vt nihil habeam, quod aut à te literarum expectem, aut ipse ad te scribam: tamen nescio quo modo & ipse vestras literas expecto, & scribo ad vos, cum habeo, qui ferat. Volumnia debuit in te officiosior esse, quàm fuit; & id ipsum, quod fecit, potuit diligentius facere, & cautius. quanquam alia sunt, quæ magis curemus, magisque doleamus: quæ me ita conficiunt, vt ij voluerunt, *qui me de mea sententia detruserunt. Cura vt valeat. pridie non. Ian.*

quorum cō silio in Italiam, post deuictū Pōpeium, reuerti.

NVBAR. Etsi] Primum ostendit Cicero se vehementer expectare literas à Terentia: deinde, quia scripserat Terentia, quòd egisset Volumnia mulier quædam in se, Cicero modeste de illa conqueritur: & tamen ostendit non valde laborandum esse de ea, quod fecerit. [Quod] propter quod. [Nescio quomodo] q. d. latenti & naturali affectu animi hoc faciente. [Qui ferat] s. literas meas. [Volumnia] nomen proprium mulieris. [Officiosior] liberalior, obsequior. [Quod fecit] non memini legere quid sit, quod nunc dicat Cicero eam fecisse. [Detruserunt] deiecerunt, violenter amouerunt, cum vellem aliud facere, quàm consulerunt ipsi.

ASCAN. ETsi] Dicit se libenter scribere, & accipere literas, accusatq; Volumniam neglecti officij. Ordo est. Etsi tempora sunt eiusmodi, vt nihil literarum habeam, quod aut expectem à te, aut ipse scribam ad te: tamen nescio quo modo, &. i. simul ipse. i. ego expecto literas vestras. i. ex vrbe mittendas, & scribo ad vos, cum habeo supp. aliquem, qui ferat. Volumnia. s. matrona illa Romana, debuit esse officiosior in te, quàm fuit, & potuit facere diligentius & cautius id ipsum, quod fecit. quanquam sunt alia, quæ curemus magis, & doleamus magis. s. quam factum priuatum Volumniæ. quæ. s. alia negotia, conficiunt me. i. consumunt ita, vt ij voluerunt, qui detruserunt. i. violenter discedere fecerunt me de sententia mea. i. firmo proposito. Cura vt valeas. Loquitur de rebus inter se duntaxat notis.

TVLLIVS S.D. TERENTIAE SVAE. 17

scripta post reditū eius in Italiam, victo Pompeio.

SI quid haberem, quod ad te scriberem; facerem id & pluribus verbis, & sæpius. nunc quæ sunt negotia, vides. ego autem quomodo sim affectus, ex Lepta, & Trebatio poteris cognoscere. fac vt tuam, & Tulliæ valetudinem cures. Vale.

NVBAR. SI quid haberem] Dicit Cicero se nihil habere, quod scribat ad Tereotiam, eam autem posse intelligere ex Lepta & Trebatio, quomodo ipse sit affectus. i. quomodo habeat, & sit animo & corpore dispositus.

ASCEN. SI quid &c.] Dicit se nihil habere quod scribat ad vxorem, eamque posse intelligere ex Lepta & Trebatio, quomodo ipse sit affectus. Ordo est. Si haberem quid. i. aliquid quod scriberem ad te, facerem id. i. scriberem ad te, &. i. simul, pluribus verbis, & sæpius. nunc vides quæ sunt negotia. Autem. i. sed, tu poteris cognoscere ex Lepta & Trebatio. s. amicis nostris, quomodo ego sim affectus. Tu fac vt cures valetudinem tuam, & Tulliæ. s. filiæ nostræ. Post quod dictum (vt sæpe admonui) frustra adderetur. Vale.

ARG. Monet vxorem, & filiam, vt mature considerent, num Romæ tuto esse possint, & cum dignitate.

Tullius S. D. Terentiæ, & pater suauissimæ filiæ; Cicero matri, & sorori. 18

Lentulo & Marcello cos.

*CONSIDERANDVM vobis etiam atque etiam, anima mea, diligenter puto, quid faciatis; Romæ ne sitis, an mecum in aliquo tuto loco. id non solum meum consilium est, sed etiam vestrum. mihi veniunt in mentem hæc; Romæ vos esse tuto posse per Dolabellam, eamq; rem posse nobis adiumento esse; si qua vis, aut si qua rapinæ fieri cœperint. sed rursus illud me mouet, quòd video omnes bonos abesse Roma, & eos mulieres suas secum habere. hæc autem *regio, in qua ego sum, nostrorum est tum oppidorum, tum etiam prædiorum: vt & multum esse mecum, &, cum abieritis, cōmode etiam in nostris prædijs esse possitis. mihi plane non satis constat adhuc, vtrum sit melius. vos videte, quid aliæ faciant *isto loco feminæ; & ne, cum velitis, exire non liceat. id velim diligenter etiam atque etiam vobiscum, & cum amicis consideretis. Domus vt propugnacula, & præsidium habeat, Philotimo dicetis. Et velim tabellarios instituatis certos, vt quotidie aliquas à vobis literas accipiam. Maxime autem date operam, vt valeatis, si nos vultis valere. VIII. kal. Febr. Formijs.*

Campaniæ. ep. 11. l. 16.

i. ista digni tate qua vos estis. ep. 14. h. l.

NVBAR. COnsiderandum] Eodem est ferè argumento hæc epistola quo illa superior, quæ incipit, Vestrum iam cōsilium: nisi quòd in fine monet Cicero Terentiam, vt faciat, quòd domus habeat propugnacula, si aliqua vis militum immineret. [De Dolabella] i. auxilio & fauore Dolabellæ. [Regio] Campaniæ. [Etiam atque etiam] i. sæpius & diligenter. [Propugnacula] ædificia sunt siue munimenta aduersus bellum facta, à propugnando dicta. Virg. Et propugnacula bello Tuta parant. [Et prædium] s. habeat propugnacula, in quo ipsæ erant futuræ. [Certos] i. ad hoc electos & assignatos.

ASCAN. COnsiderandum &c.] Eodem est ferè argumento, quo illa superior, quæ incipit, Vestrum iam consilium, nisi quòd in fine monet Terentiam, vt curet domus facienda propugnacula, si quam vim militum imminere intellexerit. Ordo est. Ego o animæ meæ Terentia, & Tullia, puto considerandum sup. esse vobis etiam atque etiam. i. frequenter & diligenter quid faciatis, ne. i. an sitis Romæ, aut mecum in aliquo loco tuto. Id consilium est non solum meum. i. non incumbit mihi soli, sed etiam vestrum. i. sed incumbit etiam vobis. Hæc veniunt mihi in mentem, vos posse esse Romæ, tutò. i. sub protectione, (raro legitur tute propter pronomen) per Dolabellam. s. generum

,s.generum nostrum,& eam rem.s.affinitatem Dolabellæ, posse esse nobis adiumento,si qua via s.militum, aut si quæ rapinæ cœperint fieri.Sed rursus.i.ecōtrario illud monet.i.turbat me, quòd video omnes bonos.i.reip.amatores abesse Roma, & eos habere mulieres,i.vanres suas secum. Hæc autem regio.s.iuxta Formias, in qua ego sum,est nostrorum tum oppidorum.i.quorum patronus sum, tum etiam prædiorum, vt posuitis. &.i simul esse mecum multum, & cum abieritis, esse commode in prædijs nostris. Non constat.i.non est manifestum adhuc plane mihi, vtrum.s.an Romæ manere, an ad me venire sit melius. Videte vos quid aliæ fœminæ istn loco.i.istius conditionis, cuius vna estis,faciant,& ne liceat exire,cum velitis.Ego velim sup.vt consideretis diligenter etiam atque etiam.i.frequenter,vobiscum.i. inter vos & cum amicis,id.s.quod dictum est.Vos dicetis.i.mandabitis Philotimo.s. liberto nostro, vt domus.s. nostra habeat propugnacula.i.defensoria,&,vt dicunt,fortalicia, & præsidium .i.custodiam armatorū Et velim instituatis.i.vt ordinetis,tabellarios.i.literarum baiulos,certos.i.non dubiæ fidei, vt accipiam quotidie à vobis aliquas literas. Date autē maxime.i.præcipue operam,vt valeatis.i.sospites sitis,si vultis nos valere.viij.&c.

TVLLIVS S. D. TERENTIAE SVAE. 19

scripta, vt opinor, post reditū eius in Italiam, superato in Pharsalia Pompeio.




N maximis meis doloribus excruciat me valetudo Tulliæ nostræ. de qua nihil est quod ad te plura scribam. tibi enim æque magnæ curę esse certo scio. Quòd me propius vultis accedere, video ita esse faciendum: etiam ante fecissem: sed me multa impedierunt, quæ ne nunc quidem expedita sunt. sed à Pomponio expecto literas, quas ad me quamprimum perferendas cures velim. Da operam vt valeas.

HVBER. IN maximis} Dicit Cicero se grauiter angi valetudine Tulliæ: deinde se venturum propius vrbem, sicut & Terentia, & alij sui hortabantur. {Aeque} .i.tam.s.quàm mihi, quia tu es mater.

ASCEN. IN maximis} Dicit sibi valetudinem Tulliæ dolori esse,& se propius accessurum. Ordo est. Valetudo.i.mala dispositio Tulliæ nostræ.s.filiæ,ea cruciat me in maximis doloribus.s. alijs.De qua.s.Tullia, nihil est,q.i cur, scribam ad te plura. Enim.i quia,ego scio certo,sup.eam esse tibi curæ æque magnæ, vt.s.mihi.Quòd vultis me accedere propius,egò video.i.considero faciendum esse ita: & fecissem iam ante.s.quàm monuissetis: sed multa impedierunt me, quæ ne quidem.i.non etiam nunc sunt expedita.i.(vt dicunt) euacuata. Sed ego expecto literas à Pomponio.s.Attico.Quas velim sup.vt cures perferendas ad me quamprimum.i.valde cito. Da operam vt valeas.

TVLLIVS S. D. TERENTIAE SVAE. 20

post reditū eius in Italiam, victo Pompeio.



N Tusculanum nos venturos putamus aut nonis, aut postridie. ibi fac vt sint omnia parata. plures enim fortasse nobiscum erunt: & ,vt arbitror, diutius ibi commorabimur. labrum si in balneo non est, fac vt sit: item cetera, quæ sunt ad victum, & ad valetudinem necessaria. Vale. Kalendis Octob. de Venusino.

HVBER. IN Tusculanum} Monet Cicero Terentiam, vt omnia habeat parata in Tusculano,cum sit venturus eò cum alijs multis, & præcipue vt paret balneum. {Plures} i.multi. {Diutius}plures dies {Labrum}genus est vasis ad lauādum apti, quasi lauabrum. Virg. Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen Athenis Sole repercussum aut radiantis imagine lunæ Omnia peruolitat late loca Reliquæ quattuor epistolæ sequentes nulla omnino interpretatione egent. neque.o.possunt fere facilioribus aut planioribus verbis declarari, quàm sunt scriptæ à Cicerone.& argumentum ex lectione textus facillime patet.

ASCEN. IN Tusculanum &c.}Significat,quando in villam suam Tusculanum venturus sit,vt omnia parentur etiam in balneo, sibique & comitibus suis,dicens, Nos putamus nos venturos sup. esse in Tusculanum.i.villam nostram Tusculanum, aut nonis.s.istius mensis, aut postridie.i.die proxime secuturo. Fac sup.vt omnia sint parata ibi. Enim.i.quia plures erunt fortasse nobiscum: &,vt arbitror,nos commorabimur ibi diutius. Si labrum.i.vas lauandis aptum,non est in balneo,fac vt sit:item fac vt cetera,quę necessaria ad victum & valetudinem supp.sint. Vale.v.cal.Oct. De Venusino,oppido inter Lucaniā & Apuliā.

ARG. Scribit,vt,quæ tempus postulabit,prouideat,sibique absenti administret,literasque mittat,

TVLLIVS S.D. TERENTIAE SVAE. 21

eodem tempore.

SI vales, bene est: ego valeo. Da operam vt conualescas: quod opus erit, vt res, tempusq; postulat, prouideas, atq; administres, & ad me de omnibus rebus quamsæpissime literas mittas. Vale.

ASCEN. SI vales &c.} Monet,vt saluti consulat,vt omnibus prospicere possit, & ad se crebras dare literas, dicens, Si &c.da operam vt conualescas,sup.si minus vales. & supp.vt prouideas & administres quod opus.i.necessarium erit, vt res & tempus postulat, & mittas ad me quamsæpissime literas de omnibus rebus.

TVLLIVS S.D. TERENTIAE SVAE. 22

eodem tempore.

SI vales, bene est: ego valeo. Nos quotidie tabellarios vestros expectamus: qui si venerint, fortasse erimus certiores, quid nobis faciendum sit; faciemusque te statim certiorem. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. kal. Sept.

ASCEN. SI vales,&c } Dicit se expectare tabellarios Terentiæ, à quibus quid agendum habeat, noscat,& statim rescribat. Ordo est.Si &c.Nos expectamus quotidie tabellarios vestros. qui si venerint,nos erimus certiores fortasse,quia potuissent nihil scripsisse,quid faciendum sit nobis; & faciemus te statim certiorem.s.quid faciendum sit. Vale. &c.

TVLLIVS S. D. TERENTIAE SVAE. 23

eodem tempore, Pharnace deuicto, redeunte ad vrbē Cæsare.

SI vales, bene est: ego valeo. Nos neque de Cæsaris aduentu, neque de literis, quas Philotimus habere dicitur, quidquam adhuc certi habemus. si quid erit certi, faciam te statim certiorem. Valetudinem tuam fac vt cures. Vale IIII. id. Sext.

ASCEN. SI vales &c.} Dicit se nihil certi habere de Cæsaris aduentu,neque de literis,quas Philotimus à Cæsare ad se habere dicebatur. vnde videtur hæc epistola scripta ante proxime præcedentem. Ordo est. Si &c. } Nos neque habemus adhuc quidquam certi de aduentu Cæsaris, neque de literis,quas Philotimus.s.libertus noster,dicitur habere.s.à Cæsare. si quid certi erit,supp.mihi,faciam te certiorem &c.


TVLLIVS S.D. TERENTIAE SVAE. 24

eodem tempore ad At. lib. 11. ep. 15. l. 11.


SI vales, bene est: ego valeo. Redditæ mihi iam tandem sunt à Cæsare literæ, satis liberales: & ipse *opinione celerius venturus esse dicitur. cui vtrum obuiam procedam, an hic eum expectem, cum constituero, faciam te certiorem. Tabellarios mihi velim quamprimum remittas. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. pridie id. Sext.

ASCEN. SI vales &c.} A Cæsare se literas accepisse dicit,& eum celerrime aduentare. vnde dubitat, an obuiam eat, dicens, Literæ satis liberales redditæ sunt mihi tandem à Cæsare: & ipse dicitur esse venturus.s. ad vrbem celerius opinione .i.quàm homines opinentur Cui cum constituero.i.decreuero, vtrum procedam obuiam,an expectem eum hic, faciam te certiorem. Ego velim mittas mihi tabellarios.s.quos ad te mitto, quamprimum.i.valde cito. Cura &c.

EPIST.



M. T. CICERONIS EPIST. FAMILIARIVM LIB. DECIMVSQVINTVS



ARGVMENTVM.

Cum parthi maximis copijs Euphratem, qui terminus erat imperij Romani, transissent, solicitus Cicero de sua prouincia, item de reliquis, quæ ab impetu belli non longe abessent, monet, vt maiores exercitus summittantur.

Sulpicio & Marcello cos.

Cicero procos. S. D. cos. prat. trib. pl. S. P. Q. R.



I vos bene valetis, bene est: ego quidem valeo. Etsi non dubie mihi nuntiabatur, Parthos transisse Euphratem cum omnibus fere suis copijs: tamen, quòd arbitrabar à M. Bibulo procos. certiora de his rebus ad vos scribi posse, statuebam mihi non necesse esse publice scribere ea, quæ de alterius prouincia nuntiarentur. postea vero quàm certissimis auctoribus legatis, nuntijs, literis sum certior factus: *vel quòd tanta res erat, vel quòd non dum audieramus Bibulum in Syriam venisse, vel quia administratio huius belli mihi cum Bibulo pene est communis; quæ ad me delata essent, scribenda ad vos putaui. Regis Antiochi* Commageni legati primi mihi nuntiarunt, Parthorum magnas copias * Euphratem transire cæpisse. quo nuntio allato, cum essent nonnulli, qui ei regi minorem fidem habendam putarent, statui expectandum esse, si quid certius afferretur. Ad XIII. kal. Oct. cum exercitum in Ciliciam ducerem, in finibus Lycaoniæ, & Cappadociæ mihi literę redditæ sunt à *Tarcondimoto, qui, fidelissimus socius trans Taurum, amicissimusque populi R. existimatur; *Pacorum, Orodis regis Parthorum filium, cum permagno equitatu Parthico transisse Euphratem, & castra posuisse Tybæ; magnumq; tumultum esse in prouincia Syria excitatum. eodem die ab *Iamblico, phylarcho Arabum, quem homines opinantur bene sentire, amicumque esse reip. nostræ, literæ de ijsdem rebus mihi redditæ sunt. His rebus allatis, etsi intelligebam socios infirme animatos esse, & nouarum rerum expectatione suspensos: sperabam tamen eos, ad quos iam accesseram, quique nostram consuetudinem. integritatemque perspexerant, amiciores populo R. esse factos; *Ciliciam autem firmiorem fore, si æquitatis nostræ particeps facta esset & ob eam causam, & vt opprimerentur ij, qui ex Cilicum gente in armis essent; & vt hostis is, qui esset in Syria, sciret exercitum populi R. non modo non cedere his nuntijs allatis, sed etiam propius accedere; exercitum ad Taurum institui ducere. sed, si quid apud vos auctoritas mea ponderis habet, in ijs præsertim rebus, quas vos audistis, ego pene cerno; magnopere vos & hortor, & moneo, vt his prouincijs, serius vos quidem, quàm decuit, sed aliquando tamen consulatis.* nos quemadmodum instructos, & quibus præsidijs *munitos ad tanti belli opinionem miseritis, non estis ignari. quod ego negotium, non stultitia obcæcatus, sed verecundia deterritus, non recusaui. neque .n. vnquam vllum periculum tantum puraui, quod subterfugere mallem, quàm vestræ auctoritati obtemperare. hoc autem tempore res sese sic habet, vt, nisi exercitum tantum, quantum ad maximum bellum mittere soletis, mature in has prouincias miseritis, summum periculum sit, ne amittendæ sint omnes hæ prouinciæ, quibus vectigalia populi R. continentur. quamobrem autem in hoc prouinciali delectu spem habeatis aliquam, causa nulla est. neque multi sunt: & diffugiunt qui sunt, metu oblato: &, quod genus hoc militum sit, iudicauit, vir fortissimus, M. Bibulus in Asia: qui, cum ei permisissetis, delectum habere noluerit. nam sociorum auxilia, propter acerbitatem, atque iniurias imperij nostri, aut ita imbecilla sunt, vt non multum nos iuuare possint; aut ita alienata à nobis, vt neque expectandum ab ijs, neque committendum ijs quidquam esse videatur. regis Deiotari & voluntatem, & copias, quantæcunque sunt, nostras esse duco. Cappadocia est inanis. reliqui reges, tyrannique neque opibus satis firmi, nec voluntate sunt. mihi, in hac *paucitate militum, animus certe non deerit: spero, ne consilium quidem. quid casurum sit, incertum est. vtinam saluti nostræ consulere possimus: dignitati certe consulemus. Valete.*

terminum imperij Romani.

ep. 3. & 4. huius l.

Iustinus lib. 41.

Strabo lib. 14 Dio l. 42 50. & 54. ep. 18. l. 5. ad Att. Iustinus l. 42. cæsum a Ventidio Pacorum cũ vniuerso exercitu, tradit. Tarcondimoti filius, Strabo l. 16 in quã non dum peruenerat, cum tamen esset in prouincia sua. vid. ep. 67. l. 3.

ep: sequẽt l. ep. 5. l. 8.

duas legiones habebar. ep. 15. l. 5. ad Att.

HVBER.

SI vos bene valetis, bene est: ego quidem valeo. Etsi non} Libro secundo, & tertio aperiuntur argumenta multarum insequentium epistolarum, quòd illic plenius de proconsulatu Ciceronis in Cilicia diximus: in hac autem epist. dicit, quibus rebus adductus sit scribere Romam de transitu Parthorum, & quàm varij fuerint de eis rumores: deinde, quid egerit, intellecto haud dubie transitu Parthorum: contra quos dicit opus esse maiore & firmiore exercitu, quàm sibi datus sit. itaq; rogat, vt ad se mittatur tantus exercitus, quantus ad maximum bellum mitti solet. nullam enim esse spem in militibus prouincialibus, neque in socijs, neq; in regibus finitimis, nisi in Deiotaro, rege Armeniæ: se autem neq; animo, neq; consilio, defuturum pollicetur. {Proconsule} Syriæ. {Publice} ad vos omnes. {Tanta} tam magna, tanti momenti {Nondum venisse} vt ipse, ad quem pertinebat, posset vos reddere certiores. {Pene communis} quia habemus prouincias finitimas, ita vt non possit agi periculum de vna, quin agatur de alia. Horat. Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet. Et ipse Cic. lib. 2. ad Can. Sallustium de Bibulo sic inquit: Ille autem, cum ad Thermum de Parth. bello scriberet, ad me literam nunquam misit, ad quem intelligebat eius belli periculum pertinere. {Cõmageni} Commagena pars est Syriæ. {Minorem fidem habendam} non credendum. {Lycaoniæ, & Cappadociæ} quę sunt regiones in Asia finitimæ Ciliciæ. per Cappadociam autem Cicero proficiscebatur in Ciliciam, vt supra ad Appium: Iter in Ciliciam facio per Cappadociam. {Tarcondimoto} nomen proprium viri socij & amici P. R. trans Taurum montem. {Tybæ} nomen loci in Syria {Phylarcho} præfecto tribuno. {Bene sentire} bono esse animo erga P. R. {Infirme} leuiter, debiliter. {Suspensos} sollicitos, incertos, quid agerent. {Integritatem} innocentiam, iustitiam. {Si esset facta particeps nostræ æquitatis} .i. si experta esset æquitatem meam, & integram administrationem. sunt .n. & fidiores & firmiores populi ex æquo imperio, & miti administratione, & gubernatione. {Ex Cilicum gente} ex Cilicibus .n. quidam sumpserant arma contra Romanos. {Is hostis} pro ij hostes. s. Parthi. {Non cedere, his nuntijs} .i. non terreri & fugere allatis nuntijs belli. {Sed propius accedere} sed potius adire ipsum hostem. {Taurum} montem. {Siquid ponderis habet} si quid valet. {Aliqñ} tandem. {Instructos} paratos, & munitos rebus bellicis. {Opinionem} famam. {Quod ego} occurrit obiectioni, quare susceperit id negotium non satis instructus: & ex facto suo magnam sibi beneuolẽtiam consulum & senatus conciliat. {Negotium} expeditionem aduersus Parthos. {Occæcatus} trãslatio à corpore ad animum. {Vestræ auctoritati} vestræ dignitati, vel sentẽtiæ. {In has prouincias} in Ciliciam, Syriam, Cappadociam, & reliquas finitimas regiones. {Hæ omnes prouinciæ} Asiaticæ quas Parthi inuadere tentant. {Vectigalia populi R.

puli R. continentur} nam & ipse in oratione pro Pomp. imperatore eligẽdo, quæ inscribitur Pro lege Man. postquam Asiam tuendam dixit, sic subdit, Præsertim cum de vestris maximis vectigalibus agatur? nam ceterarum prouinciarũ vectigalia, Quirites, tanta sunt, vt iis ad ipsas prouincias tutandas vix contenti esse possimus: Asia vero tam opima est, & fertilis, vt & vbertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine pastionis, & multitudine earum rerum, quæ exportantur, facile omnibus terris antecellat &c. } Ex hoc d. pro. } ex iis militibus, qui in prouincia deliguntur. } Oblato } facto. } Noluerit } quia sciebat Asiaticos inutiles esse bello. } Imperij nostri } .i. nostrorum imperatorum, qui male socios tractauerunt, vt ipse in prædicta oratione pro Pompeio. Itaq; propter hanc auaritiam imperatorum quantas calamitates, quocunq; ventum sit, vestri exercitus ferant, quis ignorat? paulo post. Vtrum plures arbitramini per hosce annos militum vestrorum armis hostium vrbes, an hyberna sociorum ciuitates esse deletas? neq; .n. potest exercitum is continere imperator, qui se ipsum non cõtinet. } Inanis } vacua } Tyranni } licet apud antiquos hoc nomine reges appellarentur, vt apud Virg. At mihi satis erit dextram tetigisse tyranni. tñ postea sibi violenti regnorũ occupatores tyranni nominari cœperunt. } Neq; voluntate } quia non sunt bene affecti P.R. } Consilium } prudentiã gubernandi. } Casurũ } .i. euenturum. } Saluti nostræ } vt possim incolumis euadere. } Dignitati } quia oia faciam, quæ me decebũt.

ASCEN. Etsi non dubie mihi &c. } Argumentum depẽdet cum epistolis in secundo, & tertio libris habitis, vbi de proconsulatu suo in Cilicia penitus scripsit. In hac autem dicit quibus rebus adductus sit scribere Romam de transitu Parthorum. & q̃ varij fuerint de eis rumores. deinde quid egerit perspecto transitu Parthorum, contra quos cum opus sit maiore exercitu, rogat, vt ad se mittatur tantus, quanto opus sit ad maximum bellum conficiendum, cum nulla sit spes in prouincialibus, nec in sociis, excepto Deiotaro. Præscriptio legetur sic, M. T. Cicero Marci filius, proconsul, salutem plurimam dicit consulibus, prætoribus, tribunis pl. senatui populoq; R. quod additur, Si vos &c addendum non est. Ordo est. Etsi nunciabatur mihi non dubie .i. certe, Parthos transisse Euphratem .s. fluuium fere cum omnibus copiis suis, alibi tñ dicit, Arabes fuisse in vestitu Parthico, tñ quod .i. quia ego arbitrabar certiora posse scribi ad vos de his rebus à M. Bibulo proconsole .s. Syriæ, & ita viciniore, statuebam non esse necesse mihi scribere publice .i. ad senatum, ea quæ nunciaretur de prouincia alterius. Postea vero q̃ sum factus certior certissimis auctoribus, legatis, nunciis, literis, putaui ea, quæ delata essent ad me, scribenda esse ad vos, vel ꝙ res erat tanta, vt cum periculo ignoraretur, vel ꝙ nondum audieramus Bibulum venisse in Syriam, vel quia administratio huius belli est mihi pene cõis cum Bibulo, quia proximam habebat prouinciam. Legati Cõmageni à loco dicti regis Antiochi nunciauerunt mihi primi magnas copias Parthorum cœpisse transire Euphratẽ. Quo nuntio allato cum essent nonnulli qui putarent minorem .i. non integram fidem hñdam .i. non satis credendum esse ei regi, statui expectandum esse .s. priusq̃ scriberem, si quid certius afferretur. Literæ sunt redditæ mihi e Cappadocia à Tarcondimoto, qui existimatur fidelissimus socius Taurum .i. eorum qui habitant trans Taurum .s. montẽ, & amicissimus P. R. redditæ, dico, sunt in finibus Lycaoniæ ad 13. cal. Oct. cum ducerem exercitum in Ciliciam, Pacorum .i. nuntiantes Parcodem, seu Pacorẽ filium Orodo pro Orodis, (alij tñ Orodis scribunt) regis Parthorum transisse Euphratem cum permagno .i. valde magno equitatu Parthico, & posuisse castra Tybæ .i. in eo loco Syriæ, & magnum tumultum esse excitatum in prouincia Syria. Literæ de iisdem rebus .i. de transitu Parthorum sunt redditæ mihi eodem die à Iamblicho phylarcho .i. tribuno, seu præfecto Arabum, quem hoĩes opinantur bene sentire .s. de nobis, & amicum esse reip. nostræ. His rebus allatis .i. postquam hæ res erant allatæ, etsi intelligebam socios .s. Rom. imperij esse animatos infirme .i. debiliter, & suspensos .i. dubios in fide, expectatione .i. propter expectationem rerum nouarum: sperabam tñ eos ad quos ego accesseram iam, quiq; .i. & qui perspexerãt consuetudinem nostram .i. commercium nostrum, & integritatem nostram .i. fidei nostræ, factos esse amiciores P. R. Autem .i. sed sperabam sup. Ciliciam .s. prouinciam fore firmiorem, si esset facta particeps equitatus nostri Et institui .i. proposui ob eam causam .i. vt amiciores fierent, & vt ii qui ex gente Cilicum essent in armis .i. opprimerentur; & vt is hostis .s. Parthus qui esset in Syria, sciret exercitum P. R. non modo non cedere his nunciis allatis .i. licet huiusmodi nuncii essent allati, sed etiam accedere propius, institui inquã ducere exercitum .s. Rom. ad Taurum, .s. montem qui prouincias illas dirimit. Sed si auctoritas mea habet quid .i. aliquid põderis apud vos præsertim in his rebus quas vos audistis, ego pene cerno; & hortor & moneo vos magnopere, vt vos consulatis .i. prospiciatis consilio, his prouinciis Syriæ & Ciliciæ, serius quidem q̃ decuit, sed aliquando .i. tandem. Vos non estis ignari .i. bene scitis quemadmodum miseritis sup. nos instructos & quibus præsidiis munitos. q. d. infirmissimis, ad opinionem .i. vbi esset opinio tanti belli, quod negotium .s. tam arduum ego non recusaui, non obcæcatus .i. non propterea ꝙ essem obcæcatus, seu occæcatus, sed deterritus verecũdia. Neq; .n. putaui vnq̃ vllum periculum tantum ꝙ mallem subterfugere, q̃ obtemperare auctoritati vestræ. Autem .i. sed, res habet sese hoc tempore sic, vt nisi miseritis mature .i. cito in has prouincias tm̃ exercitum quantum soletis mittere ad maximum bellum, summum periculum sit, ne omnes hæ prouinciæ quibus vectigalia .i. pecuniæ quas ex rebus vehendis, & portandis recipere solebant populi Romani, cõtinentur, sint amittẽdæ .i. debeant amitti. Videri solet Cic. quibusdam meticulosior, quod vitium prudentioribus frequens est. Quamobrem causa nulla est, vt habeatis spem in hoc delectu prouinciali .i. militibus, quos possimus per delectum in prouinciis conscribere, quia supp. milites neq; multi sunt, & qui sunt, diffugiunt metu oblato .i. quia metus est eis à Parthis obiectus, & M Bibulus vir fortissimus indicauit, aut iudicauit in Asia, quod .i. quale sit hoc genus militum: qui cum vos permisissetis ei habere delectum .i. conscribere milites nouos, noluit, supp. habere. Nam auxilia sociorum sunt propter acerbitatem atq; iniurias imperij nostri, aut ita imbecilla vt nõ possent iuuare nos multum, aut alienata à nobis vt neq; quidquam videatur esse expectandum ab iis, neq; committẽdum iis. Ego dico .i. iudico voluntatem & copias Deiotari regis, pro quo extat Cic. oratio, quantæcunq; sunt, esse nostras .i. nobis fauentes. Cappadocia est inanis .i. exhausta militibus & pecunia. Reliqui reges .s. iusti & tyranni .i. incubatores regiarum neq; sunt satis firmi opibus, neq; voluntate. Animus certe non deerit mihi in hac paucitate militum: spero ne quidem .i. ꝙ non etiam consilium. Incertum est quid sit casurum .i. euenturum vtinam possimus consulere .i. consilio prospicere saluti nostræ: nos certe consulemus .i. prospiciemus & satisfaciemus dignitati .i. honori nostro, hoc est nihil faciemus contra dignitatem nostram.

A Tarcondimoto } sic habent vetusti libri: à quibus, non video, cur hoc in loco dissentiẽdum sit: præsertim cum & Dio in fine libri XLI. & L. Florus initio belli ciuilis, inter Cæsarem, & Pompeium gesti, Tarcõdimoto eum appellent. mendose .n. in Floro, Tarcon Dimotus, duabus vocibus, impressum est. } Consuetudinem } putat legendum esse Hieronymus Ferrarius, mansuetudinem; vt ep. X I. huius libri, Quæ copiis, dixit, & opibus tenere vix possumus, ea mansuetudine, & continentia teneamus & epist v. Mansuetudine, & innocentia imperatoris prouinciam retentam, atq; conseruatam ad Atticum autem, epist. XVI. lib. V. Sociis incredibilis videtur & nostra mansuetudo, & abstinentia. } Ciliciam autem firmiorem fore, si æquitatis nostræ particeps facta esset. } habet omnino sententiam aliquam, Aequitatis nostræ; sed mihi non displicet, vel etiam magis placet, Equitatus nostri. nam & in meo vetere libro plane ita legitur; & opinionem etiam nostram adiuuare videtur historia. miserat .n. Cicero in Ciliciam turmas equitum præsidij caussa; idq; in epistola, quæ post hanc sequitur, ordine corrupto, cum huic debeat antecedere, declarat his verbis; Cum equitatum in Ciliciam misissem, vt meus aduentus, iis ciuitatibus, quæ in ea parte essent, nuntiatus, firmiores animos hominum faceret. Item in epistola ad Catonem; Cognoui multorum literis, magnum Parthorum equitatum, qui in Ciliciam transisset, ab equitum meorum turmis obsidione occisum. PAVL. MANV.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Longa oratione, quid se in prouincia gestum sit, prosequitur; quoque pacto Ariobarzanem insidijs liberarit. pulcherrima est epistola, & rerum variarum narrationes complectens.

Cicero procos. S. D. cos. prat. trib. pl. S. P. Q. R. 2

SI vos bene valetis, bene est: ego quidem valeo. Cum pridie kal. Sext. in prouinciam venissem; neque maturius propter itinerum, & nauigationum difficultatem venire potuissem: maxime conuenire officio meo, reique pub. conduce-* Sulpicio & Marcello. cos. ep. 6. l. 3. & ad Att. ep. 21. l. 5.

*re putaui. parare ea, quæ ad exercitum, quæq; ad rem militarem pertinerent. quæ cum essent à me cura magis, & diligentia, quàm *facultate, & copia, constituta; nuntijque, & literæ de bello à Parthis in prouinciam Syriam illato quotidie fere afferrentur: iter mihi faciendum per Lycaoniam, & per Isauros, & per Cappadociam arbitratus sum. erat n. magna suspicio, Parthos, si ex Syria egredi, atque irrumpere in meam prouinciam conarentur, iter eos per Cappadociam, quòd ea maxime pateret, esse facturos. itaque cum exercitu per *Cappadociæ partem eam, quæ cum Cilicia continens est, iter feci: castraque ad Cybistra, quod oppidum est ad montem Taurum, locaui: vt *Artuasdes, rex Armenius, quocunque animo esset, sciret non procul à suis finibus exercitum populi R. esse: & Deiotarum, fidelissimum regem, atque amicissimum reip. nostræ, maxime coniunctum haberem, hominem cuius & consilio, & opibus adiuuari posset resp. quo cum in loco castra haberem, *equitatumq; in Ciliciam misissem, vt & meus aduentus ijs ciuitatibus, quæ in ea parte essent, nuntiatus, firmiores animos hominum faceret; & ego maturе, quid ageretur in Syria, scire possem; tempus eius tridui, quod in ijs castris morabar, in magno officio, & necessario mihi ponendum putaui. cum n. vestra auctoritas intercessisset, vt ego regem Ariobarzanem, *Eusebem, & *Philorhomæum, tuerer; eiusq; regis salutem, & incolumitatem regni defenderem; regi, regnoq; præsidio essem; adiunxissetisque, salutem eius regis populo, senatuiq; magnæ curæ esse; quod nullo vnquam de rege decretum esset à nostro ordine: existimaui me iudicium vestrum ad regem deferre debere, eiq; præsidium meum, & fidem, & diligentiam polliceri: vt, quando salus ipsius, & incolumitas regni mihi commendata esset à vobis, diceret, si quid vellet. Quę cum essem in consilio meo cum rege locutus; initio ille orationis suæ vobis maximas, vt debuit, deinde etiam mihi gratias egit; quòd ei permagnum, & perhonorificum videbatur, senatui, populoq; R. tantæ curæ esse salutem suam, meq; tantam diligentiam adhibere, vt & mea fides, & commendationis vestræ auctoritas perspici posset. atq; ille primo, quod mihi maximę lętitiæ fuit, ita mecum locutus est, vt nullas insidias neq; vitæ suæ, neq; regno diceret se aut intelligere fieri, aut etiam suspicari. Cum ei ego gratulatus essem, idq; me gaudere dixissem, cohortatus vt recordaretur casum illum interitus *paterni, & vigilanter se tueretur, atq; admonitu senatus consuleret saluti suæ; tum à me discessit in oppidum Cybistra. postero autem die cum Ariarathe, fratre suo, & cum paternis amicis, maioribus natu, ad me in castra venit; perturbatusq;, & flens, cum idem & frater faceret, & amici, meam fidem, vestram commendationem implorare cœpit. cum admirarer, quid accidisset noui; dixit ad se indicia manifestarum insidiarum esse delata; quæ essent ante aduentum meum occultata, quòd ij, qui ea patefacere possent, propter metum reticuissent: eo autem tempore, spe mei præsidij, complures ea, quæ scirent, audacter ad se detulisse: in his amantissimum sui, summa pietate præditum, fratrem dicere ea, quę is me quoq; audiente dicebat, se solicitatum esse, vt regnare vellet: id, viuo fratre suo, accidere non potuisse: se tamen ante illud tempus eam rem nunquam in medium propter periculi metum protulisse. Quæ cum esset locutus; monui regem, vt omnem diligentiam ad se conseruandum adhiberet: amicosq; in patris eius *fide, atq; iudicio probatos, hortatus sum regis sui vitam, docti casu acerbissimo patris eius, omni cura, custodiaq; defenderent. Cum rex à me equitatum, cohortesque de exercitu meo postularet: etsi intelligebam vestro S. C. non modo posse me id facere, sed etiam debere; tamen, cum resp. postularet, propter quotidianos ex Syria nuntios, vt quamprimum exercitum ad Ciliciæ fines adducerem; cumq; mihi rex, patefactis iam insidijs, non egere exercitu populi R. sed posse se suis opibus defendere videretur; illum cohortatus sum, vt in sua vita conseruanda primum regnare *disceret; à quibus perspexisset sibi insidias paratas, in eos vteretur iure regio; pœna afficeret eos, quos necesse esset; reliquos metu liberaret; præsidio exercitus mei ad eorum, qui in culpa essent, timorem potius, quàm ad contentionem vteretur: fore autem, vt omnes, quando S. C. nossent intelligerent me regi, si opus esset, ex auctoritate vestra præsidio futurum. Ita, confirmato illo, ex eo loco castra moui, & iter in Ciliciam facere institui; cum hac opinione e Cappadocia discederem, vt *consilio vestro, casu incredibili, ac pene diuino regem, quem vos honorificentissime appellassetis nullo postulante, quemq; meę fidei commendassetis, & cuius salutem magnæ vobis curæ esse decreuissetis, meus aduentus pręsentibus insidijs liberasset. quod ad vos à me scribi, non alienum putaui; vt intelligeretis ex ijs, quæ pene acciderunt, vos multo ante, ne ea acciderent, prouidisse. Eoq; vos studiosius feci certiores, quòd in rege Ariobarzane ea mihi signa videor virtutis, ingenij, fidei, beneuolentiæq; erga vos perspexisse, vt non sine causa tantam curam, diligentiamq; in *eius vos salutem videamini contulisse. Valete.*

de hoc modeste q̃ritur epist. antecedenti.

idem scribit ad Appium ep. 6. l. 3.

cuius soror nupta erat Pacoro, regis Parthorũ filio. Appianus in Parthico. infra, ep. 3. vide infra, epist. 4.

sic appellabatur a Romanis, græcis nominibus ad latinam consuetudinem traductis: id est, pius, & amicus Romanorum. vide ep. 17. lib. 2.

videt Ariobarzanes rex, cui senatus Cappadociæ regnum largitus erat, insidijs interfectus. de quo Iustinus l. 38. & hic epist. 17 lib. 2.

dictionem, Fide, pleriq; veteres libri non habent.

erat. n. adolescens, appellatus a senatu rex Cicerone consule. ep. 17. lib. 2.

qui prouidistis multo ante, ne acciderent ea, quę pene acciderunt, facto S. C. de Ariobarzane.

de quo decreuistis, q̃d nullo vnq̃ de rege. HVBER.

SI vos bene valetis, bene est: ego quidem valeo. Cum pridie} facit Cicero certiorem S. P. Q. R. quid egerit, cum primum in Asiam venit, imperator in Ciliciam proficiscens: deinde, quemadmodum præsidiis sui exercitus liberauerit Ariobarzanem, regem Cappadociæ, ab insidiis, quæ illi parabantur, cum fuisset illius regis salus Ciceroni commendata. postremo Cicero eius regis ingenium, fidem, & beneuolentiam ergo populum R. se perspexisse affirmat: quibus dicit illum meruisse, ita esse populo R. carum. {In prouinciam} Asiam. {Conducere} vtile esse. {Copia} quia erant pauca, vt in præcedenti epistola, Mihi in hac paucitate militum certe animus nõ deerit. {Illato} moto. {Lycaoniam &c.} regiones sunt in Asia, vt scribunt Ptol & Strabo. {Pateret} esset patens, &, vt supra dixit, inanis. {Continens} coniuncta. {Cybistra} quod oppidum est Armeniæ minoris præfecturæ Cataoniæ. {Deiotarum, fidelissimum} sic Lucan. Fidumq; per arma Deiotarum {Firmiores} fortiores, audaciores. {Eius tridui} eorum trium dierũ. {Officio} debito & honesto negotio. {Intercessisset} interposita fuisset. nam S. C. fuerat Ariobarzanes cõmendatus Cic. {Eusebem} pium. {Philoromæum} amicum Romanorũ. nam Rhomæos, Romanus dicitur. {Præsidio} tutelæ. {De nullo rege} vt eius salus publico decreto, & S. C. cuiq̃ commendaretur, & esset vobis curę, sicut factum est de Ariobarzane. {Deferre} denũciare, vt intelligeret quid de eo iudicassetis. {Tantã diligẽtiam} in offerendo præsidium {Perspici posset} vt posset cognosci quod & ego fideliter agerẽ, & vos ita velletis. {Auctoritas} voluntas. {Atq; ita} exponit pluribus verbis qualiter Ariobarzanes eius oblationem admiserit. {Primo} quia vt videbimus, postea aliter cognouit. {Interitus paterni} cædis paternæ, quia eius pater fuerat per insidias interfectus. {Vigilanter} diligenter oĩbus periculis circũscriptus. nam vigilare translatiue pro diligentem esse ponitur, sicut dormire pro negligentem esse. Ter. Dormiunt, ego pol eos cõmouebo. Iuuen. Sed vigilat consul, vexillaque nostra coercet. {Implorare} cum lacrymis petere. de cuius verbi proprietate plura alio loco diximus. {Propter metũ} ne à proditoribus & insidiatoribus interficerẽtur, si indicassent. {Spe mei pręsidij} à quo viderẽt se posse defendi, si quispiã eis quidq̃ minatus esset. {In his} qui dixerunt, quæ scirent. {Fratrẽ s.} s. dixit detulisse. {Solicitatũ} tentatum, incitatũ. {Id non potuisse accidere} s. vt regnaret. {Fratre} s. Ariobarzane, ad quem regnũ merito pertinebat. {Propter metũ periculi} ne si indicasset, interfectus fuisset

fuiſſet ab ijs, qui eum ſolicitauerāt. {Probatos} cognitos {Docti caſu} .i. qui ex caſu patris didicerant, quā ſeruanda eſſet vita regis ſui. {Cohortes} pedites. {Facere} .i. dare ei equitatū & cohortes, & quæcunq; eſſent neceſſaria ad cuſtodiā ſalutis eius. {Suis opibus} ſuis viribus & facultatibus. {Regnare} exercere regnū. {Iure} p̄tāte & licentia, qua reges in inſidiatores & proditores ſuos vti p̄nt. {Reliquos} qui non eſſent in culpa, cū tñ tacuiſſent pp metum {Liberaret me} faceret vt intelligerēt nihil ſibi, mali imminere, & eſſent ſine metu. {Potius ad timorem} potius ad eos terrendū. {Quàm ad contentionem} q̄ ad dimicationem & pugnā {Vteretur} .ſ. hortatus ſum. {Nullo poſtulāte} ſponte veſtra. {Non ſine cauſa} pp ſupradicta ſigna, quæ in eo perſpexi, quæ vñr etiam à vobis intelligi, cum eum tantæ curæ habetis.

ARGVM. CVm pridie &c. {Quidam præpoſitam hñt ſalutationem vulgarem Si vus valetis bene eſt: ego quidem valeo. Facit autem certiorē S P.Q.R. quid egerit cum primum in Aſiam venit imperator in Ciliciam proficiſcens: deinde quēadmodum præſidiis ſui exercitus liberauerit Ariobarzanem regem Cappadociæ ab inſidiis, quæ illi parabantur, cum ſalus illius regis fuerit ſibi cōmendata poſtremo eiuſdem regis ingenium, fidem, & beneuolentiā erga S.P.Q.R. ſe perſpexiſſe affirmat, quibus dicit illum meruiſſe, vt P R. ſit carus. Ordo eſt. Cum veniſſem pridie .i. die qui præceſſit cal. Sex. .i. primum diem Auguſti in prouinciā .ſ. Ciliciā; neq; potuiſſem venire maturius .i. citius, propter difficultatē itinerum per terras, & nauigationum per maria: putaui conuenire maxime officio meo, & conducere .i. vtile eſſe reip. parare ea quæ pertinerent ad exercitū, & ad rem militarē Quæ cum eſſent & conſtituta .i. ordinata, & inſtructa à me magis cura & diligentia q̄ facultate & copia; & nuncij & literæ de bello illato à Parthis in prouinciā Syriam afferrentur fere quotidie: arbitratus ſum iter faciēdum ſup. eſſe mihi per Lycaoniam & per Iſauros, & per Cappadociam, regiones illas Aſiæ. Suſpicio .n. magna erat Parthos, ſi conarentur egredi ex Syriam, atq; irrumpere in prouinciā meam, videlicet Ciliciam, eos facturos eſſe iter per Cappadociam, ꝙ ea pateret maxime. Erat .n. vt ſupra dixit, inermis. Itaq; feci iter per eām partē Cappadociæ, quæ eſt continens .i. ſe tenens & affinis cum Cilicia: locaui caſtra ad Cybiſtra, quod oppidū eſt ad montē Taurum. Cic. fere in appoſitione magis cōe præponit, vt, regis Deiotari, montem Taurum, prouinciā Syriam &c non tñ ſemper. nam ſequitur, vt Artuaſdes rex Armenius quocunq; animo eſſet .i. quēcunque aium in nos haberet, ſciret exercitū populi R. eſſe non longe à finibus ſuis: & vt .ſ. haberem Deiotarum regē fideliſſimum atq; amiciſſimum reip. noſtræ, coniunctū maxime, appoſitione hoīem .i. qui eſt homo cuius & conſilio & opibus reſp .ſ. Romana, poſſit iuuari maxime. In quo loco cum haberē caſtra & miſiſſem equitatum in Ciliciā, vt & aduentus meus nunciatus his ciuitatibus quæ eſſet in ea parte, faceret animos hoīum firmiores; & ego poſſem ſcire mature .i. cito quid ageretur in Syria: putaui tēpus eius tridui, quod morabor in his caſtris, ponendum .i. expendendum in officio magno & neceſſario mihi. Cum .n. auctoritas veſtra interceſſiſſet .i. confirmaſſet, vt ego tuerer .i. protegerem Ariobarzanem, Euſebem .i. pium cultorem, & Philoromæum .i amicum Romanorū, græca ſunt vocabula, & græce ſcribenda. Nam εὐσεβὴς, dicitur pius, & religioſus, φίλος, amicus, & amator, ῥωμαῖος, Romanus. Græce .n. aſpiratur, vt Rhome .i. Valentia & defenderē ſalutem & incolumitatem & regnum eius regis; & eſſem præſidio .i. cuſtodiæ & protectioni regi, & regno; & ſup. cum adiunxiſſetis ſalutem eius regis eſſe populo ſenatuique R. magnæ curæ; quod vllo .i. non vllo eſſet decretum vnq̄ de vllo rege, ab ordine noſtro .i. ſenatorio: exiſtimaui .i. iudicaui me debere de ferre ad regē .i. indicare regi, iudicium veſtrum, & polliceri ei præſidiū meum & fidem & diligentiam: vt qñ .i. qm̄ ſalus ipſius & incolumitas regni eſſet cōmendata mihi à vobis, diceret ſiquid vellet. Quæ cum eſſem locutus in concilio meo .i. in cœtu meorū, cum rege illo .ſ. rex egit initio orationis .ſ. reſponſionis ſuæ vobis vt debuit maximas gratias. Deinde egit mihi gratias, ꝙ videbatur ei permagnum, & perhonorificū .i. valde magnum & valde honorificū eſſe, ſalutem ſuam eſſe ſenatui populoq; R. tantæ .i. tam magnæ curæ, & me adhibere tantā diligentiam, vt & fides .i. fidelitas mea, & auctoritas veſtræ cōmendationis poſſet perſpici. Atq; ille locutus eſt primo mecum, quod fuit mihi maximæ lætitiæ, ita vt diceret ſe nullas .i. non vllas aut non intelligere, aut etiam ſuſpicari vllas inſidias fieri vitæ ſuæ, neq; regno ſup. ſuo. Cum eſſem gratulatus ei, & dixiſſem me gaudere id .i. propter id, cohortatus vt recordaretur illū caſum .i. fortuitum euentū interitus paterni, qui per inſidias cæſus erat. & tueretur .i. protegeret ſe vigilanter, atq; conſuleret .i. proſpiceret ſaluti ſuæ, admonitu .i. ex admonitione ſenatus .ſ. Romani: tum .i. deinde diſceſſit à me in oppidum Cybiſtra .ſ. nomine. eſt aūt neutri generis & pluralis numeri. Autem .i. ſed ipſe venit ad me in caſtra poſtridie .i. die proxime ſecuto, cum Ariarathe fratre ſuo, & cum amicis paternis, maioribus natu .i. ſenioribus: & perturbatus ac flens, cum & frater faceret idem .i. etiam fleret, & amici ſup. facerent idem, cœpit implorare .i. plorando poſcere fidem meam & cōmendationem veſtram. Cum admirarer quid noui accidiſſet; dixit indicia .i. manifeſtamēta inſidiarū manifeſtarum .ſ. tunc non prius eſſe delata .i. denunciata ſibi; quæ eſſent occulta ante aduentū meum, ꝙ ij, qui poſſent patefacere, ea reticuiſſent propter metum: aūt .i. ſed complures detuliſſe ad ſe .i. ſibi indicaſſe audacter eo tpe, ſpe præſidij mei .i. cuſtodiæ & protectionis meæ, ea quæ ſcirent; & ſup. dixit, fratrem amantiſſimum ſui .ſ. regis præditum ſumma pietate dicere in ijs .i. inter eos qui quæ ſcirent detulerant, ea quæ is dicebat quoq; .i. etiam me audiente, ſe eſſe ſolicitatū, vt vellet regnare .i. regnum inuadere: & ſup. id non potuiſſe accidere fratre ſuo viuo: ſe tñ nunq̄ protuliſſe eam rem in medium .i. indicaſſe fratri ante illud tempus, pp metum periculi quod imminebat ab ijs qui volebant illū regnare. Quæ cum eſſet locutus; monui regē vt adhiberet oēm diligentiam ad conſeruandum ſe: & hortatus ſum amicos probatos .i. fideles inuentos, in fide atq; iudicio patris eius ſup. vt docti caſu acerbiſſimo .i per caſum acerbiſſimū patris eius defenderent omni cura & cuſtodia vitam regis ſui. Cū rex poſtularet à me æquitatum & cohortes de exercitu meo: etſi intelligebam me non modo poſſe, ſed etiam debere facere id S.C. veſtro .i. ꝓpter S.C. veſtrum; tñ cum reſp. poſtularet propter quotidianos nuncios ex Syria .ſ. de aduentu Parthorū, vt adducerem q̄ primum exercitum ad fines Ciliciæ; & cum rex videretur mihi, iam inſidijs patefactis, non egere exercitu populi R. ſed videretur poſſe defendere ſe ſuis .i. ꝓprijs opibus .i. facultatibus; cohortatus ſum illum, vt diſceret regnare primum in conſeruanda vita ſua; & vteretur iure regio in eos à quibus perſpexiſſet inſidias paratas ſibi; & afficeret pœna eos quos eſſet neceſſe .ſ. afficere; & liberaret reliquos metu; præſidio &c. & ſup. cohortatus ſum regem, vt vteretur præſidio exercitus mei potius ad timorē eorū, qui eſſent in culpa, q̄ ad contentionem .i. longam concertationem: aūt .ſ. ſed, dixi ſup fore .i. futurum, vt omnes qñ .i. qñquidem noſſent S. C. .ſ. de præſidio regi ferendo, intelligerent me futurum eſſe regi præſidio .i. ad præſidium, ſi opus eſſet, ex auctoritate veſtra. Illo .ſ. rege confirmato, ita moui caſtra ex illo loco, & inſtitui facere iter in Ciliciam, cum diſcederem e Cappadocia hac opinione .ſ. derelicta, vt aduentus meus liberaret inſidijs præſentibus .i. tunc imminentibus conſilio veſtro .i. propter conſilium veſtrum, caſu incredibili ac pene .i. quaſi diuino. non .n. ſciebat regem inſidiis peti. regem .ſ. Ariobarzanem, quem vos appellaſſetis honorificentiſſime .ſ. nomine amici ſociiq; imperij R. quēque commendaſſetis fidei meæ, & ſup. cuius ſalutem vos decreuiſſetis eſſe vobis magnæ curæ. Quod .i. quam rem ego putaui non alienum ſup. eſſe .i. impertinēs ſcribi .i. ſi ſcriberetur à me ad vos; vt intelligeretis ex iis quæ acciderunt .i. euenerunt pene .i. quaſi, (non tñ euenerunt. loquitur autem de cæde regis Cappadocum) vos prouidiſſe multo ante, ne ea acciderent. Et ego feci eo .i. propterea vos certiores ſtudioſius .ſ. diligentius ꝙ ego videor mihi perſpexiſſe in rege Ariobarzane ea ſigna virtutis, ingenii, fidei, & beneuolentiæ erga vos, vt vos videamini contuliſſe in ſalutem eius tantā curam & diligentiam non ſine cauſa.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Catonem certiorem facit, quid de Parthis acceperit. deinde, cur non ſcribat, excuſat ſe,

M. CICERO IMP. S. D. M. CATONI. 3

CVm ad me legati, miſſi ab Antiocho * *Commageno, veniſſent in caſtra ad Iconium ante diem* III. *non. Sept. ijq; mihi nuntiaſſent, regis Parthorum filium, quocum eſſet nupta* * *regis Armeniorum ſoror, ad Euphratem cum maximis Parthorum copijs, multarumq; præterea* * *gentium magna manu veniſſe,* * *Euphratemq; iam tranſire cœpiſſe; dicique, Armenium regem in Cappadociam impetum eſſe facturum: putaui* pro

ep. 1. & 4. h.l.
Artauaſdes. ep. 2. h.l.
Arabum. ep. 4. h.l.
Euphrates erat terminus Parthorum...

*pro nostra necessitudine me hoc ad te scribere oportere. publice propter duas causas nihil scripsi: quòd & ipsum Commagenum legati dicebant ad senatum statim nuntios literasq; misisse; & existimabam M. *Bibulum procos. qui circiter id. Sext. ab Ephesoin Syriam nauibus profectus erat, quòd secundos ventos habuisset, iam in prouinciam suam peruenisse: cuius literis omnia *certiora perlatum iri ad senatum putabam. Mihi, vt in eiusmodi re, tantoq; bello, maxime curæ est, vt, qua copijs, & opibus tenere vix possumus, ea mansuetudine, & continentia nostra, sociorum fidelitate teneamus. Tu velim, vt consuesti, nos absentes diligas, & defendas. Vale.*

quocum nupta erat filia Catonis. Plutarc. in Bruto.
quia Syria, Bibuli prouincia, Parthis finitima.

HVBER.

CVm ad me} Ad M. Catonem scribit Cicero, quid ex legatis Antiochi Commageni intellexerit de bello Parthorum, qui iam cœpisse Euphratem transire ferebantur: deinde, quod rex Armeniorum Cappadociam inuasurus esset. postea excusat se, adductis rationibus, quare de his rebus nihil publice scripserit, præcipue quia existimabat M. Bibulum, Syriæ pretorem, omnia perscripturum. postremo dicit se tuiturum prouinciam magis mansuetudine & continentia, quàm viribus armorum. rogatq; Catonem, vt se diligat & defendat, sicut cõsueuit. {Antiocho Commageno}.i. rege Commagenæ, quæ, vt supra diximus, est pars Syriæ {Iconium} oppidum Lycaoniæ, vbi ego habebam castra. {Quocum}.i. cui. dicitur. n. mulier nupsit mihi & mecum. {Multarum gentium} variarum regionum. {Dicitq;} subaudi cum nuntiassent dici. {Quòd & ipsum} prima causa. {Opibus} viribus. {Mansuetudine} mansuete tractando & prouinciales & socios nostros. {Continentia} modestia ne in cuiusquam iniuriam prolabar. {Defendas} in senatu & in ciuitate, si aliqui honori nostro petrahent.

ASCEN.

CVm ad me &c.} Scribit ad M. Catonem quid ex legatis Antiochi intellexerit de Parthia qui Euphratem transire ferebantur, atq; alia multa super eodem negotio, vt cum ordine patebit, qui talis est Cum legati missi ab Antiocho Cõmageno i. rege Commagenæ, quæ est pars Syriæ, venissent ad me in castra in Iconium oppidum Lycaoniæ. III. non. Sept. & ij nunciassent mihi filium regis Parthorum, cum quo soror regis Armeniorum esset nupta, venisse ad Euphratem. s. fluuium, cum maximis copijs Parthorum, & præterea. i. præter Parthos, cum magna manu multarum gentium, & cœpisse iam transire Euphratem, & nunciassent dici. i. quod diceretur regem Armenium facturum esse impetum in Cappadociam: putaui pro necessitudine nostra oportere me scribere hoc ad te. Ego nihil scripsi publice. i. ad senatum quæ publice legerentur, (videtur tamen publice misisse primas huius libri, sed, ve opinor, post has, quia non eo ordine quo datæ sunt in hoc opere literæ) propter duas causas, quod legati dicebant, &. i. simul ipsum. Commagenum s. Antiochum regem misisse statim nuncios & literas ad senatum. s. R. & sup. quod existimabam M. Bibulum proconsulem. i. habentem potestatem consularem in Syria, qui profectus erat circiter id. Sextilis. i. Augusti mensis, vt nunc dicitur, ab Epheso oppido Asiæ in Syriam nauibus. i. per naues, quod. i. quia habuisset ventos secundos, peruenisse iam in prouinciam suam: cuius literis ego putabam omnia perlatum iri. i. perferenda esse, certiora. i. euidentia, ad senatum. Maximæ curæ est mihi, vt. s. debet esse in re huiusmodi, & in tanto bello, vt teneamus ea quæ via possumus tenere copijs. i. multitudine armatorum & opibus. i. potentijs, mansuetudine, & continentia. i. abstinentia ab alienis, nostra, & fidelitate sociorum. Ego velim sup. vt tu diligas & defendas nos absentes, vt consuesti, pro consueuisti.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Longa hac epistola, & elegantissima Catonem solicitat, & rogat, vt honorem illius ornet, & apud senatum amplificet, recensitis prius, quæ in Cilicia egerit & confecerit.

M. CICERO IMP. S. D. M. CATONI. 4

*SVMMA tua auctoritas fecit, meumque perpetuum de tua singulari virtute iudicium, vt magni mea interesse putarem, & res eas, quas gessissem, tibi notas esse, & non ignorari à te, qua æquitate, & continentia tuerer socios, prouinciamque administrarem. his. n. à te cognitis, arbitrabar facilius me tibi, quæ vellem, probaturum. Cum in prouinciam pridie kal. Sext. venissem, & propter anni tempus ad exercitum mihi confestim esse eundum viderem; biduum *Laodiceæ fui, deinde Apameæ quatriduum; triduum Synnadis, totidem dies Philomeli. quibus in oppidis cum magni conuentus fuissent; multas ciuitates acerbissimis* tributis, & grauissimis vsuris, & falso ære alieno liberaui. cumq; ante aduentum meum seditione quadam exercitus esset dissipatus; quinque *cohortes sine legato, sine tribuno mil. denique etiam sine centurione vllo apud Philomelum consedissent; reliquus exercitus esset in Lycaonia: M. Anneio legato imperaui, vt eas quinque cohortes ad reliquum exercitum duceret; coactoq; in vnum locum exercitu, castra in Lycaonia apud Iconium faceret. quod cum ab illo diligenter esset actum; ego in castra ad VII. kal. Sept. veni: cum interea superioribus diebus ex S. C. & euocatorum firmam manum, & equitatum satis idoneum, & populorum liberorum, regumque sociorum auxilia voluntaria comparauissem. interim cum, exercitu lustrato, iter in Ciliciam facere cœpissem; kal. Sept. legati à rege *Commageno ad me missi, pertumultuose, neque tamen non vere, Parthos in Syriam transisse, nuntiauerunt. quo audito, vehementer sum commotus cum de Syria, tum de mea prouincia, de reliqua deniq; Asia. itaq; exercitum mihi ducendum per Cappadociæ regionem eam, quæ Ciliciam attingeret, putaui. nam si me in Ciliciam demisissem; Ciliciam quidem ipsam propter montis Amani naturam facile tenuissem; (duo sunt enim aditus in Ciliciam ex Syria, quorum vterque paruis præsidijs propter angustias intercludi potest: nec est quidquam Cilicia contra Syriam munitius) sed me Cappadocia mouebat, quæ patet à Syria, regesq; habet finitimos, qui etiam si sunt amici nobis, tamen aperte Parthis inimici esse non audent. itaq; in Cappadocia extrema non longe à Tauro apud oppidum Cybistra castra feci; vt & Ciliciam tuerer; &, Cappadociam tenens, noua finitimorum consilia impedirem. Interea in hoc tanto motu, tantaq; expectatione maximi belli, rex Deiotarus, cui non sine causa plurimum semper & meo, & tuo, & senatus iudicio tributum est, vir cum beneuolentia, & fide erga populum R. singulari, tum præsentia, magnitudine, & animi, & consilij, legatos ad me misit, se cum omnibus suis *copijs in mea castra esse venturum. Cuius ego studio, officioq; commotus, egi ei per literas gratias: idq; vt maturaret, hortatus sum. Cum autem ad Cybistra propter rationem belli quinque dies essem commoratus; regem Ariobarzanem, cuius salutem à senatu te auctore commendatam habebam, præsentibus insidijs *nec opinantem liberaui: neq; solum ei saluti fui, sed etiam curaui, vt cum auctoritate regnaret. Metram, & eum, quem tu diligenter mihi commendaras, Athenæum, importunitate Athenaidis exilio multatos, maxime apud regem auctoritate, gratiaq; constitui. Cumque magnum bellum in Cappadocia concitaretur, si sacerdos armis se, quod facturus putabatur, defenderet, adolescẽs et equitatu, & peditatu, et pecunia paratus, & toto, ijs, qui nouari aliquid volebãt: perfeci, vt e regno ille discenderet; rexque sine tumultu, ac sine armis, omni auctoritate aulæ communita, regnum cum dignitate obtineret. Interea cognoui multorum literis, atq; nuntijs, magnas Parthorum copias, & Arabum ad oppidum Antiochiam accessisse, magnumque eorum equitatum, qui in Ciliciam transisset,*

ad Att. ep. 16. l. 5. & hic ep. 8. l. 3
vide ep. 7. 8. & 10. l. 3.
puto significari eas, de quibus ad Appiũ scribit ep. 16. lib. 3.
ep. 1. & 5. h. l.
cohortes XXX. equitũ MM. vide ad Att. ep. 18. l. 5. & 2. lib. 6.
ep. 18. l. 13.

ab

quos in Ciliciam pmiseras. vide supra, ep. 2.

*ab*equitum meorum turmis & à cohorte prætoria, qua erat Epiphaneæ præsidij causa, occidione occisum. Quare cum viderem, à Cappadocia Parthorum copias auersas, non longe à finibus esse Ciliciæ; quàm potui maximis itineribus ad Amanum exercitum duxi. quò vt veni; hostem ab Antiochia *recessisse, Bibulum Antiochiæ esse cognoui; Deiotarumq; confestim, iam ad me venientem cum magno, & firmo equitatu, & peditatu, & cum omnibus suis copijs, certiorem feci, non videri esse causam, cur abesset à *regno; meq; ad eum, si quid forte noui accidisset, statim literas, nuntiosq; missurum esse cumq; eo animo venissem, vt vtriq; prouinciæ, si ita tempus ferret, subuenirem: tamen id, quod iam ante statueram vehementer interesse vtriusq; prouinciæ, pacare *Amanum, & perpetuum hostem ex eo mõte tollere, agere perrexi. cumque me discedere ab eo monte simulassem, & alias partes Ciliciæ petere; abessemq; ab Amano iter vnius diei; & castra apud Epiphaneam fecissem: ad IIII. id. Oct. cum aduesperasceret, expedito exercitu ita noctu iter feci, vt ad III. id. Oct. cum lucesceret, in Amanum ascenderem distributisq; cohortibus, & auxilijs, cum alijs Quintus fratre legatus mecum simul, alijs C. Pontinius legatus, reliquis M. Anneius, & L. *Tullius legati præessent, plerosque nec opinantes oppreßimus; qui occisi, captiq; sunt, interclusi fuga. Eranam autem, quæ fuit non vici instar, sed vrbis, quòd erat Amani caput, itemq; Sepyram & Commorim, acriter, & diu repugnantibus, Pontinio illam partem Amani tenente, ex antelucano tempore vsq; ad horam diei decimam, magna multitudine hostium occisa, cepimus: castellaq; sex capta: complura incendimus. his rebus ita gestis, castra in radicibus Amani habuimus apud Aras Alexandri quatriduum: & in reliquis Amani *delendis, agrisq; vastandis, quæ pars eius montis meæ prouinciæ est, id tempus omne consumpsimus. confectis his rebus, ad oppidum Eleutherocilium Pindenissum exercitum adduxi. quod cum esset altissimo, & munitissimo loco, ab ijsque incoleretur, qui ne regibus quidem vnquam paruissent; cum & fugitiuos reciperent, & Parthorum aduentum acerrime expectarent: ad existimationem imperij pertinere arbitratus sum, comprimere eorum audaciam, quo facilius etiam ceterorum animi, qui alieni essent ab imperio nostro, frangerentur. vallo, & fossa circundedi: sex castellis, castrisq; maximis sepsi: aggere, vineis, *turribus oppugnaui: vsusq; tormentis multis, multis sagittarijs, magno labore meo, sine vlla molestia, sumptuve sociorum, septimo quinquagesimo die rem confeci; vt, omnibus partibus vrbis disturbatis, aut incensis, compulsi in potestatem meam peruenirent. His erant finitimi, pari scelere, & audacia, Tibarani ab his, Pindenisso capto, obsides accepi: exercitum in biberna dimisi: Quintum fratrem negotio præposui, vt in vicis aut captis, aut *male pacatis exercitus collocaretur. Nunc velim tibi sic persuadeas, si de his rebus ad senatum *relatum sit, me existimaturum summam mihi laudem tributam, si tu honorem meum sententia tua comprobaris. idque, etsi talibus de rebus grauissimos homines & rogare solere, & rogari scio, tamen admonendum potius te à me, quàm rogandum, puto. Tu es enim is, qui me tuis sententijs sępißime ornasti; qui oratione, qui prædicatione, qui summis laudibus in senatu, in concionibus ad cęlum extulisti; cuius ego semper tanta esse verborum pondera putaui, vt, vno verbo tuo cum mea laude coniuncto, omnia consequi me arbitrarer. Te deniq; memini, cum *cuidam clarissimo, atque optimo viro supplicationem non decerneres, dicere, te decreturum, si referretur ob eas res, quas is consul in vrbe gesißet. Tu idem mihi supplicationem decreuisti togato, non, vt multis, rep. bene gesta, sed, vt nemini, rep. conseruata. Mitto, quòd inuidiam, quòd pericula, quòd omnes meas tempestates & subieris, & multo etiam magis, si* per me licuisset, subire paratissimus fueris; quòd deniq; inimicum meum, tuum inimicum putaris: cuius etiam interitum, vt facile intelligerem, mihi quantum tribueres, Milonis causa in senatu defendenda approbaris. A me autem hæc sunt profecta, quæ ego in beneficij loco non pono, sed in veri testimonij, atq; iudicij: non vt præstantißimas tuas virtutes tacitus admirarer, (quis. n. id non facit?) sed in omnibus orationibus, sententijs dicendis, causis agendis, omnibus scriptis, græcis, latinis, omni deniq; varietate literarum mearum te non modo ijs, quos vidissemus, sed ijs, de quibus audissemus, omnibus anteferrem. Quæres fortasse, quid sit, quòd ego hoc nescio quid gratulationis, & honoris à senatu tanti æstimem. agam iam tecum familiariter, vt est & studijs, & officijs nostris mutuis, & summa amicitia dignum, & necessitudine etiam paterna. Si quisquam fuit vnquam remotus & natura, & magis etiam, vt mihi quidem sentire videor, ratione, atq; doctrina ab inani laude, & sermonibus vulgi: ego profecto is sum. testis est consulatus meus: in quo, sicut in reliqua vita, fateor ea me studiose secutum, ex quibus vera gloria nasci posset: ipsam quidem gloriam per se nunquam putaui expetendam. itaq; & *prouinciam ornatam, & spem non dubiam *triumphi neglexi. sacerdotium denique, cum, quemadmodum te existimare arbitror, non difficillime consequi possem, non appetiui. idem post *iniuriam acceptam, quam tu reip. calamitatem semper appellas, meam non modo non calamitatem, sed etiam gloriam, studui quam ornatissima senatus, populiq; R. de me iudicia intercedere. itaq; & *augur postea fieri volui, quod antea neglexeram: & eum honorem, qui à senatu tribui rebus bellicis solet, neglectum à me olim, nunc mihi expetendum puto. Huic meæ voluntati, in qua inest aliqua vis desiderij ad sanandum vulnus iniuriæ, vt faueas, adiutorq; sis, quod paulo ante me negaram rogaturum, vehementer te rogo, sed ita, si non ieiunum hoc nescio quid, quod ego gessi, & contẽnendum videbitur, sed tale, atq; tantum, vt multi, nequaquam paribus rebus, *honores summos à senatu consecuti sint. Equidem etiam mihi illud animaduertisse videor; (scis enim, quàm attente te* audire soleam) te non tam res gestas, quàm mores, instituta, atq; vitam imperatorum spectare solere in habendis, aut non habendis honoribus. quod si in mea causa considerabis; reperies me exercitu *imbecillo contra metum maximi belli firmissimum præsidium habuisse æquitatem, & continentiam. his ego subsidijs ea sum consecutus, quæ nullis legionibus consequi potuissem: vt ex alienissimis socijs amicissimos, ex infidelissimis firmissimos redderem; animosq; nouarum rerum expectatione suspensos, ad veteris imperij beneuolentiam traducerem. Sed nimis hæc multa de me, præsertim ad te, à quo vno omnium sociorum querelæ audiuntur. cognosces ex ijs, qui meis institutis se *recreatos putant. eumq; omnes vno prope consensu de me apud te ea, quæ mihi optatißima sunt, prædicabunt: tum duæ maximæ clientelæ tuæ, Cyprus insula, & Cappadociæ regnum, tecum de me loquentur: puto etiam regem*

Marginal notes, left column:

Cassio insequẽte. vide ep. 20. l. 5. ad Att.

Galatia.

ep. 20. l. 5.

ad Att. ep. 20. l. 5.

cuius auaritiam carpit ep. vltima l. 5. ad Att.

vide ep. 10. l. 2. & ad Att. ep. 20. lib. 5.

vnica turri. ep. 20. l. 5. ad Att.

ep. 20. l. 5. ad Att.

vt mihi supplicationes decernãtur.

Marginal notes, right column:

opinor, C. Antonio: cui decreta supplicatio Dio lib. 37.

si armis contra Clodium certare voluissem. vide Pedianum.

græce etiam Cicero scripsit. vt commẽtariũ de consulatu suo ep. 1. l. 2. ad Att.

ep. 2. l. 5. si in prouinciam irem.

exiliũ suum significat.

vide oratio nẽ 2. in Antonium, & in principio declam. orat. & Plutarchum.

triumphum

cum in senatu sententiam dicit. duabus legionibus. ep. 15. l. 5. ad Att. & hic ep. 9. l. 15 et 1. huius l.

cum Appij iniuriis afflicti essent ad Att. l. 5. ep. 16. & l. 6. ep. 2.

*Deiotarum, qui vni tibi est maxime necessarius. Quæ si etiam maiora sunt; & in omnibus sæculis pauciores viri reperti sunt, qui suas cupiditates, quàm qui hostiũ copias, vincerent: est profectò tuum, cum ad res bellicas hæc, quæ rariora, & difficiliora sunt, genera virtutis adiunxeris, ipsas etiam illas res gestas *iustiores esse, & maiores, putare. Extremum illud est, vt quasi diffidens rogationi meæ, philosophiam ad te allegem: qua nec mihi carior vlla vnquam res in vita fuit, nec hominum generi maius à deis munus vllum est datum. hæc igitur, quæ mihi tecum communis est, societas studiorum, atque artium nostrarum, quibus à pueritia dediti, ac deuincti, soli *propemodum nos philosophiam illam veram, & antiquam, quę quibusdam otij esse, ac desidiæ videtur, in forum, atque in remp. atq; in ipsam aciem pene deduximus, tecum agit de mea laude: cui * negari à Catone fas esse non puto. quamobrem sic tibi persuadeas velim: si mihi tua sententia tributus honos ex meis literis fuerit, me existimaturum, cum auctoritate tua, tum beneuolentia erga me mibi quod maxime cupierim, contigisse. Vale.*

magis placeret Paulo M. illustriores.

vide prooemium paradoxorum.

negauit tamen, vt patet in ep. sequenti, & 11.1 8. & 1. & 1.1. 7. ad Att.

HVBAR.

SVmma tus} Quæ in pręcedentibus epistolis ad consules senatumq; perscripsit Cicero, ea nunc in hac epistola Catoni exponit, & simul quibus consilijs, quibus artibus, quibus opibus maximas res gesserit aduersus Parthos, quæ oppida ceperit, quæ continentia & integritate prouinciam & socios retinuerit. Deinde petit ab eo, vt ijs rebus senatui relatis, ess ornet Cato sentẽtia sua; & eius honorem cõprobet. Quod vt facilius ab eo impetret, cõmemorat eius in se animũ semper liberalissimum, & multa in se beneficia, ab eo collata, postremo etism similitudinem studiorũ, cum vterq; philosophiæ sit deditus: ex quo se magis Catoni cõmendatum esse debere ostendit. Narrationem aũt multarum rerum, in Cilicia gestarum, videre licet lib 2. ep. 10. quæ incipit, Tu vide, ad Cœlium Rufum. Hæc vero epistula licet prolixior sit, non magnæ tñ est difficultatis. {Qua æquitate & continentia} sicut in fine præcedẽtis epist. dixit. {Socios nobis} fędere coniunctos. {Probaturũ} persuasurum {Laodiceæ} de nominibus harum vrbiũ, quibus in locis singulæ sint, diximus lib. 2. & 3. itaq; ne, eadem repetentes, molesti simus; qui volet, inde sumat, quæ ad hunc locum pertinebunt. {Acerbissimis tributis} sic lib 3. ad Appium: Primum, cum ad me aditum esset ab ijs, qui dicerent à se intolerabilia tributa exigi, quid habuit iniquitatis, me scribere, ne facerent? {Falso} iniusto, vt in supra dicta epistola, Apameæ cum essem multarum ciuitatum principes, ad me detulerunt, sumptus decerni legatis nimis magnos, cum soluendo ciuitates non essent. {Aere alieno} debito. {Consedissent} constitissent. {Castra faceret} teneret exercitum. {In Lycaonia} in qua regione est Iconium {Coacto} congregato. {Euocatorum} militum. de quibus alio loco plura diximus ex auctoritate Seruij. {Exercitu lustrato} numerato, & diligenter circunspecto. {Prouincia mea} Cilicia. {Demisissem} discendissem {Paruis præsidiis} paucis militibus. {Propter angustias} quæ loca angusta & stricta parua multitudine seruãtur. {Intercludi} imperidi {Pater} vt supra, Iter eos per Cappadociã. qꝛ ea maxi me patet, facturos. {A Syria} à parte Syrię. {Aperte} agentes aliquid contra eos, quis timent eorũ impetum ꝓp vicinitatẽ. {Extrema Cappadocia}. i. in extrema parte Cappadociæ. {Cõsilia} si quid tentarent contra nos. {Expectatione} notandũ etiam de malo expectationẽ dici. {Cui plurimum tributũ}. i. qui plurimi æstimatus est {Magnitudine animi} magna fortitudine. {Magnitudine consilij} sapientia. {Id}. s. venire in castra mea. {Propter rõnem} propter cãm {Præsentibus insidiis} vt supra visum est. Neq; opinantem}. i. de improuiso, præter opinionem {Cum auctoritate} cum dignitate. {Metrã, & Athenæum} noĩa propria virorũ, quos Cato Ciceroni commendauerat, quia exules erant: quos Cicero in auctoritatẽ & gratiam apud regem se restituisse scribit. {Mulratos} punitos {Importunitate} accusatione, vel instigatione. {Athenaidis} vrbis. sunt qui mulierem dicant. {Sacerdos} non est propriũ nomen, sed dignitatis erat aũt sacerdos adolescens quidã instructissimus ab exercitu. {Toto} absolute ponitur. i. omni re. {Is dictus est}. i. instructus oĩbus rebus pro iis qui res nouas desiderarent. {Cõmunita} corroborata. {Aulæ} regni, curiæ suæ. {Epiphaneæ} quæ ciuitas est Ciliciæ. {Occidione occisum}. i. occisum. sed maiorem habet emphasim, addẽdo, occidione. vtuntur aũt frequentius oratores & historiographi occidione, & obsidione, q̃ occisione, & obsessione. {Auersas} amotas. {Hostem ab Antiochia recessisse} sic supra lib. 2. ep. 10. Cum venissem ad Amanũ, qui mons mihi cum Bibulo cõis est, diuisus aquarum diuortiis; Cassius noster, quod mihi magnæ voluptati fuit, feliciter ab Antiochia hostẽ reiecerat. Bibulus prouinciã acceperat. {A regno}. i. non esse cãm, cur discederet à regno. cum hostes essent relicti {Vtriq; prouinciæ} Syriæ & Ciliciæ. {Pacare} pacificare, reddere quietum. {Tollere} amouere. {Agere perrexi}. i. ita facere perseuerauit. s. amouere hostem ex monte Amano. sic in prædicto lib 2. Interea cum meis copiis oĩbus vexaui Amanẽses, hostes sempiternos. multi occisi, capti: reliqui dissipati. {Cum aduesperasceret} cũ fieret noa. {Occisi} vt supra diximus {Nec opinantes} improuisos {Castella sex capta} in 2. lib. eadem ep. Castella munita, improuiso aduentu capta, & incensa. {Fugeranam} oppidum in Amano {Non instar vici} non ad similitudinẽ villæ. {Antelucano}. i. ante lucem, & ortum solis. {Repugnantibus} resistentibus s. ipsis oppidis, Fugerana, Sepyra, & Ceminori. {Apud aras Alexandri} locus est, vbi Alexãder, victo Dario, Ioui patri, & ceteris diis sacrificauit. Vide supra 2. lib. Ita victoria iusta imperator appellatus apud Issum; quo in loco sæpe, vt ex te audiui, Clitarchus tibi narrauit, Dariũ ab Alexandro esse superatum {Eleutheron} liberum. ita. n. significat græce. Est tñ Eleutheros fluuius Syriæ, cuius ostium est in Pamphilia, vt ostendit Ptolemæus {Acerrime} constantissime, sine terrore. {Existimationem} auctoritatẽ, & honorem. {Frangerentur} caderent, non perseuerarẽt in audacia. {Vallo, & fossa} vide lib. 2. oppugnationem huius oppidi in epistola, quæ incipit, Tu vide. nam hic expugnatum. {Vsq;} assidue. {Sagittariis} arciferis {Distributis} delectis {Tebarani} populi. {Ab his} Tebaranis {Male pacatis} non bene quietis & amicis P.R. {Nunc velim} expositis suis rebus gestis, petit nunc Cicero à Catone eius senteutiæ auctoritatem in omnibus his rebus. {Sententia} tuo iudicio, tua auctoritate. {Grauissimos} maximæ auctoritatis. ne fortasse diceret Cato, leuitatis esse rogare {Admonendũ} in memoriã adducẽdum. {Ad cęlũ extulisti} supra mortales me exaltasti. Virg. lib. 11. Vir Troiane, q̃bus cęlo te laudibus æquẽ? {Pondera} auctoritatẽ {Vno} solo {Non decerneres} non iudicares concedendam {Referretur} proponeretur de decernenda supplicatione. {Togato} in vrbe existenti. {Bene gesta} propter bella confecta. quod multis contigit. {Bene conseruata} fortitudine & consilijs meis liberata à coniuratis, & ꝓditoribus patrię, cum in consulatu meo Catilinæ, & reliquorũ insidias, & coniurationes oppressi. {Vt nemini} sicut nemini alij decreuisti nunq̃ propter remp. conseruatam, quia ego solus id effeci. {Mitto} dimitto. aphæresis. Virg. 1. Aen. Męstumq; timorem Mittite & 11. Mitto ea, quæ circum pugnãdo pergama passi. {Inuidiam} odiũ eorum, qui virtuti meæ inuidebant & rebus gestis, & propterea me eiiciendum curauerunt. intelligit autem tẽpa Clodiana, quibus se maxime fauorem habuisse dicit à Catone. {Tẽpestates} aduersitates, calamitates translatio. Virg. lib. 11. Aeneid. Parque per oẽs Tempestates. idem, Quanta per Ideos sæuis effusa Mycenis Tempestas ierit cãpos. {Si licuisset per me} si permisissem, vt etism illas magis subires {Inimicũ} Clodium. {Cuius} Clodij. {Interitum} cædẽ {Approbaris} iure facturũ dixeris. i. Clodium iure occisum {A me aũt} cõmemorauit Cicero quæ à Catone in se collata sint: nunc aũt, quid ipse erga Catonẽ fecerit. quæ ne videat obijcere, dicit se nõ existimare ea esse bñficia, sed vera testimonia & indicia sua de Catone. {Admirarer} amarẽ, laudarem. {Non tacitus} non intra me, vt plerunq; fit, sed publice prædicarẽ, vt infra dicet {Quis}. q. d. quilibet etiam, de quo non sis benemeritus. {Nõ facit idẽ} vt tuas virtutes tacitus admiretur. {Dicẽdi} in senatu {Varietate literarum mearũ} in philosophia & libris, quos de dicẽdi præceptis conscribo {De quibus audissemus}. i. qui iam mortui essent, & fuissent ante ætatem nostram. {Quæres} licet artificio vtatur, tñ aperte se gerere dicit. nouerat. n. Catonẽ ab omni ambitione abhorrere, & pluris æstimare beneficia, q̃ benefactorũ laudẽ {Hoc nescio quid} q. d. hoc paulum. {Si quisq̃} vt ostendat Cicero se cõuenire cum ingenio Catonis, dicit se maxime esse, q sit alienus a laudibus vulgi. {Ratione} cõsideratione, quæ me docet stultũ esse vulgi laudibus niti. {Et doctrina}. i. philosophia, quæ docet virtutem ipsam per se expetendam esse sine laudibus. qꝛ si etiam expetendæ sint laudes, potius quærendas à viris laudatis, quàm à vulgo. {Per se} sua causa sed propter virtutem. {Prouinciam} quæ erat mihi decreta. {Neglexi} sicut supra dixit lib. 5. ep. 2. ad Q. Metellum

celerem. {Ego si hoc dicam} me tua causa prætermisisse prouinciam, tibi ipse leuior videar esse. {Non dubiam} certam. {Sacerdotium} auguratum {Iniuriam acceptam} postquam ex vrbe in exilium eiectus sum. {Studui} volui. {Intercedere} esse, fieri. {Quod} s. me fieri augurem. {Olim} in cõsulatu meo. {Nunc} rebus bene gestis in prouincia. {Huic meæ} honestat Cicero hanc suam voluntatem, q dicit se hoc facere, vt præsentibus honoribus mitigetur aliquantulum vulnus iniuriæ olim acceptæ: cui voluntati rogat Catonem, vt faueat. {Vulnus} dolorem. translatio. Virg. Cum Iuno æternum seruans sub pectore vulnus. {Paulo ante negaram rogaturum} nam paulo supra dixit, Idq; etsi talibus de rebus grauissimos homines & rogare solere, & rogari scio; tamen admonendum potius te à me, quàm *rogandum, puto. {Sed ita} extollit Cicero factum suum. dicit.n. hac conditione te tm̃ rogo, vt mihi faueas, si id, quod egi, non videbitur tibi paruum, & contẽnendum {Non ieiunum} non inane. translatio à corpore, quod ieiunum inane est. {Tale} tam gloriosum. {Tantum} tam difficile & magnum. {Equidem etiam} superius dixit Cicero, quibus rationibus, licet alienus à laudibus vulgi, debuerit tamen hunc honorem quærere: nunc vero laudat mores, virtutesq; suas, quas magis à Catone spectari solere asserit, quàm gesta. {Vitam cont.} integram, sine cuiusquam iniuria. {Imbecillo} paruo & infirmo. est.o. maxima laus paruo exercitu maximum bellum sustinuisse & confecisse quod præsidium suum dicit fuisse æquitatem & continentiam. {His præs.} æquitate & continentia. {Sum consecutus} effeci. {Expectatione nouarum rerum} qui.o. expectat mutationem rerum, non potest non esse animo suspenso. {Veteris} assueti. {Querelæ audiuntur} in senatu.n. Cato sociorum omnium patronus erat: &, quæcunq; patiebantur inique, ad eum deferebant. {Recreatos} refectos, in optimum statum restitutos. {Meis institutis} quæ in prouincia feci contra ea, quæ fecerat Appius, vt lib. 3. ad App visum est. {Clientelæ} s. tuæ. nam Cappadocia & Cyprus maxime erant in tutela Catonis: Cappadocia propter Ariobarzanem, Cyprus vero, quia Cato, P. Claudio Pulchro auctore, propter auaritiam Ptolemæi, patrui Cleopatræ, qui in ea insula regnabat, q pro eo à piratis redimendo tam exiguam pecuniam misisset, vt piratæ accipere erubescerent, missus est decreto senatus, vt eam insulam regi auferret. quod cum intellexisset Ptolemæus, prius, quàm ille aduentasset, seipsum interemit. Cato insulam accepit, & regis opes vendidit, omni pecunia in publicum ærarium relata. ex in Cyprus prætoria prouincia fuit, & Catoni cõmendata. scribunt Plut. & Strabo. Valerius etiam dicit Catoni, ex Cypro redeunti, senatum populumq; R. & magistratus obuiam iuisse. {De me loquentur} quia in eis maxime ostendi virtutes meas. {Regem Deiotarum} .s. locuturum de me. {Necessarius} amicus. {Maiora.i. valde magna.} {Pauciores qui vincerent suas cup.} in quo consistit vera victoria: vt ipse in oratione pro M. Marcello, imitatione Demosthenis, Animũ vincere, iracundiam cohibere, victoriam temperare, aduersarium nobilitate, ingenio, virtute præstantem non modo extollere iacentem, sed etiam amplificare eius pristinam dignitatẽ. hæc qui faciat, non ego cum summis viris comparo, sed simillimum Deo iudico. {Hæc genera virtutis} quæ in oratione pro Pompeio commemorat, innocentiam, temperantiam, fidem, facilitatem, ingenium, humanitatem. quæ omnia vult Cicero intelligi esse in se. {Rariora} in paucioribus reperiuntur. {Allegem} adducam. {Quasi diffidens meæ rogationi} quasi non confidam rogationem meam apud te valeturam, cum tamen confidam. {Qua} philosophia. {Nec vllum maius munus} siquidem, vt in Tusculanis quæstionibus inquit, philosophia est virtutum indagatrix, vitiorum expultrix: cui qui pareat, omne tempus vitæ suæ sine molestia degat. {Societas} coniunctio. {Artium} liberaliũ. {Deuincti} astricti. {In forum} in causas forenses: vt in paradoxis ostendit, Tentare volui, possentne proferri in lucem. {Desidiæ} inertiæ {In ipsam aciem} in certamen ciuile. {Agit tecum} rogat te. Ordo est: hæc igitur societas studiorum atq; artium &c. agit tecum. {De mea laude} propter meam laudem. {Cui} .s. societati studiorũ & philosophiæ. {A Catone} q.d. à viro iustissimo & eius societatis liberaliũ artium ꝓfessore. {Ex meis literis} s. ea, quæ ex literis meis scripsi. {Cõtigisse} obuenisse, datum esse.

rogamus.n. quorum voluntati non valde confidimus: admonemus, quos optime animatos erga nos credimus. l. 3. ep. 9. pene in extremo.

ASCAN. SVmma tua &c.} Scripta in superioribus epistolis ad consules senatumque, nunc Catoni exponit: & simul in quo consilio, & qua arte res maximas aduersus Parthos gesserit, & quæ oppida ceperit, quæ Catonis oratione ornata velit. ad argumentum autem facit epistola secundo libro incepta, Tu vide &c. Ordo est. Summa auctoritas tua, & perpetuum iudicium meum de tua singulari virtute fecit, vt putarem interesse. i. in re & vtilitate esse mea, magni. i. multum, &. i. simul eas res, quas gessissem, esse notas tibi, & non ignorari, à te, qua æquitate & continentia. s. appetitus praui, tuerer. i. defenderem, socios, & administrarem prouinciam. Enim. i. quia, ego arbitrabar, his cognitis. i. vbi hæc cognoueris, me probaturum facilius tibi supp. ea quæ vellem. Cum venissem in prouinciam pridie Calendas sextilis. i. vltima die mensis, qui nunc Iulius dicitur, & videretur mihi propter tempus anni, quia post medium erat æstatis, esse eundum mihi. i. me debere ire confestim. i. cum festinatione & statim ad exercitum; fui Laodiceæ. i. in ea vrbe, biduum. i. per duos dies; deinde fui Apameæ, in altera ciuitate, seu vrbe, quatriduum; & fui Synnadis (declinatur ergo Synnada Synnadorum pluraliter, vt in secundum & tertium dicta explanant) triduum; & fui Philomeli totidem dies. i. tres, cum tamen prius non tres dies, sed triduum dixerit, Sane, vt sæpe admonui, Cicero de tempore quandiu præsertim continuo libentius semper in accusatiuo loquitur, nec potius græco quàm latino more. Quibus in oppidis (ergo superiora omnia sunt oppida) cum fuissent magni conuentus. i. magni cœtus hominum, ego liberaui multas ciuitates acerbissimis tributis & grauissimis vsuris, & aere alieno falso. i. non vere debito. Cumque. i. & cum, exercitus esset dissipatus ante aduentum meum quadam seditione; supp. & quinque cohortes consedissent. i. sedem cepissent apud Philomelum sine tributo militum; denique etiam sine vllo centurione. i. quouis, vt nunc dicunt, capitaneo; & reliquus exercitus esset in Lycaonia; ego imperaui Mar. Anonio legato. s. meo, vt duceret eas quinque cohortes ad reliquum exercitum; & faceret castra in Lycaonia apud Iconium exercitu coacto. i. postquam coegerit & congregauerit exercitum in vnum locum. Quod cum factum esset diligenter ab eo; ego veni in castra ad vii. Calen. Septem. cum ego comparauissem. i. acquisiuissem interea diebus superioribus. i. ante illum diem elapsis, ex senatusconsulto. i. iuxta decretum senatus, &. i. simul manum firmam. i. copias satis magnas, euocatorum s. militum, qui ad tempus vocantur ad bellum, & equitatum. i. equitum cumulum, satis idoneum. s. ad iustum exercitum, & auxilia voluntaria. i. non coacta à me, populorum liberorum & regum sociorum. s. Rom. imperij. & sup. cœpissem interim facere iter in Ciliciam, exercitu lustrato i. inspecto, &, vt dicunt, ad monstram educto, legati missi ad me à rege Commageno. s. Antiocho nomine, Calen. Septembris, nunciauerunt, pertumultuose. i. properantissime, vt in summo tumultu fieri solet, neque tamen non. i. & tamen vere, Parthos transisse in Syriam. Quo audito, commotus sum vehementer cum, idest pariter de Syria, tum. i. pariter de prouincia mea. s. Cilicia, denique de reliqua Asia. Itaque putaui exercitum ducendum sup. esse mihi per eam regionem Cappadociæ, quæ attingeret Ciliciam. Nam si dimisissem me in Ciliciam; ego quidem tenuissem, pro tenerem facile ipsam Ciliciam, propter naturam montis Amani, qui difficulter à Parthis pertransiretur, si præsidium obsideret; (duo enim aditus sunt ex Syria in Ciliciam, quorum vterque potest intercludi paruis præsidiis propter angustias: nec quidquam est munitius. i. magis munitum & defensum contra Syriam, Cilicia. i. quam Cilicia. est enim ablatiui casus) sed Cappadocia mouebat me, quæ patet. i. aperta est à Syria. i. ab ea parte, qua spectat ad Syriam, & habet reges finitimos; qui etiam si sunt amici nobis, tamen non audent esse aperte inimici Parthis. Itaque feci castra in Cappadocia extrema. i. extrema parte eius, non longe à Tauro. s. monte, apud Cybistra oppidum; vt ego tuerer. i. protegerem Ciliciam; &, tenens Cappadociam, impedirem noua consilia finitimorum. s. regum de Parthis recipiendis. Interea in hoc tanto motu, & tanta expectatione maximi belli, Deiotarus rex, cui tributum est semper plurimum non sine causa, iudicio meo & tuo & senatus, appositorie vir cum beneuolentia & fide erga P. R. singulari, tum præstanti, idest excellenti magnitudine & animi, & consilij, misit ad me legatos. s. quibus nuntiaret se venturum esse in castra mea cum omnibus copiis suis. Cuius ego commotus officio & studio, egi gratias per literas: & hortatus sum, vt maturaret. i. celerius faceret hoc. Cum autem essem commoratus quinque dies ad Cybistra propter rationem belli; liberaui regem Ariobarzanem, cuius salutem habebam commendatam à senatu te auctore, insidiis præsentibus. i. instantibus, nec opinantem; neque solum fui ei saluti. i. causa salutis, sed etiam curaui, vt regnaret cum auctoritate. i. maiestate regia, aut auctoritate senatus, & constitui maxima auctoritate & gratia apud regem Metram, & cum Athenæum, quem tu commendaras mihi

diligenter

diligenter, mulctatos, idest punitos & damnatos importunitate Athenaidis.s. vrbis aut mulieris. §Sed quia eum Athenæum dicit, puto eum Athenæum non esse proprium, sed patrium nomen, quem nominare non voluerit, ciuem videlicet Athenaidis vrbis.§ Et cum magnum bellum concitaretur in Cappadocia, si sacerdos.s.regionis maximus, forte insidiator competitus, defenderet se armis, quod putabatur facturus, a ppositorum adulescens paratus & equitatu, & peditatu, & pecunia, & toto.i.omni re, iis qui volebant aliquid nouari.i.nouum regem fieri: perfeci, vt ille discederet regno, & rex obtineret regnum cum dignitate sine tumultu, ac sine armis, omni auctoritate aulæ.i.regiæ, seu curiæ suæ communita.i.firmis præsidiis stabilita. Interea cognoui literis & nuntijs multorum, magnas copias Parthorum Arabum.i eorum, qui Arabiam habitant, aut potius & Arabum, accessisse ad oppidum Antiochiam, & magnum æquitatum eorum, qui transissent in Ciliciam, occisum sup. esse, occisione.i.suprema cæde, ab equitatu in turmis.i.qui erat in turmis, eorum s.Ciliciam & à cohorte prætoria, quæ erat Epiphaneæ.i.in ea vrbe Ciliciæ, causa præsidij.i.custodiæ eius. Quare cum viderem, copias Parthorum auersas à Cappadocia, esse non longe a finibus Ciliciæ; duxi exercitum ad Amanum, scilicet montem, in confinio Ciliciæ, itineribus maximis, quàm, idest quantum potui. Quò, idest ad quem, vt, idest postquam veni, cognoui hostem recessisse ab Antiochia, & Bibulum.s.proconsulem Syriæ, esse Antiochiæ. Ego feci Deiotarum, venientem iam ad me cum equitatu & peditatu magno & firmo, & cum omnibus copijs suis, certiorem.i docui eum, non videri causam esse, cur abesset à regno.s.suo, & me missurum esse statim literas & nuncios ad eum, si forte quid i.aliquid noui accidisset. Et cum venissem eo animo, idest proposito, vt subuenirem vtrique prouinciæ, si tempus, idest opportunitas ferret, idest daret aut pateretur ita, scilicet fieri: tamen perrexi agere quod constitueram, idest iudicaueram iam ante.s.interesse, idest ad vtilitatem esse vtriusque prouinciæ, pacare.i.pacatum & tranquillum reddere, Amanum scilicet montem inter vtranq; prouinciam, & tollere ex eo monte hostem perpetuum. & cum simulassem discedere ea eo monte, & petere alias partes Ciliciæ; & abessem ab Amano iter vnius diei, & fecissem castra apud Epiphaneam, scilicet vrbem: ad IIII. Id. Octob. cum aduesperasceret, feci iter noctu exercitu ita expedito, vt ascenderem Amanum ad III. Id. Octob. cum lucesceret: & cohortibus.s.Rom. & auxilijs distributis.i.assignatis suis ducibus, cum Qu. frater, supp. meus legatus præesset simul cum alijs, C. Pontinus legatus præesset alijs, & M. Anneius, & L. Tulleius legati præessent reliquis.s.cohortibus & auxiliis, quos nos oppressimus plerosque.i.complures, nec opinantes; qui sunt occisi & capti, reliqui interclusi.i.exitu prohibiti. Autem.i.sed nos cepimus Fugætanam, quæ non fuit instar.i ad magnitudinem vici, sed vrbis, quod caput.i.præcipuum propugnaculum Amani erat, & item.i.simul Sepyram & Commoris, oppida sup. hostibus repugnantibus acriter & diu, & Pontino tenente illam partem Amani.s. montis, cepimus, dico, multitudine hostium occisa, ea tempore antelucano, idest quod est ante lucem vsq; ad decimam horam diei.i.post ortum solis: & castella.i.vt dicunt, fortilitia, sex sunt capta: & nos incendimus.i.combussimus complura. His rebus gestis ita, idest tam victoriose, nos habuimus quatriduum castra in radicibus i.pede Amani.s. montis apud aras Alexandri.s.magni, (qui, victo Dario illic, Ioui, & ceteris diis constructis aris, sacrificauit. hoc autem dicendo se tacite Alexando comparat) & consumpsimus omne id tempus.s quatridui, in reliquijs Amani delendis, & in agris vastandis. His rebus confectis, adduxi exercitum ad Pindenissum oppidum Eleutheron.i.liberum, alij legunt Eleuchensilium, alij Eleuchencilicum. quod supp. oppidum cum esset loco altissimo & munitissimo, & incoleretur ab iis, qui ne quidem.i saltem regibus paruissent; cum & simul reciperent fugitiuos, & expectarent acerrime.i.auidissime aduentum Parthorum, vt cum illis finitimos spoliarent: arbitratus sum pertinere ad existimationem.i. famam & maiestatem imperij comprimere audaciam eorum. Quo.i.etiam vt animi ceterorum, qui essent alieni ab imperio nostro, frangerentur facilius. Ego circundedi sup. dictum oppidum, vallo.i.munimento ex vallis, & fossa: septi supp. ipsum sex castellis.i.oppugnaculis, & maximis castris: aggere, vineis, turribus oppugnaui supp ipsum: *vsusque multis tormentis, multis sagittariis, confeci.i.absolui rem septimo & quinquagesimo die, magno labore meo sine vlla molestia, vel sumptu sociorum; vt omnibus partibus vrbis disturbatis, aut incensis, hostes sup. compulsi.i.co-

antea, vsq; .i. assidue. sed nos, cũ omnia confunderet, non potuimus hunc locum non corrigere.

acti venirent in potestatem meam. Tebarani erant finitimi his, scelere & audacia pari. Accepi ab his.s. Tebaranis obsides, Pindenisso capto: dimisi exercitum in hyberna: præposui. Quintum fratrem.s.meum negotio, vt exercitus collocaretur in vicis aut captis, aut male, idest non pacatis. Nunc velim, o Cato, vt sup persuadeas tibi sic; si relatum sit ad senatum, idest si consultatio fiat de his rebus, me existimaturum summam laudem tributam mihi, si tu comprobaris honorem meum.i.mihi decernendum, sententia tua. Etsi.i.quanquam, ego scio grauissimos homines solere & rogare, & rogari talibus.i.pro talibus rebus, tamen ego puto te potius monendum à me, quàm rogandum id. Tu enim es is, qui ornasti me sæpissime sententiis tuis; qui extulisti me ad cœlum oratione, prædicatione, & summis laudibus, idest laudationibus in senatu, & in concionibus ad populum; cuius pondera verborum ego putaui semper esse tanta, vt, vno verbo tuo coniuncto cum laude mea, arbitrarer me consequi omnia. Denique memini te, cum non decerneres cuidam viro clarissimo atque optimo supplicationem, dicere, te decreturum, si referretur ob eas res, quas is consul gessisset in vrbe. sunt qui ad Ciceronem hoc referunt. Tu idem decreuisti mihi supplicationem, scilicet diis faciendam, togato: idest in toga agenti, non vt multis supple decerni solet, republica bene gesta, sed vt nemini sup. alteri repub conseruata. Mitto.i.omitto dicere, quòd subieris, idest tanquam onus tuum esse supportaueris, inuidiam meam.i.quam patiebar ob gloriam seruatæ vrbis, pericula, omnes tempestates meas.i.impetus hominum, aut diuersitates fortunæ, & quòd fueris paratissimus subire, etiam multo magis, si licuisset per me, idest si permisissem; denique quòd putaris, pro putaueris inimicum meum, videlicet Clodium, inimicum tuum: cuius etiam interitum.i.cædem, & necem tu approbaris, pro approbaueris, defendenda causa, idest dum defenderetur causa Milonis in senatu, vt intelligerem facile, quantum tribueris mihi. Autem.i.sed, hæc scilicet, quæ deinceps dicam, sunt profecta i.collata, à me, in te scilicet, quæ ego non pono, idest reputo in loco beneficij, sed supp. in loco veri testimonii atque iudicii, scilicet de te: non sup. ita profecta sunt, vt admirer, idest laudem cum admiratione, tantas præstantissimas virtutes tuas, (quis enim non facit idem) quasi dicat nemo, & ita omnis facit, sed vt anteferrem te in omnibus orationibus, sententiis dicendis, causis agendis, omnibus scriptis græcis & latinis, denique in omni varietate.i.diuersitate styli, literarum mearum, non modo iis, quos vidissemus, sed sup. etiam iis, de quibus audissemus. Tu fortasse quæres, quid sit, quod.i. propter quod ego æstimem tanti, nescio quid gratulationis & honoris.i.si in me conferatur à senatu. Ego agam iam tecum familiariter.s. vt intelligas mentem meam plane, vt dignum est & studiis, & officis nostris mutuis, & summa amicitia, & necessitudine paterna, idest à patre incepta. Si quisquam fuit vnquam remotus, & natura, & magis ratione, vt quidem videor sentire mihi, & doctrina ab inani laude, & sermonibus vulgi; ego sum is profecto. Testis est consulatus meus, in quo fateor me secutum ea studiose, sicut in reliqua vita, ex quibus vera gloria posset nasci. quidem.i.sed certe nunquam putaui ipsam gloriam expetendam per se.i.sine respectu bonorum. Itaque ego neglexi prouinciam ornatam, quæ erat mihi decreta vt patuit lib. 5. epist. 2. ad Metellum Celerem, & spem non dubiam triumphi.s ex illa prouincia reportandi. Denique non appetiui sacerdotium, s augurale, cum possem consequi non difficillime, quemadmodum arbitror te existimare. Idem scilicet ego studui.i.volui, aut laboraui post iniuriam.s. exilij acceptam.s. à me, quam.s. iniuriam meam, tu appellas semper calamitatem reip. non modo.i.non solum calamitatem meam non intercedere.i.in medium adduci, sed etiam volui gloriam meam. vtpote quàm ornatissima iudicia senatus populique Rom. de me intercedere. Itaque volui postea & augur fieri, quod antea neglexeram: & puto eum honorem.i.triumphum, qui solet tribui à senatu rebus bellicis, neglectum olim à me, expetendum mihi nunc.s. parta victoria. Rogo te vehementer, quod negaram paulo ante me rogaturum sup. esse, vt faueas, & adiutor sis huic voluntati meæ, in qua est aliqua vis desiderii i.cupiditatis ad sanandum vulnus.i.offensionem iniuriæ. Sed ita sup. peto, si id, quod gessi, videbitur non nescio quid ieiunum.i.aridum & modicum facinus, & pro.i.contemnendum, sed tale atque tantum, vt multi assecuti sint à senatu summos honores, rebus nequaquam paribus.i.propter res nequaquam pares. Equidem.i.ego certe, videor animaduertisse etiam illud, (scis enim, quàm attente soleam audire te) te solere spectare in honoribus habendis, aut non habendis non tam

res gestas, quàm vitas atque mores imperatorum. quod si considerabis in causa mea; videbis me habuisse æquitatem & continentiam firmissimum præsidium.i pro firmissimo pręsidio, ea et citu sup.existente imbecillo contra metum maximi belli. Ego consecutus sum.i.obtinui his subsidiis.s. æquitate & continentia, quæ nullis legionibus potuissem consequi: vt redderem.i. efficerem ex socijs alienissimis amicissimos, ex infidelissimis firmissimos.s.in fide; & traducerem animos suspensos.i.in dubio versantes, expectatione, idest propter expectationem rerum nouarum, ad beneuolentiam veteris imperij, scilicet Romani. Sed hæc supple sunt dicta aut scripta nimis multa de me, præsertim ad te, à quo vno querelæ omnium sociorum audiuntur, tu cognosces ex ijs, qui putant se recreatos.i.refectos, & ad veterem amicitiam reductos, institutis i.moribus meis. Cumque .i.& cum.s.ita sit, quòd omnes prędicabunt apud te prope.i.quasi, vno consensu de me ea, quæ sunt optatissima mihi: tum.i.tunc multo magis, duæ maxime clientelæ tuæ, Cyprus insula, & regnum Cappadociæ, loquentur.s honorifice tecum de me: puto etiam Deiotarum regem supp.locuturum tecum de me, qui est maxime necessarius tibi vni. Quę.s.ab illis dicenda, si sunt etiam maiora.s. quàm a me dicantur; & si pauciores viri reperti sunt omnibus sæculis, qui vincerent cupiditates suas, quàm qui.s. vincerent copias hostium: profecto tuum est.s. officium, cum adiunxeris ad res bellicas hæc genera virtutis, scilicet æquitatis & continentiæ, quæ sunt rariora & difficiliora, putare illas ipsas res gestas esse illustriores & maiores, scilicet quàm sint. Illud est extremum, scilicet suffragium, vt quasi diffidēs rogationi meæ, allegem, idest mittam ad te philosophiam: qua nec vlla res fuit mihi vnquam carior in vita, nec vllum munus maius datum est generi hominum à dijs. Hæc igitur societas studiorum, quæ est mihi communis tecum, atque societas artium bonarum, quibus nos deuincti ac dediti à pueritia, propemodum, idest quasi soli deduximus in forum atque rempublicam, atque pene in ipsam aciem, idest conflictum bellicum, hoc est ad omnem exercitationem nostram, philosophiam illam veram & antiquam, quę videtur quibusdam esse ocij ac desidię.i.pertinere ad ocium ac desidiam; ea sup.agit tecum de laude mea: cui non puto fas esse negari, scilicet quicquam a Catone. quamobrem velim persuadeas tibi sic: si honos fuerit tributus mihi tua sententia.i.per tuam sententiam, ex literis meis, me existimaturum contigisse mihi, quod cupierim maxime, tum auctoritate, tum beneuolentia tua erga me.

PAVM. MAN.

PRæsentia, magnitudine, & animi, & consilij} est hæc, vt opinor, huius loci vera lectio: quam ex antiquis exemplaribus accepimus: quibus in omnibus, quos quidem ipse viderim, præsentia, legitur, non præstanti, aut præsentinos autē veterum librorum auctoritatem in dies pluris plurisq; facimus. permulta enim, quæ in iis primo adspectu videant absurda, post, vbi diligentius animaduerteris, commodissime dicta reperientur: vt hoc in loco, qui statim, verbum illud, præsentia, quid sibi vellet, aut quò spectaret ignorarunt, vitiosum credentes, immutarunt. est enim ita dictum, præsentia, magnitudine, & animi, & consilij, tanquam si dixisset, præsenti animo, magno consilio; vt præsentiam animi, magnitudine consilij esse voluerit: quemadmodum etiam alibi, præsentem animum, sæpissime dixit: etsi vbiq; fere eandem vocem imperiti deprauarunt, præstantem, non præsentem, legentes. præsentiam quoq; animi dixit in orat. pro Milone. & Cæsar belli Gallici lib. v. {Sacerdos} quid sacerdos hic significet, Hirtij verbis ostendimus: sic enim scribit de bello Alexand lib. III. Comana, vetustissimum & & sanctissimum in Cappadocia Bellonæ templum, quod tanta religione colitur, vt sacerdos eius deæ, maiestate, imperio, & potentia secundus à rege consensu gentis illius habeatur; id homini nobilissimo Nicomedi Bithynio adiudicauit. Appianus autem in fine, Mithridatici, Commagenis, inquit, Archelanum sacerdotem præfecit. quæ dignitas habetur regia Strabo etiam initio lib. XII. idem tradit. {Adolescens & æquitatu, & peditatu, & pecunia paratus, & toto, iis, qui nouari aliquid volebant} sunt, quos offendat hæc lectio. ac fuit, cum ego quoque corruptum locum existimarem. nunc de mendo nihil suspicor: dixit enim, & toto, id est, & ea re, quæ summa est: deinde exposuit, totum illud quid sit: iis, qui nouari aliquid volebant: à quibus maxime timendum erat, quòd adolescentem vel leuibus rationibus ad bellum possent impellere. adolescens, igitur dixit, & equitatu, & peditatu, & pecunia paratus; &, quod summum est, iis, qui nouari aliquid volebant. sic etiam ad Atticum, Est totum, quid kal Mart. futurum sit, pro, est summum. est maximum, in eo sunt omnia, quid kal. Mart. summum fit. {Tibarani} forte, Tibareni, de quibus Plutarchus in Lucullo, & Plinius, vbi Temiscyræ regionis gentes persequitur nam Tibaranorum mentionem non dum inueni. {Res, quas consul in vrbe gessisset} in quo ita legatur, vetustum habet librum magnæ spei adolescens Iosephus Tramezinus. consul autem, id est Cicero. commemorantur enim, quæ pro Ciceronis dignitate & dixerat, & fecerat Cato. quis sit autem is, quem clarissimum, atque optimum virum appellas, intelligere non dum potui. Cæsarem quidem, vt alij existimant, non arbitror: quem Cicero nunquam optimum virum vocasset, ad Catonem scribens, Cæsaris inimicum, præsertim cum tota fere epistola eius beneuolentiam quasi aucupari videatur; quo facilius supplicationem obtineret Catone comprobante. *{Cum hæc te tertia iam epistola ante oppresit,} alij, ante operis fit, durius omnino, & sensu, vt ego existimo, non admodum probabili. quid enim? adeo longa est hæc epistola, vt opus videri posit? nam quòd illas dictiones, schedam, aut literam, epistolarum numero respondere negant: id ego illis concedo: sed referri dico ad illam vocem, epistola; vt quasi Cassium reprehendat, qui schedam, aut literam non dum dederit, cum epistolas iam tres acceperit. legitur autem, vt nos impressimus, cum in alijs antiquis libris, tum in eo quem habet Vincentius Riccius; qui quidem liber vetustissimus est; vt græcas dictiones, quæ sunt in vetustis exemplaribus perquam raro, maiusculis literis scriptas habeat.

debet poni infra, ep. 16

ARG. Excusat se quòd Ciceroni supplicationem non decreuerit; & tamen decretam gaudet; seque de illo honorificentius dicis sensisse, quàm eos, qui supplicationem decreuerunt.

M. CATO S. D. M. CICERONI IMP. 5

*QVOD & respub. me, & nostra amicitia hortatur, libenter facio, vt tuam virtutem, *innocentiam, diligentiam, cognitam in maximis rebus *togati, armati foris, pari industria administrare gaudeam. itaque, quod pro meo iudicio facere potui, vt innocentia, consilioque tuo defensam prouinciam, seruatum Ariobarzanis cum ipso rege regnum, sociorum reuocatam ad studium imperij nostri voluntatem, sententia mea, & decreto laudarem, feci. *supplicationem decretam, si tu, qua in re nihil fortuito, sed summa tua ratione, & continentia reip. prouisum est, dijs immortalibus gratulari nos, quàm tibi referre acceptum mauis; gaudeo. quòd si triumphi prærogatiuam putas supplicationem; & iccirco casum potius, quàm te, laudari vis: neque supplicationem sequitur semper triumphus; & triumpho multo clarius est, senatum iudicare, potius mansuetudine, & innocentia imperatoris prouinciam, quàm vi militum, aut benignitate deorum, retentam, atque conseruatam esse: quod ego mea sententia censebam. Atque hæc ego iccirco ad te contra *consuetudinem meam pluribus scripsi, vt, quod maxime volo, existimes me laborare, vt tibi persuadeam, me & voluisse de tua maiestate, quod amplissimum sum arbitratus; &, quod tu maluisti, factum esse* gaudere. Vale, & nos dilige, & instituto itinere seueritatem, diligentiamq; socijs, & reip. præsta.*

hoc addidit, quia potest esse virtus sine innocentia: nec desunt exempla.

alij addit, domi.

vide ad At. ep. 1. & 2. lib. 7.

excusat se, quod supplicationē non decreuerit. epist. 11. l. 8

Sic accipe breuis oratio. Stoicus autem Cato. in orat. p Murena.

QVod & resp.} Rescribit Cato Ciceroni, se libenter fecisse, quod ille superioribus literis petierat, vt defenderet eius virtutem, innocentiam, & diligentiam; seque laudasse, quæ Cicero egisset, de prouincia seruata, de Ariobarzanis incolumitate, de confirmata voluntate sociorum. Deinde suadet Cato Ciceroni, vt potius contentus sit iudicio senatus, quàm triumpho pro eis, quæ in prouincia egit. vt potius iudicetur eam conseruasse mansuetudine & innocentia, quàm copia militum. {Qod resp. hortatur}.i.causa reip. quia quisque bonus ciuis tenetur eum tueri, quem reip. amatorem viderit. {Virtutem} fortitudinem, animi magnitudinem.

HVBER.

{Togati}

{Togati}.s.tui.{Domi}in patria,vt in consulatu tuo,cum toga sua domi rem tantam fecisti oppressa coniuratione. {Armati} bellum gerentis {Foris}in prouincia.{Pari}æquali,quia & tūc domi & nunc foris fortissime & diligentissime te egisti. {Consilio} sapientia. {Defensam} ab incursu Parthorum & Arabum. {Ad studium}ad beneuolentiam.{Supplicationem}dicit Cato, se gaudere supplicationem ei esse decretam, si modo ille velit potius agēdas gratias diis immortalibus,quàm sibi in ea re,quę non fortuitu,sed summa ratione & continentia eius sit gesta:sin autem, habita supplicatione, triumphum quoque petit,dissuadet ei Cato,ne hoc faciat. {Qua in te est prouisum}.i.in ea re, qua est prouisum à te. {Nihil fortuito} non casu, aut temere. {Ratione} prudentia & moderatione tua {Gratulari}gratias agere. {Quàm acceptum referre tibi}.i.quàm reddi tibi par, & quod à te accepimus,tibi referri remuneratione triumphi. Ordo est. Si tu mauis nos gratulari diis immortalibus,in qua re nihil est prouisum à repub. summa tua ratione & continentia, quàm acceptum referri,tibi.s. mauis, gaudeo supplicationem tibi decretam esse.{Prærogatiuam}præminentiam,pręcessiuam. {Casum}fortunam, cuius fauore fueris victor. {Semper} quia multa conceditur supplicatio sine triumpho. {Senatum} cuius iudicium est gratissimum {Vi} copia. {Benignitate} fauore. {Quod}.s.prouinciam à te conseruatam potius mansuetudine &c. {Contra consuetudinem meam} quia soleo esse breuissimus in scribendo.{Laborare}cura {Maiestate} honore & dignitate.{Amplissimum}dignissimum {Tu maluisti} vt in epist. sua superiore Cicero significauit. {Seueritatem}continentiam. {Præsta} exhibe,ostende. {Instituto itinere} vel incepto itinere per prouinciam,vel certe incepta via.i.eo more,quo consueuisti. est enim & translatiue, & prouerbialiter dictum, instituto itinere, vel institutam viam perge. Iuuen. Vt illam Ite viam pergant,& eidem incumbere sectæ.

AACAN. QVod &c.} Dicit se diligenter commendasse virtutem Cic.in senatu:de hortatur tamen à petitione triūphi, dicens,Ego facio libenter id,quod & respub.& amicitia nostra hortatur me,vt gaudeam virtutem.i.fortitudinem tuam,innocentiam,diligentiam tuam cognitam in maximis rebus,tuam dicit, togati domi & armati foris.i.in bello, administrare.i.gerere magistratum,cuius est administrare,pati industria. Itaque feci quod potui facere iudicio meo.s. vt laudarem sententia mea & decreto prouinciam.s. Ciliciam defensam innocentia.s tua & consilio tuo,regnum Ariobarzanis.s.Cappadociam,seruatum supp.esse ad studium imperij nostri. Gaudeo, si tu mauis.i.magis vis, gratulari.i.grato animo attribuere diis immortalibus,quàm.s nos referre acceptum tibi.i.nos existimare accepisse à te supplicationem decretam.s.pro rebus bene gestis à te. In qua re nihil sup.contigit fortuito, sed prouisum est reipub summa ratione i prudentia, & continentia tua, quòd si putas supplicationem,prærogatiuam.i.quasi præiudicialem causam triumphi,& mauis idcirco casum.i.fortuitum euentum laudari potius,quàm te: neque triumphus sequitur semper supplicationem: & multo clarius est triumpho senatum iudicare prouinciam retentam atque conseruatam esse potius mansuetudine,atque innocentia imperatoris, quàm vi militum, aut benignitate deorum.Quod.i.quam rem ego censebam mea sententia. Atque scripsi idcirco hæc ad te pluribus.s.verbis contra consuetudinem meam,vt,quod volo maxime,existimes à me laborare,vt persuadeam tibi me & voluisse de maiestate tua,quod arbitratus sum amplissimum supp. esse; & gaudere factum esse, quod tu maluisti. Vale & dilige nos & præsta socijs & reipub.securitatem & diligentiam itinere instituto.i.iuxta morem tuum inceptum,aut vbi inceperis redire.

ARG.Exponit,eximia cum Catonis laude,quantam voluptatem ceperit ex eius sententia,& ex gratulatione literarum; petitque,vt sibi in adipiscendo triumpho adiutor sit,aut saltem,si adipiscatur, gaudeat.

CICERO S. D. CATONI. 6



*AETVS sum laudari me,inquit Hector, *opinor apud Næuium,abs te pater laudato viro. ea est enim profecto iucunda laus, quæ ab ijs proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt. ego vero, vel gratulatione literarum tuarum, vel testimonijs sententiæ dictæ, nihil est, quod me non assecutum putem. idque mihi tum amplissimum, tum gratissimum est, te libenter amicitiæ dedisse, quod liquido veritati dares. &, si non modo vnus verumetiam multi Catones essent in ciuitate nostra, in qua vnum extitisse mirabile est: quem ego currum, aut quam lauream cum tua laudatione conferrem? nam ad meum sensum, & ad illud sincerum, ac subtile iudicium nihil potest esse laudabilius,quàm ea tua oratio,quæ est ad me perscripta à meis necessarijs.sed causam meæ voluntatis (non enim dicam, cupiditatis) exposui tibi superioribus literis.quæ etiam si *parum iusta tibi visa est hanc tamen habet rationem,vt non nimis concupiscendus honos,sed tamen, si deferatur à senatu,minime aspernandus esse videatur. spero autem illum ordinem, pro meis ob rempub.susceptis laboribus,me non indignum *honore, vsitato præsertim, existimaturum. quod si ita erit: tantum ex te peto,quod amicissime scribis; vt, cum tuo iudicio,quod amplissimum esse arbitraris, mihi tribueris; si id,quod maluero, acciderit, gaudeas. sic enim fecisse te,& sensisse, & scripsisse video: resque ipsa declarat, tibi illum honorem nostrum supplicationis fuisse iucundum,quòd scribendo *affuisti.hæc enim S. C. non ignoro ab amicissimis eius, cuius de honore agitur, scribi solere. Ego, vt spero,te propediem videbo, atque vtinam rep. meliore, quàm *timeo. Vale.*

opinor, aitque ne videatur homo consularis, & pene sexagenarius, poetas lectitare.

plures erāt Catones, sed vnus vere Cato nominatur .n. C.Cato ep. 2.4.5.6. l.2.

quia suppli cationē non decreuit.

triumpho:

ad Att. ep. 1.lib. 7.

iam emergebat inter Cæsarē, & Pompeium discordia.

NVBRA.

LAetus sum} Licet Cicero aperte dicat, se contentum esse laudatione Catonis de rebus suis, putaretq; se omnia assecutum esse,quia Cato ei per literas gratulatus fuerat supplicationem ei decretam, vt præcedenti epist.visum est,& sententia sua eius res gestas & laudes approbauerat attamen hoc agit,vt Cato det operam,vt etiam triumphum obtineat, quem dicit sperare senatum facile sibi concessurum propter sua merita in remp.{Lætus sum}apud Næuium in tragœdia introducitur Priamus laudans Hectoris virtutem,& probitatem.cui Hector his verbis respondet,Lętus &c.sensus est,gaudeo,o pater abs te laudari,qui es vir laudatus. ea est n.ratio lætitiæ suæ,q iucundum sit laudari ab iis,qui ipsi in laude vixerunt. Sic ipse supra ad Lucceium: Neque.n.sum ita demens, vt me sempiternæ gloriæ per eum commendari velim, qui non ipse quoq; in me commedando propriam ingenij gloriam consequatur.{Gratulatione}quàm fecit Cato in præcedenti ep.cum dixit,supplicationē decretam &c.{Sententiæ dictæ} à te,vt in prima parte præced.epistolæ vsum est.{Amplissimum} honestissimum.{ Amicitię dedisse}.i pro amicitia nostra dixisse quod pro veritate diceres.{Liquido}clare,aperte.{Et, si non modo}sensus est: &,si essent etiam multi Cat.in nostra ciuitate,pluris tamen deberem facere laudationem tuam, quàm omnem triumphum,cum vero scis secūdum, & id etiam sit mirum quod vnus extiterit, multo etiam debeo pluris facere. hanc.n.sententiam intelligit, cum dicit,in qua vnum extitisse mirabile est intelligit.n.seniorem Cat cum hic,ad quem scribit, fuerit is, qui Vticensis post mortē dictus est.{Currum}triumphalem. {Aut lauream}vel de triumpho intelligit etiam per lauream: vel ponit pro vocatione,vt diximus lib.2.epist.quæ incipit, Tu vide laudationem, quam de me fecisti.ita.n.distinguuntur laus & laudatio: laus de seipso est, laudatio de alio.vt si dicam, laudes Cic. vbiq; celebrantur, & laudationes Cic.de Pomp.elegantissime sunt.ponitur autē nonnunquam laus pro laudatione.{Quem} q.d.nullum.{Conferrem}compararem.{Ad meum sensum}.i. ad sententiam meam. {Sincerum} purum, sine perturbatione animi.{Ad illud}intelligit Cic.suum iudicium, non Catonis.i. eum & sincere & subtiliter iudico nihil &c. {Non enim dicam cupiditatis}nam voluntas à ratione proficiscitur, cupiditas vero est appetitus. {Quæ} voluntas. {Non vt nimis}.i.vt honos & triumphus non nimis debeat concupisci: sed tamen si deferatur, non sit respuendus. hoc enim rationis est. {Illum ordinem}senatorium.{Honore vsit}triumpho: qui solet dari alijs, qui etiam plerunque minora fecerunt quàm ego. {Quod si ita erit} vt senatus me dignum iudicet. {Tantum} solum modo. {Id,quod maluero}.s.triumphus.{Scribendo}cum scriberetur. {Hæc S. C. cuius de honore agitur} ad quem pertinet honor. {Quàm} quia intelligebat initia bellorum ciuilium.

[ASCEN.] Laetus sum] Gratum dicit sibi q à Cat. laudetur: innuit tamen triumphum sperare, dicens, Hector sup. vt opinor, inquit, apud Naeuium in tragœdia, ó pater ſ. Priame, ego ſum laetus. i. gaudeo me laudari abs te viro laudato. Ea. n. laua eſt profecto iucunda quae proficiſcitur ab iis qui ipſi vixerunt in laude. nihil eſt quod ego non putem me aſſecutum ſup eſſe. i. obtinuiſſe, vel gratulatioue literarum tuarum, vel teſtimonijs ſententiae tuae. Et eſt mihi tum ampliſſimum, tum gratiſſimum, te dediſſe libenter amicitiae, quod dares liquido. i. manifeſto iudicio veritati, hoc eſt tantum amicitiae cauſa me laudaſſe, quantum faceres ſi ita eſſem laudandus Et, ſi non modo vnus, verû multi Catoones eſſent in ciuitate noſtra in qua vnum extitiſſe. i. emerſiſſe, eſt mirabile. quem currum ſ. triumphalem, aut quam lauream conferrem ego cum laudatione tua? q. d. nullum & nullam. Nam ad ſenſum meum & ad illud ſincerum ac ſubtile iudicium. ſ. quo creditur in me eſſe, nihil eſt laudabilius quàm ea oratio tua, quae eſt perſcripta ad me à neceſſarijs meis. Sed expoſui tibi literis ſuperioribus cauſam voluntatis meae, non. n. dicam cupiditatis Quae cauſa etiam ſi viſa ſit tibi parum iuſta, habet tamen hanc rationem, vt honos videatur non concupiſcendus nimis, ſed tamen ſi deferatur. i. praeſentetur à ſenatu, videatur non aſpernandus eſſe. Spero autem illum ordinem .ſ. ſenatorium pro laudibus meis ſuſceptis ob temp. non exiſtimaturum me indignum honore praeſertim vſitato. quod ſi erit ita, ego peto tantum à te, quod ſcribis amiciſſime, vt cum tribueris mihi iudicio tuo id quod arbitraris eſſe ampliſſimum hoc eſt virtute & prudentia laudari, gaudeas, ſi id quod maluero. ſ. ſi triûphus acciderit. ego. n. video. i. intelligo te feciſſe & ſcripſiſſe & verius dicam, ſenſiſſe ſic. Et res ipſa declarat, illum honorem ſupplicationis noſtrae fuiſſe iucundum tibi, quòd. i. eo q aſſuiſti ſcribendo i. dum ſcriberetur. Ego. n. non ignoro haec ſenatuſcon ſulta ſolere ſcribi ab amiciſſimis eius; de cuius honore agitur. Ego vt ſpero videbo, te propediem. i. ſtatim atque vtinam rep. ſup. exiſtente meliore. i. pacatiore quàm timeo. quia bellum ciuile inter Caeſarem & Pompeium audierat excitari.

ARG. Gratulatur Marcello de fratre patruele conſule deſignato: petitque ab eo, vt ſibi quamprimum, anno imperio finito, ſuccſſor mittatur.

Cicero procos. S. D. M. Marcello cos. 7

[epiſt. 4. l. 8.] *TE & pietatis in tuos, & animi in remp. & clariſſimi atq; optimi conſulatus, C. Marcello *conſule facto, fructum cepiſſe, vehementer gaudeo. non dubito, quid praeſentes ſentiant. nos quidem longinqui,* [vltimas nô orbis terrae. ſed imperij Romani.] *& a te ipſo miſſi in * vltimas gentes, ad cœlum mebercule te tollimus veriſſimis, ac iuſtiſſimis laudibus. nam cum te à pueritia tua vnice dilexerim; tuq; me in omni genere ſemper ampliſſimum eſſe & volueris, & iudicaris: tamen, hoc vel *tuo facto, vel populi Rom. de te iudicio, mul* [eius gratia conſulê factû C. Marcellum, ſignificat. idem in lib. de claris orat.] *to acrius, vehementiusq; diligo; maximaque laetitia afficior, cum ab hominibus prudentiſſimis, viriſq; optimis, omnibus dictis, factis, ſtudijs, inſtitutis vel me tui *ſimilem eſſe audio, vel te mei. vnum vero ſi addis ad praeclariſſimas res conſulatus tui, vt aut mihi ſuccedat quamprimum al quis, aut ne quid accedat temporis ad id, quod* tu* [Marcello & Sulpicio cos. iuſſit in prouinciam,] *mihi & S. C. & lege finiſti: omnia me per te conſecutum putabo. Cura vt valeas, & me abſentem diligas, atque defendas. Q ua mihi de Parthis nuntiata ſunt; quia non* [non dum. n. ſatis certa.] *putabam à me *etiam nunc ſcribenda eſſe publice, propterea ne pro familiaritate quidem noſtra volui ad te ſcribere; ne, cum ad conſulem ſcripſiſſem, publice viderer ſcripſiſſe. Vale.*

[NVBR.] TE & pietatis] Gratulatur Cicero M. Marcello, q eius frater conſul factus eſſet, propterea q ipſe M. Marcellus ſe bene geſſiſſet io conſulatu. exponit deinde ſuam intee ſe beneuolêtiam, & eius cauſas. poſtea vero rogat eum, vt det operam, q ſibi ſuccedatur in prouincia. poſtremo excuſat ſe, quare nihil ad eum ſcripſerit de ijs, quae de Parthis nuntiabantur.] Pietatis in tuos] quia viſus es & iudicatus pius, cum tua eaula factum eſt, vt frater tuos conſul fieret.] Fructum] voluptatem, remunerationem] Praeſentes] qui ſunt Romae.]A te ipſo miſſi] quia ſententia tua potiſſimum decretum eſt, vt in Ciliciam mitteremur] In vltimas] ex affectu dixit, non quod Cilicia ſit in vltimis terris.] In omni genere] in qualibet re.] Iudicio de te] cum iudicaris dignissimû ampliſſimo honore] Vel me tui] .i. vel me imitatorem tui.] Lege] annua. in prouincis enim per legem non licebat proconſulem eſſe vltra annum, vt ſupra alio loco oſtendit his verbis: Ad curationem, & S. C. & leges defendendas, eaq; mihi condirio maneat, qua profectus ſum.] Finiſti] determinaſti.] Ad te] qui es conſul, & perſonae publicae] Ad conſulem] qui. o. ad conſulem ſcribit, videtur ſcribere publice ad omnes, quia conſul eſt perſona publica.

[ASCEN.] TE & pietatis] Gratulatur M. Marcello ob conſulatum fratris, & petit ſibi ſuccedi, purgatque q non ſcripſerit, hoc ordine. Ego gaudeo vehemêter te cepiſſe fructum, &. i. ſimul, pietatis in i. erga tuos & animi. i. beneuolentiae in remp. & conſulatus. ſ. tui optimi, atque clariſſimi, & hoc C. Marcello ſ. fratre facto conſule. Non dubito quin praeſentes .i. qui Romae ſunt, ſentiant. ſ. aut factum tuum aut gaudium ex eo. Nos quidem longinqui & miſſi à te. i. tua ſententia, in vltimas geotes. ſ. imperij Romani, extollimus ſup. te aut factum iſtud, ad cœlum mebercule veriſſimis ac iuſtiſſimis laudibus. Nam cum dilexerim te vnice à pueritia tua, & tu & volueris & iudicaris me eſſe ampliſſimum ſemper in omni genere. i. bonorum, tum diligo te multo acrius & vehementius vel hoc facto tuo, vel iudicio populi R. de te; & afficior maxima laetitia, cum ego audio ab hominibus prudentiſſimis, & viris optimis vel me eſſe ſimilem tui, vel te meis omnibus dictis, factis, ſtudiis, inſtitutis. i. moribus. vero, pro ſed, ſi addis ad praeclariſſimas res conſulatus tui vnum. ſ. vt aut aliquis ſuccedat mihi quamprimum, aut ne quid temporis accedat. i. addatur, ad id. ſ. tempotis, quod tu finiſti. i. cooſtituiſti mihi S. C. ſ de nouo decreto & lege. ſ. antiqua vt annua ſit prouincia: putabo me conſecutum omnia per te. Cura vt valeas & diligas me abſentem atq; defendas. Ego ne quidem pro familiaritate noſtra volui ad te ſcribere ea quae ounciata ſunt mibi de Parthis. ſ. qui Euphratem tranſieruot, quia noo putabam ea ſcribenda eſſe à me etiam nunc i. adhuc publice; ne, cum ſcripſiſſem ad conſulem, viderer ſcripſiſſe publice. Erat ergo Marcus adhuc conſul, ſed Caius deſignatus.

Cicero procos. S. D. C. Marcello cos. des. 8 [hic eſt, qui Octauia, Auguſti ſorore, Marcellum genuit de quo Virg. 6.]

MAXIMA ſum laetitia affectus, cû audiui te conſulem factum eſſe: eumq; bonorem tibi deos fortunare uolo, atq; à te pro tua, parentiſque tui dignitate adminiſtrari. nam cum te ſemper dilexi, amaviq;, quòd mei amantiſſimum cognoui in omni varietate rerû mearum: tum patris tui pluribus beneficijs, vel defenſus triſtibus temporibus, vel ornatus ſecundis, neceſſe eſt, vt & ſim totus veſter, & eſſe debeam: cum praeſertim matris tuae, grauiſſimae, atque optimae feminae, maiora erga ſalutem, dignitatemq; meam ſtudia, quàm erant à muliere poſtulanda, perſpexerim. quapropter à te peto maiorem in modum, vt me abſentem diligas, atque defendas. Vale. [in honoribus, & laboribus, & dixit epiſt. 4. l. 13. & ep. 29 eiuſdem libri, & hic in ea, quae ſequitur, proxima.]

[HVSSR.] MAxima] Gratulatur Cicero Marcello, q eſſet conſul deſignatus: optatq; eum feliciter gerere eum magiſtrum. petitq; ab eo, vt adminiſtret eum pro dignitate & ſua & patris. narratque Cicero cauſam, quare hoc optare debeat. poſtremo ab eo petit, vt ſe abſentem diligat, & defendat. Credo hanc epiſt debuiſſe inſcribi, C. Marcello, non ad tem, Marco, vt praecedês ſatis declarat.] Volo] opto.] Fortunare] ſecundare, felicem facere.] Propter te d.] vt meretur tua dignitas, & patris.] Triſtibus] cum multi oppugnabant, & ſalutem meam & fortunas.] Abſentem] ab vrbe, qui ſum io prouincia.

[ASCEN.] MAxima &c.] Gratulatur C. Marcello q conſul ſit deſignatus. Ordo eſt. Affectus ſum maxima laetitia, cum audiui te factû eſſe conſulem: & volo. i. opto deos fortunare. i. ſecundare tibi eum honorê, atq; adminiſtrari à te pro dignitate tua & parentis tui. nâ cum. ſ. ita ſit q diIexi &

lexi & amaui semper te, tum cognoui sup. te iam amātissimum mei in omni varietate rerum mearū, tum .i. insuper vel defensis compluribus beneficijs patris tui temporibus tristibus .i. aduersis, vel ornatus secundis .i. prosperis .s. temporibus. & sum & debeo esse totus vester .i. tuus, & patris, præsertim cum perspexerim studia matris tuæ fœminæ grauissimæ atque optimæ maiora erga salutem & dignitatem meam, quàm erant postulanda à muliere. Quapropter peto à te in modum maiorem vt diligas & defendas me absentem.

ARG. Gratulatur C. Marcello de filio consule facto. erat autem collega Ciceronis in auguratu: ac libros quoque de iure augurali composuit. lib. 2. de Diuin. & Carisius.

Cicero procos. S. D. C. Marcello collegæ. 9

filium.



*ARCELLVM *tuum consulem factum, teque ea lætitia affectum esse, quam maxime optasti, mirum in modum gaudeo; idq; cum ipsius causa, tum quòd te omnibus secundissimis rebus dignissimum iudico: cuius erga me singularem beneuolentiam vel in *labore meo, vel in honore perspexi: totam denique domum vestram vel salutis, vel dignitatis meæ studiosissimam, cupidissimamque cognoui. Quare gratum mihi feceris, si vxori tuæ *Iuniæ, grauissimæ atq; optimæ feminæ, meis verbis eris gratulatus. A te id, quod consuesti, peto, me absentem diligas, atq; defendas. Vale.*

ep. 4. & 26. lib. 13

matri consulis designati.

HVBER. Marcellum tuum} Etiam hac epist. gratulatur Cicero C. Marcello, quod eius frater M. Mar. consul factus esset vtriusq; causa, etiam quod eius domum semper salutis & dignitatis suæ studiosam cognouit. {Ea quàm maxime optasti} sicut etiam dixit in alia epistola, Te & pietatis in tuos, & animi in remp. & clarissimi atq; optimi consulatus, Caio Marcello consule facto fructum cepisse vehementer gaudeo. {Domum} familiam {Eris gratulatus} de isto honore vestro.

ASCEN. Marcellum} Gratulatus est M. Marcello fratri & C. Marcello consuli, nunc autem gratulatur, vt perspicio, vtriusq; patri, dicens, Ego gaudeo mirum in modum Marcellum tuum .s. filium esse factum consulem, & te affectum esse ea lætitia quam optasti maxime, idq; sup. facio tum .i. pariter causa ipsius .s. C. Marcelli, tum quod iudico te dignissimum omnibus rebus secundissimis .i. prosperissimis, re dico, cuius perspexi beneuolentiam singularem erga me vel in labore .i. aduersitate, vel in honore meo. deniq; cognoui iam domum vestram studiosissimam & cupidissimam vel salutis .s. in labore, vel dignitatis meæ .s. in honore. Quare tu feceris mihi gratum, si gratulatus eris verbis meis Iuniæ vxori tuæ feminæ grauissimæ atq; optimæ .s. de consulatu filij. Ego peto à te id quod consuesti .i. consuetus es, vt diligas atq; defendas me absentem. Quia in superiori dixit se matri consulis debere, quam nunc coniugem dicit, certum est quod patri non fratri gratulatur.

ARG. Commendat studiose suam existimationem consuli Marcello in supplicatione decernenda.

Cicero imp. S. D. C. Marcello C. F. cos. 10

Marcellos, & Marcellinos gentiles fuisse Pedianus scribit.



*VANDO id accidit, quod mihi maxime fuit optatum, vt omnium Marcellorum, Marcellinorum etiam, (mirificus enim generis, ac nominis vestri fuit erga me semper animus) quando ergo ita accidit, vt omnium vestrum *studio tuus consulatus satisfacere posset, in quem meæ res gestæ, *lausque, & *honor earum potissimum incideret: peto à te id, quod facillimum factu sit, non aspernante, vt confido, senatu; vt quamhonorificentissimum S. C. literis meis recitatis, faciendum cures. Si mihi tecum minus esset, quàm est cum tuis omnibus; allegarem ad te illos, à quibus intelligis me præcipue diligi. Patris tui beneficia in me sunt amplissima. neq; enim saluti meæ, neq; honori amicior quisquam dici potest. *frater tuus quanti me faciat, semperq; fecerit, esse hominem, qui ignoret, arbitror neminem. domus tua denique tota me semper omnibus summis officijs prosecuta est. neq; vero tui in me diligendo cuiquam concessisti tuorum. Quare à te peto maiorem in modum, vt me per te quamornatissimum velis esse, meamq; & in supplicatione decernenda, & in ceteris rebus *existimationem satis tibi esse commendatam putes. Vale.*

erga me.

vt laudarī, & honorari, te consule, possent, supplicatione decernenda.

patruelis, M. Marcellus. Suetonius I. Iulio.

ep. 11. l. 8.

HVBER. Quando id} Rogat Cicero C. Marcellum, consulem designatum, vt quando accidit habere magistratum, cum ei prodesse potest, curet S. C. honorificentissimum de eo fiat, vt ei faueat, & in supplicatione decernenda, & in ceteris rebus. quod eum facere debere multis causis probat. {Quando} quoniam. {Marcellorum, & Marcellinorum} erant hæ duo inter se cognatæ familiæ nobilissimæ {Quando ergo} repetit, quoniam erat obscurum addere & post parēthesim. {In quem} consulatum. {Incideret} deueniret .i. in quo consulatu tuo ageretur de rebus meis gestis, & honore meo. {Non aspernante} .i. consentiente liprote, vt, Munera nec sperno {Faciendum} decernendum & scribendum de me honorando. {Si esset minus tecum} i. minus amicitiæ haberem tecum quàm cum omnibus tuis. {Frater} M. Marcellus. {Concessisti cuiqoam} fuisti inferior quoquam. {Existimationem} auctoritatem.

ASCEN. Quando} Rogat vt sibi prosit in honore decernendo, cum, quia consul sit, possit, & quia necessarius, debeat, dicens, Quando .i. quoniam id, quod fuit optatum mihi maxime, accidit .i. euenit vt consulatus tuus possit satisfacere studio omnium Marcellorum, & etiam Marcellinorum (animus .n. nominis ac generis vestri fuit semper mirificus erga me) quando ergo ita accidit vt consulatus tuus posset satisfacere studio omnium vestrum, in quem .s. consulatum res meæ gestæ .s. in prouincia sup. inciderāt, & laus & honor earum incideret potissimum: peto à te id, quod sit facillimum factu .i. vt fiat senatu, vt confido, non aspernante, vt literis meis recitatis .i. postquam erunt recitatæ, cures, vt senatusconsultum .i. decretum de honore meo, faciendum .i. vt fiat quamhonorificētissimum. Si minus .s. necessitudinis & amicitiæ esset mihi tecum, quàm est cum omnibus tuis .s. consanguineis; allegarem .i. intercessores mitterem ad te omnes, à quibus intelligis me diligi præcipue. Beneficia patris tui sunt amplissima in me. Ego arbitror neminem .i. nullum hominem esse qui ignoret quanti frater tuus .s. Marcus, me faciat .s. modo, (est .n. præsentis subiunctiui) & fecerit semper. Deniq; tota domus .s. familia tua prosecuta est me semper omnibus summis officijs. Neq; vero tu concessisti .i. locum dedisti cuiquam tuorum .s. parentum, in diligendo me. Quare peto à te, vt velis me esse per te .i. tuo decreto quamornatissimum .i. summis honoribus vt sunt supplicatio & triumphus, & putes existimationem .i. reputationem meam esse satis commendatam tibi, & in supplicatione decernenda, & in ceteris rebus.

ARG. Agit gratias consuli Marcello, quòd supplicationem sibi decreuerit.

CICERO IMP. S. D. C. MARCELLO COS. 11



*VANTAE tibi cura meus honos fuerit, & quàm idem extiteris consul in me ornando, & amplificando, qui fueras semper cum parentibus tuis, & cum tota domo; etsi *res ipsa loquebatur, cognoui tamen ex meorum omnium literis. itaq; nihil est tantum, quod ego non tua causa debeam, facturusq; sim cum studiose, tum libenter. nam magni interest, cui debeas: debere autem nemini malui, quàm tibi; cui me cum studia communia, beneficia paterna, tuaq; iam ante coniunxerant; tum accedit, mea quidem sententia, maximum vinculum, quòd ita rempub. geris, atque gessisti, qua mihi carius nihil est, vt, quantum tibi omnes boni debeant, quo minus tantundem ego vnus debeam, non recusem. quamobrem tibi velim ij sint *exitus, quos mereris, & quos fore confido. Ego, si me nauigatio non morabitur, quæ incurrebat in ipsos Etesias, propediem te, vt spero, videbo. Vale.*

cum decretā mihi supplicationem audirem.

cum honorē tibi deos fortunare volo, dixit ep. 8. & 32. huius l.

HVBAR.

QVantæ} C. Marcellus superiore epistola à Cicer. rogatus, vt ei faueret in dignitate sua, id fecerat diligentissime: itaq; Cicero fatetur se ei obligatum & propter hanc causam, & propter alias, quas enumerat. Postremo dicit se propediem venturum, nisi à ventis impedita fuerit nauigatio sua. {Ide i.} talis {Res} effectus, quia te fauere decretæ erant mihi supplicationes. {Tm} tam magnum & difficile. {Ita} tanto consilio & diligentia. {ij} tales. {Etesias} ventos, de quibus diximus li. 2. in ep. quæ incipit, Nō potuit accuratius, in fine.

ASCAN.

QVantæ &c.} Fatetur gratum esse officium Marcelli, & se illi deuinctum: ac demum dicit se propediem venturū, nisi à ventis impedita fuerit nauigatio sua. Ordo est. Etsi. i. q̃q̃, res ipsa loquebatur. i. satis declarabat, tñ cognoui ex literis omnium meorum, quantæ curæ honos meus fuerit tibi, & q̃ i. quantum, extiteris. i. fueris, aut appareris idem. i. eiusdem animi in me ornādu, & amplificando consul. i. cum esses consul, qui. i. qualis fueras semper cum parentibus tuis. Itaque nihil est tm̃. i. tam magnum, quod ego non debeam tua causa. i. in re tua, & quod ego non sim facturus studiose. i. diligenter ac libenter. Nam interest. i. refert magni. i. multum cui debeas: autem. i. sed, ego ne minima lui debere, q̃ tibi. cum. s. ita sit, q̄ studia cōia, & beneficia paterna, & tua coniunxerant me iam ante. i. prius; tum. i evidentius, quidem. i. certe sententia mea i. quantum sentio, maximum vinculum accessit. i. additum est necessitudinis amoris, q̄ geris atque gessisti remp. qua nihil est carius mihi, ita vt non recusem quo minus. i vt non ego debeam tibi tantum quantum omnes boni. Quamobrem velim sup. vt hi. i tales sint tibi exitus. s. consulatus tui, quos. i. quales uereris, & confido fore. i. futuros. Ego, vt spero, videbo te propediem, si nauigatio non morabitur. i. tenebit in mora me, quæ. s. nauigatio incurrebat in ipsos Etesias s. ventos, qui à Strabone Subsolani. i. Euri dicuntur.

ARG. Gratulatur de consulatu: petitque, vt operam det, ne quid sibi temporis ad suum annuum prouinciale munus addatur.

CICERO IMP. S. D. L. PAVLLO COS. DES. 12

qui Catilinam lege Plantia interrogarat., Sallustius.

erat. n. Aemilia gens patricia,

*ETSI mihi nunquam fuit dubium, quin te populus R. pro tuis summis in remp. meritis, & pro *amplissima familiæ dignitate, summo studio, cunctis suffragijs consulem facturus esset: tamen incredibili lætitia sum affectus, cum id mihi nuntiatum est: eumq; honorem tibi deos fortunare volo, à teq; ex tua, maiorumq; tuorum dignitate administrari. atq; vtinam præsens illum diem, mihi optatissimum, videre potuissem, proq; tuis amplissimis erga me studijs, atq; beneficijs tibi operā meam, studiumq; nauare. quam mihi facultatem quando hic *nec opinatus, & improuisus prouincia casus eripuit: tamen, vt te consulem remp. pro tua dignitate gerentem videre possim, magnopere à te peto, vt operam des, efficias, ne quid mihi fiat iniuriæ, ne ve quid temporis ad meum annuum munus accedat. quod si feceris; magnus ad tua pristina erga me studia cumulus accedet. Vale.*

Acad. 1. sic locutus. alibi tamē dixit, inopinatum.

HVBER.

ETsi mihi} Ostēdit Cicero se summa lætitia affectum esse, q̄ Paullum consulem factum intellexit: & optat hūc honorem ei felicem fore. optat autem se interfuisse, vt potuisset ei præstare operam suam. postremo eum rogat, vt det operam, ne quid temporis ei prorogetur. {Amplissima familiæ dignitate} nam Paullorum familia à multis præclaris viris nobilissima fuit, à Paullo illo Aemilio originē ducens, quem Pythagoræ discipulum fuisse arbitrantur. Ea ea familia fuit ille Paullus, qui ad Cānas gloriosissime occubuit. ne tantæ reip. calamitati superesset, & ille, qui Persen Macedoniæ regem vicit. {Cunctis suffragijs}. i omnium approbationibus. {Nauare diligenter} præstare. {Hic} quia propter imminentiam belli compulsus sum venire in prouinciam. {Ne quid mihi fiat iniuriæ} iniuriam sibi factam existimat, si vltra statutum tempus cogatur esse in prouincia {Munus} officium, proconsulatum.

ASCAN.

ETsi &c.} Gratulatur Paullo de consulatu. dicit se velle interfuisse honoribus illius, rogans ne quid temporis sibi prorogetur. Ordo est. Etsi nunquā fuit dubium, quin P. R. facturus esset summo studio & cunctis suffragijs te consulem pro summis meritis tuis in remp. & pro amplissima dignitate familiæ tuæ: tñ ego affectus sum incredibili lætitia, cum id nunciatum est mihi: & volo. i. opto deos fortunare. i. secundare tibi eum honorem. i. honorificum magistratum & administrari a te ea dignitate tua. i. s. in dignitatem tuam & maiorum tuorum. Atq; vtinam ego præsens potuissem videre illum diem. s. comitiorum optatissimum, atq; nauare. i. copiose impendere tibi operam meam & studium. s. meum pro amplissimis studijs tuis erga me. quam facultatem, qñ. i. qm̃, hic casus. i. fortuitus aditus prouinciæ nec opinatus & improuisus eripuit mihi: tamen peto magnopere à te vt des operam, & officias ne quid iniuriæ fiat mihi, ne quid. i. aliquid temporis accedat. i. addatur ad munus. i. onus meum annuum. i. legitime duntaxat per annum gerendum, vt possim videre te consulem gerentem remp. pro dignitate tua. quod si feceris; magnus cumulus. i. magnum incrementum, accedet. i. addetur ad pristina studia tua erga me.

. ARG. Petit, vt de suis rebus gestis quamhonorificentissime decernendū curet: suamq; illi etiā ceteris in rebus existimationem cōmendat.

CICERO IMP. S. D. PAVLLO. 13



*AXIME mihi fuit optatum, Romæ esse tecum, multas ob causas, sed præcipue, vt & in petendo, & in gerenda consulatu mei m tibi debitum studium perspicere posses. *ac petitionis quidem tuæ ratio mihi semper fuit explorata: sed tamen nauare operam volebam. in consulatu vero cupio equidem te minus habere negotij: sed moleste fero, me consulem tuum studium adolescentis perspexisse, te meum, cum id ætatis sim, perspicere non posse. sed ita fato nescio quo contigisse arbitror, vt tibi ad me ornandum semper detur facultas, mihi ad remunerandum nihil suppetat præter voluntatem. *ornasti consulatum, ornasti reditum meum. incidit meum tempus rerum gerendarum in ipsum consulatum tuum. itaq; cum & tua summa amplitudo & dignitas, & meus magnus honos, magnaq; existimatio postulare videatur, vt à te pluribus verbis contendam, ac petam, vt quāhonorificentissimum S.C. de meis rebus *gestis faciendum cures: non audeo vehementer à te contendere; ne aut ipse tuæ perpetuæ consuetudinis erga me oblitus esse videar, aut te oblitum putem. quare, vt te velle arbitror, ita faciam; atque ab eo, quem omnes *gentes sciunt de me optime meritum, breuiter petam. Si alij consules essent, ad te potissimum Paulle mitterem, vt eos mihi quamamicissimos redderes. nunc, cum tua summa potestas, summaq; auctoritas, notaq; omnibus nostra necessitudo sit; vehementer te rogo, vt et quamhonorificentissime cures decernendum de meis rebus gestis, & quamcelerrime dignas res esse & honore, & gratulatione, cognosces ex ijs literis, quas ad te, & ad collegam, & senatum publice misi: omniumq; mearum reliquarum rerum, maximeq; existimationis meæ procurationem, *susceptā, velim habeas; in primisq; tibi curæ sit, quod abs te superioribus quoq; literis petiui, ne mihi tempus prorogetur. Cupio te consulē videre, omniaq;, quæ spero, cum absens, tum etiā præsens te consule assequi. Vale.*

correctio ad id, quod dixerat, in petendo.

studij, & officijs tuis.

In Amano. epist. 4. h. l.

significat prædicari a se etiam in prouincia, quātum Paullo debeat.

ex literis non extant.

quā antea susceperis.

HVBER.

MAxime} Dolet Cicero q̄ non fuerit Romæ quo tempore Paullus petiuit consulatum, vt potuisset eum iuuare, quemadmodum ab eo adiutus est alias & in salute, & in dignitate. postea vero commendat ei honorem suum, vt curet S.C. honorificētissimum de rebus suis gestis decerni, sicut etiam supra scripsit ad Marc. postremo, ne quid tēporis sibi prorogetur, sicut & in superiore epist. {Romæ mihi semper fuit} quia scio te & summa moderatione, & virtute fretum petiuisse. {Minus negotij} minus laboris. {Sed moleste fero} sensus est: doleo, q̄, cum essem consul, tu adolescens præstiteris mihi studium tuum, & nunc ergo iam grauioris ætatis non potuerim tibi præstare meum. {Nescio quo fato} nescio quo infortunio, vel fatorum quadam dispositione. {Suppetat} sufficiat, sit. {Præter voluntatem} excepta voluntate, quæ sem-

per

per est prompcissima. {Consuetudinis perpetuæ} s. me semper ordinandi. {Alij} q. iu. {Dignas gratulatione} supplicatione, in qua gratulemur dijs. Val. Max. lib. 1 c. 1. Prisco et instituto opera dat, cũ aliquid cõmendandũ est præcatione, cũ exposcendũ voto, cũ soluendũ gratulatione. {Ad collegã} C. Marcellũ intelligit ad quẽ suprascripsit. {Procurationem} tutelam, defensionem.

ASCEN. M Aatme, &c } iterum sibi dolere dicit q̃ nõ fuerit Romæ, cum Paullus cõsulatum peteret, vt ei auxilio fuisse potuisset. Deinde cõmendat ei honorẽ suũ in S.C. habendo, & demũ rogat, ne per prouincia sibi prorogetur. Ordo est. O Paulle optatũ fuit maxime mihi. i. a me esse tecũ Romæ ob multas cãs, sed præcipue, ut posses perspicere studiũ meum debitũ tibi in petẽdo & gerendo consulatu. i. dũ peteres & gereres cõsulatum. Ad ratio. i. ratificatio quidẽ petitionis tuæ fuit sp explorata mihi: sed tñ uolebã. i. optabã nauare, operã. i. tibi impẽdere magnũ auxiliũ. Verum. i. sed cupio equidẽ te habere minus negotii. i. difficultatis in cõsulatu. s. gerẽdo: sed fero, molestie me consulem i. cum essem consul, perspexisse studium tuum. i. diligentẽ fauorem in me, adolescentis. i. cum esse adhuc adolescens, & non posse perspicere studiũ meum. s. in te, cum sim id ætatis. i. ea ætate, hoc est iam senex. Figurate dr id ætatis, sicut id genus, pro eius generis Sed arbitror contigisse nescio quo fato i. deorũ ordinatione ita, vt facultas detur tibi semper ad ornãdũ me, & nihil suppetat. i. facultatis sit ad remunerãdum præter voluntatem. Tu ornasti consulatum meũ, ornasti reditum meũ, quia meũ tempus rerum gerendarũ. i. quo res gessi. s. præclaras in Cilicia incidit in ipsum consularũ tuum, Itaq; cũ summa amplitudo, & dignitas tua, & magnus honos meus, & magna existimatio. i. reputatio de me videatur postulare vt contendã ac petam a te plurimis verbis, vt cura senatuscõsultum i. decretũ senatus super ea re consulti, faciendũ. i. vt fiat, q̃ honorificentissimũ de rebus gestis meis: non audeo contendere. i. exigere uehementer a te, ne aut ipse. i. egomet videar oblitus esse, aut putem te oblitum esse perpetuæ consuetudinis tuæ erga me. Quare ego faciã ita, vt arbitror te velle; atq; petã breuiter ab eo, hoc est a te, quẽ omnes gentes sciunt meritum optime de me. Ideo ergo breuiter. quia quem semper munificũ in nos perspeximus, non opus est multis verbis vrgere. ingeniose ergo, vt semper, petit. Si alii essent consules, o paulle. ego mitterem. s. nuntios & literas potissimum ad te, vt redderes eos q̃ amicissimos mihi nunc, cum summa potestas & summa auctoritas tua, & necessitudo nostra, nota sit omnibus, rogo te vehementer vt cures decernendum quam honorificentissime de rebus meis gestis & quãcellerime. i. valde cito. tu cognosces res esse dignas & honore, & gratulatione ex literis, quas misi publice ad te & collegã. s. cõsulẽ. s. C. Mar. & ad senatu, & velim sup. vt habeas susceptã. i. suscipias procurationem oium reliquarũ rerum mearũ, & maxime. præcipue existimationis meæ. i. famę meæ; (vbi meæ videt passiue poni: inest tñ uis possidendi quædam) & sup. ut curæ sit tibi in primis quod petiui, quoque. i. etiam literis superioribus abs te, ne tẽpus prorogetur. i. extendatur mihi i. in administratione prouinciæ meæ. Cuppio videre te consulem, & assequi omnia te consule, cum absens s. supplicationem, tum præsens. s. triumphum.

ARG. Significat se ea facturum Fabij causa, quæ Cassius rogarat. dolet, se Cassium non vidisse ad vrbem ex prouincia redeuntem: rogat operam det ne quid sibi ad annuam prouinciam temporis prorogetur.

CIC. S. D. C. CASSIO PROQVAEST. 14

quæstor est M. Crasso in Syriã iesat.

puto esse quẽ l. 5. cõmẽdat Cœlio, & Papirio Pæto ep. 25. l. 9.

M Fabium quod mihi amicum tua commẽdatione das, nullum in eo facio quæstum multi. n. anni sunt, cum ille in ære meo est, et a me * diligitur propter summam suam humanitatẽ, & obseruantiam. sed tamẽ, quod te ab eo egregie diligi sensi, multo amicior ei sum factus. itaq: quanquam profecerunt literæ tuæ tamen aliquanto plus cõmendationis apud me habuit animus ipsius erga te, mihi perspectus, & cognitus. Sed de Fabio faciemus studiose, quæ rogas. Tu, multis de causis vellem, me conuenire potuisses: primum, vt te quem iamdiu plurimi facio, tanto interuallo viderem: deinde, vt tibi, quod feci per literas, possem præsens gratulari: tum vt quibus de rebus vellemus, tu tuis, ego meis, inter nos communicaremus: postremo, vt amicitia nostra, quæ summis officijs ab vtroque culta est, sed longis * interuallis temporum interruptam consuetudinem habuit, confirmaretur vehementius. id quando non accidit. vtemur bono literarum, & eadem fere absentes, quæ si coram essemus, consequemur, vnus scilicet ille fructus, qui in te videndo, est percipi literis non potest. alter gratulationis est is quidẽ exilior, quàm si tibi, te ipsum intuens, gratularer, sed tamen et feci ante, & facio nunc tibiq; cum pro rerum magnitudine, quas gessisti, tum pro opportunitate temporis gratulor, quod te de prouincia decedẽtem summa laus, et summa gratia prouinciæ prosecuta est. Tertiũ est ut id quod de nostris rebus coram communicassemus inter nos, conficiamus idẽ literis. ego ceterarum rerum causa tibi Romam properandum magnopere censeo. nam & ea, quę reliqui, tranquilla de te erant: & hac tua recenti victoria tanta clarum aduentum tuum fore intelligo. sed, si quæ sunt onera tuorum, si tanta sunt vt ea sustinere possis nihil tibi erit lautius, nihil gloriosius: sin maiora: considera, ne in alienissimum tempus cadat aduentus tuus. huius rei totum consilium tuum est. tu. n. scis, quid sustinere possis. si potes laudabile, atq; populare est. sin plane non potes absens hominum sermones facilius sustinebis. De me autem idem tecum bis ago literis: quod superioribus egi, vt omnes tuos neruos in eo contendas, ne quid mihi ad hanc prouinciam, quam & senatus, et populus annuam esse uoluit, temporis prorogetur. hoc a te ita contendo, vt in eo fortunas meas positas putem, habes * Paullum nostrum nostri cupidissimum: est * Curio; est * Furnius sic velim enitare, quasi in eo sint mihi omnia. Extremum illud est de ijs, quæ proposueram, confirmatio nostræ amicitiæ de qua pluribus verbis nihil opus est. tu puer me appetisti: ego autem semper ornamento te mihi fore duxi. fuisti etiã pręsidio tristissimis meis temporibus. accessit post tuũ discessum familiaritas mihi cum Bruto * tuo maxima. itaque in vestro ingenio, & industria mihi plurimum et suauitatis, & dignitatis constitutum puto. id tu vt tuo studio confirmes, te vehementer rogo literasq; ad me & cõtinuo mittas, & cum Romam veneris, quàm sæpissime. Vale.

micantia. n. ante in Syriã quæstor Cassius terat cum M. Crasso, L. Domitio, et Ap. Claudio cos.

Parthos, post necem Crassi, deuicerat. Iust. l. 42. Velleius l. 2.

consulẽ des tribunus pl. des. item Furnius, ep. 18. l. 5. ad Att.

cuius soror vxor erat Cassij. Plutar. in Bruto.

HVBAR. M Fabium} Ante tempora bellorũ ciuilium scripta est hæc epistola, cũ Cic. Ciliciæ præesset. primum autẽ pollicetur se oia studiose facturũ pro M. Fabio. quẽ Cassius ei cõmendauerat, sui aũt in eũ officij multas causas cõmemorat. Postea vero enumerat aliquot causas, quib* dicit se optasse potuisse videre ipsum Cassium, ante q̃ ex prouincia discederet. exponit aũt, quid sentiat de eius aduentu ad vrbẽ Postremo ab eo petit, ut oẽm operam & diligentiã adhibeat, ne quid temporis ad eam prouinciã sibi prorogetur. & cõmemorat Cicero quasdã causas amicitiæ & beneuolentiæ inter se & Cassium. {Quod} quia. {Nullũ in eo facio quæstum} hunc locũ scio a multis nõ intelligi, qui ita exponunt, nullum lucrũ facio, quia non exigo ab eo pecuniam, q̃ mihi debet. sed hæc verba longe aliter sonãt. est ergo sensus huius clausulæ hic. q̃ cõmendatione tua tradis mihi amicum M Fabium, nihil lucror de eo, mihi tua cõmendatione dato amico, quia iam multis annis erat meus. tũc. n. lucramus, qñ aliquis, qui non soleret esse amicus, datur nobis amicus, sicut cum datur nobis aliquid, qđ non esset nostrum. cũ. n. datur nobis, qđ erat nostrũ, nihil in eo lucri facimus. {In ære meo est} translatio sumpta a nummis. i. iã multis annis est meus, & a me vt ita dicam possidetur. {Profecerunt} valuerũt multum vt esset mihi cõmendatus {Anim ipsius erga te} i. plus tñ habui cõmendatum ea causa, q̃ cognoui eum esse amantissimo in te aĩo: {Tanto interuallo} tanto spatio temporis: nã iandiu te nõ vidi. {Deinde} secunda causa. {Gratulari} de victoria tua & rebus bene gestis in prouincia nam supra lib. 2. sic scripsit Cic. ad M. Cœl. Cass. noster, qđ mihi magnæ voluptati fuit feliciter ab Antiochia hostem reiecerat. {Cõmunicaremus} cõmiter & simul colloqueremus {Postremo} vltimo. {Interruptã} intermissam Virg. Pendent opera interrupta, minæq; Murorũ ingentes. {Id}

vt

vt potueris me conuenire.{Bonn}commodo.{Consequemur} cōparabimus.s.per literas.{Scilicet} certe.affirmatiua.n particula est {Fructus}voluptas.{Alter}fructus.{Latior} renuior, minior.{Quas gessisti} reiectis Parthis ab Antiochia.nam qui dñr intelligit res gestas a Cass. in Syriam contra Dolabel non aduertunt historiã peruerti, cum Cic. prefuerit prouinciæ ante mortem Cæs & quæ Cæs.egit contra Dolab. in Syria, fuerint, Cæs.iam occiso,vt visum est lib. 12.{Gratia}beneuolentia.{Cōficismus idem literis} cōmunicemus per literas de rebus nostris {Quæ reliqui}.s.Romæ.i.quę agebantur Rom.com ego discessi. {Tranquilla de te erant} quieta, quia non multum de te loquebantur homines {Recenti}noua.{Clarum}illustrem,omnibus notum.qñ n.aliquis vir in patriã aduenit,insignis rebus gestis,oēs de eo loquuntur.{Si qua sunt onera tuorũ}.i.si tu quos tecum habes,aliquid egerunt, qd tibi sit defendendũ {Sustinere} defendere.{Maiora}quam tu sustinere possis.{Alienissimũ} incōmodissimum.{Cadat} incidat.{Toũ} qui scis quæ tibi tuorum onera sint {Populare} fauorabile.{Non potest} sustinere. {Facilius}q̃ si esses Romæ, & audires. intelligimus aũt aliquid minus benefactum fuisse ab iis,qui erant cum Cassio,quod ei minus bonam famã apud homines faceret. {Neruos} vires.tractũ est ab Eun. Terent. Vbi tu neruos intendas tuos.ex hoc autem loco Cic.possumus intelligere apud Terent nō esse obscœne intelligendum,vt quidam male sentiunt. {Annuam} administrationem vnius anni.{Contendo} efflagito.{Fortunas meas}omnia mea. {Paullum} consulem,quē supra vidimus etiã a Cic.de hac re rogatũ.{Curio}ad quē lib.2.de hac re rescripsit epistola, quæ incipit Sera gratulatio.{De qua}confirmatione nostre amicitiæ.{Appetisti}ipo te optasti amicum {Duxi} existimaui.{Ornamento} honori.{Præsidio}adiumento {Tristissimis temporibus} exilii mei,cum, vt restituerer in patriã,mihi fauisti.{Tuo} tibi sanguine coniuncto.{Vestro}tuo,& Bruti {Continuo}statim vt meas acceperis.{Quamsępissime} mittas literas.

ASCAN. M Aticum,&c} Scripta est hęc epistola ante bella ciuilia cum Cicero Ciliciæ præesset. Pollicetur itaq; primũ se omnia studiosissime facturum pro M. Fabio, sibi a Cass cōmendato. Exponit ei quid sentiat de reditu suo in vrbē. Postremo ab eo petit, vt diligentissime curet, ne quid temporis sibi prorogetur. Ordo est Ego nullum quæstũ .i.lucrum facio in eo q̧ das.i.efficis tua cōmendatione M. Fabiũ amicum mihi. Multi.n.anni sunt cum.i.post quos ille est in ære meo.i.meus, & diligitur a me p̄p̄ summã humanitatem & obseruantiam eius s.in me. Sed tñ factus sum multo amicior ei, q̧ .i.quia diligeris egregie ab eo Itaq; q̃q̃ literæ tuæ profecerunt tñ animus ipsius erga te, perspectus & cognitus mihi, habuit plus aliquanto cōmendationis apud me. Sed nos faciemus studiose ea,quæ rogas de Fabio. Vellem de multis causis.i.ob multas causas sup. vt tu potuisses conuenire.i.adire me. Primum vt viderē tanto interuallo.i.post tm̃ interuallum te,quē facio pluri mi iandiu.Deinde vt quod feci per literas, possem.s.facere prñs, hoc est gratulari tibi.tum.i tertio loco, vt cōicaremus inter nos de quibus rebus vellem,tu sup.cōmunicares de tuis, & ego sup. cōicarem de meis.Postremo ut amicitia nostra,quę culta est ab utroq;.s. nostrum,summis officiis,sed habuit consuetudinē interruptam longis interuallis tpis,confirmaretur vehemētius. Qñ .i.qm̃ id.s.nos conuenisse non accidit,vtemur bono i.utilitate literarum,& consequemur.i.obtinebimus fere eadē absentes,quę .s.consecuti essemus si essemus corã.i.pręsentes.Scilicet cur fere dixerim, quia ille vnus fructus.i.ea vna voluptas, quæ est in, te videndo,non potest percipi literis.alter.s.fructus est gratulationis,& is quidem exilior.i.minor est,q̃ si gratularer tibi intuens teipsum.Sed tñ & feci antea,& facio nunc,q̧ pro.i.gratulor tibi cum sata sit q̧ pro magnitudine rerũ quas gessisti.s.reiiciendo Parthos Antiochia,tũ pro oportunitate tpis, q̧ summa laus & summa gratia prouinciæ prosecuta est te decedētem de prouincia,Tertium est vt idem conficiam.i transigam literis, id quod cōicassemus corã inter nos de rebus nostris Ego cēseo properandum esse tibi Romam causa certarũ, melius q̃ ceterarum, rerũ. Nam & ea quæ reliqui.s.exiens in Ciliciam, erant tranquilla.i. quieta de te.i.nihil male dicebatur: & intelligo aduentũ tuum fore tam clarũ hac victoria tua recenti. Sed si qua sunt onera tuorum,aut necessariorũ,aut militum,si sup ea tanta sunt, vt possis sustinere.i.portare contra impetũ populi ea, prope.i.quasi nihil lautius.i.splendidius aut gloriosius erit tibi s. q̃ ea sustinere. sin .i sed si sup.sunt maiora, quam vt sustinere possis; considera ne aduētus tuus cadat in tēpus alienissimum.i. quo propter tuorũ culpam P. R. sit maxime infensus. Consilium huius rei est totũ tuum.tu.n.scis quid possis sustinere.si potes sup.sustinere;est laudabile atq; populare.i.plausibile populo. sin planæ non potes.s. sustinere pñs; tu sustinebis facilius absens sermones hominum Autem i.sed,ego ago de me tecum his literis idem quod egi superioribus,vt contendas.s.reuersus, omnes neruos tuos.i.vires in eo, ne quid tpis prorogetur.i.addatur mihi ad hanc prouinciam,quam & senatus, & populus voluit esse annuam.i.durare annum Ego contendo.i.exigo a te hoc.s.non prorogari imperiũ vt putem fortunas meas.i omnes facultates positas sup. esse in eo.Tu habes.s.Formiæ,Paullum.s.consulē nostrum.i cōem amicum cupidissimũ nostri.Curio est sup. tibi. Furnius est tibi.i habes eos.Ego velim cogitare in eo sic quasi oia sint in eo. Extremum de iis, quæ proposueram, est illud, videlicet confirmatio amicitiæ nostræ,de qua nihil opus est pluribus verbis Tu puer.i. cũ esses adhuc puer appetisti me.i.consuetudinē meam ego aũt duxi.i.iudicaui,semper te fore mihi ornamento,tu fuisti etiã.i.insuper præsidio.i.protectioni & custodiæ,tēporibus meis tristissimis .s.qñ exulaui.Familiaritas mihi maxima cũ Bruto tuo.s.propinquo accessit.i.addita est post discessum tuum s.prouinciam.Itaq; ego pono plurimum & suauitatis & dignitatis cōstitutum mihi in ingenio vestro.s.tuo & Bruti,& in industria sup. vestra. rogo vehementer vt tu confirmes.i.stabilitas id.i.eam spēmeã,studio .i.fauorabili conixu tuo, & vt mittas literas ad me, &.s.pariter continuo.s.his lectis,& quamsæpissime,cum veneris Romam.

CICERO S. D. CASSIO. 15

*E Tsi *vterq; nostrum, spe pacis, & odio ciuilis sanguinis, abesse a belli pertinacia voluit: tamen quando eius consilij princeps ego fuisse videor, plus fortasse tibi præstare ipse debeo,quàm a te expectare. etsi, vt sæpe soleo mecum recordari sermo familiaris meus tecũ & itē mecum tuus adduxit vtrunq; nostrũ ad id consiliũ vt vno prælio putaremus si non totã causam, at certe nostrum *iudicium definiri conuenire: neq; quisquã hanc nostram sententiã vere vnquam reprehendit, præter eos, qui arbitrantur melius esse deleri omnino rēp.quàm imminutam & debilitatam manere. ego aut ex interitu eius nullam spem *scilicet mihi proponebam, ex reliquijs magnam. sed ea sunt consecuta, vt magis mirum sit accidere illa potuisse, quàm nos non vidisse ea futura, nec, cũ homines essemus, diuinare potuisse. equidem fateor meam coniecturam hanc fuisse, vt, *illo quasi quodam fatali prælio facto, & victores cōmuni saluti consulere vellent, & victi sua. vtrunq; autem positum esse arbitrabar in celeritate victoris. quæ si fuisset, eandem clementiã experta esset *Africa, quã cognouit Asia, quàm etiam Achaia, &, vt opinor, ipso legato, ac deprecatore. amissis aũt temporibus, quæ plurimũ valent, præsertim in bellis ciuilibus, interpositus annus alios induxit, vt victoriã sperarent alios, vt ipsum vinci, contēnerent. atq; horum malorum omnium culpam fortuna sustinet. quis.n.aut Alexandrini belli tantam moram huic bello adiunctũ iri, aut nescio quē istum Pharnacē Asiæ terrorem illaturum putaret? nos tamen in consilio pari, casu dissimili vsi sumus. tu.n. eam partem petisti, ut & consilijs interesse, &, quod maxime curã leuat, futura animo prospicere posses: ego, qui festinaui, vt Cæsarē in Italia viderem, (sic.n.arbitrabamur) eumque, multis honestissimis viris conseruatis, redeuntem, ad pacem currentem, vt aiunt, incitarem, ab illo *longissime & absum, & absui: versor autem in gemitu Italiæ, & in vrbis miserrimis querelis, quibus aliquid opis fortasse, ego pro mea, tu pro tua, pro sua quisque parte ferre potuisset, si auctor affuisset. Quare velim pro tua erga me perpetua beneuolentia scribas ad me, quid videas, quid sentias, quid expectandum, quid agendum*

vterque. s. victo in Thessalia Pompeio, Cæsari se tradidit.

vt statueremus, deponenda ne essent arma, an retinenda.

pro nimirũ. ep. 6. l. 5.

Pharsalico

quæ tũ bellum Scipione duce reparabat.

cum Cæsar cōtra Pharnacē, in Pōto bellũ gereret.

*dum nobis existimes. magni erunt mihi tuæ literæ. atque vtinā primis illis quas Luceria miseras, *paruissem sine vlla enim molestia dignitatem meam retinuissem. Vale.*

suadebas.n. vt ab armis abstinerem.

HVBER.

Etsi vterq; } Exponit Cicero hac epistola, quæ sententia fuerit sua de exitu bellorū ciuilium inter Cæs. & Pōpeium,& quid alij arbitrarentur. deinde se non potuisse ad Cæsaré venire quemadmodum festinauerat. itaque petit a Cassio, vt ad se scribat, quid sentiat, quid expectandum, quid agendum putet. { Abesse } discedere. { Pertinacia } perseuerantia. { Belli } ciuilis. { Qn } qm. { Princeps } primus auctor & suasor. quia, vt supra alio loco visum est, quidam appellabant Ciceronem, tubam ciuilis belli. { Præstare } in consulendo & hortando. { Mecum } intra me, in animo meo. { Definiri } determinari, vtrum rectum fuerit, an non. { Vno prælio } vno conflictu, quo posset cognosci, vtrum recte iudicassemus, an non. { Imminutā } priuatam aliqua parte suæ dignitatis. { Ego autem } ostendit suā sententiam contrariam esse superiori, quia melius sit remp. esse imminutam q̄ oino deletam quia si aliquid remaneret, esset aliqua spes; si oionino interrisset, nulla oino spes esset. { Ex reliquiis } i. ea aliqua particula quę remaneret de rep. { Diuinare } prædicare futura. { Cum essemus homines, quibus futura omnino sunt abscondita. { Fatali quasi } quasi fata instituissent. { Communi } parcendo victis, & seruando oēs. { Suę saluti } s. vellent consulere dissidentes a pertinacia belli { Verunq; } q victores consulerent saluti cōi, & victi suæ. { In celeritate victoriæ } si victor celeriter fecisset. { Quæ } celeritas. { Africa } i. ij, qui in Africā se. receperunt. intelligit Catonē, qui ad Iubam se receperat. { Asia & Achaia } vbi victis pepercit. { Ipso legato, ac deprecatore } i. ipse victore legato ac deprecante, vt clementiam eius experiri vellemus. { Interpositus annus } interpositio.n. tpis facit ut mutentur opiniones { Fortuna } quæ videtur aduersari omnib⁹ cœptis nostris, & conatibus. { Nescio quē } per contemptum dixit. { Pharnacē } *filium Mithridatis. hoc aūt nomen in ea penultimam corripit, cum reliqua producāt. { Eam partem } Cæsarianā. { Currentem ad pacē } prouerbialiter dicit, & translatum ab equis i. optime dispositū. { Absum } quia non venit in Italiā. { Auctor } Cæsar, qui potest eius querelis mederi. { Magni erunt literæ tuæ } i. magnifaciam literas tuas. { Luceria } vrbe.

quem mox Cæsar vnica pugna p̄fligauit. vnde illud. Veni, vidi, vici.

AACEN.

Etsi vterque, &c. } declarat sententiam suā de exitu bellorum ciuilium inter Cæs. & Pompeium, & quid alii arbitrarentur; deinde scribit se non potuisse ad Cæs. venire quemadmodum festinauerat. itaq; petit a Cassio, vt ad se scribat quid sentiat, & quid expectandum, & quid agendum putet. Ordo est. Etsi vterq; nostrum voluit abesse a pertinacia necessaria belli. s. ciuilis contra Cæs. spe pacis. s. cum Cæsare ineundæ, & odio sanguinis. i. effusione sanguinis ciuilis tn̄ qn̄. i. qm̄ ego videor fuisse princeps. i. primus & præcipuus auctor eius consilii, ipse. i. ego debeo præstare. i. exhibere, plus q̄ expectare aut expetere a te. Etsi vt soleo recordari sępe mecum, sermo familiaris meus tecum & tuus item. i. similiter mecum adduxit vtrunq; nostrum ad id cōsilium, vt putaremus conuenire. i. decere, si. i. licet non totam causam, at certe. i. sed saltem iudicium nostrum deffiniri. i. ad alterā partem adduci, vno prælio. neq; quisquam reprehendit vnq̄ vere. i. iuste hanc sententiam nostram *præterea sup eos qui arbitrantur melius esse remp. deleri omnino q̄ manere. s. tn esse imminutam & debilitatam. Ego aūt nullam spem proponebam. s. certe mihi ea interitu eius. s. reip. & proponebam magnam spem ex reliquiis sup. eius, si Cato & ceteri viri præstantes salui mansissent post mortem pompeii. Sed ea. s. mala sunt consecuta, vt sit magis mirum illa potuisse accidere, q̄ nos nō vidisse ea futura. nec potuisse diuinare. i. mōre de prouidisse sup. ea, cum essemus homines. Equidem. i. ego certe fateor meam coniecturam fuisse hanc. i. huiusmodi, vt illo s. Pharsalico pręlio facto quasi quodam fatali. i. a diis sic statuto, &. i. simul victores vellent consulere. i. opem & fauorē præstare cōmuni saluti & victi vellent cōsulere suæ. s. saluti, Aūt. i. sed arbitrari arbitrabar. verunq; s. quod dictū est, esse positum in celeritate victoriæ. quæ. s. celeritas si fuisset, hoc est si qui vicit, vicisse existimatus fuisset Africa. i. Cato, & reliqui qui in Africa bellum innouauerunt, experta esset eādem clementiam. s. Cæs. quam cognouit Asia, quam etiā Achaia. i. qui in illis erant, &. i. etiam, vt opinor, ipso. s. victore legato & deprecatore. i. fungente officio legati & deprecatoris, hoc inuitante victos ut clementiam exposcerent. Autem. s. sed temporibus amissis, & ita nulla celeritate victoriæ habita, quæ valent plurimum pręsertim in bellis ciuilibus annus interpositus. s. anteq̄ ageretur de concordia, induxit alios vt sperarēt victoriam, alios ut contēnerent. i. nihil facerēt ipsum uinci, atq; fortuna sustinet. i. in se tenet culpā omniū horum malorum. Quis.n. putaret aut tantam morā belli Alexandrini a Cęs. illic gesti adiunctum iri. i. continuandam esse, huic bello. s. ciuili, & aut illū nescio quem. q. d. contemptibilem Pharnacem, Mithridatis filium, illaturum sup. fuisse Aliç terrorem. q. d. etiam iremo. Tamen nos i. ego & tu usi sumus dissimili casu. i. euentu in consilio pari. Tu.n. petisti eam partem ut & i. simul interesses consiliis, &, qd̄ maxime leuat curā, posses prospicere animo futura: ego qui festinaui ut uiderē Cæsarem in Italia { arbitrabamur.n. sic. i. futurū } & incitarem eum redeuntem & currentem, ut aiunt, ad pacem, multis honestissimis uiris cōseruatis, & absum & absui longissime ab illo. s. Cæs. Versor aūt in gemitu Italiæ & miserrimis querelis urbis: quibus si actor. s. Cæs. affuisset quisq; potuisset fortasse ferre aliquid opis i. auxilij pro sua parte, ego pro mea, ut pro tua. Quare uelim ut scribas pro tua beneuolentia erga me, quid uideas, quid sentias, quid existimes nobis expectandum, & quid agendum, Literæ tuæ erunt mihi magni i. magnæ æstimationis atq; utinam paruissem illis primis. s. literis, quas miseras Luceria, ab ea urbe Italiæ, ubi Strabo dicit Mineruæ fanum fuisse & Dium. monumentum. Enim. i. quia si paruissem illis retinuissem dignitatem meam sine ulla molestia.

ARG. Iocatur in opiniones Epicureorum: id est in ipsum Cassium, qui Epicuri sectam sequi cœperit. Scripta autem videtur hæc epist. gerēte bellum Cæsare in Hispania contra Pompeii liberos. quod indicat sequens epistola.

CICERO PROCOS. S. D. C. CASSIO. 26

*PVTO te iam suppudere, cum hæc te tertia iam epistola ante oppressit, quā tu schedulam, aut literam. sed non urgeo: longiores.n expectabo, vel potius *exigam. ego, si semper haberem, cui darem, vel ternas in hora darem. fit enim nescio quid vt quasi coram adesse videare, cum scribo aliquid ad te: neq; id κατ' εἰδώλων φαντασίας, vt dicunt tui amici noui, qui putant etiam διανοητικὰς φαντασίας spectris Catianis excitari nam, ne te fugiat, *Catius Insuber Epicureus, qui nuper est mortuus, quæ ille Gargettius, etiam ante Democritus, εἴδωλα, hic spectra nominat. his autem spectris etiam si oculi possent feriri, quòd velis ipsa currunt; animus qui possit, ego non video. doceas tu me oportebit, cum saluus veneris, in mea ne potestate sit spectrum tuū, vt simul ac mihi collibitum sit de te cogitare, illud occurrat. neque solum de te, qui mihi hæres in medullis: sed, si insullam Britanniam cœpero cogitare, eius εἴδωλον mihi aduolabit ad pectus? Sed hæc posterius. tento.n. te, quo animo accipias, si enim* stomachabere & moleste feres; plura dicemus. postulabimusq; ex qua hæresi vi hominibus armatis deiectus sis in eam restituare. in hoc interdicto non solet addi, In hoc anno. quare, si iam biennium, aut triennium est, cum virtuti nuntium remisisti, delenitus illecebris voluptatis: in integro res nobis erit. Quanquam quicum loquor? cum vno fortissimo viro: qui, postea quàm forum attigi, nihil fecisti. nisi plenissimum amplissimæ dignitatis. in ista ipsa αἱρέσει metuo ne plus neruorum sit, quàm ego putarim, si modo eam tu probas. Quid tibi in mentem venit, inquies? Quia nihil habebam aliud, scriberem. de rep.n. nihil scribere possum, neque enim, quod sentio, libet, scribere. Vale.*

quasi debitas.

scripsit quę dā. Quint. I. 10. c. 1. & Horatius.

quòd irridere videa- Epicureorū sententias.

perfecta metaphora, nūtium remisisti, delenitus illecebris voluptatis.

Cæsarianis ola ex libidine administrātibus.

HVBER.

Puto te } Arguit Cicero Cassium negligentię, q ab eo nihil omnino literarum acceperit, cum iam tres epistolas ad eum scripserit: significatq; eum factum Epicureum, & ex sententia Epicureorum ostendit se semper habere eius imaginem in pectore. dicit autē eum posse reduci in priorem sectam. laudat tamen quę a Cassio semper facta sint. postq̄ cœpit in foro uersari. { Suppudere } erubescere. { Sit operia } s. nostri

stri.i.sit facta & scripta. §Aut literam§ .i.unicum elementum, unicam literam: sic.n.hic intelligitur, non pro epistola, sicut etiã lib.2.ad Caninium Salustium epistola, quæ incipit, Literas a te. sic.n.inquit: Ille aũt cum ad Thermum de Parth. bello scriberet, ad me literarum nunq̃ misit. §Nõ vrgeo§ non insto, vt nũc scribas. §Expectabo§ postea a te. §Exigam§ iure ipso petam debitas mihi respõsionis causas. §Ternas§ subaudiendum literas, licet supra non posuerit. §Adesse coram§ esse ante oculos meos. §Neque id§ .s.videre, mihi adesse corã, §κατὰ§ secundum. §εἴδη§ ideas uel species, quæ aĩo nostro representantur, sicut Arist.in Ethicis disputat. §ἢ§ vel. §φαντασίας§ .i.ẽm phantasmata, quæ, vt scribit Macr in somnio Scip.a Cic. visa vocantur. Quæ quid sint vide apud Macr.lib. 1. §Tui amici noui§ Epicurei, quorũ sectã & opiniones imitaris §Excitari§ moueri, fieri. §διανοητικὰς§ intellectuas. §Spectris§ idolis, imaginibus. §Catianis§ de quibus Catius Epicureus philosophus tractauit. Hic est de quo Horat. in serm. mentionem facit: Vnde & quo Catius §εἴδωλα§ imagines, simulacra. §Hic§ Catius. §Spectra§ .s.nominauit, & ostendit idem esse spectrum & idolum. §Feriri§ .s.aspectu simulacrorũ §Quod velis§ .i.quantum velis. §Ipsa currunt§ .s.idola. §Qui possit§ .i.quõo possit .s.feriri. §Doceas tu§ iocatur Cic §Illud§ ipe ctrum §Hæres§ fixus es. §In medullis§ intra ossa. medullæ.n. maxime amorem sentiunt. quod Virg. ostendit, dicens. Est mollis flãma medullas. §Sed si insulam§ .i.si etiam remotissima, sicut est Britannia. vt Et penitus toto diuisos orbe Britãnos. §Ei εἴδωλον§ .i.eius insulæ forma & simulacrum. §Ad pectus§ ad cogitationem meam. §Posterius§ postea, alio tempore. §Quo animo accipias§ an irascaris mihi §Pluras§ vt maiorem causam habeas stomachandi. §Heræsi§ secta. Cic in Parad. Et Catoin ea est hæresi, quæ nullum sequitur florem orationis. §Vt hominibus armatis§ irrisio est. sponte.n.concesserat in sectam Epicuream a secta Stoica & Peripatetica. allusit aũt ad legem de ui & ui armata. §Hoc interdicto§ hac prohibitione, ne restituaris in sectam, a qua es deuictus vi & hominibus armatis. §Non solet addi, In hoc anno§ quia cum sit per scriptio temporis. §Cum§ .i. ex quo tpe. §Cum remisisti nunc. virtuti§ .i.cũ renũtiasti virtuti, & eam respuisti. §Delinitus§ demolitus. §Illecebris§ blanditiis. §In inte.§ in potestate. poterimus facere vt restituaris, quia nulla erit præscriptio. & ex consuetudine legũ, h.d.ex quibus ui deiectus etiam post aliquantulũ temporis in integrũ ius habet, neq; præscriptionem patitur. §Quanq̃§ corripit se ipsum Cic. q̃ hæc Cassio dicat uiro fortissimo. §Quicum§ cum quo, interrogatio §Cum vi. o§ responsio interrogationis suæ. §In ista ipsa h.§ in ipsa secta Epicurea, quã ita carpo. §Neruorũ§ fortitudinis §Quid tibi in mentem venit§ interrogatio, quam Cassius facere posset, quid cogitasti o Cic. qui hęc scribas. §Quia nihil§ responsio. §Quod§ .s.puto faciendum, & in animo habeo.

ASCEN

PVio. &c.§ Arguit Cassium taciturnitatis, iocaturq; Epicureum factum, dicens, Ego puto te suppudere. i.aliquantulum pudere, *cum hæc tertia epistola.s.mea oppressit te, anteq̃ tu sup.miseris schedulam.i.breuiculum scriptũ, aut literam.i.vnum elementum. Sed non vrgeo te.i.nolo minus properes. Expectabo.n.vel potius exigam longiores.s.literas Si ego haberem semper cui darem, darem in horas.i.singulis horis vel.i.etiam ternas sup. literas. Enim.i.quia nescio quid.s.imaginari boni sit.i.contigit mihi vt videam te.i. videaris quasi adesse coram .i.in præsentia, cum scribo aliquid ad te. Neq; id sup.contigit κατὰ .i.secundum, εἴδη .i.ideas aut figuras, ἢ .i.vel φαντασίας, vt *amici tui noui. Epicurei, dñt: qui putãt etiam διανοητικὰς .i.intellectuas, excitari, spectris.i.imaginibus & idolis Catianis .i.a Catio Epicureo excogitatis, ad cuius nomen alludẽs, inquit Horat. Vnde & quo Catius. Nam ne fugiat.i.lateat te, Catius insuper Epicureus, qui nuper est mortuus, hic nominat spectra, quæ ille Gangaticus Democritus etiam ante sup.nominauit idola. Autem.i.sed etiam si oculi possent feriri.i.percuti his spectris, q̃ ipsa spectra currant.i.diuagentur per cellulas phantasiæ, velis .i.obtegumentis vaporosis. Hubert.interpretatur vt velis sit verbum; & quod nomen dicens, quod.i.quantum velis. Ego non video.i.nõ intelligo, qui.i.quõo animus possit.s.sic discurrere. Oportebit sup. vt tu, qui Epicureus es doceas me, cum.i.postq̃ veneris saluus, ne.i.an, spectrũ tuum.i.imago tua sit in potestate mea vt simul ac libitum sit mihi cogitare de te, illud.s.spectrum occurrat, neq; solum sup.occurrat de te, qui hæres.i.fixus es mihi in medullis: sed si cępero cogitare Britanniam insulam, εἴδωλον .i.species eius aduolabit mihi ad pectus. Sed hæc posterius sup. discutiemus. tento.n.te quo aĩo accipias. Si.n.stomachabere, & pro.i.feres moleste nos dicemus plura; & postulabimus.s.a te vt

vide scholium Pauli M. supra epist.4.

ep. 19. h. l.

ex qua hæresi.i.secta & professione sis deiectus vi sup.hominibꝰ armatis, restituare in eam.s.sectã. hoc est vt qui tpe belli e Stoico Epicureus factus es, rursus Stoicus fias in hoc interdicto .s.ab aliena secta, non solet addi particula, in hoc anno .s.ut annus detur ad deliberandum. Quare si iam biennium aut triennium est, cũ remisisti nuncium virtuti.i.deseruisti Stoicos, qui in virtute summũ bonum ponunt, delinitus illecebris voluptatis, in qua Epicurei idẽ collocant, res erit nobis in integro.i.pleni iuris nostri, nulla facta præscriptione q̃q̃ quicũ.i.cũ quo loquor? Respõder, cum uiro fortissimo. qui posteaq̃ attigisti forũ .s.Rom. nihil fecisti nisi plenissimũ amplissimæ, dignitatis. Ego metuo ne plus neruorum .i.virium sit in ista ipsa hæresi.s.Epicurea, q̃ ego putaueram modo, si.i.dũmodo tu probas.i.approbas eã. Tu inquies, Quid venit tibi o Cicero in mentem .s.vt ista scriberes? Respõdet, Quia nihil possum sup. aliud scribere. Neque enim libet scribere quod sentio.

PAVL. MANV.

QVòd velis ipsa currunt§ Fuit, cum de mendo suspicarer nũc de loci integritate non dubito: cum & veteres libri cum impressis fere oes cõsentiant, &, currere velis latine, atq; vsitate dici constet. exemplis, quia patent, abstinebo Vincentii Riccij liber hoc in loco etsi deprauatus, ab aliis tñ diuersus est: habet.n. qđ in.his incurrat. Florentini emẽdarunt, qđ uel iis ipsa occurrunt. quã lectionem etsi laudamus, ut ingeniose excogitatam. non tñ sequimur, neq; satis ei confidendũ credimus, cum a uetustis libris etiã quos ipsi habuerunt, discrepet. nam q̃ Germanos, pro currunt, occurerunt, impræssisse dicunt. id ego eos fecisse coniectura ductos facile crediderim. non.n.hic solum, sed in reliquis etiam Ciceronis scriptis multa eos arbitratu suo uideo mutasse: quàm rectè, alii iudicent.

ARG. Quæritur de tabellariorũ importunitate: scribit de Syllę morte de rumoribus Hispanici belli de Pãsa, de Cassij cõmoratione Brũdisina.

CICERO S. D. CASSIO. 17

*PRæposteros habes tabellarios: etsi me quidem non offendunt: sed tamen, cũ a me discedunt, flagitant literas: cũ ad me veniunt, nullas afferunt. atq; id ipsum facerent commodius, si mihi aliquid spatij ad scribendum darent: sed petasati veniunt comites ad portam expectare dicunt. ergo ignosces: alteras habebis has breues: sed expecta πάντα περὶ πάντων. etsi quid ego me tibi purgo, cum tui ad me inanes veniant ad te cum epistolis reuertantur? Nos hic tamen ad te scribam aliquid) P. *Syllam patrem mortuũ, habebamus. alij a latronibus. alij cruditate dicebant. populus non curabat. cõbustum.n.esse constabat. hoc tu pro sapientia tua feres æquo animo. quanquam πρόσωπον πόλεως amisimus. Cæsarẽ putabant moleste laturum, verentem ne *hasta refrixisset. Mindius Marcellus, & Attius pigmentarius valde gaudebant se aduersarium perdidisse. De Hispania noui nihil, sed expectatio valde magna: rumores tristiores, sed ἀδέσποτοι. Pansa noster *paludatus ad III. Kal. Ian. profectus est: vt quiuis intelligere posset, id quod tu *nuper dubitare cœpisti, τὸ καλὸν δι' αὑτὸ αἱρετὸν esse. nam, quòd multos miserijs *leuauit, & quòd se in his malis hominem præbuit; mirabilis eum virorum bonorum beneuolentia prosecuta est, Tu quod adhuc Brundisii moratus es, valde probo, & gaudeo. & mehercule puto te sapienter facturum, si ἀκενόσπουδος fueris. nobis quidem qui te amamus, erit gratum. Et, amabo te cum dabis posthac aliquid domum literarum, mei memineris ego nunquã quenquam ad te cũ sciam, sine meis literis ire patiar. Vale.*

ep.20.l.12.

vide ep.19. h.l. & 10. l. 9. & I 2 de officiis.

ad quã emebat Sylla Pompeianorum bona.

ep. 19. h.l. Philipp 5. & Festus.

quia nuper Epicureus factus es.

cum gratia & autoritate valeret apud Cæsarem.

PRæposteros§ Conqueritur Cicero de tebellariis Cassij, q̃ ab eo postularent ad Cassium literas, & nullas ad se deferrent. deinde narrat, quid noui in vrbe esset de morte P.Syllæ, & de rebus Hispanis. postremo laudat Dolabellam, q̃ se bene

HVBAR.

gessisset

gessisset in malis publicis.petitq; a Cassio,vt nonnunquam ad se scri bat. § Præposteros § facteotes omnia in contrarium. Quidam le gunt præproperos, quod non fanis probo. § Non offendunt § me non lædunt. § Afferunt enim ad me § a te. § Petasat § accincti & apparati ad iter. nam petasum calciamentum est Mercurij, qui deus nimiæ est celeritatis ,& alas pedibus, quæ talaria dñr, habe re dicitur: vt Virg. & pedibus talaria nectit Aurea.(Comites ad portam § vulgares & vsitatæ excusationes tabellariorum & via torum. § Alteras habebis § a me longiores literas . § Has § quas nunc omitto. § πάντα περὶ πάντων § omnia de omnibus.i.ad re scribenda. § Quid § cur § Purgo § excuso. § Tu § tabellarii.§ Ina nes § vacui,sine literis . § Cum ex epistola mea § ad te scriptus. Syllam mortuum habebamus § de hoc Sylla scripsit etiam Cic. lib 9 ad Dolab.in epistola, quæ incipit , Non sum ausus.his ver bis:Te tñ scire volo vehementer populum solicitum fuisse de P. Syllæ morte anteq̃ certum sciuerit.nunc quærere desierūt quo perierit § Cruditate § nimia repletione , crapula. § Combustū § crematum fcdum mortem Rom. § προσώπου § personam. § πο- λίτης § ciuitatis amisimus. § Moleste latorum § mortem Syllæ.fal lontur qui creduot fuisse L. Syllam Faustum, qui contra Marii pugnauit, & monarchiam in vrbe obtinuit, qm ad ea tēpora is non peruenerat. § Vereotem § timentem. § Ne hasta sua refrixis- set § ut in prædicta epistola, V num vereor, ne hasta Cæs. refrixe- rit. § Mindius § nominat quosdā,quos dicit gauisos morte Syllæ. Mindius,vnus fuit frater T.Rufi de quo vidimus lib. 5. alter fuit frater Mescinij,de quo visum est lib. 13.ad Ser Sulp.§ Pigmenta rius § aut qui pigmenta nunc facit conuersum sit,in cognomen, quod magis probo. § Aduersarium § Syllam. § Rumores § nuntij, fama. § ἀδεσπότου § sine domino , siue auctore. § Paludatus § .i. paludamento ornatus.est.n.paludamentum vestis ducum & im- peratorū,vt alio loco diximus. Iuuen. Cumq; paludatis ducibus præsente marito,Ipsa loqui. § Profectus § io Syriam. § τὸ καλὸν § honestū. § δι' αὐτὸ § per se ipsum. § αἱρετὸν § eligibile. § Leuauit § Dolab. § Hominem § non fortē intelligere debemus : nam dixisset virum.sed hominem.i.humanū.Terent.homo sum:nihil huma- ni a me alienum puto . § Præbuit § ostendit. § Eum § Dolab. § ἀχρεῖος § inutilis. § πῖλος § pileus , galea.s.te non immiscueris bello § Cum sciam § quando sciam, quando ero admonitus

ASCEN. PRæposteros § Accusans rursus Cassium taciturnitatis scri- bit quædam subobscure de morte Decii Syllæ & statu reip. Ordo est.Tu habes tabellarios præposteros.i.non suo or- dine rem gerentes.etsi.i.q̃ non offendunt me : sed tñ, cū discedunt a me,flagitant.i.imperiose petunt literas, & nullas af ferunt cum veniunt ad me. Atq; facerent idipsum.i.peterent li- teras cōmodius, si darent mihi aliquid spatij ad scribendum.sed veniunt petasati.i.parati ad iter habentes petasū.i. calciamenta ad iter apta, quę Mercurio adscribuntur.dic comites expectare sup.se ad portam.i.vrbis.ergo ignosce has breues.i q̃ mitto has tam breues: habebis alteras:sed expecta πάντα profertur panda .i.omnia. περὶ.i.de πάντων profer pandon.i.omnibus : est tñ ge nitiui casus, quia περὶ genitiuum vult, de ablatiuum. Etsi.i.q̃q̃ quid t ad quid ego purgo me tibi,cum tui veniant ad me inanes .i.sine literis, & reuertantur ad te cum liter ab q.d.stulte,cum ne que scribere,neq; purgare me debeam:tñ scribam aliquid ad te. Nos habebamus i cum hæc scriberemus,hic.s. Romæ Decium Syllam patrem.i.seniorem mortuum.alij dicebant sup. extinctū a latronibus, alij cruditate.i.indigestione cibi.populus non cu- rabat.s.qua morte perierat . conflabat.n.q̃ populus contentus erat, combustum esse post mortem.s. Tu feres hoc æquo animo pro sapientia tua, hoc est non minus gauisurum non dubitat. q̃q̃ amisimus πρόσωπον πόλεως.i.personam vrbis. hoc est,vnde alij exemplum sumerent.videtur aūt per sarcasmō dictū.Vnde addit, Putabant.s.plerıq; Cęs. Iulium latum esse mo leste verentem ne hasta.i.auctio bonorū proscriptorum , quorū tabellam L. Sylla gētilis huius primus fixit,refrixisset.i.in desue tudinem venisset,mortuo tali patrono.Mindius Marcellus & Ac tius Pigmentarius gaudebant valde se perdidisse aduersarium.s. quæstus suo.nam dum hasta proscriptionis ferent, oeq; Marcel- lo,oeq; Pigmentario quæstus est, quo circa dubitē an Marcelli[?] sit legendum,vt sint nomina cerdonū. Nihil noui sup. allatū est de Hispania,sed expecto valde magna Rumores sup.diuersi aūt, tristiores,sed ἀδέσποτοι.i.sine domino, & certo auctore . Pansa noster.i.amicus profectus est paludatus.s.imperiali veste instru- ctus ad 3. cal.Ian.vt quiuis posset intelligere id, quod tu factus Epicureus cœpisti i.incepisti dudū dubitare. τὸ articulus est, κα- λὸν honestum, δι' αὐτὸ.i.seipso, αἱρετὸν.i.elegibile esse . Nam q̃ f. Pansa leuauit.i.deonerauit multos.s.ciues miseriis : & q̃

præbuit se hominem.i.humanum in his malis.s.quæ victoriam Cæs secuta sunt,beneuolentia mirabilia bonorum virorum est prosecuta eum.s.proficiscentem. Ego valde probo.i.laudo & gau deo q̃ tu mortuus es adhuc Brundusij: & puto mehercule,te sa- cturum sapienter, si fueris ἀχρεῖος.i.inutilis, πῖλος.i. pileus , seu galea i.si ad bellum non accesserit quidem.i.certe sup.id erit gra tum nobis,qui amamus te, & amabo te,blandienter dictum , cū dabis posthac alii.i.alicui quid literarum,memineris mei,vt.s. ad me quoque des.Ego nunquam patiar quenquam ire ad te sine literis meis, cum sciam scilicet ad te ire .

ARG. Excusat breuitatem epistolæ, festinatione tabellarij; scribit de statu reip.de Hispania, de Cæsarij absentia.

CICERO S. D. CASSIO. 18

LOngior epistola fuisset,nisi eo ipso tempore petita esset a me cum iam iretur ad te:lon gior etiam si φλύαρον aliquem habuissem nā σπουδάζειν sine periculo vix possumus. ridere igitur , inquies, possumus. non me- hercule facillime: veruntamen aliam aberrationem a mo lestiis nullam habemus.* vbi igitur,inquies,philosophia? tua quidem in culina , mea molesta est pudet.n. seruire, itaq; facio,me alias res agere ; ne cōuicium Platonis au diā . De Hispania nihil adhuc certi nihil oīno noui.Te abes se,mea causa moleste fero tua gaudeo.Sed flagitat tabella rius . valebis igitur , meq; , ut a *puero fecisti , amabis . ep. 14. li. 6

cur a philosophia solatium, & oblectationem non petit?

HVBAR. LOngior § Excusat Cicero breuitatem suarum literarū ad Cassium p̃p celeritatem nuntii.deinde dicit remp.es se in eo statu,vt sibi nō sit ridēdum. postremo se gaudere causa ipsius Cassij,q̃ absit a Roma, sin aūt causa dolere, § Iam § subito. § φαιδρόν § hilarem, lætum. § σπουδάζειν § .i.stu- diose & serie loqui. § Ridere § si non possumus loqui , possumus redire.est autem interrogatiue legendum. § Non mehercule § re sponsio. § Aberrationem § alium discessum,separationem. § Tua § qua dicis te capere solitum solatium rebus aduersis. § Et quidē § responsio. § In culina § q.d. abiecta iacet & secreta apud me, & nō audet ire in publicū.viat enim ea tantūmodo in occulto. § Facio me agere § .i.fingo me agere alia q̃ ago. § Conuiciū § reprehen- sionem. § Platonis § qui reprehenditeos,qui relicta inuestigatio- ne veri,se ad negotia cōferūt,& ad curā reip.vt ipse in 1.off. Itaq; videndū est,ne non satis sit id, qd̃ apud Platonē est in philoso- phos dictū; q̃ in veri inuestigatione versentur, quodq; ea , quæ plerique vehementer expetunt,de quibus inter se digladiari so- lent, contemnant , & pro nihilo ducant , propterea iustos esse. § Mea causa § quia careo consuetudine tua. § Tua gaudeo § quia non vides quæ nos videmus. § Sed flagitat § q.d necesse est face- re finem epistolæ, quia tabellarius instanter petit.

ASCEN. LOngior § Purgat, q̃ longiorē non scripserit epistolā dicitq; rēp.in flebili esse statu, vnde gratulatur Cassio q̃ abest ab vrbe. Ordo est. Epistola sup.hæc fuisset longior, nisi es- set petita a me eo tempore cū iretur iā ad te Longior aūt sup.fuisset si habuissem aliquē φαιδρόν.i.hilarē & alacrē sup.scriptorē aut ta bellariū. Nā vix possumus σπουδάζειν.i. serio & studiose loqui sine periculo. Igit tu inquies, nos possumus ridere . Mehercule non sup. possumus facillime.i,etiā sine periculo. Veruntñ nullā aliā aberrationē.i.diuagationē a molestiis habemus . Igitur tu inquies,vbi sup.est philosophia ? Et quidē aut ea quidē est in cu lina.i coquina molesta.i.rebellis cocis, pudet.n.sup.eam seruire. itaq; facio,i.fingo me agere alias res s.q̃ domesticas aut vrbanas ne audiā conuiciū.i.obiurgationem contumeliosam Platonis in eos Philosophos,q.a veri inuestigatione ad rerum administratio nē auertūtur. Ego adhuc nihil omnino certi noui de Hispania. Ego fero moleste te abesse.s.ab ea vrbe causa mea,quia mallem tatem mecum esse,gaudeo tua.s.causa, quia non vides quas nos miserias. Sed tabellarius flagitat sup.literas. Igitur tu valebis,& amabis me, vt fecisti a puero. rectè ergo valebis a valde dicitur.

ARG. Respondet ad duas epistolas,quæ ante proximam superiorē leguntur.maxime autem Epicurum, & Epicureos , quorum ipse in nu- ro erat , a studio virtutis , & iustitiæ laudat.

C. Cassius

C. CASSIVS S. D. M. CICERONI. 19

*NON mehercule in hac mea peregrinatione quid quam libentius facio, quàm scribo ad te. videor .n. cum præsente loqui, et iocari. nec tamen hoc vsu venit propter spectra *Catiana: pro quo tibi proxima*

ep. 16. h. l.

*epistola tot rusticos Stoicos regeram, vt Catium Athenis natum esse dicas. Pansam nostrũ secunda voluntate hominum *paludatũ ex vrbe exisse, cum ipsius causa gaudeo, tum mehercule etiã omnium nostrum,*

Festus in dictione Paludati.

*spero n. homines intellecturos, quanto sit omnibus odio crudelitas. & quanto amori probitas, & clementia; atq; ea, quæ maxime mali petant, & concupiscant, ad bonos peruenire difficile est .n. hominibus persuadere, τὸ καλὸν δι' αὐτὸ αἱρετὸν esse: ἡδονὴν vero, & ἀναλγησίαν virtute, iustitia τῷ καλῷ parari & verũ et probabile est ipse n. Epicurus, a quo omnes Catij, & Amafinij, mali *verborum interpretes proficiscuntur, dicit, οὐκ ἔστιν ἡδέως ἄνευ τοῦ καλῶς καὶ δικαίως ζῆν. itaq; & Pansa, qui ἡδονὴν sequitur, virtutem retinet: & ij, qui a nobis φιλήδονοι, vocantur, sunt φιλόκαλοι, καὶ φιλοδίκαιοι, omnesq; virtutes & colunt, & retinent. itaq; Sylla, cuius iudicium probare debemus, cum dissentire philosophos videret, non quæsiuit, quid bonum esset, & omnia bona *coemit. cuius ego mortem forti mehercule animo tuli. nec tamen Cæsar diutius nos eum desiderare patietur. nam habet damnatos. quos pro illos nobis restituat; nec ipse sectorem desiderabit, cum filium viderit. Nunc, vt ad rempublicam redeam, quid in Hispanijs geratur, rescribe. peream, nisi solicitus sum, ac malo veterem, & clementem dominũ habere; quàm nouum, & crudelem experiri. scis, Cnæus quã sit fatuus: scis, quo modo *crudelitatem virtutem putet: scis, quàm se semper a nobis derisum putet. vereor, ne nos rustice gladio velit ἀντιμυκτηρίσαι. quid fiat, si me diligis, rescribe. Hui quàm scire, uelim vtrum ista solicito animo, an *soluto legas. scias enim eodem tempore, quid me facere oporteat. Ne longior sim, vale, & me, ut facis, ama. Si Cæsar vicit, celeritate me expecta.*

Epicuri: cuius uerba ab honesto, & iusto detorquent.

emit in auctione, quid quid potuit de bonis proscriptorum ciuiũ, domi nãtibus primũ Sylla, deinde Cæsare ep. 17. h. l.

Cæsarẽ potius, quàm Cn. Pompeiũ, Magni filium. ep. 14. l. 4. & 4. l. 7.

hilatri tristes. n. cruis detinentur.

NOn mehercule} Respõsiua est hæc epistola ad illã, quæ incipit, Puto iã te suppudere, & ad aliam, Præposteros habes tabellarios: in qua Catius & se libenter scribere dicit ad Cic. & de reliquis, quæ a Cic. scripta fuerãt breuiter rescribit. {Peregrinatione} itinere {Spectra} simulacra, de quibus scripsisti. {Proxima} sequenti. {Regeram} rememorem, contra te allegem. {Secunda} prospera, quia supradixit, Mirabili cum oium virorum beneuolentia prosecuta est. {Oium nostrum} s. causa {tam} laudem & gloriam. {τὸ καλὸν} i. honestũ. {δι' αὐτὸ} per se {αἱρετὸν} eligibile, quia pauci sunt, qui credant honestatẽ per se appetendam, quod Stoici volunt, vt disputat C. in paradoxis. {ἡδονὴν} voluptatẽ. {Et} i. etiã. {διαξίαν} i. ẽe pp dignitatẽ. {Parari} acquiri. {τῷ καλῷ} i bono & honesto. {Probabile} persuasibile. {Catij & Amaf} i. Catius & Amafinius philosophi & quicũq; eos sequuntur. {οὐκ ἔστιν} non est. {ἡδέως} suauiter {ἄνευ} sine. {τοῦ καλῶς} honeste. {καὶ} & {δικαίως} iuste. {ζῆν} viuere. i. ẽt Epicurus, quẽ Catij & Amafinij, mali interpretes verborum, sequuntur, dicit, non est suauiter siue honeste & iuste viuere. {Itaq;} conclusio propositionis. {Qui ἡδονὴν sequitur} qui sequitur voluptatẽ, & est Epicurus. {φιλήδονοι} i. voluptuosi amatores voluptatis sunt {φιλοδίκαιοι} sunt iustitiæ amatores, sicut & Epicurus, quẽ sequuntur. {Probare} laudare & affirmare ironice. {Dissentire} varias habere sententias, vt pote quod alij dicerent honestũ per se eligibile, vt Stoici: alij, vt Epicurei, voluptatem etiam pp dignitatem a viro honeste parari, quia Epicurus voluit voluptatẽ vbiq; quærendã esse etiã in virtutibus, vt plane in 1. de Fin. bonorum & malorũ, disputatur & præcipue his verbis: Istæ.o. vestræ eximiæ pulchræq; virtutes, nisi voluptatẽ efficerẽ. quis eas, aut laudabiles, aut expetendas arbitrarẽ, &c. {Coemit} cõparauit. emebat. o. quæ Cæs. iniuste subhastabat. vide supra, Vereor ne hasta Cæs. refrixerit. {Pro illo} Sylla mortuo restituet alios malos {Sectorẽ} persecutorẽ emptionũ suarũ. ita. n significat sm Festum Põp. {Ipse} s. Sylla. i. nõ deerit Syllæ, qui persequatur emptiones suas. {Quia vidit filiũ} i. quia reliquit filiũ, qui persequeretur. {Veterem} assuetũ. s. Cæs. {Nouum} Pomp. vel Pompeij filium {Derisum} te contemptũ {ἀντι} contra vicissim. {μυκτηρίσαι} subsannare, deridere idem vereor, ne sicut putat se a nobis derisum, ita velit nos gladio vicissim deridere. {Hui} affectum significat desiderij & dubitationis, non doloris. {Solutio} libero ab omni solicitudine. {Eodẽ tempore} cum sciam, an soluto, an solicito animo mea legas.

ASCEN.

SI vales, bene est: ego quidem, &c.} Respondet ad illam, quæ incipit, Puto iã te, & ad illã, Præposteros habes tabellarios; & ad reliquas a Cic. scriptas. Ordo est. Si vales bene est: ego valeo Mehercule ego non facio quidq̃ libentius in hac peregrinatione mea. i. aberratione ab vrbe, q̃ scribo ad te. uideor. n. loqui. & iocari cum præsente. s. qñ scribo. nec tñ hoc usu uenit. i. contingit mihi pp spectra. i. idola, & simulacra Catiana. i. quæ Catius finxit de absentibus offerri: pro quo. a. pro quare, ego regerã. i. uicissim in te adhuc am epist. proxima. i. q̃ proxime scribã, (nõ tñ ea extat, & forte scripta nunq̃ fuit) tot Stoicos rusticos. i. ineruditos, ut dicas. s. respectu Stoicorũ, quos regerã, Catiũ. s. Epicureum esse natum Athenis. Ego gaudeo Pansam nostrũ exurrexisse. i. emersisse, postq̃ diu oppressus fuit, paludatum. i. insigni imperatorio ornatũ, secunda. i. plausibili uolũtate hominũ, gaudeo inquam, tum cã ipsius, tum mehercule ẽt causa oium nostrum. Spero. n. homines intellecturos, quãto odio crudelitas sit oibus & quanto amori probitas, & clementia, Atq; repete intellecturos, ea quæ mali petant maxime, hoc est dignitates, & honores peruenire ad bonos. difficile est. n. persuadere hominibus, τὸ articulus est, καλὸν. i. honestum esse, δι' αὐτὸ. i. per se, αἱρετὸν. i. eligibile. uero. i. sed. & uerum, & probabile est ἡδονὴν uoluptatem, &. i. etiã, διαξίαν i. pp dignitatem, parari. i. acquiri, uirtute, iustitia, τῷ καλῷ. i. honesto ipso. Ipse. n. Epicurus, a quo oẽs Catij, & amafinij. s. Epicurei, mali interpretes uerborum, quia aliter accipiunt uoluptatem, q̃ Epicurus, proficiscuntur. i. oriuntur, dicit, οὐκ, non ἔστιν. i. est ἡδέως. i. suauiter, ἄνευ. i. sine, τοῦ καλῶς. i. honeste, καὶ. i. &, δικαίως. i. iuste, ζῆν. i. uiuere. Itaq; &. i. etiam Pansa qui sequitur hedonẽ. i. uoluptatem, retinet uirtutem: & ij qui uocantur a nobis. i. Stoicis, φιλήδονοι. i. amatores uoluptatis, sunt, φιλόκαλοι. i. amatores honesti, καὶ. i. &, φιλοδίκαιοι. i. amatores iustitiæ, & uolunt & retinent oẽs uirtutes. Itaq; Sylla s. Decius, cuius iudiciũ debemus probare. i. laudare. (est aũt ironia cũ uideret philosophos dissentire. s. in definitione sũmi boni, nõ quæsiuit quid esset bonum. s. summũ aut uerũ, & coemit. i. simul emit, omnia bona. i. oium proscriptorum diuitias. Cuius mortem ego tuli mehercule animo forti. nec tñ Cæsar patietur nos desiderare eum diutius Nã habet damnatos. i. malos hoies, quos restituat nobis. i. sufficiat in locum demortui. nec ipse. s. Cæs. desiderabit sectorem. i. diu carebit sectore. i. uenditore sub hasta, p auctionem, cum uiderit filium. s. Syllæ, patris uestigia sequi paratum. Nunc. s. post iocos ut redeam ad rẽp. rescribe quid geratur in Hispaniis. s. a Pompeianis contra Cæsarianos. Pereã, nisi sum solicitus ac malo habere ueterem, & clementẽ dominum s. Cæs. q̃ experiri crudelem. Scis Cn s. Põp q̃. i. quantum sit fatuus. i. insipiens: scis quõ. i. qualiter putet crudelitatẽ esse uirtutem: scis q̃. i. quantum, putet sp se derisum a nobis. uereor ne uelit, ἀντιμυκτηρίσαι. i. cõtra aut uicissim, subsannare & deridere nos rustice. i. rustico more, gladio: quia rustici dum se rideri sentiunt, gladio ulciscuntur iniuriam: unde dici solet, Non esse peiorem ludũ q̃ rusticorum, Si tu diligis me. rescribe quid fiat Romæ. Hui, admirantis interiectio, q̃. i. o quantum uelim scire, utrum legas istas. s. literas ioco scriptas aio solicito, an soluto s. curis. Scies. n. eo tempore. s. quo sciam, quo aio sis, quid oporteat me facere ne sim longior s. in scribendo. Vale, & ama me vt facis. Si Cæsar uicit. s. in Hispania, expecta me celeriter. quia illum q̃ Cn. Põpeij filiũ tolerare maluisset: postea tamen sententiã mutauit.

HΔονὴν uero, & ἀναλγησίαν} Typographi Parrisiẽses hãc uocem, ἀναλγησίαν, ubi legebatur, διαξίαν, in suo libro impresserant, quæ uox sensum cum haberet meliorẽ, q̃ uulgata illa prior: ipse item in meo libro aliquot abhinc annis, eam reposui, existimans, eos, si quid immutassent, id fecisse librorum antiquorũ auctoritate, testimonioq; adductos. alij postea non absurde emendarunt, ἀταραξίαν etsi uetusti libri repugnent unus tñ Vincentij Riccij liber habet, ἀταξίαν. {Habet damnatos, quos pro illo nobis restituat} Lege Pompeia damnatos,

Cæsar

Cæsar restituerat. eos nunc latenter significat, cũ ille de iis loqui videatur, q ad sectiones faciẽdas Syllæ mortuo essent surrogāti.

ARG. Scribit se ad illũ mittere librũ suum de perfecto oratore laudat in Sabino gente fidẽ, & probitatem: petit ab eo creberrimas literas.

ep. 19. l. 6.

M. CICERO S. D. C. TREBONIO. 20

ORatorem meũ (sic.n.inscripsi) Sabino tuo cõmendaui, natio me hominis impulit, vt ei recte putarẽ, nisi forte *candidatorũ licẽtia hic quoq; vsus, hoc subito cognomẽ arripuit. etsi modestus eius vultus, sermoq; constans habere quiddã a Curibus videbatur. Sed de Sabino satis. Tu mi Treboni, quando ad amorẽ meum aliquantulum discedens addidisti, quò tolerabilius feramus igniculũ desiderij tui, crebris nos literis appellato, atq; ita si idẽ fiet a nobis quanquã duæ causæ sunt, cur tu frequentior in isto officio esse debeas, quàm nos: primũ, quod olim solebāt qui Romæ erant, ad prouinciales amicos de rep. scribere: nunc tu nobis scribas oportet: res.n. publica istic est: deinde, quod nos alijs officijs tibi absenti satisfacere possumus tu nobis, nisi literis, non video, qua re alias satisfacere possis. sed cetera scribes ad nos postea. nunc hæc primo cupio cognoscere: iter tuum cuiusmodi sit, vbi *Brutum nostrũ videris; quandiu simul fueris: deinde, cũ processeris longius de bellicis rebus, de toto negotio: ut existimare possimus quo statu simus. ego tantum me scire putabo, quantum ex tuis literis habebo cognitum. Cura vt valeas meque ames amore illo tuo singulari.

[margin: ...tum se populo ad magistratus petionem, quę sita fictis cognominibus gratia, cõmendat.]

[margin: ibat Trebonius in Asiam ei a senatu decretam. ep. 16. lib. 12.]

[margin: qui, metu plebis ab Antonio cõcitatæ, milii cumq; veteranorũ, vrbe excesserat.]

HVBAR. ORatorẽ meum} Primũ Cicero dicit se tradidisse Oratorẽ suum Sabino cuidã ad treb. deferendũ, qui cupidus videndi id opus a Cic. postulauerat deinde rogat, ad se crebro scribat, vt facilius ferat eius absentiã qđ duabus de causis cũ facere debere ostendit. postremo dicit, se cupidũ fieri certiorẽ de eius itinere, & quibusdã alijs rebus, quia ea certissima putabit quæ ab eo intelliget. {Oratorẽ} librũ de oratore. {Sic.n. inscripsi} quia in eo disputat de quibus rebus perficiatur verus orator. {Sabino} qui erat ex Sabinis. {Natio} gens. {Recte} tuto, q a Sabini existimantur viri boni & fideles. {Candidatorũ licentia} candidati dicebantur q̃ candidis vestibus induti magistratus petebant. hi solebant interdũ fidei & auctoritatis cõparandæ gratia cognomina aliũde sumere. dicit ergo licentia candidatorũ. i. qua candidati vti solent. {Arripuit} vsurpauit. {Etsi} q̃q̃ ona n. pars est. {Quiddã a Curibus} aliquid de probitate Sabinorũ. nã Cures oppidũ est Sabinorũ. vnde Numa Põpilius p p probitatis morũ, iustitiæ & religionis opinionẽ ad imperium Romanũ suscipiendũ accersitus est. Virg. lib. 6. Quis procul ille aũt ramis insignis oliuę Sacra ferẽs? nosco crines, incanaq; mente Regis Romani primus qui legibus vrbẽ Fundabit, Curibus paruis, & paupere terra Missus in imperiũ magnum. Est aũt ornatus dicẽdi modus, Hic videtur hr̃e aliquid a ciuitate sua. i. videtur imitari mores suæ ciuitatis. {Discedẽs addidisti} quia plerunq; ex absentia crescit amor. {Quo} vt. {Igniculũ} feruorẽ trãslatio apta amori. {Desiderij} absentię. {Appellato} alloquitor. {Atq; ita} .s. appellato. i. cum hac conditione, si idẽ ego faciam. {Officio} scribendi & lacessendi me literis. {Nũc} hoc tpe. {Tu} qui es in prouincia. {Nobis} qui sumus Romæ. {Istic} in prouincia, q a vbi Cæs. est, ibi resp. est. q a vbi põtifex, ut nũc dicimus, ibi Roma est {Alijs} quã scribẽdo. quia possumus habere curã rerũ tuarum. {Alias} aliter, alijs rebus {Nisi literis} nisi scribendo, quia nullũ negotiũ mihi in ista prouincia est, q me cures. {Iter cuiusm.} quam facile, q̃ sine periculis. {Quandiu} quanto tpe. {Simul} cum Bruto. {Processeris} progressus fueris {Tantum} non vltra, non plus. {Illo} habet emphasim.

ASCAN. ORatorẽ, &c} Dicit se dedisse oratorẽ suũ. i. librũ de oratore deferendũ ad Treb. Deinde rogat, vt ad se crebro scribat, & de eius itinere se doceat, atq; alia quædã, quæ cũ ordine patebunt. Ordo aũt est Ego cõmendaui. i. fide cõmisi. Sabino tuo familiari aut liberto, Oratorẽ meũ. i. librũ de Or. Ego. n. inscripsi. i. nuncupaui. caue dicas intitulaui, eum sic. Natio. i. naturalis inclinatio ex patria præsumpta, homines. s. Sabini vbi viri fideles & mulieres castæ fere hñt, impulit. i. induxit me vt putarẽ. s. me cõmisisse recte, nisi forte quoq; i. etiã hic vsus licentia candidatorũ. i. qua abutebantur candidati. i. magistratuũ petitores, qui vt se cõmendatiores facerẽt, interdũ alterius gentis se mentiebãtur. abripuit subito hoc cognomẽ. s. Sabinorũ. etsi .i. q̃q̃ vultus eius modestus; & sermo constans. i. non vacillans. videbatur habere quiddam. i. certã naturã a Curibus vrbe Sabinorũ patriã Numę regis. Sed satis sup. dictum aut scriptũ sit de Sabino Tu o mi Treboni, qñ. i. qm, tu discedens. s. ab urbe, olim aliquantũ addidisti incrementi ad amorẽ meum s in te, quò. i. ut feramus tolerabilius. i. patientius igniculũ. i. ardorem desiderij tui. i. qđ habemus de te appellato. i alloquitor aut cõuenito sup. me crebris literis. itaq; sup. appellato, si idẽ. i. appellare, literis fiet a nobis. q̃q̃ duæ causæ sunt cur tu debeas esse frequentior in isto officio. i. appellandi literis hoc est scribendi, q̃ nos. Primum qđ olim ii, sup. qui erant Romæ, solebant scribere ad amicos prouinciales. i. qui agebant in prouincia aliqua de rep. nũc oportet te scribere nobis. Enim. i. quia resp. est istic. s. vbi tu es. Deinde q nos possumus satisfacere tibi absenti alijs officijs. Tu nisi sup. satisfeceris nobis literis, hic. i. in hac regione, nõ video. i. nõ intelligo qua alia re possis satisfacere. s. nobis. Sed tu scribes postea ad nos cetera. ego cupio nunc cognoscere primo hæc; cuiusmodi iter tuũ sit ad nos, vbi videris Brutum nostrum. s. amicũ quandiu fueris simul. s. cũ eo. Deinde sup. scribes, cũ processeris lõgius, de rebus bellicis sup. & de toto negotio vt possimus existimare .i. iudicare, quo in statu simus. Ego putabo me scire tm̃, quantũ habebo cognitũ ex literis tuis. Cura vt valeas, & ames me amore illo tuo singulari. s. quo soles amare tuos.

AD amorẽ meum aliquantulũ discedens addidisti} antea legebatur, aliquantum olim. nos, cũ in antiquis libris, & aliquantũ olim, & aliquantulũ olim, legeremus, aliquantulum, reponere non dubitauimus. neq; .n. vt opinor, hr̃e locũ hic põt una illa, olim, cum ex ipsa epistola, & ea ea, quæ sequitur proxima. Treboniũ non multo ante Roma profectũ esse, colligatur. atq; etiam sensus erit cõmodior, si, aliquantulũ, q̃ si aliquantum olim, legas, vt ostendatur, Ciceronis amorẽ erga Treboniũ summũ, & maximum tam fuisse, cui quamminimũ addi potuerit.

ARG. Rogat, vt sui absentis desiderium crebris, & longis epistolis leniat, enumerat Trebonij erga se officia: exponit, de Caluo iam mortuo quid sentiat. perijsse enim Caluum ante, quam hæc epistola scriberetur, id est ante Cæsaris necem, patet ex libro, qui Brutus, inscriptus est.

M. CICERO S. D. C. TREBONIO. 21

ET epistolã tuã legi libenter, & *librum libentissime. sed tamen in ea uoluptate hũc accepi dolorem, quòd, cum incendisses cupiditatem meam consuetudinis augendæ nostrę, (nam ad amorem quidẽ nihil poterat *accedere) tum discedis a nobis, meq; tanto desiderio afficis, vt vnam mihi consolationem relinquas, fore vt vtriusque nostrum absentis desiderium crebris, et longis epistolis leniatur, quod ego non modo de me tibi spondere possum, sed de te etiam mihi nullam .n. apud me reliquisti dubitationem, quantum me amares. nam, vt illa omittã, quę ciuitate teste, fecisti, cum mecũ inimicitias cõicasti: cũ me cõcionibus tuis defendisti; cũ quæstor in mea, atq; in publica causa consulum partes suscepisti, cũ *tribuno pl. quæstor non paruisti, cui tuus præsertim collega pareret: vt hæc recentia, quæ meminero semper, obliuiscar quæ tua solicitudo de me in armis, quæ lætitia in *reditu, quæ cura, qui dolor, cum ad te curæ, & dolores mei perferentur; Brundisium deniq; te ad me venturum fuisse, nisi subito in Hispaniam missus esses: vt hæc igitur omittã quæ mihi tanti æstimanda sunt quanti vitam æstimo, & salutẽ meam: liber iste, quem mihi misisti, quantam habet declarationẽ amoris tui? primum, quòd tibi facetum videtur, quidquid ego dixi; quod alijs fortasse non item: deinde, quòd illa siue faceta sunt; siue *sic. fiunt, narrante te venustissima: quin etiam antequam ad me veniatur, risus omnis pene consumitur. quod si in his scribendis nihil aliud, nisi, quod necesse fuit, de uno me tandiu cogitauisses: ferreus essem si te non amarem. cum vero ea, quæ scriptura perse-

[margin: de quo vide ep. 16. l. 15.]

[margin: accessisse tamẽ aliquid, in proxima superiore epistola dixit.]

[margin: P. Clodio.]

[margin: cum post Pharsalicã pugnam in Italiam rediit. ep. 15. lib. 10.]

[margin: minuendi vim habet Sic, ut apud Terentium in He aut. Sic satis & ep. 15. lib. 15: ad Att.]

*persecutus es, sine summo amore cogitare non potueris: nō possum existimare, plus quenquam a se ipso, quàm me a te amari. cui quidem ego amori, vtinam ceteris rebus, possem, amore certe respondebo. quo tamen ipso tibi confido futurum satis. Nunc ad epistolam venio. cui copiose, & suauiter scriptæ, nihil est, quòd multa respondeam. Primum. n. ego illas *Caluo literas misi, non plus, quàm has, quas nunc legis, existimans exituras. aliter .n. scribimus, quod eos solos, quibus mittimus; aliter quod multos lecturos putamus. deinde, ingenium eius melioribus extuli, laudibus, quàm tu id vere potuisse fieri putas. primum, quòd ita iudicabam, acute mouebatur: genus quoddam sequebatur, in quo iudicio lapsus, quo valebat, tamen assequebatur, quod probaret. multæ erant, & recondita *literæ: vis non erat: ad eam igitur abhortabar. in excitando autem, & in acuendo, plurimum valet, si laudes eum, quē cohortere. Habes de Caluo iudiciū & consilium meum; consilium, quòd, hortandi causa laudaui; iudicium, quod de ingenio eius valde existimaui bene. Reliquum est, tuam profectionem amore prosequar, reditum spe expectem, abentem memoria colam, omne desiderium literis mittendis accipiendisq; leniam. Tu velim tua in me studia, & officia multum tecum recordere: quæ cum tibi liceat, mihi nefas sit obliuisci; non modo virum bonum me existimabis, verum etiam te a me amari plurimum *iudicabis. Vale.*

vide Tacitum in dialogo de cratoribus.

in lib. de claris orat. id facit ep. 2.l.2. & ep. 8. l. 12. & alibi sæpissime.

si tua in me officia recū recordabere

HVBER.

EPistolam tuam} Scripserat Trebonius librum, io quo vehementer laudabat dicta Ciceronis. quē Cicero dicit se libenter legisse cognouisseq; ex illo magnum eius erga se amorē, quare ostendit, se vehemeoter obligatū esse eum redamare, quia noo solum se amaorē cogitauerit, sed scriptura amorē suum testatus sit postea vero Cic. respōdet Treboolo de quibusdam literis missis ad Caloū, & quare eū laudauerit. postremo dicit se oīa amicitiæ signa & officia seruaturū io eius absētia, a quo Cic. petit, vt sua & studia, & officia, in ipsum Cic. collata, multū recordetur {Librū} quē mihi legendū misisti. Incendisses} auxisses. iocitasses, {Augendæ} vt frequentius essemus simul q̄ solebamus. {Nam ad amorē} parēthesis est. {Desiderio} amore tui. {Leniatur} mitigeł de te tanq̄ amicissimo. {Ciuitate teste} plus est, q̄ si dixisset, ciuibus testibus. {Concionibus} orationibus. {Partis cons} officia coosulū. i. ut faceres quæ ad cōsules pertinebant pro me. {Tribuno pl.} præcipienti ne quispiā de me ageret, {Tuus collega} qui erat tecū quæstor. {Solicitudo} cura animi. {De me pp me, mea causa. {Io armis} cum sum electus ex vrbe {Quæ} qualis, quāta. cū admiratione legendū. q.d. maxima. {Cum curæ, & dolores} veri. n. amici secundis rebus nostris, æq; ac nos lætantur, aduersis dolent. {Venturum} subaudi vt obliuiscar, vel omittam. {Vt hæc igitur omittam} repetitur verbum pp longam seriem clausulæ. {Quantā} q.d. maximam {Quidquid ego dixi} etiam si minus facetum est. {Noo item} .s. videtur. {Siue sic sunt, narrante te venustissima} multi. n. pp beneuolentiam solent facere sua oratione aliena dicta multo venustiora q̄ sint {Ad me} ad nomeo meum. {De vno me} de me solo {Ferreus} alieous ab omni, humanitate, durissimus, tanq̄ ex ferro factus. {Cum vero} argumentū rationis. nā si eū amare debemus, qui de nobis beoe cogitarit quanto magis qui de oobis bene cogitata literis mandarit. quia signum est q̄ quæ summo cum amore scripserit, non sine sumoio amore cogitare potuerit. {Plus quenq̄ am. a se ipso} .i. cum quisq; naturaliter se maxime amet, & carus sit. {Respondebo} reddā parē vicē. {Certe} saltem. {Quo} amore. {Epistolā} tuam {Caluo} hic poeta fuit {Non plus} ordo est, non existimans plus exituras q̄, has quas nunc legis .i. non existimans q̄ magis debereot io publicū exire q̄ hæ, quas nunc legis. {Aliter. n.} notanda sentētia contra fastidiosos iudices alienorum scriptorū, qui æq; volunt de oībus iudicare. {Vere} vero iudicio. {Primum} adducit ratiooes, quare eū maioribus laudibus extulerit, q̄ Trebooius putaret vere efferi posse {Reconditæ} secretæ, noo multis cognitę {Vis} sententia grauis. {Ad eam} vim. io excitando plurimum valet, si laudes Ouid. Laudataq; virtus Crescit: & immēsum gloria calcar habet

Profectionē tuam} tuum iter. i. te absentem. hęc autem oīa, quę cōmemorat, amicus de absente amico facere debet. {Absentem memoria colam} vt ita te io memoriam habeam, q̄ absens videaris esse præsens. {Tecum} io aoimo tuo. {Quæ} officia. {Cū liceat tib} i. obliuisci {Mihi nefas sit} mihi nullo pacto coocedatur obliuisci. quia, vt ipse io officiis, Beneficia is debet cōmemorare, qui accepit, non is, contulit: nec acceptorum sine magoa reprehensione obliuisci possumus.

ASCEN.

ET epistola, &c} Scripserat Treb. librū in quo vehementer laudabat dicta Cic. quē Cic. dicit se libenter legisse, cognouitq; ex illo magnū eius erga se amorē deinde respondet Treboo:o de literis missis ad Caluum, exponēs quare eum laudauerit Ordo autē est. Ego legi & epistolā tuam libēter & librū. i. tuū libētissime. sed tñ ego accepi in ea voluptate hunc dolorē, q̄ cū iocendisse cupiditatem meā cōsuetudinis .i. vt dicunt, cōseruationis nostræ augēdæ, (nā ad amorē quidem oihil poterat accedere i. add.) tum. i. tunc discedis a nobis, & afficis me tantu desiderio, vt relinquas mihi voam nam sup. duntaxat consolatiooem, fore. i. q̄ spero futurum, vt desideriū nostrū vtriusq; absentis leniatur. i. mitigetur & miouatur epistolis crebris & long s. qđ ego possum ooo modo. i. ooo solū spondere tibi de me, sed etiā mihi de te. Tu. o. nullā dobitationem reliquisti apud me quantū. i. vt dubitē quaotum tu amares me. Nā ut omittam. i. prætereā illa, quæ fecisti teste ciuitate. i. cōmunitate ciuiū Rom. cum. i. qñ, cōcitasti mecū iotmicitias. i. declarasti te inimicū ioimici mei, cū defeodisti me concionibus tuis. i. orationibus ad populum; cū quæstor suscep. sti in cā mea atq; pub. partes. i. officium consulum, cū tu quæstor & ita inferioris digoitatis nō paruisti. i. obedisti trib. pl. præsertim cui collega tuus. i. qui tecum quæstor erat, pareret, & sup. vt obliuiscar hęc præseoita quę sup. tñ meminero, & recordabor sp; quæ i. qualis sup fuit, solicitudo tua de me io armis. i. cū armatis me defēdere vellet, quę sup fuit lætitia tua io reditu. s. meo, quæ cura. s. ne oimis cito redierem. qui. i. qualis dolor, cum curæ & dolores mei perferreotur ad te; deniqu. i. demū, ut omittā sup. te veoturum fuisse ad me Brundusium, nisi missus esses subito io Hispaniam; ut igitur omittam hæc, quæ sont æstimanda. i. reputanda & appreciāda mihi. i. a me tanti quanti æstimo vitam & salutem meā. iste liber, quē misisti mihi, quantā declaratiooē amoris tui habet? q d maximam. Primū q̄ quidqoid ego dixi, videtur tibi facetum. i. venustum & vrbanum, qđ fortasse sup. uidetur aliis non item. i. non similiter: deinde q̄ illa s. dicta mea siue sunt faceta, siue fiunt sic. i. faceta, narrāte te, & ueoustissima: quin etiā antequā ueniatur a me. s. gratuletur mihi ob facetiam, pene oīs risus coosumitur. quia te narrāte inceptus est. Quòd si oihil aliud cogitauisses, nisi qđ fuit necesse io his scribendis sup. cogitare, de me noo tandiu: ego essem ferreus. i. durissimis præcordijs, si noo amarem te. Cū uero non potueris cogitare ea, quæ persecutus es scriptura. i. scribendo, sine summo amore nō possum existimare, quenquā amari plus a seipso q̄ me a te. Cui quidē amori ego utinā possim sup. respōdere ceteris rebus, respondebo. i. satisfaciā, certe. i. haud dobie, amore .i. redamādo te quo ipso. i. amore me ego confido tñ. i. nihilominus, futurum. i. factum iri satis tibi. Nunc uenio ad epistolā postq̄ locutus sum de libro; cui. s epistolæ, scriptę. s. a te copiose & suauiter, oihil est. i. oulla est vrgens, causa. qđ. i. propter quam, ego respondeam multa. Enim. i. quia, primum. i. vt id primo respondeam, ego misi illas literas Caluo, existimans sup. noo exituras .i. diuulgandas plus, quàm has, quas ounc legis. Nos. n. scribimus aliter sup. id, quod putamus eos solos, quibus mittimus, supple ipsum lecturos. s. esse aliter sup. id quod putamus multos lecturos. Deinde ego extuli. i. exaltaui ingeniū eius. i. Calui, & melioribus laudibus, q̄ tu putas id potuisse fieri vere. Primum, q̄ iudicabam ita, ipse mouebatur acute, & sequebatur quoddam genus in quo iudicio lapsus. i. errans. s. io eo quo ualebat, assequebatur .i. obtinebat tñ quod probaret. Literæ erant multæ, & recōditæ .i. secretioris scientiæ uis s. mouendi, ooo erat Igitur ego adhortabar ad eum. Autem. i. sed, ipse ualet plurimum io excitando & acuendo, si laudes. i. si ipse laudes eum, quem cohortere. i. quem ipse cohortetur. To habes de Caluo s. poeta iudicium, & consilium meum; consilium q̄ laudaui eum causa hortandi; iudicium q̄ existimaui ualde bene de ingenio eius. Reliquum est, sup. ut prosequar profectionē tuam amore, & ut expectē reditum tuum spe, & colam te absentem memoria, & leniam oē desideriū literis mittendis & accipiendis, Velim sup. recordere, tecum multū officia & studia tua in me; quæ. s. studia & officia cum liceat tibi obliuisci, & nefas sit mihi obliuisci; tu nō modo existimabis me virum bonum, uerumetiam iudicabis te amari plurimum a me.

M. T.

M. T. CICERONIS EPIST. FAMILIARIVM AD TIRONEM.

LIBER DECIMVSSEXTVS.

ARGVMENTVM.

Cum rediret Romam Cicero ex Cilicia, ægrum Tironem libertum Patris reliquit; quem his fere omnibus epistolis rogat, vt valetudinẽ curet.

Tullius, & Cicero F. & Q. S. D. Tironi humanissimo, & optimo.

oppidũ fuit Messeniorum.

similis figura ep. 16. lib. 13. et ad Att. ep. 4. lib. 10. ep. 29. l. 7. & 17. l. 7. & 17. l. 13. Asslaponi. ep 10. l. 13. & 9. h. l.

Atrici amicissimo ep. 17. lib. 13. & ad Att. ep. 5. & 6. lib. 8.

*VIDE, quanta in te sit suauitas: duas horas *Thyrei fuimus: Xenomenes hospes tam te diligit, quàm si vixerit tecum. is omnia pollicetus est, quæ tibi essent opus: *facturum puto. mihi placebat, si firmior esses, vt te Leucadem de portares, vt ibi te plane confirmares. videbis, quid *Curio, quid Lysoni, quid *medico placeat. volebam ad te Marionem remittere; quem, cum meliuscule tibi esset, ad me mitteres: sed cogitaui vnas literas Marionem afferre posse, me autem crebras expectare. poteris igitur, & facies, si me diligis, vt quotidie sit Acastus in portu. multi erunt, quibus recte literas dare possis, qui ad me libenter perferant. equidem Patras euntem neminem prætermittam. ego omnem spem tuæ diligenter curandi in *Curio habeo. nihil potest illo fieri humanius, nihil nostri amantius. ei te totum trade. malo te paulo post valentem, quàm statim imbecillum videre. cura igitur nihil aliud, nisi vt tu valeas: cetera ego curabo. Etiam atq; etiam vale. Leucade proficiscens, VII. id. Nou.*

HVBER. Vide} Tironem libertum propter doctrinam, fidemque eius singularem Cicero ita dilexit, vt filium itaq; cum ex Cilicia rediens reliquisset eum in Achaia propter valetudinem, ad eum nunc scribit, quid sibi videatur de eius discessu: in quo vult, eum vti consilio Curij, Lysonis, & medici, à quo curabatur. Deinde eum monet, quomodo facere debeat, vt ab eo sæpe literas accipiat. Commendat autem vehementer Curii erga eum diligentiam. Hortatur postremo eum, vt valetudinem suam curet. Omnes hæ epistolæ, quæ ad Tironem scribuntur, humanitatis & suauitatis plenæ sunt, vt facile cognoscamus, quanti eum Cicero fecerit. {Thyrei} nomen loci in Græcia. {Xenomenes} hospes meus Thyrei. {Firmior} validior. {Deportares} traduceret. {Plane} valde omnino. {Marionem} seruum. {Cum meliuscule tibi esset} cum esses factus meliusculus, cum esses aliquãtulum valetudine leuatus. {Acastus} seruus noster. hunc reliquerat Cic. cum Tirone. {Petitanseuntem} ad te venientem. {Illo} Curio. {Malo} sensus est: potius volo tarde te videre sanum quàm cito infirmum {Proficiscens} discedens. {Leucade} Leucas insula est Cephaloniæ, teste Ptolemæo, & promontorium Epiri in sinu Ambraciæ Acarnanum.

ASCAN. Vide &c.} Tironem libertum suum propter doctrinam, fidemq, eius singularem Cic. ita dilexit vt filium. quo circa cum ex Cilicia rediens reliquisset eum in Achaia propter valetudinem, ad eum nunc scribit quid faciat, & quomodo saluti suæ consulat, dicens, Vide. i. animaduerte o Tiro, quanta suauitas sit in te. Nos fuimus Thyrei, qui locus in Græcia est, duas horas. i. dũtaxat per spatium duarum horarum: & sup. Xenomenes hospes diligit te tam. i. tantopere, aut tantum, quàm. i. quantum diligeret, si vixerit. i. vitam egerit tecum. Is. s. hospes pollicitus est omnia quæ essent opus tibi: puto facturum s. quæ pollicitus est. Placebat mihi, si esses firmior, vt deportares te Leucadem, ad promontorium illud Epiri, vt confirmares. i. firmum faceres te ibi planè. i. omnino. Videbis quid placeat Curio, quid Lysoni. quid medico. i. his omnibus salutẽ tuam commẽdaui. Ego volebam remittere ad te Marionem (nomen est serui) quem mitteres ad me, cum esset tibi meliuscule. i. aliquanto melius: sed cogitaui Marionem posse afferre s. ad te vnas literas, me autem expectare crebras. i. frequentes, supp literas à te. Vult dicere, si misisset Marionem, vt literas afferret; dummodo vnas haberet, statim rediret, nec Tiro alias scriberet, donec iterum reuersus fuerit. nunc autem vult, vt quotidie noui nuncii per Acastum indagentur subdens: Igitur tu poteris supp. facere, & facies si diligis me, vt Acastus, alter seruus, sit quotidie in portu. s. vnde Romam nauigatur, quia supp. multi erunt. s. in portu, quibus possis dare literas recte. i. tutò qui perferant libenter ad me. Equidem. i. ego quidem, neminem prætermittam. s. quin illi literas dem euntem Patras. i. in eam vrbem Achaiæ vbi tu es. Ego habeo omnem spem tui curandi in Curio nihil potest fieri humanius illo. s. Curio. Sunt autem diuersa nomina Curius & Curio. hic est à nominatiuo Curios, cuius prima est breuis: Iuuen. Qui Curios simulant. Curio autem à Curia aut cura, prima longa. Luc. Venali Curio lingua &c. nihil potest fieri amantius nostri i. quod nos magis amet. s. quàm Curius. Trade ei. s. fidei & custodiæ eius te totum. Malo videre te valentem paulo. i. modico supp. serius aut post, q̃ videre statim imbecillum. i. infirmum. Cura igitur nihil aliud nisi vt tu valeas. i. sanus sis Ego curabo cetera. Vale etiam atq; etiam Dedi sup has proficiscens. i. dum proficiscerer, Leucade. i. ab eo promontorio Epiri, nisi forte loquatur de Leucade insula Cephaloniæ, vii. Idus Nouemb.

ARG. Scribit se aduersis ventis Corcyræ teneri; hortaturq; Tironem, vt se curet, nec nisi confirmatus nauiget.

Tullius, & Cicero S. D. Tironi suo 2

*SEPTIMVM iam diem Corcyræ tenebamur, Quinctus autem pater, & filius Buthroti. soliciti eramus de tua valetudine mirum in modum: nec mirabamur nihil à te literarum. iis enim ventis istinc nauigatur, qui si essent, nos Corcyræ non *sederemus. cura igitur te, & confirma; &, cum commode, & per valetudinem, & per anni tempus nauigare poteris, ad nos amantissimos tui veni. nemo nos amat, qui te non diligat. carus omnibus, expectatusq; venies. Cura vt valeas etiam atque etiam Tiro noster. Vale. XV. Kal. Nou. Corcyræ.*

nihil agentes. sic Terentius, Sedere domi virginem tã grandem.

HVBER. Septimum} Scribit Cicero, se, & Q. F. & eius filium, in Aegypto vento detentos, valde solicitos esse de valetudine Tironis: quem hortatur, vt cum primum confirmatus sit, & ad nauigandum opportunitatem habuerit, ad se veniat. ostenditq; Tironem omnibus esse carissimum, à quibus ipse Cicero amatur. Corcyra, & Butrothum ciuitates sunt Epiri; sed Corcyra est in Corcyra insula, quæ magna est, vt alibi diximus. Butrothum vero est in Tesprotis. {Soliciti} anxii. {Iis} enim ventis} ratio, quare non mirabatur se accepisse ab eo literas, quia nauigatio per ventos facilis erat ad eum, non autem ab eo. {Iis} talibus. {Sederemus} moraremur.

ASCAN. Septimum &c.} Scribit se & fratrem solicitos de valetudine Tironis. Ordo est, Nos tenebamur Corcyræ. i. in eo oppido Corcyræ insulæ quæ est in Epiro. Autem. i. sed Quint. s. Cicero frater & filius etiam M. Cicero, supp. tenebantur à ventis Bteurothi. i. in ea vrbe Epiri in Tesprotia, iam s. cum hæc scriberem, diem septimum. Nos. s. omnes soliciti eramus. i. anxii, mirum in modum de valetudine tua. Et mirabamur nihil literarum sup. missum esse à te. nauigatur enim iis, id est, huiusmodi ventis, istuc, id est, ad vos, aut ad te, non istinc, id est, à te, qui. s. venti, istinc flantes, si essent, nos non sederemus, id est, otiosi nauigationem expectaremus Corcyræ. cura igitur & confirmate, & cum poteris nauigare commode & per valetudinem, & per tempus anni, id est, ubi desiuerit hiems, ueni ad nos amantissimos tui Nemo amat nos, qui non diligit te. Tu uenies carus & expectatus omnibus. Cura ut ualeas etiam atq; etiam o Tiro noster. Vale. xv. cal. Nou. Corcyræ.

Tullius, & Cicero meus, & frater, & fratris F. S. D. Tironi suo, 3

PAVLO facilius putaui posse me ferre desiderium tui, sed plane non fero. quanquam magni ad *honorem nostrum interest, quamprimum ad vrbem me venire. tamen peccasse mihi videor, qui a te discesserim. sed quia tua voluntas ea videbatur esse, vt prorsus, nisi confirmato corpore, nolles nauigare: approbaui tuum consilium; neque nunc muto, si tu in eadem es sententia. *sin, postea quàm cibum cepisti, videris tibi me posse consequi: tuum consilium est. Marionem ad te eo misi, vt aut tecum ad me quamprimum veniret; aut, si tu morarere, statim ad me rediret. tu autem hoc tibi persuade, si cõmodo valetudinis tuæ fieri possit, nihil me malle, quam te esse mecum; *sin intelliges opus esse, te Patris, conualescendi causa, paulum commorari, nihil me malle, quàm te valere. si statim nauigas, nos Leucade consequere. sin te confirmare vis; & comites, & tempestates, & nauem idoneam vt habeas, diligenter videbis. vnum illud, mi Tiro, videto, si me amas, ne te Marionis aduentus, & hæ literæ moueant. quod valetudini tuæ maxime conducet, si feceris; maxime obtemperaris voluntati meæ. hæc pro tuo *ingenio considera. nos ita te desideramus vt amemus. amor, vt valentem videamus, hortatur; desiderium, vt quamprimum. illud igitur potius. cura ergo potissimum, ut valeas. de tuis *innumerabilibus in me officijs erit hoc gratissimum. III. non. Non. Vale.

[Margin: triumphum cogitabas: sed eum ne discordiæ ciuiles impedirent, verebatur. id quod venit. — alij. sin autem. — alij. sin autem. — vt tibi faciundũ videbitur, ita facies. epist. 6. h. l.]

RVBER. Cicero meus} Ostendit Cicero, se dolere, quod relinquerit Tironem; sed id fecit, quia ita voluit Tiro, qui dixit, se nolle nauigare, nisi esset omnino confirmatus, hortatur autem, eum, vt Patris valetudinis curandæ gratia commoretur, si ei ita videtur o:hil enim sibi gratius afferri posse eius valetudine. {Cicero meus}.f.filius. Et frater, & fratris filius} subaudi salutem dicunt. {Ad vrbem} Romam. {Consilium} deliberationem. {Posteaquam cibum cepisti} postquã cepisti comedere. amiserat enim Tiro stomachum, cum Cicero illic esset, vt non posset comedere. sed postquam recuperauit stomachum, ita vt incipiat comedere, relinquit in eius deliberatione, vtrum velit ad se venire. {Morarere} moneres, ne venires. {Consequere} comprehendes, inuenies. {Nauem idoneam} cum voles ad nos venire. {Commoueat} perturbent, {Conducet} vtile erit. {Obtemperaris} voluntati meæ. {Feceris} quod maxime uolo. {Vt quam primum} te valentem videamus. {Hoc gratissimum} si curaueris vt valeas.

ASCEN. PAolo facilius, &c.} ostendit se dolere, quòd dereliquerit Tironem sed id fecerat, quia ita voluit Tiro, qui noluit nauigare, donec esset conualescens. unde hortatur, ut Patris maneat, dicens, Ego putaui me posse ferre.i. pati paulo facilius, id est, leuius, & modestius desiderium tui, id est, absentiam tuam, sed non fero plane, id est, omnino. Et quanquam magni interest, id est; facit & vtile est ad honorem nostrum me uenire quamprimum, id est, ualde cito, ad urbem id est, Romam: tamen uideor mihi peccasse, qui.i. quod discesserim a te, scilicet ægrotante. Sed quia uoluntas tua uidebatur esse ea, id est, talis, ut nolles nauigare nisi corpore, scilicet, tuo confirmato, id est, corroborato, prorsus.i. omnino, & in omnem partem uersus: approbaui consilium tuum, scilicet ut istic maneres, ego discederem. Neque muto nunc.f. approbationem & sententiam meam, si tu es in eadem sententia. Sin autem.i. sed si postquam cepisti cibum, uideris posse consequi me consilium est tuum.i. in deliberatione. & prudentia tua, ut id facias quod expedire censeas. Ego misi Marionem, scilicet seruum, ad te, eo, id est, propterea ut sup. ipse aut ueniret, ad me tecum quamprimum.i. ualde cito, quo ad inceptionem, (nõ enim penitus unum sunt, ualde cito facere & quamprimum. nam ualde cito proprie significat properanter & quasi citato cursu, quamprimum primo quoque tempore etiam si lente ut ægroto conuenit} aut ut rediret statim ad me si tu morarere. Tu autem persuade, tibi hoc, si possit fieri sup. cum commodo ualetudinis tuæ, me nihil malle, id est magis uelle quàm te esse mecum. Sin autem, id est, sed si intelliges opus esse causa conualescendi.i. ut conualescas, te commorari paulum Patris, persuade tibi, me nihil malle, quam te ualere. Si nauigas statim, consequere.i. offendes nos.i. adhuc Leucade, id est, in eo promontorio. Sin uis confirmare, id est, firmiorem facere te, uidebis diligenter, ut habeas & comites idoneos, & tempestates idoneas, id est, dispositionem aeris idoneam, & nauem idoneam. O mi Tiro, uideto, id est, considerato illud unum, si amas me, ne aduentus Marionis & literæ moueant te.f. ad properandum. quia si feceris quod conducit maxime ualetudini tuæ, tu obtemperatis, pro obtemperaueris maxime uoluntati meæ. Cõsidera hęc pro ingenio tuo.i. iuxta mẽsuram ingenij tui. Nos desideramus te ita ut amemus. Amor hortatur ut uideamus ualentem; desiderium, ut uideamus quamprimum. igitur illud.f. quod amor hortatur potius sup. est faciendum. Erga cura potissimum ut ualeas. duo proposuit, & hoc tertium est, unde potissimum dixit ut primum sit uidere ualentem, secundum uidere quamprimum, tertium ualentem esse, etiam si non statim uiderit. hoc.f. officium tuum, erit mihi gratissimũ de innumerabilibus officiis tuis in me. III. Idus Nouembris.

ARG. Scribit de sua solicitudine, suoque ad Alyziam accessu: rogat, vt valetudinem diligenter cures.

TVLLIVS S. D. TIRONI SVO. 4

NON queo ad te, nec lubet scribere, quo animo, sim *affectus: tantum scribo, & tibi, & mihi maximæ uoluptati fore, si te firmum quamprimum uidero. tertio die abs te, ad Alyziam accesseramus. is locus est citra Leucadem stadia CXX. Leucade aut te ipsum, aut tuas literas a Marione putabam me accepturum. Quantum me diligis, tantũ fac ut ualeas, uel quantũ te a me scis diligi. nonis Non. Alyzia.

[Margin: quia sine te sum.]

RVBER. NOn queo} Testatur Cicero hoc epistola, sicut & in reliquis, amorem suũ erga Tironem: cuius ualetudinẽ sibi magnę curæ esse ostendit. {Affectus} propter ualtudinẽ tuam. {Alyziã} urbẽ Epiri in sinu Ambraciæ Acarnanũ.

ASCEN. NOn queo, &c.} Rursus amorem suum in Tironem ostẽdit, monẽdo ut saluti suæ, quæ sibi carissima est, cõsolat ut quamprimum uenire possit, dicens Ego non queo nec libet scribere ad, te quo, id est, quali animo, sim affectus tantum i. duntaxat scribo, fore.i. futurum maximæ uoluptati & tibi & mihi, si uidero quamprimum.i. statim te firmum.i. ualentem & fortem. Nos accesseramus tertio die abs te.i. postquã discesseramus a te, ad Alyziam. Is locus est citra Leucadẽ.f. promontorium Epiri, stadia cxx. Ego putabam me accepturũ Leucade, id est, cum essem Leucade, aut te ipsum, aut literas tuas a Marione, id est, quas Marioni dederis. Quantum diligis me tantum fac ut valeas, uel quantam scis te diligi a me. Non. Nouemb. Alyzia, id est, ex eo loco,

TVLLIVS, ET CICERO ET Q. PATER. ET FILIVS S. D. TIRONI SVO. 5

NOS apud Alyziam, ex quo loco tibi literas ante dederamus, unum diem commorati sumus, quod Quinctus nos consecutus non erat, is dies fuit non. Nou. inde ante lucem proficiscentes, ante diem VIII. id. Nou. has literas dedimus. Tu, si nos omnes ama[...] & pręcipue me, magistrũ tuũ confirma te. ego ualde suspenso animo expecto, primum te scilicet, deinde Marionem cum tuis literis. omne cupimus, ego in primis, quamprimũ te uidere, sed, mi Tiro, ualentem quare nihil properaris. satis quotidie uidero, si

ro, si ualebis. utilitatibus tuis possum carere: te ualere, tua causa primum uolo, tum mea, mi Tiro. Vale.

HVBER. NOs apud} Dicit Cicero, & ex quo loco, & quo die dederit, has literas, ad Tironẽ. deinde hortatur eum ad curandam valetudinem. {Nondum erat consecutus nos} nondum venerat vbi eramus. {Nonæ Nos} quintus dies Nouemb {Suspenso} solicito. {Scilicet} certe. {Omnes} ego Q. F. & filij nostri. {Properaris} .i. pro properaueris non acceleres. {Satis} .i. existimabo me satis te quotidie videre, si fueris sano corpore. {Tũ} deinde. {Mea} .s. cã vt fruar vtilitatibus tuis.

ASCEN. NOs, &c.} Iterum amanter scribit nauigationem suam, & monet, vt Tiro aut scribat, aut quamprimum incolumis redeat. Ordo est. Nos commorati sumus vnum diem apud Alyziam, (sunt qui Aluciam scribant} ex quo loco nos dederamus tibi literas antea, quòd .i. quia Q. F. .s. meus non erat consecuturus i. obtenturus sequendo nos. Is dies erat Non. Nouemb. Nos proficiscentes inde ante lucem, dedimus has literas 8. Idus Nou. ante diem .i. priusquam diescerer. non posset dici ante diem viij. Idus, quia is dies, qui ante est. Nonę sunt: Tu si amas nos omnes, & præcipue me magistrum tuum, scilicet in literis, (non dicit patronum, ne seruitutis meminerit) confirmate. {Ego expecto animo valde suspensio, id est, anxio, & incerto primum, scilicet te, deinde Marionem, scilicet seruum cum literis tuis. Nos omnes cupimus & ego in primis, videre te quamprimum, sed o Tiro cupimus videre valentem. Quare nihil properaris .i. properaueris. ego videro te satis quotidie, id est, quoque die, aut satis cito, si valebis. Ego possum carere vtilitatibus tuis .i. quas mihi faceres ego volo te valere o mi Tiro primum causa tua .i. propter bonũ tuum tum, id est, deinde mea .i. propter vtilitatem meam.

TVLLIVS TIRONI SVOS. D. ET CIC. ET Q. PATER, ET Q. F. 6

*VARIE sum affectus tuis literis, valde priore pagina pertubatus, paulum altera recreatus. quare nunc quidem non dubito, quin, quoad plane valeas, te neq; nauigationi, neq; viæ committas. satis te mature, videro si, plane confirmatũ videro. De medico, & tu bene existimari scribis, & ego sic audio: sed plane curationes eius non probo: ius enim dandum tibi non fuit cũ κακοστόμαχος esses. sed tamen & ad illum scripsi accurate, & ad *Lysonem. ad Curium vero, suauissimum hominem & summi officij, summæque humanitatis, multa, scripsi, in his, etiam vt, si tibi videretur, te ad se transferret. Lyso enim noster, uereor, ne negligentior sit: primum, quia omnes Græci: deinde, quod, cum a me literas accepisset, mihi nullas remisit. sed eum tu laudas. tu igitur, quid faciendum sit iudicabis. Illud, mi Tiro, te rogo, sumptu ne parcas ulla in re, quod ad ualetudinem opus sit. scripsi ad Curium, quod dixisses, *daret. medico ipsi puto aliquid dandum esse, quo sit studiosior. Innumerabilia tua sunt in me officia; domestica, forensia; urbana, prouincialia; in re priuata in publica; in studys, in literis nostris. omnia uiceris, si, ut spero, te ualidum uidero. ego puto, te bellissime, si recte erit, cum quæstore *Mescinio decursurum. inhumanus est, teq; ut mihi uisus, est diligit. & cum ualetudini tuæ diligentissime consulueris; tum, mi Tiro, consulito nauigationi. nulla in re iam festinare uolo. nihil laboro, nisi ut saluus sis. sic habeto, mi. Tiro, neminem esse, qui me amet. quin idem te amet. & cum tua, & mea maxime interest te valere: tum multis est cura. adhuc, dum mihi nullo loco deesse vis, nunquàm te confirmare potuisti. nunc te nihil impedit: omnia depone: corpori serui, quantam diligentiam in ualetudinem tuam contuleris, tanti me fieri a te iudicabo. Vale, mi Tiro, vale, uale, & salue. Lepta tibi salutem dicit, & omnes. Vale. VII. id. Nou. Leucade.*

ep.10.l.13. & 1. & 9. h.l.

ep. 9 h.l. et ad Att. ep. 5. & 6. l. 8.

L. Mescinio, de quo epist. 20. & 21. l. 5. & ep. 26. l. 13. habuit, & alterũ quæstorem, C. Coelium, de quo l. 2. ep. ultima.

ASCEN. VArie} Hæc, epistola tota ex plena suauitatis & amoris in qua Cicero ostendit, quantam curam habeat de valetudine Tironis: cui consulit, & quomodo agendum sit cum medico, & quocum nauigandum & denique hortatur eum ad curandam valetudinem, sicut in omnibus ferè epistolis. {Priore pag.} debuerat enim hæc epistola Tironis ad Cic. impleuisse duas paginas, in quarum prima scripserat de grauitate valetudinis suę, in altera de cura ualetudinis & spe salutis itaq; Cic. dicit priore pagina se perturbatum, altera recreatum. {Nunc non dubito} quia video per literas tuas tibi curæ esse, vt cooticmeris & bene valeas. {Quo} vt. {Viæ} itineri. {Bene existimari} bonam esse opinionem. {Curationes} modus curandi, & bene, quia curatio propriè est medicorum. {Ius} reprehẽdit medicũ, qui dederit ius ipsi Tironi laboráti ex stomacho cũ eum maxime cibus, liquidus, & sine substantia debiliter. κακοστόμαχος} .i. malo & debilitato stomacho. {Illum} medicum, cui te commendaui. {Lysonem} amicum nostrum. {Ad se} domũ suam. {Primum} duo argumenta affert negligentiæ, & quia omnes Græci sunt negligentes, & quia literis suis nunq̃ rescripsit. {Laudas} dicit eum esse diligentem & officiosum. {Ne parcas sumptui} ne impensam respicias. {Innumerabilia} ostẽdit se anteponere salutem Tironis omnibus vtilitatibus, quas ab eo vel acceperit, uel accepturus sit. {Domestica} circa rem familiarem discurrit. n. per quædam eius officia. {Forensia} in foro mihi præstita. {Vrbana} in vrbe Roma. {Prouincialia} in prouincia, cũ essem in Cilicia. {Omnia viceris} .i. facies mihi maiora omnibus supradictis. {Ego puto} hortatur Tironem, vt, si ei uidetur, nauiget cum Mescinio quęstore: cuius humanitatẽ laudat & beneuolentiam erga Tironem. } bellissime} optime. {Decursurum} nauigaturum. {Consulito} prouideto. {Laboro} curo. {Tum multis est curæ} .s. te ualere. {Adhuc} vsque ad hoc tempus. {Dum mihi nullo loco deesse uis} dum magnæ curæ habes res meas, & diligentissime vis curare. {Omnia} negotia. {Depone} omitte. {Serui} indulge. {Lepta} de quo vidimus lib. 3. ep. 7. qui fuerat in prouincia cum Cicerone præfectus fabrorum. {Et omnes} tibi salutem dicunt.

HVBER. VArie, &c.} Tota hæc epistola suauitatis & amoris Ciceronis in Tironem libertum suum plena est. ostendit autem quid cum medico pro salute sua faciat. Ordo est. Ego sum affectus .i. dispositus varie .i. diuersimode literis tuis, perturbatus ualde priore pagina, recreatus paululũ .i. modicum altera. Quare ego non dubito quidem .i. saltem nunc, quin quo .i. ut, aut quoad ualeas plane .i. omnino, neq; cõmittas te nauigationi, neque uiæ. Ego n. uidero te satis mature .i. cito, si uidero plane confirmatum. Tu & .i. simul. scribis bene existimari .i. iudicari de medico, & ego audio sic. Sed ego plane non probo curationes eius. Ius enim .i. masuccus frigidus, non fuit, dandum tibi, cum esses κακοστόμαχος .i. mali stomachi, & difficilis digestionis. sed tamen ego scripsi accurate, & ad illum & ad Lysonem .s. amicum. Vero, pro sed, ego scripsi multa ad Curiũ hominem suauissimum & summi officij .i. debiti obsequij, & summæ humanitatis .i. mansuetudinis & beneuolentię. Et sup. scripsi in his i. inter hæc multa, si videretur tibi, scilicet utile, ipse transferret te ad se i in domum suam. Vereor. n. ne Lyso noster sit negligentior .s. in te curando & fouendo. Primum quia omnes Græci sop. sunt inofficiosi, & multa pollicentes, & parum facientes: deinde quod cum accepisset literas a me, nullas remisit mihi. Sed tu laudas eum. Tu igitur iudicabis, quid sit faciendum. O mi Tiro rogo te illud, ne parcas sumptus in vlla re, qua opus sit ad ualetudinem, scilicet tuam. Scripsi ad Curium sup. ut daret medico sup. id mercedis quod dixisses scilicet illi dandum. Ego puto aliquid dandom ipsi .s. medico, quo .i. ut aut propter quod sit studiosior. Officia tua in me sunt innumerabilia, domestica, forensia, urbana, prouincialia .i. impensa domi, in foro; in urbe, in prouincia, in re priuata; in rep. in studiis, in literis, nostris. Tu uiceris .i. superaueris omnia .s. officia, si uidero ut spero .s. me uisurum te ualidum. Ego puto te decursurum .i. celeri nauigatione uenturum, bellissime .i. commodissime cum quæstore Mescinio, si erit recte .i. prospere tibi. sup. non est inhumanus, & diligit te, ut uisus est mihi. Et o mi Tiro etsi cõsuleris .i. operam tuleris & prospexeris diligentissime ualetudini tuæ tum .i. tunc multo magis consulito nauigationi Ego nulla .i. nõ ulla non uolo te festinare iam nulla re. nihil laboro .i. laboriose

prægrauando, nisi ut sis saluus. O mi Tiro habeto i. firmiter teneto sic neminem esse qui amet me quin, idem amet te. Tu cū. s. re ita φ te valere interest maxime tua, & mea. tum est multis, curæ. dum adhuc nullo loco vis deesse mihi, nunq̄ potuisti te cōfirmare i. firmum efficere nihil impedit nunc te, depone omnia. serui .i. indulge corpori. ego iudicabo me fieri tanti a te, quantam diligentiam contuleris in valetudinem tuam. Vale, &c. inculcatio affectum exprimens. Lepta qui fuerat in Cilicia cum Cic. præfectus Fabrorum, &c.

ARG. Idem argumentum, vt Tiro valetudinem curet.

Tullius, & Cicero, & Q. Q. S. D. Tironi. 7



*ERTIAM ad te hanc epistolam scripsi eadem die, magis instituti mei tenēdi causa, quia nactus eram, cui darem, quàm quòd haberem quid scriberem. Igitur illa quantum me diligis, tantum adhibe in te diligentia, ad tua innumerabilia in me officia adde hoc, quod mihi erit gratissimum omnium. cum valetudinis rationem, vt spero, habueris, habeto etiam nauigationis: in Italiam euntibus omnibus ad me literas dabis. vt ego euntem Patras neminem prætermitto. cura, cura te, mi Tiro. quando non contigit, vt simul nauigares; nihil est quod festines: nec quidquam cures, nisi vt valeas. Etiā atque etiam vale. VII. id. Nou. *Actio, vesperi.*

ad hoc promontorium Antonius Augusto maritima pugna victus est.
HVAAR.

TErtiam} Eodem ferè argumento, quo superioribus epistolis, hortatur Cicero Tironem ad ualetudinem curandam, & ad consulendum nauigationi, ne festinet nimiū qm̄ non potuit cum ipso Cic. nauigare. } Tenendi inst. } seruandi incepti mei, ut crebro accipias a me epistolas. } Igitur illa }. s. scribam, quæ superioribus aliis epistolis } Quantum me diligis } hanc n. sententiam dixit Cic supra ep. 4. & 7. quæ præcedit hanc. } Adde hoc } ut diligentiam adhibeas ad ualetudinē tuam. } Cum ualetudinis } sic in præcedenti epistola. & cum ualetudini diligentissime consulueris, tum mi Tiro consulito nauigationi. } Vt } sicut. } Neminē prætermitto } cui non dem ad te literas. } Euntem Patras } uenientem Patras, ubi tu es. } Actio } urbs est Epiri in sinu Ambraciæ Acarnanum & promontorium, a quo non procul uictus est M. Ant. cū Cleopatra ab Augusto.

ASCAN.

T*Ertiam, &c. } Eodem fere argumento, quo in superiorib' epistolis hortatur Cic. Tironem ad valetudinem curandā, & ad consulendum nauigationi. dicens, Ego scripsi iā ad te tertiam epistolam eodem die. magis causa tenēdi instituti .i. moris se propositi mei, quia nactus eram cui darem, q̄ φ haberem quid scriberem. Igitur illa: quantum diligis me, tm̄ diligentię adhibe. i. confer in te. Adde ad innumerabilia officia tua in me hoc s. ut in te adhibeas tm̄ diligentiæ, quod erit mihi gratissimum omnium. Cum habueris rationem i. curam & respectum valetudinis. s. tuæ: habeto etiam sup. rationem nauigationis. s. vt recte fiat. Tu dabis omnibus euntibus in Italiam literas ad me, vt ego neminē prætermitto euntem Patras. i. in eam vrbem vbi tu es. s. quin ei literas dem. Cura te o mi Tiro, quando i. qm̄ nō contigit. i. non est datum, vt nauigares simul i. vna mecum; nihil est quod, id est, nulla est causa, cur festines, nec cures quidquam, nisi vt valeas. Etiam atque etiam Vale. Actio. i ab ea vrbe Epiri, aut ad illud promontorium, ante quod Augustus & Agrippa vicerunt Antonium & Cleopatram. vij. Idus. Nouēbris vesperi, id est, tempore vespertino.

ARG. Etiam Q. Cicero significat, quantæ curæ sibi Tironis valetudo sit.

Q. CICERO S. D. TIRONI. 8



AGNAE nobis est solicitudini valetudo tua. nam tametsi qui veniunt, ἀκίνδυνα μὲν, χρονιώτερα δὲ nuntiant: tamen in magna consolatione ingens inest solicitudo si diutius a nobis absuturus es, is, cuius vsum, & suauitatem desiderando sentimus. attamen quanquam videre te tota cogitatione cupio; tamen te podidis rogo, ne te tam longæ nauigationi, & viæ per hiemem, nisi bene firmum, committas. ne vé nauiges, nisi explorate. vix in ipsis tectis, & oppidis frigus infirma valetudine vitatur; ne dum in mari, & via sit facile abesse ab iniuria temporis.

ψῦχος δὲ λεπτῷ χρωτὶ πολεμιώτατον,

inquit Euripides. cui tu quantum credas, nescio: ego certe singulos eius versus singula eius testimonia puto. Effice, si me diligis, ut valeas. & ut ad nos firmus ac valens quamprimum venias. Ama nos, & Vale. Q. F. tibi salutem plurimam dicit.

hic versus Euripidis tragediis, q nunc extāt, non reperitur. multas nominant, quæ desiderātur, Athenæus & Suidas. ep. 25. l. 13:
HVAAR.

MAgnæ} Ostendit Q. Cicero, quantæ solicitudini sibi sit vt valetudo Tironis cuius absentis desiderio se vehementer moueri dicit, licet intelligat valetudinem eius diuturnam fore, sed tn̄ sine periculo. deinde monet, ne nauiget per hiemem cum frigus valde noceat macilentis, qualis ipse per ægritudinem factus erat. postremo adiurat p eius erga se amorem, vt det operam vt valeat. } Qui veniunt }. s. isthinc vbi tu es. } ἀκίνδυνα } sine periculo. } μὲν } quidem κινδυνεύω, periclitor. a, vero dictio est negatiua vel priuatiua apud Græcos. } χρονιώτερα δὲ } diuturniora autem. χρόνος tempus, χρονιαῖος diuturnus, & χρόνιος, a quo comparatiuum hoc deductum est e consolatione } quod te sine periculo esse intelligo. } Si diutius } hæc est causa solicitudinis. } Desiderādo } quanto ergo magis sentiremus, si esses præsens. } Per hiemem } per tempus hiemis. } Explorate } considerate, & cum magna diligentia, vt habeas nauē idoneam, bonos comites, & nauicularium non nimis festinantem } Nedum } multo minus. } Abesse ab iniuria temporis }. i vitare frigus, & iniuria hiemis. } ψῦχος δὲ } frigus autem. } λεπτῷ } macillento. } χρωτὶ } corpori. } πολεμιώτατον } inimicissimum. } Inquit Euripides } vt maior sit fides huic sententiæ, ea Euripide sumptā dicit. } Singula testim } quæ non nisi ab homine fido admittūtur. dicit ergo se eius versibus habere fidē tanq̄ testimoniis.

MAgnæ nobis. &c. } Ostendit quanta solicitudini sibi sit valetudo Tironis, cuius absentis desiderio se vehementer moueri dicit. Ordo est. Valetudo tua est nobis magnæ solicitudini. Nam tametsi qui ueniūt. s. Patris nuntiant, μὲν. i. quidem, ἀκίνδυνα i. periculo carentia, δὲ. i. aūt χρονιώτερα. i. longioris temporis, seu diuturniora sup. esse nunc nauigandi negotio: tn̄ inges solicitudo est in magna consolatione, φ sine periculo sint, si is est diutius absuturus a nobis, (loquitur de Tirone) cuius vsum. i. vtilitatem & suauitatem sentimus .s. per imaginationem desiderando. Attn̄ q̄q̄ cupio tota cogitatione videre te, tn̄ rogo penitus ne committas te per totam hiemem longæ nauigationi & vię nisi bene firmum, neue. i. vel ne nauiges nisi explorato. s. mari. Frigus uix vitatur in ipsis tectis, & oppidis in valetudine sup. ente infirma. nedum. i. ne dicam φ sit facile abesse ab iniuria temporis in mari & via. Vbi notandum nedum poni cum vna negatione negatiue. ψῦχος, id est, frigus, δὲ i. aūt, λεπτῷ. i. macillento, χρωτὶ. i. corpori, sup ἐστί. i. est, πολεμιώτατον. i. inimicissimum, aut maxime hostile, inquit Euripides, cui. s. Euripidi, nescio, quantum tu credas: ego certe puto singulos versus eius singula testimonia. i ex animi iudicio prolatos: vt dum iurati testimonia damus; quę vera iudicamus, dicimus. Effice si diligis me vt valeas, & vt venias ad nos quamprimum. i. statim, aut primo quoq; tempore firmus, & valens. Ama nos & uale. Q. F. s. meus dicit tibi plurimam salutem.

ASCEN.

ARG. Nauigationis descriptio, & ad curandam valetudinem beneuolentiæ plena cohortatio.

Tullius, & Cicero S. D. Tironi suo. 9

*NOS a te, vt scis, discessimus ad IIII. non. Nou. Leucadem venimus ad VIII. id. Nou. ad VII. Actium. ibi propter tempestatem ad VI. id. morati sumus. id. V. id. Corcyram bellissime nauigauimus. Corcyræ fuimus vsque ad XVI. kal. Dec. tempestatibus retenti. ad XV. Kal. a portu Corcyræorum ad * Cassiopen stadia CXX. processimus. ibi retenti ventis sumus vsque ad IX. Kal. interea, qui cupide profecti sunt, multi naufra-*

de qua Plinius, & Strabo.

gia

*gia fecerunt. nos eo die cenati soluimus. inde, austro lenissimo, cælo sereno, nocte illa, & die postero in Italiam ad Hydruntem ludibundi peruenimus: eodemque vento postridie (id erat ad VII. Kal. Dec.) hora quarta Brundisium venimus. eodemque tempore simul nobiscum in oppidum introijt Terentia, quæ te facit plurimi. Ad V Kal. Dec. seruus Cn. Plancij Brundisij tandem aliquando mihi a te expectatissimas literas reddidit, datas id. Nou. quæ me molestia valde leuarunt; vtinam omnino liberassent. sed tamen * Asclapo medicus plane confirmat, propediē te valentem fore. nunc quidem ego te hortor, vt omnem diligentiam adhibeas ad conualescendum. tuam prudentiam, temperantiam, amorem erga me noui; scio te omnia facturum; vt nobiscum quamprimum sis: sed tamen ita velim, vt ne quid properes. symphoniam * Lysonis vellem vitasses, ne in quartam hebdomadam incideres. sed quando pudori tuo maluisti obsequi, quàm valetudini: reliqua cura. Curio misi, vt medico * honos haberetur, & tibi daret, quod opus esset: me, cui iussisset, curaturum. equum, & mulum Brundisij tibi reliqui. Romæ, vereor, ne ex Kal. Ian. magni tumultus sint. nos agemus omnia modice. Reliquum est, vt te hoc rogem, & a te petam, ne temere nauiges. solent nautæ festinare quæstus sui causa, cautus sis, mi Tiro. mare magnum, & difficile tibi restat. si poteris, cum Mescinio: (caute is solet nauigare) si minus, cum * honesto aliquo homine, cuius auctoritate nauicularius moueatur. in hoc omnem diligentiam si adhibueris, teq; nobis incolumem præstiteris; omnia a te habebo. Etiam atq; etiam noster Tiro vale. Medico, Curio, Lysoni de te scripsi diligentissime. Vale, salue.*

ep. 20. h. l.

ep. 99. l. 13. item 1. & 6. h. l.

de pecunia intellige, nō de honore, & honorarium, præmium honoris causa datum, vide supra. ep. 6.

honesto, hic non ad mores, sed ad dignitatem refertur.

MADAA

RVBAR. Nos a te} Exponit Cicero oēm rationem nauigationis & viæ Brundusium vsq; ex quo die discessit a Tirone. deinde eum hortatur ad curandam valetudinem, postremo, vt sit cautus in nauigando; &, si possit, nauiget cum Mescinio prætore; sin minus, nauiget cū aliquo cuius respectum habeat rector nauis ad nauigandū moderate. {Leucadē} de nominibus horum locorum diximus supra, & in hoc lib. & in alijs. {Hydruntem} oppidum in finibus Italiæ, quod Strab. appellat Vrbiculam. {Ludibundi} ludentes. i. cum voluptate, sine molestia nauigationis. {In oppidum} Brundusium. {Leuauerunt} quia scribebas spem esse de salute, & te factum meliusculum. {Omnino} penitus. {Liberassent} affirmantes te bene validum & firmum factum esse. {Asclapo} qui erat Patrensis, vidimus supra, & medicus, vt in illa epistola, Asclapone Patrensi, medico, vtor valde familiariter. {Prudentiam} in te regendo. {Temperantiam} in victu. {Symphoniam Lysonis} intelligimus Tironem inuitatum esse a Lys. ad aliquos cātus & delectationes musicas, quæ ei obfuerunt. Symphoniam autem posuit pro tota celebritate, quam fecit Lyso, quia & celebritas maxime cantu musico fuisset decorata. {In quartam} hebdomadam} qua esses iam liber a febri, si vitasses, illam symphoniam. {Qñ} qm. {Pudori tuo} .i. qm̄ voluisti potius ob uerecundiam ei obsequi, q̄ consulere valetudini tuæ: nam Tiro, licet ægrotus, non ausus est negare Lysoni. {Cura reliqua} .i. cura saltem ut tunc confirmeris. {Me cui iussisset} sensus coniungitur cum superiori, Misi Curio me, cui, iussisset. s. curare, vt relinquerem tibi equum Brundusij curaturum, vt relinquam: legendum est relinqui, & non relinqui & est ordo Misi Curio, me cui, iussisset, curaturū equum relinqui tibi Brūdusij. i. vt tibi reliquatur. {Ex cal. Ian.} .i. creatione magistratuum, qui cal. Ian. fiūt, vt alio loco diximus. Naso 1. Fast. Ianiq; noui præeunt fasces noua purpura fulget, Et noua conspicuum pondera sentit ebur. {Modice} ne nimium immiscemus nos ijs tumultibus. {Quæstus} lucri. {Difficile} periculosum a Patris ad Italiam vsque. {Honesto} honorifico. {Auctoritate} dignitate. {Moueatur} vt nauiget moderate, & interdum petat portus. {Nauicularius} rector nauis, sicut carucarius rector carucæ, & essedarius rector essedi. Sunt autem caruca, & essedum genera vehiculorum: sed essedum gallicum est, vt sepius diximus. {Omnia a te habebo} .i. in oibus mihi satisfeceris.

AACAN. Nos, &c.} Exponit omnem rationem suæ nauigationis & viæ Brundusium vsq; deinde hortatur ad valetudinē curandam, & vt cautus sit in nauigando cum Mescinio si potest. Ordo est. Nos discessimus a te vt scis. ad iiij. non. Nouemb. nos venimus Leucadem. i. ad eam partem Epiri ad viij. id. Nouemb. & venimus Actium. i. ad illud oppidū seu promontorium Epiri ad vij. s. idus Nouemb. nos morati sumus ibi. Inde nauigauimus bellissime Corcyram ad v. idus. Fuimus Corcyræ vsque ad xvj. cal Decemb retenti tempestatibus. i. ventis aduersis, & processimus ad xlj. cal. Dec. in portum Corcyræorum ad * Cassoden, locus est iuxta portum, stadia centum viginti. Nos retenti ventis fuimus ibisq; ad ix. cal. I. Dec. Interea multi qui profecti sunt. i. discesserunt cupide. i. nimis cito pp cupiditatem, fecerunt naufragia. nos cenati eo die. s. ix. cal Iulium * .s. remuscula nauium. i. discessimus nauigio, inde peruenimus ludibundi. i. assidue ludentes, austro s. vento, lenissimo cœlo super. ente sereno, illa nocte, & die postero in Italiam ad Hydruntem oppidum in finibus Italiæ, quod Strabo appellat Vrbiculam, retinet iā priscum nomen & post paucos adhuc annos a Turcis receptum est, & venimus eodem vento. s. & austro, postridie, (id erat viij. cal. Dec.} hora iiij. Brundusium, oppidum illud cū portu Italiæ. & Terentia. s. vxor, introijt eodem tempore nobiscū in oppidum, quæ. s. Terentia, facit. i. æstimat te plurimi. Seruus Cn. Planci reddidit mihi tandem aliquando ad v. cal. Decemb. omnia repetit tandem aliqñ, ad v. cal. &c. vt desiderij sui vim explicet. Brundusij litteras a te. s. acceptas, expectatissimas. s. mihi datas. s. a te, idib. Nouemb. quæ. s. literæ leuarunt pro leuauerunt. i. deonerauerunt me valde molestia. s. animi: vtinam liberassent me omnino. Sed tā Asclapo medicus confirmat. i. asserit plane te fore propediem valentem. i. fortem & sanum. Quidē .i. certe aut præcipue nunc adhortor te, vt adhibeas omnem diligentiam ad conualescendum. Ego noui prudentiam tuam, temperantiam, & sup. amorem. s. tuum erga me. Scio te facturum, omnia. s. quæ facta oporteat, vt sis q̄ primum. i. valde cito, nobiscum. Velim sup. vt vitasses symphoniam. i. concentum & cetera oblectamenta Lysonis. i. ad quæ Lyso te inuitauit & induxit; ne incideres in quartam hebdomadam. i. quartum septenarium s. dierum a febri numerum, hoc est, vt opinor, in eam febris speciem, quam quartanam vocant, de qua in sequenti epistola. Sed qñ maluisti obsequi pudore tuo, non audendo refragari petitioni Lysonis, q̄ valetudini. s. bonæ, hoc est sospitati: cura reliqua .s. quæ reliqua sunt, ne. s. in grauiorem morbum recidas. Ego misi per epistolam significaui Curio, vt honos haberetur medico & daret tibi quod opus esset. s. habere, & supple misi. i. significaui me curaturum sup. redde cui iussisset. s. reddere. Ego reliqui tibi. i. ad vsum tuum Brundusij, equum, & mulum. s. vt eis in reditu vtaris. Ego vereor, ne magni tumultus. s. ciuiles sint Romæ ex cal. Ian. i ex senatusconsultis quæ tunc fient. Nos agemus omnia modice, ne s. alteri partium inuisi simus. Reliquum est ut rogem te hoc, & petam a te, ne nauiges temere. i. inconsulte Nautę solent festinare. i. ante, quam bona sit tēpestas, soluere, cā quæstus. i. lucri sui. O mi Tiro sis cautus. Mare magnum & difficile restat tibi. s. adhuc nauigandum. Si poteris supple nauigare cum Mescinio. s. quæstore, supple nauiga cum eo, quia is solet nauigare caute. si minus. i. si non poteris, supple nauigare cum eo, nauiga cum aliquo homine honesto, cuius auctoritate nauicularius .i. gubernator naui moueatur. Si tu adhibueris omnem diligentiam in hoc, & feceris te incolumen nobis, ego habebo a te oia .s. quæ peto. O noster Tiro vale etiam atque etiam. Ego scripsi diligentissime de te Medico, Curio, & Lysoni. Vale & salue.

ARG. Rogat, vt præter valetudinem nihil curet; addit de aduentu suo ad vrbem, de statu reip. ciuilibus discordijs perturbato, de triūpho suo, de præfectura Campana.

Tullius, & Cic. Terentia, Tullia, Q. Q. S. D. Tironi. 10

ETsi opportunitatem operæ tuæ omnibus locis desidero: tamen non tam mea, quàm tua causa doleo te non valere. sed quando in quartanam conuersa vis est morbi: sic.n. scribit Curius: spero te, diligentia adhibita, etiam firmiorem fore. modo fac id, quod est humanitatis tuæ, ne quid aliud cures hoc tempore, nisi vtquam commodissime conualescas. non ignoro, quantum ex desiderio labores: sed erunt omnia facilia, si va-

*lebis. festinare te nolo; ne nausea molestiam suscipias æger, periculose hieme nauiges. Ego ad vrbem accessi pridie non. Ian. obuiam mihi sic est proditum, vt nihil fieri potuerit honoratius. sed incidi in ipsam flammam ciuilis discordiæ, vel potius belli: cui cum cuperem mederi, & vt arbitror, possem, cupiditates *certorum hominum, (nam ex vtraque parte sunt, qui pugnare cupiant) impedimento mihi fuerunt. omnino & ipse Cæsar, amicus noster, minaces ad senatum, & acerbas literas miserat; & erat adhuc impudens, qui exercitum, & prouinciam inuito senatu teneret: & Curio meus illũ incitabat. Antonius quidem noster, & Q. Cassius, nulla vi *expulsi, ad Cæsarem cum Curione profecti erant: postea quàm senatus consulibus, prætoribus, tribunis pl. & nobis, qui proconsules, sumus, negotium dederat, vt curaremus, *ne quid resp. detrimenti caperet. nunquàm maiore in periculo ciuitas fuit: nunquam improbi ciues habuerunt paratiorem ducem. omnino ex hac quoq; parte diligentissime comparatur. id fit auctoritate, & studio Pompeij nostri, qui Cæsarem sero cœpit timere. nobis, inter has turbas senatus tamen frequens flagitauit triumphum: sed *Lentulus cos. quo maius suum beneficium faceret, simul atque expedisset, quæ essent necessaria de rep. dixit se relaturum. nos agimus nihil cupide; eoque est nostra pluris auctoritas. Italiæ regiones descriptæ sunt quam quisq; partem *tueretur. nos Capuam sumpsimus. Hæc te scire volui. Tu etiam atque etiam cura vt valeas: literasq; ad me mittas, quotiescunq; habebis, cui des. Etiam atque etiam vale. Datum prid. id. Iann.*

ep. 1. l. 4. & 12. h. l.

vide lib. 8 Cæsaris comm. de bel. c. & pro Deiotaro. quo vno versiculo summa i ciues potesta committebatur. Sallustius in Catil. & Cæsar l. 1. de bel. c. & Phil. 5.

Cruscellus, de quo ep. 4 lib. 8. aduersus Cæsarem. ep. sequenti

MVRAR. ETsi} Primum Cicero Dicit se magis laborare de valetudine Tironis eius causa q̃ sua. deinde cũ hortatur ad ipsam valetudinem curandam, quæ conuersa erat in febrẽ quartanam. postea vero exponit, quemadmodum venit Romam in initiis bellorum ciuilium; & breuiter percurrit, causas, & motum, & apparatũ ipsorum bellorum: postremo triũphum sibi a senatu postulatum esse, dilatumq; cã Lentuli consulis, se autem nõ instanter petere, ex quo magnã se adeptum auctoritatem modestiæ suæ, & in descriptione regionũ Italiæ, quę assignatæ essent vnicuiq; defendẽdæ, se elegisse sibi Capuã. {Opportunitatem} vtilitatem & commoditatem. {Vis} magnitudo furor. {Etiã firmiorem} quia quartanæ, licet diuturnæ sint, non tñ periculosę sunt. {Ex desiderio nostro} quia nobis absis. {Molestiam nauseæ} commotionis stomachi. & vomitus, quæ solet fieri pp nauigationem. {Proditũ} exitũ a ciuibus R. {Flammã} incendium. {Vel potius belli} quia iã erant arma parata. {Mederi} remedium afferre. {Ea vtraq;} Cæs & Põp. {Amicus noster} qui erat amicus noster. {Minaces} quia non decernebantur sibi quę ipse petebat: quæ videbuntur partim in sequenti epistola & non referamus nunc histor. ã, scribũt Plut. in vita Cæs. Appian. lib. 2. Suet. Tranquillus in vita Cęs. {Exercitum} quẽ videbatur deponere. {Prouinciam} Galliã. {Curio} tribunus pl. qui cũ esset primum Cæs. inimicissimus, vt alio loco diximus, grandi ære alieno pressus a Cæs. liberatus, & pecunia adiutus ei amicissim* factus est. {Antonius & Q. Cas.} trib. pl. {Nulla} vi expulsi} at qui contra Appianus, sic inquit: Cõsules Marcellus & Lentulus Ant. & Cassiũ senatu ea cedere imperant, ne in tribunatu assidẽtes quidq̃ acerbius ab vllo patiãtur. eã ob rẽ. Ant. è tribunali iratus discedit, &c. {Profecti erant} rauẽnam. {Cõsulibus} C. Mar. & Lent. erat autem is C. Marcellus, quẽ præcedenti libro consulem factum suis se gratulatus fuerat Cic. non frater germanus sed frater patruelis. i. consanguineus M. Marcelli qui superiore, anno consul fuerat. {Ne quid d} verba, quibus vtebatur senatus etant ad consulendum vtilitati reip. {Paratiorem ducem} q̃ nũc est Cęs. q. d. furiosiorem q̃ vnquam fuerat Catil. {Ex hac parte} reip. {Sero} quia semper putabit nihil sibi aut reip. ab eo noceri posse. {Nobis} i. pro nobis. {Triumphum} de rebus gestis in Cilicia. {Suum benẽficium} erga me. {Maius mihi} carius & optatius, qm cito data vilescunt. {Simul atq;} postq̃. {Relaturum} de triumpho mihi decernendo. {Nihil cupide agimus} nõ ostendo me valde cupidum huius triumphi. {Descriptæ} assignatæ. {Capuam} ciuitatem Italiæ.

ASCEN. ETsi, &c.} Primũ dicit se magis laborare de valetudine Tironis eius causa q̃ sua deinde iterum hortatur ad curandam valetudinem, quæ in febrem quartanam conuersa erat. postea dicit se ostendisse bella ciuilia Romę, triumphumq; suum dilatum cã Lentuli cos. Ordo est. Etsi. i. q̃q̃ ego desidero in omnibus locis opportunitatem. i. cõmoditatem tẽpestiuam operæ. i. operationis diligentis tuæ: tñ doleo non tam. i. tantopere causa mea, q̃. i. quantopere causa tua. Sed qñ. i. qm vis. i. violentia morbi conuersa est in quartanam. s. febrẽ, {sic. n. Curius scribit} spero diligentia erit adhibita. i. poq̃ diligentia erit adhibita te fore. i. futurum ẽt firmiorem. modo. i. solũmodo fac, qđ est humanitatis tuæ. i. quod pertinet ad humanitatem, tuam, qua te & me prosequeris, videtur. n. sibi non parcens in se inhumanus, vt Menedemus ille Terentianus seipsum crucians, hoc est ne cures hoc tempore aliud, nisi vt conualescas q̃ commodissime. Non ignoro quantum labores. i labore, & molestia afficiaris ex desiderio. i. quia quantum desideres mihi inseruire: sed omnia erũt facilia. s. toleratu, si valebis. i. sanus & firmus eris. Nolo te festinare. i. vt festines, ne æger suscipias molestiam nauseæ. s. ex qua matica, & nauiges periculose hieme. i. tpe hiemali. Ego accessi ad vrbem. s. Romam prid. non. Ian. Proditum est obuiam mihi sic, vt nihil potuerit fieri honoratius. Sed incidi in ipsam flammã. i. apertissimum incẽdium discordiæ ciuilis, vel potius belli: cui cuperem mederi. i remediũ afferre, & vt arbitror, possem. s. mederi, cupiditates certorũ hominum (nã sunt ea vtraque parte qui cupiant pugnare) fuerũ mihi impedimento. Et ipse Cæsar amicus noster miserat minaces literas ad senatum, & erat adhuc, impudẽs. i. sine verecundia, & pudore, qui teneret exercitum & prouinciam senatu inuito: & Curio meus s. amicus incitabat illum. s. Cæsarem. Antonius quidem noster & Cassius profecti erant. s. cum hæc scriberem, ad Cæs. cum Curione, nulla vi expulsi. q. d propria sponte. Posteaq̃ senatus dederat consulibus, prætoribus, trib. pl & nobis, qui sumus proconsules, negotium, vt curaremus, ne resp. caperet. quid. i aliquid detrimenti: ciuitas nunq̃ fuit maiore periculo. Ciues improbi. i. improbandi quia contra remp. sentientes, nunq̃ habuerunt omnino ducẽ paratiorem. s. q̃ nunc sit Cæsar. Cõparatur. s. exercitus. i. acquiritur quoq;. i. etiam, ex parte. s. nostra, & reip. Id fit auctoritate, & studio Pompeii nostri, qui cœpit timere Cæs. sero. i. nimis tarde. Senatus, sup. quamuis inter has turbas. s. cogeretur, tamen frequens flagitauit. i. exegit nobis triumphum. Sed Lentulus cõsul quo. i. vt faceret beneficium maius. i. auctius, quia difficilius ad quæsitum, dixit se relaturum. i. cõsulturum, de triumpho nostro simul atque. i statim postq̃ expedisset ea, quæ essent necessaria de rep. Nos. nihil agimus cupide; & eo i. tãto aut propterea auctoritas est. i æstimatur pluris. Regiones Italię sunt descriptæ, q̃ partem quisq; tueretur. i. defenderet. Nos sumpsimus Capuam. s. tuendam. Ego nolui te scire hæc. Tu cura ẽt atq; etiam vt valeas & mittas literas ad me quotiescunq; habebis, cui des Vale etiam atq; etiam, id est, iterum atque iterum. Datum pridie Idus. i. die qui præcessit Id. Ian.

ARG. Deplorat statum reip. & initia bellorum ciuilium exponit, tum suam in Tironem beneuolentiam significat.

TVLLIVS S. D. TIRONI SVO. 12.

*QVO in discrimine versetur salus mea, et bonorum omnium, atque vniuersæ reip. ex eo scire potes, quod domos nostras, & patriam ipsam vel *diripiendam, vel inflammandã reliquimus. in eũ locũ res deducta est, vt, nisi quis deus, vel casus aliquis subuenerit, salui esse nequeamus. equidem, vt veni ad vrbem, non destiti omnia et sentire, et dicere, & facere, quæ ad concordiam pertinerent: sed mirus inuaserat furor non solum improbis, sed etiam his, qui boni habentur, vt pugnare cuperẽt, me clamante nihil esse bello ciuili miserius itaque, cum Cæsar amentia quadam raperetur; &, oblitus nominis, atque honorum suorum, Ariminum, Pisaurum Anconã Arretium occupasset: vrbem *reliquimus; quã sapienter aut quàm fortiter, nihil attinet disputare. quo quidem in casu simus, vides. feruntur omnino conditiones ab illo,*

ep. 1. lib. 4.

hoc sæpe in Põpeio reprehẽdit in ep. ad Att.

vt

vt Pompeius eat in Hispaniam: delectus qui sunt habiti, & præsidia nostra dimittantur: se vlteriorem Galliã Domitio, citeriorem Considio Noniano (his.n. obtigerunt) traditurum: ad consulatus petitionem se venturum: neq; se iam velle absente se rationẽ haberi sui: se præsentẽ trinũdinum petiturum. accepimus conditiones, sed ita. vt remoueat præsidia ex his locis, quæ occupauit; vt sine metu de his ipsis conditionibus Romæ senatus haberi possit. id ille si fecerit, spes est pacis, non honestæ, (leges.n. imponuntur) sed quiduis est melius, quàm sic esse, vt sumus. sin autem ille suis conditionibus stare noluerit; bellum paratum est eiusmodi tamen, quod ille sustinere non possit, præsertim cum a suis conditionibus ipse fugerit: tantummodo vt eum intercludamus, ne ad vrbem possit accedere quod sperabamus fieri posse. delectus.n. magnos habebamus: putabamus illum metuere, si ad vrbem ire cœpisset, ne Gallias amitteret, quas ambas habet inimicissimas, præter * transpadanos. ex Hispaniaq; sex legiones, & magna auxilia, Afranio, & Petreio ducibus, habet a tergo, videtur. si insanit. posse opprimi, modo vt vrbe salua. maximam autem plagam accepit, quod is, qui summã auctoritatem in illius exercitu habebat, T. Labienus, socius sceleris esse noluit, reliquit illum, & nobiscum est: multiq; idem facturi esse dicuntur. Ego adhuc ora maritimæ præsum a Formijs. nullum maius * negotium suscipere volui, quo plus apud illum meæ literę, cohortationesq; ad pacem valerent. sin autem erit bellum, video me castris, certis legionibus præfuturum. Habeo etiam illam molestiam, quòd Dolabella * noster apud Cæsarem est. Hæc tibi nota esse volui: quæ, caue, te perturbent, & impediant valetudinem tuam. Ego A. Varroni, quem cum amantissimum mei cognoui, tum etiam valde tui studiosum diligentissime te commendaui, ut & valetudinis tuæ rationem haberet, & nauigationis; & totum te susciperet, ac tueretur. quem omnia facturum confido: recepit.n. & mecum locutus est suauissime. Tu quando eo tempore mecum esse non potuisti, quo ego maxime operam, & fidelitatem desideraui tuam caue festines. aut committas, vt aut æger, aut hieme nauiges. nunquam sero te venisse putabo, si saluus veneris. adhuc neminem videram, qui te postea vidisset, quàm M. Volusius, a quo tuas literas accepi. quod non mirabar. neque.n. meas puto ad te literas tanta hieme perferri. Sed da operã, vt valeas: & si valebis, cũ recte nauigari poterit. tũ nauiges. Cicero meus in Formiano erat Terẽtia, et Tullia Romæ Cura vt valeas. IIII. kal. Feb. Capua.*

quod ei lege permissum, erat, ipso Pōpeio consule pugnā ee. ep. 5. l. 6.

quibus esẽ antea ius Latij Pompeius Strabo cōsul dedisses, postea Cæsar & ædilis, et cōsul de cōmunicanda ijs ciuitate, laborauit. quod postremo dictator effecit. Suet. ep. 30. l. 7. ad Att. gener. ep. 16. l. 2.

NVBAR.

QVo in discrimine} Hac epistola longe plenius, q̃ precedenti exposuit Cic. bellorũ ciuilium cã & tumultũ, & pericula, deinde cõsilia, & sententiã suam de ijs bellis rogatq; Tironẽ, ne molestiã vllã capiat de ijs rebus, ne impediant eius valetudinem, q̃ hortatur vt diligenter curet. monetq; eũ postremo, q̃do nauigare debeat. Nulla ferè difficultas est in verbis. {Discrimine} pẽculo. {Diripiẽdam} vertendam in prædã. {Reliquimus} quia fugimus Capuã. vbi fuot Pōp. exercitus. {In eũ locũ} in talẽ statũ. {Vt veni} postq̃ veni. {Oia sentire & dicere} hoc etiã testatur Appian. Cic. de concordia egisse. {His} qui boni viri hñt. notat cõsules, qui contradicebãt oibus quæ Cic. cõsulebat. {Ariminũ, Pisaurum} vrbes fuot Senonũ in Italia iuxta sinũ Adriaticum. Has aũt vrbes primũ occupauit Cæsar. Luc. Vicinumq; minax inuadit Ariminũ. & Suet. Picenũ, Vmbriã, Etruriã occupauit rationẽ aũt affert Appian. cũ de Octauiano loquit, quia inde erat facilis incursus & inuasio. & Strab. lib. 5. cũ dicit, Hãnibalem vsum esse hac via. {Quàm sapiẽter}.s. reliquerimus. {Nihil attinet disputare} quia constat, & timide, & stulte nos fecisse: sed vt inquit Luc. Danda tñ venia est tantorũ danda malorũ Pōp. fugiente timent. {Eat in Hispaniam} q̃ erat sortitus eo anno, {Dimittantur} ne habeamus milites in Italia. {Obtingerunt} sorte euenerunt. {His} Domitio & Cõsidio. {Se traditurum Domitio} si oã L. Dom. Cęsari successor noiatus fuerat. & is Domitius est quẽ postea Cęs. Corfinij in deditionẽ accepit atq; demisit. {Se venturũ} Romã ad comitia cõsularia. {Trinundinũ} nũdine dies erat s̃m Festũ feriarũ, quo populus ad vrbẽ mercandi cã cõueniebat. Macr. in Satur. negat nũdinas fuisse ferias, sed Romanos instituisse nũdinas, ut octo quidẽ diebus in in agris rustici opus facerent. nono aũt intermisso rurẽ ad mercatum legesq; accipiendas Romã venirent: vt scita atq; cõsulta frequẽtiore populo referẽtur, quæ trinũdino die p̃posita a singulis atq; vniuersis facile noscebãtur. vnde & mos tractus, ut leges trinundino die promulgarentur. ea re & candidatis vsus fuit, in comitium nũdinis venire, & in colle cõsistere, vnde corã possent ab vniuersis videri sed hæc oia negligentius & haberi cœpta, & post abolita, postq̃ trinundino & ob multitudinẽ plebis frequẽtes adesse cœperunt. Hæc Macr. significat aũt trinũdinum aliud esse q̃ nundinas licet aperte non declaret quid sit: puto aũt esse triũ dierũ spatiũ ad habenda comitia creandorum magistratuũ cã, vt Verba Macr. suprapositа significant, & Liu. lib. 3 Postq̃ vero comitia decemuiris creandis in trinundinũ indicta sunt. Laurent. tñ Valla legit trinum nundinum, qđ minus probo Quidam & accipiunt non pro spatio trium dierum, sed pro loco, q̄ tribus in locis vno die fierent comitia: probo tñ magis priorẽ sensum. {Ex his locis} Arimino, Pisauro, &c. {Non honestæ} quia videmur ei parere, cui deberemus imperare. {Leges imponuntur} nobis a Cæs. & est ratio, quare pax non sit honesta. {Quiduis} quodlibet etiam minus honestũ. {Sicut sumus} in tanta perturbatione rerũ & metu. {Instare suis conditionibus}.i. si noluerit seruare cõditiones quas fecisti, vt supra vidimus, & quas nos accepimus. {Sustinere} tueri {Suis} quas ipse proposuit nobis, non aũt nos ei. {Intercludamus} impediamus opponendo exercitus. {Delectus} factus in Italia {Gallias} vlteriorẽ & citeriorẽ. {Transpadanos} qui trãspadum incolunt in Gallia Cisalpina. {Sex legiones habet} non suas, sed sibi inimicissimas & aduersarias. has legiones postea Cæs. appellatis partibus de rep. inuasit. ijs aũt præerant Petreius, Afranius, & M. Varro. {Si insaniet} si quid insane & furiose fecerit contra ea, quę nobiscum pactus est. {A tergo} a posteriori parte. s. a legionibus, quæ sunt in Hispania a tergo aũt a latere, & a fronte vocabula, sunt cõmode ad exercitũ translata. Maximã plagam} maximũ damnum. translatio a corpore, qđ plaga.i. pcussione debilitari solet. {Labienus} is vnus est ex ducib⁹ Cæs. in bello. postq̃ vidit Cæs. mouisse bellũ aduersus patriã eum reliquit & ad Pomp. trãsiuit {Sceleris} impij & scelerati belli ciuili Luc. Iusq; datum sceleri caminus {Multi} ex ducibus & militibus Cæs. {Facturi} idẽ quod fecit Labienus. {Oræ maritimæ} regioni vicinę mari. {A Formiis} vrbe Cãpanię.i. usq; a Formiis. {Quo} quare. {Plus ual } quia plus optemperauit meis exhortationibus, quia uidit me non suscepisse aliud maius negotiũ contra se, q̃ ut seruarem illam regionem, cui præeram {Certis} quibusdam. {Præfuturũ} facient.n. me ducem quarundam legionum. {Noster} & gener, & amicus. {Impediant} molestiæ.n. & solicitudines solent uel impedire ualetudinẽ, uel interdum renouare morbũ. {A. Varroni} is erat Patris ubi ægrotabat Tiro. {Totum te}.i. oia quæ ad te pertinẽt. {Recepit} promisit {Eo tẽpore} quo primũ Romam adueni, & de triũpho mihi decernẽdo agebã, in quo potuisses mihi pdesse. {Caue festines} caue ne propertes omnino. nam caue negationem habet sensũ in se inclusam. {Cõmittas} ne facias hoc ut nauiges æger, &c. est aũt interdũ cõmittere facere cũ errore & reprehẽsione: ut non cõmittã, ut me decipias. {Saluus} incolumis {Quod} neminẽ te uidisse post M. Volusiũ. {Tanta hyeme} uel tẽpestate maris, uel & tpe hyemis, q̄ difficillima est nauigatio. Iuuen. Mense quidẽ brumæ cũ iam mercator Iason Clausus, & armatis obstat casa candida nautis Grandia tolluntur crystallina. {Recte} cõmode & tuto {In Formiano} in agro Formiano. {Romæ} erant, cũ scripsi has literas.

ASCEN.

QVo, &c } Exponit bellorum ciuilium, seminaria, dicẽs, Tu potes scire in quo discrimine salus mea & omniũ bonorum, atque uniuersæ reisp. uersetur, ex eo q̄ reliquimus domos nostras, & patriam ipsam uel diripiendam uel inflammandam aduentante .n. Cæsare omnes, fugerunt Res est deducta in eum, locum, ut nisi quis.i. aliquis deus uel casus aliquis subuenerit, nequeamus esse salui. Equidem.i. ego quidem, ut ueni ad urbem.s. ex prouincia, non destiti & sentire & dicere, & facere oia, quæ petinerent ad concordiam.s. Cæsaris, & Pōp .u. Sed mir⁹ furor inuaserat.s. præcordia ant lege. inserat, nõ solũ improbis, sed & iis qui hñr, boni, ut cuperẽt pugna

re me, clamante nihil esse miserius bello ciuili. Itaq; cū Cęsar rapceretur quadam amentia; & oblitus nominis atq; bonorū suorū, occupasset Ariminū, Pisaurum, Anconā, Aretium, nos reliquimus vrbem. s. Romam; q̄. i. quantum sapienter aut q̄ fortiter. nihil attinet disputare. i. discutere. Quo quidem, &c. Ordo est. Quidem. i. certe, (est tñ expletiua coniunctio plus ad ornatum q̄ ad sententiam faciens) tu vides. i. intelligis, in quo casu nos simus. Cōditiones. s. pacis feruntur oīno ab illo. s. Cæsare, ut Pōp. eat. s. cū imperio in Hispaniā: & sup. delectus. i. militum nouorū scriptiones qui sunt habiti. i. quæ iam sunt factæ, & præsidia nostra. i. quę imposuimus vrbibus contra Cæs. dimittantur, & sup. offert, se traditurum Domitio Galliam ulteriorē. i. remotiorē ab Italia, & sup. Considio Noniano Galliā, citeriorē. i. uiciniorē, & quæ citra alpes est (enim. i quia sup. dictæ prouinciæ obtigerūt. s. sorte his. s. duobus Domitio & Considio) & sup. se uenturum ad petitionem consulatus: neq;. i. & non, & sup. dixit se non uelle rationē. i. primum respectū sui. i. de se aut in se haberi se iam absente; & sup. dixit aut obtulit se præsentem petiturū trinumdinū. i. spatium triumdierum pro nundinis. i. dicēdis & i. nunciandis nouis seu legibus seu festis populo ex agro in urbem conuocato. Nos accepimus conditiones) s. oblatas a Cæsare, sed ita, ut remoueat præsidia. i. armatos milites ad custodiam locorū fortium impositos, ex his locis quæ occupauit; ut senatus possit haberi Romæ de iis ipsis conditionibus. Si ille s. Cæsar fecerit id. i. amouerit p̄sidia, spes est pacis. Non. n. leges. i. conditiones pacis honestæ. i. senatui honorifice imponuntur. s. a Cæsare quasi iam tunc domino, sed quid vis est melius. i quælibet cōditio est melior q̄ esse sicut sumus. Sin aūt, i. sed si, ille. s. Cęsar noluerit instare. i. inniti conditionibus suis. s. nō aliter admittendo pacē; bellum est paratū, tñ eiusmodi. i. tale aut tam magnum contra Cæsarē, qd̄. i. quale aut quantum sup. Cæsar non possit sustinere, pręsertim cum ipse fugerit. i. meticulose discesserit a cōditionibus suis tñmodo. i. eo solo dato: vt intercludamus eū. i. ei facultatē pręripiamus ne possit accedere ad vrbem. qd̄ sperabamus posse fieri. habebamus. n. delectus magnos, & putabamus illū metuere, si cępisset ire ad vrbe. s. Romā, ne amitteret Gallias. s. vlteriorē, & citeriorē quas ambas habet munitissimas. s. præsidiis suis, præter trāspadanos. s. eos Gallos qui trans padū incolunt. Et sex legiones. s. Romanorū, & magna auxilia. s. sociorū, vūt haberi a tergo. s. Cæsaris. i. vt instēt illi a tergo e a Hispania, Afranio, & Petreio ducibus. quos tñ Cæsar ad deditionē cōpulit si sup. Cæsar insaniet. i. temere oia audebit, sup. vr posse opprimi, modo. i. dū modo id fiat vrbe. s. salua. Aūt. i. sed Cæsar sup. accepit maximā plagam. i. maximū incōmodum, q̄ is videlicet Titus Labienus, qui habebā summā auctoritatem in exercitu illius, noluit esse socius sceleris eius. s. in patriam incepti, sed sup. reliquit illum, & est nobiscum, & multi. s. alij boni viri, dñr facturi esse idem. i. relicturi illum. Ego præsum. i. protectioni sum adhuc oræ maritimæ. i. regioni ad mare iacenti, a Formiis. nullū. i. non vllum, non volui suscipere vllum negotium maius, quo. i. ut literæ & cohortationes meæ ad pacē valerent plus apud illū. i. Cæs. Sin aūt. i. sed si bellum erit, ego video me præfuturū castris & certis. i. quibusdā legionibus. Ego habeo ēt illam molestiam. i. cruciatū ai, q̄ Dolab noster, quia gener Cic est apud Cæs. Ego nolui hæc esse nota tibi: quæ caue ne perturbent te, & impediant valetudinem tuam. Ego cōmendaui te diligentissime A. Varroni. s. Patris agenti, quem cognoui cū. s. ita sit q̄ amantissimum mei, tū, etiam valde studiosum, tui. i. tibi optime volentem, vt haberet rationem, & i. simul valetudinis tuæ, & nauigationis, & susciperet. i. in custodiā suā assumeret ac tueretur te totū: quem ego cōfido, facturum oia. n. i quia ipse recepit. i. promisit & locutus est mecum suauissime. Tu qñ. i. qm̄ non potuisti esse mecū eo tpe, quo ego desideraui maxime operam. i. diligentem laborem & fidelitatem tuam, caue supp. ne festines, aut cōmittas, ut nauiges, aut æger, aut hieme. Ego nunq̄ putabo te venisse sero. i. nimis tarde, si veneris saluus. Ego neminem videram adhuc s. cum hæc scriberē, qui vidisset te, posteaq̄ M. Volusius sup. vidit te, a quo accepi literas tuas. quod non mirabar. Neque. n. puto meas literas perferri. i. ad finem vsque ferri ad te tanta hieme. i. tempestate procellosa durante. Sed da operam vt valeas: &, si ualebis. i. sanus eris, nauiges tum. i. tūc cum. i. quando poterit nauigari recte. i. sine periculo. Cic. meus s. filius erat. s. cum has scriberem, in Formiano. s. villa nostra Formiana; Terentia. s. vxor, & Tullia s. filia sup. erant Romę. Cura vt valeas. Datum sup. è Capua IIII. Cal. Febr.

ARG. Narrat, quàm periculosum sit Tironi post morbum in viā se dare; exigitq; solitam eius operam in studijs.

TVLLIVS S. D. TIRONI 12

*EGO vero cupio te ad me venire: sed viam timeo grauissime ægrotasti: inedia, & purgationibus, et vi ipsius morbi consumptus es. graues solent offensiones esse ex grauibus morbis, si quæ culpa cōmissa est. iam ad id biduum, quod fueris in via, dum in Cumanum venis accedent continuo ad reditum dies quinq;. ego in Formiano ad III. kal. esse volo. ibi te vt firmum offendem, me Tiro, effice. literulæ meæ. siue nostræ, tui desiderio oblanguerunt. hac tamē epistola, quam Acastus attulit, oculos paulum sustulerūt. Pōpeius erat apud me, cū hæc scribebā hilare, et libenter ei cuti audire nostra, dixi, sine te omnia mea muta esse. tu, musis nostris, para, ut operas reddas * nostra ad diē dictam fiūt. docui. n. te, fides ἔτυμος quod haberet. Fac plane ut ualeas: nos ad summū. Vale. XIIII. kal.* promissum manumissionē intelligit ep. 34. h. l. H V A A A.

EGo vero) Scripserat Tiro se uenturū ad Ciceronē, si ipse uellet: itaq; rescribit Cic. se cupidū esse, vt Tiro ad se uenisset; sed timere, ne ex uis pericliteture. quia oīa, quæ malo regimine fiūt ab iis, qui grauiter ægrotauerūt, periculosa sunt. deinde facit eū certiorē se fore in Formiano: dicitq; se Pōpeio dixisse oia sua muta esse sine Tirone. (Vero) pōt esse & expletiua & affirmatiua particula (Viā) periculū uię. (Grauissime) uehemētissime, periculosissime. (Cōsumptus) debilitatus. (Inedia) fame. sed fames sp est cū apetitu edendi, Inedia uero ēt sine apetitu, ut in ægrotis. unde melius inedia dicetur abstinētia uel impotentia comedendi. i. non comestio. (Purgationibus) quæ medicinis fiunt. (Vt) magnitudine. (Offensiones) nocumēta. (Si qua culpa commissa est) si quid est factū pręter ordinē & regulam medicorū. (Iā ad id) ex his uerbis intelligimus Tironē fuisse iā in Italia, cū hæc epistola scripta est. (Biduū) spatium duorū dierū. (Accedent dies v. ad reditū) puto hoc uelle dicere, q̄ q̄a sit debilitatus, quinq; dies cōsumet in redeundo. (Id) iter, qd̄ inueniēdo duobus diebus confecerit. (In cumanū) ad me. (Offendā) inueniam. (Siue nostræ) correctio, q̄a habebat Cic. Tironē adiutorē studiorum suorū. (Oblanguerunt debilitatæ sunt, sumptū ab ęgrotantibus, q̄ languere dñr (Sustulerunt oculos) perseuerauit in translatione, nā sō ēt ægrotantes oculos multū tenere demissos uel clausos. dicit igitur literas suas recreatas epistolas Tironis, ab Acasto allata eleuasse aliquantulū oculos, & quodāmodo respirasse, (Apud me) domi meæ (Nostra) res nostras. (Muta esse) tacita. i. me nescire loqui, & aliquid dicere sine te. (Reddas operas) restituas operas intermissas. i. ut reuertaris ad musas nostras. (Nostra dicta) nostra promissa. (Ad diem) q̄ constitui. quæ aūt essent hæc promissa, non facile intelligi pōt quidā dicunt fuisse promissiones libertatis, sed puto eum iā fuisse liberum, cū hæc scripta sunt, licet inferius sit epistola Q. fratris ad Cic. gratulatoria de libertate Tironis hæc aūt promissa puto fuisse de aliqua pecunia ei donanda pro emptione fundi, quē infra a Tirone emptum videbimus (ἔτοιμος) promptū. (Nos ad summum) s. valeamus. i. optime, vt nō possemus melius ualere.

EGo, &c) Scripserat Tiro se uenturū, modo Cic. id cuperet ad qd̄ rñdet. Ego uero. i. ueraciter, cupio te uenire ad me sed timeo uiā. i. onera uię. tu ægrotasti grauissime, cōsumptus. i. exhaustus ex inedia. i abstinentia a cibo, & purgationibus, & ui ipsius morbi. offensiones ex grauibus morbis. i. post graues morbos, solent esse graues, si qua. i aliqua culpa cōmissa est. s. post morbum dies quinque accedent iam continuo ad reditum. i. priusq̄ redieris ab id biduum, quod fueris in via, dum i. donec ueneris. i. potueris uenire, in Cumanum. i. in uillam Cumanam. Ego uolo esse in Formiano, sup. usque ad 3. Cal. s. sequētis mensis. efficere n mi Tiro, ut offendam. i. inueniam te ibi firmum. i. ualentem. Literulæ meæ, siue nostræ. i. cōia studia, oblanguerunt desiderio tui; tñ sustulerunt. i. erexerunt paululū oculos hac epistola, quam Acastus attulit. Pōpeius erat apud me cum scribebam hæc ego dixi ei cupienti hilare, & libenter audire nostra s. scripta. omnia mea esse muta sine te para ut reddas musis nostris operas. i. solitas lucubrationes. Nostra dicta. i promissa, fient ad diem. s. statutum, docui. n te qd̄ ἔτυμον. i. interpretamētum ueræ significationis haberet fides. de qua in primo offic. dr, quod fiat dictum. non ergo legendū ἔτοιμον. Fac ut ualeas plane. i. plene. Nos, supple valemus ad summū. i. optimā ualetudinem. ASCAN.

Tullius

TVLLIVS S. D. TIRONI. 13

*AEGYPTA ad me venit prid. id. Apr. is etsi mihi nuntiauit te plane febri carere et belle habere: tamen, quòd negavit te potuisse ad me scribere, curam mihi attulit & eo magis, quòd Hermia, quem eodem die venire oportuerat, nō venerat incredibili sum solicitudine de tua valetudine: qua si me liberaris ego te omni cura *liberabo. Plura scriberem si iā putarem libenter te legere posse. ingeniū tuum, quod ego maximi facio, confer ad te mihi, tibiq; conseruandum. cura te etiam atq; etiam diligenter. Vale. Scripta iam epistola, Hermia venit. accepi tuam epistolam vacillantibus literulis: nec mirum tam graui morbo. Ego ad te Aegyptam misi, quòd nec inhumanus est, & te visus est mihi diligere: vt is tecum esset; & cum eo coquum, quo vterere. Iterum vale.*

.i. manumissū te. ep. 22. & 24. h. l.

MVRAR. AEgypta} Dicit Cic. q̄ licet ab Aegypta intellexerit Tironē carere febri. tñ, quia intellexit eū non potuisse scribere, fuit vehementer solicitus de eius valetudine. hortatur aūt eū, vt ingenium suum totū conferat ad se confirmandū. deinde dicit se accepisse ab eo epistolā, literis vacillātibus scriptā qd̄ non miratur: quia scit eum nondū posse hr̄e manum firmam p̄p morbum. } Aegypta } proprium nomen serui. } Plane } oīno. } Quòd } q.a. } Hermia } propriū nomen serui } Quē oportuerat venire } qui debuerat venire. } Eodē die } quo Aegypta venit. quē existimabā non venisse, quia p̄p aliquē casum iuū esset retardatus } Qua sol. } si me liberalis, vt te firmū reddas. } Omni cura } de eo qd̄ tibi promisi. } Libēter } egrotis. n. morbo debilitatis multitudo verborū solet esse molesta. } Scripta } hęc particula addita est post finē epistolæ vt patet, q.a his scriptis venerat Hermia. q. attulerat literas a Tirone, sed male scriptas manu p̄p debilitatē morbi vacillāte. } Vacillantibus } nō firmiter neq; æqualiter scriptis. } Nec mirum } literas tuas fuisse vacillantes. } Inhumanus } durus in seruiendo. } Quo vterere } quē haberes ad vsum tuū.

ASCEN. AEgypta, &c. } Dicit se intellexisse Tironē conualuisse, sed. quia nihil scripsit deterius suspicati. Ordo est. Aegypta, propriū est serui, venit ad me pridie. i. die præcedēte Id. Apr Is etsi nuntiauit mihi te carere. i. liberum esse plane. i. oino, febri, & hr̄e belle. i. meliuscule: tñ attulit mihi curā. i. solicitudinē, q̄ te negauit te potuisse scribere ad me, & eo. i. tāto magis. s. attulit curā q̄ Hermia non venerat, quē oportuerat venire eodē die. Ego sum incredibili solicitudine de valetudine tua: quasi liberaris pro liberaueris me, ego liberabo te omni cura. Ego scriberē plura, si putarem te posse legere libēter. Cōfer. i. applica ingenium tuum, quod ego facio. i. existimo maximi, ad te conseruandum mihi & tibi. Cura te etiā atq; etiam diligenter. *Epistola iam scripta, Hermia venit accepi. s. ab eo epistolā tuā literulis vacillantibus. i. more vacillantis extra tramitē rectum scriptis: nec mirū, sup. scripsisse correptū iā graui morbo. Ego misi ad te Aegyptam. s. seruum, q̄. s. quia ipse nec inhumanus, & visus est mihi diligere te: vt is esset tecum; & misi sup. cum eo coquum, quo vterere. s. vt posses.

In aliis hęc desiderātur vide lector, quam diffe rat nostra correctio ab aliis sexcēta huiusmo di loca emēdauimus.

ARG. Tirone ægrotante, literarum suauitatē, & fructu se carere dicit. eumq; rogat, ut omnem curā ad conualescendum adhibeat.

TVLLIVS S. D. TIRONI. 14

*ANdricus postridie ad me venit, quàm expectarā. itaq; habui noctem plenam timoribus, ac miserijs. Tuis literis nihilo sum factus certior, quo modo te habere: sed tamen sum recreatus, ego omni delectatione literisq; omnibus careo: quas ante, quàm te videro attingere non possum. *Medico mercedis quantum poscet promitti iubeto. id scripsi ad* Mumium. Audio te animo angi, & medicum dicere, ex eo te laborare. si me diligi, excita ex somno tuas literas humanitatemq; propter quam mihi es carissimus. nūc opus est te animo valere, ut corpore possis. id cū tua, tū mea causa facias a te peto. Acastū retine, quo cōmodius tibi ministretur. cōserua te mihi dies. *promissorum adest quem etiam * representabo, si aduencris. Etiam atque etiam vale. III. id. hora III.*

Asclaponi. ep. 20. l. 13. vide epist. 17. l. 13.

vide ep. 12. h. l. manumissū te etiā ante promissam diem.

MVRAR. ANdricus} Quidquid hac epistola dicit Cic. significat solicitudinem suam de valetudine Tironis: quē hortatur vt curet valere, & retineat Acastū seruum apud se. } Andricus } seruus } Venit } a te. } Noctem } quia timui eum retardatum esse p̄p aliquem morbum tuum. Miseris } solicitudinibus. } Nihilo } pro nihil. } Quas } literas } Poscet } postulabit. } Ex eo } q̄ aio angeris. } Laborare } egrotare. } Excita ex somno literas tuas }. i. fac vt literæ, tuæ, quæ sopitę fuerūt hactenus p̄p morbum, iā excitentur tanq̄ a somno. } Humanitatē } doctrinam } Vt corpore possis. s. valere } Aio valere }. i. letū esse, & nulla cura affici. } Ministretur } inseruiatur. } Promissorū } quæ tibi feci. } Quē } diē. } Repsentabo } effectu ostēdā, q.a præstabo promissa.

ASCEN. ANdricus, &c } Amatorie scribit solicitudinem suam de Tirone, dicens, Andricus, nomen est serui forte ex Andro, vt Aegypta ex Aegypto. venit ad me postridie. i. die posteriore, q̄ expectaram. i. expectaueram. Itaq; habui noctē plenam timoribus ac miseriis. Tum. i. insuper, nihilo. i. nullo factus sum certior literis. s. quas attulit, quō haberes te: sed tñ sum recreatus. Ego careo oi delectatione, & literis omnibus quas non possum attingere anteq̄ videro te. Iubero. s. tm̄ mercedis promitti. s. ab amicis nostris medico quantū poscit. Ego scripsi ad Mumiū id. i. ut id faciat. Audio te angi. i. torqueri aio, & medicū dicere, te laborare. i. q̄ labores ex eo. s. q̄ angeris aio. Si diligis me, excita literas tuas. i. præcepta philosophica de tolerādis aduersis ex somno. i. sopore obliuionis, & humanitatē. s. tuam p̄p quā tu es carissimus mihi. Opus est nunc te valere animo, vt possis. s. valere corpore. Peto a te, facias id. i. vt ualeas aio, cum. s. ita sic. q̄ tua causa tum. i. multo magis, mea. s. causa Retine Acastum. s. seruum, quo. i. vt ministretur. i. ministerium fiat cōmodius. i. magis cōmode. Conserua te mihi. dies promissorum. s. de pecunia pro fondo emendo danda. adest, quem representabo. i. exhibebo. aut sint duæ particulæ, quem præsentabo etiam re. i. effectu ipso, si adueneris. Vale etiam atq; etiam. Tertio idus Apr.

PAVM. MAX. MVmium } sic in libro meo satis antiquo: in duob* Sigonianis, Numiū, & Nummū alij in suo lib. imprimi voluere, Vinnium Ego, Manium veram lectionē puto. ut sit Curij prænomē: de quo epist. IV. & IX. l. 16. cum igitur Curium signari satis liqueat: & cū Manius prænomē Curionū fuerit, ut ex lapidibus Capitolinis, Caroli Sigonij doctrina perfectis, atq; illustratis: manifestū est. nō dubito quin, hic, Maniū pro, Muniū reponendū sit. sæpe. n solo prænomine ueteres Romani aliquē appellabāt, ut Appiū, Seruium, Sextū Cicero in epistolis notat, addū, Claudiū, Sulpiciū Peduceum prenomen aūt, Manius. quia non ita usitatum erat, iccirco, librariorū licentia, trāsit in Marc* eo facilius q̄ M, quo Manius signatur, minimū distat a M. hinc M. Acilius Glabrio, M. Aquillius, M. Curius, mendose vbique pro Manius. atq; hæc nostra coniectura si probatur, eodem modo lib. XIII. epist. XVII. eiusdem Curij prænomen M. mutandum erit in M, id est Manius: & ad Att. lib. VII. ep. V.

TVLLIVS S. D. TIRONI. 15

OMNIA a te data mihi putabo, si te valentē videro. Summa cura expectabam aduentum Menandri, quem ad te miseram. Cura, si me diligis, vt valeas: & cum te bene confirmaris, ad nos venias. Vale. IIII. id. Apr.

MVRAR. OMnia} Hortatur Cicero Tironē, vt det operam valere: &, cū fuerit bene confirmatus, ad se veniat. } Menandrum } seruū.

ASCEN. OMnia } Idē fere facit, dicens, Ego putabo oīa, data mihi a te, si uidero te ualentem. Ego expectabā summa cura aduentū Menandri, quē miserā ad te. Cura, si diligis me, ut ualeas, & uenias ad nos, cū. i. postq̄ confirmaris. i. confirmaueris te. Vale, &c.

QVINTVS S. D. MARCO FRATRI. 16

*DE Tirone, mi Marce, ita te Meumq; Ciceronē, & meam Tulliolam, tuūq; filium uideam, vt mihi gratissimū fecisti, cum eum *indignum illa fortuna, nobis amicum, quàm seruum esse maluisti. mihi crede, tuis, & illius literis perlectis, exilui gaudio: & tibi et ago*

indignū qui seruiret.

*gratias et gratulor. si. n. mihi Statij fidelitas est tantæ voluptati: quanti esse in isto hæc eadem bona debent, additis literis sermonibus, humanitate, quæ sunt his ipsis cōmodis potiora? amo te omnibus equidem maximis de caussis, verum etiam propter hanc, * vel quòd mihi sic, vt debuisti, nuntiasti. te totum in literis vidi. Sabini pueris & promisi omnia, & faciam. Vale.*

ante manumissi. ep. 18 & 19. l. 2. ad Att.

hoc ēt nomine sic locutus ep. 13. l. 1. & 24. lib. 7.

HVBER. DE Tirone} Quintus Cicero, frater Ciceronis, ei gratias agit, & gratulatur, q Tironem manumisisset, cuius Tironis fidelitatem laudat, & doctrinā. postremo dicit, se oīa promisisse, præstaturumq;, pueris Sabini, quos Cic. ei cōmendauerat. {Ita videā} iurantis est {Indignum illa for.} se non dignum qui esset seruus. {Nobis amicum} nā seruorū amicitiā ouinq̃ dicitur. {Illius} Tironis, quibus nuntiauit mihi illā liberalitatē tuam. {Exului} exultaui. {Statij} liberti mei. {In isto} Tirone. {Hæc eadem bona} ἐμφατικῶς plurali numero est vsus pro singulari: cū. n. dixisset solā fidelitatē, subiunxit hæc eadē bona. {Additis} ad fidelitatē. {Literis} quibus valet plurimū {Quæ sunt his} i. doctrina vel suauitate sermonis, {Potiora} maiora: {De} p.p. {Propter hanc} de Tirone. {Pueris} seruis. {Et fac} intelligimus huius Sabini seruos a Cic. fratri fuisse cōmendatos.

ASCEN. DE Tirone, &c.} Gratulatur Q. frater Ciceroni, q Tironem manumiserit, dicens, O mi Marce. s. frater, ita. i. sic, & est præcantis vtraq; particula, videam. i. dij dent, vt videam. s. incolumes, te, & Ciceronem meū. s. nepotē ex te fratre, & Tullio'à meam. s. neptem ex eodem, & pro. i. filiū tuū. nisi forte dicamus vtriq; Ciceronē & Tulliolā liberos fuisse: sed, quia te præmisit, mallem de Marci liberis intelligere. vt fecisti mihi gratissimū de Tirone i. de manumissione eius, cū maluisti eum indignū illa fortuna. i. conditione seruili, esse amicum nobis, q̃ seruum Crede mihi, ego exilui. i. extra me, quasi salui, gaudio. i. prægaudio literis tuis, & illius. s. Tironis perlectis, & ago gratias tibi, & gratulor s. etiam tibi. Si. n. fidelitas Statij, s. liberti mei, est mihi tantæ voluptati, quantæ, sup. voluptati hæc eadem bona s. fidelitas, debent esse in isto. s. tuo liberto Tirone, additis literis, sermonibus humanitate, quæ sunt potiora. i. eligibiliora his ipsis cōmodis, quæ. s. assequimur ea bonis seruis. Ego amo te equidem, pro quidē de omnibus maximis causis. i. propter maximas causas, vbi oēs cum superlatiuo, verumetiam propter hāc, vel i. q nuntiasti mihi, vt debuisti. Ego vidi. i. cognoui te totum in literis. Ego & promisi, & faciam pueris. i. seruis Sabini omnia.

ARG. Reprehendit Tironem, quia scripserat, Valetudini fideliter inseruiendo; eumq; rogat, ut omnino valetudini inseruiat.

TVLLIVS S. D. TIRONI. 17



*IDEO, quid agas, tuas quoq; epistolas vis referam in volumina. sed heus tu qui κανῶν esse meorum scriptorum soles, vnde illud tam ἄκυρον Valetudini fideliter inseruiendo? vnde in istum locum, fideliter, venit? cui verbo domicilium est proprium in officio, migrationes in alienum multæ. nam & doctrina, & domus, & ars, & ager etiam fidelis dici potest: vt sit, quomodo Theophrasto placet, * verecunda translatio. Sed hæc coram. Demetrius venit ad me. quo quidem comitatu ἀφωμίλησα, satis scis. in eum videlicet non potuisti videre: cras aderit: videbis: igitur: nam ego hinc perendie mane cogito. Valetudo, tua me valde solicitat: sed inserui, & fac omnia. tum te mecū esse, tum mihi cumulatissime satisfacere putato. Cuspio quòd operam dedisti, mihi gratum est: valde enim eius caussa volo. Vale.*

vt in suum locū verba immigrasse non in alienum irruisse videātur de orat. l. 3. & in Bruto vide Arist. lib. de arte poet. & l. 3. rhetor. & Phalereum Hermogenē & alios.

HVBER. VIdeo} Primum Cicero arguit Tironem improprietatis cuiuidam verbi translati, & ostendit, qualis debeat esse translatio. deinde scribit de quodā Demetrio, quē dicit fore cras apud se, ibiq; posse videri a Tirone. postremo hortatur eum ad valetudinem curandam, & dicit sibi gratum esse, q Tiro operā suam Cuspio præstiterit. {Video quid agas} familiariter iocatur cū Tirone. {Vis} cupis. non aūt legendum est vix. sed intelligimus Tironē fortasse petiuisse a Cicerone, vt epistolas, quas ad eū scripsisset, seruaret. ideo Cic. dicit, video quid agas, vis tuas epistolas referri in volumina. {Quoq;} etiā sicut meas & aliorum doctorū. {Sed heus tu} familiaris appellatio, & reprehensio. {κανῶν} regula, corrector. {Vnde} ex qua ratione, ex qua causa. s. est tibi. {Illud tam ἄκυρον} non attenticū {Valetudini fideliter inseruiendo} hoc est quo improprie vsus fuerat Tiro. dixerat. n. Seruiendo fideliter valetudini, cum fidelitas hominibus tm̄ conueniat. {Fideliter} hæc dictio, Fideliter {Vnde} ex qua causa, ex qua ratione. {Venit in istum locum} conuenit isti loco, vt dicas, Inseruiendo fideliter valetudini, quasi valetudo sit domina, cui a seruis vel famulis habeat fideliter inseruiri dicitur autem quasi sit animal rationale, cui fides debeatur. {Cui verbo} inuoluitur hic locus ita ab omnibus, quorum scripta vidi, vt neq; ab ipsis, neq; ab aliis intelligatur. dicūt .n. cui verbo. s. fideliter, domicilium est proprium. i. familia est propria in officio, quia propria fidelitas dicatur in familia. sed puto hanc esse mentem Cic. verbum, quod habet propriam sedem in significatu suo, habet multas transitiones in alienum significatum per transitionem. & hic est ordo, migrationes multæ in alienum sunt verbum, cui domicilium est proprium in officio. {Domicilium} sedes. {In off} in significatione sua, q̃ habet ex propria positione: vtpote habena in officio suo propriam habet sedem, cum de equo dicitur, transit iñ metaphorice in aliena. Virg. in 6. Sic fatur lacrymans, classiq; immittit habenas. Ecce hic de naue dixit habenas. Idem lib. 11. Et totas irarum effundit habenas. Hic ad animum transtulit, qđ & de fræno frequenter legimus. {Migrationes} transitiones per translationem. {In alienum} absolute dixit. i. in alienā significationem {Nā & doctrina} subdit exempla ad probationē dicti sui. doctrina, & ars fideliter dicitur, quia nunquam deserit hominem. {Et domus} vel familia vel certe ipsa domus fidelis dicitur, q in ea tutissimus {Ager fidelis} dicitur, quia reddat acceptum. {Verecūda} modesta, non nimium licentiosa, quali vsus sit Interdum Ennius vt iratum quadrigas, vt montes pacis, & similia. {Sed hæc corā} dicemus. {Quo comitatu} .i. quo Demetrio & eius comitatu, intelligimus. n. eum adduxisse secum alios vsus. {ἀφωμίλησα} sum in loquendo & sermocinando cū eo. {Cogito} nunc. s. discedere. {Perendie} post cras. {Et mecum esse putato} si inseruieris valetudini. {Operam dedisti. i. inseruisti, & auxilium præstitisti. {Valde} multum.

ASCEN. VIdeo, &c. Iocatur cum Tirone de improprietate vocabuli, Fideliter, dicens. Ego video. i. intelligo quid agas .i. prætendas. tu vis, sup. vt referam. i. colligam in volumina. i. libellos, quoque. i. etiam epistolas tuas. sed heus tu, qui soles esse κανῶν. i. regula scriptorum meorum, vnde illud tam ἄκυρον. i. improprium valetudini fideliter inseruiendo sic .n. scripserat Tiro. Vnde fideliter. i. istud aduerbium fideliter inseruiendo, venit in istum locum cui verbo. i. parti orationis, domiciliū propriū. i. proprius, vsus est in officio. i. vt quis dicat fideliter officio functus non inseruisse valetudini, multæ migrationes. i. translationes, sup. in alienum Nam & doctrina, & domus & ars, & ager potest etiam dici fidelis, vt sit, quomodo placet Theophrasto, translatio. s. a proprio ad improprium, verecunda. sed, sup disputabimus hæc coram i. qñ coram erimus. Demetrius venit ad me. quo quidem comitatu. i. quo comite ἀφωμίλησα. i. vsus sum, tu scis satis, & tu non potuisti {vt scripseras,} videre cum: ipse aderit cras: igitur, videbis sup. eum. Nam ego cogito. s. pficisci hinc pinde. peracto crastino die mane. Valetudo. tua solicitat me valde: sed inserui, sup. ei, & fac omnia .s. illi conducibilia. & putato te tum esse mecum, tū satisfacere mihi cumulatissime. Gratum est mihi, q dedisti operam Cuspio: ego enim. s. te ei operam dedisse, valde causa eius volo.

ARG. Scripserat Cicero in titulo epistolæ, Tullius Tullio Tironi, quod Tiro omittendum rescripsit ad inuidiam vitandam, de hoc, alijsq; de rebus scripta est hæc epistola.

TVLLIVS S. D. TIRONI. 18

QVID igitur? non sic oportet? equidem censeo, sic addendum etiam, suo. sed, si placet, inuidia vitetur: quam quidem ego sæpe contempsi. Tibi διαφόρησιν gaudeo profuisse. si vero etiam Tusculanum; dij boni, quanto mihi illud erit amabilius. sed si me amas; quod quidem aut facis, aut perbelle simulas; quod tamē

in

*in modum procedit; sed, vt est, indulge valetudini tuæ: cui quidem tu adhuc, dum mihi deseruis, seruisti non satis. ea quid postulet, non ignoras, πέψιν, *ἀλυπίαν, περίπατον σύμμετρον, τέρψιν, εὐλυσίαν κοιλίας. fac bellus reuertare. non modo te, sed etiam Tusculanum nostrum plus amem. Paredrum excita, vt hortum ipse conducat: sic *olitorem ipsum commouebis. beluo nequissimus HS CIↃ dabat, nullo aprico horto, nullo emissario, nulla maceria, nulla casa. iste nos tanta impensa derideat? calface hominem, vt ego M. Othonem: itaq; abutor coronis. De *Crabra quid agatur, etsi nunc quidem etiam nimium est aquæ, tamen velim scire. Horologium mittam, & libros, si erit sudum. sed tu nullos ne tecum libellos? an pangis aliquid Sophocleum? fac opus appareat. A. Ligurius, Cæsaris familiaris, mortuus est, bonus homo, & nobis amicus. Te quando expectemus, fac vt sciam. Cura te diligenter. Vale.*

ἀλυπίαν, P. Victorius; quod placet.

ep. 20. h. l.

aqua, in agro Tusculano, de qua in oratione vltima in Rullum, & Frontinus de aquæductibus.

HVBER.

QVid igitur} Primo Cicero reprobat quandam sententiam Tironis de quadam dictione, quam ille negabat ponēdam in oratione deinde eum hortatur ad curam valetudinis: & exponit quædam, quæ ad eam pertineant. postea vero scribit quædam de quodam iocando. postremo se ei missurum horologium & libros, si fuerit serenum: & reddit eum certiorem de morte cuiusdā Cæsaris familiaris sui. Habet hæc epistola multum obscuritatis {Quid igitur} subaudi dicis. legitur etiam quid agit, sed idem est sensus. {Non sic oportet} quidam existimant controuersiam fuisse de hac dictione sic, quam Tiro dicebat, à Cicerone male collocatam, vt Cicero nō dicat. {Se}.i. hanc dictionem, sic, non oportet. s. poni. {Equidem censeo} puto. {Sic ad}.i. hanc dictionē ponendam esse. {Etiam, suo}.i. ligo. & ita in suo & affigo, vt nullo pacto remoueri debeat. hic est fere communis sensus. sed puto non de sic dictione, sed alia vel clausula, vel oratione intelligendum: vt Cicero dicat. {Non sic oportet}. s. vt dixi. {Sic, addendum}. s. vt addidi. {Etiam suo}.i. etiam hanc dictionem, suo, censeo addendam: quam fortasse Tiro volebat tollere ea oratione alicuius. {Vitetur inuidia} fugiatur inuidia, quam cōtrahemus, si volumus omnia fastidiose emendare. {Sæpe} dum malui veritatem dicere, quàm blandiri. {διαφόρησιν} declamationem. {Etiam Tusculanum}. s. profuit. Tiro. n. se Tusculanum contulerat, curandæ valetudinis causa {Dij boni} exclamatio præ lætitia. {Perbelle} bene. {Quod tamen} tuum simulare. {Vt est} quomodocunque est, vel ꝙ me ames, vel simules. {Ea} valetudo {πέψιν} digestionem. πέπτω.n. digero. {ἀλυπίαν} quietem. {περίπατον} deambulationem. {σύμμετρον} mensuram moderatam, ne sit ad nimiam defatigationem. {τέρψιν} iucunditatem. {εὐλυσίαν} purgationem {κοιλίας} ventris. {Tusculanum} in quo fueris confirmatus {Eacita} instiga. quantum intelligere possumus, habebat Cicero hortum locandum in Tusculano; & olitor, qui ante illum conduxerat, videbatur eum deridere: vnde scribit Cic. ad Tironem, vt excitet Parhedrum quendam ad illum conducendum, vt ille olitor commoueatur, cum intelligat alium esse, qui velit conducere, quem nullum credebat. {Olitorem} hortolanum. ab olere, olitor dicitur. *{Elico nequissimus} stomachatur Cic. ꝙ qui dabat ducēta sestertia pro horto non clauso, non aprico, neq; emmodo, nunc derideat eum, qui tantam impensam in ipsum hortum contulerit. Elien aut nomen proprium est, aut iniuriose fictum, quasi inuersor & inuolutor rerum. nam ἑλίσσω vertor, & ἑλιξία reuolutionem significat non absurde tamen fortasse legeretur heluo i. gulosus liguritor. {Dabat ducenta H-S} pro pensione. {Nullo aprico horto}.i. cum non haberet hortum apricum.i. soli expositum, vel vmbratum. nam aprica loca dicuntur soli exposita, & sole gaudentia, vt Virg. Ducere apricis in collibus vna colorem, Idem, Et apricis statio gratissima mergis. Pers. nostra vt floraria possint Aprici meminisse senes Inde apricari est sole gaudere, vel solem captare {Nullo emissario} hic videntur somniare qui de equo ad generādum reseruato intelligi volunt; cum hic sensus huic loco non possit accommodari, licet emissarius id significet, sicut & conciliatorem quoq; furtorum, quæ à magistratibus, vel à dominis committuntur secundum Ascon. Pedianum. & Suet. in vita Domitiani, Aretinum Clementem, virum consularem, e familiaribus

liber P. Victorij habet salaco.

emissarijs suis. sed puto nullum nomen poni pro aduerbio, vt sit, Horto nullo aprico pro non aprico: Nullo emissario, pro non emissario.i. ex quo non multi fructus emitterentur. {Nulla maceria}.i qui nullam haberet maceriam. est autem maceria & maceries paries, siue murus ex lapidibus. Terent. in Adel Iube hanc maceriam dirui. {Nulla casa}.i. qui nullā habet casam sicut habet noster. {Tāta impensa} quā fecimus in horto nostro. {Derideat} dum simulat se nolle conducere. {Calface} incende cupiditate conducēdi. quod feceris, si eacitaueris Parhedrum, vt conducat. {Vt ego Motonem} s. calfacio. Moto autem nomen proprium. {Ab vtor coronis} vsurpo coronas. non satis intelligo, quorsum hoc dicat. {De Crabra} miror vnde tanta inconsideratio, ne dicam ignorantia, sit quibusdam, dicentibus, abutor coronis de crabra.i. verbis asperis & pungentibus. primum quid corona cum verbis habet. deinde quæ constructio esset hæc, quasi liceret dicere? vtor aculeis de vespis, & non potius vesparum? ita dixisset Cic. coronis crabræ & non de crabra. est autem, vt puto, nomen aut viri, aut loci. Ordo est: velim scire quid agatur de crabra, etsi &c. {Nimium aquæ} nimium pluuiæ. {Horologium} instrumentum quo horæ designantur. dicebatur olim solarium, ꝙ tantum in sole horarum ratio perspiceretur. sed excogitatum est, vt etiam sine sole, vel ipso sonitu denuncientur horæ. erat & horologium ex aqua, quod Clepsydra dicitur. {Sudum} serenum post pluuias quasi sub vdum secūdum Seru. Virg. lib. 8. Arma inter nubes cœli in regione serena Per sudum rutilare vident. Festus dicit sudum quasi seudum.i sine vdo. Nonius Mar. dicit quasi semiudum. {Nullos ne tecum libellos} subaudi attulisti vel habes {Pangis} componis. {Sophocleum} vel tragicum, sicut Sophocles, qui scripsit tragœdias, vel certe egregium, quale scripsit Sophocles. Virg. in Buc. Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno. {Opus} quod pangis à Liguribus. non possum non ridere stultitiam eorum, qui dicunt, Mortuus est à Liguribus.i. interfectus est à Liguribus, quasi liceret dicere, morior à te. itaque sic intelligitur, A Liguribus.i. qui erat Ligur. vt enim supra notauimus, vsitatissima est hæc oratio. Virg. Quorum alter Acarna, alter ab Arcadia.i. Arcadicus. & hic est ab Athenis.i. Atheniensis.

ASCEN.

QVid igitur} Ridet opinionem Tironis de quadam forma loquendi, adhortans rursus eum ad curam valetudinis, ac dicens, Quid igitur, sup. ais? Non oportet. s. scribere, aut loqui sic. s. vt locutus sum? Equidem.i. ego quidem censeo, supp. loquendum esse, addendum, sup. esse etiam suo.i. illud pronomen, quod Tiro negarat. sed si placet, inuidia.i. offensa aliorum vitetur: quam. s. inuidiam, ego quidem cōtempsi.i. vilipendi sæpe, gaudeo διαφόρησιν.i. declamationem profuisse tibi.i sospitati tuæ. Si vero etiam Tusculanum, sup. nostrum profuerit tibi; dij boni quanto illud. s. te ex Tusculano nostro conualescere erit mihi amabilius. Sed si amas me, quod quidem aut facis, aut simulas perbelle; quod. s. simulare. procedit in modum.i. valde prospere, sed vt.i. qualitercunq; est, indulge.i. vsque ad indulgentiam da operam valetudini tuæ: cui tu quidem adhuc.i. hactenus, dum deseruis mihi, non seruiuisti satis. tu non ignoras quæ ea. s. valetudo postulet. postulat. n. πέψιν.i. digestionem, ἀλυπίαν.i. carentiam tristitiæ, περίπατον i. deambulationem, σύμμετρον.i. moderatam & commensuratam, τέρψιν.i. delectationem, εὐλυσίαν.i. bonam euacuationem, κοιλίας.i. ventris, aut alui. Fac, sup. vt reuertare bellus.i. bellule te habēs, quia plus amem non modo te, sed etiam Tusculanum nostrum, in quo. s. conualueris. Eacita Parhedrum.i. assessorē, & proximum, vt ipse conducat hortum. tu commouebis sic olitorem, qui non vult iusto precio conducere. Parhedrus ille heluo.i. gulosus, aut potius hellico.i. inuersor rerum nequissimus.i. perditissimus dabat ducenta sestertia, nullo horto aprico.i. soli exposito, sup. habito nullo.i. non emissario. s. alicuius rei aut dicamus patronos interdum cum possessionibus locare boues aratorios, & emissarios equos.i. ad generationem aptos, licet reclament commentarij. nulla maceria.i. clausura firma, nulla casa.i. tugurio. Ne is derideat nos tanta impensa. s. in villam collata, calface.i. commoue vsq; ad calorem hominem, vt ego, sup. calfacio Motonem virum illum. Itaque abutor coronis, quæ virtuti, non cauillationi debentur. Etsi nunc quidem nimium aquæ. s. pluuialis est, tamen velim scire quid agatur de Crabra. s. lixa Ego mittam horologium & libros, si erit sudum.i. serenum tempus. Sed tu nullos ne sup apportasti libellos tecum? an pangis aliquid Sophocleum.i. alti cothurni? fac sup. vt opus appareat. A. Ligurius familiaris Cæs. mortuus est, homo bonus, & amicus nobis. Fac vt sciam quādo expectemus te, Cura diligenter te sup. & Vale.

ARG.

ARG. De literis, de Demetrio, de Aufidiano nomine.

TVLLIVS S. D. TIRONI, 19



ep. 32. l. 7.

XPECTO tuas literas de multis rebus, te ipsum multo magis. Demetrium redde nostrum, & aliud, si quid potes boni. De Aufidiano nomine nihil te hortor: scio tibi curæ esse: sed confice: &, si ob eam rem moraris, accipio causam: si te id non tenet, aduola. Literas tuas valde expecto. Vale.

HVBER. Expecto} Hortatur Cicero Tironem, vt ad se scribat, sed multo magis ipse veniat, nisi forte detinetur causa Aufidij. {Redde} restitue, fac ad nos reuertatur. {Nomine} debito, vt sæpius diximus. quantum n. coniicimus, debebat hic Aufidius Cic. {Confice} perfice vt exigas quod debet. {Ob eam rem} vt côficias cum Aufidio. {Moraris} differs tuum ad nos aduentum. {Causam} excusationem tuæ moræ. {Id} hæc res, vt conficies cum Aufidio. {Aduola} celeriter veni.

ASCEN. Expecto &c.} Hæc epistola est valde facilis, ideo non indiget explanatione {Nomine}. i. debito Aufidiano.

ARG. De valetudine curanda, de libris componendis, de olitore, de reditu Tironis.

TVLLIVS S. D. TIRONI. 20



*OLICITAT, ita viuam, me tua, mi Tiro, valetudo: sed confido, si diligentiam, quam instituisti, adhibueris, cito te firmum fore libros compone, indicem, cum Metrodoro lubebit: quando eius arbitratu viuendum est. Cum *olitore, vt videtur. Tu potes kalendis spectare gladiatores, postridie redire: & ita censeo. verum, vt videbitur. Cura te si me amas, diligẽter. Vale.*

epist. 8. h. l.

HVBER. Sollicitat} Affirmat Cicero se valde angi valetudine Tironis, deinde ei multa mandata breuiter dat. {Ita viuam}. i. ita mihi viuere contingat, ita deus det mihi vitam, iurantis est. {Instituisti} cœpisti. {Compone} collige, simul pone. non autem intelligendum est compone, fac ex ingenio tuo. {Videlicet} certe. {Cum} quando. {Metrodoro} puto esse nomen medici, vt dicas, Collige, & para libros tuos, cum placuerit medico, vt venias. {Quando} quoniam. {Arbitratu eius}. i. iudicio eius, & voluntate, quia ægroti medicorum arbitratu viuere debent. {Cum olitore} qui est conducturus hortum, subaudi fac. de quo olitore supra visum est in epistola, quæ incipit, Quid igitur. {Spectare} in vrbe. {Gladiatores} ludos gladiatorios. {Vt videbitur} s. facito.

ASCEN. Solicitat &c.} Hæc epistola est similis superiori, plana & facilis. Olitore. i. conductore hortorum. Gladiatores. i. ludos gladiatorios &c.

ARG. Propensionem animi, studiumque ad virtutem significat; & de prædio empto gratulatur.

Cicero F. S. D. Tironi suo dulcißimo. 21



*VM vehementer tabellarios expectarem quotidie, aliquando venerunt post diem XL, & VI, quàm à vobis discesserant: quorum mihi fuit aduentus optatissimus. nam cum maximam cepissem lætitiam ex humanissimi & carissimi patris epistola: tum vero iucundissimæ tuæ literæ cumulum mihi gaudij attulerunt. itaq; me iam non pænitebat, intercapedinem scribendi fecisse, sed potius lætabar. fructum. n. magnum humanitatis tuæ capiebam ex silentio mearum literarum. vehementer igitur gaudeo te meam sine dubitatione accepisse excusationem. Gratos tibi, optatosq; esse, qui de me rumores afferuntur, non dubito, mi dulcissime Tiro: præstaboque, & enitar, vt in dies magis magisq; hæc nascens de me duplicetur opinio. quare, quod polliceris te buccinatorem fore existimationis meæ; firmo id, constantiq; animo facias licet. tantum enim mihi dolorem, cruciatumq; attulerunt errata ætatis meæ, vt non solum animus à factis, sed aures quoq; à commemoratione abhorreant. cuius te solicitudinis, & doloris participem fuisse, notum, exploratumq; est mihi. nec id mirum. nam cum omnia mea causa velles mihi successa, tum etiam tua. socium. n. te meorum commodorum semper esse volui. quando igitur tum ex me doluisti; nunc vt duplicetur tuum ex me gaudium, præstabo. *Cratippo me scito non vt discipulum, sed vt filium esse coniunctissimum. nam cum audio illum libenter; tum etiam eius propriam suauitatem vehementer amplector. sum totos dies cum eo, noctisq; sæpenumero partem. exoro enim, vt mecum quam sæpissime cenet. hac introducta consuetudine, sæpe, inscientibus nobis, & cenantibus, obrepit; sublataq; seueritate philosophiæ, humanissime nobiscum iocatur. quare da operam, vt hunc talem, tam iucundum, tam excellentem virum videas quãprimum. Nam quid ego de Bruttio dicam? quem nullo tempore à me patior discedere: cuius cum frugi, seueraque est vita, tum etiam iucundissima conuictio non est. n. seiunctus iocus à philologia, & quotidiana συζήτησις. huic ego locum in proximo conduci, &, vt possum, ex meis angustijs illius sustento tenuitatem. Præterea declamitare græce apud Cassium institui: latine autem apud Bruttium exerceri volo. vtor familiaribus, & quotidianis conuictoribus, quos secum Mitylenis Cratippus adduxit, hominibus & doctis, & illi probatissimus. multum etiam mecum est Epicrates, princeps Atheniensium, & Leonides, & horum ceteri similes. τὰ μὲν οὖν καθ' ἡμᾶς, τάδε. De *Gorgia autem quod mihi scribis, erat quidem ille in quotidiana declamatione vtilis; sed omnia postposui, *dummodo præceptis patris parerem. διαῤῥήδην. n. scripserat, vt eum dimitterem statim. tergiuersari nolui; ne mea nimia σπουδὴ suspicionem ei aliquam importaret. deinde illud etiam mihi succurrebat, graue esse me de iudicio patris iudicare. tuum tamen studium, & consilium gratum, acceptumque est mihi. Excusationem angustiarum tui temporis accipio: scio enim, quàm soleas esse occupatus. Emisse te prædium, vehementer gaudeo: feliciterq; tibi rem istam euenire cupio. Hoc *loco me tibi gratulari, noli mirari. eodem enim fere loco tu quoque, emisse te, fecisti me certiorem. *habes. deponendæ tibi sunt vrbanitates. rusticus Romanus factus es. quo modo, ego mihi nunc ante oculos tuum iucundissimum conspectum propono. videor enim videre ementem te rusticas res, cum villico loquentem, in lacinia seruantem ex mensa secunda semina. sed, quod ad rem pertinet, me tum tibi defuisse, æque, ac tu, doleo. sed noli dubitare, mi Tiro, quin te subleuaturus sim, si modo fortuna me; præsertim cum sciam, communem nobis emptum esse istum fundum. De mandatis quòd tibi curæ fuit, est mihi gratum: sed peto à te, vt quamcelerrime mihi librarius mittatur, maxime quidem Græcus. multum. n. mihi eripitur operæ in excribendis *hypomnematis. Tu, velim, in primis cures, vt valeas, vt vna συμφιλολογεῖν possimus. Antherum tibi commendo. Vale.*

ep. 16. l. 25. erat hic princeps philosophorũ in doctrina Peripatetica. de officijs. l. 1. & 3.

Plutarchus

ep. 21. l. 7.

locus. n. gratulationis in principio literarum solet esse. sic libri scripti, & P. Victorij.

Poematorum, dixit Cic. p Gallio. Cartilim, ὑπόμνημα est quod ex tempore, & sine cura, σύνταγμα autẽ, quod, adhibita industria scribitur.

HVBER. Cum vehementer} Cum esset Cicero filius à patre Athenas missus, vt sub Cratippo philosopho, ætatis suæ præstantissimo, philosophiæ operam daret, mutasset q; aliquantulum mores, qui ante luxuriosissime vixerat, & præsertim, vt scribit Plin. in fine lib. 14. ebrietati deditus, scripserat Tiro se ei gratulari, q grati, optatiq; rumores de eo Romam

mam afferrentur: & hortatus fuerat, vt reliquum vitæ pergeret honeste & studiose agere, se.o.fore præconem eius laudum. quare rescribit Cicero adolescens se enixurum, & effecturum, vt fama, quæ de eo nata est, quotidie magis augeatur: & hortatur Tironem, vt non dubitet eum laudare: se.n ita mutasse propositū, vt sine magno dolore non possit aut audire, aut meminisse, quę antea egit. deinde laudat humanitatē & familiaritatem Cratippi erga se. postea vero scribit de alijs præceptoribus quō eis vtatur, & se dimisisse Gorgiam rhetorē, licet vtilem, in declamationibus, vt patris sui voluntati pareret, quia ita præceperat. Postremo & gaudet, & gratulatur Tironi, q agrum emisset: pollicetur\; se eum subleuaturum, si modu fortuna eum subleuauerit. petit autē ab eo, vt mittatur ad se librarius, qui scribat interpretationes suorum magistrorum. {Aliqn̄} tandem. {Cumulum} plenitudinem, vt nihil addi possit. {Intercapedinē} interuallum intermissionem. {Ex silentio mearum} ex eo, quia nihil ad te scribebam, quia postea plura scripsisti. {Optatos} iucundos, quales semper optasti. {Rumores} nuncios, famam. {Non dubito} quia scio me à te amari. {Præstabo} efficiam. {Nascens} incipiēs noua. {Duplicetur} augeatur. Virg. in Bucol. Et sol decedens crescentes duplicat vmbras. {Opinio} fama, expectatio. {Buccinatorem} tubicinem, præconē. à buccina buccinator dicitur. {Existimationis} auctoritatis, opinionis. {Licet} fas est. {Firmo} intrepido, vt non dubites, q faciam te mendacem. {Errata} peccata, quæ male feci. {Meæ ætatis} adolescētiæ meę anteactæ. {Animus à factis abhorreat} i. fugiat eam amplius facere. {Abhorreant.} alienæ sint. {A cōmemoratione} .i. non possit audire ea commemorari. {Solicitudinis m.} quam capiebant de erratis meis. {Participem} socium, quia dolebas sicut ego, ꝓpter tuum erga me amorem {Successa} .i. successiue. his.n. participijs vtebantur antiqui, vt cupio Virgilij aduētum pro aduenisse. {Tua} causa. {Socium meorum} .i. volui semper te habere partem omnium mearum vtilitatum. {Tum} cum videbas me multum errare. {Vt} tanq̄. {Amplector} assumo cum delectatione. {Totos integ.} sine intermissione. {Partem.n.} vsq; ad multam noctem cum eo sum. {Exoro} impetro ab eo. {Hac cōsuetudine} vt mecum sæpe cœnet. {Obrepit} tacite & latenter aduenit. Iuuen. Obrepit non intellecta senectus. tractum ab aīalibus quæ pedibus carent, quæ incessu tacito gradiuntur. {Inscientibus nobis} quod est signum magnæ familiaritatis. {Sublata} amota. {Seueritate} tanquam.n. non sit philosophus, cuius proprium est esse seuerum, ita nobiscum iocatur. {Talem} tam suauem. {Nam quid} laudat etiam Brutum, quo magistro vtebatur. {Patior} sino permitto. {Frugi} modestia vtilis. {Coniunctio} cōuersatio. multi.n. ita sunt seueri, vt eoꝝ coniunctio nullam habeat iucunditatem. {A philologis} .i. à studio dicendi. {συζητήσει} .i. conquisitione. ζητεω, inquiro .i. iocus non est contra studium dicendi, & & contra inquisitionē quotidianam: qm̄ post iocum recentiores efficiuntur ad labores. {Huic} Bruto. {In proximo} in vicinia, vbi ego habito. {Ex meis ang} ex pauca pecunia mea. {Tenuitatem} paupertatem. intelligimus hunc Brutum pauperem fuisse. {Conduxi} mea pecunia {Vt possum} pro viribus meis. {Declamitare} exercen declamationibus. i. thematibus fictis. quid aūt sit declamare & declamatio nunc diximus alio loco supra. {Vtor} dicit se habere in cōuictu suo quotidiano quosdam quos Cratippus Mytilenis adduxerat Athenas, hoīes doctos, & quos Cratippus valde probabat. {Conuictoribus} sodalibus & socijs victus. {Mytilenis} Lesbo est.n. Mytilene vrbs Lesbi. {Multum etiam} dicit se habere etiam consuetudīnē cum primatibus Atheniensibus, ex quibus tm̄ duos nominat. {Similes} horum & principes & optimi. {τὰ μὲν οὖν} quidem igitur. {καθ' ἡμᾶς} per κατὰ ἡμᾶς .i. sēm nos vel de nobis .i. dicta sint. {De Gorgia} rhetore. de hoc scribebat Tiro Cic. vt eum dimitteret, quia ita placebat patri eius. Itaq; scribit Cic. se eum dimisisse, licet esset vtilis, ne aduersaretur voluntati paternæ. {Omnia} oēm vtilitatem, quam ab eo consequi potuissem. {διαῤῥήδην} .i. aperte, plane. {Tergiuersari} dictum mutare, aduersari, quasi tergum vertere, tractum à fugientibus, licet alij aliter exponāt. {Ne mea nimia σπουδὴ} .i. meum nimium studium sequendi ipsum Gorgiam, afferret suspicionem patri, q sequerer ipsum propter aliud, q̄ propter doctrinam. quod faciunt, plerunq; dissoluti adolescētes, qui querunt magistros non tam propter doctrinam q̄ propter voluptatem, & qui eorum moribus obsequantur sēm illud diui Pauli, Veniet.n. tempus, cum sanam doctrinā non audient, sed quærent sibi magistros prurientes auribus. {De iudicio patris} qui merito & ætate & vsu rerum melius nosse debet quid mihi sit vtile, quam ego ipse. {Cōsilium} quod mihi dedisti de hoc Gorgia. {Angustiarum} breuitatis. scripserat.n. Tiro se habere angustum .i. paruum tempus ad scribendum ipsi Cic. qui respondet se accipere eius excusationē, quia scit ipsum esse occupatissimum in alijs rebus. {Prædium} possessione. {Noli mirari} me gaudere. {Eodem loco} eclipsis est. q.d. quo loco scis mihi esse gratissimum: aliquid.n. erat, propter quod hic Cic. optauerat Tironem emere prædium in eo loco, sed subticet & dicit, {Habes} q.d. scis causam. fortasse.n. habebat Cic. filius illic amicam, aut aliquid sale. {Deponendæ} omittendæ. {Vrbanitates} ciuilita[illegible] mores vrbis. nam qui ruri viuit, necesse est, vt rustica tractet. {Quō} iocatur Cic. cum Tirone, & dicit videri sibi habere eum in conspectu suo, & videre ementem res rusticas, & deniq; agentem quæ ruri fieri solent. {Quō} admiratiue. q.d. cum magna delectatione animi {Res rusticas} oua, pullos, lac, & caseum, & similia, vel plaustrum, vomerem &c. {Villico} rustico cultore agri. Horat. Villice syluarum & mihi me reddentis agelli. {Lacinia} puto esse nomen loci. alij pro veste intelligi malunt, vt sit, videor videre te in Lacinia .i. indutum Lacinia, quę est vestis vilis. {Ex secunda mēsa} secunda mensa erat apud Rom. pomorum. Mart. lib. 5. Mensæ munera si voles secundæ; Marcentes tibi porrigentur vuæ, Et nomen pira quæ ferunt Syrorū. {Tum} cum emisti prædium {Defuisse} non potuisse tibi commodare pecuniam. {Aeque. ac} tm̄ quantum tu. {Subleuaturus} adiumento futurus. {Si fortuna} me subleuauerit. {Communem} ita me sicut pro re. {De mandatis} quæ tibi dederam. scripserat.n. Tiro se ea curare, quæ Cic. ei mandauerat. {Librarius} scriptor librorum. {Græcus} qui græce sciat scribere. {Operæ} temporis, laboris. {Eripitur} consumitur. {Hypomnematis} .i. commentarijs, & interpretamentis. ὑπόμνημα, commentarium. {συμφιλολογεῖν} cummentari, conferre, in dicendi studio versari.

CVm &c.} Cicero filius à patre Athenas missus, vt sub Cratippo philosopharetur, qui mores paulum emendasse dicebatur: nam ebrietati deditus antea fuerat: vnde scripserat ad eum Tiro se gratulari famæ de eo sparsæ, & hortari vt pergat: quibus respondens dicit se eius consilio pariturum. & alia, quæ ad studia pertineant, declarat, dicens, Cum expectarem vehementer quotidie tabellarios .i. tabellarum, seu literarum gerulos, ipsi venerunt aliqn̄ .i. tandem post diem XL, & VI, q̄ discesserant à nobis quia miserat eos. aut lege, à vobis. quoꝝ aduentus fuit mihi optatissimus. nam cum cepissem .i. accepissem, maximam lætitiam ex epistola humanissimi, & carissimi patris sup. mei M. Tullij: tum vero .i. tum multo magis, quasi ad verum, literæ tuæ iucundissimæ attulerunt mihi cumulum gaudij. Itaq; non pœnitebat iam me fecisse intercapedinem .i. intermissionem scribendi, sed lætabar potius. Ego.n. capiebam magnum fructum .i. magnam vtilitatem ex silētio .i. intermissione literarum mearum. Igitur ve nunc rideam, ego gaudeo vehementer te accepisse .i. approbasse meam excusationem sine dubitatione. o mi Tiro dulcissime, ego nō dubito rumores, qui afferuntur de me .i. de moribus meis emendatis, esse tibi gratos, & optatos: præstaboq; .i. efficiam, & nitar, vt hæc opinio nascens de me, duplicetur in dies magis, magisq;. Quare q polliceris te fore .i. futurum buccinatorem .i. præcone ingentem, & diuulgatorem, existimationis .i. famæ & reputationis meæ; licet .i. licitum est, & tutū, vt facias id animo firmo, & constanti. Enim .i. quia, errata ætatis meæ. s. transactæ (quia vinosus semper fuit, & vecors) attulerunt mihi tm̄ i. tam magnum dolorem & cruciatum, vt non solum animus abhorreat .i. alienus sit, & abominaretur à factis, sed aures quoque .i. etiam, abhorreant à commemoratione .i. recitatione. s. ætatis ante actæ. Cuius solicitudinis, & doloris notum, & exploratum est mihi te fuisse participem. Nec id mirum sup. est. Nam cum. s. ita esset, q velles causa mea .i. propter bonum meum oīa successa .i. prospere euenisse mihi, cum etiam, sup. volebas causa tua .i. propter vtilitatem tuam. Volui.n. semper te esse socium commodorum meorum. Igitur q .i. quia, tu doluisti tum .i. tunc, cum perditus essem ex me .i. propter me; ego præstabo .i. efficiam vt gaudiū tuum duplicetur ex me. Scito me esse coniunctissimum Cratippo. s. philosopho, de quo in principio officiorum meminit Cic. non vt discipulum, sed vt filium. Nam cum. s. ita sit, q audio libenter illum; tum etiam amplector vehemēter eius suauitatem. Ego sum totos dies cum eo, & sæpenumero partem noctis. Exoro enim .i. impetro præcibus vt cœnet quā sæpissime mecum. Hac consuetudine introducta .i. postq̄ ista consuetudo est introducta, ipse obrepit .i. clanculum interuenit nobis inscientibus, & cœnantibus; & iocatur .i. confabulatur nobiscum humanissime, seueritate philosophiæ sublata. Quare da operam, vt videas quamprimum .i. statim, hunc talem ASCEN.

lem virum.f.Cratippum,tam iucundum.f.in te familiari,& tam excellentem in philosophia. Nam quid ego dicam de Bruto.f. Marco,Stoicæ sectæ studioso? quem nullo tépore patior discedere à me Cuius cum.f.ita sit, q vita frugi.i.parca. & vtilitati seruiens,& seuera.i.rigida in sequendo vero, & iusto, tum coniunctio est etiam iucundissima. Enim.i quia,locus.f.noster, non est seiunctus.i separatus à philologia.i.amore studij , vel sermonis, & συζητήσει.i.conquisitione quotidiana.f.veri.q.d.non est scurrilis,f. absolutus iocus nobis. Ego conduxi huic.f. Bruto locum ,f.habitationis,in proaimo, & sustento tenuitatem.i.paupertatem illius.f.Bruti,ea angustiis.f.modicis rebus meis,vt possum. Præterea ego institui.i.incepi , aut proposui declamitare.i.frequenter declamare , hoc est in themate ficto & causa non vera, me in oratoria exercere apud Cassium,etiam ciuem R.volo autem exerceri latine.i.in lingua Lat.apud Brutũ.Ego vtor conuictoribus.i.sodalibus,& commensalibus quotidianis,& familiaribus sup.ijs,quos Cratippus adduxit secum Mytilenis.i.cum te diret ex ea vrbe in Lesbo nobili , appositorie hominibus & doctis,& probatissimis.i.maxime approbatis. & cõmendatis illi.f. Cratippo. Epicrates princeps Atheniensium est etiam multum mecum,& Leonides,& ceteri similes horum.i.viri apprime nobiles,& spectatis moribus, τα.i.hæc, μὲν.i.quidem ,καθ'.i.secundum, ἡμᾶς.i.nos i.de nobis sup.dicta sint.De Gorgia autẽ quod scribis mihi, erat quidem ille vtilis in quotidiana declamatione .f.facièda,quia egregius est rhetor,sed postposui, sup.eum,dummodo parerem præceptis patris . enim.i quia , pater scripserat, διαρρήδην.i.palam,seu aperte,vt dimitterem eum statim .noluit tergiuersari.i.dissimulãter agere, & ad tempus illudere causam, hoc est mandatum patris ; ne σπουδὴ.i.studium,& diligẽtia mea nimia.f.in Gorgiam , aut eius professionem importaret ei.f.patri aliquam suspicionem.f.leuitatis . Deinde illud etiam succurrebat.i in mentem veniebat,mihi graue esse,me iudicare de iudicio patris.tñ studium,& iudicium tuum est mihi gratum,& acceptum.videtor consuluisse,vt Gorgiam audiret.Accipio.i.probo excusationem angustiarum tui tpis.f.ad scribendum.Scio.n. q̃ .i.quantum , soleas esse occupatus . Gaudeo vehementer te emisse prædium.i.possessionem in agro: & cupio istam rem.i.hãc emptionem euenire tibi feliciter. Noli mirari me gratulari tibi hoc loco.i.in hac re.tu.n.fecisti me certiorem.i significasti emisse te r.quod emeris te ipsum eodem fere loco.q.d.vitam tibi nouam,aut longiorem emisti emendo prædium illud. Tu.n.habes vbi vrbanitates.f.tuæ sint deponendæ.i.ad tempus exuendæ , vt indulgẽtius viuas. Tu Romanus factus es rusticus.Cum ego propono nunc mihi ante oculos cõspectum tuum iucundissimum, videor videre te ementem res rusticas, & loquentem cum villico.i.custode villæ,seruantem in lacinia.i.veste laxa, & linea more rusticano, semina.i.reliquias ex secunda mensa , quæ pomorum erant .vnde semina forte ad sationem seruabant . sed quod pertinet ad rem,ego doleo æque.i.æqualiter, ac tu, me defuisse tum.f.cum emeres tibi.sup.o mi Tiro,noli dubitare,quin sim sublevaturus te.f.ab onere æris alieni, si modo fortuna me, supp. subleuarit,aut conseruarit,præsertim cum sciam istum fundum esse emptum communem nobis , idest vt tecum illic diuersarer. Quod fuit tibi curæ de mandatis.f.obeundis, est gratum mihi : sed peto, vt librarius.i.scriptor librorum, mittatur mihi quamcelerrime,quidem.i.certe,maxime Græcus. multum.n.operæ.i. laboris philosophiæ impendendæ , eripitur mihi in hypomnematis.i.cõmentariis,seu dictatis exscribendis.Tu velim cures in primis vt valeas,vt possimus συμφιλολογεῖν.i.cõmentari, vna.i. pariter.ego cõmendo tibi Antherum.f.(vt opinor)tabellarium.

ARR. Prima pars huius epistolæ est de valetudine curanda,reliqua varijs de rebus.

TVLLIVS S. D. TIRONI SVO. 22

SPERO ex tuis literis tibi melius esse, cupio quidem certe.cui quidem rei omni ratione cura vt inseruias : & caue suspiceris , contra voluntatem meam te facere, quòd non sis mecum . mecum es , si te curas. quare malo,te valetudini tuæ seruire,quàm meis oculis, & auribus . etsi enim & audio te , & video libenter : tamen hoc multo erit, si valebis, iucundius. Ego hic cesso, quia ipse nihil scribo ; lego autem libentissime. tu istic , si quid librarij mea manu non intelligent, monstrabis . vna omnino interpositio difficilior est,quam ne ipse quidem facile * soleo,de quadrimo Catone.De triclinio cura, vt facis. Tertia aderit ; modo ne Publius rogatus sit . Demetrius iste nunquam omnino Phalereus fuit , sed nunc plane Bilienus est .itaq; te do vicarium.tu eum obseruabis . Etsi, Veruntamen, De illis : nosti cetera . sed tamen , si quem cum eo sermonem habueris, scribes ad me, vt mihi nascatur epistolæ argumentum , & vt tuas quamlongissimas literas legam. Cura mi Tiro, vt valeas.hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

* subaudi intelligere. referetur enim ad verbum intelligenr. alij tamen habent . legere soleo.

SPero} Hortatur Cicero Tironem,vt curet valetudinem: nec suspicetur se facere contra eius voluntatem,q non sit cum eo : se enim,licet eum videre cupiat, cupidiorem tamen esse eius valetudinis bonæ, quàm præsentiæ . deinde dat ei quædam mandata & de librarijs, qui transcribebant, quæ Cicero sua manu scripserat,& de Demetrio de quo perit se certiorem fieri,cum Tiro cum eo locutus fuerit . {Ex tuis literis} vt mihi scripsisti.{Cupio tibi}melius esse {Cui rei} vt melius tibi sit. {Meis oculis, & auribus}.i.quàm à me videri & audiri.ille.n.seruit oculis alicuius,qui se videndum præbet.{Cesso}sum ociosus. {Scribo}compono. {Lego} aliena scripta. {Librarij} transcriptores.{Si quid mea manu}.f. scriptum. {Vna interpositio}dicit,quare debeat monstrare librariis,quia Cicero in scriptis, quæ manu sua fecerat, in ordine versiculorum , fine linearum fecerat quandam interpositionem, q̃ etiam à seipso difficile legi solere dicit.{Difficilior} ipsis librarijs ad intelligendum. {Ne ipse quidem}.i.ne ego quidem, qui scripsi . {De quadrimo Catone}hæc erat illa interpositio,quam difficilem esse dixit.& quia tantummodo est principium clausulæ non perfectæ,nullus sensus inde elici potest.{De triclinio}dederat Cicero curam cuiusdam triclinij Tironi,quod se curare scripserat.Triclinium autem dicitur discubitorium.i.locus vbi discũbebant,& cœnabant, à tribus lectis,quos sternebant. Iuuen. Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto. τρεῖς, tres. κλίνη, lectus,& mensa. A Cic.etiam dicitur hic locus conclaue. {Tertia} puto esse nomen proprium. {Phalereus}.i.ex secta Demetrij Phalerei , de quo in officiis mentionem facit. Phalereus autem tribus erat Athenis, ex qua cognominatus ille Demetrius , φαληρεὺς. Bilienus, siue à loco, quod adhuc non memini legere, siue à persona dicitur . {Bilienus}constat hoc loco,ad vituperium dictum esse. {Te do vicarium} .i.do te ei loco mei , qui meas vices geras , & pro me sis apud eum . {De illis}eclipsis. deest enim verbum.f. est vel aliud tale.{Quem}aliquem.{Nascatur}detur, eueniat tanquam ante non inuentum . Virgil.lib.8. Maior rerum mihi nascitur ordo. {Argumentum} materia. HVBER.

SPero &c.} Hortatur rursus vt valetudinem curet , dicens, Spero.i.spem capio ex literis tuis,melius esse tibi. certe.i. haud dubie cupio. cui rei.f.vt melius tibi sit, cura, verbum est,vt inseruias. & caue sup.aut ne suspiceris te facere contra voluntatem meam, q non sis mecum. tu es mecum si curas te.i.sanitatem tuam . Quare malo te seruire valetudini tuæ , q̃ oculis, & auribus meis. Enim.i.quia, etsi & audio, & video te libenter : tamen si valebis, hoc erit mihi multo iucundius . Ego cesso.i.vacuus sum labore,quia ipse nihil scribo : lego autem libentissime. Si librarii.i.librorum transcriptores quid.i. aliquid, sup. scriptum mea manu non intelligent.i.nescient legere : tu monstrabis istic.f vbi es . vna omnino interpositio.f. clausula, aut partis prius omissæ,est difficilior omnino.f.quàm vt legatur ab eis , quàm ne quidem ipse.i.non etiam egomet soleo legere facile,interpositio est,de quadrimo Catone. Cura de triclinio.f. parando,vt facis. Tertia proprium est,sed nescias viri,an mulieris,aderit; modo Publius eius inimicus non sit rogatus.f.ad conuiuium. Iste Demetrius.f.cuius meministi,fuit Demetrius.i. Demetrii similis.sed est nunc plane.i.omnino , Bilienus.i. Bilieni similis,hoc est ineptus. Itaq; do.i.constituo te vicarium. tu obseruabis eum.f.nequid auferat. Etsi,veruntamen,de illis,aposiopesis.i.reticentia est alicuius clausulæ,quam dicere incepit,perducere tamen noluit,addens pro causa, Nosti cetera.i. quæ restant.sed tamen si habueris quem.i.aliquem sermonem cum eo .f. Bilieno , scribes ad me,vt argumentum.i.farrago , & materia epistolæ.f.scribendæ ad te,nascatur mihi.& vt legam literas tuas quamlongissimas.i. valde longas. O mi Tiro, cura vt valeas,tu nihil potes facere mihi gratius hoc.i.quàm hoc.f.vt valeas. ARCAN.

ARG

ARG. Hortatur, vt professionem conficiat: scrib. eq; sibi esse in animo amicitiam Antonij conseruare.

TVLLIVS S. D. TIRONI. 23



*V vero confice professionem, si potes etsi hæc pecunia ex eo genere est, vt professionem non egeat. veruntamen. Balbus ad me scripsit, tanta se epiphora oppressum, vt loqui non possit, Antonius de lege quid egerit. liceat modo rusticari. Ad *Bithynicum scripsi. De Seruilio tu videris qui senectutem non contemnis etsi Atticus noster; quia quondam me commoueri πανικοῖς intellexit, idem semper putat, nec videt quibus præsidijs philosophiæ septus sim. & hercle, quòd timidus ipse est, θορυβοποιεῖ. ego tamen Antonij inueteratam sine vlla *offensione amicitiam retinere sane volo: scribamq; ad eum, sed non ante, quàm te videro. nec tamen te auoco à syngrapha. γόνυ κνήμης. Cras expecto Leptam: etenim ad cuius rutam pulegio mihi tui sermonis vtendum est. Vale.*

ep. 17. l. 6.

videtur esse scripta post Cæsaris mortem, adagiū. propius est genu, quàm tibia: id est: tua potius, quàm mea, tibi curanda. Theocr. idyll. 15.
HVBER.

TV vero} Quod supra scripsit Cicero; De Aufidiano, nomine nihil te hortor, videtur significare intelligi de pecunia, de qua in hac epist. loquitur: de qua scribit Cicero ad Tironem, vt professionem faciat. Deinde significat Antonium quædam contra se decreuisse, se autem contra omnia præsidia philosophiæ munitum esse; velle tñ Antonij amicitiam retinere, seq; ad eum scripturum } Tu vero} cum hęc dictio vero in principio orationis ponitur, aut ironiam continet, aut assensionem, vt hic & supra lib. 4. ad Ser Sulp. Ego vero Serui vellem, vt scribis, in meo grauissimo casu affuisses & paulo supra in hoc lib. ad Tironem; Ego vero cupio te ad me venire. } Professionem } confessionem. Seru dicit profiteri ex voluntate, confiteri ex necessitate. Epiphora } ophthalmia, morbo oculorum, Plinius sæpe hoc verbo vtitur pro morbo oculorum. dicit. n. epiphoris oculorum medetur. ex quo cognoscimus morbum esse oculorum, non autem gutturis, vt quidam male interpretatur. significat etiam interdum græce ἐπιφορά condemnationē. } Oppressum } grauatum. } Vt loqui } coniungendus est totus hic textus sic: Veruntamen Balbus ad me scripsit tanta se epiphora oppressum, vt loqui non possit, quid Antonius de lege egerit. } Liceat } cōcedatur, permittatur. } Modo } tñmodo. q. d. nihil aliud quæro. Quæ autem esset hæc lex, non facile scitur. } Tu videris } .i. tu videto. } Atticus } Pomponius. } πανικοῖς } repentinis rumoribus. } Idem semper putat } .i. putat me semper moueri. } Nec videt } nec intelligit. } Quibus qualibus, q̃ magnis. } Præsidijs } tractum à militibus. } Septus } munitus, quia philosophia docet me, quo debeam omnia mihi improuiso euenientia contemnere. } θορυβοποιεῖ } .i. tumultuatur, rumorem facit. θόρυβον καὶ κραυγήν. } Inueteratam } iam multis annis inceptā. } Antonij } C. Antonium intelligi puto, cuius fuit collega in consulatu. } Sine vlla offensione } sine vlla iniuria. } Ad eum } Antonium. } Ante } citius. } Auoco } amoueo. } A syngrapha } .i. facienda pro confessione pecuniæ. i. non tamen volo discedas anteq̃ facias syngrapham, vel accipias syngrapham, qua possis pecuniam habere. est. n. proprie syngrapha conscriptio, maxime de re pecuniaria, vt lib. 7. ad Trebat. epist. quæ incipit, Ea tuis literis, tanquam. n. syngrapham ad imperatorem attulisses, non epistolam, sic pecunia ablata domum redire properabas vulgo dicuntur literę cambitoriæ vel permutatoriæ. legendum est autem auoco à syngrapha, non autem auoco ad syngrapham. } Ad cuius } Leptæ } Rutam } .i. amaritudinem. } Est vtendum pulegio tui sermonis } .i. ad cuius sermonis amaritudinem vel acerbitatem est vtendum suauitate tui sermonis erat. n. quantum coniicimus, Lepta aliquantulum acerbus, Tiro vero suauis: quas proprietates significauit per rutam & pulegium.

ASCEN.

TV vero &c. } Quod supra scripsit Cic. De Aufidiano nomine nihil te hortor, nomen, pro debito accipi solet. Hortatur nunc, vt professionem. i. liberam cōfessionem conficiat. q. d. vt coram testibus id eum profiteri faciat. deinde significat Ant. cuius amicitiam retinere velit, quædam contra se decreuisse, vt cui ordine aperietur qui talis est. Tu vero. i. quod dicunt, pro vero, & certo, & non opinanter tñ, confice. i. perfice, & effice, vt habeas, si potes, professionem. i. manifestam confessionem debiti. Etsi. i. tametsi, hæc pecunia. i. hoc debitum, est ea eo genere. i. forma, aut ratione, vt non egeat professione. Veruntamen Balbus scripsit ad me se oppressum tanta epiphora. i. morbo oculorum, vt non possit loqui. i. explicare quid Ant. egerit de lege. s. ferenda, aut antiquāda. incertum est quæ sit lex, & quid de ea constituere pararit Ant. quia de ea scripserat Tiro. rescribens ergo vt de re nota breuior est, quàm vt possit intelligi ab ijs, quibus res alioqui non constet. Ne q̃ id vitium est scribentis non. n. scripsit hāc epistolam, vt ab omnibus, sed vt ab vno Tirone legeretur. Tiro autem vt patroni sui amorem in se patefaceret, id genus omnes ad se datas collegit, atque emisit. liceat. i. permittatur modo. i. solūmodo rusticari. q. d. non curem quid Antonius egerit de lege Ego scripsi ad Bithynicum de Seruilio. tu videris. i. concedo, aut moneo, vt videas. Est. n. coniunctiui modi futuri temporis, media breui pronunciandum. tu inquam, qui non contēnis, imo venerans senectutem. Etsi. i. tametsi, Atticus. s. Pomponius, qui intellexit quondam me commoueri πανικοῖς, seu panicis. i. rumoribus repentinis. putat semper idem. i. me semper eodem modo commouendum, nec videt .i. non considerat, quibus præsidijs. i. munimentis philosophiæ, ego septus. i. vndiq; munitus sim. & Hercule q. i. quia, ipse timidus est θορυβοποιεῖ. i. tumultum facit, seu tumultuatur. Ego tamen volo sane. i. omnino retinere sine vlla offensione amicitiā Antonij inueteratam. i. vetustate corroboratam. & scribam ad eum, sed non antequam videro te: nec tamen auoco. i. auerto te à syngrapha. i. manuscripto, sup accipiendo ab eo. Ego expecto cras Leptam; etenim. i. sed tñ eum, ad cuius rutam. i. amaritudinem sermonis vtēdum est mihi pulegio. i. dulcore sermonis tui.

TVLLIVS S. D. TIRONI. 24



*Tsi mane Harpalum miseram: tamen, cum haberem, cui recte darem literas, etsi noui nihil erat, ijsdem de rebus volui ad te sæpius scribere: non quin confiderem diligentiæ tuæ: sed rei me magnitudo mouebat. Mihi prora, & puppis, vt Græcorum prouerbium est, fuit à me tui dimittendi, vt rationes nostras explicares. Offilio, & Aurelio vtiq; satisfiat. à *Flamma, si non potes omnem, partem aliquam velim extorqueas: in primisq; vt expedita sit pensio Kal. Ian. De attributione conficies, de repræsentatione videbis. De domesticis rebus hactenus. de publicis omnia mihi certa, quid Octauius, quid Antonius; quæ hominum opinio; quid futurum putes. ego vix teneor, quin accurram. sed S. literas tuas expecto. & scito Bellum tuum fuisse Aquini, cum tibi est dictum, & postridie Hirtium. puto vtrunque ad aquas. Sed quod egerint. Dolabella procuratores fac vt* admoneantur. appellabis etiam Papiam. Vale.*

hic est Flaminius Flāma, de quo in epistolis ad Att.

de pecunia mihi debita, ob dotē filiæ, cum qua diuortiū fecerat.
HVBER.

ETsi mane } Primum Cicero ostendit necessitate à se dimisisse Tironem, vt eius negotia explicaret, & expediret. deinde summatim dicit, quid ab eo agi velit. postremo admonet eum, Balbum fuisse Aquini & Hirtiū. } Harpalum } seruum. } Iisdem de rebus } de quibus alias ad te scripsi. } Quin } q. non. } Prora, & puppis } i. plena necessitas, & omnis atq; vrgentissima causa } Vt Græcorum } cum. n. Græci dicere volunt, totum est mihi in hoc, vt ita faciam, dicunt, prora & puppis mihi est, quia ex prora & puppi tota nauis significatur. } Tui dimittendi à me } .i. vt tu à me dimitteris. } Explicares } expedires Romæ. } Satisfiat } soluatur id pecuniæ quod debetur. } A Flāma } ab incendio. i. à periculo, prouerbialiter dictum. } Si non potes } .s. extorquere. } Extorqueas } eripias, liberes. debebant. n. esse in periculo aliqua bona Cic. } Pensio } nostræ domus. } Attributione } q̃ tibi mandaui, de qua non facile est intelligere. } Hactenus } .s. dictū sit. hæc. n. quæ dixit, domestica erant. } De publicis } subaudi fac. } Omnia mihi certa } sint } Quid Octauius } .s. faciat. i. Cæs. Octauianus. } Opinio } existimatio. } Accurram } celeriter veniam. } Aquini } oppidum est Apuliæ. } Cum } quando. } Postridie } quàm Balbus fuerat. } Ad aquas } semas } locus non longe ab Aquino, à balneis ita dictus. } Quod egerint } ordo est: ac, vt admoneantur, scilicet, Hirtius & Balbus, quod egerint procuratores Dolabellæ.

Etsi

ASCEN. ETsi mane &c.} Primum dicit se necessitate quadam dimisisse Tironem, vt negotia sua expliearet. deinde docet quid ab eo fieri velit. postremo dicit Balbum fuisse Aquini, & etiam Hirtium. Ordo est. Etsi.i. quamquam ego miseram mane Harpalum.s. seruum nostrum ad te: tamen cum haberem.s. tabellarium, cui darem recte.i. tute, literas.s. ad te, etsi nihil erat noui, volui scribere sæpius ad te de iisdem rebus. non quin.i. quin non confiderem diligētiæ tuæ, sed magnitudo rei mouebat me. Prora, & puppis.i. principium, & finis nauta, hoc est tota ratio nauandæ operæ, vt vtar prouerbio Græcorum, fuit mihi in dimittendi à me, vt explicares.i. ab omni intricatione absolueres, rationes nostras.s. debitorum nostrorum. Vtique.i. omnino, aut saltem satisfiat, Offilio, & Aurelio. Si non potes sup. extorquere.i. vi eripere a flamma.i. à perditione, & consumptione manifesta, (est translatio ab incendio domus) omnem partem.i. supellectilis domesticæ, hoc est rei conseruandæ; velim sup. vt extorqueas.i. secures, sup. saltem aliquam.s. partem, &, sup. velim in primis.i. præcipue, eo, quod quæ præcipue volumus, prima occurrant, vt pensio.s. domus nostræ.i. pecunia, quam quotānis pendimus pro ea, sit expedita.i. absoluta, & euacuata cal. Ian. Vt conficias.i. absoluas totum negotium de attributione.i. de eo quod attribuendum scis. Videbis.i. deliberabis, & considerabis. de repræsentatione.s. à nobis, aut nobis facta, quid veritatis habeat. Hactenus, sup. scripsi de rebus domesticis. De publicis, sup. rebus fac vt sint omnia certa mihi, quid speret Octauius, quid Antonius, quæ sup. sit opinio hominum, quid putes futurum. Ego teneor vix.i. difficulter, quin accurram.s. ad vrbem. erat.n. cum hæc scriberet Cic. absens, & Tiro in vrbe. Sed expecto literas tuas, per quas omnia sciam. & scito Balbum fuisse Aquini.i. in eo oppido Apuliæ, cum.i. quando, dictum est tibi, & Hirtium, sup. fuisse Aquini postridie.i. die sequenti. ego puto vtrunque, sup. nunc esse ad aquas Sextias, vbi balnea sunt, non longe ab Aquino. Fac, supp. ipsi admoneantur, quid procuratores Dolabellæ egerint. Tu appellabis etiam.s. ad consilij consortium Appiam.

PAVM. MAN. ACcurram. sed s.} in vetustioribus libris scriptum est, sed si. ego arbitror legendum, sed II. quam silentij notam qui non agnouere, scripserunt, si. deinde alius cum videret, si, locum hic habere non posse, fecit, S. id est. sic etiam in de Oratore lib. II. pro, est scriptum erat, si. quod mendum ante aliquot annos sustulimus. in Plauto etiam, vbi legendum est, st, modo si, modo ast, modo at, vulgo legitur. Terentius quoq; in Phormione hac nota vsus est: quem locum rectè citat Velius Longus grammaticus.} Dolabellæ procuratores fac vt admoneantur.) verbum, admoneantur, ad pecuniam refertur, quam Dolabella Ciceroni debebat. itaque intulit, appellabis etiam Papiam: quod item creditorum verbum est. pro Quinctio: Cum tibi quotidie potestas hominis fuisset admonendi, verbum nullum facis: biennio iam confecto fere, appellas. Quod antecedit, id antiquo libro Vbaldini scriptū est, sed quod elegerunt: in eo, quem habet Petrus Bembus, elegerint: in meo, egerit. potest esse ἀποσιώπησις: vt sit hæc sententia; Sed, quod egerint, fac vt sciam.

CICERO F. S. D. TIRONI SVO. 25

ETsi iusta, & idonea vsus es excusatione intermissionis literarum tuarum: tamen, id ne sæpius facias, rogo. nam etsi de resp. rumoribus, & nunciis certior fio, et de sua in me voluntate semper ad me perscribit pater: tamen de quauis minima re scripta à te ad me epistola semper fuit gratissima. quare, cum in primis tuas desiderem literas; noli cōmittere, vt excusatione potius expleas officiū scribendi, quàm assiduitate literarū. Vale.*

aliĳ, de intermissione

NVBBR. ETsi iusta} Excusauerat se Tiro apud Cic. filium, qui Athenis erat, se propter angustiam temporum, & magnitudinem negotiorum intermisisse ad eum scribere: quare Cicero primum dicit eius excusationē iustam & idoneam; sed tñ eum rogat, vt posthac malit satisfacere officio suo scribendo sæpe, quam se excusando.} Idonea} apta, non absurda.} Id} vt vtaris excusatione.} Rumoribus} fama.} Et nunciis} qui Roma huc veniunt.} De voluntate sua} quid velit à me fieri.} In primis} præcipue.} Expleas} perficias.} Officium} tuum erga me.} Quàm assiduitate *epistolarū} i. quam assidue ad me scribēdo,

ita & P. Victorius.

ASCEN. ETsi iusta &c.} Excusauerat se Tiro apud Cic. filium, qui Athenis erat, se propter angustiam temporum, & magnitudinem negotiorum intermisisse, ad eum scribere: quare Cicero primum dicit eius excusationem iustam, & idoneam; sed rogat, vt malit satisfacere officio suo scribendo, quam se excusando. Ordo est. Etsi.i. quamquam vsus es iusta, & idonea excusatione intermissionis.i. quod ad tempus omiseris dationem literarum tuarum, rogo ne facias id sæpius. Nam etsi.i. quāquam fio certior de resp. rumoribus.i. incerto auctore, sermonibus, & nunciis, & pater.s. M. Tullius, perscribit semper ad me de voluntate.i. beneuolentia sua in me: tamen epistola scripta à te ad me de quauis re minima.i. quāuis res esset minima, fuit mihi semper gratissima. Quare cum desiderem in primis literas tuas; noli committere.i. efficere, vt expleas.i. perficias, & absoluas potius officium scribendi excusatione, quàm assiduitate literarum.

ARG. Suauiter Tironem accusat, quia literas non miserat: rogatque, vt omnino, etiam sine argumento, scribat.

Q. CICERO S. D. TIRONI SVO. 26

*VERBERAVI te cogitationis tacito duntaxat conuicio, quòd fasciculus alter ad me iam sine tuis literis perlatus est. non potes effugere huius culpæ pœnam te patrono. Marcus est adhibendus: isque diu, & multis lucubrationibus commentata oratione, vide, vt probare possit, te non peccasse. plane te rogo, sicut olim matrem nostram facere memini, quæ lagenas etiam inanes *obsignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuisse, quæ furtim essent exsiccatæ: sic tu, etiam si quod scribas, non habebis, scribito tamen, ne furtum cessationis quæsiuisse videaris. valde.n. mihi semper & vera, & dulcia tuis epistolis nunciantur. Ama nos, & vale.*

anulo. vide Plin. l. 33. cap. 1.

NVBBR. VErberaui} Accusat Cicero Tironem negligentiæ, quod in fasciculo literarum, qui Roma ad se allatus fuerat, nulla erat omnino epistola Tironis quare dicit eum nullā posse adhibere excusationem, aut defensionem, nisi quod eum defendi posse à M. Cicerone patre suo. itaq; eum hortatur, vt etiam si non habet quod scribat, tñ aliquid scribat, quia & vera & iucunda ab eo semper nunciari soleant.} Verberaui} sensus est: percussi te tantummodo tacita contumelia meæ cogitationis, hoc est, mecum male de te cogitaui, & in animo meo dixi te negligentem.} Tacito} secreto, intra me retento.} Duntaxat} tantum. modo. q.d. non etiam conuicio Verborum, sed tñ cogitationis.} Conuicio} cōtumelia, nam mecum cogitaui, o negligens Tiro.} Fasciculus} literarum, multitudo literarum.} Non potes} i. non potes facere, quin puniaris pro hac culpa, si te ipse solus defenderis, quia nunq̄ poteris vincere, & persuadere te non peccasse si autem volueris vincere, oportet te adhibere patronum & defensorem tuum patrem meum, oratorē acerrimum, qui in difficillimis etiam causis vincere consueuit: qui etiam si orationem multum cogitatam ad defensionem tuam afferat; tñ etiam ipse via probare poterit te non peccasse.} Te patrono} te causam tuam agente.} Adhibendus} assumendus.s. patronus.} Marcus} pater meus, qui propter vim eloquentiæ in causis & iudiciis regnare dicitur.} Commentata} meditata, præparata.} Lucubrationibus} vigiliis.} Probare} vincere, rationibus obtinere.} Te non peccasse} quod nihil ad me scripseris.} Plane te rogo} sensus est, te rogo, vt etiam si non habes quod scribas, tñ aliquid scribas, sicut mater mea olim non solum solebat signare lagenas plenas, sed etiam vacuas, na illæ, quæ furtim fuissent ebibitæ, viderentur fuisse vacuæ. Mos fuit apud antiquos signare lagenas, in quibus vinum ponebatur, ne possent euacuari quin cognosceretur signo illo amoto. vnde illud satyricum, Et signo læsæ non insanire lagenæ.} Matrem} Terētiam.} Olim} cum eram puer.} Etiam inanes} etiam vacuas, non solum plenas.} Furtim} occulte.} Exsiccatæ} ebibitæ, exhaustæ. Iuuen. Tu Beneuentani sutoris nomen habentem Siccabis calicem.} Sic} adaptat similitudinem.} Furtum} latebras. sed perseuerat in similitudine, quia dixerat, quæ furtim essent exsiccatæ, ideo dicit furtum cessationis.} Dulcia} iucunda.

ASCEN. VErberaui &c.} Accusat Tironem negligentiæ, quod inter multas epistolas à Tirone nullam acceperat. quam culpam iocose dicit vix à patre posse orando purgari. Ordo est.

do est. Verberaui.i.affeci te duntaxat tacito. [illegible] mental, conuicio .i.exprobatione, cogitationis.s.meæ, qp alter fasciculus.s.literarum ab aliis missarum, perlatus est iam sine literis tuis. Tu non potes effugere pœnam huius culpæ.s.negligentiæ, te patrono.i. defensore, & purgatore. Marcus.s.pater meus, est adhibendus.s. ad defensionem tantæ culpæ: & is.s.Marcus pater, etiam in summo periculo reis auxiliari solitus, sup.adhibendus est oratione commentata.i.habens orationem commentatam, & præmeditatam multis lucubrationibus, vide.i.considera, vt.i.quo modo, sup. Marcus pater possit probare te non peccasse. Ego rogo te plane, sicut memini matrem nostram facere olim, quæ obsignabat lagœnas.i. vascula vinaria, etiam inanes.i. in quibus nihil erat vini, ne aliquæ.s.lagœnæ dicerentur fuisse inanes, quæ essent exsiccatæ.i.exhaustæ, furtim.i.furtiue: sic tu, etiam si non habebis quid scribas, tamen.i.nihilominus scribito, ne videaris quæsiuisse furtum.i.fictitiam, & quasi furtiuam excusationem cessationis.s.amissione literarum. Enim.i.quia, & vera, & dulcia nunciantur mihi semper epistolis tuis. Ama nos, & vale.

ARG. Inuehitur in consules designatos Hirtium, & Pansam: beneuolentiam suam in Tironem significat.

Q. CICERO S. D. TIRONI SVO. 27



*IRIFICAM mihi verberationem cessationis epistola dedisti. nam quæ parcius frater perscripserat, verecundia videlicet, & properatione, ea tu sine assentatione, vt erant, ad me scripsisti, & maxime de consulibus des. quos ego penitus noui libidinum, & languoris effeminatissimi animi plenos, qui nisi à gubernaculis recesserint, maximum ab vniuerso naufragio periculum est. incredibile est, quæ ego *illos scio, oppositis Gallorum castris, in æstiuis fecisse: quos ille *latro, nisi aliquid firmius fuerit, societate vitiorum delenet. res est aut tribunicijs, aut priuatis consilijs munienda. nam isti duo vix sunt digni, quibus alteri Cæsenam, alteri Cossutianarum tabernarum fundamenta credas. Te, vt dixi, *fero oculis. Ego vos ad III. kal. videbo; tuosq; oculos, etiam si te veniens in medio foro videro, dissuauiabor. Me ama. Vale.*

cum Cæsaris essent legati ep. 15. lib. 10.

vnice diligo.

NVDER.


Irificam} Cum D. Brutus Mutinæ obsideretur à M. Antonio, creari sunt, auctore App. lib. 3. consules anniuersarij Hirtius & Pansa in principio anni. quãtum autem ex hac epistola coniicere possumus, Cicero tunc aberat ab vrbe, licet App. videatur significare eum fuisse Romæ. de eorum igitur designatione cum Tiro ad Cic. scripsisset, Cicero rescribens, se de eis male sentire ostendit, vereri que, ne à M. Antonio alliciantur in societatem sceleris contra remp. quos ostendit vilissimos esse. Postremo dicit, quantum Tironem ipsum videre desideret. {Mirificam} magnam. {Verberationem} percussionem animi. {Parcius} breuius. {Verecundia} timore, vel quia eum pudebat scribere quæ tu scripsisti. {Videlicet} .s.certe. {Sine assentatione} non assentando, sed dicendo verum. {De consulibus} Hirtium & Pansam intelligimus, nisi fortasse agitatum esset absente Cic. de designatione aliorum consulum q̃ Hirtij & Pansæ, de quibus fortasse intelligat nunc Cic. quorum tamen creatio non valuerit, vt sæpe fit, sed tamen facta sit mentio de eis creandis. quod satis est verisimile, cum Cic. eos non nominet: licet mentionem aliorum consu[illegible] illo tempore non inueniam, nisi qp post eruptionem Bruti ex Mutina facta est mentio de creandis consulibus D. Bruto, & Octauio Cæs. loco Hirtij, & Pansæ. sed de iis non est verisimile Ciceronem intelligere, cum essent amicissimi sui, & ab eo vbiq; maxime & laudati & adiuti. ergo vel Hirtium & Pansam intelligamus: vel, vt diximus, de aliis, quos licet Tiro scripsisset, creatos consules; tamen non ita esset. {Languoris} desidiæ. {Effeminatissimi} mollissimi, timidissimi, qualem habent fœminæ. {A gubernaculis} ab administratione reip. & cõsulatus. {Ab vniuerso naufragio} pro vniuersi naufragij.i.submersionis vniuersorum. sed vsus est verbis similitudinis. quia dixit gubernaculis, quæ sunt nauis, subdit naufragij, quod à naue fracta dicitur. {Oppositis Gallorum castris}.i.cum pugnarent aduersus Gallos, & haberent eos oppositos. {Ille latro} M. Antonius quem etiam [illegible] multis in locis latronem appellauit. {Aliquid firmius} cum [illegible] nisi electi fuerint cum eis aliqui firmiores, qui non ita facile à rep. alienentur. {Deliniat} demulceat, alliciat ad se. {Societate vitiorum} quia laborabant iisdem vitiis, quibus ipse Ant & similia similibus gaudent. {Res est} sensus est, eligendi sunt ad hanc prouinciam aut tribuni, aut aliqui priuati, qui consilijs suis prouideant, ne ij nos in naufragium deducant. {Res} creatio istorum consulum, & prouincia eis data. {Est munienda} est firmanda, quia supra dixit, nisi aliquid firmius fuerit. {Consiliis tribunicijs} auctoritate tribunorum. {Isti} ad contemptum dicit. {Cæsennam} paruam & desertam vrbem in Italia in Gallia togata. {Tabernarum} vt alio loco diximus, taberna dicitur omne vile ad habitandum ædificium, quod tabulis claudatur. tabernas igitur Cossutianas locum aliquem ad habitaculum vile intelligit Cossutianas à Cossutio vel auctore, vel domino earum ita appellauit. {Fero oculis} habeo in oculis, & in conspectu. {Dissuauiabor} deosculabor. licet aliqui dicant dissuauiari libidinis esse, quod Cic. hic contra sentire videtur. {In medio foro} q d. in conspectu omnium, palam. In hoc ostenditur nimium desiderium Ciceronis videndi. Tironem.

ASCEN.

Irificam mihi &c.} Dicit se mirifice concussum ex literis Tironis, quibus qui consules creati essent, significabat, loquens secundum Commentarios de Hirtio, & Pansa. de quorum fide, & virtute tunc dubitat, cum tamen vterq; fortissime pro rep. casurus sit, cæsus ab Antonio Mutinæ, cum D. Brutum obsideret. Hanc autem epistolam inseruisse videtur Tiro, vt significet quam fidem sibi habuerit frater patroni sui. Ordo est. Tu dedisti mihi mirificam verberationem .i.incussionem verecundiæ cessationis.i. propter cessationem meam epistola.s.tua. Nam tu scripsisti ad me ea, quæ frater.s.M. Tullius Cicero perscripserat ad me parcius.i.nimis sobrie, videlicet verecundia, & properatione.i.propter verecundiam & properationem suam, tu scripsisti, inquam, ea sine assentatione, vt erant, & maxime de consulibus designatis.i.declaratis in proximum annum, videlicet Hirtio, & Pansa, quos ego noui penitus plenos libidinum, & languoris.i.corruptionis animi effœminatissimi: qui.s.consules, nisi recesserint à gubernaculis.s.resp. maximum periculum est ab vniuerso naufragio.s.totius reip. Incredibile est, quæ ego scio illos fecisse in æstiuis castris Gallorum oppositis.s.nostris: quos ille latro.s.M. Antonius, detinet.i.blande attrahit societate vitiorum, nisi aliquid firmius fuerit.s.eis obsistens. Res est munienda s.à periclitatione consiliis tribunitiis, aut priuatis.i.alicuius viri auctoritate præditi, licet sit priuatus .i.extra omnem magistratum positus. Nam isti duo s.consules designati, vix sunt digni quibus credas.i.sub fide committas alteri Cæsenam.i.oppidulum, illud desertum in Gallia togata, alteri fundamenta tabernarum Cossutianarum.i.domiciliorum vilissimi cuiusque cerdonis. Ego fero oculis.i.imaginor videre te, vt dixi. Ego videbo vos ad 4. cal.s.huius mensis, & dissuauiabor.i. affectanter osculabor oculos tuos, etiam si ego veniens.s.tibi obuiam, videro te in medio foro. Ama me & vale.

Q Vibus alteri Cesenam} locus sine dubio corruptus. neque enim adeo tum ignobilis, aut obscura fuit Cesena, vt, tanquam abiecta res, nominari debuerit. vetus liber Vincentij Riccij sic habet, quibus [illegible], vel quibus surianarum tabernarum fundamenta credas. deliberent eruditi, quo modo sit legendum. Liuius quidem lib. xx. de Cesennia meminit, oppido non admodum celebri: vt fortasse non inepte pro, Cesenam, Cesenniam, hic legi possit. antiquus liber e Cypro, Censenam,

FINIS.



Verba, græca expreſſa.

EX LIBRO II.

ep.8. πολιτικώτερον: peritiorem adminiſtrandæ reip.
ep.13. κωμικὸς μάρτυς, comicus teſtis.

EX LIBRO III.

ep.7. ὑπεροχὴ, excellentia.
eadem εὐγένεια, nobilitas.
ἐμοί γε καὶ ἄλλοι Οἵ κ' ἐμὲ τιμήσουσι, μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς, apud me quidem & alij, qui me colent, maxime vero conſiliarius Iupiter.
φιλαίτιος, querulus.
ep.9. Ἐπικούρειον, Epicureum.

EX LIBRO IIII.

ep.4. εἰρωνεύεσθαι, diſſimulare.
εἰρωνευόμενος, ſimulans.

EX LIBRO VI.

ep.3. γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας, noctuam Athenas.
ep.19. τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα, virtutis vero ſudorem.

EX LIBRO VII.

ep.13. πολιτεύεσθαι, res publicas regi.
ep.16. φιλοθέωρον, ſpectandi cupidum.
ep.20. Νίκωνος περὶ πολυφαγίας, Niconis de edacitate.
ep.25. γέλωτα σαρδόνιον, riſum Sardonium.
ep.26. δυσουρικὰ, καὶ δυσεντερικὰ πάθη, veſicæ, & viſcerum tormina.
δυσεντερίαν, viſcerum morbum.
λιτότητα, frugalitatem.
διάῤῥοια, proffluuium.
ep.29. χρήσει μὲν, vſu quidem.
κτήσει δὲ, mancipio autem.
ep.32. ἀπειροκαλία, faſtuitas.
ἄκυρον, improprium.
ἀμφιβολογία, ambiguum.
ὑπερβολὴ, ſuperlatio.
παρὰ γράμμα, commutatio literæ.
παρὰ προσδοκίαν, præter expectationem.
ἔντεχνα, artificioſa.

EX LIBRO VIII.

ep.3. σύνταγμα, opus.
διδασκαλίαν, diſciplinam.

EX LIBRO IX.

ep.2. ἕωλα, obſoleta.
λεληθότως, ſenſim.
πολιτείας, rerum publicarum rectiones.
ep.3. γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας, noctuam Athenas.
ep.4. περὶ δυνατῶν, de ijs, quæ fieri poſſunt.
κατὰ Διόδωρον κρίνειν, ea Diodori ſententia iudicare.
τῶν ἀδυνάτων, ex ijs, quæ fieri non poſſunt.
κρίσις, iudicium.
Χρυσίππεια, Chryſippeum.
κατὰ Χρύσιππον δυνατὸν, e Chryſippi ſententia quod fieri poſſit.
ep.7. σύν τε δύ' ἐρχομένω, ſimulque duo euntes.
ἀποπεφυγμένον, reiectum.
πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων, multi diſcipuli meliores magiſtris.
ep.10. ὀβελίζειν, veru notae.
τοῦ ποιητοῦ, poetæ.
παρεμβεβλημένοι, interiecti.
συμβιωτὴν, conuictorem.
ep.16. ἀποφθεγμάτων, dictorum.
ep.18. προλεγόμενα, antedicta.
ep.20. ὀψιμαθεῖς, ſero diſcentes.
ep.21. ἀπότευγμα, quod non ſucceſſit.
ep.22. ὁ σοφὸς εὐθυῤῥήμων ἔσῃ, ſapiens rectiloquus eris.
ep.24. συμπόσια, compotationes.
σύνδειπνα, concenationes.
ep.25. Κύρου παιδείαν, Cyri diſciplinam.
ep.26. ζήτημα, quæſtionem.

EX LIBRO X.

ep.13. πτολιπόρθον, vrbis direptorem. Hom. in Od.1.81.

EX LIBRO XI.

ep.14. ὄργανον, inſtrumentum.
σκιαμαχίας, vmbratiles pugnæ.
λακωνισμὸν, breuitatem.
φιλοσοφούμενα, in philoſophia tractata.

EX LIBRO XII.

ep.13. Ῥαλτοῖ, proprium nomen loci.
ep.14. πατρίδα ἐμὴν μᾶλλον φιλῶν, patriā meā magis amans.
ep.16. εὐθυῤῥημονέστερος, liberior in loquendo.
ep.20. πάντα περὶ πάντων, omnia de omnibus.
ep.22. τυραννοκτόνοι, tyrannicidæ.

EX LIBRO XIII.

ep.1. ὑπομνηματισμὸν, decretum, quod ad rei memoriam literis mandatum ſit.
ep.15. ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθεν, ſed meum nunquam animum in pectore perſuadebat.
ἄλκιμος ἔσσ', ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ, fortis eſto, vt aliquis te & poſterorum laudet.
ὣς νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα, ſic nebula inuoluit atra.
μὴ μὰν ἀσπουδί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην, Ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι, καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι, ne negligenter, & ſine gloria peream, ſed magno aliquo edito facinore, & poſteris audiendo.
Εὐριπίδου, Euripidis.
Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός, odi ſapientem, qui non eſt ſibi ſapiens.
ἅμα πρόσσω, καὶ ὀπίσσω, ſimul ante, & pone.
αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων, ſemper antecellere, & principem eſſe aliorum.
ep.53. διοίκησιν, iuriſdictionem.
ep.56. ὑποθήκας, pignora.
ep.67. τρεῖς διοικήσεις, tres iuriſdictiones.

EX LIBRO XIIII.

ep.7. Χολὴν ἄκρατον, bilem meram.

EX LIBRO XV.

ep.16. κατ' εἰδώλων φαντασίας, per ſpectrorum viſa.
διανοητικὰς φαντασίας, intelligentia viſa.
εἴδωλον, imago.
αἵρεσιν, ſecta.
ep.17. πάντα περὶ πάντων, omnia de omnibus.
πρόσωπον πόλεως, faciem ciuitatis.
ἀδέσποτοι, ſine auctore.
τὸ καλὸν δι' αὑτὸ αἱρετὸν, honeſtum per ſe optabile.
ἀκενόσπουδος, non inanis homo ſtudii.
ep.18. φλύαρον, garrulum.
σπουδάζειν, ſerio agere.
ep.19. τὸ καλὸν δι' αὑτὸ αἱρετὸν, honeſtum per ſe expetendū.
ἡδονὴν, voluptatem.
ἀναλγησίαν, indolentiam.
τῷ καλῷ, honeſto.
οὐκ ἔστιν ἡδέως, ἄνευ τοῦ καλῶς καὶ δικαίως ζῆν, non poteſt iucunde, niſi honeſte, & iuſte viui.
φιλήδονοι, cupidi voluptatis.
φιλόκαλοι, καὶ φιλοδίκαιοι, cupidi honeſti, & cupidi iuſti
ἀντιμυκτηρίσαι, viciſſim deridere.

EX LIBRO XVI.

ep.6. κακοστόμαχος, ſtomacho non bono.
ep.8. ἀκίνδυνα μὲν, χρονιώτερα δὲ, tuta quidē, ſed diuturniora.
ψύχος δὲ λεπτῷ χρωτὶ πολεμιώτατον, frigus autem tenui cuti inimiciſſimum.
ep.12. ἔτυμον, notationem.
ep.17. κανὼν, regula.
ἄκυρον, improprium.
διαφόρησιν: [illegible]ationem.
πέψιν, [illegible]θυμίαν, περίπατον σύμμετρον, τρίψιν, εὐλυσίαν κοιλίας, concoctionem, hilaritatem, ambulationem modicam, oblationem, facilitatem alui.
ep.21. συζήτησιν, mutua quæſtione.
τὰ μὲν οὖν καθ' ἡμᾶς, τάδε, quæ igitur ad nos ſpectant, hæc ſunt.
διαῤῥήδην, aperte.
σπουδὴ, contentio.
συμφιλολογεῖν, de literis inter nos diſputare.
ep.23. πανικοῖς, panicis terroribus.
θορυβοποιεῖ, tumultuatur.
[illegible], genu tibia: ſub. adi. propius eſt.



SERIES CARTHARVM.

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii.

*Omnes Quaterniones, * Duernio, & Ii Quinternio.*



VENETIIS,

Apud Hieronymum Scotum.

M D LXVII.



